L.L. 8

2° H. int. 49

2° H. int. 76 (19

<36604546720013

<36604546720013

Bayer. Staatsbibliothek

I.

FAMILIÆ BYZANTINÆ

II.

CONSTANTINOPOLIS CHRISTIANA.

CHRISTIANA

CONSTANTINOPOLIS

II

BASILIANAE

EMIGLIAE

I

Corpus

HISTORIA BYZANTINA

DUPLICI COMMENTARIO ILLUSTRATA.

PRIOR

FAMILIAS AC STEMMATA IMPERATORUM
Conſtantinopolitanorum, cum eorumdem Auguſtorum
Nomiſmatibus, & aliquot Iconibus;

Præterea FAMILIAS DALMATICAS & TURCICAS complectitur:

ALTER

DESCRIPTIONEM URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ,
qualis extitit ſub Imperatoribus Chriſtianis.

Auctore CAROLO DU FRESNE *Domino* DU CANGE, *Regi a Conſiliis,*
& Franciæ apud Ambianos Quæſtore.

VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BARTHOLOMÆI JAVARINA,
M. DCC. XXIX.

Hb165/43

HISTORIA BYZANTINA

DUPLICI COMMENTARIO

ILLUSTRATA.

PRAEMISSA

FAMILIAS AC STEMMATA IMPERATORUM

Constantinopolitanorum, cum eorundem Augustorum

Nomismatibus, et aliquot Iconibus;

Deinde TABULAS DACNATICAS et TURCICAS complectitur:

AUCTA

DESCRIPTIONEM URBIS CONSTANTINOPOLITANAE,

quale extat sub Imperatoribus Christianis.

Auctore CAROLO DU FRESNE Domino DU CANGE, Regi a Consiliis,

et Franciae apud Ambianos Quaestore.

Bayerische Staatsbibliothek München

VENETIIS,

EX TYPOGRAPHIA BARTHOLOMAEI JAVARINA.

M. DCC. XXIX.

ILLUSTRISSIMO VIRO DOMINO D.

IOANNI BAPTISTÆ COLBERT

REGI AB INTIMIS CONSILIIS

ET SECRETIORIBUS MANDATIS,

GENERALI ÆRARII MODERATORI,

SUMMO REGIORUM ÆDIFICIORUM PRÆFECTO,

REGIORUM ORDINUM QUÆSTORI,

Marchioni de Seignelay, Baroni de Seaux, &c.

CAROLUS DU FRESNE F.

QUAM *lucubrationem aggredior edere in lucem* Vir illustrissime, *diu anceps non hæsi, cujus illam nomine commendarem, præsidioque committerem: occurrit mihi evestigio Tuum; quippe quæ si quid habet singulare & exquisitum, debere se ultro Tibi agnoscit, palamque profitetur. Accedit quod argumenti dignitas, quam dissimulare non possum, ad vastam illam qua præstas mentis & ingenii amplitudinem jure ac merito mihi visa est in primis pertinere. Cum enim* Ludovici *Regis, omnes inter Europæ Principes Maximi, consiliis quotidie interfis, inde si quid subripere possis otii, hucque oculos reflectere, liceat Tibi non absimili studio, nec degeneri occupatione, Augustorum qui Ro-*

Famil. Bzzan.

mano jus orbi olim dixere non aulam modo palatiumve ſubire, ſed & arcanis adeſſe conſeſſibus, reique politicæ quas obſervavere rationes rimari ac penitius inſpicere. Quod cum feceris, tum vero utriuſque principatus, Romani ſcilicet, vel Græcanici potius, (quando de illo hic præſertim ſermonem inſtituimus) atque Francici inita comparatione, Francicum Romano haud inferiorem eſſe facile deprehendes, ſeu vires ac potentia, ſeu publicæ rei adminiſtrandæ ratio, ſeu denique inſignia Principum, qui imperavere, ornamenta ſpectentur. Nam licet fugiat neminem ſui fines Imperii longe lateque amplificaſſe Romanos Auguſtos, quis etiam neſcit Galliarum Reges ad extremas uſque mundi regiones conduxiſſe victores exercitus, univerſumque fere Orbem nominis ſui fama ac terrore impleſſe? adeo ut quod hi deinceps Occidentale excitarunt tenueruntque Imperium, Orientali nec viribus, potentia, opibus, nec ipſarum amplitudine provinciarum vix ac ne vix quidem conceſſiſſe videatur. Quod ſi utriuſque Principes Imperii conferre inter ſe quis velit, ut de noſtris dicere fuſius prætermittam, quorum præſtantia, magnitudo, generoſitas, cæteræque virtutes in omnium ore verſantur, non diſſimulandum Romanos aliquot, egregias ob dotes, ſeu civiles ſeu bellicas, reſque præclare ac fortiter geſtas, non mediocrem ſibi gloriam peperiſſe. At una fatendum extitiſſe longe plures, qui iniqua Imperii uſurpatione infames, vitam ſubinde indecoram, nullaque hominum juſta commendatione dignam traduxerunt. Atque hic attendas, oro, Vir illuſtriſſime, *quantum differant principatus, quibus præſunt ii quos clandeſtina præcipitis electionis conſilia, vel conjuratorum manus, vel militaris denique tumultus ad Imperatorium evexere apicem, ab his quibus imperare ſolent adſciti ex præſcripta rataque natalium prærogativa Principes. Licet enim, ut dictum a nobis eſt, Romanum Imperium illuſtres interdum rexiſſe viros negari haud queat, illud certe etiam concedendum non tam meriti quam obſecundantis fortunæ beneficio, eam ſibi pleroſque laudem fuiſſe conſecutos; alios porro rapinis, incendiis, cædibus, atque omni ſcelerum genere ad ſummæ faſtigium dignitatis ſic evectos, ut tyranni potius, quam eorum quibus vitam cum dignitate ſemper auferebant, legitimi ſucceſſores haberentur. Hinc paſſim legimus nulla virtutis vel natalium habita ratione, promiſcue ad thronum aſcendiſſe cujuslibet generis homines, adeo ut ex infima etiam plebe numerari inter illos aliqui poſſint. Ex qua quidem tam fortuitæ ad Imperium ſucceſſionis, illiuſque adipiſcendi ratione, nihil utique tam conſequens erat, quam ut variæ identidem exorirentur procerum factiones, inteſtinaque bella, quorum in tumultu dum invicem illi quaſi in ſcelerum præmium decertabant, vel dum id attendebant unum, ut male partam auctoritatem adverſus ſui ſimiles tuerentur, invaſere Principes exteri celebriores ditioreſque provincias, infelici adeo tandem Romanæ gentis exitu, ut quæ univerſo pene Orbi jus antea dixerat, diuque ſteterat in Imperio, extincta penitus ac deleta in barbarorum ditionem turpiter abierit. At iſtud conſtat accidiſſe longe rarius iis in regnis, quibus hi præſunt Principes, quos ad ſupremam illam dignitatem jura ſplendorque natalium naturali quaſi ordine promovent: cum iis populi, qualeſcumque naſci contigerit, ſe ſe ultro ſubjiciant, eoſque vel ab ipſis incunabulis, quaſi cælo delapſos, ſibique divinitus conceſſos, non minori obſervantia & ſummiſſione animi venerentur, quam ipſos Principes, qui adulta jam ætate ſtatim imperio atque auctoritate potiuntur. Unde fit ut tranquillo curſu ut plurimum cuncta inibi gerantur, motus ſi qui excitari poſſint ſeditioneſque confeſtim ac facile conquieſcant, cum certos & indubitatos, quin & quaſi a Deo datos Principes vereri nemo non amet, & religioni quodammodo ducat. Atque ut id exemplo evidens fiat, num Francorum noſtratium ſuper ea re moderationem Græci olim demirati ſunt, cum capto a Bulgarorum Rege inter pugnandum Balduino Conſtantinopolitano Imperatore, Flandriæque Comite, per annum integrum reſciri certo*

non potuisset, superstes ne an cæsus in prælio, Princeps cui jure natalium debebatur nascentis Imperii successio, Vicarii seu Procuratoris titulo ac vice rem publicam dumtaxat administravit, donec de Balduini vita aut morte constitisset. Et certe quam id ab ipsorum moribus esset alienum, haud ita pridem innotuerat, cum Romano Diogene Imperatore a Turcis medias inter acies pariter abducto, unus e proceribus expectato neutiquam Augusti reditu, neglectaque ejusdem libertate, se se continuo in thronum intrusisset. Ex qua quidem arripiendæ apud illos tyrannidis ambitione, factum deinceps ut rarius Imperatores suam ipsi in posteros transmiserint dignitatem: quod si interdum id acciderit, haud ea diu frui potuerint. Illud porro ipsum, ex hac quam Tuis sub auspiciis exponimus lucubratione, Vir Illustrissime, *licebit in primis colligere, ubi variæ describuntur Imperatorum familiæ, quam quidem non modo ipsorum antiquis aliquot iconibus ac figuris, sed & nomismatibus, cum Regio ex Archeo, tum ex Tuo præsertim depromptis, Regisque ipsius mandato nostra cura sat pridem in æs incisis adornavimus. Huic vero conficiendæ rei cum studium Tuum impendere haud renueris, tabellasque ipsas æreas benigne nobis ac libenter subministrari curaveris, quid æquius quam ut illustre Nomen Tuum in hujus quasi fronte Operis appareret, quo vel inde agnoscant viri eruditi quantum Tibi debeant, qui inter serias illas quas publicis negotiis horas assidue impertis, concepta dudum ab invictissimo Rege de reparandis & in pristinum splendorem collocandis litterarum studiis consilia tam sedulus exequeris. Quæ quidem quantopore diligas, & in oculis habeas, testis est favor ille insignis, quo viros eruditos prosequeris, curæque illæ nobiles, quas sub Christianissimi Regis, cujus in omnibus gloriæ velificaris, auctoritate, in eorum gratiam tam liberaliter impendis. Testis & illa exquisita Bibliotheca Tua, non ex editis modo præstantioribus libris, sed & innumeris cujusvis linguæ manu scriptis codicibus constata, quam aliunde litterato cuilibet tanta cum humanitate communicas. Unde spes affulget fore deinceps ut Rex, post fractos tot conjuratorum hostium conatus, post amplificatos undequaque Regni fines, post expugnatas tot urbes ac provincias, sancita tandem ubique, & imposita potius quam composita pace, præcipiat Tuis inductus consiliis, inter Palatini otii negotia, ut Regia prorsus illa Byzantinorum Scriptorum editio, quam suspiciunt ubique gentium exteri ut eximium Gallicæ magnificentiæ monumentum, tandem absolvatur. Porro cum in eadem illustranda historia, huc usque in primis nostra desudarit industria, emissis in lucem aliquot de hoc argumento Commentariis, præter eum qui nunc prodit de Familiis Augustis Constantinopolitanis; cumque istius quasi fundus historiæ sit Urbs ipsa Constantinopolis, primarium quippe præcipuarum, quæ in Imperio gestæ sunt, rerum quasi theatrum, in ea describenda explanandaque operæpretium mihi visum est parte altera hujus voluminis immorari: ex quo simul patefiet Christianis omnibus consilium potentissimi illius Orientalis Imperii invasoris, qui hanc sibi civitatem in tyrannidis suæ quasi solium arcemque prælegit, eo nimirum, ut cum Christianissimæ alias Urbis ædificia publica pene omnia, quorum plurima Orbis inter quædam miracula censebantur, cum magnificas etiam illas ædes sacras, quæ totidem erant Augustorum vel Byzantiorum Procerum pietatis argumenta, diruerit in dies, soloque æquaverit, simul & omnia Christiani nominis insignia ad ipsas usque reliquias funditus evertat. Quod certe conficiat, ni superioris alicujus genii, heroicæque prorsus virtutis, Princeps aliquis Christianus Abominationem hanc desolationis, ut sacris utar Litteris, quam fieri poterit cito, e loco alias tam sancto eliminet, ac prorsus expellat. At quis alius ad tanti expeditionem ponderis sub feliciori, ut ajunt, stella ac faustioribus auspiciis natus esse videri possit, quam* Ludovicus Magnus? *Num ille ipse est, in quem divinum illud, quod ipse*

jactitant Turci ac simul reformidant, oraculum jure ac merito cadat, non ab alio quam a Francico Principe Mahumeticam tyrannidem aliquando exscindendam? Verumenimvero qui serio attenderit ad tot inaudita hactenus patrataque recentibus in bellis scientiæ ejus militaris, prudentiæ, fortitudinis ac felicitatis quasi miracula, augurabitur is dubioprocul, si quis esse debet e Francicis istis Principibus Mahumeticæ dominationis ac superstitionis everſor, Christianæque ibidem religionis assertor ac vindex, vix ac ne vix quidem sperari posse alium a Ludovico, *in quem omnia simul confluunt perfecti undequaque Principis ornamenta. Sed quocumque id vertat, liceat mihi certe faustos conceptorum votorum exitus occupare & adprecari, ad immortalem Regis invictissimi gloriam, ac Tuæ proinde,* Vir illustrissime, *cumulum felicitatis.*

Datum Lutetiæ Parisiorum Kal.
Januarii τῆ νέᾳ ἐτει MDCLXXX.

PRÆFATIO
AD
FAMILIAS AUGUSTAS BYZANTINAS,
DE GENEALOGICÆ SCIENTIÆ COGNITIONE, ac ejus utilitate.

CUM rerum Byzantinarum Scriptores complures, paucique ex iis, pro ea qua par est dignitate, notationibus illustrati, quæ lucem scilicet afferant insolenti nec protritæ scriptioni, typis vere regiis prodierint: huic labori ita semper incumbendum existimavi, ut prolixiori semel commentario, & qui omnibus ejusdem argumenti lucubrationibus posset accommodari, primum ii adornarentur, adjunctis deinde ad auctores ipsos, in locis qui editorum industriam postularent, peculiaribus observationibus, ne, quod in omnibus ferme occurrit, repetita ac inutili, ut fieri solet, lectione lector ipse fatigetur.

Quod enim peculiare habet Historia Byzantina, & a cæteris diversum, aut Imperatores, virosque illustres, ac Græcanicas familias spectat: aut Urbis Constantinopolitanæ descriptionem: aut Palatinas & Ecclesiasticas dignitates: aut denique voces barbaras ac semibarbaras, quarum penes solos istius ævi scriptores usus est. Ac in dignitatibus quidem recensendis & explicandis utilem operam hactenus impenderunt viri doctissimi Jacobus Gretzerus & Jacobus Goarus, fusioribus editis ad Codini librum de Officiis Ecclesiæ & Aulæ Constantinopolitanæ commentariis. Neque minori diligentia ac successu vocabulorum insolentium, quæ Historicos Byzantinos subobscuriores reddere, lectoresque remorari solent, notionibus investigandis insudarunt viri de re litteraria perinde optime meriti, Rigaltius, Meursius, Fabrotus, & aliquot alii, Glossariis editis, quæ revera non minimo aliorum vocabulorum accessu ex scriptoribus, quos non viderant, suppleri possunt ac locupletari: adeo ut optandum sit ut & addantur nova, & quæ in variis voluminibus dispersa sunt Glossaria, in unum corpus redigantur ac cogantur.

Ita Familiæ Byzantinæ, & Urbs ipsa Constantinopolis superstunt illustrandæ, quod nemo hactenus data opera & adhibito accurato satis studio aggressus est: tametsi fatendum, Petrum Gyllium, quem Cujacius, Thuanus, Sammarthanus, aliique, ob singularem eruditionem tantopere extollunt, in Urbis Constantinopolitanæ descriptione haud indiligenter versatum, libris quatuor editis, in quibus ita rem pertractavit, ut pleraque Urbis loca ab Historicis recensita coram inspexerit & contulerit, antequam quod veterum ædificiorum supererat, a Turcis, ejuscemodi antiquorum monumentorum osoribus, necdum esset eversum; diu Constantinopoli moratus, quo a Francisco I. Fran-

Cujac. ad L. de 7. Aquæd. Thuan. lib. 11. Hist. Prunet in Præf. ad Σχεδλω ξασιμιχλω. Bellon. lib. 2. Observ. c. 102. Thevet. lib. 14. c. 6. Sammarth. Elog.

corum Rege Codicum Græcorum comparandorum gratia missus fuerat. Verum accurata satis quantumvis sit hæc descriptio, atque ad auctorum Byzantinorum nodos difficiliores dissolvendos non minime conducat: non tamen est ejusmodi, ut locorum omnium meminerit, vel positiones aut origines descripserit, cum id præsertim consilii Gyllio fuerit, quæ ævo adhuc suo stabant, antiquæ urbis reliquias cum scriptoribus comparare. Sed cum infinita propemodum alia, seu ædificia, seu locorum, aut tractuum nomina, in iisdem occurrant, quæ ille non recensuit, vel quod id esset extra operis institutum, vel quod auctores, qui eorum meminerunt, nondum erant editi cum scripsit; non inutilem omnino aut injucundam fore operam confidimus, si universa Constantinopolis Christiana methodo alia adornetur, Scriptorum scilicet facta invicem collatione, ex qua positiones, origines, ac nomenclaturæ ædium locorumque ita possint retegi, ut lumen inde ipsis Scriptoribus affulgeat hac in re interdum obscurioribus. Id porro qualecumque est operis, quatuor in libros sumus partiti: in quorum primo Byzantii veteris continentur origines; ejus præterea incrementa, quæ debentur Constantino Magno, nova indita appellatione, Urbeque productis muris ampliata, Turribus, Arcibus, Portubus, Regionibus, Foris, Aquæductibus, Nymphæis ac Cisternis instructa cum ab ipso Constantino, tum ab aliis Augustis. Alter cætera ædificia publica, Circes scilicet, Theatra, Porticus, Horrea, Palatia, ac ædes regias & privatas, atque adeo Urbis tractus: Tertius Ædem Sophianam: Quartus denique ædes alias in Urbe sacras, & ipsius Urbis Suburbana, eorumque omnium origines complectitur.

Altera vero Byzantinæ Historiæ pars, quæ peculiarem exigit commentarium, Stemmata spectat Imperatorum Constantinopolitanorum: horum enim præstat nosse natales ac familias, ut & cognationum gradus atque affinitates; cum ex iis quædam late ramos suos propagarint, aliæ etiam cum illustrioribus ex Latinis familiis connubiorum nexu devinctæ sint.

Ac Imperatoriis quidem familiis adjungi etiam fortasse debuerint non tam stemmata, quam series genealogicæ ac historicæ Principum aliquot Dalmaticorum, quibuscum crebra habuere bella Constantinopolitani Augusti, quorumque frequens occurrit mentio apud Scriptores Byzantinos. Ejusmodi sunt Reges Dalmatiæ & Serviæ, Croatiæ, Bosinæ; Despotæ Serviæ ac Rasciæ, Duces Spalati & S. Sabæ, Celmenses & Uscienses Comites, Zentæ, Joanninæ, Ætoliæ, Montis nigri Toparchæ, ut sileam Castriotarum, Dragasensium, Spanorum, Ducaginorum, & similia stemmata, quorum notitia ad auctores, qui inclinantis jam Imperii tempora attigerunt, omnino est necessaria. Quas quidem familias etsi aliqua ex parte attigerint Maurus Orbinus Ragusinus, & Joannes Lucius Dalmata, non ita tamen rem pertractarunt, ut ex iis quæ obscura ac intricata sese passim offerunt apud hosce scriptores, tam facile enucleari queant, cum vix fieri id possit, nisi collatis eorumdem locis, ac invicem comparatis.

Sed & ad Historiæ Byzantinæ partem illam, quæ Francorum nostrorum, in Syriam militares expeditiones spectant, Regum ac Principum, atque adeo familiarum, quæ iis in provinciis fixere sedes suas,

ſtemmatum non minus videtur neceſſaria cognitio: cum & crebra cum iis bella ſuſceperint Conſtantinopolitani Imperatores, invicemque interdum connubiorum affinitates interceſſerint, quæ quidem ab eorum Hiſtoricis ſubinde ita enarrantur, ut niſi ejuſmodi Principum ſtemmata lectori aliunde plana ſint, vix certo pede in eorum lectione progredi poſſit. Latina enim familiarum nomina ita deturpata ac perperam inflexa ſunt a Græcis ſcriptoribus, ut rerum etiam noſtratium utcumque peritus, in iis quidpiam vix poſſit ſubodorari: quod quidem non modo ex Notis noſtris ad Nicephori Bryennii, Annæ Comnenæ, & Joannis Cinnami Hiſtoriam Comnenicam, ſed & ex Hiſtoria noſtra Gallo-Byzantina, una cum Villharduino edita, abunde percipi poteſt. In qua quidem hanc Hiſtoriæ Byzantinæ partem aliam, quæ Francorum noſtrorum militares in Græcos Conſtantinopolitanos expeditiones ſpectat, & in hac urbe Orientis præcipua, ac in cæteris Imperii Græcanici provinciis ſtabilitam diu dominationem, haud inutili fortaſſe opera, adornare pro virili ſumus conati. Utrumque porro, de Dalmaticis ſcilicet & Hieroſolymitanis familiis, pridem a nobis adornatum eſt opus, ac editioni paratum.

Fatendum interea ad pleniſſimam Hiſtoriæ lucem nihil eſſe tam utile, quam τὸ γενεαλογικὸν, quod præcipuam illius eſſe partem ſcribit Polybius. Hiſtoria quippe quatuor potiſſimum conſtat partibus, quarum prior, quam πραγματικὴν Scriptores, atque in iis idem Polybius, vocant, argumentum eſt totius narrationis, quod circa res de quibus agitur, tota verſetur: altera notioni locorum, in quibus eædem peractæ addicta, τοπικὴ: tertia, quæ tempora, quibus intervenere ſingulæ, diſcriminat, χρονικὴ: quarta denique γενεαλογικὴ appellatur, quæ hominum, quorum meminit, ſtemmata ac familias perſtringit, vel certe indicat. Atque tres hæ quidem poſtremæ Hiſtoriæ partes priori, quæ, ut diximus, totius narrationis fundamenti vicem præſtat, ita accedunt, ut extremam quadamtenus manum apponant ſcriptioni, quam ſuis numeris reddunt abſolutam, accurata ſcilicet locorum, temporum & perſonarum obſervatione.

Polyb. lib 3.

Euſtath. in Præf. ad Dionyſ. Pereg.

Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 254.

Verum quæ prima ſui origine Hiſtoriæ tantum partes erant, ſingulæ deinceps ab ipſa, vel ab ea parte, quam πραγματικὴν dicunt, divulſæ, argumenti ſpeciem ſeorſim confecere; adeo ut viri litterati, tum e veteribus, tum e recentioribus, de Geographia, de Chronologia, ac de Genealogia libros conſcripſerint. Ut porro tres iſtæ cognitiones ad formandam rectequc exarandam Hiſtoriam neceſſariæ ſunt, ita ex his poſtrema ſui utilitate in primis commendari debet. Nam ſi Jureconſulti ajunt, *parum eſſe Jus noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa conſtitutum eſt ignorentur*: longe potiori ratione fatendum, eorum qui in Hiſtoriis primas agunt partes, & in hujus mundi ſcenam prodeunt, noſſe genus ac natales, eſſe perneceſſarium. Quod quidem nequaquam recte omnino percipi poteſt, niſi Genealogicæ ſcientiæ ſubſidio, quæ ad familiarum ſtipites retrogreditur, harum origines inveſtigat, & agnationum vel cognationum gradus accurate deſcribit. Familias quippe a familiis diſcernit, patrem a filio, agnatum ab agnato, affinitates & inita connubiorum fœdera indicat, ita ut a perſonarum confuſione cuivis facile ſit ſeſe expedire, dum hac munitus cognitione, ad Hiſtoriam vel conficiendam vel legendam accedit: qua qui

§. ult. Inſtit. de jure nat.

carebit, nullo prorsus fructu ac compendio operam collocabit. Hinc e veteribus non pauci Genealogicæ scientiæ totos addixere sese, ejusdemque argumenti libros conscripsere; ac præ cæteris quidem Judæi seu Hebræi. Prostant enim Mosis libri, in quibus tanta accuratione primorum parentum descripsit stemmata ad suam usque ætatem, ut absque hoc præsidio, horum ignoraremus nomina & progeniem; & tempora etiam quibus vixere, manerent incerta, nullaque supereſſent Chronologis annos a Mundo condito certa statuendi fundamenta: ex quo a Prudentio & Fortunato Pictavienſi Episcopo *Genealogi* epitheto donatur. Mosis deinde exemplo Judæi cæteri ita scientiam amplexati sunt, ut ad servandam familiarum suarum antiquitatis memoriam Genealogias contexerent, quas in templi Hierosolymitani archivis, majoris causa securitatis & fidei, deponebant; cum gentis suæ nobilitatem tanto haberent in pretio, ut cum gentibus aliis extraneis connubio jungi prorsus recusarent. Hinc Esdram cæterosque Propheras Genealogiis studium contulisse quidam volunt, ut Judæos a Gentilibus discernerent, Judæosque ipsos a summis Pontificibus. Quæ quidem sedula ac diligens in perscrutandis familiarum originibus cura ad id temporis usque perstitit, quo Herodes Antipatri filius Regiam adeptus est dignitatem; qui cum esset natione Idumæus, genteque minus illustri, ne antiquioribus deteriori haberetur conditione, omnia familiarum, quæ suo florebant ævo, antiquitatis ac nobilitatis monumenta igne consumpsit. Tradunt alii ideo Judæorum genealogicas tabulas igni mandasse Herodem, ut sibi liberum esset quem luberet ad summum Sacerdotium provehere: quod quemadmodum scribit Josephus, qui hoc vellet fungi munere, matre Hebræa natum se probare necesse haberet, idque certissimis ac authenticis monumentis, testibusque omni exceptione majoribus: unde apud Judæos præcipuum nobilitatis erat argumentum, cum quis a summis Pontificibus prognatum se probaret, ut qui a gente pura, quæque nullam Gentilitatis maculam per extraneum aliquod connubium contraxisset. Ut igitur majori cum fide generis & natalium probarentur origines, decreto sancitum est, ut eorum qui nuptias inibant nomina & uxorum familiæ in templi archivis describerentur, etiam testibus adhibitis. Sed cum publica ista familiarum monumenta ab Herode igne consumpta essent, quæ supererant domestica, singulis servare curæ postmodum fuit: quæ quidem γενικὴ ἀπογραφαὶ, βίβλοι ἡμερῶν appellantur ab Africano, ex quibus haustum quicquid de Christi genealogia exinde traditum est. Verum cum ejusmodi Ephemerides, & domestica documenta haud adeo certæ, imo subleſtæ pœne fidei haberentur, accidit, ut cum de familiarum & natalium antiquitate sermo fieret, variæ super hac re orirentur sententiæ, deficientibus monumentis authenticis, quæ rem controversam dirimerent ac dijudicarent, ita ut ad conjecturas & incerta argumenta recurrere necessum esset, quæ ut vera & indubitata obstinatius quisque tuebatur. Sed & sanctum Ambrosium volunt alii recte existimasse, controversias ac disceptationes, quæ super genealogiis oriebantur, & quas ut inutiles ac nullius compendii damnat Apostolus, eas esse, quæ post consumpta igne natalium monumenta illius ævi nascebantur, quas ἀπεράντους vocat; quod, ut antiquitas familiarum proderetur, plerique confugerent ad fabulas, ut ab antiquiori gentis stipite prognatos se fir-

Prudent. in Apoth. v. 383. *Fortunat. lib. 1. de vita S. Mart.*

Honor. Augustod. in Gemma animæ lib. 3. c. 53.

Euseb. Saldus Baricid.

Jo Selden. de Suc. Pontif. Ebræor. lib. 2. c. 3. *Joseph. l. 1. adv. Apion. l. 13. orig. c. 8.*

Idem de vita sua.

Africanus apud Euseb. l. 1. Hist. c. 7.

S. Ambr. in Epist. ad Timoth.

ſe firmarent. Quæ certe ſententia cum eo aliquatenus convenit, quod ab Olympiodoro refertur, Judæos, cum libros ſacros interpretabantur, fabulas, genealogias & traditiones amplecti ſolitos, cum hæc eorum auctori, & a quo dictati fuerant, prorſus adverſarentur. *Olymp. in Eccl. c. 12.*

Neque minori cura in perſcrutandis familiarum originibus ſtudium impendere Greci, quod eorum de iis conſcripti libri teſtantur, quorum titulos ſaltem ac lemmata poſteris ſervarunt qui non intercidere ſcriptores. Legimus quippe [a] Epimenidem, [b] Pherecidem Athenienſem, Philiſtum, [c] Andronem, Cynæthonem Lacedæmonium, & Hecatæum, ſcriptores antiquiſſimos, Genealogicos libros conſcripſiſſe. Laudat non ſemel [d] Pauſanias Aſium Genealogum. [e] Simonides cognomento Melicertes, tres Genealogiarum libros edidiſſe dicitur. [f] Æacidarum Stemma contexuit Philoxenus, [g] ut Græcorum procerum, qui bellis ad Trojam interfuere, Pollio. Meminit denique [h] Photius Pherecidis Syri Genealogiarum ſcriptoris, ut & [i] Scholiaſtes Apollonii, & Svidas Acuſilai, qui ex æneis tabulis Genealogias conſcripſit. *Dion. Halyc. lib. 1. pag. 10.*

Quinetiam Latinos ac Romanos iis incubuiſſe potiſſimum, ſatis declarant Commentarii, quos, ut auctor eſt Servius, de Familiis Romanis Varro conſcripſit: quem præterea voluminum ſuorum fœcunditati non nomina tantum ſeptingentorum Illuſtrium, ſed & imagines inſeruiſſe tradit Plinius. In primis vero Pomponius Atticus, Tullio Oratori admodum familiaris, quod ejus crebræ ad eumdem Atticum ſcriptæ teſtantur Epiſtolæ, in Genealogiis verſatiſſimus fuiſſe perhibetur a Cornelio Nepote, ut qui familiarum Romanarum origines, quas apprime callebat, litteris mandaverit: *Sic*, inquit, *familiarum originem ſubtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines poſſimus cognoſcere. Fecit hoc idem ſeparatim in aliis libris, ut M. Bruti rogatu Juniam familiam a ſtirpe ad hanc ætatem ordine enumeraverit, notans qui, a quo ortus, quos honores, quibuſque temporibus cæpiſſet. Pari modo Marcelli Claudii de Marcellorum; Cornelii, & Fabii Maximi, Fabiorum, & Æmiliorum quoque: quibus libris nihil poteſt eſſe dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum.* Quæ quidem Nepotis verba quibuſdam perſuaſere, tradita in Epiſtola ad Papirium Pætum, de Gente Papiria, inde eundem Tullium tranſcripſiſſe: ut & Commentarios de familia Porcia ab Agellio laudatos, ejuſdem eſſe Attici: qui quidem ſimili ratione poſſent etiam adſcribi Meſſallæ ſeni, qui, teſte Plinio, volumina de Familiis Romanis compoſuit, quas inter forte Genealogias illa extitit Auguſti, quam præ manibus habemus, ejuſdem Imperatoris præcepto exarata, in qua ab ipſo Ænea natales ejus arceſſit. Et ſane, ſi quibuſquam aliis, familiarum cognitio neceſſaria Romanis fuit, qui tanto ſtudio majorum ſuorum imagines colebant, ut eas in ædium veſtibulis, atriis atque porticibus collocarent, ubi lineis quibuſdam, quæ ad ſingulas diſcurrerent, natalium gradus ac ordo religioſius obſervabatur, ex quibus unde orti, quorum erant, facile dignoſceretur, ita ut tabulam genealogicam quodammodo formarent; quod diſerte teſtatur Plinius, ubi de ejuſmodi imaginibus agit: *Stemmata vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas.* Romanos deni- *Servius* *Plin. lib. 35. c. 2.* *Corn. Nep. in Vita. Attici.* *Cicrol. 9. Epiſt. fam. 21.* *Agell. lib. 13. cap. 18.* *Meſſala Corvin. de prog. Aug.*

(a) *Laert. lib.* 1.
(b) *Schol. Apollon. p.* 3. *Svid.*
(c) *Athen. lib. c.* 4.
(d) *Pauſan in Corinth. in Meſſen.*
(e) *Svid.*
(f) *Idem.* (g) *Idem.*
(h) *Phot. Bibl. p.* 4. 1487.
(i) *Schol. Apoll. l. ſect.* 17.

Varro apud Non. Marc. c. 2. n. 70. Quintil. l. 1. c. 17.

que Genealogiis impensius operam dediſſe arguit omnino idem Varro lib. 11. de Vita Populi Romani, ſcribens, *in conviviis pueros modeſtos cantaſſe carmina antiqua, in quibus laudes erant majorum, & aſſa* (i. ſola) *voce & cum tubicine*: quod quidem facere minime potuiſſent, niſi prius Genealogicæ ſcientiæ elementis fuiſſent imbuti.

Tacit. de mor. Germ. Magnus Odonell. de vita S. Columbani.

Pari ſane argumento conjicere eſt, Gallos noſtros veteres eidem etiam ſtudium ſuum præſertim addixiſſe, cum legamus proprium fuiſſe apud illos Bardorum inſtitutum, ut carminum, quæ majorum continebant laudes ac præclara in bellis facinora, relatu, quem ab iis Barditum vocabant, ſuorum ad prælia prodeuntium accenderent animos, ut apud Lucanum:

Luc. lib. 1.

Vos quoque qui fortes animos, belloque peremptos,
Laudibus in longum vates admittitis ævum,
Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Will. Malmesb. Alber. Chron.

Atque hic quidem mos apud Francos etiam derivatus eſt, apud quos ſolemne erat *cantilena Rollandi*, hoc eſt recitatione vel cantu geſta Palatinorum noſtrorum Comitum complectente, milites ante prælia ad eorum imitationem provocare: cujuſmodi etiam fuere apud Græcos Byzantinos ii, quos παρακλήτορας vocabant, ἢ λόγον διεγείροντες ἢ σραῖ πρὸς τὰς ἀγῶνας, ut eſt apud Leonem in Tacticis. Neque aliud fuit miſtrionum, quos *Miniſtellos* vocavit inferior ætas, apud noſtros munus. Ii quippe coram Regibus & Magnatibus majorum ac ſummorum virorum præclare geſta recitatione vel cantu prædicabant, quo & animos excitarent ad gloriam, & ad propoſitam tot recte factorum imitationem in rebus tota vita ſua gerendis impellerent, cum nihil æque animum permoveat, quam avitæ virtutis recordatio. Quin porro in ejuſmodi majorum laudibus recitandis Genealogices cognitio neceſſaria fuerit, nemo, opinor, inficiabitur. Sed & ſcribit Silveſter Giraldus in Guallenſi, ſeu Cambrenſi Britanniæ provincia, cujus incolæ etiamnum, ut plerique cenſent, idioma vetus Gallicum ſervant, Bardos Cambrenſes in commentariis libriſque, Principum ſuorum genealogias ac ſtemmata deſcripta habere, quæ, cum ſe offert occaſio, recitant coram ipſis Principibus. Plura de iſtius cognitionis utilitate perinde ac neceſſitate congeri poſſent, quæ conſulto præterimus: hoc tamen ſilere nefas quod a Græco ſcriptore traditum eſt, Oratori etiam eſſe neceſſariam, maxime cum virorum illuſtrium elogia ac panegyricos aggreditur, in quibus artis eſt Rethoricæ natalium attingere origines, & majorum obiter geſta perſtringere: *Aut enim reſpondiſſe nobilitati pulchrum erit, aut humilius genus illuſtraſſe factis*. Quo ſpectant iſta Paulini Nolani Epiſcopi ſcribentis ad Severum: *Opinor & hoc ad cumulum divinæ gratiæ pertinere, quod ſanctitatem laudandam de laudibus generis prædicare ordior. Sed hunc ordinem non a Rethoricis inſtitutis magis quam de Evangelicis exemplis uſurpari doctiſſimus Lucas mihi teſtis eſt, qui Baptiſtæ beati meritum ab originis claritate detexuit.* Et mox: *Et uxor, inquit, illi erat de filiabus Aaron. Auxit meritum Sacerdotis commemorata nobilitate conjugii; & laudaturus vitam, genus antè laudavit, ut venerabilior exiſteret, qui ſanctis parentibus reſponderet ſanctitate ingenita, quaſi quadam juſtitiæ hæreditate*, &c. Habent igitur viri præſertim nobiles in recenſione familiæ ſuæ fere ſemper quorum laudes prædi-

Leon. Tact. c. 4. §. 6. Vide Gloſſ. in Miniſtell.

Silv. Girald. in Topogr. Cambr.

Zuertius Boxorn. in Ori. Gall.

Iſocrat. in Encom. Buſir.

Quintil. l. 3. c. 9.

Paul. epiſt. 10. p. 122. 123.

cent : habent in avorum revocata memoria, quasi præ oculis, virtutes præclaraque gesta quæ imitentur, quorum etiam gloriam vindicare sibi fas erit, si ab iis non degenerent. *Non extranea sectetur exempla, cui domestica succedunt magna præconia*, inquit Senator. *Cassiodor.*

Verum Genealogicæ scientiæ non minime infirmavit auctoritatem inepta ac insulsa quorumdam Scriptorum impudentia, & effrænis, quam sibi fabulas confingendi arrogarunt, licentia. Primi autem plus æquo in hoc scribendi genere sibi Poetæ indulsere, Theogoniis, seu Deorum genealogiis conscriptis, quibus omnibus præivit quodammodo Orphei Poetæ antiquissimi Thogonia, cujus ipsemet in [a] Argonauticis meminit, quæque laudatur a Fulgentio & Tzetze ad Lycophronem, qui præterea observat quam is conscripsit Theogoniam a Musæo furatum, vel certe mutuatum. [b] Ejusdem sunt argumenti libri Musæi alterius Athenienſis, [c] Epimenidis, [d] Dromocridis, [e] Æmilii Macri, & aliquot alii, quibus idem lemma ab iis præfixum est. [f] Theogoniam etiam conscripsit Hesiodus, quam Acusilaus emendare aggressus est. Denique ad id scriptionis genus referri possunt eorum qui de Diis inscribuntur Commentarii, ac e Græcis quidem, [g] Simonidis, Cleanthis, Orapionis, Antiochi, Seleuci, Theophrasti, Apollodori, & aliorum aliquot; e Latinis vero Hygini præsertim Augusti liberti. [h] Eumdem præterea Hesiodum Heroum genealogias conscripsisse ajunt, quorum natales ab ipsis Diis arcessit: atque hi sunt *Genealogi antiqui*, quorum meminit Tullius, ubi de Diis agit; qui fere semper invicem discrepabant, ut observat Pausanias. Mirum itaque videri non debet, si Asclepiades in libris de Grammatica genealogiam historiæ fabulosæ accensuit; cum veræ, partes tres attribuat: priorem quidem, quæ in laudibus ac elogiis Deorum, Heroum & virorum illustrium versatur: alteram, quæ locorum ac temporum cognitionem spectat: tertiam demum, quæ res ipsas gestas commemorat. Quod vero ad falsam seu fictitiam pertinet, unicam speciem statuit Genealogiam, quod ejusmodi, quas diximus, Theogoniis studium plus æquo cuncti impertirent, quas Joannes Chrysostomus eas esse opinatur genealogias, quas damnat Apostolus ut mera figmenta, & quæ sua ætate veræ-ne essent an falsæ, inutiles agitandi controversias occasiones præberent.

Fulgent. lib. 3. Myth. p. 147 *Tzetz. in Lycoph. p. 71.* *Lib. 3. de Nat. Dor.* *Pausan. in Arc. p. 280.* *Asclepiad. Gram. apud Maussacum ad Plutarch. de Fluminib. p. 176. 177.* *Chrysostom. in 1. Epist. ad Tim.*

Hisce sane fabulosis genealogiis videntur adscribi posse, quas de antiquis majoris Britanniæ Regibus contexuere Anglici aliquot scriptores, quorum stemma ab ipso mortalium parente auspicantur, quibus non admodum curæ est, an in fictitiis generationum gradibus, quos statuunt, duorum aut trium millium annorum intercedant anachronismi. Ejusmodi etiam sunt stemmata alia, quæ hujus sæculi Græculi, omni posito pudore, composuere, ubi Imperatorum, aliorumque gentis suæ procerum, a quibus se prognatos frustra persuadere conantur, indices genealogicos ab ipso perinde Adamo confinxerunt.

Vvill. Malmesb. Roger. Hoved. *Flavius Angelus.*

Enimvero longe ab hocce fabuloso scriptionis genere abest illud, quo in stemmatibus contexendis hodie utimur. Nihil quippe temere vel absque probatione ingeritur: in delineandis, vel potius firmandis ge-

(a) *Orph. Argon. p. 17.*
(b) *Laert. in Proœmio.*
(c) *Idem lib. 1.*
(d) *Fulgent. lib. 2. p. 141.*
(e) *Macrob.*
(f) *Joseph. lib. 1. contra App. Svidas.*
(g) *Laert. Svid.*
(h) *Tzetz. in Lyc. p. 38. 55.*

nerationum gradibus domeſtica adhibentur monumenta, vel diplomata ex Regiis aut Monaſteriorum tabulariis deſumpta, vel Scriptorum denique cujuſque ætatis proferuntur auctoritates. Quæ porro ipſi aggredimur ſtemmata, non ea ſunt, ut tabulis antiquis compluribus fulciri queant, cum provinciæ ac regiones, quas Imperatores vel Principes, quorum in hocce opere perſtringuntur natales aut elogia, olim poſſederunt, nationis prorſus barbaræ, & implacabilis domeſticorum documentorum hoſtis imperio hodie ſubjaceant, quæque veteris Chriſtianorum pietatis quicquid ſupereſt monumentorum delere amat. Eapropter non tam genealogiæ in eo exarantur, quam familiarum deſcriptiones, cum quæ ad genealogias conſcribendas neceſſaria ſunt, deſint monumenta.

Scitum autem in quo differant apud Latinos Gens & Familia: ut enim Gentem variis conſtantem populis, nationem appellabant; ita poſtmodum Familiæ, quæ diverſis conſtarent ſtirpibus, id nominis adſcripſerunt: familiam vero proprio nomine appellarunt ſtirpem, quæ a communi ſtipite derivaretur: quod quidem vocabulorum diſcrimen attigit Feſtus, ſcribens *gentem Æliam appellari, quæ ex multis familiis conficitur*; quia in Ælia gente alii *Pæti*, alii *Ligures*, *Cati*, *Lamiæ*, *Tuberones* dicebantur, qui toridem unius gentis vel ſtipitis formabant familias, cum ex eadem haberentur gente; unde & *Gentiles ex eodem genere orti* eidem Feſto nuncupantur, non tamen ex eadem familia, ex qua qui erant, *Familiares* appellati. Hocce præterea diſcrimen firmat Livius, cum ait *P. Naſicam orationem habuiſſe plenam veris decoribus, non communiter Corneliæ gentis, ſed propriæ familiæ ſuæ*. Et Svetonius, ubi ait *ex gente Domitia duas familias claruiſſe, Corvinorum & Ænobarborum*. Contra Græci γένος appellarunt, φρατείαν vero quod Latini gentem. Ejuſmodi igitur domeſticorum documentorum defectu, *uti cogimur publicis*, veterum ſcilicet & recentiorum Scriptorum libris, cum ad firmandos Principum, quorum exarantur ſtemmata, cognationum gradus; tum ad eorum recitanda geſta, & accuratam temporum, quibus vixere, obiere, vel regnavere, obſervationem. Ne vero in recenſendis iiſdem, qui ſubinde laudantur, Scriptoribus abrumperetur ſermonis contextus, ad margines locos remittere ſatius viſum eſt: quæ quidem ſcribendi ratio quibuſdam minus fortaſſe probabitur, ut qui non adeo inauſpicatum fore opinantur Scriptorem, dum abſurdum nihil, aut a vero abhorrens commemorat, ut ex ſe fidem integram non obtineat a legentibus; neque ut inutiles dumtaxat ejuſmodi Auctorum reſpuunt citationes, ſed & perſuaſum habent non eas apponi, niſi ad unicam multifariæ lectionis oſtentationem. Quicquid ſit de aliis, longe nobis ſane aliud eſt conſilium. Ut enim hoc ſcribendi genere uteremur, impulit omnino viris eruditis fœcundum, quo vivimus, ſæculum, qui niſi adſint certa rerum poſitarum argumenta, haud temere fidem commodant ſcribentibus: cum præterea ſcripta ipſa ſeu jure ſeu injuria arguendi licentiam ſibi quiſque ultro arroget. Hac igitur methodo utenti licebit cum ſancto Iſidoro hæc præfari: *Si qua ex his diſplicuerint, erroribus meis paratior venia erit; quia non ſunt referenda ad culpæ meæ titulum, de quibus teſtificatio adhibetur auctorum*. Quod ſi profecto ſcriptores famæ ſuæ ſolummodo hac in re conſulerent, res ipſas velut e penu ſuo depromptas, velut etiam certas ac minime controverſas lectoribus ob-

Feſtus.

Livius lib. 38.

Svet. in Nerone.

Salmaſius in Obſ. ad Jus Attic. p. 120. & ſeqq.

Henr. Valeſius ad Hiſt. Euſeb. lib. 1. c. 7.

Iſid. In præf. ad lib. de Eccl. Off.

truderent : cum id consequerentur, ut laudarentur ipsi tamquam auctores primarii, cum honoris id genus contra sibi præcidant, locis, unde quæ scribuntur deprompta sunt, indicatis, quos cuivis liberum erit consulere: cum nemo fere quantumlibet litteris imbutus vel omnia sciat, aut legerit, aut lectorum denique semper meminerit. Verum ut quod in manibus est opus scriptorum auctoritatibus firmaretur, ea potissimum causa fuit, quod cum minime integræ in eo edantur historiæ, sed eorum, quorum stemmata describuntur, elogia dumtaxat perstringantur, ad ipsos fontes remittere lectores visum est, unde rerum, quæ leviori attinguntur calamo, fusiores possint haurire narrationes, quas cæteroquin prolixiores dari compendiosa, quæ ex professo hic initur, ratio non patitur. Utcumque sit, eo consilio, quod dictum jam supra, ita universum hoc opus digestum est, ut quoad præcipuos viros, quorum apud Byzantinos historicos passim mentio injicitur, commentarii vicem præstet, singulorum indicatis natalibus ac dignitatibus, personisque ipsis ejusdem sæpe nominis ac cognominis ab invicem discretis: quod quidem absque horum stemmatum præsidio, vel certe nisi adhibita diligenti cura assequi alias haud pronum esset. Atque hoc argumento reponimus iis, qui scriptionis nostræ institutum aut improbare volent, aut elevare, quod ex veteribus scriptoribus ac recentioribus concinnata & contexta, nihil fere videatur continere novi, & quod ab ipsis scriptoribus cuivis non liceat expiscari. Quamvis enim hoc quadamtenus in confesso haberi debeat, atque adeo pleraque eorum quæ in hisce occurrunt commentariis, ab ipsis rerum Byzantinarum, aliisque scriptoribus esse mutuata: præterquam tamen quod nova ac facili methodo digeruntur, insunt etiam in iis complura ex scriptis codicibus, & ex aliquot veterum tabularum monumentis deprompta.

Ut huic denique Historiæ Byzantinæ parti lux major affulgeat, ipsumque adornetur opus, Imperatorum quorum stemmata describuntur, adjunximus nomismata, quod mutuam sibi opem videantur impendere ac deposcere. Atque id quidem eo lubentiori animo a nobis susceptum est, quod posterioris ævi nummorum cognitio, vel certe investigatio ab Antiquariis, & ejusmodi rerum studiosis neglecta hactenus fuerit, seu quod male formatas figuras exhibeant, insulsasque, ac ineptas inscriptiones, seu quod nihil in se fere contineant, quod ad arguta & ingeniosa veterum nomismatum ænigmata accedat, quod jam alibi monuimus; sed cum quicquid id est ad ipsas Augustorum Constantinopolitanorum familias pertineat, litteratis omnibus jucundam rem fore confidimus, si ad pleniorem rerum Byzantinarum illustrationem, ea quantivis pretii nomismata hic exhiberentur. Hæc autem suppeditavit locupletissimum Regis Christianissimi rei nummariæ Gazophylacium, Viri illustrissimi Joannis Baptistæ Colberti Regi ab intimis Secretis & Consiliis nutu, & V. C. Petri Carcavii Bibliothecæ Regiæ, ejusdemque Gazophylacii Curatoris meritissimi & doctissimi beneficio, additis non paucis ex ipsius D. Colberti, virorumque aliorum clarissimorum pinacothecis, in quibus laudem præcipuam meretur vir admodum eruditus R. P. Claudius du Molinet S. Genovefæ Parisiensis Canonicus Regularis, qui non contemnendum in Monasterii sui ἀρχείῳ neglectorum hactenus ævi inferioris nomismatum numerum con-

gessit ; & pro sua humanitate gratanter nobiscum communicavit, de quorum utilitate vel cognitione generatim in eo, quod post Glossarium nostrum ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis nuper edidimus, Syntagmate fuse satis disseruimus, ab hocce opere, quod vix tum spes esset in lucem aliquando proditurum, divulso. Sed accidit postmodum ut curante eodem Viro illustrissimo Joanne Baptista Colberto, sumptibus regiis dudum nostra cura in æs incisa inferioris Imperii nomismata in manus nostras venirent ; & ut vir rei litterariæ inprimis studiosus Ludovicus Billaine, Typographus ac Bibliopola Parisiensis, hujusce lucubrationis editionem ultro amplecteretur. Quod quidem Syntagma licet commodiori fortassis loco hic descriptum legeretur, quandoquidem semel publici juris factum prodiit, rursum typis mandare haud visum est operæ pretium, cum illud in laudato opere lector, si tanti videatur, possit consulere.

Cæterum licet haud spernendam Augustorum inferioris ævi nomismatum seriem exhibeamus, aliquot tamen extare non diffitemur, quæ aut ad notitiam non venerunt, aut nostram effugerunt diligentiam, aut denique post æri incisa eadem nomismata, ab aliis exarata vel descripta sunt. Ne quid igitur in his lector desideret, in eorum quam damus descriptione, a nobis omissa, vel ab aliis delineata. vel nude etiam dumtaxat descripta, suis locis inserimus, asteriseo notata, cum id pagina patitur: sed & indicamus quæ in laudata Dissertatione de recentioris Imperii nomismatibus, vel ab aliis ex professo aut obiter enucleantur. Hic porro monendus lector, in delineandis iis nomismatibus hanc nos rationem secutos, ut quoties Imperatorum imagines seu figuræ vel in vestibus, vel in diadematibus, vel denique in inscriptionibus quidpiam diversum præferrent, toties anticas illas nummorum partes recudi curaverimus. Horum autem, quæ damus, nomismatum magnitudinem, quomodo solent vulgo antiquariæ ejusmodi supellectilis studiosi, triplicem expressimus, majorem scilicet per I. mediam per II. minorem per III. id est primam, secundam, & tertiam: Medalliones vero (quorum ingens omnis generis numerus ex unica Regia Gaza depromptus, Regiis auspiciis, & cura ejusdem illustrissimi Colberti, elegantissima scalptura, & in tabulas grandiores æneas incisus propediem lucem videbit) littera M. ut metalla, aureum per AV. argenteum per AR. æreum per Æ. denotamus. Denique Imperatorum icones ac imagines, quotquot ex veteribus Græcanicis tabellis, aut ex manu descriptis, vel etiam editis codicibus nanciscí licuit, in eorum elogiis subinde inseruimus, quod ad Historiam Byzantinam illustrandam non minime conducant, & ex earum inspectione obscuræ interdum Antiquitati lux affulgeat.

INDEX TABELLARUM;

quæ ad hujus operis, atque adeo totius Hiſtoriæ Byzantinæ illuſtrationem, in eo paſſim inſeruntur.

Quæ ex iis nomiſmata Imperatorum Conſtantinopolitanorum complectuntur, Regiis impenſis ſcalptæ ac deſcriptæ ſunt.

In Familiis Byzantinis & Dalmaticis.

1. FORTUNA Urbis Conſtantinopolitanæ, *in ipſo libri limine.*
2. CONSTANTINI M. familiæ nomiſmatum tabella I. *pag.* 4
3. Tabella II. *pag.* 6
4. Tabella III. *pag.* 8
5. Tabella IV. *pag.* 10
6. Tabella V. *pag.* 12
7. Tabella VI. *pag.* 14
8. Tabella VII. *pag.* 16
9. Tabella VIII. *pag.* 18
10. Tabella IX. *pag.* 20
11. Tabella X. *pag.* 22
12. Tabella XI. *pag.* 24
13. Tabella XII. *pag.* 26
14. Tabella XIII. *pag.* 28
15. Tabella XIV. *pag.* 30
16. Tabella XV. *pag.* 31
17. JOVIANI Imperatoris nomiſmata. *pag.* 40
18. VALENTINIANI Imper. familiæ nomiſmatum tabella I. *pag.* 43
19. Tabella II. *pag.* 45
20. THEODOSII M. Imp. familiæ nomiſmatum Tabella I. *pag.* 49
21. Tabella II. *pag.* 51
22. Tabella III. *pag.* 53
23. Tabella IV. *pag.* 54
24. LEONIS M. Imp. familiæ nomiſmata. *pag.* 63
25. ZENONIS Imper. nomiſmata. *pag.* 65.
26. ANASTASII Imp. nomiſmata. *pag.* 67
27. JUSTINI utriuſque, & JUSTINIANI nomiſmatum tabella I. *pag.* 72
28. Tabella II. *pag.* 74
29. Tabella III. in qua præterea continentur Gothicorum Italiæ Regum nomiſmata. *pag.* 6
30. Tabella IV. in qua deſcribuntur aliquot nomiſmata Regum Franciæ. *pag.* 77
31. Tabellæ in quibus deſcribuntur JUSTINIANI & THEODORÆ uxoris imagines. *pag.* 80
32. TIBERII Imperatoris nomiſmata. *pag.* 84
33. MAURICII Imperatoris nomiſmata. *pag.* 87
34. PHOCÆ Imperatoris nomiſmata. *pag.* 91
35. HERACLII Imper. familiæ nomiſmatum tabella I. *pag.* 95
36. Tabella II. *pag.* 97
37. Tabella III. *pag.* 98
38. LEONIS Iſauri nomiſmata. *pag.* 104
39. NICEPHORI Generalis nomiſmata. *pag.* 107
40. MICHAELIS Rhangabe nomiſmata. *pag.* 108
41. MICHAELIS Balbi nomiſmata. *pag.* 111.
42. BASILII Macedonis familiæ nomiſmata. *pag.* 117
43. EUDOCIÆ Auguſtæ, LEONIS & ALEXANDRI filiorum imagines. *pag.* 118
44. JOANNIS Zimiſcæ Imp. nomiſmata. *pag.* 128
45. DUCÆNÆ familiæ nomiſmata. *pag.* 133.
46. ROMANI Diogenis, & EUDOCIÆ imagines. *pag.* 136
47. NICEPHORI Botaniatæ imago Deiparæ. *pag.* 137
48. COMNENICÆ familiæ nomiſmata, *pag.* 141.
49. ANGELORUM familiæ nomiſmata. *pag.* 165
50. BALDUINI II. Imp. CP. Bulla aurea. *pag.* 176
51. LASCARICÆ familiæ nomiſmata. *pag.* 178
52. PALÆOLOGORUM & Regum Serviæ nomiſmata. *pag.* 188
53. MICHAELIS Palæologi, THEODORÆ uxoris, & CONSTANTINI filii imagines. *pag.* 191
54. MANUELIS Palæologi, HELENÆ uxoris & filiorum imagines. *pag.* 197
55. JOANNIS Palæologi Imp. nummus Piſani Pictoris. *pag.* 200
56. Inſignia Regum & Toparcharum Dalmatiæ. *pag.* 215

In Conſtantinopolis Chriſtianæ parte priore.

57. Byzantinorum nomiſmatum tabella I.
58. Tabella II.
59. Boſpori Thracii deſcriptio, & Conſtantinopoleos diviſæ per regiones.
60. Conſtantinopoleos deſcriptio ex Bondelmontio.
61. Columnæ hiſtoriatæ delineatio. *pagina* 67.

In Conſtantinopolis Chriſtianæ parte poſteriore.

62. Sophianæ Eccleſiæ proſpectus exterior. *ante pag.* 1
63. Ejuſdem ædis ichnographia.
64. Ejuſdem ædis proſpectus interior.
65. Ejuſdem ædis proſpectus alter exterior. *pag.* 4.
66. Ambonis S. Pancratii Romæ delineatio. *pag.* 45.
67. S. Cæſarii funus. *pag.* 51.
68. S. Joannis Baptiſtæ caput uti Ambiani colitur. *pag.* 68.
69. SSS. Baſilii, Joannis Chryſoſtomi, & Nicolai imagines. *pag.* 82.
70. S. Gregorii Theologi, & parentum ac affinium imagines. *pag.* 86.
71. S. Stephani, S. Ægatharinæ, & S. Theclæ imagines. *pag.* 95.
72. Sanctarum Paraſceves, Barbaræ, & Marinæ imagines. *pag.* 104.

FAMI-

FAMILIÆ AUGUSTÆ BYZANTINÆ,

SEU

STEMMATA IMPERATORUM CONSTANTINOPOLITANORUM,

Ex Græcis ac Latinis ſcriptoribus, veteribuſque monumentis accurate deſcripta:

QUIBUS ACCEDUNT

Eorumdem Auguſtorum Icones aliquot, ex tabellis Græcanicis; ac Codicibus manuſcriptis.

Præterea Nomiſmata aurea, argentea, ærea, a Conſtantino M. ad Conſtantinum Dragazen, ex Regis Chriſtianiſſimi aliorumque Gazophylaciis, per ſingulas familias digeſta.

INDEX STEMMATUM
IMPERATORUM CONSTANTINOPOLITANORUM,
Quæ in hoc opere deſcribuntur.

I. Familia Conſtantini M. A.
II. Familia Joviniani A.
III. Familia Valentiniani A.
IV. Familia Theodoſii A.
V. Familia Leonis M. A.
VI. Familia Zenonis A.
VII. Familia Anaſtaſii A.
VIII. Familia Juſtini & Juſtiniani AA.
IX. Familia Tiberii A.
X. Familia Mauricii A.
XI. Familia Phocæ A.
XII. Familia Heraclii A.
XIII. Familia Leonis Iſauri A.
XIV. Familia Nicephori Generalis A.
XV. Familia Michaelis Rhangabe A.
XVI. Familia Leonis Armenii A.
XVII. Familia Michaelis Balbi A.
XVIII. Familia Theodoræ A. Theophili Imp. uxoris.
XIX. Familia Baſilii Macedonis A.
XX. Familia Romani Lacapeni A.
XXI. Familia Nicephori Phocæ A.
XXII. Familia Sclerorum.
XXIII. Familia Joannis Zimiſcæ A.
XXIV. Familia Argyrorum,
XXV. Familia Argyrorum Italicorum.
XXVI. Familia Ducarum.
XXVII. Stemma Ducaginorum.
XXVIII. Stemma Comnenorum.
XXIX. Stemma Imperatorum Trapezuntinorum ex gente Comnenica.
XXX. Stemma Comnenorum Arianitarum.
XXXI. Familia Comnenorum Sabaudica.
XXXII. Familia Angelorum.
XXXIII. Familia Angelorum Drivaſtenſis,
XXXIV. Familia Angelorum Nivernenſis.
XXXV. Familia Branarum.
XXXVI. Familiæ Impp. Conſtantinopolitanorum ex gente Francica.
XXXVII. Familia Laſcarica,
XXXVIII. Familia Vatatzarum,
XXXIX. Stemma Comitum Intemelienſium in Liguribus, qui Laſcaricum cognomen aſſumpſere.
XL. Stemma Palæologorum.
XLI. Stemma Marchionum Monferratenſium ex gente Palæologorum.
XLII. Familia Palæologorum Biſſypatorum.
XLIII. Familia Cantacuzenorum.

BYZANTINÆ.

Famil. Byzant.

Familiæ CONSTANTINI M. Imp. Nomiſmatum Tabella I.

CONSTANTIUS CHLORUS.

CONSTANTIVS CAES. *Conſtantius laureatus*.
PROVIDENTIA AVGG. *Ædificium, ſeu caſtra prætoria*, uti vult Occo, *infra*. PR.
xc vi *in corona quereea aut laurea, in medio nummo.*
CONSTANTIVS NOB. CAES. *Conſtantius laureatus*.
GENIO POPVLI ROMANI. *Genius nudus dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ, ſub patera, ſtellula, infra*, ST. Martianus Capella l. 2. *Populi genio, cum generalis poſcitur, ſupplicant, & unuſquiſque gubernatori proprio dependit obſequium.*
GENIO POPVLI ROMANI. *Genius, ut ſupra, ſtans ante aram accenſam, infra*, PLG.
PRINCIPI IVVENTVTIS. *Imperat. paludatus ſtans, dextra Spiculum, ſiniſtra globum, infra*, PROM.
PIETAS AVGG. *Figura militaris, ſiniſtra ſpiculum tenens, dextra figuram ſtolatam erigens, infra*, PTR. Vide Triſtanum p. 395.
FELIX ADVENT. AVGG. NN. *Figura ſtolata ſtans, dextra labarum, infra*, KYZ.
SACRA MONETA AVGG. ET CAESS. NN. *Dea Moneta, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ, infra*, ST.
SALVIS AVGG ET CAESS. FEL. KART. *Figura ſtolata, dextra papavera, ſiniſtra ſpicas, infra*, Γ. Martianus Capella lib. 6. de Carthagine: *Inclyta pridem armis, nunc felicitate reverenda.* Et Porphyrius in Paneg.
Nunc ſe felicem, nunc ſe ſub nominis arce
Tutam, quod Karthago decus venerabile geſtat.
Vide Triſtanum to. 3. p. 86. 252.
FORTVNAE REDVCI CAESS. NN. *Figura ſtolata, ſiniſtra cornu Amaltheæ, dextra gubernaculum: ad pedes rota, ad latera*, B, ✱, *infra*, TR.
CONSTANTIVS NOB. CAESS. *Conſtantius cum caſſide & haſta.*
GENIO POPVLI ROMANI. *Genius ſtans ante aram accenſam, ad latus* D. *infra*, PLG.
CONCORDIA MILITVM. *Duæ figuræ militares ſtantes, tenentes globulum cui inſiſtit figura alia, utrique ſertum porrigens, infra*, PR. Vide Triſtanum p. 395.
CONSTANTIVS NOB. CAES. *Conſtantius laureatus. ſiniſtra clypeum, dextra erecta.*
GENIO POPVLI ROMANI. *Genius ſtans ante aram accenſam, ad latus*, A, *infra*, PLC. Vide Triſtanum p. 392.
CONSTANTIVS NOB. C. *Conſtantius cum corona radiata.*
VNDIQVE VICTORES. *Imp. habitu militari, & paludatus ſtans, dextra globum, ſiniſtra haſtam, infra*, D. Similis typi ac inſcriptionis occurrit Numeriani Imp. nummus. Vide Occon. p. 511.
PROVIDENT. DEOR. *Figura ſtolata ſedens, dextra bacillum, ſiniſtra haſtile, ad pedes globulus, infra*, II. Vide Triſtanum p. 394.
v xx *in corona quercea, in medio nummo, infra*, I.
VOT X FK. *in corona quercea, in medio nummo.* Id eſt. *Vota Decennaliorum, & Felix Karthago.* Vide Triſtanum.
CONSTANTIVS NOB. C. *Conſtantius laureatus.*
VICTORIA SARMAT. *Caſtra prætoria, infra, quatuor figuræ exiguæ ante aram*: Ad hanc victoriam referri debet quod tradit Anonymus Valeſianus, Conſtantinum, cum bello Sarmatico cum patre prima militiæ exerceret rudimenta, *juveniſque equeſtris militaret ferocem barbarum capillis tentis raptum ante pedes Galerii Imp. adduxiſſe.*
VIRTVS MILITVM. *Caſtra prætoria, ut ſupra.* In tabella ſecunda collocatur. Vide Triſtanum p. 397.
CONSTANTIVS NOB. C. *Conſtantius cum corona radiata, habitu Conſulari, dextra ſcipionem, cui inſiſtit aquila.*
VIRTVS AVGG. *ſpolia inter duos captivos, infra*, B. Ex tabella ſecunda.
DN CONSTANTIO NOB. C. *Conſtantius laureatus.*
PRINCIPI IVVENTVTIS. *Imp. habitu militari ſtans, dextra ſpiculum, ſiniſtra globum, infra*, PROM.
IMP C. CONSTANTIVS P. F. AVG. *Caput nudum Imp. laureatum.*
FIDES MILITVM. *Figura ſtolata ſedens, dextra ſertum, ſiniſtra ſignum, infra*, PT.
✱ FL. VAL. CONSTANTIVS NOB. C.
PROVIDENTIAE CAESS. *Ædificium, infra*, RQ. Occo.
✱ GENIO POPVLI ROMANI. Occo.
✱ VOT X. *in corona quercea, infra*, FF. Occo.
✱ VICTORIA BEATISSIMORVM CAESS. *Victoria ſedens cum clypeo, cui inſcript.* VOT X. Occo.
IMP. CONSTANTIVS P. F. AVG. *Imp. cum caſſide, ſpiculo, & clypeo.*
VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. *Imp. eques, ſiniſtra clypeum, dextra ſpiculum in duos captivos contorquens, infra*, NOS.
✱ FIDES MILITVM. *Figura ſtolata ſedens, dextra labarum, ſiniſtra ſignum militare, infra*, ST. Occo.
✱ FIDES MILITVM AVGG. ET CAESS. NN. *Figura ſtolata ſtans, utraque manu tenens ſignum militare, infra*, AQS. Occo.
✱ SACMON VRB. AVGG. ET CAESS. NN. *Dea Moneta, infra*, AP. Occo.
ΦΛ ΚΩΝCTANTIOC K. *Imp. laureatus.*
Figura ſtolata ſpoliis inſidens, dextra victoriolam cum ſerto, ſiniſtra haſtile, ad latera, L. H. Vide Triſtanum p. 398.
DIVO CONSTANTIO PIO. *Imp. velatus, & laureatus.*
MEMORIA FELIX. *Ara, inter duas aquilas, infra* PLN. Conſtantii ἀποθέωσιν, quæ in hoc & ſequentibus nummis deſcribitur, attigere Porphyrius in Paneg. & Euſeb. l. 8. Hiſt. Eccl. cap. 26.
Ead. inſcriptio, & eadem Ara, ſed alterius figuræ, infra, PLC.
CONSECRATIO. *Ara, cui inſiſtit aquila, infra*, PLC.
DIVO CONSTANTIO AVG. *Imp. velatus.*
MEMORIA DIVI CONSTANTI. *Templum, cui inſiſtit aquila, infra*, ST.
DIVO CONSTANTIO AVG. *Imp. laureatus.*
CONSECRATIO. *Aquila, infra*, PLC.

DIVO CONSTANTIO PIO PRINC
MEMORIAE AETERNAE
DIVO CONSTANTIO PIO PRINCIPI
REQVIES OPTIMORVM MERITORVM
REQVIES OP TIMOR MERIT

IMP MAXENTIVS DIVO CONSTANTIO AVO NEP
AETERNA MEMORIA
MOSTR
CONSTAN TIVS NOB C
VIRTVS MILITVM
CONSTANTIVS NOBC

FL HELENA

VIRTV SAVGG
FL HELEN AAVGVSTA
SECVRITAS REIPVBLICE
STRE
FLIVLIA HELENA AVGVSTA
SECVRITAS PVBLICA

FL MAX THEODORA
CONSTANTINVS MAGNVS

PAX PV BLICA
FL MAX THEODORA AVG
PIETAS ROMANA
TRO
CONSTANTINVS NOBCAES
VIRTVS AVGG ET CAESS NN
PT

VIRTVS AVGG ET CAESS NN
AQT
PERPETVA VIRTVS
ST
CONSERVATORES KARTAVI
KΔ
HERCVLI CONSERVATORI CAES
STR
GLORIA EXERCITVS
PLC

CONSTANTINVS NOBC
FELICITAS TRANQVILLITAS
VO TIS XX
TRO
FLIVL CONSTANTINVS NC
GENIO POPVLI ROMANI
N
PLC
PRINCIPI IVVENTVTIS
S
PTR

MARTI PRO PVGNATORI
PTR
CONSTAN TINVS AVG
SARMATIA DEVICTA
PTR
SARMATIA DEVICTA
SIRM
PROVIDEN TIA AVGG
PTRO

PROVIDEN TIA AVGG
SMNE
DN CONSTANTINVS MAXAVG
VOT X X
SMHB
CONSTAN TINVS AVG
DN CONSTANTINI MAX AVG
VOT XXX
SMHB
VIRTVS AVGG NN
E
CON

Familiæ CONSTANTINI M. Nomiſmatum Tabella II.

DIVO CONSTANTIO PIO PRINC. *Conſtantius velatus & laureatus.*
MEMORIAE AETERNAE. *Aquila, infra,* EI. Alium proferunt Triſt. p. 399. & Pat. p. 448. ejuſdem inſcript. in quo Leo gradiens effictus.

DIVO CONSTANTIO PIO PRINCIPI. *Conſtantius velatus & laureatus.*
REQVIES OPTIMORVM MERITORVM. *Figura ſtolata ſedens, dextra protenſa, ſiniſtra baſtile, infra,* RP.
REQVIES OPTIMOR MERIT. *Eadem figura velata, infra,* PR.

IMP MAXENTIVS DIVO CONSTANTIO ADFINI. *Conſtantius velatus.*
AETERNA MEMORIA. *Templum cui inſiſtit aquila, infra,* MOSTR. Quod Conſtantii Chlori *adfinis* memoriæ, in benevolentiæ & neceſſitudinis argumentum præſtitit in nummo Maxentius, id ipſum paulo ante præſtiterat Maximiano ſocero, in nummis aliis, qui hoſce characteres præferunt: *Divo Maximiano patri Maxentius Aug.* & *Imp. Maxentius divo Maximiano ſocero.* Quod etiam teſtatus eſt in filium, *Imp. Maxentius divo Romulo Aug. filio.* Hic omittimus duos ſequentes nummos, qui in tabella proxima deſcripti ſunt, ut & Helenæ Conſtantii uxoris, quod in tabella decima quinta rurſùm ii deſcribantur.

FL. MAX. THEODORA.

FL. MAX. THEODORA AVG. *Theodora.*
PIETAS ROMANA. *Figura muliebris infantulum in manibus tenens.* Vide Triſtan. p. 420. & Patinum p. 450.

CONSTANTINUS M.

CONSTANTINVS NOB CAES. *Conſtant. laureatus.*
VIRTVS AVGG ET CAESS NN. *Conſtantinus eques, ſiniſtra clypeum tenens, dextra ſpiculum in duos captivos vibrans, infra,* PT.
VIRTVS AVGG ET CAESS NN. *Figura militaris gradiens, dextra haſtile, ſiniſtra ſignum militare ad humerum, infra,* AQT.
PERPETVA VIRTVS. *Figura militaris gradiens, dextra haſtile, ſiniſtra clypeum, infra,* ST.
CONSERVATORES KART SVAE. *Figura ſtolata ſtans in templi porticu, dextra ac ſiniſtra ſpicas aut papavera, infra,* KΔ.
HERCVLI CONSERVATORI CAES. *Figura nuda, leonem ſuffocans, infra,* STR. Vide Triſtanum p. 328. & Patinum p. 464.
* *Eadem inſcriptio. Jupiter ſtans, infra,* SMAL. Patinus p. 464.
GLORIA EXERCITVS. *Duæ figuræ militares cum baſtili & clypeo, inter duo ſigna militaria: infra,* PLC. *al.* SHHB. *al.* PCONS. *alius unicum ſignum militare præfert.*

CONSTANTINVS NOB C. *Conſt. galeatus, dextra equum fræno tenens, ſiniſtra clypeum, in quo effictæ duæ figuræ ſtolatæ.* Vide Diſſert. n. 14.
BEATA TRANQVILLITAS. *Cippus in quo ſcriptum,* VOTIS XX. *ſupra cippum globus, infra,* TRO.

FL VAL CONSTANTINVS NC. *Conſt. laureatus.*
GENIO POPVLI ROMANI. *Genius dextra pateram ad aram protendens, ſiniſtra cornucopiæ, ad latus,* N. *infra,* PLC.
PRINCIPI IVVENTVTIS. *Figura militaris paludata ſtans, dextra & ſiniſtra duo ſigna militaria tenens, ad latera,* S. H. *infra,* PTR.
MARTI PROPVGNATORI. *Figura militaris gradiens, dextra haſtile, ſiniſtra clypeum, infra,* PT R.

* IMP CONSTANTINVS AVG. *Imp. cum diademate, dextra faſcem ſpiculorum, vel ſagittarum, vel denique quatuor ſceptrorum, ut vult Triſtanus, ſiniſtra ſpiculum, vel ſceptrum.*
IOVI CONSERVATORI. *Jupiter nudus ſtans, dextra globum, ſiniſtra ſpiculum, ad latera, lunula,* & B. *infra,* SMAL. Triſtan. p. 529.

CONSTANTINVS AVG. *Imp. laureatus.*
SARMATIA DEVICTA. *Victoria ſtans, dextra palmam, ſiniſtra ſpolia, pede captivum proterens, infra,* PTR. Vide Patinum p. 466. Conſtantini M. de Sarmatis victoriam, poſt bellum Cibalenſe narrant Zoſimus lib. 2. extremo, Euſebius de vita Conſtantini lib. 4. cap. 5. 6. & Sozomenus lib. 1. cap. 8. Hanc etiam attigit Porphyrius in Panegyrico:
Tantorum merita ſtatues captiva tropæa
Victor Sarmatiæ totiens.
Bellum illud Sarmaticum peractum annis 319. 320. 321. 322. ex variis legibus Codicis Theodoſiani colligit Jacobus Gottofredus: victoriam vero Sarmaticam faſtis inſcriptam 6. Kal. Aug. docemur ex Bucheriano Kalendario.
Eadem inſcriptio & figura, infra, SIRM.
PROVIDENTIA AVGG. *Ædificium, cui imminet ſtellula, infra,* PTR. *al.* PTRE. Vide Anton. Auguſtin. dial. 2. & Patinum p. 466.
Eadem inſcriptio & figura, infra, SMNE.
DN CONSTANTINVS MAX AVG. *deinde,* VOT XX. *in corona quercea, infra,* SMHB.

CONSTANTINVS AVG. *Caput nudum Conſtantini cum diademate ex lapillis.*
DN CONSTANTINI MAX. AVG. *deinde,* VOT XXX *in corona quercea, infra,* SMHB.
VIRTVS AVGG NS. *Ædificium cui imminet ſtella, ad latus,* E, *infra,* CON. *al.* PCONST.

FL VAL CONSTANTINVS NOB C
PLVR NATAL FEL
CONSTANTINVS AVG
PRINCIPI IVVENTVTIS
PLN
CONSTA NTINVS AVG
BEATA TRAN QVILLITAS
VOTIS XX
STR
VIRTVS EXERCITVS
T F
PTR
SAECVLI FELICITAS
AVG
P R
S
CONSTA TINVS AE
BEATA TRAN QVILLITAS
F H
VOT IS XX
PLON
CONSTANTINVS MAX AVG
VICTORIAE AVGVSTI
VICTORIA GOTHICA
SECVRITATI PERPETVAE DOMINO
SPES PVBLIC
A
CONS
CONSTANTI VSMAX AVG
VICTORIA CONSTANTINI AVG
SMNC
VICTORIA CONSTANTINI AVG
SMAN
GLORIA ROMANORVM
CONS
EXER CITVS
GLORIA
SMNI
CONSTANTINIANA DAFNE
CONS
LIBERTAS PVBLICA
CONS
EXVPERATORI OMNIVM GENTIVM
VOTA PVBLICA
SALVIS AVGG ET CAESS FELICIBVS
N
CONSTANTI NVS PF AVG
SECVRITAS REIPVBLICAE
TP
VICTORIA COMITI
AQ
VIRTVS EXERCITVS GALL
SIS
VIRTVS AVGVSTI
PARL
VICTORIA CONSTANTINI AVG
SMTS
VICTORIAE AVGNVOTIS
PT
GLORIA EXERCITVS GALL
PTR
FELICITAS REIPVBLICAE
PTR
PRINCIPIS PROVIDENTISSIMI
SA PI EN TIA
PARL
PRINCIPI IVVENTVTIS
PTR
GAVDIVM ROMANORVM
FRANCIA
GAVDIVM ROMANORVM
ALEMANNIA
GAVDIVM REIPVBLICAE
PTR
SECVRI TAS AVGG
PLM

Familiæ CONSTANTINI M. Nomismatum Tab. III.

FL VAL CONSTANTINVS NOB C. *Const. laureatus.*
PLVR NATAL FEL. *In corona quercea.* Vide Dissert. n. 41.
* PMTR PPP COS IIII PROCOS. *Figura muliebris sedens, sinistra baculum, dextra ... infra,* PTR. Vide Spanheimium p. 711.
* CONSERVATORI AFRICAE SVAE. *Figura togata stans, dextra labarum, sinistra cornucopiæ inversum sub pedibus animal, infra,* N. & SFF. Occo

CONSTANTINVS AVG. *Imp. cum galea, dextra spiculum ad humerum, sinistra clypeum.*
PRINCIPI IVVENTVTIS. *Imp. habitu militari paludatus stans, dextra globum, sinistra hastam ad latus stellula, infra,* PLN.

CONSTANTINVS AVG. *Imp. galeatus.*
BEATA TRANQVILLITAS. *Cippus in quo scriptum* VOTIS XX. *supra cippum globus, cui imminent tres stellulæ, infra,* STR. *al.* PTR. *al.* PLC. *al.* PLCN.
VIRTVS EXERCIT. *Trophæum inter duos captivos, ad latera* T. F. *infra,* PTR. *al.* STR Vide Patinum p. 459. 466.
* *Ead. inscript. labarum in crucem desinens, a quo pendet siparum, in quo script.* VOT XX. *inter duos captivos, infra,* PLN. Tristan. p. 550.
* SAPIENTIA EXERCITVS. *Altare cui noctua insidet, ad latus dextrum clypeus, ad sinistrum galea, in medio sceptrum seu hastile, infra,* AS. Tristan. p. 552.
SAECVLI FELICITAS. *Cippus sustinens circulum, in quo script.* AVG. *ad latera,* P. R. *infra,* S.

CONSTANTINVS AE. *Imp. cum diademate radiato, dextra scipionem cui imminet aquila.*
BEATA TRANQVILLITAS. *Cippus, ut supra, cum ead. inscript ad latera,* F. O. *infra,* PLHN.

CONSTANTINVS MAX AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*
VICTORIAE AVGVSTI. *Figura stolata sedens, dextra spicas, sinistra cornucopiæ, a tergo victoria sertum ejus capiti imponens.* Victoriarum ejusmodi coronas porrigentium crebra in nummis visitur delineatio. Salust. l. 2. apud Non. c. 2 *Transenna demissum victoriæ simulachrum cum machinato strepitu coronam capiti imponebat.*
VICTORIA GOTHICA. *Figura stolata & galeata spoliis insidens, sinistra hastile, dextram porrigit victoriæ sertum offerenti, & captivum adducenti.* Vide Zozimum lib. 2. pag. 680. Vitam Constantini lib. 1. c. 8. Anonymum Valesian. p. 474. 476. & Calendaria Hervagianum & Bucherianum, prid. Non. & 5. Id. Febr.
SECVRITATI PERPETVAE DO NN. *Figura muliebris cippo innixa, inter duos captivos, dextram capiti apponens, sinistra tenens scipionem.*
SPES PVBLICA. *Labarum cujus hastile in Christi monogramma desinit, in sparo tres globuli, sub labaro serpens, ad latus,* A. *infra,* CONS. Vide Baron. an. 325. n. 206. Gretzer. p. 1803. Sadam in Append. ad Anton. August. &c.
* SALVS REIP. *Pons, cui insistunt tres figuræ, prima militari habitu, hastam dextra: secunda victoria, sinistra trophæum: tertia supplicis, sub ponte Danubii fluvii effigies, cum inscr.* DANVBIVS. Ant. August. dial. 3. Thevetus l. 19. c. 4.
* FELICITAS PERPETVA AVG ET CAESS NN. *Imp. sedens paludatus, cui adstant duæ figuræ militares.* Vide Stradam p. 173. Occon. p. 538.

CONSTANTINVS MAX AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*
VICTORIA CONSTANTINI AVG. *Victoria spoliis insidens, utraque manu clypeum tenet, quem sustentat genius, in quo script.* VOT XXX. *infra,* SMNC.
Ead. inscriptio. Victoria stans, dextra trophæum, sinistra palmam, ad latera, Christi monogramma, & XXII. *infra,* SMAN.
GLORIA ROMANORVM. *Figura stolata & galeata, spoliis insidens, dextra globum, cui insistit victoriola, sinistra scipionem, infra,* CONS.
GLORIA EXERCITVS. *Duæ figuræ militares cum hasta & clypeo, inter duo signa militaria, infra,* SMNL. Vide Anton. August. dial. 1. Bar. an. 312. n. 26. & Gretz. to. 3. l. 1. c. 6.
CONSTANTINIANA DAFNE. *Victoria sedens, dextra scipioni innixa, læva laurum, ad latus dextrum trophæum, ad pedes captivus, infra,* CONS. Vide Jac. Gotofredum ad leg. 2. Cod. Th. de Aquæductu. & Valesium ad l. 19. Ammiani, præterea Bar. an. 350. n. 14. Oct. Stradam p. 214. Gretzer. to. 3. lib. 5. c. 31. Occon. p. 537. Patinum p. 466 &c.
LIBERTAS PVBLICA. *Victoria navi insistens, utraque manu sertum, infra,* CONS.
EXVPERATOR OMNIVM GENTIVM. *Figura militaris spoliis insidens inter duos captivos, dextra globum cum victoriola, sinistra hastili innixa.* Vide Lampridium in Commodo.
VOTA PVBLICA. *Dea Isis stans cum sistro.* Vide Tristanum p. 534. & Patinum p. 465.
SALVIS AVGG ET CAESS FEL KART. *Figura muliebris stans, dextra papavera, sinistra fructus, infra,* N. Vide Tristan. p. 535.

CONSTANTINVS PF AVG. *Caput Const. laureatum.*
SECVRITAS REIPVBLICAE. *Figura muliebris, sinistra cippo innixa, dextram capiti apponit, infra,* TP.
SOLI INVICTO COMITI: *Imp. militari habitu & paludatus, dextra labarum, sinistra scipionem, cui adstat figura nuda sertum capiti imponens, infra,* HQ
VIRTVS EXERCITVS GALI. *Figura nuda & galeata gradiens, inter duos captivos, dextra hastile, sinistra trophæum ad humerum, infra,* SIS.
VIRTVS AVGVSTI. *Leo plena facie, supra clava, infra,* PARL.
VICTORIA CONSTANTINI AVG. *Victoria stans inter duos captivos, dextra sertum, sinistra palmam, infra,* SMTS.
VICTORE AVG N VOTIS. *Victoria spoliis insidens, clypeum tenens, cui inscr.* VOT X MVL XX. *huic adstat trophæum inter 2. captivos, infra,* PT
GLORIA EXERCITVS GALL. *Imp. habitu militari eques, dextram protendens, infra,* PTR. Vide Dissert. n. 53. 54.
FELICITAS REIPVBLICAE. *Imp. habitu militari pro tribunali sedens, cui adstant duo milites, infra duæ figuræ flexis genibus coram tribunali, infra,* PTR.
* FELICITAS AVGG NN. *Figura stolata sedens, cum stellula, infra,* PLN. Æreus.
PRINCIPIS PROVIDENTISSIMI. *Cippus, vel columba, cui insistit aquila vel noctua, cippo inscript.* SAPIENTIA. *ad latera, galea, & clypeus cum hastili, infra,* PARL. Vide Tristan. p. 535. & Patinum p. 116.
PRINCIPI IVVENTVTIS. *Imp. habitu militari stans, dextra spiculum, sinistra globum, infra,* PTR.
GAVDIVM ROMANORVM. *Trophæum, ad cujus pedes mulier sedens, dextro innixa brachio, infra,* FRANCIA. v. Dissert n. 55.
Similis inscr. & figura, infra, ALEMANNIA.
GAVDIVM REIPVBLICAE. *Imp. paludatus stans, dextra globum porrigit figuræ militari exiguæ, a tergo adstat alter parvulus, infra,* PTR.
SECVRITAS AVGG. *Figura muliebris cippo innixa, ad latus stellula, infra,* PLM.
* FELIX PROCESSVS COS VI. V. Spanh. p. 705.

MARTI CONSERVATORI
T F
PTR
Æ III
CONCORD D MILITVM
PLN
Æ III
VIRTVS MILITVM
TI
Æ
VOTIS V MVLTIS X
PTR
IV
FELICIA
TEMPORA
VBI QVE VICTOR
PTR
IMP CONSTANTINVS AVG
VICTORIAE AVGG NN
TRS
Æ
CONSTANTINVS PAVG
ADVENTVS AVGG
PLN
III
COMITI AVGG NN
PLN
Æ III
MARTI CONSERVATORI
IMP CONSTANTINVS PF AVG
VICTORIAE LAETAE PRINC PERP
VOT PR
ASIS
CONSTANTINVS AVG
SOLI INVICTO COMITI
IOVI CONSERVATORI
SIS
IMP CONSTANTINVS AVG
SOLI INVICTO COMITI
PTR
CONSTANTINVS PF AVG
GLORIA PERPET
RP
FVNDATOR PACIS
RP
CONSTANTINVS PF AVG
CONSERV VRB SVAE
TT
CONSTANTINVS PF AVG
MARTI PATRI PROPVGNATORI
S A
PTR
MARTI PATRI CONSERVATORI
S A
PTR
MARTI CONSERVATORI
SOLI INVICTO COMITI
T D
PRINCIPI IVVENTVTIS
S A
TTR
IV
PRINCIPI IVVENTVTIS
TTR
SECVRITAS PERPETVA
PLC
SPQR OPTIMO PRINCIPI
MOSTQ
CONCORDIA FELICIVM
PLC
CONSTANTINOP AVGG NAT
CLARITAS REIPVBLICAE
S F
PLN
CONSTANTINVS MAX AVG
CONSTANTINIANA DAFNE
CONS
IMP CONSTANTINVS PF AVG
VICTORIAE LAETAE PRINC PERP
S T

Familiæ CONSTANTINI M. Imp. Nomiſmatum Tabella IV.

MARTI CONSERVATORI. *Figura militaris ſtans, dextra haſtile, ſiniſtra clypeo innixa, ad latera*, T. F. *infra*, PTR. Vide Patin. p. 464.

CONCORD MILIT. *Figura militaris ſtans, utraque manu duo ſigna militaria, infra*, PLN. Vide Baron. an. 307. n. 15. Patinum p. 459.

VIRTVS MILITVM. *Ædificium, infra*, TI.

VOTIS V MVLTIS X. *Victoria ſtans, clypeum, cui inſcript.* VICTORIA AVG. *cippo innixum tenens.*

FELICIA. *Quatuor pueruli, quatuor anni tempora deſignantes, infra*, TEMPORA.

VBIQVE VICTOR. *Figura militaris paludata ſtans, dextra ſpiculum, ſiniſtra globum, ad pedes duo captivi, infra*, PTR. Vide Triſtan. p. 536. & Patinum p. 465.

IMP CONSTANTINVS AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus.*

VICTORIA AVGG NN. *Victoria ſtans, dextra ſertum, ſiniſtra palmam, infra*, TRS.

CONSTANTINVS P AVG. *Conſt. galeatus, dextra ſpiculum ad humerum, ſiniſtra clypeum.*

ADVENTVS AVG. *Imp. eques dextram protendens, ſiniſtra ſcipionem, a tergo ſtellula, ad equi pedes, captivus, infra*, PLN. Vide Calendar. Bucherian. 15. 12. Kal. Aug. & 4. Kal. Nov. Complures Impp. nummos cum ead. inſcript. habent Occo, Strada, Spanheimius, & alii.

COMITI AVGG. NN. *Figura Solis nuda ſtans, dextra globum, ſiniſtra ſcipionem, a tergo ſtellula, infra*, PLN.

MARTI CONSERVATORI. *Caput galeatum.* Vide Triſtanum p. 530.

IMP CONSTANTINVS PF AVG. *Conſtant. cum galea, cui adpictum Chriſti monogramma.*

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. *Duæ victoriæ ſtantes, tenentes clypeum, cui inſcript.* VOT PR. *ſub clypeo, cippi ſpecies, infra*, ASIS. Vide Anton. Auguſt. dial. 1. Baron. an. 312. n. 31. Gretz. to. 1. de Cruce lib. 2. c. 51. to. 3. lib. 1. c. 6.

IMP CONSTANTINVS AVG. *Imp. laureatus.*

SOLI INVICTO COMITI. *Caput Solis cum corona radiata*, Vide Triſt. p. 532. & Pat. p. 464. præterea Paſſionem S. Caloceri Mart. n. 2.

IOVI CONSERVATORI. *Figura nuda ſtans, dextra globum cum victoriola, ſiniſtra haſtam, ad pedes, aquila roſtro ſertum tenens, a tergo* E, *infra* SIS. Vide Patinum p. 459.

IMP CONSTANTINVS AVG. *Imp. cum camelaucio, dextra ſpiculum ad humerum.*

SOLI INVICTO COMITI. *Figura nuda radiata, dextram protendens, ſiniſtra flagellum, in curru triumphali ſedens, infra*, PTR.

* GENIO POP ROM. *Genius ſtans ante aram, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ, infra*, PLC. *al.* PLN.

IMP CONSTANTINVS PF. AVG. *Caput Conſtantini nudum.*

GLORIA PERPET. *Duæ victoriæ gradientes, dextra ſertum, inter utramque ſtat labarum, infra*, RP.

FVNDAT PACIS. *Figura militaris gradiens, ſiniſtra trophæum ad humerum, dextra captivum per capillos trahens, infra*, RP. Vide Triſtan. p. 539 & Patinum p. 465.

CONSTANTINVS PF. AVG. *Caput Conſt. laureatum.*

CONSERV VRB SVAE. *Templum, in cujus medio ſeu janua, exigua figura, infra*, TT.

* MARTI CONSERVATORI. *Mars galeatus, dextra haſtam, ſiniſtra clypeum, ad latera*, T. F. *infra*, PTR. Æreus.

IMP CONSTANTINVS PF. AVG. *Caput Conſt. laureatum.*

MARTI PATRI PROPVGNATORI. *Figura nuda galeata gradiens, dextra haſtile, ſiniſtra clypeum, ad latera*, S. A. *infra*, PTR.

MARTI PATRI CONSERVATORI. *Figura nuda galeata, dextra haſtile, ſiniſtra clypeo innixa, ad lat.* S. A. *infra*, PTR. *al.* PLN.

MARTI CONSERVATORI. *Caput galeatum.* Vide Triſtan. p. 530.

* *Ead. inſcriptio. Mars gradivus, dextra ſpiculum, ſiniſtra ſcutum, ad lat.* S. A. *infra*, PTR. Æreus.

SOLI INVICTO COMITI. *Figura nuda radiata, ſiniſtra globum, ad lat.* T. D. *infra*, SARL. *al.* PTR. *al.* PLN. *al.* PLC. Vide Cholium & alios.

PRINCIPI IVVENTVTIS. *Imp. habitu militari, paludatus ſtans, dextra ſpiculum, ſiniſtra globum, ad lat.* S. A. *infra*, PTR.

Ead. inſcriptio: Figura militaris ſtans, utraque manu duo ſigna militaria, ad lat. S. A. *infra*, PTR.

SECVRIT PERPET DD NN. *Figura muliebris dextram ad caput erigens, ſiniſtra haſtile, & cippo innixa, infra*, PLC.

SPQR OPTIMO PRINCIPI. *Tria ſigna militaria, infra*, MOSTQ.

CONCORDIA FELIX DD NN. *Duæ figuræ militares cum haſtili, dextras jungunt, infra*, PLC.

CONSTANTINO P AVG. BAP NAT. *Figura militaris paludata ſtans, dextra globum, ſiniſtra haſtili innixa, infra*, PLC.

CLARITAS REIPVBLICAE. *Figura nuda radiata, ſiniſtra globum, ad lat.* S. P. *infra*, PLN. Vide Triſtanum p. 539. & Patinum p. 465.

CONSTANTINVS MAX AVG. *Caput Conſt. cum diademate ex lapillis.*

CONSTANTINIANA DAFNE. *Typus ut in alio ejuſd. inſcript.* Tab. 3.

IMP. CONSTANTINVS MAX AVG. *Caput Conſt. galeatum.*

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. *Duæ victoriæ clypeum ſupra cippum tenentes, in quo inſcript.* VOT PP. *infra*, ST.

* IMP CONSTANTINVS MAX PF AVG. *Imp. globum dextra tenens, cui inſiſtit victoriola.*

SALVS ET SPES REIPVBLICAE. *Tres figuræ, una provinciæ ſtolata & radiata dextram Imp. tenenti globum cum victoriola porrigens, a tergo victoria ſertum capiti Imp. imponens.* Occo.

IMP CONSTANTINVS MAX AVG
VICTORIAE LAETAE PRINC PERP
PERP
CONSTANTINVS MAX AVG
GLORIA SAECVLI VIRTVS CAESARVM
PR
IMP CEL VAL CONSTANTINVS PF AVG
IOVI CONSERVATORI AVGG
SMAT
SOLI INVICTO
ANT
CONSTANTINVS PF AVG
VICTORIA AVGGG
IOVI CONSERVATORI AVGG
MRVT
FEL TEMP REPARATIO
PT
CONSTANTINVS PF AVG
VICTORIA AVGGG
TROS
VICTOR CONSTANTINVS AVG
VICTORIAE DD NN AVGG ET CAESS NN
BARBARI
CONSTANTINVS AVGVSTVS
VICTORIA CONSTANTINI AVG
VICTORIA CONSTANTINI AVG
SIS
CONSTANTINVS PF AVG
CONSTAN TINVS AVG SMANTS
CONSTANTINVS CAESAR
R
CRISPVS CAESAR
SIRM
FLAVIVS ROMANVS
CONS
CONSA
ROMA
PAQ
CONSTANTINVS
VICTORIA AVGG
VICTORIA AVGG
TROS
CONSTANTINVS PF AVG
SMANS

Familiæ CONSTANTINI M. Nomiſmatum Tab. V.

IMP CONSTANTINVS MAX. AVG. *Imp. cum camelaucio, dextra ſpiculum ad humerum.*

VICTORIAE LAETAE PRINC. *Duæ victoriæ clypeum cui inſcript.* VOT PR. *ſupra cippum tenentes, infra,* PTR. Vide Triſtan. p. 545. & Patinum p. 466.

CONSTANTINVS MAX AVG. *Caput Conſtant. cum diademate ex lapillis.*

GLORIA SAECVLI VIRTVS CAESARIS. *Figura nuda galeata ſpoliis inſidens, ſiniſtra haſtili innixa, cui figura militaris globum cui avis radiata ſeu phœnix inſiſtit, porrigit, ad cujus pedes eſt canis, infra,* PR.

IMP FL VAL CONSTANTINVS PF AVG. *Caput Conſtantini laureatum.*

IOVI CONSERVATORI AVGG. *Figura nuda, dextra globum cum victoriola, ſiniſtra haſtam, ad pedes aquila cum ſerto in roſtro, infra,* SMAT.

SOLI INVICTO. *Figura ſtolata & palliata, ſiniſtra caput hominis tenens, ad lat.* Z. *. infra,* ANT.

DN CONSTANTINVS PF AVG. *Conſt. cum diademate ex lapillis.*

VICTORIA AVGGG. *Imp. habitu militari, dextra labarum, ſiniſtra globum cum victoriola, pede captivum proculcans, ad latera* A. R. *infra,* KONOB.

* VIRT. EXERCIT. *duplex* XX. *cui figura inſiſtit, ſiniſtra globum tenens.* Gretzer. l. 1. c. 7.

FL VAL CONSTANTINVS PF AVG. *Caput nudum Conſtantini laureatum.*

IOVI CONSERVATORI AVGG. *Typus ut in alio ejuſdem inſcript. infra,* MKVI.

FEL TEMP. REPARATIO. *Imp. habitu militari navi inſiſtens, dextra globum cui phœnix inſiſtit, ſiniſtra labarum, a tergo victoria navim regens, infra,* PT.

DN CONSTANTINVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex unionum filo duplici.*

VICTORIA AVGG. *Imp. habitu militari, dextra labarum, ſiniſtra globum cum victoriola, pede captivum proterens, infra,* TROBS.

VICTORIA AVGGGG. *Figura muliebris ſedens, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtile, infra,* AMID.

* DN CONSTANTINI MAX AVG.

SALVS REIP DANVBIVS. *Pons ſupra Danubium, cum tribus figuris.* Occo.

VICTOR CONSTANTINVS AVG. *Imp. laureatus.*

DEBELLATORI GENTT. *Imp. habitu militari eques ſpiculum in captivum contorquens, infra,* BARBARR. Vide Euſeb. lib. 2. de vita Conſt. cap. 19. & Gruter. 159. 6. 284. 2.

Caput nudum Conſtantini laureatum, abſque inſcript.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. *Victoria ſpoliis inſidens, clypeum quem genius ſuſtentat tenens, cui inſcriptum,* VOT XXX. *infra,* SMNC.

CONSTANTINVS AVGVSTVS. *Victoria gradiens, dextra ſertum, ſiniſtra palmam, infra* CON.

Caput nudum Conſtantini diadematum, abſque inſcriptione.

GLORIA CONSTANTINI AVG. *Figura militaris, ſiniſtra ſpolia ad humerum, dextra captivum per capillos trahens, ſiniſtro pede captivum alterum proculcans, infra,* SIS.

Caput nudum Conſtantini laureatum, abſque inſcriptione.

CONSTANTINVS AVG. *ſupra, corolla laurea, infra,* SMANTS.

* VICTORIA CONSTANTINI AVG. *Victoria ſpoliis inſidens, clypeum, quem ſuſtinet genius, in quo ſcriptum* VOT XXX. *infra,* SMNC. Aureus.

Caput nudum Conſtantini cum faſcia.

CONSTANTINVS CAESAR. *Tres ſpicæ, ſupra ſtellula, infra,* R.

Caput nudum Conſtantini cum faſcia.

CRISPVS CAESAR. *Victoria gradiens, dextra ſertum, ſiniſtra palmam, infra,* SIRM.

* CONSTANTINVS MAX AVG. *Imp. cum diademate ex duplici unionum filo.*

IVL. CRISPVS NOB. CAE. *Criſpus cum diademate, clypeo & ſpiculo.* Spanheimius p. 682.

* IMP CONSTANTINVS PF AVG. *Imp. cum corona radiata.*

CRISPVS ET CONSTANTINVS IVN NOBB CAES. *Criſpus & Conſtantinus cum diademate, infra,* SIS. Spanheimius p. 681.

POP. ROMANVS. *Caput Conſt. laureatum, cum cornucopiæ ad humerum:*

CONS. *navis, ni fallor, duabus turribus inſtructa.* Vide Patinum p. 465.

CONSA. *ſupra ſtella, in corona quercea.*

VRBS ROMA. *Caput galeatum.*

Lupa cum Remo & Romulo, ſupra, duæ ſtellulæ. Idem typus, infra, PFQ. *al.* TRP. *al.* TRS.

CONSTANTINOPOLIS. *Caput galeatum, cum haſtili ad ſiniſtram.*

VICTORIA AVGG NN. *Figura muliebris ſedens, dextra ſpicas, ſiniſtra cornu Amaltheæ, a tergo victoria lauream capiti imponens.* Vide Triſtan. p. 557. & Cholium p. 181.

VICTORIA AVG. *navis in mari, in cujus puppi figura ſedet, in medio duo ſigna militaria, cum remigibus, in puppi victoriola cum haſtili & ſerto. Victoria dextra haſtile, ſiniſtra clypeo innixa, pede roſtro navis inſiſtente, infra,* TROS.

* RESTITVTORI ORIENT. *Figura militaris galeata ſtans, ſiniſtra haſtile, dextra figuram coronatam in genua procumbentem erigens, a tergo captivus.* Oct. Strada p. 182.

* GLORIA EXERCITVS. *labarum deſinens in lit.* P. *inter duas figuras militares, cum haſtili & clypeo.* Gretzer. to. 1. lib. 2. c. 37. 51.

* MEMORIA FELIX. *Ara inter duas aquilas, infra,* PTR. Cholius pag. 7. Vide eumdem pag. 278.

DN CONSTANTINVS PF AVGG. *Caput Conſt. velatum.*

Figura currui a quatuor equis tracto inſiſtens, dextram alteri manui porrigens, ſupra, ſtellula, infra, SMANS. *in alio,* SNANB. Vide Baron. an. 337. n. 18. Anton. Auguſt. dial. 1. & Triſtan. p. 418. 553.

FAVSTA VI

MARTINIANVS

LICINIVS

Familiæ CONSTANTINI M. Nomiſmatum Tab. VI.

Idem typus qui in priori nummo, abſque ſtella, infra, SMANR.

DV CONSTANTINVS PT AVGG. *Caput velatum. Figura muliebris ſtans, ad latera,* VN. MR. *infra,* MNLE. Vide Triſtan. p. 553. & Diſſert. n. 69.

FAUSTA.

FLAV MAX FAVSTA AVG. *Auguſta.*

SALVS REIPVBLICAE. *Mulier ſtans, infantulum in ſinu tenens.* Vide Patinum pag. 468. & Stradam p. 185.

SPES REIPVBLICAE. *Ead. figura, infra,* PTR.

SECVRITAS REIPVBLICAE. *Mulier ſtans, dextra laurum, ſiniſtra limbum tunicæ tenens, infra,* PTR.

* PIETAS AVGVSTAE. *Icon pietatis ſiniſtra puerum ad humerum tenens, puerulo alteri neſcio quid porrigens, utraque manu illud excipienti.* Ex Gazæo regio. Vide Spanh. p. 639. & Oct. Strad. p. 174.

MARTINIANUS.

DN MARTINIANO PF AVG. *Imp. cum corona radiata.*

IOVI CONSERVATORI. *Jupiter nudus ſtans, dextra globum cum victoriola, ſiniſtra haſtam, ad pedes aquila ſertum roſtro tenens, a tergo Jovis captivus, infra,* SANB.

DN MARTINIANVS PF AVG. *Imp. cum corona radiata.*

IOVI CONSERVATORI. *Idem typus qui ſupra, a tergo Jovis in medio nummo,* XIII. *infra,* SMNA. Vide Triſtan. p. 474. & Strad. p. 179.

LICINIUS.

* LICINIVS NOB CAESS. *Licinius habitu Conſulari, dextra volumen, ſiniſtra ſcipionem.*

CONCORDIA AVGG DD NN AET. *Duæ figuræ militares paludatæ, ſiniſtra haſtam, dextris una globum tenent cui inſiſtit victoriola, utrique ſertum porrigens, inter utrumque cippus ſeu ara ignita & ſtellula, cui inſcr.* VOT PV. Ex Oct. Strada p. 178.

LICINIVS AVG. *Imp. cum corona laurea.*

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. *Duæ victoriæ clypeum cippo inſiſtentem tenentes, cui inſcr.* VOT X. *infra,* PR.

LICINIVS P AVG. *Imp. galeatus.*

VIRTVS EXERCIT. *Trophæum inter duos captivos, infra,* PTR.

VAL LICINNIANVS LICINNIVS PF AVG. *Caput nudum & laureatum Imp.*

GENIO IMPERATORIS. *Genius ſtans, dextra patenam, ſiniſtra cornu Amaltheæ, infra,* MKV.

IMP LICINIVS AVG. *Imp. laureatus, dextra fulmen, ſiniſtra haſtile.*

IOVI CONSERVATORI. *Jupiter cum fulmine & ſceptro aquilæ inſidens.* Vide Patinum p. 459.

IMP LICINIVS AVG. *Caput nudum & laureatum Imp.*

DN LICINI AVGVSTI. *deinde* VOT XX *in corona quercea, infra,* SA.

IMP LICINIVS AVG. *Imp. laureatus, habitu Conſulari.*

IOVI CONSERVATORI AVGG. *Jupiter, ut ſupra, ad pedes palma, a tergo* E. *infra,* SMN. Vide Cholium p. 64.

IMP LICINIVS AVG. *Imp. laureatus.*

IOVI CONSERVATORI. *Jupiter aquilæ inſidens. infra,* PARL. Vide Ant. Auguſt. dial. 5. Triſt. p. 483. & Patinum p. 459.

CONCORDIA MILITVM. *Duæ figuræ ſtantes, altera ſtolata, altera nuda cum haſtili, globum cum victoriola tenentes, ſub globo ſtellula, infra,* KII T. Vide Patinum p. 459.

VIRT EXERC. *Vallum, cui inſiſtit figura, ſiniſtra globum, infra,* TS.

IMP LICINIVS AVG. *Imp. laureatus, habitu Conſulari.*

PROVIDENTIAE AVGG. *Ædificium, infra,* SHHB. Vide Triſtanum p. 489. & Henr. Noris de duobus Diocletiani & Licinii nummis p. 55.

IMP. LICINIVS AVG. *Imp. galeatus.*

VIRTVS EXERCIT. *Labarum in cujus ſiparo inſcript.* VOT XX. *inter duos captivos, al. ad lat.* PA. *infra,* PTR. *al.* BSIS. Vide Triſt. p. 484.

ROMAE AETERNAE. *Figura ſtolata & galeata ſpoliis inſidens, clypeum tenens, in quo inſcript.* VOT XV *ad latera,* P R. *infra,* RS.

IMP LICINIVS PF. AVG. *Imp. laureatus.*

GENIO POP ROM. *Genius ſtans, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ, al. ad latera,* T. F. *al.* S. C. *infra,* PT. *al.* PTR. *al.* PLN.

SOLI INVICTO COMITI. *Sol ſtans, ſiniſtra globum, infra,* MOSTQ.

IMP LICINIVS PF AVG. *Imp. ut ſupra.*

SPQR OPTIMO PRINCIPI. *Tria ſigna militaria, infra,* PS.

VOTA PVBLICA. *Figura ſeminuda ſtans, dextra globum.*

IMP CLIC LICINNIVS PF AVG. *Caput nudum & laureatum Imp.*

GENIO AVGVSTI. *Genius ſtans, dextra globum cum victoriola, ſiniſtra cornucopiæ, infra, al.* SMK. Vide Triſtanum p. 182.

* IMP LIC LICINIVS PF AVG. *Licinius laureatus.*

IOVI CONSERVATORI. *Jupiter ut ſupra, a tergo* H. *infra,* SIS.

VII

LICINIVS IVNIOR

DELMATIVS

HANNIBALIANVS

CRISPVS

Familiæ CONSTANTINI M. Imp. Nomiſmatum Tabella VII.

IMP FL CL LICINIVS PF AVG. *Caput Imp. nudum & laureatum.*
IOVI CONSERVATORI. *Jupiter nudus ſtans, dextra fulmen, ſiniſtra haſtam, ad pedes, aquila cum ſerto, a tergo Jovis,* ΔH, *infra,* I.

IMP C VAL LICIN LICINIVS PF AVG. *Caput Imp. nudum & laureatum.*
IOVI CONSERVATORI. *Jupiter ut ſupra, a tergo,* NB. *infra,* SMN.

IMP C VAL LICINIVS PF AVG. *Imp. cum diademate radiato.*
IOVI CONSERVATORI. *Imp. ſtans ut ſupra, ad pedes captivus, a tergo,* XIII. *infra,* SMKB.

* GENIO AVGVSTI. *Genius calathum florum in capite deferens, ſiniſtra cornucopiæ, dextra pateram, ſub qua ara.* Triſtan. p. 482.

* LICINIVS AVG OB DV FILII SVI. *Licinii protome, plena facie, abſque diademate.*
IOVI CONS LICINI AVG. *Jupiter ſedens, ſiniſtra haſtam, dextra victoriolam, ad pedes aquila cum ſerto, in tribunali cui inſidet Jupiter, ſcriptum,* SIC X SIC XX. *infra,* SMNΓ. Aureus ex Gazæo Leopoldi Cardinalis Medicei, illuſtratus ab Henrico Noris Auguſtiniano an. 1675. qui has litteras, OB DV. *oblatio devota,* interpretatur.

LICINIUS JUNIOR.

LICINIVS IVN CAES. *Licinius laureatus.*
SECVRITAS REIPVBLICAE. *Figura ſtolata, dextram capiti apponens, læva cippo innixa, infra,* TR.

LICINIVS IVN NOB C. *Caput nudum Licinii laureatum.*
CAESARVM NOSTRORVM. *In medio nummo,* VOT V. *in corona quercea, infra* SIS. *
VOT XII FEL XX. DP. *in corona quercea.*
ROMAE AETERNAE. *Figura ſtolata & galeata ſpoliis inſidens, clypeum, in quo ſcript.* XV. *infra* RSPICT. Vide Patinum p. 460.

LICINIVS IVN NOB CAES. *Licinius laureatus, dextra globum cum victoriola.*
VIRTVS EXERCIT. *Labarum, in cujus ſiparo ſcript.* VOT X. *inter duos captivos, ad latera,* S. H. *infra,* A SIS. Vide Patinum p. 460.

LICINIVS IVN NOB CAES. *Licinius laureatus, dextra ſpiculum, ſiniſtra clypeum.*
BEATA TRANQVILLITAS. *Globus cippo inſiſtens, cui inſcript.* VO J. XX. *infra,* PTR.

LICINIVS IVN NOB C. *Licinius cum ſtemmate radiato.*
VIRTVS EXERCIT. *Labarum inter duos captivos, in cujus ſiparo ſcript.* VOT XX. *infra,* PTR.
Ead. inſcript. trophæum inter duos captivos, ad lat. ſtellula, infra, STR.

FL LICINIVS LICIN NOB CAES. *Licinius laureatus, dextra globum cum victoriola.*
CRISPVS ET CONSTANTINVS CC. *Duo capita adverſa nuda adoleſcentum, infra,* SIRM. Vide Triſtanum p. 492. & Stradam p. 181.

DN VAL LICIN LICINIVS NOB C. *Licin. galeatus, dextra ſpiculum, ſiniſtra clypeum.*
IOVI CONSERVATORI. *Jupiter ſtans, cum victoriola, aquila, & captivo, ut ſupra, a tergo* XIII. *infra,* SMNΓ. Vide Patinum p. 460.

DN VAL LICIN LICINIVS NOB C. *Licinius laureatus, cum ſcipione ad lævam.*
IOVI CONSERVATORI CAESS. *Jupiter ſtans, cum victoriola & haſtili, ad latera ſertum,* & I. *infra,* SMR. *al.* SMK.

DN VAL LICIN LICINIVS NOB C. *Licinius ſimili fere ſchemate quo in priori nummo.*
PROVIDENTIAE CAESS. *Ædificium, infra,* NHTA.

DDNN IOVII LICINII INVICT AVG ET CAES. *Protomæ Licinii A. & Licinii C. manibus victoriam utrique lauream porrigentem tenentium.*
IOMETVICT CONSER DDNN AVG ET CAES. *Jupiter nudus ſtans cum haſtili, cui victoria adſtat ſertum porrigens, infra,* SMKΔ.

DELMATIUS.

FL DELMATIVS NOB CAES. *Delmat. laureatus.*
PRINCIPI IVVENTVTIS. *Figura militaris paludata ſtans, dextra labarum, ſiniſtra ſcipionem, a tergo duo ſigna militaria, infra,* TR. Vide Triſtanum p. 499.

FL DALMATIVS NOB C. *Delmat. laureatus.*
GLORIA EXERCITVS. *Duæ figuræ militares paludatæ cum haſtili & clypeo, inter ſignum militare, infra,* SMTSE. *al.* R. * Vide Triſtanum p. 499. Patinum p. 462. & Stradam p. 186.

HANNIBALIANUS.

FL CL HANNIBALIANO REGI. *Hannibal. abſque diademate.*
SECVRITAS PVBLICA. *Fluvii figura ſcipioni innixi, cum arundine, infra,* CONOB. Triſtan. p. 501. Valeſius ad Ammian. & Patinus p. 462. Vide præterea libellos editos a Sirmondo & eod. Triſtano ſuper hoc nummo an. 1650.

CRISPUS.

CRISPVS NOBIL CAES. *Criſpus laureatus, habitu Conſulari, dextra ſcipionem cum aquila.*
MONETA VRBIS VESTRAE. *Tres figuræ muliebres dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ.* Vide Oct. Stradam p. 181.

* CRISPVS NOB CAES. *Criſpus eodem fere habitu quo in priori, dextram protendens, ſiniſtra ſcipionem cum aquila.*
SALVS ET SPES XR PVBLICAE. *Figura ſtolata ſedens, dextram protendens, ſiniſtra crucem, huic adſtant duæ figuræ militares, infra,* SP. Vide Baron. an. 314. n. 16. & Gretzerum lib. 1. de Cruce c. 8.

CRISPVS NOB CAES. *Criſpus laureatus.*
VOTA PVBLICA. *Mercurius.*
CAESARVM NOSTRORVM. *in medio nummo in corona quercea,* VOT X. *infra,* T*AR. *al.* PSC. *al.* PLGNV. *al.* PSIS. Vide Cholium p. 275.

CONSTANTINVS IVNIOR

Familiæ CONSTANTINI M. Nomiſmatum Tab. VIII.

CRISPVS NOB CAES. *Criſpus cum galea.*
VIRTVS EXERCIT. *Trophæum inter duos captivos, infra,* STR.
* DOMINORVM NOSTRORVM CAESS. *Stella in corona quercea.* Chifflet. in Anaſtaſi Childerici p. 278. 281.
IVL CRISPVS CAESAR. *Criſpus laureatus, cum ſpiculo & clypeo.*
VIRTVS EXERCIT. *Labarum in cujus ſiparo ſcript.* VOT X. *inter duos captivos, ad latera* S. FH. *infra,* PSIS. Vide Triſtanum p. 568. & Patinum p. 467.
IVL CRISPVS NOB. C. *Caput nudum Criſpi laureatum.*
CAESARVM NOSTRORVM. *In medio nummo in corona quercea,* VOT. V. *infra,* ASIS. Vide Patinum p. 467.
IVL CRISPVS NOB CAES. *Criſpus laureatus, cum ſpiculo & clypeo.*
BEATA TRANQVILLITAS. *Cippus cui inſcript.* VOT XX. *ſuper cippum globus, cui imminent tres ſtellæ, infra* STR. *al.* PTR. Vide Pat. p. 467.
IVL CRISPVS NOB CAES. *Criſpus dextra equum fræno, ſiniſtra ſpiculum & clypeum tenens.*
BEATA TRANQVILLITAS. *Ut ſupra.*
FL IVL CRISPVS NOB CAES. *Criſpus laureatus cum ſpiculo & clypeo.*
CONCORDIA AVGG NN. *Figura ſtolata ſedens, dextra caduceum, ſiniſtra cornu Amaltheæ.*
FL IVL CRISPVS NOB CAES. *Criſpus laureatus.*
SOLI INVICTO COMITI. *Sol ut ſupra, ad latera,* S. F. *infra,* PTR.
CLARITAS REIPVBLICAE. *Sol ut in priore nummo, ad latera,* T. P. *infra,* ATR.
Ead. inſcriptio, ſol ut ſupra, ſiniſtra globum & flagellum, ad lat. T. F. *infra,* ATR.
PRINCIPI IVVENTVTIS. *Figura militaris paludata, dextra ſpiculum, ſiniſtra globum, ad lat.* F. T. *infra,* BTR.
* VBIQVE VICTORES. *Figura habitu militari ſtans, inter duos captivos, dextra haſtam, ſiniſtra globum, in quo ſcript.* VOT. XX. Occo.
* ALEMANNIA DEVICTA. Aventinus. Vide in Conſtantino juniore.
* ALEMANNIA CAPTA. Goltzius.
CRISPO NOB CAES. *Caput nudum Criſpi laureatum.*
VIRTVS EXERCIT. *Labarum, in cujus ſipara ſcript* VOT XX. *inter duos captivos, ad lat.* C. R. *al.* SCN. *al.* SL. *al.* SFN. *infra,* PLC. *al.* PSIS. Vide Triſtanum p. 595. & Gretzerum to. 1. de S. Cruce l. 2. c. 37. to. 3. l. 1. c. 8.
CRISPVS NOB. CAES. *Criſpus laureatus.*
PRINCIPI IVVENTVTIS. *Figura militaris galeata & paludata, dextra haſtile, ſiniſtra clypeum, a tergo ſertum, infra,* AS.
DN CRISPO NOB CAES. *Criſpus laureatus, habitu Conſulari.*
VICTORIAE LAET PRINC PERP. *Duæ victoriæ tenentes clypeum innixum cippo, in quo ſcript.* VOT. XX. *infra,* P. L. *inter duas aves adverſas.*
DN CRISPO NOB CAES. *Caput nudum Criſpi laureatum.*
VIRTVS EXERCIT. *Labarum in cujus ſiparo ſcript.* VOT XX. *inter duos captivos, ad lat.* C. R. *infra,* PLC.
* IVLIVS CAESAR. *Caput Criſpi laureatum.*
SOLI INVICTO VOMITI. (*ſic*) *Sol dextra globum.* Æreus Veſotione repertus. Vide Petr. Franc. Chifflet. in Diſſertat. de converſione M. Conſtantini p. 189.

CONSTANTINUS JUNIOR.

FL CONSTANTINVS IVN NC. *Caput Conſt. abſque diademate.*
PRINCIPI IVVENTVTIS. *Ut in nummo Criſpi ejuſdem inſcript.*
CLARITAS REIPVBLICAE. *Ut in nummo Criſpi ejuſd. inſcript.*
VOTA VICENNALIOR. *Figura ſtolata ſedens, dextra caput hominis, ſiniſtra ſcipionem.*
CAESARVM NOSTRORVM. *In medio nummo in corona quercea,* VOT. X. *infra,* ASIS.
CONSTANTINVS IVN NOB C. *Conſt. laureatus.*
PROVIDENTIAE CAESS. *Ædificium, cui imminet ſtella, infra,* STR. *al.* STRF.
* VIRTVS CAESS. *Ædificium cum ſtellula, ad latera,* S. F. *infra,* ARLT. *al.* T CONST. Vide Ant Auguſt. dial. 2.
CONSTANTINVS NOB. C. *Conſt. laureatus.*
VIRTVS CAES. *Conſt. eques duos captivos procul culcans.*
ROMAE AETERNAE. *Figura ſtolata & galeata ſpoliis inſidens, clypeum tenens cui inſcript.* XV *infra* ST.
VIRTVS AVGG. *Vallum, cui figura exigua inſiſtit, globum, infra,* TSR.
VIRTVS CAESS. *Ædificium, cui imminet ſtella, ad latera* S. F. *infra* RPLT. Vide Triſtanum p. 586.
ALEMANNIA DEVICTA. *Victoria ſtans, captivum pede calcans, dextra ſpolium, ſiniſtra laurum, infra,* SIRM. Vide Baron. an. 363. n. 79. & Patinum p. 472.
GLORIA EXERCITVS. *Duæ figuræ militares cum haſta & clypeo, inter duo ſigna militaria, infra,* SMKB. Vide Triſtanum p. 587. & Patin P. 470.
GLORIA EXERCITVS. *Duæ figuræ militares, tenentes haſtam, & ſignum militare, inter utramque crux ad pedes, infra,* AQS. *al.* AQN.
* CONCORDIA MILITVM. *Imp. ſtans habitu militari, paludatus, cujus capiti imminet ſtellula, utraque manu duo labara cum Chriſti monogrammate, ad lat.* III. *infra,* ASIS. Vide Baron. an. 337. n. 13.

VICTORIAE CAESSNN
TSR
Æ III
VICTORIA BEATISSIMORVMCAESS
Æ M
CLARITAS REIPVBLICAE
AQT
Æ III
VBIQVE VICTORES
TR
N
CONSTANTINVS IVNNOBCAES
IX
Æ
VICTORIA CONSTANTINI AVG
M
VICTORIA BEATISSIMORVMCAES
Æ III
FL CONSTAN TINVS IVNN
N
PRINCIPII VENTVTIS
PTR
CAESARVM NOSTRORVM
VO
TI S
V
Q A
Æ III
CONSTANTINVS IVNNOBCAES
PRINCIPII IVVENTVTIS
TR
VICTORIA AVGG
TR S
CONSTANTINVS NOBCAES
Æ
TR
DEBELLATA TRANQVILLITAS
VOT
TIS
XX
STR
III
VIRTVS EXERCIT
VOT
X
S F K
TSIS
Æ III
CONSTAN
TINVS
CAESAR
SMANTE
Æ
III
CONSTANTIVS
VICTORIA AAVGG
TROBS
CONSTANTINVS NOBCAES
Æ
FL VL CONSTAN TIVS NOBCAES
N
GLORIA ROMANORVM
TES
FLVLCONSTANTINVS NOBCAES
Æ
M
VICTORIA ROMANORVM
FLVLCONSTANTINVS NOBCAES
N
PRINCIPII VENTVTIS
TR
FLVLCONSTANTINVS NOBCAES
N
FLVLCONSTANTINVS NOBCAES
N
CONSTAN TIVS CAESARS
CONS
VIRTVS CAESARVM
Æ M
GLORIAE EXERCITVS
CON
Æ
VIRTVS CAESS
S F
CONST
Æ III
FLVALCONSTANTINVS NOBC
Æ
M
VICTORIA BEATISSIMORVMCAES
DNCONSTAN TIVS IVNNOB
A
Æ
II
HOSTIS GN OVICTORIERVM
ASIS

Familiæ CONSTANTINI M. Imp. Nomismatum Tabella IX.

VICTORIA CAESS. NN. *Victoria gradiens, dextra sertum, sinistra palmam, infra*, TSR.
VICTORIA BEATISSIMORVM CAESS. *Victoria sedens super delphinum, clypeum tenet, in quo script.* VOT V. Vide Tristanum p. 584. & Patinum p. 470.
CLARITAS REIPVBLICAE. *Sol stans, sinistra flagellum, infra*, AQT. Vide Patinum p. 470.
VBIQVE VICTORES. *Figura militaris paludata stans, dextra spiculum, sinistra globum, ad pedes duo captivi, infra*, TR.

CONSTANTINVS IVN NOB CAES. *Const. laureatus.*
VICTORIA CONSTANTINI AVG. *Victoria spoliis insidens, clypeum tenet in quo scriptum* VOT X.
VICTORIA BEATISSIMORVM CAESS. *Victoria spoliis insidens, clypeum tenet in quo script.* VOT X.

FL CL CONSTANTINVS IVN NC. *Caput nudum Const. laureatum.*
PRINCIPI IVVENTVTIS. *Figura militaris paludata stans, dextra hastile, sinistra globum, infra*, TR.
CAESARVM NOSTRORVM. *In medio nummo*, VOTIS V. *infra*, QA.

CONSTANTINVS IVN NOB CAES. *Const. cum fascia seu diademate.*
PRINCIPI IVVENTVTIS. *Figura militaris paludata, dextra labarum, sinistra scipionem, a tergo duo signa militaria, infra*, TR.
VICTORIA AVGG. *Figura stolata sedens, dextra globum cum victoriola, sinistra hastile, ad pedes crux, infra*, TRS. Vide Trist. p. 594.

CONSTANTINVS IVN NOB C. *Const. laureatus, habitu Consulari, dextra globum cum victoriola, sinistra* ...
BEATA TRANQVILLITAS. *Cippus cui inscript.* VOT TIS XX. *super cippum globus, imminent tres stellulæ, infra*, STR. Vide Tristanum p. 597. & Patinum p. 470.
* GLORIA EXERCITVS. *Duæ figuræ militares cum hasta & clypeo, inter duo signa militaria.* Strada p. 182.
VIRTVS EXERCIT. *Labarum in cujus sinu script.* VOT X. *inter duos captivos, ad latera* S FK. *infra*, Γ SIS *.
Caput Constantini jun. absque inscriptione.
CONSTANTINVS CAESAR SMANTE. *supra, stella.*
Duæ protomæ adversæ Crispi & Constantini Cæsarum cum diademate, inter utramque stella.
DN CONSTANTINVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex margaritis.*
VICTORIA AAVGGG. *Figura militaris paludata stans, pede captivum calcans, dextra labarum, sinistra globum cum victoriola, infra*, TROBS.

CONSTANTIUS.

CONSTANTIVS NOB CAES. *Caput nudum Constantis, stella in corona quercea.*
FL IVL CONSTANTIVS NOB CAES. *Constantius absque diademate.*
GLORIA ROMANORVM. *Duæ figuræ stolatæ sedentes, prior dextra globum cum victoriola, altera fortunæ urbis, uti in nostra Constantinopoli describitur, infra*, TES.
* *Ead. inscript. Constantinus M. cum tribus filiis.* Occo.
* FELICITAS ROMANORVM. *Quatuor armati & paludati hastilia tenentes.* Occo.

DN FL CL CONSTANTIVS NOB CAES. *Caput nudum Constantii.*
GLORIA ROMANORVM. *Victoria gradiens, dextra sertum, sinistra palmam.*

FL IVL CONSTANTIVS NOB CAES. *Caput nudum Constantii laureatum.*
PRINCIPI IVVENTVTIS. *Figura militaris paludata stans, dextra spiculum, sinistra globum, infra*, TR.

FL VAL CONSTANTIVS NOB CAES. *Constantius cum corona radiata.*
Absque typo & inscriptione.

FL IVL CONSTANTIVS NOB C. *Const. laureatus.*
CONSTANTIVS CAESAR. *Victoria gradiens, dextra sertum, sinistra palmam, infra*, CONS.
VIRTVS CAES. *Figura militaris paludata stans, sinistra hastile, dextra trophæum captivo insistens.*
GLORIA EXERCITVS. *Figura stolata cippo innixa, dextra laurum, sinistra hastile, infra*, CON. Vide Patinum p. 476.
VIRTVS CAESS. *Ædificium cum stella, ad latera*, S F. *infra*, CONST.
* PROVIDENTIAE CAESS. *Idem ædificium cum stella, ad latera*, A. I. *infra*, SMAL. *al.* ATR. Æreus. 2. *In alio æreo habetur tantum*, FL CONSTANTIVS NOB C.

FL VAL CONSTANTIVS NOB C. *Const. laureatus.*
VICTORIA BEATISSIMORVM CAESS. *Victoria spoliis insidens, cum clypeo, cui inscript.* VOT X.
* CONCORDIA MILITVM. *Duæ figuræ militares tenentes victoriolam.*

DN CONSTANTIVS IVN NOB C. *Const. absque diademate & laurea, a tergo*, A.
HOC SIGNO VICTOR ERIS. *Figura militaris paludata stans, dextra labarum cui inscriptum Christi monogramma, a tergo victoria dextra sertum capiti Constantii imponens, sinistra palmam tenens, ad latus* III. *infra*, ASIS. Vide Anton. August. dial. 1. Baron. an. 353. n. 3. Patinum p. 476. & Occonem p. 551. 552.

X

Æ CONSTAN TIVS NOB CAES SMR Q III

CONSTAN TIVS CAESAR STR Æ III

CONSTANTIVS PF AVG R

GAVDIVM POPVLI ROMANI SIC X SIC XX SIS M

SIC XX SIC XXX SIS R M

TRIVMPHATOR GENTIVM BARBARARVM AQ R M

VICTORIA DD NN AVGG SIC SIC SIS ✶ N

CONSTANTIVS AVG SIS R

CONSTANTIVS PF AVG N

A X Q

FL IVL CONSTANTIVS AVG

SECVRITAS REIPVBLICAE TR N

GLORIA EXERCITVS ASIS ✶ Æ III

FL IVL CONSTANTIVS PIVS FELIX AVG R

GAVDIVM POPVLI ROMANI SIC XX SIC XXX TES M

FL IVL CONSTANTIVS NOB CAES

FEL TEMP REPARATIO RB

FL IVL CONSTANTIVS PF AVG N

VICTORIA CONSTANTI AVG SMAN

VIRTVS EXERCITVS TES R M

GAVDIVM ROMANORVM VOT XX MVLT XXX TR R M

PAX AVGVSTORVM TH R

FL IVL CONSTANTIVS PERP AVG R

CONSTANTIVS AVG S.CON

FL IVL CONSTANTIVS PERP AVG

GLORIA REIPVBLICAE SMNS N

GLORIA REIPVBLICAE KONSA N

DN FL CONSTANTIVS AVG Æ M

DEBELLATORI GENTIVM BARBARA

VICTOR OMNIVM GENTIVM TRS N

DN CONSTANTIVS PF AVG Æ M

VIRTVS AVGVSTORVM

VIRTVS EXERCITVS PCON R

VICTORIA AVGVSTORVM VOT KONST N

VICTORIA AVGVSTORVM NT R

VICTORIA DD NN AVG LVG R

VICTORIA DOMINORVM SMN R

GLORIA ROMANORVM R Æ M

GLORIA ROMANORVM RT Æ III

Familiæ CONSTANTINI M. Nomiſmatum Tab. x.

Conſtantius laureatus, abſque inſcriptione.

CONSTANTIVS NOB CAES SMRQ. *ſupra, corolla quercea.*

CONSTANTIVS CAESAR STR. *ſupra, ſtella.*

CONSTANTIVS P.F AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*

GAVDIVM POPVLI ROMANI. *in medio nummo in corona quercea,* SIC X SIC XX. *infra,* SIS.

GAVDIVM POPVLI ROMANI. *in medio nummo in corona quercea,* SIC XX SIC XXX. *infra,* SIS

TIVMPHATOR GENTIVMBARBARARVM. *Figura militaris, paludata, laureata, ſtans, dextra ſignum militare ſeu labarum, cujus ſiparo inſcriptum Chriſti monogramma, infra,* AQ.

VICTORIA DD NN AVGG. *Victoria ſpoliis inſidens, clypeum quem genius ſuſtentat, in quo ſcriptum,* SIC X SIC XX. *infra,* SIS.

CONSTANTIVS AVG. *Tres palmæ, ſupra, ſtella, infra,* SIS. Vide Triſtanum p. 678.

CONSTANTIVS PF. AVG. *Conſtantius cum corona radiata.*

Chriſti monogramma, inter A & Ω, *vel* Q. Vide Cholium p. 187.

FL IVL CONSTANTIVS AVG. *Imp. laureatus.*

SECVRITAS REIPVBLICAE. *Figura muliebris cippo innixa, detram capiti apponit, infra,* TR.

GLORIA EXERCITVS. *Duæ figuræ militares cum haſtili & clypeo, inter duo ſigna militaria infra* ASIS.

FL IVL CONSTANTIVS PIVS FELIX AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*

GAVDIVM POPVLI ROMANI. *in medio nummo in corona quercea,* SIC XX SIC XXX. *infra,* TES. Vide Triſtanum p. 682.

FL IVL CONSTANTIVS PF AVG. *Imp. galeatus, cum ſpiculo & clypeo.*

FEL TEMP REPARATIO. *Figura militaris paludata ſtans, dextra labarum cum Chriſti monogrammate, ſiniſtra clypeo innixa, ad pedes duæ figuræ exiguæ ſtantes, infra* RB. *al.* SMKAR. *al.* ANT. Vide Triſtanum p. 679.

FL IVL CONSTANTIVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*

VICTORIA CONSTANTI AVG. *Victoria ſpoliis inſidens, cum clypeo quem ſuſtentat genius, cui inſcript.* VOT X MVLT XX. *infra,* SMAN.

VIRTVS EXERCITVS. *Figura militaris galeata ſtans, dextra haſtile, ſiniſtra clypeo innixa, infra,* TES.

GAVDIVM ROMANORVM. *Labarum inter duos captivos, in cujus ſiparo ſcript.* VOT XX MVLT XXX. *infra,* TR.

PAX AVGVSTORVM. *Figura militaris paludata ſtans, dextra labarum cum Chriſti monogrammate, infra,* TH.

* FL IVL CONSTANTIVS PF AVG. *Conſtantius laureatus, dextra ſpiculum cum clypeo in quo effictus circus, ſiniſtra equum.*

MONETA VRBIS ROMAE. *Tres deæ Monetæ, infra, triremis in mari.* Oct. Strada p. 183.

FL IVL CONSTANTIVS PERP AVG. *Imp. cum diademate ex margaritis.*

CONSTANTIVS AVG. *Quatuor ſigna militaria, infra,* S CON.

FL IVL CONSTANTIVS PERP. AVG. *Imp. cum ſtemmate criſtato, dextra ſpiculum, ſiniſtra clypeum cui inſcriptus eques.*

GLORIA REIPVBLICAE. *Duæ figuræ ſedentes, altera habitu militari, altera Fortunæ urbis, clypeum tenentes, cui inſcript.* VOT XXX MVLT XXXX. *infra,* SMNS.

Ead. inſcriptio, & idem typus, infra, KONSA V.

DN FL CONSTANTIVS AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*

DEBELLATORI GENTT. *Imp. habitu militari eques, in captivum ſpiculum contorquens, infra,* BARBARA.

VICTOR OMNIVM GENTIVM. *Figura militaris paludata ſtans, dextra labarum cum Chriſti monogrammate, ſiniſtra clypeo innixa, inter labarum & Imp. tres exiguæ ſupplicum figuræ, infra,* TRS.

DN CONSTANTIVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex margaritis.*

VIRTVS AVG. N. *Figura militaris paludata gradiens, dextra ſpiculum, ſiniſtra globum, inter duos captivos.*

VIRTVS EXERCITVS. *Figura militaris ſtans, dextra ſpiculum inverſum, ſiniſtra clypeo innixa, infra,* P CON.

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria ſpoliis inſidens, cum clypeo quem genius ſuſtentat, cui inſcriptum,* VOT XXXX. *infra,* KONSA.

VICTORIA AVGVSTORVM. *Figura muliebris galeata ſedens, dextra globum cum victoriola, ſiniſtra haſtam, infra,* NT.

VICTORIA DD NN AVG. *Victoria gradiens, dextra ſertum, ſiniſtra palmam, infra,* LVG.

VICTORIA DOMINORVM. *Idem typus, infra,* SMN.

GLORIA ROMANORVM. *Figura muliebris galeata ſpoliis inſidens, dextra clypeo cippo innixa, graphio inſcribit* VOT *infra,* R.

GLORIA ROMANORVM. *Imp. eques ſpiculum in captivum contorquens, ſub equo clypeus jacens, infra,* RT.

XI

VOT XX MVLT XXX SMANT Æ III

VOTIS XXX MVLTIS XXXX PCON R

MONETA AVG Æ I

DN CONSTANTIVS PF AVG R

FELICITAS PERPETUA AQ

FELTEMPRE PARATIO A CLC Æ II

FELTEMP REPARATIO Γ SC Æ II

FELTEMP REPARATIO PARI Æ III

SALVS AVG A ω TRO Æ II

VIRTVS EXERC Æ III

DN CONSTANTIVS PF AVG N

GLORIA REI PVBLICAE TES

DN CONSTANTIVS PF AVG R

VOTIS XX MVLTIS XXXX LVG

DN CONSTANTIVS PF AVG Æ

VICTORIA AVGVSTORVM M

DN CONSTANTIVS PF AVG R

FELTEMP REPARATIO KE

DN CONSTANTIVS PF AVG Æ

FELTEMP REPARATIO P R

Sapphirus CONSTANS

CONSTANTIVS AVG ΞIΦ KE CAPIAKAΔOKIA

CONSTANTIVS PF AVG Æ

VICTORIAE DD AVGG NN M

VOT XX MVLT XXX Æ III

CONSTANS PF AVG Æ

SPES REI PVBLICAE ·SIS· Æ M

VICTORIAE DD AVGG NN IR ASIS Æ III

VICTORIAE DD AVGG Q NN ASIS Æ III

CONSTANS AVGVSTVS Æ

VICTORIAE DD NN AVGG T R

FL IVL CONSTANS PF AVG N

VIRTVS EXERCITVS TES M

VICTORIA CONSTANTIS AVG MHR N

VICTORIAE DN AVG T R Æ

VICTORIAE DD NN AVGG ·SIS· N

VICTORIA DD NN AVGG TES N

VICTORIA AVGVSTORVM SISQ Æ M

OB VICTORIAM TRIVMPHALEM SMAQ N

TRIVMPHATOR GENTIVM BARBARARVM ·SIS· Æ M

Familiæ CONSTANTINI M. Nomiſmatum Tab. XI.

VOT XX MVLT XXX. *in corona quercea, infra,* SMANT.

VOTIS XXX MVLTIS XXXX. *in corona quercea, infra,* PCON.

MONETA AVG. *Tres figuræ muliebres, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ, infra,* R.

DN CONSTANTIVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*

FELICITAS PERPETVA. *Victoria gradiens, dextra ſertum, ſiniſtra trophæum, infra,* AQ.

* LARGITIO. *Imp. ſedens cum tiara inter duas figuras, alteram militari habitu, galeatam, ſiniſtra ſpiculum: alteram cum corona radiata, dextram Conſtantio porrigentem, aut ab eo aliquid accipientem.* Spanheim. p. 823. ex Chiffletio qui nummum referebat ad Conſtantii liberalitatem, qua Arſacem Armeniæ Regem, qui hic effingitur, proſecutus dicitur apud Ammianum lib. 20

FEL TEMP REPARATIO. *Figura militaris galeata, ſiniſtra clypeum, dextra ſpiculum in equitem proſtratum, cui inſiſtit, contorquens, ad latus,* A, *infra,* CLC *.

Ead. inſcriptio. Figura militaris paludata ſtans, pede captivum proculcans, dextra globum cum victoriola, ſiniſtra labarum cum Chriſti monogrammate, ad latera, Γ. *. *infra,* SE. Vide Anton. Auguſt. dial. 1. 17. Triſtanum p. 679. & Patinum p. 476.

Ead. inſcriptio. Globus cui inſiſtit phœnix radiatus.

SALVS AVG. *Chriſti monogramma, inter* A. & Ω. *infra,* TRO. *al.* TPR. Vide Gretzer.

VIRTVS EXERC. *Vallum cum exigua figura militari.*

* GLORIA EXERCITVS. *Duæ figuræ militares ſtantes cum haſta & clypeo, inter utramque labarum.* Vide Gretzer.

DN CONSTANTIVS PF AVG. *Caput nudum Imp. cum diademate ex margaritis.*

GLORIA REIPVBLICAE. *Duæ figuræ ſedentes, quarum altera Fortunæ urbis, clypeum tenentes, cui inſcript.* VOT XXXX. *infra,* * TES *. *al* TR*. Vide Gretzer. l. 1. c. 9.

DN CONSTANTIVS PF AVG. *Caput nudum Imp. cum diademate ex lapillis.*

VOTIS XX MVLTIS XXXX. *in corona quercea, infra,* LVG. Vide Chifflet. in Anaſtaſi Childerici p. 271.

DN CONSTANTIVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis, dextram protendens.*

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria ſtans, dextra palmam, ſiniſtra figuram militarem paludatam deducens, dextra globum, ſiniſtra haſtam tenentem.*

DN CONSTANTIVS PF AVG. *Imp. laureatus, dextra globum.*

FEL TEMP REPARATIO. *Imp. habitu militari eques ſpiculum, in duos captivos vibrans, infra,* KE. Vide Patinum p. 476.

* *Ead. inſcript. Figura militaris, navi quam remigat victoria, inſiſtens, dextra avem, quam Phœnicem eſſe volunt, ſiniſtra labarum cum Chriſti monogrammate.* Vide Anton. Auguſt. dial. 1.

DN CONSTANTIVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex margaritis, dextra globum.*

FEL TEMP REPARATIO. *Figura militaris paludata ſtans, dextra labarum cum Chriſti monogrammate, ſiniſtra clypeo innixa, labaro adſtant duæ exiguæ figuræ ſtantes.* Vide Triſtanum p. 679.

* VICTOR OMNIVM GENTIVM. *Imp. habitu militari ſtans, dextra labarum, ſiniſtra clypeo innixus inter labarum & Imp. tres figuræ geniculatæ, infra,* TRS. Aureus, apud Triſtan. p. 681.

* IMP. CONSTANTIVS PF AVG. *Imp. eod. habitu quo Conſtantinus in tab. 4. n. 18.*

VICTORIA AVGG NN. *Victoria ſpoliis inſidens, clypeum tenens, cui inſcribit* VOT XX. Vide Oct. Stradam p. 168.

CONSTANTIVS AVG. Sapphirus.

ΚΑΙΖΑΡΙΑ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑ. Vide Sapphiri iſtius expoſitionem poſt Diſſert. noſtram.

CONSTANS.

CONSTANS PF AVG. *Caput Imp. nudum cum diademate ex lapillis.*

BONONIA. *Figura militaris galeata, dextra haſtam, ſiniſtra clypeum, navi inſiſtens quam victoriola, cum ſerto & palma in propria regit, ad puppim duo ſigna militaria,* infra, OCEANEN. Vide Diſſert. n. 58.

VOT XX MVLT XXX. *in corona quercea.*

CONSTANS PF AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*

SPES REIPVBLICAE. *Figura militaris paludata ſtans, dextra labarum cum Chriſti monogrammate, ſiniſtra ſcipionem, cujus capiti a tergo victoria, ſiniſtra palmam tenens, dextra ſertum imponit, infra,* SIS

VICTORIAE AVG NN. *Victoria ſpoliis inſidens, clypeum, cui inſcript.* VOT X.

VICTORIAE DD AVGG QNN. *Duæ victoriæ adverſæ, dextra ſertum, altera ſiniſtra palmam, inter utramque* HR. *al.* D. *infra,* ASIS. *al.* TRP.

VICTORIA AVGGG *Victoria gradiens, utraque manu ſerta, a tergo Chriſti monogramma, infra,* ASIS.

* VIRTVS AVG. *Miles paludatus, dextra haſtile, ſiniſtra globum, ad pedes captivus.* Oct. Str. p. 215. Thevet. lib. 19. c. 4.

CONSTANS AVGVSTVS. *Imp. cum diademate ex margaritis.*

VICTORIAE DD NN AVGG. *Duæ victoriæ tenentes clypeum, in quo ſcript.* VOT X MVLT XX. *infra,* TR.

FL IVL CONSTANS PF AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*

VIRTVS EXERCITVS. *Imp. habitu militari paludatus ſtans, dextra ſpolium, ſiniſtra clypeo innixus, ad pedes utrinque duo captivi, infra,* TES.

VICTORIA CONSTANTIS AVG. *Victoria pede captivum proculcans, clypeum tenet cui inſcript.* VOT V MVLT X. *infra,* MHR.

VICTORIAE DN AVG. *Duæ victoriæ tenentes clypeum, cui inſcript.* VOT X MVLT XV. *infra,* TR

VICTORIAE DD NN AVGG. *Duæ victoriæ tenentes clypeum, cui inſcript.* VOT X MVLT XX. *infra* SIS.

VICTORIA DD NN AVGG. *Victoria gradiens, dextra ſpolium, ſiniſtra palmam, infra,* TES.

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria gradiens, dextra ſertum, ſiniſtra palmam, ad pedes, palma, infra,* SIS.

OB VICTORIAM TRIVMPHALEM. *Duæ victoriæ tenentes clypeum, cui inſcript.* VOT X MVLT XX. *infra,* SMAQ

TRIVMPHATORI GENTIVM BARBARARVM. *Figura militaris paludata, dextra ſignum militare ſeu labarum cum monogrammate, ſiniſtra haſtile, infra,* SIS. Vide Triſtanum p. 609. & Patini Theſaur. numiſm. p. 94.

NEPOTIANVS

VETRANIO

MAGNENTIVS

Familiæ CONSTANTINI M. imp. Nomismatum Tabella XII.

FELICITAS PERPETVA. *Tres figuræ stolatæ seorsim in uno tabulato sedentes, prior & altior cum nimbo circa caput, dextra erecta, ad cujus suppedaneum script.* VOT V. *aliæ dextra pectori admota: omnes vero sinistra eorum, aut stolæ limbum tenent, infra,* SIS.

TRIVMPHATORI GENTIVM BARBARARVM. *Figura militaris stans, dextra labarum, sinistra clypeo innixa, infra,* TES.

GAVDIVM ROMANORVM. *Labarum inter duos captivos, in cujus siparo script.* VOT X MVLT XX. *infra,* TR.

GAVDIVM POPVLI ROMANI. *in corona quercea in medio nummo,* SIC V. SIC X. *infra,* SIS. Vide Tristanum p. 607.

Ead. inscript. in corona quercea, SIC X SIC XX. *inter duas palmas, infra,* SIS.

CONSTANS PF AVG. *Tria signa militaria, infra,* TES.

CONSTANS AVG. *Quatuor signa militaria, infra,* SMTR.

ROMA AETERNA. *Figura stolata & galeata clypeo insidens, dextra globum cum victoriola, sinistra hastam.*

FL IVL CONSTANS PIVS FELIX AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*

FELICIA DECENNALIA. *Duo genii corollam querceam tenentes, in cujus medio script.* VOT X MVLT XX. *infra,* TES. Vide Tristan. p. 615.

GAVDIVM POPVLI ROMANI. *Corona quercea,* SIC V SIC X. *infra,* TSE.

Ead. inscript. & idem typus, infra, TES.

FL IVLIVS CONSTANS PIVS FELIX AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis, dextra spiculum, sinistra clypeum.*

GLORIA REIPVBLICAE. *Duæ figuræ stolatæ una sub eodem tabulato sedentes, quarum capita nimbo adornantur, inter utriusque capita, Christi monogramma. utrinque adstant figuræ duæ aliæ stolatæ, laurum dextra tenentes, infra,* * SIS. Vide tristanum p. 616.

DN CONSTANS PF AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*

GLORIA ROMANORVM. *Victoria stolata & galeata, dextra duos ramos laureos, sinistra labarum, pede captivum calcans.*

FEL TEMP REPARATIO. *Figura militaris paludata, navi, quam victoria deducit, insistens, dextra globum cum victoriola, sinistra labarum cum Christi monogrammate, ad latera* III. *& stella, infra,* ASIS. Vide Tristanum p. 619.

Ead. inscript. & idem typus, infra, RQ.

* *Eadem inscriptio. Imp. navi insistens.* Vide Patinum p. 472.

FEL TEMP REPARATIO. *Avis rostro sertum tenens, & pyramidi insistens, infra,* NSIS. Vide Tristanum p. 610. & Patinum p. 472.

DN CONSTANS PF AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis, dextra globum.*

FEL TEMP REPARATIO. *Figura militaris galeata, sinistra hastile, dextra militem ex antro educens, infra,* AQS. *al.* RE. Vide Tristanum p. 620. Oct. Stradam p. 185. & Patinum p. 472.

DN CONSTANS PF AVG. *Caput nudum Imp. cum diademate ex lapillis.*

GLORIA EXERCITVS. *Duæ figura militares, cum hastili & clypeo, inter signum militare,* NVA. *infra,* Vide Patinum p. 472.

DN FL CONSTANS AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*

VRBS ROMA BEATA. *Figura muliebris galeata clypeo vel spoliis insistens, dextra globum cum victoriola, sinistra hastile.*

DN FL CONSTANS AVG. *Imp. laureatus.*

DEBELLATORI GENTT. *Imp. habitu militari eques, captivum equi impetens pedibus, sub eodem equo captivus alius jacet, infra,* BARBAR.

CAESAR. *Caput nudum Constantis.*

Corona quercea, infra, CONST.

AVGVSTVS. *Caput Constantis, cum diademate ex lapillis.*

CAESAR, *in corona quercea.*

NEPOTIANUS.

FL POP NEPOTIANVS PF AVG. *Imp. absque diademate & laurea.*

GLORIA ROMANORVM. *Imp. eques spiculum in captivum contorquens, infra,* RS. Vide Tristanum p. 626.

VRBS ROMA. *Figura muliebris galeata clypeo vel spoliis insidens, dextra globum cum victoriola, sinistra hastile.* Vide Tristanum p. 627. & Stradam p. 191.

VETRANIO.

DN VETRANIO PF AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus.*

CONCORDIA MILITVM. *Figura militaris paludata stans, cujus capiti stellula imminet, dextra & sinistra duo labara cum monogrammate, infra,* B SIS. Vide Tristanum p. 634. & Oct. Stradam p. 190.

GLORIA ROMANORVM. *Figura militaris paludata, dextra labarum cum Christi monogrammate, sinistra scipionem, infra,* B SIS. Vide Tristanum p. 633.

HOC SIGNO VICTOR ERIS. *Figura militaris paludata stans vel gradiens, dextra labarum cum Christi monogrammate, sinistra hastam, cujus capiti a tergo victoria sertum imponit, sinistra palmam tenens, infra,* P SIS.

MAGNENTIUS.

IMP CAE MAGNENTIVS AVG. *Imp. absque diademate.*

VICTORIA AVGG. *Figura militaris paludata, dextra globum cum victoriola, sinistra hastam, cujus capiti a tergo victoria sinistra palmam gerens, dextra sertum imponit.*

XIII

DECENTIVS

IVLIANVS

Familiæ CONSTANTINI M. Nomismatum Tab. XIII.

VICTORIA AVGG. *Victoria, dextra sertum, sinistra palmam, pede captivum proterens.*
VICTORIA AVGG LIB ROMANORVM. *Trophæum, quod utrinque tenent victoria cum palma, & figura stolata & palliata cum pileo, qua* Libertas, *exprimitur, infra,* TR.
Ead. inscript. Figura militaris, dextra labarum, sinistra tres ramos laureos, pede captivum calcans, a tergo A. *infra,* RFS. Vide Tristan. 646. 648.
FELICITAS REIPVBLICAE. *Figura militaris paludata stans, dextra globum cum victoriola, sinistra labarum cum Christi monogrammate, a tergo,* A. *infra* TRS.
DN MAGNENTIVS PF AVG. *Imp. absque laurea & diademate.*
SALVS DD NN AVG ET CAES. *Christi monogramma, ad latera,* A. Ω. *infra,* AMB.
DN MAGNENTIVS PF AG. *Imp. cum diademate ex margaritis.*
GLORIA ET REPARATIO TEMPORVM. *Imp. habitu militari stans, dextra globum cui insistit victoriola sertum porrigens, sinistra labarum, infra,* PAR.
FELICITAS REIPVBLICAE. *Eadem figura, ad latus* F, *infra,* SAR.
DN MAGNENTIVS PF AVG. *Imperatoris caput nudum.*
VIRTVS EXERCIT. *Figura militaris galeata stans, dextra hastam, sinistra clypeo innixa.*
GLORIA ROMANORVM. *Imp. eques spiculum in captivum vibrans, ad latus versus caput stellula, infra,* AQ.
VICTORIAE DD NN AVG ET CAE. *Duæ victoriæ clypeum tenentes, in quo script.* VOT V MVLT X. *sub clypeo,* SP. *infra,* APLC. Vide Patinum p. 473.
* VICTORIA DD NN AVGG. *Duæ victoriæ tenentes clypeum, cui inscript.* VOT V MVLT X. *infra,* S. P. *alius addit* ET CAE. Occo.
* GLORIA ROMANORVM. *Figura militaris, sinistra labarum cum Christi monogrammate, dextra victoriolam, ad pedes duo captivi.* Occo.

DECENTIUS.

MAG DECENTIVS NOB CAES. *Decentius absque diademate, dextra spiculum, sinistra globum cum victoriola.*
VIRTVS AVGG. *Eques spiculum in captivum contorquens.*
VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria dextra palmam, sinistra figuram militarem deducit, quæ dextra globum, altera hastam tenet.*
* FELICITAS TEMPORVM. *Imp. paludatus stans, dextra globum cum victoriola, sinistra hastam, infra,* RVLC. Oct. Strada p. 188.
DN DECENTIVS FORT CAES. *Decentius absque diademate.*
VICTORIA CAES LIB ROMANORVM. *Victoria & Libertas, ut supra, trophæum tenentes, infra* TR. Vide Tristanum p. 650.
VICT CAES LIB. *Idem typus, infra,* TR.
SALVS DD NN AVG ET CAES. *Christi monogramma, inter* A & Ω. *infra,* TRS.
DN DECENTIVS NOB CAES. *Decentius absque diademate, habitu Consulari.*
VICTORIAE DD NN AVG ET CAES. *Duæ victoriæ clypeum tenentes, in quo script.* VOT V MVLT X. *sub clypeo,* SP. *infra,* RSLC. Vide Patinum p. 474.

GALLUS.

* DN CONSTANTIVS GAL NOB C. *Cæsar laureatus, sinistra globum, ad latus, stellula.*
GLORIA ROMANORVM. *Cæsar eques spiculum in captivum contorquens, sub equi pedibus, clypeus, ad latus stellula, infra,* ANT. Vide Tristanum p. 659. & Oct. Stradam p. 189.

JULIANUS.

FL CL IVLIANVS NOB CAES. *Julianus absque laurea & diademate.*
GLORIA ROMANORVM. *Duæ figuræ simul sedentes, altera Imp. paludati, dextra globum cum victoriola, sinistra scipionem, altera Fortunæ urbis, infra,* KONS AV.
* DN IVLIANVS NOB CAESAR.
GLORIA REIPVBLICAE. *Duæ victoriæ tenentes clypeum, in quo script.* VOT V. *infra,* SIS. Occo.
* VOTIS V MVLT X. *in corona quercea, infra,* T. CON. Occo.
* VICTORIAE DD NN AVG. *in corona quercea,* VOT V MVLT X. Occo.
DN IVLIANVS NOB CAES. *Julianus ut in priori nummo,*
VOTIS V MVLTIS. X. *in corona quercea,*
DN IVLIANVS NOB CAES. *Julianus cum diademate ex margaritis.*
VOT V MVLT X. *in corona quercea.*
DN CL IVLIANVS NC. *Julianus absque diademate, habitu Consulari.*
VIRTVS CAESARIS. *Figura militaris paludata stans, dextra spiculum, sinistra globum, ad pedes duo captivi, infra,* R.
FEL TEMP REPARATIO. *Figura militaris galeata, sinistra clypeum tenens, dextra spiculum in equitem contorquens, infra,* PLC. Vide Oct. Stradam p. 171.
SPES REIPVBLICAE. *Figura militaris paludata & galeata stans, dextra globum, sinistra hastam, infra,* CONSA-
FL CL IVLIANVS PF AVG. *Julianus barbatus, cum diademate ex margaritis.*
VIRTVS EXERCITVS ROMANORVM. *Figura militaris galeata, sinistra trophæum, dextra captivi caput premens, infra,* ANTA.
MONETA AVG. *Tres figuræ muliebres, dextra bilancem, sinistra cornucopia, infra,* R.
IMP C IVLIANVS PF AVG. *Julianus laureatus.*
LIBERTAS PVBLICA. *Figura stolata stans, dextra pileum, sinistra cornu Amaltheæ, a tergo stella.*
IVLIANVS AVG. *Julianus cum diademate ex unionibus*
VICTORIA ROMANORVM. *Victoria spoliis insidens, clypeum quem genius sustentat tenens, in quo script.* VOT XX. *infra,* ANT.
DN IVLIANVS PF AVG. *Julianus cum diademate ex unionibus.*

XIV

HELENA

Familiæ CONSTANTINI M. Nomismatum Tab. XIII.

SECVRITAS REIPVB. *Taurus, cui imminent duæ stellulæ, ad pedes sertum cui insistit avis, infra,* T CONST. Vide Baron. an. 362. n. 91. Ant. August. dial. 2. Tristanum p. 625. & Patinum p. 480.

Ead. inscript. & idem typus, infra, P CONST.

Ead. inscript. & idem typus, absque serto & avicula, infra CONSPT.

Ead. inscript. & idem typus, infra, HERACL.

Ead. inscript. & idem typus, infra, LVGD OFFS Vide Dissertat. n. 51.

VOTA PVBLICA. *Isis Dea sedens infantem in sinu tenens.* Vide Baron. an. 363. n. 26.

VOT X MVLT XX. *in corona quercea, infra,* SCONS. *al.* CONST. Vide Cholium p. 275.

VICTORIA ROMANORVM. *Labarum in cujus staro script.* SPQR. *inter duos captivos.* Vide Baron. an. 362. n. 31.

FIDES EXERCITVVM. *Tria signa militaria.* Vide Baron. an. 362. n. 32.

DN FL CL IVLIANVS PF AVG. *Imp. galeatus, dextra spiculum, sinistra clypeum.*

VOT X MVLT XX. *in corona quercea.*

DN CL IVLIANVS SEMPER AVG. *Julianus cum diademate ex margaritis.*

VICTORIA DD NN AVG. *Victoria gradiens, dextra sertum, sinistra palmam, infra,* LVG.

DN IVLIANVS PF AVG. *Julianus cum diademate ex margaritis, dextra globum cum victoriola, sinistra clypeum cui inscriptus eques.*

VOTA PVBLICA. *Duæ sirenes tenentes vasculum cui serpens insistit.* Vide Baron. an. 362. n. 28. 189. & Stradam p. 192.

* *Currus in mari vectus a monstris duobus nudis alatis, cui insidet dea Isis cum sistro, ad rotam canis effingitur.* Vide Patinum p. 482.

DN FL CL IVLIANVS PF AVG. *Julianus absque barba, cum diademate ex unionibus.*

VOTA PVBLICA. *Anubis cum sistro & scipione cani insidens.*

DEO SERAPIDI. *Capita Serapidis & Isidis, sub effigie Juliani & Helenæ.*

VOTA PVBLICA. *Figura stolata navi, cujus velum dextra tenet, insistens.*

VOTA PVBLICA. *Anubis canino capite, dextra sistrum, læva marsupium.*

DEO SERAPIDI. *Duo capita, ut supra.*

VOTA PVBLICA. *Fluvius cum arundine, dextra aviculam.*

DEO SERAPIDI. *Deus Serapis cum corona radiata.*

VOTA PVBLICA. *Fluvius jacens, cum corona radiata vel ex arundinibus, dextra cornu Amaltheæ, sinistra urnæ innixus.* Vide Tristanum p. 728. & Patinum p. 481.

VOTA PVBLICA. *Julianus & Helena sub figura Serapidis & Isidis.*

VOTA PVBLICA. *Anubis canino capite, dextra sistrum, læva ....* Vide Anton. August. dial. 3.

VOTA PVBLICA. *Caput Juliani nudum sub figura Serapidis,*

VOTA PVBLICA. *Fluvius, dextra aviculam, sinistra arundinem.*

VOTA PVBLICA. *Juliani caput radiatum, sub figura Serapidis.*

VOTA PVBLICA. *Anubis cum sistro & caduceo* Vide Patinum p. 481.

APOLLONIVS TYANEVS. *Julianus barbatus laureatus, dextra ex pallio exerta,*

STEFAN. *Currus a quatuor equis tractus, cui insistit figura militaris, dextra flagellum, sinistra lauri ramum, infra,* NIKA. Vide Dissert n. 64. & Patini Thesaur. Nomismat.

GENIO ANTIOCHENI. *Figura muliebris turrita cum pallio, sub quo figura semihominis nudi.*

APOLLINI SANCTO. *Figura stolata & palliata stans, dextra pateram, sinistra sistrum.* Vide Baronium an. 362. n. 132. & Tristan. p. 728.

HELENA.

ISIS FARIA. *Helena sub figura Isidis, dextra sistrum.*

VOTA PVBLICA. *Figura Isidis stans.* Vide Tristanum p. 729.

ISIS FARIA. *Helena sub figura Isidis, cum sistro.*

VOTA PVBLICA. *Figura muliebris navi insistens, cujus velum dextra tenet.* Vide Tristan. p. 734. & Patinum p. 489.

ISIS FARIA. *Helena velata, sub figura Isidis, dextra sistrum.*

VOTA PVBLICA. *Anubis canino capite, dextra sistrum, læva caduceum.* Vide Tristanum p. 734. & Patinum p. 489.

Familiæ CONSTANTINI M. Nomiſmatum Tab. xv.

FL HELENA AVGVSTA. *Helena cum capillitio ſat inſolenti.*

SECVRITAS REIPVBLICE. *Figura ſtolata ſtans, dextra ramum protendens. Infra.* PTR. *al.* PCONS. *al.* ARLT. *ad latera,* S. F. *al.* STE. *al.* STR. *al.* STRE.

Eadem inſcriptio. Helena cum alio capillitio. Eædem inſcriptio & figura Infra, SMK.

Eadem inſcriptio. Helena cum alio capillitio.

PROVIDENTIAE AVGG. *Caſtra prætoria Infra* S AR.

FL IVL HELENA AVG. *Helena cum alio capillitio.*

PAX PVBLICA. *Figura ſtolata ſtans, dextra oleam ſeu ramum, ſiniſtra haſtam. Infra,* TRS.

Eadem inſcriptio. Helena cum alio capillitio. Eædem inſcriptio & figura. Infra, TRP.

Eadem inſcriptio. Helena cum diademate gemmato. Eædem inſcriptio & figura.

FL HELENA AVGVSTA. *Helena cum alio capillitio.*

SECVRITAS REIPVBLICE. *Figura ſtolata, dextra ramum.*

HELENA FL MAX. *Helena cum alio capillitio. Stella in corona quercea.*

Vide quæ de hiſce, qui Helenæ nomen præferunt, nummis adnotamus in Diſſertatione de Inferioris ævi Nomiſmatibus n. 69.

I.

FAMILIA CONSTANTINI MAGNI.

Edit. Paris. pag. 42. Theophan.

I. CUM Constantini Magni natalium primordia a CLAUDII, qui Imperium post Valerianum tenuit, gente hauserint plerique veterum Scriptorum; nobis de Constantiniana acturis, ad hanc perinde recurrere originem videtur operæpretium. Nam etsi a Claudii stemmate, non per masculos, sed per fœminas, ortum ducat Constantinus, permagni tamen interest, ut generis longe eluceſcat claritas atque nobilitas, Augustorum familiis, priusquam ad Imperatorium culmen conscenderet, affinitate conjunctum fuisse ob oculos ponere. De Claudii ipsius natalibus nihil certi

Pollio. prodidit, qui vitam conscripsit, Trebellius Pollio: *De avis nobis parum cognitum*, inquit ille: *varia enim plerique tradiderunt*. Quæ quidem postrema verba referri debere videntur ad pervulgatam ea tempestate apud plerosque opinionem, Claudium ex illegitimo Gordiani III. Imperatoris concubitu prognatum; quam attigit Aurelius

Victor. Paul. Diac. Victor, & ex eo Paulus Diaconus: *Hunc plerique putant Gordiano satum, dum adolescens a muliere matura* (al. *matrona*) *institueretur ad uxo-*

V. Salmas. ad Hist. Aug. p. 331 *rem*. Verum quicquid fuerit de Claudii parente, constat matrem ex Dalmatia oriundam, idipsum scriptoribus tradentibus. Ex horum igitur connubio nati liberi, masculi tres, & filiæ aliquot, scilicet,

II. CLAUDIUS II. Imperator.
II. QUINTILLUS Imperator.
II. CRISPUS.

De quibus mox.

II. N.N. Scribit Trebellius, Claudio Imperatori extitisse sorores complures, quarum altera CONSTANTINA nupsit nescio cui Assyriorum Tribuno, quæ paucos post celebratas nuptias annos vixit.

Pollio. Salmas. ad Hist. Aug. p. 330.

II. MARCUS AURELIUS CLAUDIUS, seu ut illius effertur nomen in veteri Inscriptione, & apud Trebellium, FLAVIUS CLAUDIUS, nascitur x. Maii anno Christi CCXXXIX. vel CCXL. Hunc Valerianus Imperator Consulem, ac deinde Præfectum Prætorio dixit, copiisque militaribus præfecit: qua quidem provincia ea animi magnitudine & prudentia functus est, ut in illum unicum oculos conjicerent exercitus duces, qui Gothorum in omnes pene Imperii Romani regiones sese effundentium superbiam posset retundere, Galliasque, Britanniam, & aliquam Hispaniarum partem a variis occupatam Tyrannis Imperio rursum asserere. Post cæsum igitur ad Mediolanum cum Valeriano fratre Galienum, Imperator designatur XXIII. Martii an. CCLXVIII. & Aureolo Tyranno sublato, Gothos terra marique superavit, cum eorum copiæ ad trecenta viginti millia, naves vero ad duo millia fuisse dicantur. A qua quidem parta

Trist. p. 193. anno imperii primo victoria, GOTHICUS deinceps, & VICTOR GOTHORUM appellari meruit, ut ex veteri inscriptione docemur. Nec multo post Sirmii moritur, nullis superstitibus liberis, Atticiano sive Antiochiano & Orphito Coss. anno Christi CCLXX. Ex peste decessisse Pollio & Zozimus, Metellus vero in militari tumultu a suis legionibus cæsum scribunt. Imperavit annum I. menses paulo plus IX. ut Eusebius & Cassiodorius asserunt. At Pollio, Zozimus & Eutropius triennio fere regnasse volunt: quod quidem a vero haud videtur alienum, cum ex veteri inscriptione tertium imperii annum iniisse colligatur. *Pollio. Zozim. Metell. Quirin.*

II. MARCUS AURELIUS QUINTILLIUS, fratre mortuo, consensu militum & Senatus Imperator electus, decimo septimo imperii die moritur, X. Kal. Mart. Nam cum Aurelianum ab exercitibus electum Augustum percepissct, venas sibi incidit. Alii militari tumultu Aquilejæ cæsum scribunt. Uxorem habuit, & duos filios secundum Pollionem, quorum alteri QUINTILLI, alteri CLAUDII nomen, sed nullo, quod sciam, auctore quidam tribuunt. *Trebellius. Metell. Quirin. pag. 67. Oros. l. 7. c. 23. Victor. Cassiodor.* *pag. 43.*

II. CRISPUS, Claudii & Quintilli Imperatorum frater: huic filia fuit

III. CLAUDIA, [a] nupta EUTROPIO ex nobilissima apud Dardanos familia oriundo. [b] Quidam existimavere Claudiam Claudii ipsius Imperatoris fuisse filiam, hoc fortassis fulti fundamento, quod [c] scriptores aliquot, atque [d] Inscriptiones veteres Constantium & Constantinum, Claudii ex filia nepotes, atque adeo Claudium Constantii avum, Constantini vero atavum dicant. At cum exerte scribat Trebellius, qui sub Constantino vixit, Claudium improlem obiisse, & Claudiam Crispi Claudii fratris fuisse filiam, huic longe potius videtur standum sententiæ, quæ præterea ab [e] Anonymo de Gestis Constantini firmatur, Constantium *D. Claudii optimi Principis nepotem ex fratre* appellante. Ex Eutropii & Claudiæ connubio natus

IV. FLAVIUS VALERIUS CONSTANTIUS, cognomento CHLORUS, ita ἀπὸ τοῦ ὠχρότητος, seu a vultus vel corporis pallore, uti censent [f] Zonaras, Cedrenus & Joelus, nuncupatus. [g] Verum a vestium viridi colore, quo delectaretur, cognominatum putant alii, præsertim cum, ut testatur [h] Eumenius, in eo *modestiæ ac verecundiæ signa* conspicerentur. [i] Illius natalitia ad prid. Kal. April. refert Kalendarium vetus. Priusquam Cæsaris dignitatem consecutus esset, complures militiæ magistratuum gradus decurrerat: [k] Protector enim primum, exin Tribunus, postea Præses Dalmatiarum dictus, tandem a Diocletiano & Maximiano, una cum Galerio & Maximiano, Nicomediæ Cæsar renuntiatur Kal. Mart. anno Christi CCXCI. [l] Sed & uterque in filios adoptatur, a Maximiano Herculio THEODORA uxoris filia Constantio, & a Diocletiano Jovio filia Galerio Maximiano in uxores datis. Cujus quidem adoptionis jure, [m] Constantius HERCULII, Galerius Maximianus JOVII, cognomina consecuti sunt. In memoriam porro ac monumentum Cæsareæ dignitatis Constantio concessæ Nicomediæ, urbs ipsa cippum postmodum erexit, in quo hæc inscriptio inedita, etiamnum legitur in atrio Moscheæ novæ:

a *Trebellius.*
b *Theophan. Menæa 21 Mali.*
c *Eumen. Paneg. c. 3. 4. Paneg. 9. c. 2. Eutrop. l. 9. Porphyr. Paneg. p. 245. ed. Pith. Zonar. Cedren. p. 259. E. R. Manass. Niceph. l. 8. c. 2.*
d *Grut. 283. 4.*
e *Anon. de gest. Const. p. 47.*
f *Zonar. tom. 2. pag. 243. E. R. Joel. in Chron. Cedren.*
g *Tristanus.*
h *Eumenius.*
i *Bucher. p. 176.*
k *Anon. de gest. Const. p. 47.*
l *Idat. fast. Chr. Alex. pag. 640. E. R. Cuspin. 281. 9. Theoph. p. 4. E. R.*
m *Eumen. pro rest. scho.*

OPTI-

OPTIMO. BENIGNISSIMOQ.
PRINCIPI. FLAVIO. VALERIO.
CONSTANTIO. NOB. CÆSARI.
GERMANICO. MAX. COS. COLONIA.
NICOMEDIENSIUM. D. N. MQ. EJUS.

[a] Cæsaream dignitatem per annos XIII. mensem I. tenuit Constantius, donec Maximianus & Diocletianus abdicata purpura utrumque adoptivum filium [b] hac induere Kal. April. anno CCCIV. cum extotius Imperii provinciarum partitione Galliæ & Britannia Constantio obtigissent, quas summa prudentia & animi moderatione rexit. [c] Obiit Eboraci in Britannia XXV. Julii, ipso Constantio & Armentario Coss. anno Christi CCCVI. biennio proinde cum tribus mensibus Augusta dignitate potitus, non vero uno tantum anno, ut habet Victor Schotti, aut annis IX. ut Theophanes. [d] Nicephorus ait obiisse anno ætatis LVI. Constantii cadaver repertum apud Caernervon prope Snoudunam in Wallia, & Edwardi I. Regis jussu in Ecclesia tumulatum anno MCCLXXXIII. auctor est Matthæus Westmonasterien sis. Bis nuptias iniisse Constantium constat; ac primum quidem cum FLAVIA JULIA HELENA, ex qua Constantinum genuit; rursum vero cum THEODORA Maximiani Augusti uxoris filia. Non desunt ex [e] scriptoribus, quibusdam etiam Constantii ævo supparibus, qui Helenam non Constantii uxorem, sed concubinam fuisse contendunt. [f] At recens scriptor, isque eruditissimus, pluribus hanc refellit sententiam, [g] veterum præsertim Inscriptionum, in quibus Constantii uxor dicitur, & ipsius [h] Panegyristæ auctoritate, exerte scribentis, Constantinum. *quo magis continentiam patris æquaret, ab ipso fine pueritiæ illico matrimonii legibus sese tradidisse.* Quod quidem firmatur etiam testimonio [i] utriusque Victoris, Theophanis, Zonaræ, Cedreni & aliorum, qui Constantium & Galerium ad Augustorum necessitudinem demum pervenisse tradunt post repudio dimissas uxores. Non hic porro disquiram [k] an Helena in Bithynia, vel in Galliis, vel in Britannia, vel denique Edessæ in Oriente nata fuerit; ut & illius-ne consiliis Christianam amplexus sit religionem Constantinus, an vero filii suasionibus ipsamet mater amplexa sit, quod vult [l] auctor Vitæ S. Silvestri PP. [m] denique quo illa loco tumulata fuerit, & hodie ejus corpus asservetur, cum hæc omnia pridem a viris doctissimis discussa & pertractata sint: monuisse tantum sufficerit [n] obiisse magna sanctitatis opinione anno ætatis LXXX. Imperii Constantini XXI. secundum Theophanem, Christi CCCXXXII. [o] juxta Albericum. [p] THEODORA vero Constantii conjux altera, filia fuit Eutropiæ Maximiani Imperatoris uxoris, quam ex priore conjugio cum nobili Syro, cujus nomen scriptores non prodidere, genuerat: ex qua quidem cum Constantio necessitudine, FLAVIÆ; ex matris vero cum Maximiano Augusto nuptiis, MAXIMIANÆ nomina ei accessere; quod ex illius nummis colligitur, in quibus FLAVIA MAXIMIANA THEODORA nuncupatur. Decessit illa superstite Constantio, e quo liberos sex procreavit.

Edit. Paris. pag. 44.

A *Filius Constantii Imperat. ex Helena priore uxore.*

V. CONSTANTINUS MAGNUS Imperator, de quo mox.

Liberi Constantii Imp. ex Theodora altera uxore.

V. CONSTANTINUS, cujus unicus meminit [q] Zonaras. Hunc a Constantio ex fratre nepote interfectum verosimile est; cum scribat [r] Julianus in Epistola ad populum Athenien sem, Constantium Augustum patruos duos interfeciss e. Præterea [s] Philostorgius, & ex eo Cedrenus & Zonaras, tum fama pervulgatum esse dicunt, Constantinum veneno sublatum fuisse a fratribus, & Constantio filio a patre extrema agente, ut de medio tollerentur, demandatum: quod quidem intelligi non potest, nisi de hoc Constantino & Constantio patre ejusdem Juliani; nam Constantino adhuc superstite e vivis excesserat Dalmatius. [t] Onuphrius Panvinius, &
B Henricus Valesius Constantinum cum Maximo Consulem fuisse scripserunt, quod improbat omnino Tristanus.

V. FLAVIUS DALMATIUS ANNIBALIANUS.

V. FLAVIUS JULIUS CONSTANTIUS.

De his, eorumque liberis agetur post Constantini liberos.

V. FLAVIA VALERIA CONSTANTIA, seu CONSTANTINA, uti appellatur a [u] Philostorgio & aliis, nuptui data est a fratre Constantino Mediolani anno CCCXIII. CAJO VALERIO LICINIANO LICINIO, qui Imperator appellatus fuerat post Galerii obitum. [x] Illa, etsi pagano conjugi juncta, illibatam Christianitatis, quam cum fratre amplexa fuerat, fidem servavit, ex quo a Silvestro Pontifice in S. Agnetis Ecclesia cum Constantia, ex fratre Constantino nepte, Romæ baptismum excepit. Sed & sæviente in Christianos Licinio, hos semper fovit, & pro viribus tutata est. Sed quam ex fidei integritate adepta erat existimationem, non mediocriter
C læsit sub extremos vitæ annos, Arii amplexa hæresim, [y] Eusebii Nicomediensis consiliis. Obiit fratre superstite, a quo singulari semper benevolentia, etiam ad extremum vitæ spiritum donata legitur: [z] falluntur enim qui illius mortem ad annum CCCXI. referunt, post Constantini scilicet excessum. [A] Licinius porro e Nova Dacia, viliore origine & ignotis parentibus ortus, natus est anno CCLXV. Galieno & Saturnino Coss. [B] A Galerio Maximiano Cæsar dictus primum Carnunti Pannoniæ oppido, V. Nov. an. CCCIX. biennio post, paulo antequam e vita excederet, ab eodem Imperator appellatus est. [C] Imperii partitione inter Constantinum, Licinium, Maxentium & Maximinum facta, Oriens Licinio cessit; duravitque concordia cum Constantino, cujus sororem duxerat, ad annum CCCXXIV. [D] quo Licinius, cum adversus Constantinum arma cepisset,
D prope Hadrianopolim primo fusus est III. Jul. deinde navali pugna ad Byzantium, ac demum novissimo ad Chalcedonem prælio debellatur, in victoris potestatem venit XVIII. Septembris eodem anno, a quo vitam interposita conjuge pactus, ac Thessalonicam relegatus, [E] quod novas res moliri deprehensus esset, in eadem urbe peremptus est anno CCCXXV. [F] cum annum attigisset LX.

a *Victor Schotti.*
b *Idat. fast.*
c *Idat. fast. Anonym. de gest. Const. Theophan. Socrat.*
d *Lib. 8. cap. 2. Matth. Vvestmon.*
e *Zozim. lib. 2. S. Ambros. de obitu Theod. Chron. Alex. Cassiodor. Beda lib. 1. hist. cap. 8.*
f *Tristan. tom. 3. comm. hist. p. 411.*
g *Grut. 284. 12. 1086. 2.*
h *Anonym. paneg. Max. & Const. dictus c. 4.*
i *Victor. Anon. de gest. Constant. Theophan. p. 14. E. R. Zonar. tom. 2. p. 243. E. R. Cedren. p. 268. E. R. Berengos. de Cruce l. 2. c. 1.*
k *Idem l. 3. c. 2. 3. Galfridus Monemuth. l. 2. c. 3. Baron. an. 306. 12. 326. 55. Usser. de primord. Eccl. Brit. c. 8. Seld. ad Eutych. orig. p. 179. Abr. Echell. ad Hebed. Jesu pag. 82. E. R. Boland. ad c. 7. vitæ S. Agricii.*
l *Vitæ S. Silv. ed. a Combefisio.*
m *Cedren. p. 295. E. R. Nicepb. l. 8. c. 31. Vvalsingb. p. 356. Anast. in S. Silv. p. 17. Vvadding. a. 1251. 44. Merl. in Metrop. Rem. p. 402. Tristan. Vales. ad Euseb.*
n *Euseb. de vita Const. l. 3. c. 45. Alex. de inv. S. Crucis Theophan. & alii.*
o *Alber. Chr. MS.*
p *Eutrop. l. 9. Oros. l. c. 25.*
q *Zonar. p. 246. E. R.*
r *Julian. in epist. ad pop. Athen. p. 497.*
s *Philost. l. 2. c. 4. Cedren. p. 297. E. R. Zonar.*
t *Panvin. Vales. in Ammian. Tristan. p. 578.*
u *Philost. l. 1. c. 9. Vita S. Artemii apud Aol. 18. Feb. p. 70. Menæa 25. April. in S. Basil.*
x *Anast. in S. Silv. p. 16. Vita S. Basilei Episc. Amasea c. 3. 4. Menæa 4. Octob. in S. Callisthene.*
y *Philost. l. 1. c. 9. S. Hier. adv. Pel. ad Ctesiph. Vigil. Tapsi. l. 1. contra Arium c. 1. Nicepb. l. 8. c. 47.*
z *Usperg.*
A *Euseb. l. 10. c. 8. Socrat. l. 1. c. 2. 21. Gest. Const. p. 473.*
B *Idatius. Chron. Alex. p. 652. Theophan. p. 9. E. R.*
C *Chr. Al. p. 650.*
D *Praxagor. apud Phot. cod. 62. Idat. fast. Socrat. l. 1. c. 4. Politia SS. Metroph. & Alex. apud Phot. cod. 256. Kalend. Buchet. p. 283. Zozim. l. 2. Chr. Alex. p. 660. Theoph. & al.*
E *Idat. fast. Gesta Constant.*
F *Victor. Epit.*

[a] Tradit scriptor ferme coævus relegatum fuisse in Gallias, ibique ulceribus scatentem misere periisse. [b] Ex illius cũ Constantia connubio natus filius unicus, FLAVIUS LICINIANUS LICINIUS, qui cũ vigesimum mensem ageret, Cæsar cum Crispo & Constantino, Constantini Magni filiis, dictus [c] 1. Martii, Sabino & Rufino Coss. anno Christi CCCXVI. triennio post Consulatum iniit [d] cum Constantino Magno tum quintum Consule. [e] Demum Faustæ Augustæ insidiis, ne peritia in militando filiis obesset, ab Constantino interemptus est, cum annum attigisset XIV. Quidam præterea Licinio Imperatori filiam adscribunt S. Helenam, cujus corpus asservatur Altæcombæ in Sabaudia, sed nullo, quod sciam, auctore.

Edit. Paris. pag. 45.

V. ANASTASIA [f] nupsit BASSIANO, quem Constantinus Magnus Cæsarem, Licinio adsentiente, appellavit, Italiæque præfecit, Sed quod ab eodem Licinio per Senecionem fratrem impulsus, in illius partes transiisset, a Constantino in ipsis bellicorum motuum initiis captus, neci datus est. Existimat [g] Tristanus Bassianum, qui a Valente bonis exutus fuit, [h] quod de uxoris utero Mathematicos consuluisset, a Bassiano Anastasiæ conjuge prodiisse, haud insulsum esse opinari, cum *procerum genere natum* dicat Ammianus: ut & LUCIUM RAMIUM ACONITUM OPTATUM, qui Consul fuit cum Anicio Paulino anno CCCXXXIV. alterum fuisse Anastasiæ maritum: siquidem tradit Zozimus, Constantii Augusti jussu interemptum fuisse a militibus cum aliis proximis agnatis. Sed hæc meræ sunt conjecturæ. [i] Anastasia porro Balneas Constantinopoli extruxit, quæ de ejus nomine Anastasianæ appellatæ sunt, quas alii Anastasiæ Valentis filiæ adscribunt.

V. EUTROPIA, [k] POPILIO NEPOTIANO, qui Consulatum iniit cum Fabio Titiano anno CCCI. Diocletiano imperante, conjugio nexa fuit; ex quo prodiit FLAVIUS POPILIUS NEPOTIANUS, qui perinde [l] Consul fuit cum Facundo anno CCCXXXVI. biennio ante Constantini avunculi obitum. [m] Is cum Magnentium accepisset, perempto Constante, in Galliis Augustum renuntiatum, Imperatorem etiam sese appellavit III. Junii anno CCCL. & gladiatorum ac captivorum quorumdam ope Romam ingressus est, cæsis ipsius Magnentii fautoribus: quo quidem tempore Flavii prænomen, tamquam Augustæ dignitatis hæres legitimus, & Constantini ex sorore nepos, assumpsit; quod ex illius nummis deprehenditur. Sed hac per XXVIII. dies potitus, a Marcellino Magistro Officiorum, & Magnentii arcanorum participe peremptus est.

V. [n] FLAVIUS VALERIUS AURELIUS CONSTANTINUS, cognomento MAGNUS, Imperator, nascitur ex Constantii cum Helenæ nuptiis III. Kal. Martii anno CCLXXII. [o] Aureliano & Basso Coss. [p] Naissi oppido Daciæ, vel Trasi secundum [q] Jul. Firmicum. Drepani Bithyniæ urbe ad Nicomedienſem Sinum ortum scribit [r] Nicephorus Callisti, quam postmodum [s] Helenopolim de matris nomine appellavit. In Galliis [t] Porphyrogenitus, in Britannia denique [u] alii natum volunt, hoc præsertim fulti fundamento, quod [x] Auctor Panegyrici Maximiano & Constantino dicti, hæc de Constantio dicat: *Liberavit ille Britannias servitute, tu etiam nobiles illic oriundos feciſti.* Quod [y] alii de Cæsaris dignitate Constantino, dum in Britannia moraretur, collata probabilius interpretantur ex altero [z] Eumenii loco: *O fortunata & nunc omnibus beatior terris Britannia, quæ Constantinum prima Cæsarem vidiſti!* [A] Qua quidem Cæsaris dignitate tum primum est donatus, cum Augustus dictus est Constantius pater: eodem exinde Imperatorio titulo honoratus, cum FAUSTAM Maximiani filiam uxorem duxit, ut observare est ex [B] Anonymi Panegyrico, post Constantii patris obitum, XXV. Julii, ipso Constantio VI. & Maximiano VI. Coss. anno Christi CCCVI. [C] At cum eo præsertim consilio filiam Constantino nuptui dedisset Maximianus, ut generum de medio tolleret, re per uxorem detecta, occultum hostem prævertens, bellum Maximiano intulit, coegitque infaustum Principem Massiliæ vitam misere finire anno CCCXI. Sequenti Maxentium ad Veronam, deinde non longe ab Urbe superavit; quo quidem in prælio conspecta in cælo Crucis figura, Christianam religionem postmodum amplexus est Constantinus. Exin Mediolanum profectus, cum Licinio fœdus iniit, Constantia sorore in uxorem data. Verum haud diu stetit Principum concordia, Licinio in Constantinum movente, a quo demum victus & cæsus fuit anno CCCXXV. quo quidem anno Concilium ad Nicæam contra Arium, eodem procurante Augusto, celebratum est. Mox Byzantio exædificando animum adjecit, exornatamque, & longius productis mœnibus majorem effectam Urbem de suo nomine Constantinopolim appellavit, [D] illiusque encænia celebravit XI. Maii anno CCCXXX. [E] Subactis denique Sarmatis, ac per varias Romani Imperii provincias distributis, quarto post anno, Christi CCCXXXVII. ipso Pentecostes die [F] XXII. Maii moritur in Suburbano Nicomediæ, quod Achyronam [G] quidam, alii Characen vocant, [H] ubi paulo ante mortem baptizatum esse nonnulli asserunt: [I] quod Theophanes, Nicephorus & alii refellere conati sunt. Vixit annos LXVI. imperavit an. XXX. mens. IX. dies XXVIII. Bis nuptias iniit Constantinus, ac primum qui- *pag. 46.*
dem cum MINERVINA, de cujus familia ac patria nihil produnt scriptores. [K] Zozimus, Victor & Zonaras Constantini concubinam, non legitimam fuisse conjugem scribunt: verum [L] alii contra contendunt, ex hoc [M] Anonymi Constantino eo die dicti Panegyrici loco, quo cum Fausta altera conjuge nuptias celebravit: *Quo enim magis continentiam patris æquare potuiſti, quam quod te ab ipso fine pueritiæ illico matrimonii legibus tradidiſti, ut primo ingressu adoleſcentiæ formares animum maritalem, nihil de vagis cupiditatibus, nihil de conceſſis ætati voluptatibus in hoc ſacrum pectus admitteres, novum jam tum miraculum juvenis uxorius, ſed ut res eſt, mente præſaga omnibus te verecundiæ obſervationibus imbuebas, talem poſtea dicturus uxorem.* Huic sententiæ non minime suffragatur alterius [N] Panegyristæ locus, quo Constantini continentiam intra legitimi connubii fines cohibet; ubi corruptos Maximiani, mores cum Constantini virtutibus comparans

a *Ja: Presb. in vita Basilei Amas. c. 21. apud Sur. 26. April.*
b *Zozim. l. 2. Victor. Epit.*
c *Idat. Victor. Chron. Alex. Theophan.*
d *Idat. Senator.*
e *Baron. a. 324. 4.*
f *Gesta Constant. p. 473.*
g *Tristan. p. 91.*
h *Ammian. l. 26.*
i *Vide CP. Christ.*
k *Victor. Epit. Zozim. l. 2.*
l *Fasti Coss.*
m *Victor. Eutrop. l. 10. Oros. Hieron. Chron. Socrat. l. 2. c. 25. Sozom. l. 4. c. 1. Nicepb. l. 9. c. 28. Theoph.*
n *Gruter. 283. 1, 284. 8. 1086. 9. Gualterus p. 19.*
o *Kal. Bucherii p. 276. 282. & Silvii. Chron. Or. p. 56. Ed. R.*
p *Const. de Them. l. 2. c. 9. Cedren.*
q *Firmic. lib. 2. Matth. c. 2.*
r *Lib. 7. c. 18. 49.*
s *Chr. Al. p. 662. Theophan. p. 124. Ed. R.*
t *De adm. Imp. c. 12.*
u *Baron. Pomp. Lat. Meurs.*
x *Paneg. 5. c. 4.*
y *Livinejus.*
z *Eumen. pan. 9. c. 9.*
A *Victor. Epit.*
B *Paneg. 5. c. 1. Idat. fast.*
C *Victor. Epit. Eutrop. l. 10. & al.*
D *Idat. Hieron. & al. Euseb. l. 4. c. 53. 61. 64.*
E *Socrat. l. 1. c. 38. Kal. Buch. p. 283. Theoph. &c. Scaliger de em. temp. p. 510.*
F *Socr. l. 2. c. 32.*
G *Victor Schotti. Hieron. Chron.*
H *Alexand. Mon. Euseb. Hieron. Cedr. Isidor. &c.*
I *Theoph. Anastas. in S. Silvest. Serran. de 7. Eccles. & al.*
K *Zozim. l. 2. Victor. Epit. Zonar. p. 6. Ed. R.*
L *Tristanus.*
M *Paneg. 5. c. 4.*
N *Paneg. 6. c. 4.*

hæc subdit : *Te, Constantine, paterna pietas sequebatur, illum (ut falso generi non invideamus) impetus: te clementia, illum crudelitas: te pudicitia soli dicata conjugio, illum libido stupris omnibus contaminata*, &c. Et sane Crispum ex Minervina natum, si nothus fuisset ac illegitimus, Imperii successioni haud destinasset parens, cum alii suppeterent liberi : [a] siquidem ab eo Cæsar, & Princeps Juventutis dictus est; qui quidem tituli fere Imperatorum primogenitis filiis, & Augustæ dignitatis hæredibus conferri solebant. Constantini uxor [b] altera fuit FLAVIA MAXIMIANA FAUSTA, Galerii Maximiani Imperatoris ex Eutropia secunda conjuge filia, Byzantii nata, quam paulo post Constantii patris excessum duxit, & cum a Maximiano, quocum & Maxentio filio inimicitiæ tum intercedebant, in consortium imperii admissus est. Perperam vero scripsit [c] auctor Actorum S. Silvestri Papæ, Maximianam, seu, uti appellat, Maximinam, filiam fuisse Diocletiani. Eximius ille conjugalis affectus, quo adversus proprium parentem conjugem prosecuta est, laude aliqua dignus videretur, si non immoderato dumtaxat erga falsos deos cultu, sed & impudicitia partam læsisset existimationem. [d] Nam cum privignum Crispum, amore illius succensa, lenociniis ac blanditiis nequisset ad stuprum pellicere, malis eum artibus de medio sustulit, ad Constantinum patrem delatum, tamquam in conjugalem thorum conspirasset. [e] At innocentis ultionem haud diu distulit Deus, cum falsi & peracti cum Agazone stupri compertam Thermarum calore occidi jussisset Constantinus. [f] Joannes vero Chrysostomus in quodam monte ligatam, feris expositam fuisse videtur indicare. Ex hoc postremo conjugio prodiere liberi sex, quos ex alia uxore natos perperam scribit [g] Zozimus, quam ille adulterii convictam interfici jusserit.

Filius Constantini ex Minervina.

VI. FLAVIUS JULIUS CRISPUS, vellut illius nomen effertur in [h] veteri Inscriptione, FLAVIUS VALERIUS CRISPUS, [i] Arelate natus, Romæ una cum patre baptizatus est, secundum [k] Theophanem; [l] & cum Fratre Constantino & Licinio juniore Cæsar dictus I. Martii, Sabino & Rufino Coss. anno Christi CCCXVI. Errare enim constat Idatium, qui Cæsares renuntiatos scribit, Gallicano & Basso Coss. anno Christi CCCXVI. ut & auctorem Chronici Alexandrini, qui in hac re enarranda vix sibi constat; cum Eusebius exerte tradat filium Constantinum anno Imperii X. Cæsarem designatum a patre, qui in Sabini & Rufini Consulatum incidit. Consulatum deinde iniit cum Licinio anno CCCXVIII. quam quidem dignitatem obiit præterea anno CCCXXI. & CCCXXIV. [m] A Constantino patre copiis militaribus contra Francos primum, ac deinde contra Licinium Præfectus, illustribus partis victoriis, bellica longe virtute ac laude inclaruit; & paternæ virtutis hæres, Imperatoriæ etiam dignitatis futurum aliquando successorem, Romanis spem præbuerat, [n] nisi a noverca velut tentati cum ea stupri delatus, veneno a parente sublatus fuisset, ut auctor est [o] Sidonius; [p] alii capite truncatum volunt. Periit autem Polæ in Istria, secundum [q] Ammianum], seu Romæ juxta [r] Zozimum, anno Christi CCCXXVI. Constantini XX. annos tum, ut videtur, natus XXX. cum ex priore Constantini conjugio natus esset, quod ille in primis adolescentiæ annis inierat, ut habet Anonymus in Panegyrico. Non desunt qui Crispum uxorem duxisse contendant HELENAM nuncupatam, cujus mentio est in [s] quadam Constantini Constitutione exarata anno CCCXXII. ex qua sobolem procreasse colligitur: *Propter Crispi atque Helenæ partum omnibus indulgemus, — Acc. III. Kal. Novemb. Romæ, Probiano & Juliano Coss.* Et certe hæc verba referri non possunt ad Crispi & sororis Helenæ nuncupatæ natalem diem, cum hic annus longe posterior sit Crispi natali, eoque Constantinus tum secundas cum Fausta nuptias iniisset. Sed de hujus legis expositione consulendus omnino recens atque eruditissimus [t] scriptor, ubi varias interpretum sententias exponit & expendit. *Edit. Paris. pag. 47.*

Liberi Constantini Magni Imp. ex Fausta altera uxore.

VI. FLAVIUS CLAUDIUS CONSTANTINUS.
VI. FLAVIUS JULIUS CONSTANTIUS.
VI. FLAVIUS JULIUS CONSTANS.
De his sigillatim mox.

VI. FLAVIA JULIA CONSTANTINA, [u] Augustæ titulo donatur a patre Constantino, a quo nuptui primum collocatur HANNIBALIANO Regi Ponti, ex fratre nepoti: quo extincto, rursum nupsit CONSTANTIO GALLO, Juliani Imperatoris fratri. Hanc CONSTANTIAM [x] quidam nuncupant. De ea pluribus agimus in utriusque conjugis elogiis.

VI. CONSTANTIA, [y] ita Anastasio nuncupata, [z] aliis vero CONSTANTINA, Constantini M. filia altera, ædem S. Agneti sacram Romæ excitavit, in qua una cum amita Constantia baptizata fuit, & emisso virginitatis voto, deinceps sese inclusit. De hac multa dixere [A] Tristanus & [B] Gotofridus Henschenius.

VI. [C] FLAVIA JULIA HELENA, JULIANI Imperatoris uxor, de qua in conjugis elogio agimus.

VI. [D] FLAVIUS CLAUDIUS CONSTANTINUS, cognomento JUNIOR, seu ut in aliquot [E] Inscriptionibus nuncupatur, FLAVIUS VALERIUS CONSTANTINUS, Constantini Magni ex Fausta filius primogenitus, [F] Arelate VII. Augusti nascitur, Constantino patre & Licinio Coss. anno Christi CCCXII. [G] Exinde Cæsar dictus cum fratre Crispo & Licinio Juniore Kalend. Martii anno CCCXVI. imperii Constantini X. eo extincto Augustam dignitatem adipiscitur: quippe post excessum Constantini, totius Imperii provinciarum inter illius liberos, & Dalmatium & Annibalianum ex fratre nepotes facta partitione, Constantino in sortem cessere Gallia, Hispania, & Britania. [H] Sed cum Italiam & Africam his vellet adjungere, Constanti fratri, quibus illæ parebant, bellum indixit, Italiamque cum classe ingressus, cõmisso

a *Julian. orat. 1.*
b *Paneg. 5. c. 1.*
c *Acta S. Silvestri edita a Combefis.*
d *Victor. Epit.*
e *Philost. l. 2. c. 4. Sidon. l. 5. ep. 8. Greg. Tur. lib. 1. hist. c. 34.*
f *Homil. 15. in Philipp.*
g *Zozim. l. 3.*
h *Gruter. 284. 7.*
i *Paul. Diac. Usperg.*
k *Theophan.*
l *Idat. Fast. Victor Schotti. Zozim. Chron. Alex. Vita Const. l. 4. c. 40.*
m *Porphyrii Pan. Nazarii Paneg. c. 36. Zozim. l. 2. Julian. orat. 3.*
n *Victor. Epit. Euseb. Oros. Theophan.*
o *Sidon. l. 5. ep. 8. Greg. Turon. l. 1. hist. c. 34.*
p *Codin. de orig. pag. 34.*
q *Ammian. l. 14. p. 29.*
r *Zozim. l. 2.*
s *L. 1. Cod. Th. de indulg. crim.*
t *Jac. Gotofred. ad Cod. Theod.*
u *Philost. l. 3. c. 22. 28.*
x *Idem l. 3. c. 28. l. 4. c. 1. Chr. Al. p. 676.*
y *Anast. in S. Silvestro & Liberio p. 16. 20.*
z *Gruter. 1161. 9. D. Ambros. l. 4. ep. 34. Altheim. de virg. n. 40. Sermo de S. Agn.*
A *Trist. com. 102.*
B *Henscb. 18. Febr.*
C *Baron. a. 323. 3.*
D *Nummi.*
E *Joffred. in Nicea p. 8.*
F *Laterc. Silv. Victor. Epit.*
G *Idat. fast. Victor Schotti. Zozim. lib. 2. Euseb. lib. 4. de vita Const. c. 40. Idem de laudibus Const. p. 450.*
H *Victor. Epit. Socrat. l. 2. c. 4. Zozim. l. 2. Idat. Fast. Theophan. &c.*

ad Aquilejam prælio, a fratre fusus, ac demum interfectus est, illiusque corpus in Alsam fluvium haud procul ab Aquileja projectum, anno CCCXL. ætatis XXV. imperii III. Ad hunc Constantinum referendam puto ineditam hanc inscriptionem in lapide miliari exaratam, erutam anno MDCXXVIII. in Provinciæ Comitatu, in via Aurelia a Foro Julii ad Horrea & Varum, loco dicto *S. Esteres*. DN. FLAVIO. CLAUDIO. CONSTANTINO. PATRE. AVO. MAJORIBUS. IMPP. NATO. CÆSARI. NOS. SEMPER. ORBI. TÆRRE. PROFUTURO. V. Scribit [a] Eusebius bis nuptias iniisse Constantinum, etiam cum Cæsar adhuc audiret, ac proinde superstite parente. At si hæc vera sunt, id pro certo haberi debet, binas istas Constantini uxores tum potissimum fato functas, cum Constantinus bellum Italicum suscepit: siquidem auctor est [b] ejus orationis funebris scriptor anonymus, cum in prælio cæsus est, per legatos suos nobilem Hispanam, cujus tamen familiam reticet & nomen, uxorem duxisse.

VI. [c] FLAVIUS JULIUS CONSTANTIUS, uti in aliquot nummis appellatur, seu ut in aliis, FLAVIUS CLAUDIUS CONSTANTIUS, vel in quibusdam [d] Inscriptionibus, FLAVIUS VALERIUS CONSTANTIUS, vel denique CONSTANTINUS CONSTANTIUS, ut apud Vigilium Tapsensem, Constantini Magni ex Fausta filius secundogenitus, [e] Sirmii in Pannonia VI. Augusti nascitur, Ovidio Gallicano & Septimo Basso Coss. anno Christi CCCXVII. [f] deinde Cæsar dictus est a patre anno imperii XX. Christi CCCXXVI. VIII. Novembris, seu ut habet [g] Idatius, biennio antea. Mortuo parente, partitione, ut diximus, inter fratres facta, Imperii partem sortitus, demum illud in solidum sibi transtulit, fratribus extinctis. [h] Obiit ille ex apoplexia, seu, ut ait Victor, ex acriori febri, Mopsocrenis juxta Tarsum Ciliciæ oppidum, III. Novembris, anno Christi CCCLXI. ætatis XLIV. [i] seu ut habet Hieronymus, XLV. Imperavit, ut scribit idem Hieronymus, annos XXIV. menses V. dies XII. [k] Quidam vero scriptores imperasse volunt XXXVIII. vel XXXIX. annos; quod quidem licet interpretari, ex quo Cæsaris titulum est consecutus: nam secundum Victorem, hanc dignitatem annis XV. obtinuit, Augustam XXIV. scilicet cum fratribus & Magnentio VIII. solus vero XVI. Addit idem [l] Victor plures Constantio extitisse uxores; [m] quarum prima filia fuit Constantii Cæsaris ex Galla, Juliani Imperatoris consanguinea, illa forte quam anno Constantini tricesimo, Christi CCCXXXIII. duxit, juxta [n] Eusebium: at istius ævi scriptores & nomen & mortis tempus siluere. Altera Constantii uxor fuit [o] FLAVIA AURELIA EUSEBIA, [p] viri Consularis, cujus nomen perinde incertum, filia ex matre Thessalonicensi; [q] Eusebii & Hypatii qui Consulatum gessere anno CCCLIX. soror: [r] quæ ob eximiam potissimum formam, atque adeo [s] eloquentiam & singularem eruditionem a scriptoribus commendatur; [t] a quibus tamen infamatur, quod hæresi Arianæ acrius addicta fuerit. Extincta illa, nullis superstitibus liberis circa annum XXXIII. Constantii, tertias nuptias ille iniit cum [u] MAXIMA FAUSTINA, de cujus familia altum est apud ejusce ævi scriptores silentium, qui dumtaxat observant gravidam fuisse, cum e vivis excessit Constantius, eoque extincto filiam procreasse posthumam.

Filia Constantii Imp. ex Fausta tertia uxore.

VII. FLAVIA MAXIMA CONSTANTIA, Gratiani Imperatoris uxor, de qua suo loco agimus.

VII. Consulto porro omisimus hoc loco filiam illam Constantii, de qua fabulosa commemorant Græcorum Menæa ad XXX. Decembris in S. Zotico.

VI. FLAVIUS JULIUS CONSTANS, Constantini Magni ex Fausta filius tertiogenitus, [x] nascitur Constantino patre VI. & Constantino Juniore Cæsare Coss. anno Christi CCCXXX. [y] quam perinde dignitatem Cæsaream adeptus est a parente XXIV. Decembris anno Christi CCCXXXIII. Delmatio & Zenophilo Coss. seu, ut volunt [z] Eusebius & [A] Chronicon Alexandrinum, XXV. Julii anno CCCXXXV. Constantio Cæsare & Albino Coss. Constantini imperii XXX. [B] Post patris excessum Italiam, Africam & Illyricum in sortem obtinuit, quam, Constantino fratre ad Aquilejam cæso, provinciis quæ ei parebant, auxit, Galliis intra duorum annorum spatium in potestatem redactis. Nec multo post MAGNENTIUS, cum Augustoduni Imperatorem se acclamari curasset, in Constantem arma movit, quem fugavit. [C] Atque is cum in Hispanias fugeret, a Gaizone Magnentii copiarum duce, ad Helenam, Ruscinonensis Comitatus oppidum, est interfectus. [D] Zonaras in Galliis ad Rhodanum cæsum videtur innuere: scribit vero [E] Joannes Chrysostomus, cum hostium manus vitare haud liceret, sibi mortem intulisse. [F] Utcumque sit de mortis genere, constat eam accidisse anno CCCL. Sergio & Nigriniano Coss. cum Constans ætatis XXX. attigisset; etsi [G] Victor, & ex eo forte Zonaras, XXVII. annos tantum vixisse asserant. Imperium vero gessit, secundum eumdem Victorem & Hieronymum, annos XIII. in iis, tribus, quibus Cæsaris dignitate fulsit, putatis. Scribit [H] Ammianus OLYMPIADEM, Ablabii Præfecti Prætorio sub Constantino, quique a Constantino interfectus est, filiam, Constanti Imperatori paulo ante illius necem pactam fuisse; & a parente postmodum Arsaci Armeniæ Regi nuptui datam: quod observare est etiam ex [I] S. Athanasio.

CÆTERI CONSTANTII CHLORI EX THEODORA FILII.

V. FLAVIUS DELMATIUS HANNIBALIANUS, vel DALMATIUS, filius fuit Constantii Chlori Imperatoris ex Theodora Augusta secundogenitus. [K] Chronicon Alexandrinum hæc

a L. 4. *de vita Constant.* c. 49.
b *apud Sant. Amant.*
c Nummi.
d *Gruter.* 284. 4. 5. 7. *Vig. Tapsi.* p. 84.
e *Kal. Hervartii & Eutherii.* L. 10. *Cod. Th. de Pretoribus. Themist. orat.* 13.
f *Chr. Al.* p. 660. *Them. or.* 13. p. 304. *Euseb. l.* 4. *de vita Constan. de laud.* p. 450. *Victor Schotti.*
g *Idat.* p. 53.
h *Idat. Chr. Alex. S. Hier. epist.* 7. *Socrat. l.* 2. c. ult. *Philost. l.* 6. c. 5. *Scalig. de emend. temp. l.* 5. p. 512.
i *Eutrop.*
k *Socrat. Sozom. l.* 5. c. 1. *Nicepb. l.* 9. c. 50.
l *Victor. Epit.*
m *Julian. ep.* 2. *ad pop. Ath.* p. 501.
n *Lib.* 4. *de vita Constant.* c. 49.
o *Chron. Alex.* p. 682. *Suid. in Leont. Theo.* p. 57. *E. R. Amm. l.* 15 p. 34.
p *Julian. orat.* 13.
q *Ammian. l.* 21.
r *Ammian. Cedren. Victor.*
s *Zozim. l.* 3.
t *Theophan.*
u *Goltzii Thes. Ammian. l.* 21. p. 26.
x *Idat.*
y *Idat.* p. 53. *Victor Schotti.*
z *Lib.* 4. *de vita Constant.* c. 40. *de laud.* p. 450.
A p. 668.
B *Victor. Gesta Constant.*
C *Idat. Chron. Hieronym.*
D *Zonar.* p. 12. E. R.
E *Homil. in epist. ad Philipp.*
F *Idat. Hieron. Chron.*
G *Victor. Epit.*
H *Lib.* 20.
I *Epist. ad Solit.*
K *Chron. Alex.* p. 648.

duo Dalmatii & Hannibaliani nomina distinguit, duosque ex iis Constantii filios conficit: sed melioris notæ scriptores in eo fere consentiunt, ad solum Dalmatium pertinere, etsi apud unicum [a] Theophanem conjunctim exarata reperiantur. Is porro apud [b] Zonaram interdum Hannibalianus nude vocitatur: quod quidem cognomen ab Afranio Hannibaliano sortitum [c] quidam volunt, qui Præfectus Urbi sub Maximiano, & Consul fuerat cum Asclepiodoto, & Præfectus Prætorio sub Constantio: & si non frater fuit ipsius Constantii aut Theodoræ, certe iis proxima fuit agnatione conjunctus. [d] Dalmatio Censoris dignitatem concessit Constantinus frater, quæ a Decii Augusti temporibus videbatur extincta, qua is Valerianum ob singularem vitæ integritatem & eruditionem donaverat, [e] sed & de accusationibus, quas in Athanasium inflixerant de homicidio ab eo perpetrato Ariani, cognitionem delegavit. Constantino superstite extinctum admodum vero proximum est, cum in divisione provinciarum Imperii, nulla ei pars, sed filiis donata legatur. Uxoris nomen & familiam nemo hactenus prodidit, qua duos saltem filios sustulisse constat.

Filii Dalmatii.

VI. FLAVIUS JULIUS DELMATIUS, vel DALMATIUS, uti nummi illius aliquot præferunt, [f] ingentis spei princeps, & indolis præclaræ, quique Constantinum Magnum in multis referebat, præceptorem, ut & frater, habuit Exuperium Rhetorem, uti docemur ab [g] Ausonio. [h] Consul cum Zenophilo anno CCCXXXIII. [i] ac biennio post Nobilissimus Cæsar dictus fuit XXIV. seu, ut habet Idatius, XVIII. Septembris anno CCCXXXV. qui erat vicesimus Constantini, [k] a quo quidem Tyrum missus est, ut interesset Synodo, quæ Athanasii occasione coacta erat: quod alii parenti Dalmatio tribuunt. Contra Calocerum, qui in Cypro insula defecerat, & Imperator fuerat acclamatus, cum copiis missus, tyrannum fudit, captumque ad patruum adduxit, a quo vivus igne consumptus est, anno imperii XXIX. secundum [l] Eusebium. Constantinus denique in majoris benevolentiæ argumentum Dalmatium in Imperatoriæ successionis partem adscivit, eique, si [m] Victorem audimus, prout a Tristano emendatur, Thraciam, Macedoniam & Achajam, seu, ut habet [n] auctor Gestorum Constantini, Gothicorum littorum præfecturam concessit. [o] Verum obrepente in eum Constantii invidia, ejus jussu a militibus sublatus est anno III. imperii, juxta [p] Hieronymum, vel II. secundum [q] Cedrenum.

VI. FLAVIUS CLAUDIUS HANNIBALIANUS, a patruo Constantino Nobilissimus appellatus est, uti tradit [r] Zozimus, qui præterea subdit eo nomine purpuram auro exornatam induisse. [s] At Chronicon Alexandrinum videtur innuere id ei accessisse juris ex regia dignitate, quam a patruo obtinuit, cum Cæsaream Cappadociæ metropolim ab eo missus est. [t] Quod quidem iis quæ ab Anonymo de Gestis Constantini traduntur, consentaneum est, scribente regia dignitate donatum fuisse a Constantino, Regemque Regum & gentium Ponticarum dictum: [u] cum scilicet primogenita illius filia CONSTANTINA eidem in matrimonium data est; quippe Ponto vicinæ provinciæ fuere Cappadocia & Armenia, quas a patruo cum vicinis nationibus concessas ei auctor est [x] Victor. [y] Ammianus, & Hannibaliani nummus, qui asservatur in Gazophylacio regio, Regis titulum eidem perinde adscribunt; in quo quidem nummo hæc leguntur: FL. CL. HANNIBALIANO REGI. [z] Constantii perinde jussu a militibus est interfectus, dicentibus neminem sibi imperare haud passuros præter Constantini liberos. [A] Id actum Libyssæ in Bithynia videtur innuere auctor Itinerarii Hierosolymitani: *Ibi positus est Rex Hannibalius, qui fuit Afrorum.* [B] Constantina vero uxor secundis nuptiis Gallum Cæsarem in conjugem sibi adscivit.

V. [C] FLAVIUS JULIUS CONSTANTIUS, Constantii Chlori ex Theodora filius tertiogenitus, [D] a Constantino fratre Nobilissimus designatus, [E] Consul cum Rufo Albino anno CCCXXXV. creatur, deinde [F] Patricius; [G] quam quidem dignitatem Præfecti Prætorio dignitati prætulit: [H] ac denique Præfectus Prætorio Orientis, uti docemur a Libanio. Tradunt Cedrenus & Zonaras Constantinum, cum morti proximus esset, filiis dedisse in mandatis ut patruos de medio tollerent: [I] quod filius Constantius demum confecit, Constantino & Constantio patruis interfectis, tum etiam quod in suspicionem de Constantino Magno veneno ab iis sublato venissent. Bis nuptias iniit Constantius, ac primum quidem cum GALLA, Flavii Junii Rufini, & Flavii Neratii Cerealis sorore, quos Consulari dignitate & Præfecturis insignes fuisse auctor est [K] Ammianus: deinde cum [L] BASILINA, illustri & antiqua familia, sed pagana, orta, Anicii Juliani, qui Consulatum gesserat cum [M] Flavio, Petronio Probiano anno CCCXXII. & postmodum Præfectus fuit Prætorio, filia, ac sorore Publilii Cejonii Juliani, qui Consul fuit cum Anicio Paulino anno CCCXXV. & Præfectus Prætorio Orientis, cujus frequens occurrit mentio apud [N] Historiæ Ecclesiasticæ scriptores, a quibus Juliani Imperatoris avunculus dicitur. [O] Obiit vero Basilina in ipsa adolescentia, superstite filio unico Juliano:

Constantii ex Galla liberi.

VI. N. filius Constantii ex Galla primogenitus, ab Imperatore Constantio interfectus est ante annum CCCLI. ut auctor est [P] Julianus frater, qui illius nomen reticet.

VI. [Q] FLAVIUS JULIUS GALLUS in Massa

a *Theophan. p.8. E.R. Anast. hist. Eccl. p.23. E.R.*
b *Zonar. to.2. p.240. E.R.*
c *Trist. comm.99. Libell. de Prafect. urb.*
d *Socr. l. 1. c. 25. Chr. Alex. p.668. S. Athan. apol. ad Const. p.782.*
e *Athan. loco cit.*
f *Eutrop. l.10. Sozom. l.5. c.2. Nicepb. l.9. c.28.*
g *in Professs. Carm. 18.*
h *Fasti Coss. Itin. Burd. p.41.*
i *Victor Schotti. Chron. Hieron. Chron. Al. p. 698. Oros. l.7. c.28. Idat. Theophan. Marian. Scot. Cedren.*
k *Alexand. Mon. de inv. S. Crucis p.1131. Theophan. p. 25. E. R.*
l *Euseb. Chron. Cedren. p.296. E.R.*
m *Victor. Epit.*
n *Gesta Const.*
o *Hieron. Chron. Eutrop. l. 10. Victor. Socrat. l.3. c.1. Theophan. p.29.*
p *Hieron. Chron.*
q *Cedren. p.297. E.R.*
r *Zozim. l.2.*
s *Chron. Alex. p.668.*
t *Gesta Constant.*
u *Philost. l.3. c.22.*
x *Victor. Epit.*
y *Vales. ad Amm.*
z *Zozim. l.2.*
A *Itiner. Hieros.*
B *Amm. l. 14.*
C *Athan. apol.*
D *Zozim. lib.2.*
E *Fast. Coss.*
F *Athan. apol.*
G *Zozim. l.2.*
H *Liban. de morte Julian.*
I *Julian. ep. ad pop. Ath. p.497.*
K *Lib.14. p.31. Valesius ibid. Santament. com. 109.*
L *Ammian. l.25. p.291. Georg. Alex. in vitâ Chrysost.*
M *Liban. or. fun. p. 260. S. Athan. orat. ad Solit.*
N *Theodor. l.3. c.11. 12. Sozom. l.5. c. 7. Philost. l.7. c.10.12. Cedr. p.306. E. R.*
O *Julian. in Myst.*
P *Julian. epist. ad pop. Ath. p.498. Greg. Nazianz. Stelit.I.*
Q *Ammian. l.14.*

Veternensi in Hetruria natus anno cccxxv. Paulino & Juliano Coss. [a] & a Constantio Augusto, ut & frater Julianus, ordini Ecclesiastico primum destinatus, eo nomine tonsuram accepit, annos tum natus xx. At cum idem Augustus a Persis impeteretur, & Magnentii ac Vetranionis defectionibus & rebellionibus occuparetur, nullique sibi supereſſent liberi qui Imperatoriam dignitatem exciperent, Gallum in successorem sibi deligere, & Antiochiam mittere statuit, quo incursantes hosce tractus Persas comprimeret. [b] Cæsar igitur ab eo dictus est xv. Martii anno CCCLI. post Consulatum Sergii & Nigriniani, [c] Constantii præterea indito nomine, quod in illius numinis descriptum legitur. [d] Deinde in aliud singularis benevolentiæ argumentum sororem CONSTANTINAM, ex Hannibaliano viduam, eidem collocavit: fœminam turgidam supra modum, inquit [e] Ammianus, & Megæram quamdam mortalem, inflammatricem sævientis alioquin mariti assiduam, & humani cruoris avidam. Verum perpetrata deinceps a Gallo dira facinora necem ac mortem tandem ipsi conciliavere. [f] Cum enim accepisset Constantius Domitianum Præfectum Prætorio & Montium Quæstorem Syriæ, viros sibi fidissimos, nullius criminis suspectos, nedum accusatos sustuliſſe, accitus est ab eo in Illyricum, ubi tum degebat. Gallus igitur in viam se dedit, præmissa uxore, quæ fratris & Augusti animum mitigaret: sed cum Bithyniam introisset, absumpta est vi febrium repentina. Igitur cum in Istriam perveniſſet Gallus, jussu Constantii detentus, & regali purpura detracta interfectus est in insula Flavona, juxta Polam in Istria, anno CCCLIV. cum tertium Consulatum ageret, annumque ætatis XXIX.

VI. N. uxor CONSTANTII Imperatoris, uti supra observatum.

Filius Constantii Imperatoris ex Basilina.

VI. FL. CL. JULIANUS Imperator.

VI. [g] FLAVIUS CLAUDIUS JULIANUS [h] nascitur Constantinopoli VI. Novembris anno CCCXXXII. Pacatiano & Hilariano Coss. [i] Hunc Eusebia Augusta singulari benevolentia prosecuta, ab imminente mortis periculo liberavit, cum Constantius maritus Constantium patruum & illius liberos de medio tollere decreviſſet, ut ei Athenas concedere liceret impetrato, quo studiis liberalibus vacaret. [k] Inde redux, ejusdem Augustæ suasu, Cæsar a patruele appellatur Mediolani [l] VI. Novembris anno CCCLV. Arbitione & Lolliano Coss. Exhinc in Gallias mittitur, copiisque militaribus præficitur contra Francos & Alamannos, gentesque alias, quæ in Imperii Romani fines irruperant: quibus delectis, captum eorum Regem Chonodomarum vinctum ad Imperatorem transmisit. At Constantius veritus ne hoc rerum successu elatus Julianus Imperatoriam dignitatem sibi assereret, specie quidem educendi in Persas exercitum, e Galliis revocare statuit: verum milites, posthabito Imperatoris mandato, facta seditione, Julianum Augustum proclamatum Lutetiæ Parisiorum diademate donarunt. Quo facto, Julianus in Constantium profectus est, qui audita Juliani rebellione, cum copiis militaribus perinde in eum tendebat. Jamque in Thraciam pervenerat Julianus, cum subito Constantium Tarsi in Cilicia III. Novembris anno CCCLXI. mortuum esse nunciatur, quem nonnulli Julianum successorem sibi tum designasse, seu potius confirmasse asserunt: [m] is vero Constantinopolim ingressus est XI. Decembris subsequentis. [n] Rerum igitur potitus Julianus, Constantii amicos primum persecutus, dein cultum deorum palam professus, eorum fana aperire jussit, Summumque Pontificem sese inscripsit. [o] Denium moto in Persas bello, prælioque cum iis in Persidе commisso, vitam amisit, spiculo ab equite Persa, seu, ut scribit [p] Libanius, Christiano transfossus. [q] Eutychianus Chronographus, qui huic bello interfuit, apud Joannem Malelam Antiochenum, & auctorem Chronici Alexandrini, ex quibus postmodum alii, ajunt lancea divinitus transfixum fuisse a S. Mercurio Martyre; quod S. Basilium Seleucenum Episcopum veneno extinxisset. Quod quidem antiquæ satis picturæ consentaneum est, quæ in codice MS. operum Gregorii Nazianzeni Basilio Macedone imperante exarato, in Bibliotheca Regia cernitur; in qua effictus est Julianus ad terram prostratus, equite cum lancea instante, supra cujus caput scriptum, ΑΓΙΟ C. ΜΕΡΚΟΤΡΙΟ C. [r] Accidit autem Juliani mors sub horam septimam, XXVI. Junii, ([s] Theophanes habet Januarii Ind. VI.) anno CCCLXIII. cum imperasset annum I. & VI. menses a morte Constantii, vixisseque annos XXXI. seu, ut apud Hieronymum, XXXII. [t] Uxorem duxerat, cum ei Cæsaris dignitas collata est, FLAVIAM MAXIMIANAM HELENAM, Constantii Augusti sororem, quam [u] Theophanes, & ex eo Cedrenus, Anastasius, & Paulus Diaconus CONSTANTIAM nominatam etiam volunt, forte quod ita eam appellari voluerit Constantius ex suo nomine, cum Juliano uxor data est, ut Constantium, Gallum Juliani fratrem, cum Cæsar est appellatus. Anno XXXI. vel XXXII. nata erat, cum nuptias cum Juliano iniit, & Viennæ Allobrogum decessit statim atque Imperator conjux dictus est. Ab ipso Juliano veneno sublatam scribit Libanius: [x] alii inter pariendum mortuam scribunt, & ejus cadaver Romam a conjuge missum in suburbano viæ Nomentanæ condendum, ubi Constantina uxor Galli, quondam soror ejus, sepulta fuerat. Falli porro constat Cedrenum & Zonaram, dum scribunt Constantii Augusti jussu repudiatam a Juliano, utpote quæ cum eodem fuerit in Galliis cum Augustus dictus est, uti ipsemet testatur.

Edit. Paris. pag. 51.

a *Greg. Naz. or. 3. p. 58.*
b *Idat. Fast. Chr. Alex. p. 699. Philost. l. 3. c. 25.*
c *Victor. Epit. Chr. Al. p. 679. Socrat. l. 2. cap. 29. Theophan. p. 33. Ed. R.*
d *Victor. Epit. Zozim. lib. 2. Zonar. p. 14. Ed. R.*
e *Ammian. l. 14. p. 1. 2.*
f *Ammian. Socrat. l. 2. c. 34. Sozom. l. 4. c. 6. l. 5. c. 5. Philost. l. 3. c. 28. l. 4. cap. 1. Zozim. l. 2. Eutrop. l. 10. Theophan. p. 34. Ed. R. Idat. Cedr. Zon. Greg. Naz. or. 3. p. 62.*
g *Grut. 284. 285. 1023.*
h *Silv. in Latere.*
i *Theoph. p. 29. Ed. R. Anast. Hist. Eccl. p. 31. Ed. R.*
k *Hieron. Chron. Marian. Scot.*
l *Idat. Fast. Zozim. l. 3. Ammian. l. 15. p. 49. 50.*
m *Idat. Fast.*
n *Gruter.*
o *Greg. Naz. or. 4. p. 118. Socrat. l. 3. c. 21. Theod. l. 3. cap. 20. Sozom. l. 6. c. 1. Philost. l. 7. c. 15. Chron. Al. Ruf. Fest. Eutrop. Victor. Belet. c. 125.*
p *Liban. orat. 2. p. 303. 304.*
q *apud Bisseum in Not. ad Upton. p. 75. Chron. Al. p. 692. Jo: Damasc. de Imag. Chron. Or. p. 58. Vita Guid. Abb. Pompos. ex MS. Spirensi n. 12. Jo: Sarsber. l. 8. Polier. c. 20.*
r *Pallad. in hist. Laus. c. 3. Idat.*
s *Theoph. p. 44. Ed. R.*
t *Chr. Al. p. 620.*
u *Theoph. p. 38. Ed. R. Paul. Diac. l. 11. p. 325. Anastas. Cedren. Zonar.*
x *Ammian. l. 21. p. 179.*

Liberi Juliani Imperatoris ex Helena.

VII. N. N. Pro certo haberi debet Julianum prolem ex uxore ſuſcepiſſe, cum [a] ipſe in epiſtola quadam meminerit liberorum ſuorum præceptoris. Teſtatur præterea [b] Ammianus Euſebiam Helenæ inſidiatam, quod ipſa ſterilis hactenus vixiſſet, quæſitumque venenum bibere per fraudem illexiſſe, ut quotieſcumque conceptiſſet, immaturum abjiceret partum: ac denique in Galliis cum marem genuiſſet infantem, obſtetricem corruptam mercede, mox natum, præſecto pluſquam convenerat umbilico, necaſſe. Tanta, ſubdit idem ſcriptor, tamque diligens opera navabatur, ne fortiſſimi viri ſoboles appareret.

a *Julian. epiſt. 40. p. 185.*

b *Ammian. l. 16. p. 72.*

Nicephorus Bryennius in Præfatione ad Hiſtoriam, Ducenę familię ſplendorem daturus, hanc a Conſtantino Magno ortam commemorat, primumque illius auctorem ait, ſeu ſtipitem, Roma egreſſum, Conſtantinopolim cum eo veniſſe, fixiſſeque in hac urbe ſedes ſuas, ac proxima Imperatorem agnatione attigiſſe, atque adeo fuiſſe illius patruelem. Sed, ut dicam quod res eſt, nolim hac in re fidem haberi ſcriptori recentiori, qui ut familiæ, cujus hiſtoriam exornandam ſuſceperat, lumen accenderet, nobiliſſimam originem, nullo veri aut falſi habito diſcrimine, arceſſendam exiſtimavit.

Edit. Paris. pag. 32.

JOVIANUS.

DN IOVIANVS PF AVG. *Imperator cum diademate ex duplici unionum filo.*

ADVENTVS AVGVSTI. *Imp. eques manum protendens: ante, miles cum labaro: a tergo, Victoria lauream porrigens. Infra,* ROMA. Vide Baron. an. 363. n. 126. & Trist. pag. 745.

SECVRITAS REIPVBLICE. *Imp. habitu militari stans, sinistra globum, dextra labarum, ad pedes captivus. Infra,* SIRM.

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria nuda & galeata gradiens, dextra lauream, sinistra globulum.* R V *in medio nummo, infra,* CON.

VICTORIA AVGVS. *Labarum in crucem desinens, ex quo siparum majus pendet, in quo effictum Christi monogramma. Infra, duo captivi adversi.* Vide Baron. an. 363. n. 127.

* VICTORIA AVGG. *Figura sedens, dextra victoriolam, sinistra hastile. Infra,* THRS. Ær. Occo.

* VRB ROM SIHN. Ær. Occo.

VOT V. *in corona quercea. Infra,* CONSPA.

VOT V MVLT X. *in corona quercea. Infra,* TCONST.

Christi monogramma in medio nummo, cum A *&* ω. Vide Baron. an. 363. n. 128.

DN IOVIANVS PF AVG. *Imp. cum diademate gemmato.*

SECVRITAS REIPVBLICE. *Duæ figuræ muliebres sedentes, quarum altera galeata, altera coronam muralem habet in capite, & dextra hastile gestat, cujus etiam pes alter rostro navis infixit. Infra,* SIRM. Vide Descript. CP. ubi de Senatu.

DN IOVIANVS PF AVG. *Imp. cum diademate laureato & gemmato.*

VICTORIA ROMANORVM. *Imp. paludatus, dextra hastam, sinistra globulum, cui insistit victoriola lauream porrigens.*

DN FL C IOVIANVS PF AVG. *Imperatoris protome absque diademate, dextra spiculum, sinistræ equum fræno tenentis.*

Imperator eques, dextra protensa, leonem proterens.

II.

FAMILIA JOVIANI IMPERATORIS.

Edit. Paris. pag. 53.

I. VARRONIANUS Comes, [a] Singiduno Pannoniæ oppido oriundus, vir illustris, & in Imperatorum palatio notissimus, [b] monitu cujusdam somnii præsciisse dicitur quod evenit, filium Augustam dignitatem adepturum, & quod sibi deferretur trabea Consularis. [c] At audita filii celsiore fortuna, cum ad eum tenderet, antequam eum videret, fatali præventus est morte. Et quia, subdit Ammianus, huic nomini amplissimum magistratum portendi per quietem prædictum est seni, Varronianus nepos ejus infans tum cum Joviano patre declaratus est Consul. Habuit ille præter JOVIANUM liberos alios, qui in infantia mortui dicuntur.

II. FLAVIUS JOVIANUS, Varroniani Comitis filius, [d] extincto Juliano, ex Primicerio domesticorum a militibus eligitur Imperator xxvii. Junii anno CCCLXIII. [e] Quam quidem dignitatem ultro sibi delatam ea conditione suscepit, ut milites omnes paganorum cultu abdicato, Christianam religionem amplecterentur. [f] Dehinc pace cum Persis inita, Romanis licet haud gloriosa, versus Constantinopolim iter arripuit. Sed cum venisset Dadastanam, qui locus Bithyniam distinguit & Galatas, exanimatus inventus est nocte, [g] xii. vel secundum Idatium, xi. secundum Eutropium, xiv. Kal. Mart. anno CCCLXIV. ætatis xxxiii. vel ut habet Victor, xl. cum imperasset vii. dies xxi. [h] Super cujus obitu dubietates emersere complures: fertur enim recenti calce cubiculi illiti ferre odorem noxium nequivisse, vel extuberato capite periisse succensione prunarum immensa, aut certe ex colluvione ciborum avida cruditate distentum. [i] Uxorem duxerat CHARITONEM, [k] Lucilliani, nobilis Romani, filiam, qui abdicata rerum administratione secesserat, privatam vitam amplexus: at Jovianus Imperator factus revocatum Illyrico præfecit, unde Mediolanum, atque inde Remos profectus, militari orto tumultu occisus est. Cedrenus mortuam Charitonem antequam conjugem Augustum videre contigisset: Zonaras vero una cum Joviano in SS. Apostolorum templo conditam scribunt. [l] Ex ea nati aliquot liberi; atque in iis,

III. VARRONIANUS, [m] Joviani Augusti filius. Vix ille infantiæ annos excesserat, cum parens Imperator dictus est, a quo Nobilissimus, & cum eo Consul est declaratus, purpura tamen ac Imperatoriis insignibus minime concessis. Tradit [n] Joannes Chrysostomus post extinctum Jovianum Varroniano excussum oculum, ut hoc pacto ad Augustam dignitatem aspirandi via denegaretur.

a *Victor. Epit.*
b *Ammian. l. 25. p. 296. 308.*
c *Victor. Epit.*
d *Hieron. Chron. Zos. l. 2. p. 729. Ammian. l. 25. p. 296. Philost. Theophan. &c.*
e *Chron. Alex. p. 694. Cedr. Zon. Suid.*
f *Ammian. l. 25. p. 308.*
g *Chron. Alex. p. 698. Philost. l. 8. c. 8. S. Chrysost. hom. 15. in Phil. Suid. Eutrop. l. 10. Gregor. Naz. orat. 4. Victor. Ammian. &c.*
h *Hieron. Amm.*
i *Zonar. Cedren p. 309. E. R.*
k *Ammian. l. 25. p. 207.*
l *Philostorg. l. 8. c. 8.*
m *Themist. Philost. l. 8. c. 8. Amm. l. 25. p. 308. Nicephor. l. 10. c. ult. Theophan. p. 46. E. R.*
n *Hom. l. 15. in ep. ad Philipp.*

VALENTINIANVS

VALENS

PROCOPIVS

Familiæ VALENTINIANI Nomismatum Tab. I.

Edit. Paris. pag. 55.

VALENTINIANUS.

DN VALENTINIANVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex margaritis.*

FELIX ADVENTVS AVG N. *Imp. eques, dextram protendens. Infra,* SMAQ.

VICTORIA AVGG. *Duæ figuræ Imperatorum sedentium, globum una tenentium, supra, victoria. Infra, laurus,* TROE.

VICTORIA AVGG. *Eædem figuræ absque lauro. Infra,* SMTES.

VICTORIA AVGG. *Victoria gradiens, dextra coronam lauream, sinistra palmam. Infra,* LVGP. S. *al.* TRP. Vide Patinum p. 484.

VICTORIA AVGG. *Victoria clypeum tenens, cui inscriptum,* VOT X. MVLT XX. *sinistro pede globo innixo. Infra,* RP.

* VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria cum clypeo, cui inscript.* VOT V. Occo.

VIRTVS EXERCITVS. *Imp. stans, dextra tenens labarum, sinistra clypeo innixus. Infra,* TRPS.

* *Eadem inscriptio. Imp. militari habitu, sinistra labarum, dextra captivum pede proculcans. Infra,* PSIS. Ær. Patinus pag. 484.

VIRTVS ROMANORVM. *Impp. stantes cum hastis vel spiculis, globum una tenentes, cui insistit victoria utrique lauream coronam porrigens.*

* VIRTVS ROMANORVM. *Figura sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam.* Occo.

GLORIA ROMANORVM. *Imp. militari habitu, dextra captivum crinibus trahens, sinistra labarum, ad latera,* I. SP. *infra,* SMSISC. Vide Patinum pag. 484.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. *Imp. paludatus, dextra labarum, sinistra globum, cui insistit victoriola lauream porrigens. Infra,* ANTP. *alius* SMLVC. *alius* SMN. *alius* SMTES. *alius* CONSP. Vide Baron. an. 364. n. 11.

MONETA AVGG. *Tres figuræ muliebres, dextra bilancem, sinistra cornucopiæ tenentes.*

* VOT X MVLT XX. *In corona quercea.*

* VOT X MVLT XX. *Figura stans, sinistra crucem. Infra,* CONOB. Occo.

VOT PVB. *Castra prætoria.*

* SALVS REIPVBLICAE. *Victoria gradiens, dextra lauream, sinistra palmam, Infra,* CONOB.

* SALVS REIPVBLICAE. *Victoria, dextra spolia super humerum, sinistra puerulum tenens.* Ant. Aug.

VRBS ROMA. *Figura muliebris galeata sedens, dextra globum, cui insistit victoriola cum laurea, sinistra spiculum vel hastam. Infra,* TRPS.

* RENOBATIO VRBIS ROMAE. *Ead. figura. Infra,* RP. Æreus. Vide Trist. to. 3. p. 612.

DN VALENTINIANVS PF. AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*

RESTITVTOR REIPVBLICAE. *Imp. paludatus stans, dextra labarum, sinistra globum, cui insistit victoriola cum laurea. Infra,* ANTH.

CONCORDIA AVGG. *Figura muliebris galeata sedens, dextra globum, sinistra hastam. Infra,* ANTΓ.

VICTORIA AVGGG. *Victoria gradiens, dextra crucem spissiorem & longiorem. Infra,* CONOB

RESTITVTOR REIPVBLICAE. *Imp. paludatus stans, dextra labarum, sinistra globum cui insistit victoriola cum laurea. Ad latus dextrum, crucicula. Infra,* ANTΓ**

DN VALENTINIANVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex margaritis, dextra globum, sinistra spiculum.*

SALVS REIP. *Imp. paludatus, dextra labarum, sinistra globum, cui insistit victoriola cum laurea, ad pedes captivus, ad latus stellula. Infra,* SMNSISC.

DN VALENTINIANVS PF AVG. *Imp. cum camelaucio, dextra spiculum.*

GLORIA ROMANORVM. *Imp. militari habitu, dextram protendens, insistens navi, cum victoria remum tenente ad proram, ad latus* T. *Infra,* ANTS.

DN VALENTINIANVS PF AVG. *Imp. plena facie, cum camelaucio, dextra spiculum, sinistra clypeum.*

IMPP XXXII COS XVII. PP. *Figura muliebris galeata, sedens, dextra globum cui crux insistit, sinistra hastam, ad latus stellula. Infra,* CONOB.

* SECVRITAS REIPVBLICAE. *Victoria lauream in dextra, sinistra palmam.* Occo.

* SECVRITAS REIPVBLICAE. *Figura equestris.* Occo.

* REPARATIO REIPVBLICAE. *Imp. stans, captivo ad genua procumbente, & a tergo victoriola Imp. imponit lauream.*

* BONI FATI. Goltz.

SEVERA.

* VAL. SEVERA. Goltz.

JUSTINA.

* DIVA IVSTINA. *Vir nudus sedens sub arbore, pateram tenens, ad cujus pedes spolia cum caduceo alato, a tergo harpia.* Occo.

PROCOPIUS.

DN PROCOPIVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus.*

VOT V. *In corona quercea. Infra,* CΓ. *alius* CA.

VALENS.

DN VALENS PF AVG. *Imp. cum diademate ex margaritis.*

RESTITVTOR REIPVBLICAE. *Imp. paludatus stans, dextra labarum, sinistra globum, cui insistit victoriola lauream porrigens. Infra,* RBΩ. *al.* CONOB. Vide Baron. 364. n. 11.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. *Ead. figura, ad latus crucicula. Infra,* ANTE.

Ead. inscriptio & figura. Ad dextrum latus, OF. *ad sinistrum* II. *infra,* CONSΓ.

Ead. inscriptio & figura. Infra, PLVG.

VICTORIA AVG. *Impp. sedentes globum una tenent. Supra, victoria. Infra,* ASISC.

SALVS REIPVBLICAE. *Quatuor signa militaria stantia. Infra,* SCON.

SECVRITAS REIPVBLICAE. *Victoria gradiens, dextra lauream, sinistra palmam. Ad lat. dextr.* OF. *ad sinistr.* II. *Infra,* CON. *al.* SMNB. *al.* RHRT.

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria spoliis insidens, clypeo quem sustentat puerulus, inscribit,* VOT X. *Infra,* SMRP.

GLORIA ROMANORVM. *Imp. militari habitu, dextra captivi caput premens, sinistra labarum tenens. Ad latus,* X. *Infra,* SRMP. Vide Patinum pag. 485.

VOTIS XV MVLT XX. *In corona quercea. Infra,* SISCPZ.

VRBS ROMA. *Figura muliebris galeata sedens, dextra globum cui insistit victoriola cum laurea, sinistra hastam. Infra,* TRPS.

* VIRTVS EXERCITVS. *Infra,* TRPS. Occo.

GRATIANVS II

VALENTINIANVS IVNIOR

MAGNVS

MAXIMVS



VICTOR

Familiæ VALENTINIANI Nomiſmatum Tab. II.

Edit. Pariſ. pag. 57.

DN VALENS PF AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis & unionibus.*

VICTOR AVGG. *Duo Impp. paludati ſedentes, una globum tenentes. Supra, victoria. Ad pedes inter utrumque, laurus emergens. Infra,* TROBT.

GRATIANUS.

DN GRATIANVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus.*

GLORIA ROMANORVM. *Duæ figuræ ſedentes, altera Imperatoris paludati dextra globum cui inſiſtit victoriola cum laurea, læva ſpeculum: altera muliebris, cum corona murali, qua Roma forte exprimitur, dextra globum cum victoriola, ſiniſtra cornucopiæ tenens, pedes roſtro navis inſiſtunt. Infra,* TROBS.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. *Imp. habitu militari ſtans, dextra labarum, ſiniſtra globum cum victoriola lauream porrigente. Ad pedes aquila roſtro lauream tenens. Infra,* SMRB.

VICTORIA AVGG. *Duo Impp. paludati ſedentes, ut in poſtremo nummo Valentis. Infra,* TROBT.

VIRTVS ROMANORVM. *Roma ſedens galeata, dextra globum, ſiniſtra haſtam. Infra,* AQPS.

VICTORIA AVGG. *Victoria gradiens, dextra lauream, ſiniſtra palmam. Infra,* AQPS.

CONCORDIA AVGG *Roma ſedens, ut ſupra. Ad latus,* O. *Infra,* CONOB. *al.* SNAB.

GLORIA ROMANORVM. *Victoria gradiens, ut ſupra. Infra,* TRP.

GLORIA NOVI SAECVLI. *Imp. paludatus ſtans, dextra labarum tenens, læva clypeo innixus. Infra,* TCON. Vide Velſerum lib. 7. Rer. Aug. p. 158. & Triſtanum to. 3. p. 614.

GLORIA ROMANORVM. *Imp. habitu militari ſtans, dextra captivi caput premit, læva labarum tenet. Infra,* ASISC. *al.* SMKA.

VIRTVS EXERCITVS. *Imp. paludatus ſtans, dextra clypeo innixus, læva labarum tenens. Infra,* TRPS. Vide Baron. an. 378. n. 18.

SECVRITAS REIPVBLICAE. *Victoria gradiens, ut ſupra. Infra,* SMAQ.

REPARATIO REIPVBLICAE. *Imp. paludatus ſtans, læva globum cum victoriola tenens, dextra erigit figuram muliebrem, cujus caput corona murali exornatur. Infra,* ASISC. Vide Pat. p. 486. *Eadem inſcriptio, & figura. Ad latus Imp.* S. *Infra,* LVGD.

VOTIS X MVLT XX. *In corona quercea. Infra,* SISCP.

VOTIS XV. MVLT XX. *In corona quercea. Infra,* SISCPZ.

X. *In corona quercea.*

VRBS ROMA. *Roma inſidens trophæo, dextra globum cui inſiſtit victoriola, ſiniſtra haſtam. Infra.* AQPS.

Eædem inſcriptio & figura. Infra, RQ.

CONSTANTIA.

* FL MAX CONSTANTIA AVG. Goltz.

VALENTINIANUS JUNIOR.

DN VALENTINIANVS IVN PF AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus.*

VICTORIA AVGG. *Duæ figuræ ſedentes, tenentes una globum. Supra, victoria, ad pedes inter utramque laurus emergens. Infra,* TROBC. *al.* AQOBF.

VICTORIA AVGGG. *Victoria gradiens, ut ſupra, Infra,* TRPS.

SECVRITAS REIPVBLICAE. *Victoria gradiens, ut ſupra. Infra,* SMRO.

REPARATIO REIPVBLICAE. *Imp. ſtans, læva globum, cui inſiſtit victoriola tenens lauream, dextra figuram muliebrem cum corona murali erigit. Infra,* TCON. *al.* SMAQ. *al.* ASISC.

GLORIA ROMANORVM. *Imp. ſtans, dextram protendens, navi inſiſtit, ad cujus puppim eſt victoria.*

* *Eadem inſcriptio. Imp. militari habitu, ſiniſtra labarum, dextra captivum premens. Infra,* PSIS. Ær. Patinus p. 487.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. *Imp. paludatus ſtans, ſiniſtra labarum, dextram figuræ muliebri cum corona murali porrigit. Infra,* TROBS. Vide Baron. an. 378. n. 18.

VRBS ROMA. *Roma galeata inſidens ſpoliis, dextra globum cum victoriola, ſiniſtra haſtam tenens. Infra,* AQPS.

MAGNUS MAXIMUS.

DN MAG MAXIMVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*

RESTITVTOR REIPVBLICAE. *Imp. paludatus ſtans, dextra labarum tenens, ſiniſtra globum cui inſiſtit victoriola lauream porrigens. Ad latus, ſtellula. Infra,* SMTR.

DN MAG MAXIMVS PF AVG. *Imp. cum diademate duplici margaritarum filo conſtante.*

VICTORIA AVGG. *Imp. paludatus ſtans, dextra globum cui inſiſtit victoriola, &c. ſiniſtra labarum tenens. Infra,* LVCP.

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria gradiens, ut ſupra. Infra,* SMTR.

REPARATIO REIPVB. *Imp. paludatus ſtans, ſiniſtra globum cum victoriola tenens, dextra manum porrigit figuræ muliebri procumbenti, corona murali caput cinctæ. Infra,* CCON. Vide Patinum p. 488.

VIRTVS ROMANORVM. *Roma galeata ſedens, dextra globum, ſiniſtra haſtam. Infra,* MDPS. *al.* TRPS. Vide Velſerum.

VICTORIA AVGG. *Duæ figuræ paludatæ ſedentes, una globum tenentes. Supra victoria, ad pedes, laurus. Infra,* TROB.

* *Eadem inſcriptio. Imp. militari habitu, dextra labarum, ſiniſtra globum cum victoriola, pede ſiniſtro captivum proculcans.* Ær. Patinus pag. 488.

* SPES ROMANORVM. *Caſtra prætoria cum ſtella.* Ær. Patinus pag. 488.

VICTOR.

DN FL VICTOR PF AVG. *Imp. cum diademate ex gemmis.*

BONO REIPVBLICAE NATI. *Duæ figuræ paludatæ ſedentes, quarum dextra, altior, altera ut pueri, una globum tenent. Supra, victoria, ad pedes laurus. Infra,* TROB.

VIRTVS ROMANORVM. *Roma galeata ſedens, dextra globum, ſiniſtra haſtam. Infra,* MDPS. *al.* AVPS. Vide Velſer. lib. 7. Rer. Auguſt. p. 159.

* VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria gradiens, ut ſupra. Infra,* AOPS. Arg. Occo.

* SPES ROMANORVM. *Caſtra prætoria, cum ſtella. Infra,* ANLOP. Arg. Occo. Ær. Patinus p. 489.

III.

FAMILIA VALENTINIANI AUGUSTI.

Edit. Paris. pag. 58.

I. GRATIANUS, MAJOR [a] Ammiano dictus, natus apud Cibalas Pannoniæ oppidum, ignobili stirpe, cognominatus est a pueritia prima FUNARIUS, ea re quod nondum adultus, venalem circumferens funem, quinque militibus eum rapere studio magno conatis, nequaquam cessit. Ob ergo validi corporis robur, & peritiam militum more luctandi, notior multis, post dignitatem Protectoris atque Tribuni, Comes præfuit rei Castrensi per Africam, deinde per Britanniam, ac denique Præfecturam Prætorii consecutus est. Gratiano extincto statuam Senatus decrevit, ut auctor est [b] Themistius.

Filii Gratiani.

II. VALENTINIANUS Imperator.

II. VALENS Imperator, de quo post fratris familiam.

II. FLAVIUS VALERIUS VALENTINIANUS, [c] Nicææ in Bithynia Imperator a militibus acclamatus est XII. a Joviani morte die, seu X. uti vult Ammianus; quod verosimilius est: quippe excessit e vivis JOVIANUS XVII. Februarii, & Valentinianus Augustus dictus est XXVI. ejusdem mensis anno CCCLXIV. qui cum Constantinopolim venisset, Valentem fratrem in consortium imperii adscivit XXX. post inaugurationem suam die, uti habet Socrates; & concesso eidem Oriente, in Occidentem ipse transiit, strenueque rebus bello paceque administratis [d] tandem apoplexia correptus interiit, seu ut ait [e] auctor suppar, *cum adversus Sarmatas, Quadosque propter Illyrii vastationem in consistorio sævus infremeret, & totius gentis excidium minaretur, sanguine erumpente discrepuit*, Brigitione in Pannonia XVII. Novemb. anno CCCLXXV. ætatis LIV. juxta Socratem, vel LV. secundum [f] Ammianum & alios: nam constat [g] Theophanem & Zonaram prorsus hallucinatos, cum LXXXIV. annos vixisse volunt, scriptoribus cæteris repugnantibus. [h] Imperavit an. XI. minus c. dies. [i] Corpus missum Constantinopolim ad sepulturam, hanc non nisi consecutum est sexto post anno, Theodosio imperante: quod erroris arguit nescio quem plebejum rumorem, qui anno MCLXXIV. invaluit, [k] apud Andernacum Germaniæ oppidum *quosdam fodientes Valentiniani corpus invenisse, sicut in superscriptione denarii, qui una secum repertus est, continebatur: ad caput quoque ejus coronam, ad pedes vero urnam, ad latus autem gladium rubigine peresum, aureum habens capulum, & lapidem victoriæ: gladium vero Imperatori ad inspiciendum delatum.* [l] Sed cum Valentiniani inventus in sarcophago denarius levis sit momenti ad sepulchri argumentum, id forte rumoris tum obtinuit, quod ab historicis scriptum acceperant Valentinianum Brigitione mortuum, quod oppidum Brigantium ad Rhenum esse, sola nominis conjectura ducti ejusce tractus incolæ sibi facile persuasere, tametsi in ea videatur esse sententia [m] Jornandes. Uxorem primum duxerat Valentinianus VALERIAM SEVERAM, ex qua Gratianum Augustum genuit. [n] Sed mox JUSTINÆ virginis, Justini Piceni Judicis filiæ, forma ac illecebris captus, in secundam conjugem sibi eam adscivit, ac superduxit, haud repudiata interim, ut quidam volunt, Severa: qui & subdunt legem exinde latam a Valentiniano, ut cuique deinceps uxores duas sibi liceret adjungere: [o] quod quidem ut fabulosum rejiciunt alii: cum præterea Justina non virgo tum fuerit, sed Magnentii tyranni vidua, ut auctor est [p] Zozimus. Certe binas has uxores simul sibi servasse Valentinianum videtur innuere [q] auctor Chronici Alexandrini, qui & scribit Gratianum statim post parentis excessum matrem Delpœnam, seu Dominam appellasse: cui quidem cur MARIANÆ nomen adscribat, nondum percepi. Ut ut sit, constat demum Justinam sibi in conjugem adsciviſſe Valentinianum, postquam Gratianus filius ab eo Augustus dictus est: [r] quæ quidem ob hæreticam Arii labem, qua infecta fuit, & diram in Catholicos rabiem infamatur passim a scriptoribus. [s] Obiit illa anno CCCLXXXVIII.

Filius Valentiniani ex Severa.

III. GRATIANVS Imperator.

Liberi Valentiniani ex Justina.

III. VALENTINIANUS Junior Imperator.

III. JUSTA & III. GRATA [t] cœlibem vitam egere.

III. GALLA PLACIDIA Theodosii Imperatoris uxor.

Scribit [u] Codinus in Originibus CP. JULIANAM Valentiniani Imp. qui Aquæductum Constantinopoli excitavit, filiam, S. Polyeucti ædem sacram in eadem urbe excitasse, sororemque fuisse uxoris Magni Theodosii. At præterquam quod non Valentinianus, sed Valens frater, Aquæductum Constantinopoli eduxit, tres tantum filias Valentiniano tribuunt scriptores. Proinde Juliana ista fortean fuerit Valentiniani III. ex filia Placidia neptis, Areobindæ conjux: seu, potius Juliana alia, quæ Justiniano imperante vixit, cui S. Polyeucti ædis ædificationem adscribit Gregorius Turonensis, uti suo loco ob-

a *Ammian. l. 30. p. 428. Zozim. l. 3. Socrat. l. 4. c. 1. Philost. l. 8. c. 16. Victor. Epit.*
b *Orat. 16. p. 410.*
c *Ammian. l. 26. 30. p. 310. 428. Zozim. l. 3. Socrat. l. 4. c. 1. Philost. l. 8. c. 8. Theodor. l. 3. c. 15. Chr. Al. p. 699. Scalig. de emend. temp. p. 512. &c.*
d *Idat. Fast. Socrat. l. 4. c. 26. Ammian. l. 30. p. 427. Sozom. l. 6. c. 26.*
e *Hieron. in Chr. & in ep. ad Præs.*
f *Victor. Chr. Al. p. 705. Ammian.*
g *Theoph. p. 52 E. R. Zonar.*
h *Ammian. l. 30. p. 47.*
i *Id. l. 30. p. 433. Idat. fast. p. 59. Marcell. com. p. 41.*
k *Godefr. Mon. S. Pant. an. 1174.*
l *Brouver. l. 4. an. Trevir.*
m *Jornand. de Reg. succ. p. 54.*
n *Socr. l. 4. c. 26. Diac. l. 12. Hist. misc. p. 358. Zonar. p. 25. E. R. Freculf. to. 2. l. 4. c. 14. Jornand. de Reg. succ.*
p *Alkufaragius p. 89. Baron. an. 370. n. 171. Vales. ad Amm. p. 413.*
p *Zozim. l. 4.*
q *Chron. Alex. p. 702. 704.*
r *Socr. l. 5. c. 11. Theod. l. 5. c. 13. Sulp. Sever. l. 3. de vita S. Mart. Acta S. Albani Mart. c. 16.*
f *Prosp. Chron. Sozom. l. 7. c. 14. Nicepb. l. 11. c. 33.*
t *Socr. l. 4. c. 26. Theophan. p. 48. E. R. Diac. l. 11. p. 358. Zonar. p. 25. E. R. Nicepb. l. 11. c. 35.*
u *Codin. in Orig. p. 46. ed. Lamb.*

Edit. Paris. pag. 59.

servanus. [a] Nec scio an major debeatur fides auctori vitæ S. Theodati Nolani Episcopi, S. Paulini successoris, scribenti, priusquam ad hanc dignitatem promoveretur, Valentiniani filiam a dæmone liberasse.

III. FLAVIUS GRATIANUS nascitur XVIII. Aprilis, secundum [b] Idatium, vel XXIII. Maii, [c] juxta Chronicon Alexandrinum, anno CCCLIX. [d] A parente Ambiani, urbe Galliæ Belgicæ primaria, Imperator dictus fuit XXIV. Augusti anno CCCLXVII. ad quam dignitatem ipsemet postmodum Gratianus Theodosium Hispanum adscivit, data in uxorem sorore anno CCCLXXIX. [e] Tandem ab Andragatio, Maximi, qui se Imperatorem in Galliis appellaverat, Treverisque sedem fixerat, copiarum ductore Lugduni interficitur XXV. Augusti anno CCCLXXXIII. cum annum ætatis XXIV. cum aliquot mensibus attigisset. [f] Imperavit vero secundum Victorem cum parente VIII. annos & dies LXXXV. cum patruo Valente & fratre Valentiniano III. cum eodem Valente & Theodosio IV. denique cum iisdem & Arcadio menses VI. [g] Uxorem duxerat FLAVIAM [h] MAXIMAM CONSTANTIAM, Constantii Imperatoris ex Faustina filiam posthumam, anno CCCLXXV. cum annum XIV. vix ille attigisset. Constat haud diu stetisse istud matrimonium, licet de Constantiæ obitu sileant prorsus scriptores, [i] qui dumtaxat tradunt illius corpus Constantinopolim ad sepulturam illatum XIV. Septemb. an. CCCLXXXIII. juxta Idatium. [k] Chronicon vero Alexandrinum id ultimo Augusti factum ait, ac I. demum Decembris humo mandatum. [l] Eodem deinde quo Constantia extincta est anno, in secundam uxorem LÆTAM, Pissameniæ filiam sibi adscivit Gratianus, quæ pluribus annis marito superstes vixit. Narrat quippe Zozimus, cum Roma ab Alarico obsideretur, plebi annonæ inopia laboranti opem contulisse. [m] CREUSA a Paulo Diacono appellatur. Obiit vero Gratianus nulla ex utraque conjuge prole suscepta.

III. FLAVIUS VALENTINIANUS, JUNIOR cognominatus, [n] quadrimus erat cum obiit pater Valentinianus, secundum Ammianum & alios melioris notæ scriptores. Quod minime quadrat cum iis quæ ab [o] aliis traduntur, natum scilicet scribentibus anno CCCLXVI. XVIII. Januarii: hoc enim casu non quadrimus, aut vix quinquennis, uti habet Zozimus, sed novennis fuisset, cum mortuo parente creatus est Augustus anno CCCLXXV. Quam difficultatem ita solvendam putant [p] quidam, ut duos Valentinianos ex Justina natos fuisse contendant, quorum prior in lucem editus fuit anno CCCLXVI. alter sub exitum anni CCCLXX. Prior Consul fuit cum Victore anno CCCLXIX. ita enim exerte [q] Themistius, ut & Idatius: *Valentiniano Nob. & Victore Coss.* &c. quem Valentiniani Consulatum perperam parenti attribuit [r] Chronicon Alexandrinum: alter sequenti post inaugurationem suam anno cum Valente Consulatum iniit: quam matris Justinæ factione XXIV. Novembris anno CCCLXXV. factam in urbe Acinco tradunt scriptores. [s] Denique alter Valentinianus, Junior scilicet, Augustus, Viennæ in Galliis ab Arbogasto XV. Maii pridie Pentecostes anno CCCXCII. sublatus est, adolescens adhuc & pene puer, ita scribente [t] Hieronymo: quod vix quadraret, si anno CCCLXVI. natus fuisset, ut qui anno CCCXCII. vigesimum sextum ætatis annum attigisset. [u] Deinde Philostorgius, & ex eo Nicephorus, anno ætatis XX. mortuum tradunt, quod imperii annis convenit: siquidem interfectum constat anno XVII. non vero XVIII. ut habet [x] Sanctus Ambrosius, cum a patris obitu imperavit annos XVI. menses V. & dies XXI.

Pag. 60.

II. FLAVIUS VALENS, Gratiani Funarii secundogenitus filius, in Imperii consortium ascitus est a fratre Valentiniano, die trigesimo ab illius inauguratione, ut habet [y] Socrates, XVII. [z] secundum Ammianum: seu juxta Idatium & Chronicon Alexandrinum, XXIX. Martii, anno CCCLXIV. in Hebdomo ad Constantinopolim: & ab eo Orientem in sortem obtinuit. [A] Obiit vero IX. Augusti anno CCCLXXVIII. igne a Gothis consumptus in agresti casa, quo se receperat post prælium ad Adrianopolim in Thracia initum, in quo cæsus & fusus est Romanus exercitus: quod quidem mortis genus ab [B] Isaaco Monacho in hanc expeditionem pergenti prædictum fuerat, [C] ut & a Maximo Philosopho. Vixit annos fere L. imperavit vero an. XIV. menses IV. dies V. [D] Huic uxor fuit ALBIA DOMINICA, [E] quæ secundum quosdam scriptores, maritum in Arii hæresim induxit. Post illius excessum, Gothos Constantinopolim aggressos strenue depulit.

Liberi Valentis ex Albia Dominica.

III. [F] GALATES, seu GALLUS, infans obiit: cujus mortem plerique e scriptoribus divino Numini impietatis, hæreseos, & crudelitatis paternæ vindici adscribunt, idque ei a S. Basilio prædictum fuisse tradunt. Fallitur Occo, qui Galatam, filiam putat.

III. [G] ANASTASIA & III. CAROSA } quarum nominibus [H] Thermas Constantinopoli *Anastasianas* & *Carosianas* appellatas excitavit pater, qui eas in Grammatica erudiendas tradidit Marciano Presbytero Novatianorum hæresi infecto. [I] Harum altera PROCOPIO, qui Valente imperante tyrannidem arripuit, uxor data est.

a *Vita S. Theod. apud Ugell. tom. 8. Ital. sac. p. 61.*
b *Idat. Fast.*
c *Chr. Al. p. 682.*
d *Idat. Socr. l. 4. c. 20. Chr. Al. p. 700. Oros. l. 7. c. 32. Amm. Theoph. Ado Vienn. &c.*
e *Socr. l. 5. c. 11. Vozom. l. 7. c. 13. Theophan. p. 57. E. R. S. August. l. 5. de Civ. Dei c. 25. & ep. ad Præsidium Diac. &c.*
f *Victor.*
g *Amm. l. 12. p. 200. l. 29. p. 409.*
h *Thesaur. Goltz.*
i *Idat. Fast.*
k *Chr. Al. p. 706.*
l *Zozim. l. 5.*
m *Hist. misc. l. 12. p. 371.*
n *Amman. l. 30. p. 433. Philost. l. 9. c. 16. Zozim. Victor. Theoph. p. 53. E. R. Zonar.*
o *Idat. Fast. Socrat. l. 4. c. 9. Sozom. l. 6. c. 10. Chr. Al. p. 706.*
p *Vales. ad Amm. p. 412. 413.*
q *Themist. or. 11. p. 253. Idat.*
r *Idat. Chron. Alex. p. 704. Sozom. l. 6. c. 36.*
s *Socr. l. 5. c. 25. Sozom. l. 7. c. 22. Zoz. l. 4. p. 775. Philost. l. 11. c. 1.*
t *Epist. de exitu Nepot.*
u *Philost. l. 11. c. 1. Nicepb. l. 12. c. 38.*
x *Or. de ejus ob. l. 7. ep. 57. 58. S. Aug. l. 5. de Civ. Dei c. 26.*
y *Socrat. l. 4. c. 1.*
z *Ammian. l. 26. p. 315. Idat. Themist. Chron. Al. Epist. ad Præf.*
A *Idat. Chron. Al. Socr. l. 4. c. 31. Sozom. l. 6. c. 39. Amm. l. 31. p. 463. Cyrill. in vita S. Euthym. Abb. c. 1. n. 3. & alii.*
B *Menea & Menol. 30. Maii & 30. Aug. Theoph. Cedren. &c.*
C *Eunap. in Maximo 110. 112.*
D *Socrat. l. 5. c. 1. Chron. Alex. p. 698. Zonar.*
E *Theod. l. 4. c. 11. Diac. l. 12. p. 352. Theoph. p. 48. 54. E. R. Thesaur. Goltz.*
F *Greg. Naz. or. 20. p. 352. Socrat. l. 4. c. 21. Theod. l. 4. c. 27. Nicepb. l. 11. c. 18. Chr. Alex. p. 698. Theophan. p. 34. E. R. Cedren. p. 313. Ed. R.*
G *Socr. l. 4. c. 9. Chron. Al. p. 698. Idat. fast. Theophan. p. 48. E. R. Gyll. in CP. l. 2. c. 6.*
H *Socrat. ibid. Sozom. l. 6. c. 9. Suid. in Marcian.*
I *Zozim. l. 5.*

THEODOSIVS

AEL. FLACCILLA

EVGENIVS

ARCADIVS

Edit. Parisf. pag. 62.

Familiæ THEODOSII M. Nomismatum Tab. I.

THEODOSIUS M.

DN THEODOSIVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex duplici unionum filo.*

VICTORIA AVGGG B. *Imp. paludatus, dextra labarum, sinistra globum, cui insistit victoriola, sinistro pede captivum supplantans. Ad latera,* SM. *Infra,* COMOB.

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria gradiens, dextra sertum, sinistra palmam. Ad latera,* TR. *Infra,* CON. Vide Gretzerum de Cruce p. 1839.

VICTORIA AVGG. *Duæ figuræ paludatæ, sedentes, una globum tenentes. Supra, adstat victoria. Infra,* COM. *In alio,* TESOB. Occo.

VICTORIA AVGGG. *Duæ victoriæ obversæ, dextra sertum, sinistra palmam. Infra,* SMANT.

CONCORDIA AVGGG. *Figura stolata, cum corona murali, sedens, dextra spiculum, sinistra globum. Infra,* CONOB.

CONCORDIA AVGGG B. *Figura galeata sedens, cujus pes rostro navis insistit, dextra spiculum, sinistra clypeum, cui inscriptum,* VOT X MVLT XV. *Infra,* COMOB.

CONCORDIA AVGG. *Figura stolata sedens, dextra spiculum, sinistra cornu Amalthææ. Infra,* TRPS.

GLORIA ROMANORVM. *Imp. paludatus stans, dextra labarum, sinistra globum. Infra,* SMNA. Vide Occon. p. 568.

VIRTVS ROMANORVM. *Figura stolata & galeata spoliis insidens, dextra globum cum victoriola, sinistra spiculum. Infra,* TRPS. *al.* MDPS. Occo.

VIRTVS AVGVSTORVM. *Imp. paludatus stans, dextra hastam, sinistra clypeo innixus.*

VIRTVS EXERCIT. *Imp. habitu militari, pede supplicem terens, dextra labarum, sinistra globum.* Vide Baron. an. 420. num. 29. Gretzer. &c.

SALVS REIPVBLICAE. *Victoria gradiens, dextra trophæum tenens, sinistra captivum crinibus trahens. Ad latus dextrum, crucicula. Infra,* ANTB.

REPARATIO REIPVB. *Imp. paludatus, sinistra globum cum victoriola, dextra figuram stolatam cum corona murali erigens. Infra,* ANTΓ. Vide Occon. p. 568.

DN. THEODOSIVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*

VICTORIA AVG. *Duæ figuræ paludatæ sedentes, globum una tenentes. Supra adstat victoria. Infra,* AQOB.

CONCORDIA AVGGG. *Figura stolata ac galeata sedili duobus leonum capitibus adornato insidens, pede navis rostrum premit, dextra vero hastam, sinistra globum tenens. Infra,* CONOB.

Absque inscriptione, Imp. eques spiculum in hostem contorquet.

DN THEODOSIVS PF AVG. *Imp. cum diademate cristato, dextra spiculum, sinistra clypeum.*

GLORIA ROMANORVM. *Imp. galeatus navi insistens, quam vehit victoriola. In medio nummo sertum. Infra,* ANTB.

ÆLIA FLACCILLA.

AEL FLACCILLA AVG. *Caput Augustæ cum diademate ex lapillis.*

SALVS REIPVBLICAE. *Victoria sedens, clypeo Christi monogramma inscribit. Infra,* CONOB. Vide Oct. Stradam p. 204.

Ead. inscriptio & figura. In medio nummo, T. *Infra,* CONC. Vide Baron. & Gretzer. p. 1835.

Ead. inscriptio & figura. Infra, TESA.

AEL FLACCILLA AVG. *Imperatrix cum diademate cristato.*

SALVS REIPVBLICAE. *Figura stolata stans: ad latera, stellula & cruciula. Infra,* SMNA. Vide Oct. Stradam p. 202. Occon. & Tristanum p. 491.

Ead. inscr. & figura, absque stellula & cruciula. Infra, SMKΓ.

EUGENIUS.

DN EVGENIVS PF AVG. *Imp. cum diademate gemmato.*

VICTORIA AVGG. *Duæ figuræ paludatæ sedentes, una globum tenent. Supra adstat victoria. Infra,* CON. Vide Oct. Stradam p. 207.

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria gradiens, dextra sertum, sinistra palmam. Ad latera* TR. *Infra,* CON.

VRBS ROMA. *Figura stolata & galeata spoliis insidens, dextra globum cum victoriola, sinistra hastam. Infra,* LVCPS. Occo perperam legit LVCES.

VIRTVS ROMANORVM. *Victoria gradiens, dextra sertum, sinistra palmam. Infra,* CON.

* SAPIENTIA PRINCIPIS. Vide Anton. Augustini Dial. sub finem.

ARCADIUS.

DN ARCADIVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus.*

VICTORIA AVGGG A. *Imp. paludatus pede captivum proterens, dextra labarum, sinistra globum cum victoriola. In medio nummo,* M D. *Infra,* COMOB.

DN ARCADIVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis.*

CONCORDIA AVGGGG Z. *Figura stolata galeata sedili binis leonum capitibus adornato insidens, pede navis rostro insistit, dexra hastam, sinistra globum. Infra,* CONOB.

CONCORDIA AVG. *Imp. paludatus & galeatus stans, dextra labarum, sinistra globum cum victoriola. Infra,* CONOB.

* CONCORDIA EXERCITVS. *Duæ figuræ militares stantes.* Occo.

GLORIA ROMANORVM. *Imp. paludatus, stans, dextra labarum, sinistra globum. Infra,* CONST.

GLORIA ROMANORVM. *Ead. figura cum labaro cum nudo sparo. Infra,* ANTB.

AEL EVDOXIA

HONORIVS

THEODOSIVS IVNIOR

Familiæ THEODOSII M. Nomiſmatum Tab. II.

Edit. Pariſ. pag. 64.

GLORIA ROMANORVM. *Imp. paludatus, ſiniſtra labarum, dextra captivum premit.*

VIRTVS ROMANORVM. *Figura ſtolata galeata ſpoliis inſidens, dextra globum cum victoriola, ſiniſtra haſtam.*

VIRTVS ROMANORVM. *Imp. paludatus ſtans, dextra haſtam, ſiniſtra clypeo innixus. A tergo victoria gradiens, ſiniſtra palmam tenens, dextra ſertum Imperatoris capiti imponit. Infra*, ANT.

VIRTVS EXERCITVS. *Imp. habitu militari, dextra labarum, ſiniſtra globum, captivum proterit. Infra*, ANTΔ. Vide Gretzerum.

SALVS REIPVBLICAE. *Victoria gradiens, dextra trophæum, ſiniſtra captivum capillis trahens. Ad latus, Chriſti monogramma.*

VOT V. *In cerona quercea.* Vide Triſtanum p. 492.

VOT X MVLT XX. *In corona quercea. Infra*, CONS.

* VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria ſtans, dextra ſertum, ſiniſtra globum cum cruce. Ad latera*, M. D. Ex Gretzero.

DN ARCADIVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus.*

GLORIA ROMANORVM. *Tres figuræ militares dextra haſtam, ſiniſtra clypeo innixæ. Media minor. Infra*, ANTΓ.

DN ARCADIVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex lapillis, dextra ſpiculum. In ſuperiori nummi parte manus ſertum capiti Imp. imponit.*

GLORIA ROMANORVM. *Imp. paludatus ſtans, dextra labarum tenens, ſiniſtra clypeo innixus, ad pedes captivus ſupplex. Supra captivum crucicula. Infra*, * ANTS Vide Baron. an. 395. n. 24. Stradam p. 203. & Gretzerum.

ÆLIA EUDOXIA.

ÆL EVDOXIA AVG. *Auguſta cum diademate ex unionibus cujus capiti corollam lauream manus imponit.*

SALVS REIPVBLICAE. *Victoria ſpoliis inſidens, clypeo cippo innixo Chriſti monogramma inſcribit. Infra*, CONOB.

Ead. inſcript. & figura. Infra, ANTΓ.

GLORIA ROMANORVM. *Figura muliebris ſedens, cujus capiti corollam manus imponit, ad ſiniſtrum latus crucicula. Infra*, ANTA.

Ead. inſcript. & figura. Infra, CON.

HONORIUS.

DN HONORIVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus.*

VICTORIA AVGGG. *Imp. militari habitu ſtans, dextra haſtam, ſiniſtra globum cum victoriola, ſiniſtro pede captivum premens. Ad latera*, MD. *Infra*, COMOB. *In alio apud Hieron. Rubeum lib. 2. Hiſt. Ravenn.* RV. Vide Ant. Auguſt. dial. 2. Baron. an. 423. n. 1. Gretzerum de Cruce p. 1838. &c.

VICTORIA AVGGG. *Victoria gradiens, dextra ſertum, ſiniſtra palmam. Infra*, RM.

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria ſpoliis inſidens, clypeo cippo innixo, & a genio ſuſtentato, inſcribit*, VOT XX MVLT XXX. *Ad latera*, RV. *Infra*, CONOB. Vide Ant. Aug. dial. 1.

GLORIA ROMANORVM. *Figura ſtolata ac galeata ſedens, dextra globum, ſiniſtra haſtam. Infra*, RVPS.

GLORIA ROMANORVM. *Imp. paludatus, dextra haſtam, ſiniſtra globum. Infra*, ANTΔ. Vide Triſtanum p. 493.

GLORIA ROMANORVM. *Tres figuræ militares, media minor, manu altera ſpiculum tenentes, altera clypeo innixæ. Infra*, ANTB

VIRTVS ROMANORVM. *Figura ſtolata & galeata ſedens, dextra globum cum victoriola, ſiniſtra haſtam. Infra*, MRPS.

VIRTVS EXERCITVS. *Imp. paludatus ſtans, dextra haſtam, ſiniſtra clypeo innixus, a tergo victoria ſertum porrigens. Infra*, ANTP.

VRBS ROMA. *Figura ſtolata & galeata ſpoliis inſidens, dextra globum cum victoriola, ſiniſtra haſtam. Infra*, RVPS.

DN HONORIVS PF AVG. *Imp. cum ſtemmate criſtato, dextra ſpiculum, ſiniſtra clypeum cui inſcriptus eques.*

DN HONORIVS PF AVG. *Imp. eodem habitu, præterquam quod clypeo inſcripta crucicula.*

CONCORDIA AVGG. *Figura galeata ſedens, pede dextro roſtro navis inſiſtente, dextra haſtam, ſiniſtra globum cum victoriola. Infra*. ANTΓ.

DN HONORIVS PF AVG. *Imp. cum diademate, dextra globum cui inſiſtit victoriola.*

GLORIA ROMANORVM. *Imp. in curru triumphali a ſex equis tracto. Ad latus, Chriſti monogramma. Infra*, CONOB. Ex Oct. Strada p. 208.

HONORIO AVGVSTO. *Imp. cum diademate ex unionibus. Ad latus ſiniſtrum, Chriſti monogramma.*

Imp. curru quadrijugo vectus, dextra ſertum, ſiniſtra palmam.

Imperator abſque diademate, dextra haſtam, ſiniſtra equum fræno tenens.

PANNONI. *Figura militaris, curru a quatuor equis palmatis tracto vectus, dextra flagellum, ſiniſtra palmam. Infra*, NIKA.

DN HONORIVS AVG. *Imp. cum faſcia.*

EXAGIVM SOLIDI. *Dea moneta cum bilance & cornu Amalthææ.* Vide Diſſertat. n. 87.

THEODOSIUS JUNIOR.

DN THEODOSIVS PF AVG. *Imp. cum ſtemmate criſtato, dextra ſpiculum, ſiniſtra clypeum, cui inſcriptus eques.*

CONCORDIA AVGGG I. *Figura ſtolata & galeata ſedens, pede dextro roſtro navis inſiſtente, dextra haſtam, ſiniſtra globum cum victoriola. Infra*, CONOB.

GLORIA ORBIS TERRAE. *Imp. militari habitu, dextra labarum, ſiniſtra globum crucigerum. Infra*, TESOB. Vide Occon. p. 568.

EVDOCIA

PRISCVS

ATTALVS

IOVINVS

SEBASTIANVS

IOHANNES

GALLA PLACIDIA

PLACIDIVS

VALENTINIANVS

Familiæ THEODOSII M. Nomismatum Tab. III.

Edit. Paris. pag. 66.

SALVS REIPVBLICAE H. *Duæ figuræ stolatæ sedentes, quarum quæ ad sinistram, inferior, dextra volumen, sinistra crucem. Infra,* CONOB. Vide Dissert. n. 3. 70.

SALVS REIPVBLICAE. *Figura cum stola decussata, sedens, dextra sertum, sinistra longiorem crucem. Ad latus figura alia inferior stolata, dextra globum, sinistra crucem.* Vide Stradam pag. 212. & Dissert. n. 3. Bini isti nummi, qui vocem SALVS præferunt, perperam in tabellæ extrema parte descripti sunt, cum sint Theodosii Junioris, & describi debuerint in tabellę initio.

IMP XXXXII COS XVII PP. *Figura stolata & galeata, spoliis insidens, cujus pes rostro navis insistit, dextra sertum crucigerum, sinistra hastam, crucicula in medio nummo. Infra,* CONOB. Vide Occon. p. 569. Anastasin Childerici p. 252.

* VOT XX MVLT XXXX. *Figura stolata & galeata, cujus pes rostro navis insistit, dextra globum crucigerum, læva clypeum.* Gretzer. p. 1834.

* *Eadem inscriptio. Victoria stans, dextra scipionem crucigerum, læva palmam.* Id. Gretzer.

* VOT XXX MVLT XXXX. *Figura sedens galeata, dextra globum crucigerum, sinistra crucem. Infra,* CONOB. Gretzer. p. 1832.

VOT XXX MVLT XXXX. *Ead. figura. Stella a tergo. Infra,* CONOB. Vide eamdem Anastasin ibid. Baron. Gretzer. Rudolphum Capellum, & Dissert. n. 70.

DN THEODOSIVS PF AVG. *Imp. cum stemmate cristato, dextra spiculum, sinistra clypeum, cui inscripta crucicula,*

CONCORDIA AVGG *Figura stolata & galeata, cujus pes rostro navis insistit, dextra hastile, sinistra globum. Infra,* ANT.

DN THEODOSIVS PF AVG. *Imp. cum diademate gemmato.*

VOT X MVLT XX. *In corona quercea, infra,* CONS.

VICTORIA AVGGG. *Victoria gradiens, dextra sertum, sinistra palmam. Infra,* ASIS.

GLORIA ROMANORVM. *Tres figuræ militares, media inferior, altera manu hastam, altera clypeo innixa. Infra,* XMTA.

GLORIA ROMANORVM. *Imp. eques dextram protendens.*

Crux in corona quercea.

EUDOCIA.

AEL EVDOCIA AVG. *Augusta cum diademate ex unionibus, cujus capiti manus corollam porrigit.*

VOT XX MVLT XXX. *Victoria dextra majorem & longiorem crucem tenens. Stellula. Infra,* CONOB.

AEL EVDOCIA AVG. *Augusta eod. habitu absque manu & sertо.*

Crux in corona quercea. Infra, CONS. Vide Stradam p. 295. & Occon.

* AEL EVDOXIA AVG. *Caput Augustæ cum diademate.*

IMP. XXXII COS XVII PP. *Figura stolata & galeata, spoliis insidens, rostrum navis pedibus terit. Dextra globum crucigerum, sinistra hastile. Sub globo stella. Infra,* CONOB. Vide Oct. Stradam p. 270. Gretzer. p. 1834. & Occonem p. 573. adde eumdem Stradam p. 302.

PRISCUS ATTALUS.

PRISCVS ATTALVS PF AVG *Imp. cum diademate gemmato.*

INVICTA ROMA AETERNA. *Figura stolata sedens, dextra globum cum victoriola, sinistra hastam. Ad latera,* RM. *cum stellula. Infra,* COMOB. Vide Oct. Stradam p. 216. & Baron. an. 415. n. 59.

Ead. inscript. Eadem figura galeata, spoliis insidens. Infra, PST.

VICTORIA ROMANORVM. *Victoria gradiens, dextra sertum, sinistra palmam.*

IOVINUS.

DN IOVINVS PF AVG. *Imp. cum diademate gemmato.*

RESTITVTOR REIP. *Imp. habitu militari, pede dextro captivum premens, dextra labarum, sinistra globum cum victoriola. Ad latera,* T. R. *Infra,* CONOB.

Ead. inscript. Figura stolata & galeata sedens, dextra globum cum victoriola, sinistra hastile. Infra. CON.

VICTORIA AVGG. *Eadem figura in majori cathedra sedens. Infra,* TRMS.

SEBASTIANUS.

DN SEBASTIANVS PF AVG. *Imp. cum stemmate ex unionibus.*

VICTORIA AVGG. *Ead. figura. Infra,* CON.

JOHANNES.

DN IOHANNES PF AVG. *Imp. cum stemmate gemmato.*

VICTORIA AVGGG. *Imp. habitu militari, pede captivum premens, dextra labarum, sinistra globum cum victoriola. Ad latera,* R. M. *Infra,* CONOB.

VRBS ROMA. *Figura stolata & galeata, dextra globum cum victoriola, altera hastile. Infra,* RVPS.

Crux inter duas stellulas, in corona quercea. Ex Oct. Strada p. 351.

GALLA PLACIDIA.

DN GALLA PLACIDIA PF AVG. *Augusta cum diademate ex unionibus, cujus capiti manus corollam porrigit.*

SALVS REIPVBLICAE. *Victoria spoliis insidens, clypeo Christi monogramma inscribit. Ad latera,* R V. *Infra,* CONOB. Apud Gretzer. p. 1835. nota labari inscribitur humero dextro.

VOT XX. MVLT XXX. *Victoria dextra longiorem crucem. Ad latera,* R. V. *Supra, stellula. Infra,* CONOB. Vide Oct. Stradam p. 210. & Baron. an. 49. n. 157.

DN GALLA PLACIDIA PF AVG. *Augusta eodem ferme habitu, absque manu & sertо.*

PVDICITIA AVG. *Typus pudicitiæ velum capiti admoventis, sinistra hastile tenentis. Infra,* SC. Vide Spanheimium Dissert. 2. n. 2. & Trist.

VICTORIA AVGGG. *Imp. habitu militari, captivum pede premens, dextra labarum, altera globum cum victoriola. Ad latera,* R. V. *Infra,* CONOB.

PLACIDIUS VALENTINIANUS.

DN PLA VALENTINIANVS PF AVG. *Imp. cum diademate gemmato, & sertо supra caput.*

VICTORIA AVGGG. *Imp. habitu militari, pede draconem, vel captivum premens, dextra globum cum victoriola, altera longiorem crucem. Ad latera,* R. V. *Infra,* CONOB.

Ead. inscriptio. Victoria gradiens, dextra sertum, altera palmam. Infra, RM.

Crux in corona quercea. Infra, COMOB. Vide Anton. August. dial. Paulum Petavium p. 13. &c.

Familiæ THEODOSII M. Nomiſmatum Tab. IV.

Edit. Pariſ. pag. 67.

DN FLA VALENTINIANVS PF AVG. *Imp. abſque diademate, cum ſtola decuſſata, ſeu habitu conſulari, dextra volumen, ſiniſtra crucem.*

VOT X MVLT XX. *Imp. eodem habitu conſulari, ſedens. Ad latera,* R.V. *Infra,* CONOB. Vide Anaſtaſin Childerici p. 252.

* DN PLACIDVS VALENTINIANVS PF AVG. *Imp. conſulari habitu, dextra volumen, altera globum cum cruce gemmata.*

VOT XXX MVLT XXXX. *Figura ſtolata habitu conſulari, cum ſtemmate crucigero ſtans, ſiniſtra crucem gemmatam tenet, altera fœminam in genua procumbentem erigit.* Apud Baron. an. 425. n. 3. & Gretzer.

DN PLA VALENTINIANVS PF AVG. *Imp. cum diademate gemmato, & palma verſus faciem deſcripta.*

BONIFATIVS. *Bonifacius curru quadrijugo triumphantis ſpecie vectus, dextra ſertum cum flagello, altera palmam. Infra, aliquot monogrammata.*

Ead. inſcriptio & figura, præterquam quod in altero equi, in hoc cervi videntur. Vide Diſſert. n. 60.

* DN PLA VALENTINIANVS P. F. AVG. *Imp. Valentinianus.*

PETRONIVS MAXIMVS VC CONS. Vide Diſſertat. n. 61.

LICINIA EUDOXIA.

LICINIA EVDOXIA PF AVG. *Auguſta cum ſtemmate crucigero.*

SALVS REIPVBLICAE. *Figura ſtolata ſedens, dextra globum crucigerum, altera haſtam crucigeram, Ad latera* R M. *Infra,* COMOB. Vide Anton. Auguſt. in dial. edit. Ital. p. 17. Baron. an. 395. n. 4. Gretzer. Occon. &c.

HONORIA.

DN IVST GRAT HONORIA PF AVG. *Auguſta.*

SALVS REIPVBLICAE. *Chriſti monogramma in corona quercea. Infra,* CONOB. Vide Baron. Gretzer. &c.

Edit. Paris. pag. 68.

ATILA.

ATILA. *Caput nudum.*
Leo gradiens.

HILDERICUS.

DN HILDERICVS REX. *Hilder. cum fascia seu diademate.*
FELIX KART. *Figura muliebris stans, utraque manu spicas tenens.* De hoc typo vide Tristanum.

MARCIANUS.

DN MARCIANVS PF AVG. *Imp. cum stemmate cristato, dextra spiculum, sinistra clypeum, cui inscriptus eques.*
VICTORIA AVGGG. *Victoria gradiens, dextra longiorem crucem. Infra*, CONOB. Vide Anastasin Childerici pag. 252. Gretzer. l. 3. c. 17. &c.

DN MARCIANVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus.*
MPSC. *seu monogramma, cum crucicula in corona quercea.* Ex Oct. Strada p. 249.

PULCHERIA.

AEL PVLCHERIA AVG. *Augusta cum diademate ex unionibus, cujus capiti sertum manus porrigit.*
SALVS REIPVBLICAE. *Victoria vel genius sedens clypeo Christi monogramma inscribit. Infra*, CONOB.

AEL PVLCHERIA AVG. *Augusta eodem ferme habitu, absque manu & serto.*
Crucicula in corona quercea. Infra, CONOB.

PETRONIUS MAXIMUS.

DN PETRONIVS MAXIMVS PF AVG. *Imp. cum diademate ex margaritis.*
VICTORIA AVGGG. *Imp. paludatus, pede dextro draconem seu captivum conculcans, dextra longiorem crucem, altera, globum cum victoriola. Ad latera*, R. M. *Infra*, COMOB. Vide Oct. Stradam p. 222.

AVITUS.

DN AVITVS PA PF AVG. *Imp. cum diademate gemmato.*
VICTORIA AVGGG. *Imp. militari habitu captivum pede proculcans, dextra longiorem crucem, altera globum cum victoriola. Ad latera*, A. R. *Infra*, COMOB.

* DN AVITVS PERP AG. *Caput Aviti cum diademate.*
* *Crux in corona quercea. Infra*, CONOB. Apud Paulum Petavium p. 13.

IV.

FAMILIA THEODOSII MAGNI.

I. THEODOSIUM [a] Imperatorem ex illustrioribus ac nobilioribus Hispaniæ familiis genus duxisse constans est apud scriptores opinio. Hujus avus duos ad minus filios genuit, THEODOSIUM, & alterum, cujus nomen intercidit: quod vel ex eo colligitur, quod Theodosium Imperatorem coluisse patruum suum ut patrem tradat Victor. *Edit. Paris. pag. 69.*

II. [b] THEODOSIUS Comes, cui Honorii nomen perperam adscribit idem Victor, [c] ab Imperatore Valentiniano in Britanniam ad comprimendos militares tumultus missus est anno CCCLXII. deinde in [d] Africam transiens, Firmum, qui Regium nomen usurpaverat, variis præliis fractum & afflictum, coegit ad mortem: vir inter ætatis suæ duces facile princeps habitus, & cui ex tot bello prosperis successibus decreti [e] statuarum & triumphi honores. Verum eximia ista virtus, & quam sibi conciliaverat, gloria, Valentis Imperatoris invidiam conflarunt: [f] is enim a Mathematicis edoctus successorem habiturum se, cujus nomen ab his elementis ΘΕΟΔ. initium haberet, complures ex magnatibus, qui aut Theodosii aut Theodori appellabantur, interfecit, atque in iis Theodosium Comitem, qui tum Carthagine agebat. [g] Ac ille quidem accepto Valentis consilio, baptismo suscepto, percussori jugulum ultro præbuit: [h] quod Hieronymus anno CCCLXX. alii CCCLXXV. accidisse tradunt. [i] Huic uxor fuit THERMANTIA.

Liberi Theodosii Comitis ex Thermantia.

III. FLAVIUS THEODOSIUS Imperator.

III. HONORIUS, de quo post fratris familiam agimus.

III. [k] N. Theodosii Augusti soror, qui cum Imperator factus esset, hanc ex Hispaniis Constantinopolim evocavit, illiusque liberorum curam gessit.

III. FLAVIUS THEODOSIUS, [l] Mœsiæ Dux, [m] Italicæ in Hispania, quam veterem Sevillam quidam esse arbitrantur, seu ut habet [n] Zozimus, in Galicia natus, [o] in communionem Imperii a Gratiano assumptus est Sirmii, tricesimo a Valentis excessu die, XIX. vel ut apud [p] Socratem, XVI. Januarii an. CCCLXXIX. [q] eoque nomine Constantinopolim ingressus est XXIV. Novembris subsequentis, post fusos ac deletos Scythas. Maximum præterea qui in Britanniis, & Eugenium qui in Galliis tyrannidem arripuerant, vicit ac profligavit, [r] ac tandem multis aliis partis victoriis inclytus ex hydropysi Mediolani obiit XVII. Januarii anno CCCXCV. imperii XVI. ætatis L. ut Victor, LX. ut Socrates, Sozomenus, Theophanes, Cedrenus, & alii; denique LXV. ut Chronici Alexandrini scriptor asserunt. [s] Corpus illius Constantinopolim delatum ab Arcadio filio in templo Apostolorum conditum fuit. Bis nuptias iniit, ac primum quidem, priusquam Imperatoriam esset adeptus dignitatem, cum ÆLIA FLACCILLA, uti appellatur in illius nummis, a [t] S. Ambrosio & a Claudiano, quam Zosimus, [u] Theodoritus, Theophanes, Symeon Logotheta & alii PLACILLAM denique [x] Philostorgius, & Georgius Hamartolus PLACIDIAM perperam vocant; licet posteriorem nomenclaturam frustra adstruant viri docti. Fuit autem Flaccilla nobilis Hispana, Antonii, qui Consul fuit cum Syagrio, filia, ut ex Themistio docuit [y] Henricus Valesius. Errat porro [z] auctor Chronici Alexandrini, qui secundam Theodosii uxorem fuisse ait. [A] Celebratur illa potissimum a scriptoribus ob eximias animidotes, fideique integritatem, & quod vitæ exemplo & adhortationibus conjugem, quoad reipublicæ administrationem, intra legitimos moderationis fines; quoad porro religionem, intra debitam reverentiam continuerit: ob quam quidem Flaccillæ pietatem insignem ejus memoriam agunt quotannis [B] Græci XIV. Septembris, quo illa excessit, anno CCCLXXXV. Ejus statuam evertisse Antiochenos, eoque mire irritatum fuisse Theodosium, produnt [C] scriptores. [D] Anno consequenti Theodosius GALLAM, quam & PLACIDIAM vocat Chronicon Alexandrinum, Valentiniani Imperatoris ex Justina altera conjuge filiam, in secundam uxorem sibi adjunxit, quam labe Ariana infectam fuisse ait [E] Philostorgius. [F] Cum Arcadio privigno simultatem exercuit, a quo palatio ejectam ajunt. [G] Obiit illa in puerperii doloribus. *Pag. 70.*

a *Lat. Pacat. in Paneg. Theod. c. 31. Theophan. p. 56. E. R.*
b *Oros. l. 7. c. 33.*
c *Ammian. l. 27. 28. p. 346. 368. Symm. l. 10. ep. 22. Claud. de laud. Serenæ p. 212. in 3. Cons. Honor. p. 128. 135. Freculf. l. 4. c. 19.*
d *Amm. l. 28. 29. p. 381. 399. 400. Symm. Claudian. Oros. &c.*
e *Pacat. & Symmach. locis cit.*
f *Paul. Diac. l. 12. p. 353. 354. Mar. Scot. a. 375 Hieron. Chron. Zonar.*
g *Oros. l. 7. c. 33.*
h *Hieron. Chron.*
i *Diac. l. 13. p. 373.*
k *Victor. Claud. de laud. Serenæ p. 214.*
l *Ammian. l. 29. p. 410. Theodor. l. 5. c. 5.*
m *Marcell. Com.*
n *Zoz. l. 4. p. 711.*
o *Marcell. Idat. Chr. Al. p. 705.*
p *Socr. l. 5. c. 2.*
q *Chron. Alex. Philost. l. 9. c. 19. Aug. l. 5. de Civ. Dei c. 26.*
r *Zoz. l. 4. p. 758. Socrat. l. 5. c. 1. Theod. l. 5. c. 25. l. 8. c. 1. Niceph. l. 12. c. ult. Marcell. p. 9. Chr. Al. p. 70. Pall. hist. Laus. c. 46. Victor. Epit. Henscb. de 3. Dagobert. c. 2.*
s *Marcell. Socrat. l. 5. c. 1. Cedren. p. 327. E. R.*
t *Ambros. in orat. fun. Theod. Claudian. de laud. Serenæ p. 213. 214. ed. Crucei. Genadius in Paustino. Chron. Alex. Jornand.*
u *Theod. l. 5. c. 18. 19. Zozim. p. 768. Theophan. p. 38. E. R. Cedren. p. 315. 320. 325. Zonar. p. 29. E. R.*
x *Lib. 10. c. 7. Lambec. l. 2. Comment. de Bibl. Cæsar. p. 585.*
y *H. Vales. ad l. 7. Sozom. c. 8.*
z *Chr. Al. p. 708.*
A *Greg. Nyss. or. fun. in Flaccill. Theod. l. 5. c. 18. Chr. Al. p. 708. Nicepb. l. 12. c. 42. Theoph. Diac. l. 13. Nicetas l. 5. ortb. fid. c. 35. &c.*
B *Menæa.*
C *Chrysost. Theod. l. 5. c. 19. Nicepb. l. 12. c. 43. & al.*
D *Zozim. l. 4. p. 768. Marcell. p. 5. Chr. Al. p. 706.*
E *Philost. l. 10. c. 7.*
F *Marcell. p. 7.*
G *Zozim. l. 4.*

Filii

Filii Theodosii ex Ælia Flaccilla priore uxore.

IV. ARCADIUS
IV. HONORIUS } Imperatores.

Filia Theodosii ex Galla Placidia altera conjuge.

IV. GALLA PLACIDIA, de qua suo loco.

IV. FLAVIUS ARCADIUS, [a] Imperator a patre in Hebdomo ad Constantinopolim dictus fuit, vel, ut [b] aliis placet, XIX. Januarii anno CCCLXXXIII. [c] Post illius excessum Orientem in sortem obtinuit, ministro in rebus publicis gerendis Rufino usus, qui militari postmodum tumultu interfectus fuit. [d] Obiit Constantinopoli I. Maii anno CCCCVIII. ætatis XXXI. cum regnasset cum parente annos XII. mensem I. solus annos XIII. menses III. dies XV. [e] Uxorem duxit XXVII. April. anno CCCXCV. [f] ÆLIAM EUDOXIAM, filiam Bautonis nobilis Galli, qui Consul fuit anno CCCLXXXV. celebraturque a [g] scriptoribus ob miram in re militari peritiam. Quidam Gratiani, alii Promoti filiam dixere, ex Zozimi loco perperam intellecto. [h] Augustam renuntiavit, ac diademate donavit Arcadius conjux IX. Januarii anno CCCC. [i] Decessit vero ex partu VI. Octobris anno CCCCIV. tertio post mense quo Joannem Chrysostomum exilio mulctasset: corpus vero in ædem Apostolorum illatum est XII. ejusdem mensis. Hanc ob mores barbaricos, & qui Gallicam ferociam saperent, infamant [k] scriptores.

Liberi Arcadii Augusti ex Eudoxia.

V. THEODOSIUS junior Imperator.

V. FLACCILLA, [l] cognomento Junior, Falcilla proclivi mendo dicta [m] Cedreno, nata XVIII. Maii anno CCCXCVII. superstite, ut verosimile est, patre obiit, cum illius non meminerit [n] Sozomenus, Arcadii liberos post ejus excessum recensens.

V. ÆLIA PULCHERIA [o] nascitur XIX. Januarii anno CCCXCIX. & [p] a fratre Theodosio Augusta renuntiatur IV. Julii an. CCCCXIV. [q] quæ cum esset annis maturior, & præclaris animi exornata dotibus, fratris & sororum instituendorum ita curam suscepit, ut virtutibus ii ac pietate ab

A ea informati, nihil fere a Monachis differrent. [r] Eodem Theodosio extincto, MARCIANO Imperium detulit, cui & ea lege nupsit, ut quam voto emisso, fratre sub vitæ finem suadente, servare statuerat, virginitatem colere in posterum sibi liceret. Marcianus igitur a Senatu & exercitu Imperator dictus est, & ab Anatolio Patriarcha diademate donatus XXV. Augusti anno Christi CCCCL. quo quidem tempore Pulcheria ætatis annum quinquagesimum primum excesserat. Marcianus humili loco natus est in Illyrico, Tribunus, ac militia clarus. [s] Uxorem duxerat priusquam ad Imperium eveheretur, & ex ea filiam sustulerat EUPHEMIAM, quæ ANTHEMIO, qui postmodum Romæ imperavit, nupsit; [t] ex quibus prodiere MARCIANUS alter, Leontiæ, Leonis Magni filiæ, maritus; ROMULUS, & PROCOPIUS. [u] Obiit Pulcheria conjuge superstite, mense Julio, ut [x] Idatius, vel Septembri, ut [y] Marianus Scotus scripsere, anno CCCCLIII. At [z] Græci memoriam illius celebrant X. Septembris, ac rursum utriusque, Marciani scilicet & Pulcheriæ, XVII. Februarii; unde quidam ad X. Septembris ejus obitum referunt. [A] Festum vero Pulcheriæ Augustæ institutum ajunt a Leone Magno Imperatore, & statuam ejus positam in ipsius monumento. [B] Obiit Marcianus Constantinopoli quinto post anno, XXVI. Januarii anno CCCCLVII. [C] ætatis LXV. imperii VI. cum totidem mensibus, & in æde Apostolorum conditus fuit. Perperam [D] Theophanes XXX. Aprilis ejus obitum contigisse scribit.

Edit. Paris. pag. 71.

VI. ARCADIA [E] nascitur III. Aprilis anno Christi CCCC. [F] moriturque anno CCCCXLIV. [G] cum virginitatem suasu Pulcheriæ sororis toto vitæ tempore servasset. Huic, ut & sorori, Nobilissimæ titulum adscribit [H] Lex Theodosii. [I] Thermas de suo nomine Arcadianas Constantinopoli condidit. [K] De animi dotibus, virtute ac pietate illius ac sororum multa commemorant scriptores.

VI. MARINA, Nobilissimæ perinde titulo donata, [L] nascitur X. seu, ut [M] alii volunt, XI. Februarii anno CCCCII. [N] decessitque anno CCCCXLIX. [O] III. Augusti, cum matrimonio nuntium dixisset. Extitit Constantinopoli illius domus, Nobilissimæ Marinæ appellata, de qua suo loco.

VI. FLAVIUS THEODOSIUS, cognomento JUNIOR, nascitur [P] X. seu, ut [Q] aliis placet, XI. Aprilis anno CCCCI. [R] a Severiano Gabalensi Episcopo, cujus scripta extant, ex sacro fonte susceptus: & [S] X. Januariii anni subsequentis a pa-

a *Idat. fast. p.61. Marcell. p.5. Socrat. l.5. c.10. Theod. Lect. l.2. p.190. L.29. Cod. Th. de Prator.*
b *Chr. Al. p.706.*
c *Philost. l.11. c.3.*
d *Marcell. p.15. Socrat. l.6. c.21. Niceph. l.13. c.ult. Theophan. p.69. E.R. Diac. l.13. p.395.*
e *Philost. l.11. c.6. Chr. Alex. p.710. Niceph. l.13. c.4.*
f *Gruter. 1048. 1.*
g *Sym. l.4. ep.15. Zoz. l.4. p.757. Ambr. l.5. ep.27. & in or. fun. Val.*
h *Chr. Al. p.712.*
i *Ibid. 714. Socr. l.6. c.17. Marcell. com. p. 14. Zonar. p.32. E.R. Petavius part.2. l.4. Rat. c.12.*
k *Philost. Cedren. Zonar. &c.*
l *Chr. Al. p.712. Marcell. p.10.*
m *Cedren. p.334. E.R.*
n *Sozom. l.9. c.1.*
o *Chr. Al. p.712. Marcell. p.11.*
p *L. Cod. Th. de lustr. collat. Suid. in Pulch.*
q *Socr. l.7. c.22. Sozom. l.9. c.1. Philost. Theoph.*
r *Marcell. p.29. Idat. Chron. Al. Evagr. l.2. c.1. Theod. Lect. l.1. p.181. Theoph. p.89. E.R. Diac. l.14. Cedr. Zonar.*
s *Evagr. l.2. c.16. Theoph. Codin. Sidon. in Paneg. Anthem. v.482.*
t *Evagr. l.3. c.26.*
u *Marcell. p.32. Chr. Al. p.740. Theoph. p.91. E.R.*
x *Idat. Chr. p.30.*
y *Marian. Scot.*
z *Menæa 10. Sept. 17. Febr.*
A *Antiq. CP. p.97. ed. reg.*
B *Theod. Lect. l.1. p.181. Victor Tunn.*
C *Chr. Al. p.742.*
D *Theoph. p.94. E.R.*
E *Chr. Al. p.712.*
F *Marcell. p.16.*
G *Theoph. p.69. E.R.*
H *L.21. Cod. Th. de lustr. concl.*
I *Chr. Al. p.710.*
K *Theodor. Lect. Theophan. &c. Gennad. in Att.*
L *Chr. Al. p.712.*
M *Marcell. p.713.*
N *Idem p.28. Baron. an.449. n.164.*
O *Chr. Al. p.734.*
P *Chr. Al. p.712. Socrat. l.6. c.6. Theophan. p.65. E.R. Menæa 20. Febr. in S. Porphyrio. Vita ejusd. n.43. Gennad. de Script. Eccl. in Sever.*
Q *Marcell. p.12.*
R *Ado Vienn. in Chron.*
S *Marcell. p.13. Chr. Al. p.712. Sozom. l.8. c.4.*

rente Imperator solemniter renuntiatur ac coronatur in Hebdomo. [a] Cum Gratianus morbo laboraret, vereretureque ne infante filio relicto, tyrannidi inhiarent magnates, Isdigerdis Persarum Regis tutelæ pupillum commisit, qui quoad vixit, pacem cum Romanis servavit. Hunc etiam, ut supra innuimus, præclare ad virtutem instituit Pulcheria soror, exemploque domestico & monitionibus ad virtutem instruxit. [b] Obiit anno CCCCL. Julii XXIX. quo Græci memoriam ejus celebrant, [c] conditusque fuit in paterno sepulchro, in æde Apostolorum. [d] Perperam vero Theophanes mortem Theodosii ad XX. Junii refert. Vixit annos XLIX. menses III. non vero annos LI. uti habet [e] Chronicon Alexandrinum, aut LII. ut [f] Victor Tunnensis. Imperavit cum patre annos VI. menses VI. dies XIX. & solus annos XLII. menses IV. & dies XXVIII. Errant porro hac in re Theodorus Lector, & ex neotericis, [g] Thevetus. [h] Uxorem ÆLIAM EUDOCIAM duxit anno CCCCXXI. VII. Junii, [i] quam Augustam coronavit V. Januarii anno CCCCXXII. Athenais antea vocabatur, eratque filia Leontii, seu uti appellatur a Tzetze, Leonis, vel uti in Chronico Alexandrino, Heracliti, Atheniensis Philosophi. Has vero nuptias iniit Pulcheriæ sororis hortatu, quod præter eximiam formæ elegantiam, præclaris animi dotibus ac liberalibus disciplinis esset instructa. Cum venisset Constantinopolim, admissa a Pulcheria in palatium, eadem procurante, cum esset pagana, ab Attico Patriarcha baptismi excepit Sacramentum; a quo Eudociæ nomen ei impositum est anno CCCCXIX. [k] Cum vero maritalem concordiam, quæ diu steterat, diremisset levis nescio quæ offensa, regiis egressa, vel abacta, Hierosolymam sacrorum locorum lustrandorum causa secessit, ubi & ædes sacras excitavit complures, & egenis eleemosynas ingentes distribuit. [l] Inde redux in urbem, sacras S. Stephani reliquias in ædem S. Laurentii intulit. [m] Post conjugis obitum rursum Hierosolymam profecta, ibidem obiit, sepultaque est in Ecclesia S. Stephani, quam in urbis suburbanis ædificaverat. [n] Laudantur illius Poetica quædam opera, ex quibus supersunt quæ Homericorum Centonum nomine donantur.

Filiæ Theodosii Junioris Augusti ex Eudocia.

VI. [o] LICINIA EUDOCIA [p] nascitur Constantinopoli anno CCCCXXII. [q] & biennio post VALENTINIANO Cæsari, Constantii ex Galla Placidia filio, pacta est, quam ille demum [r] Imperator factus in uxorem duxit Constantinopoli XXIX. Octobris anno CCCCXXXVII. De Licinia & secundis ejus nuptiis agemus rursum in Valentiniano III.

VI. [s] FLACCILLA moritur anno CCCCXXXI.

Edit. Paris. pag. 72.

IV. FLAVIUS HONORIUS, [t] natus est Constantinopoli XV. Januarii, ut est in Laterculo Silvii, seu ut apud Idatium, Marcellinum & alios, IX. Septembris anno Christi CCCLXXXIV. cui Theodosius Magnus pater id nominis in Honorii fratris memoriam imposuit, uti testatur Claudianus. Ab eo Imperator dictus est anno CCCLXXXIX. Romæ, secundum [u] auctorem Chronici Alexandrini, & [x] Theophanem, qui addit IX. Junii hanc peractam ceremoniam. At [y] Prosper, Marcellinus, & aliquot alii in Hebdomo ad Constantinopolim XX. Novembris anno CCCXCIII. Augustum creatum scribunt, quod & prorsus innuit idem [z] Claudianus, qui id sub hyemem actum memorat. Post patris mortem Occidentem in hæreditatis sortem obtinuit, Romæque ex hydropisi obiit XV. juxta [A] Theophanem, seu ut habet Olympiodorus, XXVII. Augusti anno CCCCXXIII. ætatis XXXIX. cum imperasset a patris excessu annos XXVIII. menses sex, & aliquot dies. Illius corpus in æde S. Petri juxta Apostoli Confessionem in eadem urbe conditum est. [B] Huic uxor fuit MARIA, Flavii Stilichonis, qui rerum summam sub Theodosio & eodem Honorio obtinuerat, filia: in quas quidem nuptias præclaro carmine lusit Claudianus. Etsi quo eæ peractæ sunt annus sileatur apud scriptores, ex eodem tamen videtur colligi [C] Claudiano, id contigisse sub annum CCCXCVIII. quo ætatis XIV. inibat Honorius. [D] Marcellinus & alii Mariam virginem obiisse ajunt: at [E] Claudianus, qui hoc ævo vivebat, peractas nuptias prorsus ait:

——— castumque cubile
Aggreditur, Tyrio quo fusus Honorius ostro
Carpebat teneros Maria cum conjuge somnos.

[F] Mariæ sepulchrum anno MDXLIV. Romæ inventum ajunt in Ecclesia S. Petri, quam Regum Franciæ Capellam vocant, cum aliquot inscriptionibus, quæ præter Claudiani auctoritatem, peractas nuptias possunt persuadere. [G] Id constat haud multo post excessisse e vivis Mariam, datamque Honorio in secundam conjugem a Stilichone filiam alteram THERMANTIAM, quam non præviderat Claudianus ad has nuptias perventuram, cum hæc scribebat de Mariæ nuptiis:

Aurea sic videat similes Thermantia tædas.

[H] Scribit Chronicon Alexandrinum de Thermantiæ morte, Constantinopolim allatum nuntium XXX. Julii anno CCCCXV. subdit vero Marcellinus perinde ac sororem virginem mortuam, etsi id vix probabile sit, constetque nullis ex utraque susceptis liberis obiisse Honorium.

IV. [I] GALLA PLACIDIA, Theodosii Magni ex Galla Placidia altera conjuge filia, [K] cum in urbis Romæ expugnatione ab Alarico Gothorum Rege fuisset abducta anno CCCCX. ATAULPHO illius consanguineo data est, qui regnum adeptus, [L] Imolæ in Italia mense Januario proximi anni hanc in uxorem duxit: sed nuptiarum dilatæ ceremoniæ, eæque demum peractæ Narbone, cum Atulphus Galliarum, quæ ab Honorio concessæ ei fuerant, possessionem adiit, quarum accuratam descri-

a *Theoph. p.69. E. R. Procop. l.1. Pers.*
b *Marcell. p.29. Chr. Al. p.738. Mensa 29. Jul.*
c *Theod. Lect. p.191. Cedr. p.341. E. R.*
d *Theoph. p.88. E. R.*
e *Chr. Al. p.738.*
f *Victor Tunn.*
g *Thevet. l.19.*
h *Chr. Al. p.724. Marcell. p.19. Socr. l.7. c.21. Evagr. l.1. c.20.*
i *Chr. Al. p.726.*
k *Socr. l.7. c.47. Evagr. l.1. c.20. Chr. Al. p.730. Theoph. p.79. E. R. Zonar. p.37. E. R. Freculf. to.2. l.5. c.11.*
l *Marcell. p.24. Zonar. Cedr.*
m *Evagr. l.1. c.22.*
n *Phot. cod.183. Tzetz. ch.10. c.306. Zon. Cedr.*
o *Grut. 1174. 6. Ant. Aug. dial. 1. p.17.*
p *Marcell. p.19. Chr. Al. p.724.*
q *Marcell. p.20. Theoph. Cedr.*
r *Marcell. p.24. Socr. l.7. c.43. Chr. Al. p.727.*
s *Marcell. p.22.*
t *Idat. Fast. p.61. Marcell. p.5. Socr. l.5. c.12. Niceph. l.12. c.21. Excerpta Euseb. L.30. Cod. Th. de Prator.*
u *Chr. Al. p.708.*
x *Theoph. p.60. E. R.*
y *Prosper. chr. Marcell. p.8. Diac. p.383.*
z *Claudian. de 4. Cons. Hon. p.138.*
A *Theoph. p.72. Olympiod. p.195. E. R. Cedr. p.336. Philost. l.12. c.11. E. R. Zonar. p.33.*
B *Marcell. p.14. Zoz. l.5. p.782.*
C *Claud. loco cit. Baron.*
D *Marcell. p.14. Diac. l.14. p.405.*
E *Claud. de bello Gildon. p.102.*
F *Marlian. l.5. top. Rom. c.21. Gruter. 287. 4. Surius in comm. rer. gest. an.1544.*
G *Zoz. l. 5. p.811. Olymp. Marcell. Philost. l.12. c.2. Theoph. &c.*
H *Chr. Al. p.716.*
I *Gruter. 1048. 1. Senat. l.11. ep.2. Philost. l.10. c.7. Chr. Al. p.708.*
K *Marcell. p.15. Oros. l.7. c.40. Ado Vienn.*
L *Jornand. de reb. Get. c.31. Paul. Diac. lib. 13. p.399.*

ptionem exaravit [a] Olympiodorus. Sic enim [b] vir doctus de tempore & loco Placidiæ nuptiarum discrepantes scriptores conciliat. [c] Interfecto postmodum Barcinone Ataulpho [d] anno cccccxv. in Segerici successoris potestatem devenit, qui quod eam acerbius accepisset, septimo post die a militibus pariter interfectus est. Exinde Walliæ, qui Segerico successerat, juris facta, [e] ab eodem, pace cum Honorio composita, ad fratrem remissa est, [f] a quo FLAVIO CONSTANTIO Patricio, & exercituum in Galliis duci in uxorem collocatur, etsi his nuptiis manus dare illa primum abnuisset: qui quidem [g] Panæso Illyrici oppido oriundus, multis dignitatibus sub Theodosio & Honorio claruerat. [h] Magister enim militum fuit anno cccccxii. Consul an. cccccxiv. & cccccxvii. præterea Comes & Patricius. Peractæ porro hæ nuptiæ anno cccccxvii. ipso Constantio ii. Consule. Scribunt Theophanes & Zonaras Placidiæ custodiam demandatam Constantio uni ex Alarichi Comitibus, quam ille ad Honorium adduxit, a quo postea in conjugem eam accepit. [i] Nec multo post propter hanc affinitatem Constantius Ravennæ ab Honorio Imperator renuntiatur, non anno cccccxx. uti habet Prosper, sed sequenti, Februarii viii. secundum [k] Theophanem, qua dignitate haud diu potitus est. Nam cum ad bellum Theodosio Juniori, qui eum in Imperatorem agnoscere renuerat, inferendum se accingeret, pleuritide correptus, [l] Ravennæ obiit eodem anno ii. Septembris secundum Theophanem, cum proinde sex menses imperasset & dies viginti quinque; quod ei in somniis prænuntiatum fuisse scribit Olympiodorus. Errant enim qui diutius regnasse volunt. Extant scripti de Constantio versus aliquot in tabula marmorea, quæ quondam prope Pontem Longum, quo idem Constantius Centam flumen in Liguria conjunxerat, spectabatur: hos descripsit [m] Ferdinandus Ughellus. Marito igitur extincto, Placidia in Honorii fratris palatium se recepit, cum quo tanta vixit familiaritate, ut pravæ de mutua hac benevolentia habitæ fuerint suspiciones: sed mox exorto palatinarum mulierc ularum opera inter eos dissidio, a fratre Constantinopolim remissa, a Theodosio humanissime excepta est, & [n] Augustæ titulo donata, ejusque filius Valentinianus Cæsar dictus anno cccccxxiv. [o] Obiit anno CCCCLI. vel proximo. Legimus in Græcorum [p] Synaxariis, nescio an vere, dæmone, quo vexabatur, liberatam a S. Donato Episcopo. Extat Gregorii Eliberitani Episcopi liber *De fide Gallæ Placidiæ* inscriptus.

Edit. Paris. pag. 73.

Filius Placidiæ ex Ataulpho.

v. [q] THEODOSIUS infans obiit, patre superstite, a quo in argenteo locello conditus, in æde sacra juxta Barcinonem sepultus est.

Liberi Placidiæ ex Constantio Augusto.

V. VALENTINIANUS III. Imperator.

v. [r] JUSTA GRATA HONORIA, perperam HONORIAS [s] Zonaræ dicta, fratre prior nata: [t] ab Eugenio Procuratore suo stuprata, concepit, palatioque a Valentiniano fratre expulsa, Theodosio de Italia transmissa est anno Christi cccclxxxiv. ubi cum exul detineretur, clandestino Eunucho misso, Attilam Hunnorum Regem in Occidentem concitavit; [u] qui in Italiam admoto exercitu Valentinianum eo adegit, ut pro pace impetranda Honoriam cum parte regni Attilæ tradere coactus fuerit. Sed mox ille dum nuptias cum eximiæ formæ puella, quam Ildiconem, alii Mykoltham vocant, celebrat, hausto largius mero, vomitu sanguinis extinctus est. Fallitur enim [x] Harigerus, qui tum cum Honoria nuptias actas memorat. Augustam renuntiatam fuisse Honoriam testatur [y] inscriptio a Galla Placidia matre Ravennæ exarata, ut & aureum nomisma, quod descripsit [z] Baronius: fortean cum idem titulus matri concessus est a Theodosio Juniore, ac proinde ante exilium, vel post exilium, quo Attilæ mitigaretur feritas; quod opinatur idem Baronius.

V. FLAVIUS PLACIDIUS VALENTINIANUS III. JUNIOR dictus, [A] Ravennæ nascitur iii. Jul. an. cccclxix. juxta Marcellinum & Theophanem, vel anno cccclxviii. vi. Julii, ut habet [B] Prosper, denique ut est in [C] Laterculo Silvii, viii. Junii, in quo ad hunc diem ita exaratum legitur: *VI. Non. Junii Natalis genuinus Valentiniani*. [D] Ab Honorio primum Nobilissimus, a Theodosio postmodum [E] Cæsar dictus est Thessalonicæ, seu Constantinopoli, ut habet [F] Idatius, anno cccclxxiv. ut est in [G] Prosperi Chronico, cum annum quintum ageret, inquit [H] Olympiodorus. Sequenti anno Consul, deinde Augustus a Theodosio [I] Ravennæ renuntiatur xxiii. Octobris, seu, ut habet Olympiodorus, Romæ, quo Augustale diadema a Theodosio per Heliconem Patricium ad eum delatum est, cum annum ageret septimum: qui quidem inaugurationis Valentiniani dies ita describitur in [K] Laterculo Silvii: *X. Kl. Nov. Natalis Valentiniani purpuræ*. [L] Ab Aetii, quem interfecerat, militibus, dolo Maximi Patricii, ipsemet in Campo Martio ad urbem occiditur xvii. Martii anno CCCCLV. ætatis xxxvi. regni xxxi. quo extincto, idem [M] PETRONIUS MAXIMUS Patricius, Maximi tyranni, qui a Theodosio Magno fusus fuerat ac cæsus, filius, quique bis Consul fuerat, postridie Augustam occupavit dignitatem; ac LICINIAM EUDOXIAM, Theodosii Junioris filiam, Valentiniani Augusti relictam, statim uxorem duxit: [N] quæ cum prioris mariti cædis conscium ac participem fuisse ex ipsomet accepisset, quo tam acerbam injuriam ulciscereretur, Gen-

a *Olymp. p.186. Idat. chron. p.12.*
b *Catell. l. 3. rer. Occit. p.453.*
c *Olymp*
d *Chr. Al. p.716.*
e *Jornand. c.32. Olymp. p.189.*
f *Idat. chr. p.14. Philost. l.12. c.10. Sozom. c.9. c.16. Jornand. c.32. Prosper. Oros. Olymp. Zon. &c. Diac. l.14.*
g *Olymp. p.194. E. R.*
h *L. ult. Cod. Th. de desert. L. ult. de infirm. his.*
i *Idat. p.15. Olymp. p.191. E.R. Philost. Prosper. Gruter. 449. 7.*
k *Theoph. p.72.*
l *Olymp. p.194. E. R. Theoph. p.72. E. R.*
m *Ughell. in Ep. Albingaun.*
n *Gruter. 1048. 1. Olymp. p.197. E. R. Marcell. p.20. Jorn. de regn. succ. p.57. Baron. an.449. n.157. 158.*
o *Idat. chr. p.27. Prosper. Marian. Scot. an.452.*
p *Synax. 7. Aug.*
q *Olymp. p.187. E. R.*
r *Grut. 1048. 1. Olymp. p.191. E. R.*
s *Zonar. p.33. E. R.*
t *Marcell. p.23.*

u *Jornand. de reb. Get. c.42. Paul. Diacon. Priscus Rhet. p.39. 40. E. R. Theoph. p.90. 93. E. R.*
x *Hariger. Lob. in S. Servato c.29. Thuvroch. 1. part. c.22.*
y *Rubens l.2. hist. Raven. p.100. Gruter. 1048. 1.*
z *Baron. an.454. n.24. Gretz. to.3. de cruce l.1. c.16.*
A *Marcell. p.18. Theoph. p.72. E. R.*
B *Prosper.*
C *Laterc. Silvii apud Rol. 5. Jan.*
D *Olymp. p.191. E. R. Philost. l.12. c.10.*
E *Olymp. p.198. E. R. Philost. l.12. c.11. Theophan. p.73. E. R.*
F *Idat. chr. p 17.*
G *Prosperi chron.*
H *Olymp. p.198. E. R.*
I *Chr. Al. p.726. Prosper. Marcell. Socr. l.7. c.24. Philostorg.*
K *Laterc. Silv.*
L *Marcell. Com. Victor Tunn. Idat. Prosper. Evagr. l.2. c.7. Chr. Al. p.740. Gregor. Tur. l.2. hist. c.8.*
M *Evagr. loco cit. Victor Tunn. Zonar. p.40. Concil Chalced. c.26. 27. 28. Grut. 449. 7. Ughell. to.1. part.2. p.200.*
N *Prisc. Rhet. p.73.*

Edit. Paris. *pag. 74.*

sericum Vandalorum Regem in Italiam evocavit; cujus adventu territus Maximus, dum fugam cogitat, a Romanis in ipsa urbe membratim tractus discerptusque est, XII. Junii, imperii LXXII. die. Triduo post capta a Genserico urbe, Eudoxia cum utraque filia in Africam abducta est; [a] unde tandem remissa est Constantinopolim cum Placidia filia anno CCCCLXII. [b] Tradunt quidam in has prolapsam calamitates, quod Eutychianam esset amplexa haeresim, Theodosii Patriarchae Hierosolymitani suasionibus: sed a Juvenale Theodosii successore, impellente Euthymii Abbate, ad rectam fidem conversa, pietatis operibus vacavit, variasque aedes sacras excitavit.

Filiae Valentiniani III. Augusti ex Eudoxia.

VI. EUDOCIA, [c] Prisco Rhetori, Procopio, Theophani & Zonarae; Evagrio vero, Cedreno & aliis EUDOXIA dicta, [d] Valentiniani Augusti filia primogenita, a Maximo Tyranno uxor PALLADIO filio, [e] quem Caesarem dixerat, data est: [f] sed utroque mox caeso, captaque a Genserico urbe, in Africam cum matre & sorore abducta est, & HUNNERICO Genserici filio primogenito, qui parenti in regnum postmodum successit, collocata. [g] Exactis cum marito annis XVI. procreatoque ex eo *Hilderico* filio, quod ille Arianam haeresim acrius tueretur, clam ex Africa dilapsa, Hierosolymam venit, lustratoque Eudociae aviae sepulchro, ibi tandem fatis concessit anno CCCCLXXII. thesauris suis S. Resurrectionis templo legatis. [h] Auctor Chronici Alexandrini, dum Hunnerici nuptias commemorat, Valentiniani filiam hanc HONORIAM vocat: unde fortean liceat suspicari appellatam Eudociam Honoriam. Fallitur porro [i] Idatius, qui Gentoni Genserici filio secundogenito, cujus meminit [k] Victor Vitensis, nuptam fuisse scribit; [l] ut & auctor vitae Damasi PP. qui Eudociam patre superstite mortuam adolescentem refert.

VI. PLACIDIA, altera Valentiniani Augusti filia, [m] cum matre & sorore in Africam a Genserico abducta, tandem post aliquot annos cum matre ad Marcianum Imperatorem Constantinopolim remissa est, a quo matrimonii jure FLAVIO ANICIO OLYBRIO copulatur, viro nobilissimo, qui post expugnatam a Vandalis Romam, Constantinopolim concesserat. [n] Procopius, & ex eo Zonaras, Olybrio nuptam, cum in Africam abducta est, perperam scripsere. [o] Is postmodum Romae Imperator dictus est anno CCCCLXXII. mense Junio, post Anthemium, Ricimeri Patricii, qui socerum Anthemium peremerat, clandestinis consiliis. Sed diu parta haud potitus est dignitate; quippe post dies XL. ab Anthemii nece obiit XVIII. Augusti, ut est apud [p] Anonymum Cuspiniani, seu ut alii volunt IV. Novembris ejusdem anni. [q] Placidia vero marito superstes, vixit usque ad Zenonis tempora, A quo imperante legatos ad Hunnericum Vandalorum Regem misit, quo ab eo impetraret, ut Catholicis Carthaginensibus Episcopum quem vellent liceret deligere. [r] Quidam scribunt post conjugis obitum vacasse sacrarum litterarum studiis, Hierosolymamque profectam, diutius ibi moratam, indeque in Italiam venisse, & Veronae humanissime exceptam a Theodorico Rege, in eadem urbe reliquum vitae cum sanctitatis opinione exegisse, mortuamque X. Octobris. Addunt praeterea illius corpus tumulo conditum in aede S. Stephani in arce, urbis olim Cathedrali. [s] Ex Placidiae cum Olybrio conjugio prodiit *Juliana Anicia*, uxor Areobindi Patricii, vel [t] Areobindi filii fortean [u] alterius Areobindi, qui Consul fuit anno CCCCXXXIV. obiitque anno CCCCXLIX. [x] qui quidem a Theodosio copiarum dux missus fuerat contra Genzericum, ac deinde contra Attilam, ut est apud Theophanem. Areobindus vero Julianae maritus celebratur ab auctore Chronici Alexandrini, quod in Perside singulari certamine cum hoste congressus sit: [y] ut & Julianae pietas, apud Theophanem in excitatis Constantinopoli non modo sacris aedibus, sed & in eo quod cum ab Anastasio ad errores haereticos impelleretur, acrius obstiterit. De Juliana multa commentati sunt Baronius & vir doctissimus Petrus Lambecius. Ex ea & Areobindo nati [z] *Anicius Olybrius* Junior, & *Dagalaifus*. Olybrius Consul fuit anno CCCCXCI. eique uxor fuit *Irene*, Magnae, Anastasii Augusti sororis, filia: ex quo conjugio enata filia, *Probae* nomine, *Probo* nupta, ex quibus prodiit *Juliana*, *Anastasii* uxor, a quibus rursum prodiere *Probae* nupta *Georgio*, *Areobindus*, & *Placidia Joannis Mystaconis* uxor. Ita quidem genealogia Valentiniani ex Codice MS. Bibliothecae Caesareae apud [A] Lambecium: nam quae habetur apud Nicephorum CP. in Chronologia, aliquantum discrepat. [B] Dagalaifus vero Areobindi & Julianae filius alter, Diagesteam Ardaburii filiam, Asparis Patricii, qui in Leonem Magnum tyrannidem molitus est, neptem uxorem duxit. Ex quo conjugio prognatus *Areobindus* Consul ordinarius, [C] qui ab Anastasio Augusto cum exercitu in Persas missus anno DIII. & DIV. demum anno DVI. Consul fuit cum Messala, & cui anno proximo, ut habet [D] Chronicon Alexandrinum, seu anno DXII. ut [E] Marcellinus, in quadam seditione Imperium delatum est, quod ille abnuit: quod quidem Areobindo avo adscribere videtur idem Chronicon. Ex eadem familia *Areobindus* ille, ni fallor, prodiit, qui Praejectam Justiniani Imperatoris ex sorore neptim uxorem duxit: nisi is sit, quem Georgii filium diximus. *pag. 75.*

Filius alter Theodosii Comitis Africae.

III. [F] HONORIUS, Theodosii Comitis filius. Theodosio Magno Augusto fratre superstite [G] obiit, qui filiarum educationis curam habuit, quas ille ex Hispania evocaverat Constantinopolim, factus Imperator. Has ex nobili His-

a *Idat. chr. p. 41. Theoph. p. 94.*
b *Cyrill. in vita S. Euthym. c. 14. 15. 16.*
c *Prisc. Rhet. p. 74. E. R. Procop. 1. Vandal.*
d *Cyrill. in vita S. Euthym. c. 14.*
e *Idat.*
f *Procop. 1. Vand. Vict. Tunn. p. 122. Evagr. l. 2. c. 7. Isid. in chr. Vand. Theoph. p. 94. E. R. Zonar. p. 40. E. R. Cedr. p. 346. E. R.*
g *Theoph. p. 93. E. R. Zonar. &c. Ado Vienn.*
h *Chr. Al. p. 740.*
i *Idat. chr. p. 41.*
k *Victor Vit. l. 2. de pers. Vand. p. 13.*
l *Apud Ughell. in Episc. Tarracin.*
m *Prisc. Rhet. p. 74. E. R. Malchus p. 95. Evagr. l. 2. c. 7. Idat. p. 41. Zon. Theoph. p. 94. E. R. Pras. Prat. Gall. in Probo p. 46.*
n *Procop. 1. Vand. Zonar. p. 40. E. R.*
o *Marcell. p. 37. Victor Tunn. Cassiodor. Chr. Al. p. 742. Herm. Contr.*
p *Anon. Cusp.*
q *Victor Vit. l. 2. p. 12. Malchus.*
r *Onuphr. in Ep. Veron.*
s *Chr. Al. p. 742.*
t *Marcell. p. 48. Procop. 1. de bello Pers. Cedr. p. 341. E. R.*
u *Marcell. p. 29. Prisc. Rhet. p. 70. E. R.*
x *Theoph. p. 87. E. R.*
y *Theoph. p. 135. E. R. Diac. l. 15. p. 429. Hormisd. in epist. apud Baron. Gregor. Tur. de glor. Mart. c. 133. Baron. an. 511. 514. 527. Lambec. lib. 2. Comm. de Caesar. Bibl. c. 8.*
z *Chr. Al. p. 744. 758. Theoph. Nicepb. CP. in chronol.*
A *Lambec. loco cit. c. 7. p. 185.*
B *Theoph. p. 125. E. R.*
C *Marcell. p. 48.*
D *Chr. Al. p. 762.*
E *Marcell. p. 53.*
F *Zozim. l. 4. Claud. de laud. Serena p. 213.*
G *Victor. Claudian. p. 213. 2. 40.*

pana genuerat, quam MARIAM videtur appellare [a] Claudianus:

Nazarius vitæ immaculabilis, integer artus,
Conditor exultat hunc tumulo esse locum.
Quem prius Ambrosius signavit imagine Christi,
Marmoribus Lybicis fida Serena polit.
Conjugis ut reditu Stilichonis læta fruatur,
Germanisque piis pignoribus propriis.

[a] *p.213.*

Filiæ Honorii ex Maria.

IV. THERMANTIA viro nobilissimo a patruo Theodosio uxor data est, ut [b] Claudianus refert:

Agnovit patrui similem Thermantia curam,
Nupsit & illa Duci: sed longe fata sororis
Inferiora tuis.

[b] *Claud. de laud. Serenæ p.215.*

Quod [c] quidam, nescio quo fundamento, de HERACLIANO Comite, Africæ Præfecto, [d] qui tyrannidem molitus est sub annum CCCCXIV. capiendum putant.

[c] *Cruceus.*
[d] *Olymp. Marcell. Idat. Prosper. &c.*

IV. SERENA, de qua mox.

IV. SERENA, Honorii filia altera, [e] Theodosii Augusti patrui benevolentiam ita sibi conciliavit, ut in filiam ab eo fuerit adoptata, & FLAVIO STILICHONI, natione Vandalo, uxor data; [f] quem ille ad supremos Imperii magistratus ac honores extulit, & in eximiæ erga eum fiduciæ argumentum Arcadii & Honorii filiorum tutorem moriens dixit. [g] At postmodum Honorii, cui filias nuptum dederat, jussu Ravennæ ab Olympio interfectus est XXIII. Augusti anno CCCCVIII. [h] quod Imperium ad sese & Eucherium filium transferre velle crederetur; [i] a qua tamen suspicionis labe excusatur a quibusdam scriptoribus, cum præterea constet virum fuisse sui temporis militia & rerum experientia præstantissimum. [k] Exinde ejusdem jussu Augusti laqueo vitam finivit Serena, accusata perinde quod in Italiam Regem Gothorum Alaricum excivisset. Existimarunt [l] quidam filiam fuisse Theodosii Magni, quod revera illius filia, ut Stilicho gener dicantur apud [m] Claudianum variis in locis: sed non advertere ita appellari, quod Serena adoptata fuerit a Theodosio, uti exerte scribit idem Poeta:

Defuncto genitore tuo sublimis adoptat
Te patruus, magnique animo solatia luctus
Restituens, propius quam si genuisset amavit
Defuncti fratris sobolem.

[e] *Zozim. l.5. p.810. 782. Gruter. 1056. 4.*
[f] *Olympiod. apud Phot. cod. 80. Grut. 412. 3. 4.*
[g] *Zoz. l 3. p.810.*
[h] *Philost. l.12. c.3. & ibi Gotofr.*
[i] *Zozim.*
[k] *Soz. l.9. c.4. Philost. & alii.*
[l] *Occo.*
[m] *Paneg. 1. in Stilich. p.178. in Epith. Honor. p.223. de bello Gild. p. 101. & in 3. Cons. Hon. p.130.*

[n] Atque inde Stilicho, *progener Theodosii Augusti* dicitur in veteri Inscriptione, quod esset loco generi, cum non naturalis, sed adoptiva esset filia Serena: a qua ædem S. Nazario sacram Mediolani excitatam testantur [o] versus antiqui ab ipsa positi:

Qua sinuata cavo consurgunt tecta regressu,
Sacrataque Crucis flectitur orbe caput.

[n] *Gruter. 412. 3.*
[o] *Alciatus lib. 3. Tristanus lib. 3. Puccinell. in Zodiaco Mediolan. part. 3. c. 73.*

Habuit porro Stilicho (ne & quidpiam sileatur quod ad eius stemma pertinet) sororem nuptam Bathanario, Comiti Africæ sub Honorio anno CCCCI. cui post eumdem Stilichonem interfectum occiso, in ipsamet dignitate suffectus est Heraclianus. *Zozim. l. 5. p. 813. L. 18. Cod. Th. de bonis proscript.*

Liberi Stilichonis ex Serena.

V. [p] EUCHERIUS nulla alia donatus dignitate, quam Tribuni Notariorum; [q] quod patris modestiæ adscribunt scriptores, qui filium ad sublimiores magistratuum gradus transire non passus est. Patre interfecto, in ædem sacram Romæ confugit, e qua extractus, Honorii jussu peremptus est. *Edit. Paris. pag. 76.*

[p] *Zoz. l.3. p.805.*
[q] *Claudian. in 6. Cons. Hon. p.160.*

V. MARIA & V. THERMANTIA } Honorio Imp. nupsere, uti supra observatum est.

Scribit Hieronymus Rubeus Gallam Placidiam, Theodosii Magni filiam, Ravennæ D. Joanni Evangelistæ templum exstruxisse, in cujus parietibus voti naufragiique historia musivo opere depicta erat. Videbatur, inquit, in majestate Deus, libellum Joanni Evangelistæ porrigens, cui erat subscriptum, SANCTUS JOANNES EVANGELISTA. Hinc atque inde mare vitreum, in quo duæ naves turbulenta tempestate, & ventorum vi agitatæ; in altera D. Joannes Placidiæ opem ferens, aderat, septemque candelabra, & nonnulla præterea ex iis quæ in Apocalypsi describuntur mysteria. Aderant quoque Constantii, Valentiniani, Gratiani, & cæterorum hujus familiæ Augustorum imagines, iisque erat inscriptum: GALLA PLACIDIA PRO SE ET IIS OMNIBVS VOTUM SOLVIT. Erant autem hæ imagines in arcu testudinis ad dexteram quinque, quibus sic erat adscriptum: D. CONSTANTINUS. D. THEODOSIUS. D. ARCADIUS. D. HONORIUS THEODOSIUS NEP. Ad lævam, D. VALENTINIANVS. D. GRATIANUS. D. CONSTANTIUS, GRATIANUS NEP. Circa subsellia vero ad dextram in extrema parte: DN. THEODOSIUS ET DN. EUDOCIA. Ad lævam, DN. ARCADIUS ET DN. EUDOXIA AUG. Reliquam picturæ descriptionem prætermittimus, quam prosequitur Rubeus. *Lib. 2. hist. Ravenn. p. 101.*

LEO

MAIORIANVS

LIBIVS SEVERVS

ANTHEMIVS

LEO IVNIOR

GLYCERIVS

NEPOS

Edit. Paris. pag. 78.

Familiæ LEONIS MAGNI Nomismata.

LEO.

DN LEO PERPET AVG. *Imp. cum stemmate cristato, dextra spiculum, sinistra clypeum, in quo inscriptus eques.*
VICTORIA AVGGG. *Victoria gradiens, longiorem crucem dextra tenens. A tergo, stellula. Infra,* CONOB. Vide Chiffletii Anastasin Childerici p. 252.

DN LEO PERPET AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus & gemmis.*
VICTORIA AVGGG. *Imp. paludatus stans, dextra longiorem crucem, sinistra globulum cui insistit victoriola sertum porrigens, pede serpentem vel captivum proculcans. Infra,* CONOB. Vide Oct. Stradam p. 251.

DN LEO PERPET AVG. *Imp. cum diademate ex duplici unionum serto.*
VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria stans, dextra sertum, sinistra globum crucigerum. Ad latus stellula. Infra,* CONOB. Vide Paulum Petavium p. 13.

DN LEO PERPET AVG. *Imp. cum insolenti calyptra, habitu consulari, seu cum loro, dextra volumen, sinistra longiorem crucem.*
VICTORIA AVGGG. *Imp. habitu consulari sedens, dextra volumen, sinistra crucem. Ad latera, duæ stellulæ. Infra,* THCOB. Vide Chiffletium in Anastasi Childerici p. 252.

VERINA.

AEL VERINA AVG. *Imperatrix cum diademate ex duplici unionum filo.*
Crux in corona quercea. Infra, CONOB.

MAJORIANUS.

DN IVLIVS MAIORIANVS PP. AVG. *Imp. cum galea cristata, dextra spiculum, sinistra clypeolum, in quo inscriptum Christi monogramma.*
VICTORIA AVGGG. *Figura militaris, dextra hastam crucigeram, sinistra globum cui insistit victoria sertum porrigens, dextro pede proterit serpentem. Ad latera,* A. R. *Infra,* COMOB.
VOTIS MVLTIS. *Figura militaris, dextra spiculum, læva clypeum.* Vide Dissertat. num. 42.

DN IVL MAIORIANVS PP AVG. *Imp. cum diademate ex duplici unionum filo.*
Crux in corona quercea. Infra, CONOB.

DN IVL MAIORIANVS PP AVG. *Imp. ut in proximo nummo.*
VICTORIA AVGGG. *Victoria gradiens, dextra sertum, sinistra palmam. Infra,* CON.
VICTORIA AVGGG. *Ead. figura. Infra,* PV.

LIBIUS SEVERUS.

DN LIBIVS SEVERVS PP AVG. *Imp. cum serto ex duplici unionum filo.*
VICTORIA AVGGG. *Figura militaris, pede dextro captivum vel serpentem proculcans, dextra hastam crucigeram, sinistra globum cui insistit victoriola, & in medio nummo,* R. V. *Infra,* COMOB. Vide Stradam p. 224.

DN LIB SEVERVS PP AVG. *Imp. cum diademate gemmato.*
Christi monogramma in corona quercea. Infra, RM

DN SEVERVS PP AVG. *Imp. diadematus.*
VICTORIA AVGGG. *Victoria gradiens, dextra longiorem ac spissiorem crucem, læva palmam. Infra,* COMOB.

ANTHEMIUS.

DN ANTHEMIVS PP AVG. *Imp. cum stemmate cristato, dextra spiculum ad humerum, læva clypeum cui inscriptus eques.*
SALVS REIPVBLICAE. *Duæ figuræ militares paludatæ stantes, quarum sinistra læva globum cui insistit victoriola sertum porrigens. Supra, in corona laurea scriptum,* PAX. *Infra,* CONOB. Vide Sirmondum ad Sidon. p. 168. 2. edit.
SALVS REIPVBLICAE. *Duæ figuræ militares cum spiculo stantes, una tenentes globum crucigerum. Inter utramque ad pedes, Christi monogramma. Infra,* CORNOB. Vide Anton. August. Dial. 2. Oct. Stradam p. 225. & Gretzer. p. 1845.
SALVS REIPVBLICAE. *Eædem figuræ, nisi quod inter utramque script.* ND. *Infra,* CONOB.

DN ANTHEMIVS PP AVG. *Imp. cum serto ex unionibus.*
Christi monogramma, in corona quercea. Infra, CONOB.

OLIBRIUS.

* DN ANICIVS OLIBRIVS AVG. *Protome Olybrii cum camelaucio crucigero.*
SALVS MVNDI. *Crux in medio nummo. Infra,* CONOB. Aureus D. Vaillant.

LEO JUNIOR.

DN LEO ET ZENO PP AVG. *Imp. cum serto ex unionibus.*
VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria stans, dextra sertum, sinistra globum crucigerum, ad latus stellula. Infra,* CONOB. Vide Gretzerum de Cruce p. 1846.

GLYCERIUS.

DN GLYCERIVS PP AVG. *Im. cum serto ex unionibus.*
Crux in corona laurea. Infra, CONOB.

NEPOS.

DN IVL NEPOS PP AVG. *Imp. cum stemmate cristato, dextra spiculum, læva clypeum cui eques inscriptus.*
VICTORIA AVGGG. *Victoria gradiens, dextra crucem longiorem ac spissiorem. Ad latera,* V. D. *Infra,* CONOB.
Eædem inscriptio & figura. Ad latera R. V. *supra, litt.* V. *& stellula. Infra,* CONOB.

DN IVL NEPOS PP. AVG. *Imp. cum serto ex unionibus.*
Crux in corona laurea. Infra, CONOB. Vide Paulum Petavium p. 13. Gretzer. de Cruce p. 1845. Occon. &c.
VOT V MVLT X. *In corona quercea.*

V.

FAMILIA LEONIS MAGNI AUGUSTI.

I. N. Pater LEONIS Magni Imperatoris, [a] in Thracia, vel ut [b] alii volunt, in Dacia Illyrica natus est. Ex eo prodiere

Edit. Paris. pag. 79.

II. LEO Imperator, &

II. EUPHEMIA, [c] quæ innupta obiit. Hanc Leo Augustus frater Constantinopoli habitantem crebrius conveniebat, & ob rerum experientiam summamque prudentiam, in arduis negotiis ejus utebatur consiliis.

II. FLAVIUS LEO, cognomento MAGNUS, & MACELA, seu Macellarius, ex Tribuno & Selymbriæ militaris præsidii Duce, Marciano extincto, factione Aspharis & Ardaburii Patriciorum [d] Imperator appellatur VII. Februarii anno Christi CCCCLVII. & ab Anatolio Patriarcha solemniter coronatur. [e] Obiit vero Constantinopoli mense Januario anno CCCCLXXIV. imperii XVII. mense VI. Uxor VERINA [f] marito superstes decessit [g] anno CCCCLXXXIII. in Cilicia, vel ut alii scribunt, in Isauria, quo relegata fuerat a Zenone Augusto & genero. Ejus corpus post aliquot annos Constantinopolim ab Ariadna filia relatum est. [h] Huic frater fuit BASILISCUS, qui sororis opere tyrannidem arripuit, Zenone imperante, anno CCCCLXXV. MARCO filio, quem ex ZENONIDE, seu ZENONIA, uti nuncupatur a Theophane, uxore genuerat, Cæsare renuntiato. Qua quidem dignitate ad XX. Augusti proximi anni potitus, a Zenone, qui Constantinopolim recuperato Imperio reversus fuerat, captus, cum uxore & filio in Cappadociam relegatus, ibidem extremum diem obiit.

Liberi Leonis Augusti ex Verina.

III. N. filius, [i] quem pater S. Danielis Stylitæ precibus a Deo obtinuit, infans obiit, ut est in ejusdem Sancti vita.

III. ARIADNA, de qua mox in Zenone Imperatore.

III. LEONTIA, [k] MARCIANO, Anthemii, qui Romæ imperavit, filio, uxor data est. Is mortuo Leone de imperio cum Zenone contendit, quod sibi debitum asserebat uxoris jure, quod [l] illa patre jam Imperatore, Ariadna vero Zenonis conjux privato nata esset. [m] Quæ quidem controversia accidit post exactum a Zenone Basiliscum, resque intra palatii septa peracta, ubi Romulo & Procopio fratribus adjuvantibus, pulso Zenone victor evasit. Sed dum postridie sui nimium securus in Zeuxippi balneis moratur, ab Illo Patricio genere Isauro & suis captus, Zenoni traditur, a quo, cum antea presbyter ab Acacio Patriarcha fuisset consecratus, cum Verina Augusta in castellum Papycion relegatus est anno CCCCLXXIX. Fuit porro Anthemius Imp. A Procopii Patricii, qui a Procopio Cilice, cui de purpura & imperio contentio fuit, filius, uti est apud [n] Sidonium, quem fratrem Anthemii perperam Idatius appellat.

Scribit [o] Marcellinus Comes PATRICIUM, seu PATRICIOLUM, Asparis Patricii filium, *Cæsarem generumque Leonis Principis appellatum fuisse*. Unde conjicere licet filiam Leonis Imperatoris, vel nuptam, vel saltem pactam *Patricio*; quod de alia quam LEONTIA dici vix potest, licet secus quidam sentiant, cum eo quo interfectus fuit Patricius anno CCCCLXXI. Ariadna altera Leonis filia Zenoni tum esset nupta. Sed ut Asparis, cujus familia hoc sæculo maxime inclaruit, evolvatur stemma, paucis illud perstringam. Aspari *pag. 80.* igitur pater fuit [p] *Ardaburius*, gente Alanus, qui Consul fuit anno CCCCXXVII. & a Theodosio M. copiis militaribus Præfectus in Joannem, qui post Honorii excessum tyrannidem in Occidente arripuerat, deinde in Persas cum imperio missus est. [q] *Aspar*, Ardaburii filius, Consul perinde fuit anno CCCCXXXIV. [r] primusque Patriciorum dictus est a Leone, cui imperium asseruerat, a quo postmodum una cum duobus filiis interfectus est anno CCCCLXXI. ex quo quidem diro facinore [s] Macelæ, seu Macellarii cognomentum Leoni inditum volunt scriptores, etsi improbabili omnino conjectura longe aliter sentiat [t] Codinus. [u] *Macelum* porro pro *Macellum* habetur etiam in quadam inscriptione. [x] Ter nuptias iniisse Asparem tradit Candidus: ex quibus nati *Ardaburius*, *Patricius* seu *Patriciolus*, *Ermenarichus*, & filiæ duæ. Altera ex Asparis uxoribus, Theoderici Triarii filii soror fuisse dicitur a Theophane. Fuit porro Theodericus iste Gothorum Rex, ut est apud [y] Marcellinum & alios. [z] *Ardaburius* C Patricius dictus est: *Patricium* vero seu *Patriciolum* [A] Cæsarem Leo creavit anno imperii XII. Christi CCCCLXIX. ut ab Arii pravis opinionibus Asparem avocaret, & sibi arctius demereretur, inquit Theophanes: quo tum tempore pactam eidem Patricio Leonis filiam Leontiam par est credere, dilatis fortean nuptiis, ut quæ in puerili adhuc esset ætate, cum patre Imperatore demum natam certum sit: nam ab anno CCCC-LVII. quo Leo Imperium iniit, ad annum CCCCLXIX. intersunt XII. aut XIII. tantum anni. [B] At biennio post uterque Asparis filius, Ardaburius scilicet & Patricius, cum patre interfecti sunt. [C] Quidam tamen tradunt Patricium præter spem vulneribus acceptis evasisse incolumem. Ermenaricus vero, qui tum aberat, Zenonis ope in Isauriam fugit; quo demum imperante Constantinopolim reversus, ejusdem Imperatoris filii nothi filiam uxorem duxit, & reliquum vitæ ibi exegit. Ardaburio filia fuit *Diageftea*, Dagalaifi uxor, Areobindi, cujus supra meminimus, parentis.

a *Theod. Lect. Theoph. p. 94. E. R. Codin. de Orig. p. 53. E. R.*
b *Candid. apud Phot. cod. 79. Zonar. p. 40. E. R. Chron. Reichersp p. 60.*
c *Codin. de Orig. p. 20. E. R.*
d *Chr. Al. p. 743. Theoph. p. 95. E. R. Zon. Cedr. &c.*
e *Marcell. p. 37. Victor Tunn. Evagr. l. 2. c. 17. Theoph. Zonar.*
f *Evagr. l. 3. c. 27. Candid. Theod. Lect. Theoph. Cyrill. in vita S. Euthym. c. 20. Malchus p. 94. Liberat. c. 16. 17.*
g *Theoph. p. 111. E. R.*
h *Candid. Theod. Lect. Evagr. l. 3. c. 8. Chr. Al. Theoph. Marcell. p. 38. Victor Tunn. Gesta Acacii.*
i *Apud Sur. 11. Decembr.*
k *Theod. Lect. Malchus apud Phot. p. 86. ed. reg. Theoph. p. 109. E. R.*
l *Theod. Lect.*
m *Evagr. l. 3. cap. 26. Niceph. l. 16. cap. 22. Candid. Theoph. &c.*
n *Sidon. in Pan. Anthem.*
o *Marcell. p. 37.*
p *Theoph. p. 73. E. R.*
q *Fast. Cons. Theoph. p. 100. Zon. Antiq. CP.*
r *Marcell. p. 36.*
s *Cedr. Joel.*
t *Cod. de Or. p. 53. E. R.*
u *Grut. 171. 8.*
x *Candid.*
y *Marcell. p. 40.*
z *Theoph. p. 150. E. R Suid. in Ardab. Marcell.*
A *Theoph. p. 100. E. R.*
B *Evagr. l. 1. c. 15. Procop. Chr. Al. Theoph. Cedren. Zon. Codin. de Orig. p. 29. E. R. 35. Victor. Tunn. Marcell. &c.*
C *Candid.*

Familiæ ZENONIS Augusti Nomismata.

Edit. Paris. pag. 81.

ZENO.

DN ZENO ET LEON OV CAE. *Imperatoris protome cum camelaucio, dextra spiculum ad humerum, sinistra clypeum, cui insculptus eques captivum proculcans.*

VICTORIA AVGGG. *Victoria stans, dextra longiorem crucem tenens. Ad latus, stellula. Infra*, CONOB. Vide Paul. Petavium pag. 14. Chiffletii Anastasim p. 252. 253. &c.

DN ZENO PERP AVG. *Imp. ut supra.*

VICTORIA AVGGG E. *Victoria & stella, ut supra. Infra*, CONOB. *al.* COMOB. *Ad latera*, MD. *al.* AD. *al.* RV. Gretzer. de Cruce p. 1846.

DN ZENO PERP AVG. *Imperatoris diademati protome lusca.*

VICTORIA AVGGG. *Victoria & stella, ut supra. Infra*, CONOB.

Crux in corona laurea. Infra, CONOB. Vide Oct. Stradam p. 253. Lipsium l. 3. de Cruce c. 16. Gretzer. de Cruce p. 1846.

Figura militaris coronata stans, pedibus rostro navis insistens, dextra hastam, sinistra pharetram. Ad latera, MD. Hic nummus est RR. PP. S. Genovefæ Paris.

Victoria gradiens, dextra lauream, sinistra palmam. Aquila baculo pedibus insistens.

* DN ZENO SEMPER AVG.

ROMULUS AUGUSTUS.

DN ROMVLVS AVGVSTVS PF AVG. *Imp. cum stemmate cristato, seu camelaucio, dextra spiculum ad humerum, sinistra clypeum, cui inscriptus eques.*

VICTORIA AVGGG. *Victoria gradiens, dextra longiorem crucem. Infra*, CONOB. Vide Octav. Stradam p. 228.

. . . L AVGVSTVS PF AV. *Imp. cum duplici unionum filo.*

Figura militaris galeata gradiens, dextra hastile, sinistra cornucopiæ, nisi sit pharetra, ut in Zenonis nummo. Ad latera RV. Ex Baronio an. 475.

* DN AVGVSTVLVS PERP PF AVG. Goltzius.

* DN FL. MOMYL AVGVSTVLVS PF AVG. Idem.

BASILISCUS.

DN BASILISCVS PRET AVG. *Imp. cum camelaucio, spiculo, & clypeo, ut supra.*

VICTORIA AVGGG. *Victoria cum longiori cruce & stella, ut supra. Infra*, CONOB. Vide Chiffletium in Anastasi p. 252.

DN BASILISCVS ET MARC P AVG. *Imp. ut supra.*

VICTORIA AVGGG. *Victoria, ut supra. Infra*, CONOB. Chifflet. ibid.

Edit. Paris. pag. 82.

VI.

FAMILIA ZENONIS AUGUSTI.

I. ROUSOMBLADEOTA, gente Isaurus, pater fuit, ut auctor est [a] Candidus, Zenonis Imperatoris. Hunc *Isauriæ nobilissimum, & qui dignus esset filiam Imperatoris accipere*, armisque exercitatissimum fuisse tradit [b] scriptor alter.

Liberi Rousombladeotæ.

II. ZENO Imperator.

II. CONON, vir flagitiis & homicidiis infamis, ut ait [c] Zonaras.

II. FLAVIUS LONGINUS, cum ab Illo Magistro officiorum, qui cum Leontio tyrannidem arripuerat anno CCCCLXXXIV. captus, & in Isauriam custodiendus abductus fuisset, libertatem tandem consecutus est anno [d] proxime sequenti: unde apud [e] Marcellinum, *post annalem custodiam*, pro *decennalem*, legendum omnino evincitur. Anno deinde CCCCLXXXVI. Consulatum gessit, ut & iterum anno CCCCXC. A fratre præterea Magister officiorum & [f] Caput Senatus designatur: [g] quo extincto, Isaurorum quorumdam ope, qui Constantinopoli morabantur, Imperium sibi asserere conatus, ab Anastasio, Augusto jam designato, & qui Zenonis relictam uxorem duxerat, captus, bonisque omnibus spoliatus, in Isauriam cum factiosis omnibus relegatur: ubi instauratis copiis bellum rursus in Anastasium aggreditur, quod per sex annos tractum, finitum demum est anno CCCCXCVII. Longino & cæteris tyrannis a Joanne Scytha copiarum ductore captis, & ad Anastasium transmissis, in Hippodromo amputata sunt capita.

II. [h] LUCILLA, ne & fabulas omittamus, VALBERTO primo Hannoniæ in Belgio Comiti nupsit.

II. FLAVIUS ZENO, [i] TARASICODISA primum dictus, quæ vox Isaurorum est, quam varie [k] alii efferunt, cum [l] ARIADNAM Leonis Imperatoris filiam primogenitam duxisset in uxorem anno CCCCLIX Zenonis nomen assumpsit, Dux Orientis a socero renuntiatus. At cum rei publicæ gerendæ minus videretur idoneus, vel quod, ut ait [m] vetus scriptor, vereretur Leo, ne illius proclamationi plebs intercederet, Leonem ex filia & A eodem Zenone nepotem Imperatorem dixit. [n] Mortuo vero Leone Magno, consentiente Senatu, a Leone juniore filio Zeno parens Imperator appellatus est, & ab eo diademate donatus in Hippodromo, seu, ut habet Victor Tunnensis, in Hebdomo, anno CCCCLXXIV. [o] mense Februario. [p] Obiit ex morbo sontico, vel, [q] ut Cedreno placet, ex ventris profluvio, ineunte Aprili anno CCCCXCI. ætatis LXV. cum novem diebus. [r] Imperavit anno XVII. menses sex, tam imperii sui annis, quam Basiliſci tyrannidis mensibus putatis. Ariadna vero exinde Anastasio Imperatori, Zenonis successori nupsit. [s] Uxorem duxerat Zeno antequam eidem Ariadnæ copularetur; nec scio an illa sit, quam [t] Suidas & Codinus ARCADIAM vocant, &, manifesto licet errore, secundam B Zenonis conjugem fuisse asserunt.

Filius Zenonis Augusti ex Ariadna.

III. FLAVIUS LEO, cognomento [u] JUNIOR, seu MINOR, ut est in Testamenti Perpetui Turonensis Episcopi subscriptione, a Leone Magno avo Imperator [x] coronatus est anno CCCCLXXIII. circa *pag. 83.* Martium mensem; quo extincto, Zenonem patrem in imperii communionem adscivit. Obiit haud multo post eodem quo avus CCCCLXXIV. mense Decembri, ipso solo Consule. Quo quidem anno nondum XVII. ætatis attigerat, quod vult [y] Chronicon Alexandrinum, cum Ariadna mater Zenoni patri nupserit tantum anno CCCCLIX. a quo C ad Leonis Junioris obitum vix quatuordecim interfunt anni. Imperavit cum avo menses decem, ac fere totidem post illius excessum. Tradunt [z] Ado Viennensis, Victor Tunnensis, & ex iis alii, Zenonem Augustam dignitatem sibi soli asserere volentem, de interficiendo filio consilium cepisse, eoque accepto, Ariadnam conjugem similem puerum ad mortem obtulisse, Leonem vero Augustum occulte totondisse, & Clericum factum in quadam Constantinopolitana Ecclesia ad Justiniani tempora vitam produxisse: sed hæc vix fidem merentur.

III. N. *filius Zenonis spurius, cujus filiam* ERMENARICHUS *Ardaburii Patricii filius, Asparis nepos, uxorem duxit. Ita enim velle videtur* [A] *Theophanes, ἀγὶ τόδε Ζήνωνος παιδὸς γαμβρὸς καθίσαι· quæ verba ita* [B] *alii interpretantur, ut Ermenarichus spuriæ Zenonis filiæ conjugio nexus fuerit.*

a *Candid. apud Phot. p.171.*
b *Anon de gest. Constant. p.477.*
c *Zonar. p.43 E. R.*
d *Theoph. p. 111. E. R.*
e *Marcell. p.42.*
f *Theoph. p.116. E. R.*
g *Evagr. l.3 c.29.35. Theoph. p.117. E. R. 118. 120. Marcell. p.44.*
h *Vinchantius in Annal. Hannon. c.3. 13.*
i *Cand. l.1. p.174.*
k *Evagr. l.2. c.15. Theoph. p.111. E. R. Agathias l.4. p.135. 1. ed. Chr. Al. p.750.*
l *Evagr. loco cit. Theod. Lect. l.1. p.182. 184. Theoph. p.96. E. R. Cedr. p.347. E. R.*
m *Candid.*
n *Marcell. p.38. Theoph. p.103. E. R. Abulfarag. p.92.*
o *Victor Tunn.*
p *Theoph. p.103. E. R.*
q *Evagr. l.3. c.29. Theoph. p.116. E. R.*
r *Cedren. p.350. E. R.*
s *Marcell. p.44.*
t *Candid. p.174. Const. Manass.*
u *De Orig. p.19. Suid.*
x *Vet. Inscript. apud Gaufred. in Nicea p.104. Testam. Perpetui Episc.*
y *Theod. Lect. l.1. p.183. Marcell. Theoph. p.102. E. R. Cedren. p.350. E. R. Suid in Zenone. Jornand.*
z *Chr. Al. p.750. E. R.*
A *Ado Vienn. Victor Tunn. Isid. Hisp. p.38. Chron. Reicherſp. an. 474. Chr. Marcian.*
B *Theoph. p.101. E. R.*

ANASTASIUS.

Edit. Paris. pag. 67.

DN ANASTASIVS PP AVG. *Imp. cum stemmate cristato, dextra spiculum ad humerum, sinistra clypeum in quo inscriptus eques.*

VICTORIA AVGGG A. *Victoria gradiens, dextra spissiorem ac longiorem crucem. Ad latus, stellula. Infra,* CONOB. Vide Lipsium lib. 3. de Cruce c. 17. Stradam, &c.

DN ANASTASIVS PF AVG. *Imp. cum diademate.*

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria stans, dextra sertum, sinistra globum crucigerum. Infra,* CONOB. Vide Stradam p. 297. & Gretzerum de Cruce p. 1847.

DN ANASTASIVS PF AVG. *Eadem figura, sed alio habitu, ac forte cum loro Censulari.*

Christi monogramma in corona quercea.

DN ANASTASIVS PP AVG. *Imp. ut in secundo nummo.*

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria, ut in eodem nummo. Ad latus, stellula. Infra,* COMOB.

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria ad lævam gradiens, dextra sertum. Infra,* CONOB.

† / * M * *Infra,* CON. Vide Oct. Stradam p. 257.
A

† / * M * *Infra,* CON.
B

† / * M * *Infra,* CON.

† / * M * *Infra,* NIC.

N † I K.

VII.
FAMILIA ANASTASII AUGUSTI.

Edit. Paris. pag. 85.

I. ANASTASII Imperatoris patris nomen hactenus incertum manet apud Scriptores : [a] ex quibus dumtaxat docemur, Dyrrachio oriundum, ac religione Arianum fuisse. Qui vero Anastasio de generis nobilitate voluere assentari, hunc de Pompeii Magni familia ortum dixerunt, ut ejusce ævi poeta in Epigrammate, quod in [b] Anthologia descriptum legitur. Certe Pompeii nomen in Anastasii gente familiare fuisse patet ex ipsa stemmatis descriptione. Mater vero Anastasii Manichæa, & soror fuit Clearchi Ariani, uti habet [c] Theophanes. Ex quo mirum videri haud debet, si hæreticis parentibus natus filius, toto regni tempore hæreticos ipsos tutatus, Catholicos tam acriter infectatus sit.

Liberi N. Anastasii Patris.

II. ANASTASIUS Imperator.

II. HYPATIUS, de quo post Anastasium.

II. PAULUS, qui Consul fuit anno CCCCXCVI. & DII. Anastasii frater [a] quibusdam dicitur.

II. MAGNA, soror Anastasii Augusti, de qua post Hypatii familiam agimus.

II. FLAVIUS ANASTASIUS, cognomento DICORUS, dignitate SILENTIARIUS, post Zenonis interitum, Imperator dictus est, procurante ARIADNA, ipsius Zenonis conjuge, quam ille, Augustus factus, statim sibi in uxorem adjunxit. [e] Diadema vero excepit in Hippodromo anno CCCCXCI. Ind. XIV. II. Aprilis, feria v. majoris Hebdomadæ. [f] Fulmine in Palatio perculsum & exanimatum quidam prodidere. [g] Marcellinus Comes morte subita præventum excessisse scribit anno DXVIII. Ind. II. De mortis die dissident invicem scriptores. [h] Theophanes in IX. vel ut præfert Codex Palatinus, in II. Aprilis hanc rejicit, manifesto errore, qui ex eo potissimum deprehenditur, quod Anastasium mox imperasse tradat annos XXVII. mensesque septem, quod constare non potest, siquidem ab illius inauguratione, quæ facta est mense Aprili CCCCXCI. ad mensem Aprilem, quo mortuum ait, XXVII. anni tantum intercedunt, quot Anastasio tribuuntur imperii anni in [i] Chronico Alexandrino & apud Victorem Tunnensem. [k] Quidam regnasse volunt annos XXVII. menses III. [l] alii menses II. alii IV. [m] Evagrius menses III. & dies totidem. Denique [n] Marcellinus Comes, accuratiori calculo, regnasse ait annos XXVII. menses II. dies XXIX. unde omnino conficitur non Aprili mense mortuum Anastasium, sed sub IX. Julii, quo Justinus successor Imperator appellatus est. Obiit porro Anastasius, ut est apud eumdem Marcellinum, octogenario major, [o] Theodorus Lector & Victor Tunnensis ætatis annos LXXXVIII. Chronicon vero Alexandrinum XC. & menses V. attribuunt. Anastasii & Ariadnæ conjugis effigies exhibent diptycha Leodiense & Bituricense, apud Wilthemium.

Liberi Anastasii Augusti.

III. N. [p] filia Anastasii Imperatoris, si qua fides Svidæ, mater *Marini*, qui ab avo Lazis præfectus est. *pag. 86.*

III. N. [q] *Anastasii filius nothus, in seditione quæ in eumdem Augustum excitata est in Hippodromo anno* DVII. *interfectus est.*

II. [r] FLAVIUS HYPATIUS, Anastasii Imperatoris frater fuit. Pompejus quippe, Anastasii Imperatoris nepos, Hypatii filius dicitur Procopio, non frater, ut velle videtur eruditus Interpres. Ubi enim de Joanne Pompeii filio : Ἰωάννης ὁ Πομπηίου, τοῦ Ὑπατίου, id est, *Joannes Pompeii filius, Hypatii nepos*: non vero ut Interpres, *filius Pompeii, qui frater fuit Hypatii*: nam Pompejus Hypatii consobrinus, non frater appellatur, ut mox indicabimus. [s] MAGNAM uxorem habuit, cui suos pro Synodo Chalcedonensi libros dicavit Dorotheus Monachus Alexandrinus. Ita sane Theophanes, si Interpretem audimus: nam græca subobscura sunt: Δαρόδιος δὲ ὁ μοναχὸς Ἀλεξανδρεὺς πολύστιχον βίβλον ἔγραψεν ὑπὲρ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ᾗ δίδοκε Μαγνᾷ τῇ νύμφῃ Ἀρτασίου ἐπ' ἀδελφῷ, ὀρθοδόξῳ ἐούσῃ. Sed vereor ne legendum sit, νύμφῃ Σεκουνδίνᾳ, Ἀρτασίου αὐταδελφῇ, &c. ita ut *Magna* ista non Hypatii, sed Secundini conjux fuerit, quæ Anastasii Imperatoris soror fuit. Complures Anastasii nepotes recensent passim scriptores, nullo fere discrimine; cum ex iis vix elici possit ex fratre ne, an vero ex sorore ii extiterint, quod in sequentibus pro viribus conabimur retegere.

Filius Hypatii ex Magna.

III. POMPEJUS.

III. FLAVIUS POMPEJUS, Anastasii Imperatoris nepos dictus [t] Marcellino, [u] Procopio, & [x] aliis, Hypatii filius fuit: siquidem apud Marcellinum Comitem, & in

a *Victor Tunn.*
b *Anthol. l. 5. p. 397. ed. H. Steph.*
c *Theoph.*
d *Evagr. l. 3. c. 29. Theoph. p. 117. E. R. Zonar. Cedren. Salmas. ad hist. Aug. p. 21.*
e *Theoph. p. 119. E. R.*
f *Theoph. p. 141. E. R. Chr. Al. p. 764. E. R. Anast. in Hormis. Joel. p. 172. Victor Tunn. Moschus c. 38.*
g *Marcell. p. 59.*
h *Theoph. p. 141. E. R.*
i *Chr. Al. p. 760. E. R. Victor Tunn.*
k *Theoder. Lect. p. 189. Basil. Cilix apud Phot. cod. 42. Zonar.*
l *Cedr. p. 357. E. R. Jornand. de regn. succ.*
m *Evagr.*
n *Marcell. p. 59.*
o *Theod. Lect. Chron. Alex.*
p *Suid. in Anast.*
q *Theoph. p. 126. E. R. Cedr. p. 358. E. R.*
r *Procop. l. 3. de bello Goth. c. 31.*
s *Theoph. p. 131. E. R.*
t *Marcell. p. 63.*
u *Procop. l. Pers. c. 24.*
x *Anonym. de gest. Constant. p. 489. Theoph. p. 135. E. R.*

[a] Chronico Alexandrino, Hypatii, Anastasii ex sorore nepotis, consobrinus, ut exerte a Procopio Hypatii, Anastasii fratris, filius, nuncupatur. Consul fuit cum Avieno anno DI. Ind. IX. [b] Hunc Anastasius Imperator, ejusque conjugem ANASTASIAM ornatissimam fœminam & piissimam, quod Synodum Chalcedonensem tuerentur, & Macedonio Patriarchæ tum exuli necessaria ad vitam subministrarent, male accepit, quod Theophanes ad annum DXII. revocat. Sed in gratiam postea rediit: [c] narrat quippe vetus scriptor sub vitæ exitum de successore cogitantem Anastasium, alterum ex tribus nepotibus Pompejo, Probo, & Hypatio, eligere statuisse: verum aliter decrevisse divinum Numen, a quo in Justinum diadema postmodum translatum est. [d] Neque tamen imperii familiæ suæ asserendi spem abjecit Hypatius; mortuo enim Justino, cum ad id culmen provectus esset Justinianus, excitata anno illius v. Chr. DXXXXII. in urbe seditione, Hypatius Augustus, Pompeio consobrino adjuvante, a plebe acclamatur, qui ante imperium perdidit, quam haberet, ipso & Pompeio a Justiniano captis & interfectis XIX. Januarii, quinto seditionis die. [e] Uxor Anastasia post conjugis interitum in Syriam concessit, & in Monasterio Montis Oliveti non sine sanctitatis existimatione vixit. [f] Ejusdem nominis fœminæ nobilissimæ ac Patriciæ mentionem agunt Græcorum Menæa, quæ cum a Justiniano Augusto, cui tum uxor erat Theodora, ad nefastum concubitum urgeretur, clam urbe egressa secessit in Ægyptum, ubi reliquum vitæ sanctissime exegit. Eandem cum Anastasia Pompeii uxore esse suadent & ætas qua vixit, & vitæ genus quod utraque amplexa est.

Filii Pompeii.

IV. JOANNES } de quibus mox.
IV. ANASTASIUS }

IV. FLAVIUS JOANNES, Pompeii filius, [g] cum PREJECTA, Vigilantiæ Justiniani Imperatoris sororis filia nuptias iniit, quæ tum ex Areobindo vidua erat. Joanni Epitaphium condidit Julianus Ægyptius, quod habetur in [h] Anthologia, in quo ex Anastasii Imperatoris familia genitus dicitur. Aliud porro quod istud ibidem subsequitur, videtur esse Joannis, [i] qui Consul fuit anno D. & Præfectus Illyrici.

IV. [k] FLAVIUS ANASTASIUS Consul ordinarius, & Comedes domesticorum equitum, cujus Diptychon Consulare servatur Avarici Biturigum & Leodii, Pompeii etiam videtur fuisse filius, quod potissimum colligi datur ex illius prænominibus, quæ avorum ac majorum seriem, ut horum temporum mos ferebat, continent, atque [l] ibidem sic leguntur exarata: FL. ANASTASIVS. PAVLVS. PROBVS. SABINIANVS. POMPEIVS. ANASTASIVS. VIR. INL. COM. DOMESTIC. EQVIT. ET. CONS. ORDIN. Ubi Anastasii postremum nomen est ejusdem Consulis; Pompeii vero, patris: cætera ex illis familia, dignitatibus illustrium virorum nomina sunt; unde interdum quædam ex is repetita observare est. [m] Sabinianum Illyricum, qui Magister militiæ & Consul fuit sub Anastasio anno DII. memorant scriptores. Probos autem & Paulos in Anastasii familia occurrere præterea constat. Consulatum vero iniit Anastasius cum Agapeto anno DXVII. ut est apud Marcellinum Comitem, Marium Aventicensem, & alios: ex quibus emendandi Fasti, qui hunc Consulatum Anastasio Augusto perperam tribuunt.

Edit. Paris. pag. 87.

II. [n] MAGNA, soror Anastasii Imperatoris, nupsit [o] SECUNDINO, vel SECUNDIANO, uti interdum nuncupatur a Theophane, qui Consul fuit cum Felice anno DXI. Scribit idem Theophanes, Hypatii filii, qui Vitaliano tyranno captus fuerat, liberationem ægre obtinuisse Secundinum. Ab eo forte dictum Palatium *Secundinæ* in Hebdomo, de quo in Constantinopoli Christiani agimus.

Liberi Magnæ, sororis Anastasii ex Secundino.

III. FLAVIUS HYPATIUS Patricius, Secundini ex sorore Anastasii filius, [p] Consul fuit anno DI. [q] Biennio post cum Patricio Phryge & Areobindo ab avunculo in Persas missus, Amidam urbem ab iis redemit, nullo alio edito facinore, orto inter duces dissidio. [r] Neque feliciori successu rem egit missus anno DXII. in Vitalianum Scytham tyrannum, [s] a quo in prælio captus, vinculis æreis vinctus, cavea inclusus, [t] & apud castellum Acras diu detentus, tandem patris interventu liberatus est anno DXV. [u] A Justino Augusto deinde contra Persas & Saracenos Orientem incursantes cum imperio missus anno DXXIV. [x] quadriennio post revocatur a Justiniano, in ejus locum suffecto Belisario. Denique cum in ea, quam anno ejusdem Augusti quinto accidisse diximus, seditione, Imperator a plebe fuisset appellatus, a Justiniano captus, capite truncatus est, illiusque corpus in mare projectum XIX. Januarii anno DXXXII. [y] Huic uxor fuit MARIA, ut auctor est [z] Procopius.

III. FLAVIUS PROBUS Patricius, Anastasii Augusti nepos perinde dicitur apud [A] Marcellinum & Procopium: at non omnino constat, an ex fratre vel sorore; ac proinde an Pompeii vel Hypatii frater fuerit, etsi ab alio Anastasii fratre (Paulo fortean) aut sorore prognatum videatur indicare idem Marcellinus, scribens Hypatium, Pompe-

a Chr. Al. p. 784.
b Theoph. p. 135. E. R.
c Anonym. de gest. Constant. p. 283.
d Marcell. p. 63. Chr. Al. p. 780. Procop. l. 1. Pers. c. 24. Victor Tunn. Theoph. p. 158. E. R. Cedr. Zon. &c.
e Cyrill. in vita S. Saba apud Sur. & Lipom. 5. Dec.
f Menæa 10. Martii.
g Procop. l. 3. de bello Goth. c. 31.
h Anthol. Gr. l. 3. c. 1. p. 191.
i Marcell. p. 58. L. 4. Cod. de off. Pref. Pret. Afr.
k Diptych. Leod. Vultbemii.
l Sirmond. ad Sidon. & Ennod.
m Jornand. de reg. succ. p. 61. & de reb. Get. p. 142. Ennod. Pan. reg. ad Theod.
n Niceph. CP. in chronol.
o Theoph. p. 125. 134. 137. E. R.
p Fast. Cons.
q Marcell. p. 48. Procop. l. 1. Pers. c. 8. Theoph. p. 125. 128. E. R.
r Evagr. l. 3. c. 43. Niceph. l. 6. c. 38. Theoph. p. 134. E. R. Jorn. de regn. succ. p. 61. 62.
s Vict. Tunn.
t Marcell. p. 56.
u Theoph. p. 146. E. R.
x Theoph. p. 152. E. R. Procop. l. 1. pers. c. 24.
y Procop. loco cit.
z Marcell. p. 63.
A Procop. 1. pers. c. 24. Anon. de Const.

jum & Probum *genere consobrinos*, *divique Anastasii* fuisse *nepotes*. Consulatum gessit anno DII. DXIII. & DXXV. si tamen Probus iste, qui in Fastis recensetur, idem unusque sit: nam ab [a] Onuphrio Panvinio videntur distingui, primo Flavii, altero Anicii prænomen tribuente, tertium vero Anicium Probum Juniorem appellante. Scribit [b] Procopius a Justiniano missum, quo Hunnorum copias militares cogeret contra Persas. [c] In ea denique, cujus meminimus, excitata seditione anno DXXXII. primus ex tribus consobrinis Imperator a plebe furente appellatus est, quæ in illius domum profecta, ab eo arma petiit, ac demum ipsius Probi domum igne absumpsit: sed quid tum passus sit, & an in hac seditione perierit, non tradunt scriptores.

III. [d] IRENE, Magnæ, Anastasii Augusti sororis, filia, OLYBRIO Juniori, Areobindi ex Juliana Anicia filio nupsit: cujus quidem Olybrii familiam supra attigimus in stemmate Theodosiano.

a *Onuphr. in fast.*
b *Loco cit.*
c *Chr. Al. p. 1786.*

d *Diagramma genealog. Valentin. apud Theoph. & Nicephor. CP. in chronol. & cod. Cæsarem apud Lambec. lib. 2. Comde Cæsar. Bibl. p. 585.*

IVSTINVS THRAX

I

EVPHEMIA

IVSTINIANVS

Familiæ JUSTINI & JUSTINIANI Nomismatum Tab. I.

JUSTINUS THRAX.

Edit. Paris. pag. 89.

DN IVSTINVS PF AVG. *Imp. cum stemmate cristato, dextra spiculum, sinistra clypeum, cui inscriptus eques.*

VICTORIA AVGGG Δ. *Victoria stans, dextra longiorem crucem, ad latus crucis, stellula, infra,* COMOB.

DN IVSTINVS PP AVG. *Imp. eodem quo in priore nummo schemate.*

VICTORIA AVGGG G. *Victoria stans, dextra longiorem crucem, sinistra globum crucigerum, sub quo stellula, infra,* COMOB. Vide Dissert. n. 44.

DN IVSTINVS PP AVG. *Imp. cum stemmate cristato, dextra globum cui insistit victoriola sertum porrigens, sinistra clypeum cui inscriptus eques.*

VICTORIA AVGGG G. *Figura stolata & galeata sedens, dextra hastam, sinistra globum crucigerum, infra,* CONOB. Vide Gretzer. p. 1848.

K. ANNO I. *Supra, crucicula, infra,* TES. Vide Dissert. n. 44.

K ANNO X. *Infra,* CON.

I *In corona quercea.*

De Nummis utriusque Justini, agimus in Dissert. n. 71. Vide præterea Carol. Patinum p. 494.

EUPHEMIA.

DN AEL MARC EVFEMIAE PP AVG. *Augusta.*

VICTORIA AVGGG*. *Victoria stans, dextra longiorem crucem, infra,* CORMOB.

JUSTINIANUS.

DN IVSTINIANVS PP AVG. *Imp. cum stemmate cristato, dextra spiculum, sinistra clypeum, cui inscriptus eques.*

VICTORIA AVGGG A. *Victoria stans, dextra longiorem ac spissiorem crucem, cum stellula ad latus crucis, infra,* CONOB. Vide Alamann. ad Procopii Anecdota p. 77. 1. edit. & Carol. Patinum p. 425.

DN IVSTINIANVS PP AVG. *Imp. cum paludamento & stemmate gemmato & crucigero, dextra globum crucigerum.*

VICTOR AVGVST. *Crux insistens gradibus, infra,* CONOB.

DN IVSTINIANVS PP AVG. *Imp. cum stemmate cristato, dextra globum crucigerum, sinistra clypeum cui inscriptus eques.*

VICTORIA AVGGG B. *Victoria stans, dextra hastam crucigeram, sinistra globum crucigerum, sub quo stellula, infra,* CONOB. Vide Alamann. ad Procopii Anecdota p. 45. 1. edit. Oct. Stradam p. 260. & Gretzer. p. 1855.

I *in corona quercea.*

DN IVSTINIANVS PP AVG. *Imp. cum stemmate cristato, dextra globum crucigerum, sinistra clypeum cui inscriptus eques, supra, crucicula longior.*

M. *cum crucicula,* ANNO XIII. *infra,* CON. Vide Lipsium lib. 3. de Cruce cap. 16.

K. *cum crucicula, & lit.* S. ANNO XIII. *infra,* CAR.

K. *cum crucicula, & lit.* S. ANNO XIII. *infra, stellula.*

K. ANNO XG. *infra,* VV.

I. *seu columna, cui insistit crucicula,* ANNO XXIII. *infra,* Γ.

I. *seu columna cum crucicula,* ANNO XXXI. *infra,* THEV.

CONCORDIA. *Columna crucigera, ad latera,* XG. *infra,* THEVP.

DN IVSTINIANVS PP AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus.*

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria gradiens, dextra sertum, sinistra globum crucigerum, infra,* CONOB.

VOT MVLT HTI. *In corona quercea.* Vide Diss. n. 42.

GLORIA ROMANORVM. *Imp. paludatus stans, dextra hastam, sinistra globum crucigerum.*

M. *Supra, crucicula, infra,* A. *ad latera, stellula, & figura labari, seu Christi monogramma, infra,* ROMA, *in corona quercea.*

M. *Supra, crucicula, ad latera, Christi monogramma, & crucicula, infra,* ROMA, *in corona quercea.*

M. *Supra, & ad latera, cruciculæ, infra,* NIKO.

M. *Supra, crucicula; ad latera, stellula, & crucicula, infra,* KART.

M. *Supra, & ad latera, crucicula, infra,* CON.

I. *seu columna, cui crucicula imposita, Christi monogramma inter* I. & B. *infra,* ALEξ. Vide Dissert. n. 50.

K. *Retro, crux longior inter litt.* M & I. *stellula intra litteræ* K. *brachia.*

C. *cum cruce ex interiore elementi parte prodeunte.*





IVSTINVS

IVNIOR



Edit. Paris. pag. 91.

Familiæ JUSTINI & JUSTINIANI Nomismatum Tab. II.

K. *Inter cruciculam & stellulam, in corona quercea.*

K. *Inter stellulam & cruciculam, in corona quercea.*

I. *Seu columna crucigera. Ad latera,* ANNO XIIII. *Infra,* CAR.

DN IVSTINIANVS PP AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus, & crucicula ad pectus.*

M. *Supra, crux. Ad latera, stellula, & crucicula. Infra,* KAR.

M. *Supra, & ad latera, crucicula. Infra,* B.

DN IVSTINIANI PP AVG. *Imp. simili schemate, cum crucicula ad pectus, pessime effigiatus.*

VICTORIA AVGVSTOR. *Victoria gradiens, dextra sertum. Infra,* CONO.

DN IVSTINIANVS PP AG. *Imp. simili fere schemate, cum crucicula ad pectus. Supra caput alia crucicula.*

VICTORIA AVGVSTI. *Victoria gradiens, dextra sertum. Infra,* CONOB.

DN IVSTINIANVS PP AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus, habitu, ut videtur, Consulari.*

C N. *In corona quercea.*

R-T. *Supra, crucicula. Infra, stellula. Ad latera,* D N. *in corona quercea.*

P K.

Globulus cui insistit majus Christi monogramma inter duas stellulas, in corona quercea. Vide Gretzerum p. 1855.

V. *In corona quercea.*

Δ. *Ad latera,* P A.

Imp. stolatus stans, dextra hastam desinentem in crucem, vel potius in Christi monogramma. sinistra globum crucigerum.

I B. *Inter globum crucigerum. Infra,* ΑΛΕΞ. Vide Differt. n.

JUSTINUS.

DN IVSTINVS PP AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus.*

VICTORIA AVGVSTORV. *Globus, cui insistit crux. Ad latera,* AR. *Infra,* CONOB.

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria stans, dextra sertum, sinistra globum crucigerum. Ad latus, stellula. Infra,* CONOB.

CONCORDIA. *Columna cui crux insistit. Infra,* GNA.

M. *Supra & ad latera, cruciculæ. Infra,* ANT X. Vide Oct. Stradam p. 259.

M. *Supra, crucicula; ad latera, stellulæ; intra litteram* Γ. *infra,* CON.

K. *Ad latera, stellula, & crucicula, in corona quercea.*

Christi monogramma. Ad latera, Γ E.

E †. *In corona quercea.* Vide Petavium p. 15.

R ² D. *In corona quercea.*

R ² / ₀ D. INVICTA ROMA. *In corona quercea.* Vide Petavium p. 9.

DN IVSTINVS AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus.*

R ² / ₀ D. *Supra crucicula, in corona quercea.* Vide Gretzerum pag. 1848. & Paulum Petavium pag. 9.

DN IVSTINVS PP AG. *Imp. cum diademate ex unionibus, & Christi monogrammate ad pectus.*

M. *Supra, & ad latus, crucicula. Infra,* Γ.

DN IVSTINVS PP AVG. *Duæ figuræ paludatæ sedentes, quarum altera altior globum crucigerum, altera crucem longiorem, inter utriusque capita nimbis exornata visitur crucicula.*

M. *Supra crucicula. Infra,* A. *Ad latera,* ANNO II. *Infra,* CON.

M. *Supra, crucicula. Infra,* S. *Ad latera,* ANNO III. *Infra,* NIKO.

M. *Supra crucicula. Infra,* B. *Ad latera,* ANNO G. *Infra,* NIKO.

Idem cum superiore, nisi quod pro B. *præfert* A.

M. *Supra, crucicula. Infra,* Γ. *Ad latera,* ANNO GIII. *Infra,* CON.

Famil. Byzant.

Edit. Paris. pag. 93.

Familiæ JUSTINI & JUSTINIANI Nomismatum Tab. III.

M. *Supra*, *crucicula*, *infra*, B. *ad latera*, ANNO GIII. *infra*, NIKO.
ANNO GII. *catera ut in superiore*. *infra*, CON.
K. *Supra*, *crucicula*, *ad latera*, ANNO X. *infra*, KYZ. *al.* NIKO. Gretzer. p. 1848.
M. *Supra*, *crucicula*, *infra*, B. *ad latera*, ANNO XII. *infra*, RYZ.
XX. *Supra*, *crux*, *infra*, ROM.
* VICTORIA AVGGG B. *Victoria stans*, *dextra*, *scipionem crucigerum*, *sinistra globum crucigerum*, *infra*, CONOB. Baron. an. 527. Gretzer. p. 1850. *al. pone*, *stellula*. Id. Gretz. p. 1848.

VTII IJ TTS PP AV. *Duæ figuræ paludatæ, sedentes, una globum crucigerum tenent, capita nimbis adornantur. Utergue præterea bacillum vel sceptrum tenet.*
K. *Supra*, *crucicula*, *infra*, P. *ad latera*, ANNO II III.
M. *Supra*, *crucicula*, *infra*, Γ. *ad latera*, ANNO GI. *infra*, THEUP.
M. *Ut supra*, *præterquam quod præfert* GII.
K. *Supra*, *crucicula*, *ad latera*, ANNO IIII.

DN IV AAΓ. *Duæ protomæ Impp. quarum altera altior, cum stemmate crista to, infra*, VITA.
K. *Supra*, *crucicula*, *infra*, S. *ad latera*, ANNO VIII *infra*, KAR.
NIM. Vide Dissert. n. 71.

Imperator cum insoleuti schemate & diademate, dextra globum crucigerum, sinistra crucem, absque inscriptione.
Protome Imperatoris paludati, dextra globum crucigerum, ad latus, crucicula, infra, X M N.

GOTHORUM IN ITALIA REGES.

INVICTA ROMA. *Proteme mulieris galeatæ, ad cujus pectus inscripta lit.* R.
V. DN THEODORICVS S.
DN IVSTINIAN AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus.*
DN ATHALARICVS REX. *In corona quercea.* Vide Oct. Stradam p. 230.
INVICTA ROMA. *Caput Romæ galeatum.*
DN ATHALARICVS. *Figura militaris stans, dextra hastam, sinistra clypeo innixus, ad latera* S & C
DN ATHALARICVS REX. *In corona quercea.*
DN THEODAHATVS REX. *Theodahatus cum stemmate insolenti.*
VICTORIA PRICPVM. *Victoria rostro navis insistens, dextra sertum, sinistra palmam, ad latera*, SC.
VICTORIA PRINCIPV. *Ead. figura.* Vide Oct. Stradam p. 230.
VICTORIA PRINCIPVM. *Ead. figura.*
DN IVSTINIAN AVG. *Imp. cum diademate ex unionibus.*
DN THEODAHATVS REX. *In corona quercea*,
INVICTA ROMA. *Caput Romæ galeatum.*
DN THEODAHATHVS REX. *In corona quercea.* Vide Paulum Petavium p. 19.
DN IVSTINIAN AVG. *Imp. cum diademate.*
DN VVITICES REX. *In corona quercea.*
INVICTA ROMA. *Caput Romæ galeatum.*
DN VVITICES REX. *In corona quercea.*
DN BADVELA REX. *Protome ejusdem Regis.*
DN BADVELA REX. *In corona quercea.*
FLVREAZ ZEMPER. *Figura militaris, dextra hastam, sinistra clypeo innixus, ad latus*, X. Vide Dissert. n. 42.
DOMNOIAU III VC. *Imp. cum diademate.*
DN BADVILA REX. *In corona quercea.*

De Nummis istis Regum Gothicorum copiose egimus in Dissert. 23. ad Joinvillam, & in Dissert. de inferioris Imperii Numismatib. n. 73.

Familiæ JUSTINI & JUSTINIANI Nomiſmatum Tab. IV.

Edit. Pariſ. pag. 94.

REGES FRANCORUM.

DOCCIO MONET. *Rex cum diademate.*

VICTORIA AVGVSTORVM. *Crux, ſub qua hi characteres,* VO II. *Infra,* CoNoB.

DN THEODEBERTVS VICTOR. *Rex cum ſtemmate criſtato, dextra ſpiculum, ſiniſtra clypeum cui inſcriptum eques.*

VICTORIA AVGGGI. *Victoria ſtans, dextra longiorem crucem, ſiniſtra globum crucigerum, ſub quo ſtellula. Ad pedes,* B. *Infra,* ICo NoB.

DN THEODEBERTVS VICTOR. *Rex ſimili ut priore ſchemate.*

VICTORIA AVGGGI. *Victoria, ut ſupra. Ad pedes,* RE. *Infra,* CoNoB.

DN THEODEBERTVS. *Regis caput diadematum. Victoria ſedens, dextram protendens.*

CHILDERICVS REX. *Caput Regis cum diademate ex unico unionum filo.*

CHLOTARIVS REX. *Crux. Ad latera,* M A. *Infra,* CONOB.

De nummis iſtis Regum Francicorum, qui & ſchemata Imperatorum Conſtantinopolitanorum præferunt, & inſcriptiones, Diſſertationem inſtituimus ad Joinvillam, quæ eſt 23. egimus etiam in Diſſert. de inferioris ævi Nomiſmatib. n. 49.

VIII.

FAMILIA JUSTINI THRACIS, ET JUSTINIANI AA.

Edit. Paris. pag. 95.

I. CUM ex familia omnino obscura natus sit JUSTINUS Augustus, parentum nomina scriptores reticuere, quos [a] Procopius agricolas, & Zonaras bubulcos fuisse ajunt. Ex iis prodiere

II. JUSTINUS Imperator, &
II. VIGILANTIA, de qua post Justinum fratrem agimus.

II. FLAVIUS ANICIUS JUSTINUS, [b] Bederianæ nascitur, urbe in ea Illyrici parte, quæ Thraciæ finitima est, sita: unde promiscue a scriptoribus [c] Illyricianus & [d] Thrax cognominatur; quam quidem urbem de suo nomine Justinianam postmodum appellavit Justinianus. [e] Ex gregario variis decursis militiæ gradibus, Comes Excubitorum & Curopalata creatus ab Anastasio, eo extincto, Imperium adeptus est, Prætorianis ipsoque Senatu faventibus, [f] IX. Julii anno DXVIII. cum ætatis LXVIII. tunc attigisset. Religionem ac pietatem coluit, Synodum Chalcedonensem acriter tutatus, [g] licet cætera rebus publicis gerendis minus idoneus. [h] Obiit ex vulnere quod in bello ex ictu sagittæ in pede acceperat, Kal. Augusti, ut habet Evagrius, seu ut Cyrillus Scythopolitanus, II. Augusti Ind. V. anno DXXVII. ætatis LXXVII. Imperii IX. mense II. ut est apud Marcellinum, seu, ut scribit Evagrius, anno IX. die III. juxta Zonaram anno IX. & die XX. seu potius XXII. Imperavit solus, secundum [i] Chronicon Alexandrinum, annos VIII. menses IX. dies V. & cum Justiniano menses IV. quod tamen constare haud potest, siquidem a IX. Julii DXVIII. ad I. April. DXXVII. quo Justinianus Imperator a Justino dictus est, juxta idem Chronicon, intersunt tantum anni VII. menses totidem, dies XXI. denique Evagrius tradit Justinianum Augustum creatum a Justino anno VIII. Imperii, mense IX. die III. [k] Illius corpus in tumulo marmoreo prasino cum uxoris cadavere conditum est in æde S. Euphemiæ. [l] Hæc LUPICINA, seu, uti ab [m] aliis scriptoribus nuncupatur, LUPICIA primum dicta, [n] conjuge demum Imperatore creato, cum illa perinde coronaretur, a Factionibus, ex ea, quam scriptores produnt occasione, EUPHEMIA nuncupata est: cui ÆLIÆ MARCIÆ additum prænomen ostendit illius nummus aureus, in cujus antica hæc leguntur: DN AEL MARC EVPHEMIAE PP AVG. [o] Obiit vero marito superstite, nec multo post illius inaugurationem, ut testatur Procopius, A etsi ad IX. Justini annum ejus mortem revocet [p] Cedrenus. Illius corpus in S. Euphemiæ æde, quam ædificaverat, seu, ut Codino placet, in æde S. Procopiæ humo conditum est. Theophanes & Cedrenus videntur innuere Justinum alteram sibi conjugem adjunxisse Theodoram: [q] sed observatum a viris doctis luxatos horum scriptorum locos, quos de Theodora Justiniani uxore capiendos recte annotant.

II. VIGILANTIA, seu, ut Græci efferunt, [r] BIGLENIZA, Justini Imperatoris soror, [s] & Justiniani Imperatoris mater, SABATIO, qui ab Illyricianis ISTOKUS vocabatur, nupsit, ut auctor est [t] Theophilus Abbas in vita ejusdem Justiniani. Scribit [u] Petrus Luccarus in Annalibus Ragusinis Selimirum Dalmatiæ & Serviæ Regem Istoki istius sororem in uxorem habuisse; cujus quidem affinitatis jure beneficia complura obtinuit a Justiniano, cujus ex parte uxoris avunculus erat. [x] Subdit idem Theophilus Biglenizam mœrore contabuisse, cum filium a pudendis cum Theodora meretrice nuptiis avertere nequivisset.

Liberi Vigilantiæ ex Sabatio.

III. JUSTINIANUS Imperator.
III. N. frater Justiniani, } de quibus suo loco. *pag. 96.*
III. VIGILANTIA, }

III. FLAVIUS ANICIUS JUSTINIANUS, [y] nascitur V. Maii (incertum quo anno [z] Taurisii, oppido haud procul a Bederina in Dardania sito, non vero in Cypro insula, ut [A] quidam dixere. [B] Candidatus primum, ac deinde Magister militum, [C] Nobilissimus, [D] ac postea Cæsar ad Senatorum supplicationem a Justino Augusto, ut ajunt, invito creatur anno DXXIV. a quo tandem, cum ægritudine conflictaretur, particeps Imperii successorque [E] appellatus est, IV. ipso Paschatis die, ut est apud [F] Theophanem, vel secundum alios, V. Aprilis, anno DXXVII. Indict. V. proindeque cum avunculo imperavit Justinianus totos menses IV. Tradunt Cedrenus & Zonaras annos XLV. tum natum: at [G] Procopius plane adolescentem fuisse ait, cum sub Justino avunculo rempublicam administrabat. [H] Obiit XIII. seu, ut [I] aliis placet, XIV. Novembris anno DLXVI. Ind. XV. quæ I. Septembris hoc anno cœpit. Theophanes Justiniani mortem in Indictionem XIV. rejicit: [K] un-

a *Procop. Anecd. p. 27. 1. ed. Zonar.*
b *Procop. loco cit. Agath. l. 5.*
c *Theod. Lect. p. 189. Theophan. Victor Tunn.*
d *Evagr. l. 4. c. 1. Basil. Cilix apud Phot. cod. 42. Chr. Al. p. 765.*
e *Procop. Chr. Al.*
f *Chron. Alex. Evagr. l. 4. c. 1.*
g *Procop. Anecd. & l. 1. Vand. c. 9.*
h *Chr. Al. p. 773. Theophan. Evagr. l. 4. c. 9.*
i *Chr. Al. p. 707. Evagr. l. 4. c. 9.*
k *Cedren. p. 366. E. R.*
l *Vict. Tunn.*
m *Theod. Lect. l. 2. p. 189. Theoph. p. 181. E. R. Cedr. p. 363. E. R. Zonar. p. 48. E. R.*
n *Theoph. p. 111. E. R. Procop. Arc. p. 45. E. R.*
o *Procop. Anecd. p. 45. E. R.*
p *Cedr. Alaman.*
q *Alamann. ad Procop. p. 36. 1. ed.*
r *Theophil. in vita Justin. apud Alaman. p. 62.*
s *Procop. Anecd. p. 57. E. R. Marcell. p. 62.*
t *Theophil.*
u *Pietro Luccari l. 1. p. 3.*
x *Apud Alaman. p. 35.*
y *Theophan. Baron. an. 535. n. 55. 57.*
z *Procop. l. 4. de Ædif. c. 1. Agath. l. 5. p. 166. E. R.*
A *Const. de adm. imp. c. 47.*
B *Victor Tunn.*
C *Marcell. p. 62.*
D *Victor. Tunn.*
E *Procop. hist. arc. c. 9. Marcell. p. 62. Chr. Al. p. 770. Evagr. l. 4. c. 9. Cyrill. Scyth. apud Alamann.*
F *Theoph. p. 148. E. R.*
G *Procop. Anecd. p. 29. E. R. & Alam.*
H *Theoph. p. 204. E. R.*
I *Chr. Al. p. 860.*
K *Baron. Petav.*

de quidam mortuum anno DLXV. dixerunt; quod fane adſtruere videtur ſubſcriptio Novellæ Juſtini Junioris, *Ut poſſit ex conſenſu diſſolvi matrimonium*, quæ primum ejuſdem Juſtini annum in menſem Septembrem Indictionis XV. conjicit. Ita enim concepta legitur, ut eſt a [a] Pithœo edita, DAT. XVIII. KAL. OCTOB. CALCEDONE IMP. DN. IVSTINO PP. AVG. ANNO PRIMO. INDICTIONE QVINTADECIMA. Nam ita habetur apud Scrimgerum: DAT. XVII. K. OCT. CONSTANT. IMP. DN. IVST. PP. AVG. ANNO I. nulla Indictionis facta mentione. Id denique firmat ſubſcriptio alterius Juſtini Novellæ, *De filiis liberarum*, quæ dicitur DAT. KAL. MART. CONSTP. IMP. DOM. N. PP. AVG. IVSTINI ANNO V. INDICTIONE TERTIA. Nam hac ipſa Indictione menſe Martio annus Juſtini fuit revera quintus. Proinde imperavit Juſtinianus, initio Imperii ducto a I. Auguſti anno DXXVII. Ind. V. qua Juſtinus patruus obiit, ad XIV. Novembris an. DLXV. Indict. XIV. annos XXXVIII. menſes III. dies XIV. Certe anni trigeſimi noni Imperii Juſtiniani meminit [b] vetus Inſcriptio, incœpti ſcilicet. Quod ſi calculus ineatur a I. Aprilis an. DXXVII. Ind. V. quo a patruo Juſtino Imperator appellatus eſt, dicendum erit eum imperaſſe annos XXXVIII. menſes VII. dies XIV. vel XIII. quot fere plerique ſcriptorum Imperii annos Juſtiniano adſcribunt. [c] Evagrius quippe ait imperaſſe annos XXXVIII. menſes VIII. Sanctus Nicephorus an. XXXVIII. dies VII. Chronicon Alexandrinum an. XXXVIII. menſes II. denique Theophanes, Cedrenus & Zonaras an. XXXVIII. menſes VII. dies XIII. Nec mirum ſi in menſibus apud Nicephorum & auctorem Chronici Alexandrini mendum irrepſerit, cum id ſit librariorum ſeu exſcriptorum, atque adeo etiam apud [d] Victorem Tunnenſem, qui Juſtinianum ſcribit imperaſſe annos XXXIX. menſes VII. proclivi, inquam, librariorum errore in notis numeralibus. Sed longe errat Joannes Scholaſticus, qui totos XL. annos Imperii Juſtiniano adſcribit. Verum neſcio cur in [e] Græcorum Menæis agi dicatur II. Auguſti *μνήμη τοῦ ἐν ὑσιᾳ τῆ μνήμη γινομένη βασιλέως Ιυστινιανῦ ἐν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις*, *memoria piæ recordationis Imperatoris Juſtiniani in æde Apoſtolorum*, cum hoc die nullus ſcriptor mortuum tradat. [f] Quidam anno octuageſimo ſecundo, alii nonageſimo ætatis anno obiiſſe volunt. Juſtiniano uxor fuit THEODORA, [g] Acacii Urſarii, ſeu qui beſtiis ad amphitheatrales venationes alendis præfectus erat, filia, quam e publico proſtibulo in legitimam conjugem ſibi adſcivit, poſt exceſſum Euphemiæ Auguſtæ & matris, [h] quæ quamdiu fuere in vivis, his pudendis nuptiis ſemper obſtiterunt, quibus ut locum daret, ab avunculo obtinuit, ut ea revocaretur lex, qua Senatores virique dignitatibus illuſtres ſcenicis mulieribus matrimonio jungi vetabantur, alia [i] lege lata quæ in Codicem relata, perperam Juſtinianum pro Juſtino auctorem præfert. Hanc ob avaritiam, ſtupra, & hæreſim proſcindunt paſſim [k] ſcriptores, ut quæ etiam conjugem ad illicita non ſemel impulerit, coegeritque. [l] Cancri plaga corpore toto perfuſa obiit menſe Junio anno DXLVIII. Ind. II. ut habet [m] Theophanes, & ex eo cæteri, qui [n] Procopio conſentiunt, ſcribenti mortuam Theodoram anno XXII. Juſtiniani, cum in Palatio XXI. annos & menſes III. exegiſſet, poſt Conſulatum Baſilii anno VII. non vero IX. ut eſt apud Victorem Tunnenſem. [o] Theodoræ ſorores fuere duæ, [p] COMITO & [q] ANASTASIA, prior Theodora ſorore haud vita probior, Sittæ Patricio a Juſtiniano uxor data eſt, a quo is poſtmodum Dux Armeniæ eſt creatus. [r] Ab alterutra prodiere JOANNES Conſul Codicillaris, & GEORGIUS Curator Palatii Marinæ, qui a Theophane Juſtiniani nepotes nuncupantur. A quibuſdam etiam Juſtini Junioris conjugem Sophiam Theodoræ Auguſtæ neptim habitam tradit [s] Victor Tunnenſis: quo caſu Theodoræ perinde neptis fuerit Sophiæ ſoror, quæ, ut eſt apud [t] Codinum, ſtupris famoſa vixit. Perperam porro ſcribit [u] Aimoinus Juſtiniani uxorem Antoniam appellatam, ſororemque fuiſſe Antoninæ, uxoris Beliſarii, quæ non Auguſtæ ſoror, ſed ei a Veſte fuit. Extat etiamnum Ravennæ in ſacra æde S. Vitalis in ſacelli maximi pariete, aræ maximæ ad dexteram, pictura vetus opere muſivo adhuc integra, ab [x] Hier. Rubeo & N. Alemanno publico donata, quam hic rurſum exhibemus, ne quid ad Stemmatum Imperatorum CP. illuſtrationem omittamus: in qua qui crucem geſtat manibus, eſt MAXIMIANUS Epiſcopus Ravennas, cujus nomen ſupra caput legitur. Prope ipſum, qui videtur offerre munus, Juſtinianus eſt Imperator, qui tempore Maximiani vivebat. Hujus habitus facieſque, inquit Rubeus, eadem eſt quæ & illi; niſi quod ea eſt ſenioris, quæ conſpicitur in D. Apollinaris novi, in hac urbe, his inſcriptis, DN. IVSTINIANVS. Ad ſiniſtram aræ maximæ ejuſdem ſacelli D. Vitalis eodem picta opere temporeque habetur imago alia Theodoræ Auguſtæ Juſtiniani uxoris, cum ſex aut ſeptem nobilium fœminarum imaginibus; ex qua quidem tabella ſolius Auguſtæ delineata eſt imago ab Alemanno, cum integram tabellam exhibeat Rubeus.

Edit. Pariſ. pag. 97.

a *Nov. Juſtini a Pithœo edita.*
b *Gruter. 161. 1.*
c *Evagr. l. 4. c. 40. S. Niceph. chron. Chr. Al. p. 772. Theoph. p. 203. E. R. Cedr. Zon. &c.*
d *Victor Tunn. p. 127. Ado Vienn. Joan. Scholaſt. Joel.*
e *Menæa 2. Aug.*
f *Niceph. Alam. ad Procop. p. 21. E. R.*
g *Procop. Anecd. p. 40. E. R.*
h *Id. Procop.*
i *L. 29. de nupt.*
k *Procop. Anecd. p. 57. E. R. & l. 3. de bello Goth. Evagr. l. 4. c. 10. Anaſt. in S. Silveſtro p. 39.*
l *Procop. Victor Tunn.*
m *Theoph. p. 191. E. R. Diac. l. 16. p. 464. Cedren. p. 375. E. R.*
n *Procop. lib. 3. Goth. c. 30.*
o *Procop. Anecd. p. 40. E. R.*
p *Theoph. p. 149. Cedr. p. 367. E. R.*
q *Procop. Anecd.*
r *Theoph. p. 199. E. R.*
s *Victor Tunn.*
t *Codin. de Orig. p. 18. E. R.*
u *Lib. 2. Hiſt. c. 5.*
x *Hier. Rubeus in Hiſt. Raven. p. 197.*

Liberi Justiniani Augusti & Theodoræ. A

IV. JOANNES *ex Theodoræ cum quodam Arabe stupro ante initum cum Justiniano conjugium natus, ut prodit* d *Procopius.*

Edit. Paris. pag. 98.

a *Ex Justiniani cum Theodora conjugio nullos superfuisse liberos consentiunt plerique scriptorum; testaturque* b *Cyrillus Scythopolitanus, Theodoram prolis habendæ avidam, Sabam virum vitæ sanctitate celebrem exoravisse, quo precibus suis id a Deo impetraret; quod ille renuit. Ita qui Justiniano & Theodoræ vulgo adscribuntur liberi, non ex legitimo eorum connubio, sed ex alterutrius nefasto contubernio nati sunt.*

IV. THEODORUS, *cognomento* TZIRUS, *Justiniani Imperatoris filius fuisse dicitur, quod apud* c *Theophanem Byzantium Justiniani filius appelletur: verum cum Justinianus iste Imperator non dicatur, non video cur Augusto potius, quam uni ex Justinianis, qui multi hoc nomine tunc floruere, adscribi debeat.*

IV. N. *filia ejusdem Theodoræ, & si Alamanno credimus, ex Justiniani & ejusdem Theodoræ nuptiis, quæ mater fuit* ANASTASII. *Id tamen ex* e *Procopio haud omnino evincitur, apud quem Anastasius iste Theodoræ* θυγατριδὸς & ἔγγονος, *id est ex filia, non vero Justiniani, nepos dicitur. Unde fortean licet conjicere etiam ante nuptias natam hanc filiam. Anastasio porro* JOANNINAM *Belisarii ex Antonina filiam unicam, spe ingentis hæreditatis adeundæ, in uxorem collocavit Theodora, invitis ac renuentibus parentibus, qui post Augustæ decessum ex Italia reduces, puellam ab Anastasii, cum quo octo exegerat menses, contubernio, per vim avulsam alteri nuptum dederunt.*

a *Const. Manass.*
b *Apud Alaman. p.* 10.
c *Theoph. Byz. apud Phot. p.* 134.

d *Procop. Anecd. p.* 76. *E.R.*
e *Procop. Anecd. p.* 20. 24. 25. *lib.* 2. *Vand. E.R.*

III. [a] VIGILANTIA, Justiniani Augusti soror, Sabatii ex Vigilantia seu Bigleniza filia, [b] DULCISSIMO matrimonio juncta est. Ejus non semel meminit [c] Corippus, ac maxime his versibus:

Mater consilii placidis Vigilantia rebus
Semper inest oculis, quamque omni pectore gestas,
Alma Augusta tui consors Sapientia regni.
Tu quoque Justitiæ nomen de nomine sumens, &c.

ubi allüdit ad nomina Justini & Sophiæ, & Vigilantiæ matris Justini.

Liberi Vigilantiæ ex Dulcissimo.

IV. JUSTINUS Imperator.

IV. [d] BIDURIUS, seu BIDUARIUS, uti etiam interdum appellatur, Comes Stabuli Imperatorii. Narrat Theophanes, cum Justinus anno imperii VIII. Biduarium fratrem, ex nescio qua offensa male habuisset, id ægre tulisse Sophiam Augustam, ipsumque Justinum pro temere perpetratis veniam petiisse. Idem videtur qui gener fuit ejusdem Justini, licet a Theophane, & qui eum secuti sunt, scriptoribus, frater dicatur.

IV. MARCELLUS Justini frater nuncupatur a [e] Corippo:

Ipse inter primos vultu præclarus honoro,
Fratris in obsequium gaudens Marcellus obibat.

[f] Is porro Marcellus videtur, qui a Justiniano avunculo copiarum ductor in Persas missus est anno DLXI.

IV. [g] PRÆJECTA a Justiniano avunculo nuptum data est AREOBINDO Patricio, quem ille Urbi, mox Prætorio Orientis Præfectum, ac denique [h] Magistrum militiæ in Africa dixit anno DXLVI. ubi ille sequenti anno a Guntharito, qui tyrannidem invaserat, interfectus est. [i] Præjecta vero vidua ex Africa anno DXLVII. reversa Constantinopolim, [k] JOANNEM Anastasii Augusti ex Pompejo fratre nepotem in secundum conjugem sibi adscivit, uti supra observatum.

IV. Nepotum ex fratribus aut sororibus Justiniani Augusti aliorum præterea mentionem non semel injiciunt scriptores, parentum suppressis nominibus. Hos inter eminet [l] MARCIANUS, qui ab eodem Justiniano cum exercitu in Mauros missus est anno DLXII. & Justiniani *ἀνέψιος* a Theophane, *ἀδελφος* a Theophane Byzantio, denique *συγγενὴς* ab Evagrio appellatur. [m] Memoratur etiam HELENA Justini neptis, cujus statua juxta ejusdem Augusti & Sophiæ statuas stetit Constantinopoli.

Edit. Paris. pag. 99.

IV. FLAVIUS ANICIUS JUSTINUS, [n] JUNIOR, & [o] THRAX cognominatus, quod ex Thracia ortum duceret, & interdum CUROPALATA, quod hac dignitate Justiniano avunculo imperante functus fuerit, eidem Imperator subrogatus, [p] postridie mortis ejus a Joanne Patriarcha coronatur. Varie de illius moribus scriptores sentiunt: [q] quidam enim in rebus gerendis dexteritatem ejus prædicant, ajuntque alienum licet a bellis, legum fuisse amantem ac justitiæ: [r] alii ut avarum perstringunt, quique posthabitis egenis, divitum bona per fas & nefas invaderet ac diriperet. [s] Obiit V. Octobris anno DLXXVIII. Indict. XII. cum nullis superstitibus liberis, Tiberium antea a se adoptatum, Imperatorem dixisset; [t] & in Justiniani avunculi sepulchro conditus est. Justinum cum amentia mortuum scribit [u] Hugo Flaviniacensis; sed unde id hauserit, incertum. De Imperii annis dissident scriptores: [x] quidam enim regnasse ajunt annos XIII. [y] alii annos XI. menses VIII. [z] Evagrius vero imperasse scribit solum annos XII. menses X. & dimidium, & cum Tiberio annos III. menses XI. qui secundum ejus calculum annos XVI. menses IX. cum dimidio conficiunt. Cedrenus extinctum ait anno Imperii duodecimo; Marius Aventicensis anno decimo tertio. [A] Gregorius Turonensis XVIII. annos imperii Justino adscribit. Denique [B] Joannes Biclarensis ait regnasse annos XI. Ex qua porro scriptorum sententiarum varietate vix omnino erui potest, an revera anno DLXV. an vero sequenti Imperii habenas exceperit, ut inde Justiniani obitus tempus certo eruatur. At si Justinianus obiit XIV. Novembris, Indict. XIV. anno DLXV. sequitur eum regnasse annos XII. menses XI. dies IX. [C] Uxorem duxerat SOPHIAM, quæ, ut supra observatum est, Theodoræ Augustæ neptis asserebatur, quam is Imperator factus diademate donavit. [D] Marito superstes, in palatio, quod de ejus nomine ad Urbem is condiderat, secessit, cum Tiberium, quem idem adoptaverat Augustus, in secundum conjugem accipiendi spes excidisset, ut qui uxorem haberet, quod hactenus ignoratum fuerat. [E] Vitam produxit ad Mauricii tempora, cui cum Constantina Tiberii filia ingentis pretii coronam obtulit anno Christi DCI. ut scribit Theophanes.

Liberi Justini Augusti ex Sophia.

V. [F] JUSTUS natus ex Justini & Sophiæ nuptiis, obiit infans, & antequam parens ad Augustam evectus esset dignitatem; humatusque fuit in æde S. Michaelis versus Portum Juliani.

V. [G] ARABIA Justini Augusti junioris filia dicitur apud Scriptores de Originibus CP. qui ejus statuam cum parentum statuis in hac urbe stetisse scribunt. Unde vero simillimum videtur, eam Justini filiam esse, quæ BADUARIO, sive BAUDARIO, uti appellatur a [H] Joanne Biclarensi, nupsit, qui a socero Imperatore facto Curopalata creatus est, ut ait [I] Corippus:

Dispositorque novus sacræ Baduarius aulæ,
Successor soceri mox factus Cura Palati.

[K] Hic a Justino anno Imperii X. cum exercitu in Longobardos missus, ab iis deletus, non multo post vitam amisit anno DLXXVI. Incertum porro an is [L] Baduarius sit, qui anno Justiniani XII. Magister militum agebat in Scythia, vel illius

a *Procop. lib. 2. Vand. c. 24. Codin. de Orig.*
b *Victor Tunn.*
c *Coripp. in præf. & l. 2. n. 6. l. 2. n. 9. l. 4. n. 2.*
d *Theoph. p. 268. E. R. Diac. l. 16. p. 473. Anast. hist. Eccl. p. 204. E. R.*
e *Coripp. l. 2. n. 8.*
f *Theoph. p. 200. E. R.*
g *Procop. lib. 2. Vand. c. 24. 27.*
h *Jornand. de reg. succ. p. 594. Theoph. p. 182. E. R. Vict. Tun. p. 129. Marcell. p. 74.*
i *Marcell. p. 75.*
k *Procop. lib. 3. Goth. c. 31.*
l *Theoph. Byz. apud Phot. Theoph. p. 202. E. R. Evagr. l. 5. c. 8. 9. Diac. l. 16. p. 49.*
m *Codin. Orig. p. 20. E. R.*
n *Cod. n. Orig.*
o *Theoph. p. 204. E. R. Cedren. p. 588. E. R.*
p *Coripp. Evagr. l. 5. c. 1. Theoph. p. 204. E. R. Diac. l. 16.*
q *Theoph. Cedr. Zon. Manass.*
r *Vvarnefr. l. 3. de gest. Long. c. 11.*
s *Chr. Al. p. 862.*
t *Cedren. p. 395. E. R.*
u *Hugo Flav. in chron. p. 95.*
x *Theoph. Joel. Chron. Codini.*
y *Chr. Al. p. 862.*
z *Evagr. l. 5. c. 2.*
A *Greg. Tur. l. 5. c. 31.*
B *Io. Biclar.*
C *Victor Tunn.*
D *Joel. Theoph. p. 211. E. R.*
E *Theoph. p. 236. E. R.*
F *Theoph. p. 205. E. R.*
G *Codin. de Orig. p. 20. 44. E. R. Anonym. antiq. CP. p. 91.*
H *Joan. Biclar.*
I *Coripp. l. 2. n. 8.*
K *Joan. Biclar.*
L *Theoph. p. 184. E. R.*

filius ; rursumque an idem cum Bidurio vel Biduario, quem Justini fratrem videtur appellare [a] Theophanes : etsi diversos arguant non cognationum modo utrique attributi gradus, sed etiam diversæ dignitates : cum prior Comes Stabuli, alter Curopalata fuisse dicatur. [b] A Baduariorum vero gente Græcanica originem, opinor, sumpsit BADUARIORUM Venetorum illustris familia, a quibus sancti Joannis Evangelistæ ædem Venetiis anno DCCXC. excitatam tradunt. Hi pro insignibus gerunt fascias transversas miniatas & argenteas, leone aureo his superfuso.

III. N. [c] frater Justiniani Imperatoris. Hujus nomen reticent scriptores, licet filiorum mentionem agant non semel, ac præsertim Procopius, qui Justiniano ἀνεψιὸς, id est ex fratre nepotes, uti hanc vocem semper usurpat, fuisse ait.

Filii N. fratris Justiniani.

IV. [d] BORAIDES cum Justo fratre egregiam patruo navavit operam in Victoriatorum seditione, correptis Hypatio & Pompejo, ac de tribunali dejectis, ad eumque adductis. [e] Obiit eodem Justiniano imperante, superstite filia, cujus curam ille gessit. A Boraidis domo tractus quidam Urbis Constantinopolitanæ *Boraidii* appellationem sumpsit.

Edit. Paris. pag. 100.

IV. [f] JUSTUS militaribus expeditionibus inclaruit, ac præsertim bello contra Persas, a Justiniano cum exercitu missus. Obiit anno DXLV.

IV. GERMANUS, de quo mox.

IV. [g] GERMANUS Patricius, Justiniani ex fratre nepos, apud scriptores ejusce ævi notissimus, [h] a Theodora Augusta ita divexatus, tantoque odio habitus est, ut cum illo, Imperatoris fratris licet filio, connubiorum fœdera inire nemo auderet, ejusque liberi, quoad illa vixit, nullas nuptias adepti sint. Ad amplissimos tamen magistratus pervenit, obiitque præcipuas in militia præfecturas : [i] quippe anno DXXXVI. post mortem Gelimeri, & revocatum Salomonem, in Africam a Justiniano missus, victorias insignes adeptus est, ac maxime contra Stotzam, qui tyrannidem arripuerat. [k] Exhinc revocatus, suffectoque rursum Salomone, proximo anno in Parthos, qui Syriæ urbes complures incursarant everterantque, profectus est ; atque [l] inde redux anno DXLI. confestim in Italiam contra Totilam Gothorum Regem missus, dum eo pergit, Sardicæ fato fungitur. Hunc Procopius ob præclaras animi dotes, miramque in re militari experientiam, ut & audaciam, prædicat, ut qui summus suo ævo bello dux habitus sit. [m] Bis nuptias iniit, ac primum cum PASSARA, [n] deinde cum MATHASUENTA, Eutharici & Amalasunthæ filia, & Theodorici Italiæ Regis ex sorore nepte, quæ ex Vitige Vandalorum Rege vidua, Constantinopolim adducta, Germano paulo ante obitum uxor data est.

Liberi Germani Patricii ex Passara.

V. [o] JUSTINUS a Justiniano cum exercitu in Persas missus, ac deinde [p] Consul dictus est anno DXL. quo quidem anno patrem in Syriam contra Parthos pergentem est comitatus. [q] In Avares præterea seu Hungaros, qui Danubium trajecerant, cum copiis missus est : cumque Sophiæ Augustæ incurrisset odium, Alexandriam amandatus, Augustalis dignitatem obeundi specie, Justini Imperatoris præcepto interficitur anno imperii II. Christi DLXVIII. secundum [r] Joannem Biclarienſem : quod [s] Theophanes & Cedrenus, qui illius reticent nomen, ad VI. referunt, Christi DLXXII.

V. [t] JUSTINIANUS Orientis Dux in bellis contra Persas, in quos a Justiniano cum exercitu missus fuerat, [u] aliisque sub Justino & Tiberio militaribus expeditionibus, ob fortitudinem reique militaris peritiam claruit. Scribunt [x] quidam Sophiam Augustam Justinianum ea benevolentia prosecutam, ut Imperatorem facere in animo habuerit, ad idque interficere Tiberium, qui detectis Augustæ insidiis, in urbem, unde excesserat, reversus, objurgatum verbis Justinianum tanto in posterum amore dilexit, ut filio ejus filiam suam polliceretur, rursumque filio suo filiam ejus expeteret ; licet nullum sint sortita effectum ejusmodi Tiberii consilia. Nescio an Justiniani filius fuerit THEODORUS cognomento TZIRUS, qui sub Justino vixit, qui [y] Theophani Byzantio Justiniani filius dicitur. At cum a Latinis scriptoribus, qui hæc de Sophiæ in Justinianum animi propensione commemorant, Justini nepos appelletur, cujus Justinianus ille patruelis dumtaxat fuit, de hacque re sileant prorsus Græci scriptores, vereor ne nobis ii imponant, idque a turbido quodam fonte hauserint. Incertum etiam an ab Justiniano prodierit JUSTINIANUS alter Patricius, vir generis nobilitate & dignitatibus perillustris, qui sub Heraclio vixit, & ab illius ex filio nepote ob nimiam quam adeptus erat in rerum administratione auctoritatem interfectus est, filioque ejus insuper Germano castrato, qui postmodum Patriarcha Constantinopolitanus factus, sanctissime vixit, Leone Isauro imperante, cujus festum & memoriam agunt [z] Græci XII. Maii. [A] Quidam præterea scripsere Justinianorum familias Venetam & Genuensem, ex Justiniani stirpe prodiisse, solo nixi nominis fundamento.

a *Theoph. p.208. E.R.*
b *Sansovin. in Venet. l.1. & 4.*
c *Alemann. ad Proc. Anecd. p.12. E.R.*
d *Procop. lib.1. Vand. c.24.*
e *Procop. lib.3. Goth. c.31.*
f *Procop. l.b.1. Vand. cap. 24. & lib.2. cap.20. 24. 25. Theoph. p.186. E.R*
g *Procop. l.1. pers. & alibi passim.*
h *Procop. Anecd. p.22. E.R.*
i *Marcell p.66. Procop. l.2. Vand. c.16.*
k *Marcell. p.70. Procop.*
l *Jornand. de reg. succ. Procop. l.3. Goth. c.39.*
m *Procop. l.1. Goth.*
n *Procop. ibid. Jorn. de reb. Get. cap. 14. de reg. succ. p. 141. 148.*
o *Agath. l.3. p.92. 96. l.4. p.117. E.R.*
p *Marcell. p.71.*
q *Menander Prot. l.1. p.99. E.R. Theoph. p.184. E.R.*
r *Jo. Biel. p.134. Evagr l.5. c.2.*
s *Theoph. p.206. E.R. Cedr. p.390. E.R.*
t *Agath. l.3. p.87. E.R.*
u *Evagr. lib.5. cap.14. Menand. lib.6. Theophil. Simoc. lib.3. cap.12. 15.*
x *Vvarnefr. l.3. de gest. Long. c.12. Greg. Tur. l.5. c.31. Diac. l.17. p.479. Regino an.510.*
y *Theoph. Byz. apud Phot. p.134.*
z *Menæa 12. Mait.*
A *Ughell. in Patr. Aquil. n.90.*

v. [a] JUSTINA, annos decem & octo nata, a patre uxor datur JOANNI, Vitaliani, qui Anastasio imperante tyrannidem invaserat, quique a Justiniano postmodum Augusto, sub Justino Consul, confossus occubuit, ex sorore nepoti; licet Theodora Augusta, quoad vixit, hisce omnino nuptiis obstiterit. [b] Obiit Joannes iste præcipuos sub Justiniano & Justino juniore magistratus, & in bellis exercitus sæpe eduxit, uti passim legere est apud Procopium & alios.

Edit. Paris. pag. 101.

a *Procop. Anecd. p. 12. E. R. l. 3. Goth. c. 12.*
b *Procop. passim. Marcell. p. 74. 75. & seq.*

A

Filius Germani Patricii ex Mathasuenta.

v. [c] GERMANUS, filius posthumus.

Meminit [d] Moschus COSMIANÆ Germani Patricii conjugis, quæ abdicata Severi hæresi, ad Catholicam fidem transiit. Verum fuerit-ne is Germani istius Patricii filius, non ausim affirmare.

c *Jornand. de reg. succ. p. 67.*
d *Moschus c. 48.*



TIBERII Aug. Nomiſmata.

Edit. Pariſ. pag. 102.

DN TIb CONSTANT PP AVG. *Imp. cum ſtemmate crucigero, dextra globum crucigerum, ſiniſtra clypeum cui inſcriptus eques.*

VICTORIA AVGG II *Crux inſiſtens gradibus, infra,* CONOB. Vide Oct. Stradam p. 276. & Diſſert. n. 2. 39.

XX. *Supra, crucicula, infra,* ROM.

$x\dagger^{T}_{x.}$

DN TIb CONSTANT PP AVG. *Imp. paludatus, cum ſtemmate crucigero.*

XXX. *Supra, crucicula, infra,* CON A.

DN TIBERIVS PA. *Imp. cum ſtemmate criſtato.*

NOM. *Supra, crucicula, infra,* X.

DN TIb CONSTANT PP AVG. *Imp. habitu Conſulari, cum ſtemmate crucigero, dextra volumen, ſiniſtra ſceptrum cui inſiſlit aquila.*

M. *Supra, crucicula, ad latera,* ANNO V, *infra* CONOB.

Eadem figura & inſcriptio, infra, CONA.

M. *Supra, crucicula, ad latera,* ANNO VII. *infra,* NIKO A.

DN TIB CONSTAN PP AVG. *Imp. habitu Conſulari, ut ſupra, cum ſtemmate abſque cruce.*

M. *Supra, crucicula, infra,* I, *ad latera,* ANNO VIII. *infra,* TUCUPS. Vide Oct. Stradam p. 278.

N OC NATATAPPA. *Imp. habitu Conſulari & cum ſtemmate abſque cruce.*

M. *Supra, crucicula, ad latera,* ANNO III, *infra,* THEUPS.

DN TNI ITAPPIC. *Imp. eod. habitu.*

M. *Supra, crucicula, ad latera,* ANNO IIII. *infra,* THEUP.

M. *Supra, crucicula, ad latera,* ANNO V, *infra,* THEU.

XX. *Supra, crucicula, infra,* O, *ad latera,* ANNO III.

* Scribit Gregorius Turon. lib. 6. Hiſt. cap. 2. legatos Childeberti Regis ad Tiberium Imp. in Galliam reverſos, aureos ſingularum librarum pondere, quos Imperator miſerat, oſtendiſſe, habentes ab una parte iconem Imperatoris pictam, & ſcriptum in circulo, TIBERII CONSTANTINI PERPETVI AVGVSTI, ab alia vero parte habentes quadrigam & aſcenſorem, continenteſque ſcriptum, GLORIA ROMANORVM.

IX.

FAMILIA TIBERII AUGUSTI.

Edit. Paris. pag. 103.

I. FLAVIUS ANICIUS TIBERIUS CONSTANTINUS, natione Thrax, [a] Notarius primum, deinde [b] Comes Excubitorum sub Justino Juniore, [c] ab eo, dum gravi teneretur ægritudine, Sophiæ Augustæ consensu adoptatur, ac Imperii successor & Cæsar designatur, NOVI CONSTANTINI indito nomine, anno Imperii octavo, Christi DLXXIV. [d] VII. Septembris, Indict. VIII. [e] Quadriennio vero post, Tiberium, ingravescente morbo, Imperatorem dixit Justinus coram Senatu & Eutychio Patriarcha, a quo coronatus est XXVI. Septembris, Ind XII. anno DLXXVIII. Imperiumque solus regere cœpit, mortuo Justino V. Octobris subsequentis. [f] Princeps summæ bonitatis, in eleemosynis promptus, in judicando cautissimus, nullum despiciens, omnes diligens, ipse quoque dilectus est a cunctis. [g] Obiit XIV. Augusti, anno DLXXXII. Indict XV. cum pridie Mauricium, paulo ante Cæsarem & successorem designatum, Imperatorem appellasset, data in uxorem filia Constantina, conditusque fuit in æde Apostolorum. Regnavit solus a morte Justini annos tres, menses decem, & dies octo. [h] Scribit Theophanes, coronato jam Tiberio, dum ludi Circenses ederentur, Factiones, ut sibi Augustam daret, exclamasse, statimque iis dixisse id nominis habere, quod Ecclesia e regione Thermarum Dagistæi: ex quo intellexerunt ANASTASIAM appellari, cum hactenus an uxorem haberet ignoraretur, etiamsi A binas ex ea filias tum genuisset: eoque audito subdit consternatam Sophiam, quæ Mauricio nubere, sicque Augustam dignitatem retinere in animo habuerat. Anastasia vero confestim adducta, diademate donata est. [i] Obiit illa anno DXCIV.

Liberi Tiberii Augusti ex Anastasia.

II. N. filius Tiberii Imperatoris. Si quod supra laudati [k] scriptores tradunt, Tiberium filiam Justiniani Patricii, Germani filii, filio suo, ut rursum filiam suam Justiniani filio copulare statuisse, verum sit, sequeretur habuisse tum filium, etiam ætate provectiorem; at hæc incertæ valde sunt fidei, præsertim cum de hac re sileant Græci B scriptores, qui Tiberio filias duas tantum assignant.

II. CONSTANTINA Augusta, MAURICII Imperatoris uxor.

II. [l] CHARITO a patre nuptum data est anno DLXXXII. GERMANO, quem Cæsarem creavit. Incertum porro an is sit [m] Germanus Patricius, cujus filia Theodosio Mauricii filio uxor data est anno DCI. [n] quique post interfectum Mauricium in Clericum attonsus est a Phoca tyranno: quo casu Theodosius cum consobrina nuptias inierit.

a *Theoph.*
b *Coripp. l.1. v.12. Jo. Biclar. Eustath. in vita S. Eutych. P. CP. n.67. Simoc. l.3. c.11.*
c *Agath. l.4. Evagr. l.5. c.11.*
d *Chr. Al. p.862. I. Biel. an.8. Just. Theoph. p.209. E.R. Eustath. n.67.*
e *Chr. Al. p.802. Theoph. p.210. E.R. Vvarnefr. l.3. c.11. 12. 13. Greg. Tur. l.5. c.20.*
f *Greg. Tur. l.5. c.31. l.6. c.30. Vvarnefr. l.3.*
g *Simoc. l.1. c.1. Eustath. n.69. Chr. Al. p.862. Theoph. p.213. E.R.*
h *Theoph. p.211. E.R.*
i *Theoph. p.229. E.R. Cedren. p.398.*
k *In stemmat. Justiniani.*
l *Theoph. p.211. Diac. l.17. p.481. Anast. p.71. E.R. Zonar. p. 60. E.R.*
m *Simocat. l.3. c.2. 3. l.8. c.8. 10.*
n *Chr. Al. p.870.*

MAVRICIVS

DN MAVRI CLIB PPAVG
VICTORI AAVGG
CONOB

DN MAVRIC TIBERPPAVG
ANNO
CON

ANNO

ANNO
CON

ANNO

ANNO

ANNO

ROM

R
A
VENN

S S
RAVEN

DN MAVRIC TIBERPPA

ANNO
CON

ANNO
KYZ

ANNO
A

KRTC

DN MAVRAT TIBERIOPA

ANNO
B
KYZ

DNMAVRIC TIBERIOPAVG

ANNO
THEV

ANNO
NIKO

ANNO
A

ANN
TAEVR

ANNO
ZHEVPS

ANNO
P

ANNO
ZHEVP

ANNO
CON

ANNO
ZHEVP

DN MAVRI CLIB PPAVI

CON

N
M
IN DII


DN MAVR
TIB PAVG

VICTORIA AVGVSTORVM
CONOB

DN MAVRI IIVL PPAVI


VICTORIAVGVSTORVM
M
V
A
II
CONOB

DN MAVRI CIVSPP AVG

VIENNA DE
OFFICINA LAVRENTI
A
3

DNMAVRI

H

FELIXA AVENNA

RE

MAURICII Augusti Nomismata.

Edit. Paris. pag. 105.

MAURICIUS.

DN MAVRI TIB PP AVG. *Imp. cum diademate cristato, dextra globum crucigerum, sinistra clypeum cui inscriptus eques male effictus.*

VICTORIA AVGG R. *Victoria stans, dextra hastam cum Christi monogrammate, sinistra globum crucigerum, infra,* CONOB. Vide Lipsium lib. 3. de Cruce cap. 13. Oct. Stradam p. 264. &c.

DN MAVRIC TIBER PP AVG. *Imp. ut supra.*

M, *supra, crucicula, infra,* A, *ad latera,* ANNO IIII. *infra,* CON.

I, *ad latera,* ANNO G.

M, *supra, crucicula, infra,* A, *ad latera,* ANNO VI. *infra,* CON.

K, *supra, crucicula, ad latera,* ANNO VIII.

K, *supra, crucicula, ad latera,* ANNO XVI.

K, *supra, crucicula, ad latera,* ANNO XX.

XX, *supra, cruces, infra,* ROM. Vide Oct. Stradam p. 266.

RKA, *infra,* VENN, *supra, crucicula.*

X†X, *supra,* SS, *infra,* RAVEN.

DN MAVRIC TIBER PP A. *Imp. cum stemmate ex triplici gemmarum filo, & cruce pro apice, dextra globum crucigerum, sinistra clypeum cui inscriptus eques.*

M, *supra, crucicula, infra,* A, *ad latera,* ANNO II. *infra,* CON.

M, *supra, crux, ad latera,* ANNO IIII. *infra,* KYZ.

K, *supra, crux, infra,* A, *ad latera,* ANNO VI.

XX *supra, crux, infra,* KRTC.

DN MARAI TIBERIVS PA. *Imp. cum stemmate cristato, dextra globum crucigerum, sinistra clypeum cum equite.*

M, *supra, crux, infra,* B, *ad latera,* ANNO X. *infra,* KYZ.

DN MAVRIC TIBER PP AVG. *Imp. habitu Consulari, dextra volumen, sinistra scipionem cum aquila.*

M, *supra, crux,* ANNO I. *infra,* THEV.

M, *supra, crux,* ANNO III. *infra,* NIKO.

K, *supra, crux, infra,* A. ANNO X.

I, *supra, crux,* ANN XIII. *infra,* THEVR.

M, *supra, crux, infra,* Γ, ANNO XIIII. *infra,* THEVPS.

K, *supra, crux, infra,* D, ANNO XV.

I, *supra, crux,* ANNO XV. *infra,* THEVP.

M, *supra, Christi monogramma, infra,* E. ANNO XX. *infra,* CON.

M, *supra, crux, infra,* A, ANNO XX. *infra,* THEVP.

XX, *supra, crux,* ANNO II.

DN MAVRI TIB AVΓ. *Imp. plena facie, cum stemmate ex triplici gemmarum filo.*

I *supra, crux, infra,* CON.

Christi monogramma, in corona quercea.

$\overset{N}{+}\overset{IM}{+}$, *supra, crux, infra,* IND II.

DN MAVR TIB P AVG. *Imp. diadematus.*

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria pessime efficta stans, dextra sertum, sinistra globum crucigerum, infra,* CONOB.

DN MAVRI IVL PP VI. *Imp. cum diademate ex duplici gemmarum filo.*

VICVORIA AISO AV. *Crux globo insistens, ad latera* $\overset{M}{V}\&\overset{A}{II}$ *infra,* CONOE.

*DN MAVRITIVS PP AV. *Imp. ut in superiori nummo.*

VICTORIA VT OAVT. *Globus cui insistit crux grandior, ad latera,* $\overset{M}{V}\&\overset{M}{N}$, *infra,* COROB. Aureus.

DN MAVRICIVS PP AVG. *Imp. ut in superiori nummo.*

VIENNA DE OFFICINA LAVRENTI. *Globus cui insistit Christi monogramma, cum* A ω. Vide Dissert. 23. ad Joinvillam p. 284.

DN MAV. *Duæ figuræ stantes palliatæ, prior & altior dextra globum crucigerum, altera crucem tenet: utraque cum nimbo.*

Figura stolata stans, dextra longiorem crucem, supra, crucicula, ad latus, H.

FELIX RAVENNA. *Caput mulieris, cum corona murali.*

RAE, *in corona quercea.*

Aquila, & stellula. Vide Dissert. n. 74.

X.

FAMILIA MAURICII AUGUSTI.

Edit. Paris. pag. 106.

I. PAULUS, Mauricii Imperatoris pater, [a] Arabisso in Cappadocia oriundus, ex illustri Romana familia, quæ eo transierat, stirpis suæ trahebat originem. Huic filium creatum & coronatum Imperatorem videre contigit, [b] a quo Constantinopolim evocatus, ejus etiam nuptiarum solemnitati interfuit. [c] Ut Pauli porro summa erat apud filium auctoritas, epistolam ad eum scripsit Francorum Rex Childebertus, quo Legatis ad Mauricium pro pace firmanda a se missis favorem suum præstaret. [d] Obiit Constantinopoli anno DXCIII. & in æde Apostolorum cum Augustis humo conditus fuit. [e] Uxorem duxit JOANNAM, Adelphii Episcopi Arabissi sororem, cui alia præterea extitit soror, Monasterio puellarum præfecta.

Liberi Pauli ex Joanna.

II. MAURICIUS Imperator.

II. [f] PETRUS, dignitate Magister, a fratre Imperatore in bellis, quæ eo imperante contigerunt, non semel copiis summo cum imperio præfectus, ab eo etiam Dux Thraciæ, & Curopalata dictus fuit. [g] A Phoca tyranno cum cæteris ex Mauricii familia interemptus est. [h] Excitatam Constantinopoli ab eo Deiparæ ecclesiam tradunt scriptores.

II. [i] GORDIA PHILIPPO Duci Orientis a fratre nuptum data est anno DLXXXIII. [k] qui quoad vixit, sub Mauricio copiarum Dux delectus, ex rebus gestis militarique peritia, & animi fortitudine summam adeptus est existimationem: [l] at Mauricio e vivis sublato, a Phoca Chrysopolim relegatus, Presbyter fieri cogitur. [m] Phoca extincto, in aulam revocatus ab Heraclio, Crispo sufficitur, & militiæ Dux renuntiatur; sed haud multo post obiit, conditusque est in Monasterio Chrysopoli ab eo condito. [n] Gordiam ajunt Constantinopoli ecclesiam S. Mamantis ædificasse, in qua Mauricii fratris & filiorum corpora humari curaverit. Meminit [o] Gregorius Magnus Gurdiæ Patriciæ, & illius filiæ Theoctistæ sub annum DXCVII. sed quod subdit, Gurdiam Marino, Theoctistam vero Christodoro nuptas, diversam fuisse Gurdiam a sorore Mauricii evincitur, [p] etiamsi locis aliis Theoctistam Patriciam proxima Mauricium attigisse cognatione innuat: A quod etiam Theoctistæ, de qua mox agemus, aptari potest. Nec scio an Theoctista soror fuerit Theoctisti, qui ab eodem [q] Gregorio cognatus Imperatoris Mauricii dicitur. Certe id nominis familiare fuisse in Mauricii stemmate non modo hæc arguunt, sed etiam Theoctistæ sororis, & ejusdem appellationis filiæ nomina. *Italicam Patriciam* eadem perinde tempestate in aula Mauricii Imperatoris magna auctoritate fuisse evincit [r] Epistola Childeberti Regis ad eam scripta, cum Mauricii amicitiam expetiit; unde proxima eum contigisse affinitate conjicere est.

II. THEOCTISTA, soror Imperatoris dicitur [s] Gregorio M. unde aliam a Theoctista Gurdiæ filia licet existimare.

B

II. DAMIANA, si qua fides [t] Joanni Moscо, Monasterio præfuit Hierosolymis, in quo non sine sanctitatis opinione vixit cum Sopatra Mauricii Augusti filia. Nuptias antea inierat, ex quibus natus *Athenogenes* Petræ in Arabia Episcopus.

II. FLAVIUS MAURICIUS TIBERIUS, Comes Excubitorum, & Magister militiæ Orientis, tantam ex rebus præclare in bello gestis gloriam est consecutus, ut a Tiberio Augusto successor designatus sit, eoque nomine [u] Cæsar dictus v. Augusti anno DLXXXII. Indict. XV. & XIII. ejusdem mensis, pridie quam extinctus sit, Imperator coronatus, desponsa in uxorem CONSTANTINA filia, cum annos natus esset XLIII. Imperavit vero annos XX. menses III. dies XXII. & usque ad XXVII. Novembris anno DCII. Indict. VI. [x] quo juxta Chalcedonem cum filiis a Phoca tyranno capite truncatus est, cum is Augustus acclamatus fuisset XXIII. ejusdem mensis. [y] Illius & filiorum corpora in mare projecta tradit Simocatta, licet secus habeat Codinus. [z] CONSTANTINAM, ut diximus, a patre Tiberio Augusto extrema agente desponsam, uxorem tandem eo mortuo duxit, sacra faciente Patriarcha: [A] quæ nihilo meliorem conjuge sortita est sortem; a Phoca enim post illius necem in Monasterium Novum cum tribus filiabus conjecta, tertio post anno Indict. VIII. capite plectitur in Portu Eutropii ad Chalcedonem, unaque cum D matre, filiabus tribus, & Theodosii filii conjuge, eodem mortis genere peremptis. Hæc ad annum DCVII. videtur referre Theophanes. [B] Extant aliquot Gregorii Magni ad Constantinam scriptæ Epistolæ in illius Regesto. *pag. 107.*

a *Evagr. l. 5. c. 19. Eustath. in vita S. Eutych. n. 68. Menand. apud Suid. Agath. l. 5.*
b *Evagr. l. 6. c. 1. Simoc. l. 1. c. 10. Theoph. p. 213. E. R.*
c *Thom. 1. Histor. Franc. p. 869.*
d *Theoph. p. 229. E. R. Cedren. p. 398. E. R.*
e *Mosch. c. 128.*
f *Simoc. l. 8. c. 13. Vita S. Theodori apud Sur. 22. Ap. Greg. T. l. 10. c. 1. Theoph. Diac. l. 17. p. 524.*
g *Chr. Al. p. 868. Simoc. l. 8. c. 13. Greg. M. l. 11. ep. 1.*
h *Theoph. p. 244. E. R. Cedr. p. 399. E. R. Zon. Codin. Or. p. 46. E. R.*
i *Simoc. l. 1. c. 13. Theoph. p. 234. E. R.*
k *Simoc. l. 1. c. 13. l. 2. c. 3. 4. l. 3. c. 4. Theoph. p. 215. E. R. Suid. in Phil.*
l *Cedren. p. 404. E. R.*
m *Niceph. CP. p. 16. E. R. Zonar. p. 62. E. R. Chr. Al. p. 870. Joel.*
n *Codin. Or. p. 60.*
o *Greg. M. l. 6. ep. 27.*
p *L. 6. ep. 23. l. 9. ep. 39.*
q *L. 5. ep. 17.*
r *Tom. 1. histor. Franc. p. 870.*
s *Greg. M. l. 1 ep. 5. l. 9. ep. 39.*
t *Prat. Spirit. c. 127. 128. 129.*
u *Evagr. l. 5. c. 22. Simoc. l. 1. c. 1. 2. Jo. Biclar. an. 5. Tib. Chr. Al. p. 862. Gregor. T. l. 6. c. 30. Georg. in vita S. Theod. Sic. num 52.*
x *Simoc. l. 8. c. 11. Chr. Al. p. 868.*
y *Simoc. l. 8. c. 12. Codin. Or. p. 60. E. R.*
z *Simoc. l. 1. c. 10.*
A *Chr. Al. p. 870. Theoph. Cedren. p. 406. E. R. Zonar. p. 65. Tzetzes Chil. 3. c. 85. Codin. de Orig. p. 60. E. R.*
B *L. 3. epist. 30. l. 4. ep. 33. 34.*

Liberi Mauricii Augusti ex Constantina.

III. [a] FLAVIUS THEODOSIUS nascitur anno DLXXXV. [b] & biennio post a patre Cæsar renuntiatus, [c] demum Imperator coronatur a Joanne Patriarcha ipso Paschatis die XXVI. Martii, Indict. VIII. anno DXC. annos tum natus quatuor cum dimidio. [d] Quidam tradunt illius nomen ut Imperatoris haud descriptum fuisse in tabulis ac contractibus, eamque dignitatem ultra coronationis solemnia haud processisse. Sed contrarium evincunt [e] Gregorii M. Epistolæ, in quibus cum patre Imperator nominatur. [f] Huic in uxorem data est a patre filia Germani Patricii, viri illustris, & inter Senatores primarii, mense Novembri, Indict. V. anno DCI. Mauricii XX. ut est apud [g] Theophanem. [h] Simocatta anno XIX. Mauricii factas Theodosii nuptias videtur innuere. Theophani de anno consentit [i] Chronicon Alexandrinum, non vero de mense: celebratas enim ait mense Februario, V. Indictionis, a IX. die usque ad XV. [k] Periit eodem quo pater fato, capite post dies aliquot cæsus a Phoca tyranno. [l] Uxor vero cum Constantina Mauricii coniuge ac tribus illius filiabus ab eodem pariter perempta est ad Chrysopolim anno DCV. vel, ut aliis placet, anno DCVII.

III. [m] TIBERIUS, cui Mauricius pater veteris Romæ, Italiæ, & Insularum Tyrrheni maris imperium testamento anno Imperii XV. condito, ut Novæ & Orientis Theodosio destinarat. [n] Cum fratribus coram patre capite truncatus est Phocæ tyranni jussu.

III. [o] PETRUS.
III. [p] PAULUS.
III. [q] JUSTINUS. *Hujus non meminit Gregorius Magnus.*

III. JUSTINIANUS. Scribit [r] Gregorius Turonensis, & ex eo Willelmus Tyrius, unum ex Mauricii filiis de sacro fonte susceptum a Gregorio Magno Papa. [s] Georgius vero in vita S. Theodori Syceotæ, unum ex ejusdem Mauricii filiis lepræ morbo laborantem curatum ab eodem Sancto commemorat.

III. ANASTASIA,) [t] capite truncatis patre
III. THEOCTISTE,) & fratribus, una cum
III. CLEOPATRA,) matre in Monasterium traduntur: [u] at mater Germani Patricii, cujus filiam Theodosius Mauricii filius uxorem duxerat, quique tyrannidem meditabatur, instinctu, ex eo cum filiabus elapsa, in ædem Sophianam confugit, plebem in sui gratiam rebellaturam sperans: quas inde eductas in Monasterio rursum reclusit Phocas, ubi cum per tabellarios tyrannidem Germano adhuc procurare deprehensa esset, ejusdem jussu cum filiabus in Portu Eutropii ad Chalcedonem capite plexa est. [x] Earum corpora in ædem S. Mamantis delata, humo condita sunt, a Gordia Mauricii sorore, ut [y] quidam asserunt, iisque inscriptum epitaphium Græcis versibus exaratum, quos Latinis elegantet omnino reddidit [z] Poeta alter. Cum porro novem tantum liberi Mauricio adscribantur in Chronico Alexandrino, sex scilicet masculi, & fœminæ tres, nescio an fides quibusdam præstanda sit, duas alias præterea filias eidem Augusto adscribentibus. Harum prior

Edit. Par. pag. 108.

III. SOPATRA, Mauricii Imperatoris filia dicta in [A] Menæis, quæ S. Eustoliæ virginis Romanæ suasionibus, abdicata aula, in monasterium concessit, & in eo vitam sancte exegit, Utriusque festum agunt Græci X. Novembris. Illa forte est Mauricii filia, ad quam extat [B] Epistola de Virginitate tom. IX. Operum S. Hieronymi,

III. [C] MARIA, filia altera ejusdem Augusti memoratur a Willelmo Tyrio, qui hanc ait a patre CHOSROI Persarum Regi, Hormisdæ Regis filio, uxorem datam, ejusque gratia conjugii regenerationis lavacrum adeptum esse, fuisseque Romanorum amicissimum, quamdiu prædictus Imperator vixit; quo demum a Phoca Cæsare, qui eidem postmodum in Imperio successit, proditiose interfecto, abominatum eorum præsidium, qui tam nefarium hominem, & adhuc domini sui cæde cruentatum, super se regnare passi fuerant, quasi occultæ societatis reos, & illius sceleris habentes conscientiam, Imperii fines violenter ingressum esse, in res eorum violenter desævientem, soceri necem, uxore stimulante, ultum iri desiderantem: subactisque cæteris regionibus, quæ Romanorum suberant ditioni, novissime Syriam obtinuisse; populis ejus aut peremptis gladio, aut secum in Persidem deductis. Hæc quidem Antistes Tyrius, quæ haud dubie ab [D] Arabum & Chalipharum annalibus, in quibus non modo Chosroæ cum Mauricii filia conjugio fit mentio, sed & ex eo QUEBADEM, seu Cabadem, cognomento SIROEM, qui patri in regnum successit, prodiisse refertur. At cum de eo altum sit apud Græcos scriptores silentium, jure id in controversiam revocari debet, cum probabile sit Arabes, quod de uxore Christiana, quam duxerat Chosroes, inaudierant, id de Mauricii filia commentos: [E] vel quod a Mauricio adoptatum ipsum Chosroem acceperant, cum a Baramo regno expulsus anno Mauricii nono, ad eum confugerat. Sane testantur [F] Evagrius, Theophylactus Simocatta, & Joannes Biclarensis, Chosroem sub vitæ exitum Christianam amplexum fuisse religionem, uxoremque du-

a *Theoph. p.215. E.R. Cedren. p.395. E.R. Alem. ad Procop.*
b *Biclar. an.4.*
c *Biclar. an.6. Chr. Al. p.864. Theoph. p.225. E.R. Zonar p.62. E.R. Cedr. p.397. E.R.*
d *Chron. Alex.*
e *Greg. M. l.4. ep.44.*
f *Cedren. p.405. E.R. Simoc. l.8. c.4.*
g *Theoph. p.238. E.R.*
h *Simoc. loco cit.*
i *Chr. Al. p.866.*
k *Simoc. l.8. c.13.*
l *Chr. Al. p.871.*
m *Simoc. l.8. c.11.*
n *Chr. Alex. &c.*
o *Chr. Al. p.866. 868.*
p *Greg. M. l.11. epist.1.*
q *Greg. Tur. l.10. c.1. Vv. Tyr. l.1. c.2.*
r *n.85.*
s *Chr. Al. p.870.*
t *Theoph. p.244. E.R. 246. 247.*
u *Cedr. p.404. E.R. Nicepb. Zonar.*
x *Codin. Orig.*
y *l.3. Epigr. vet. Pith. p.118.*
z *Menæa & Menol. & Martyrol. Rom. 9. Nov. Moschus c.127.*
A *Epist.14.*
B *Vvill. Tyr. l.1. c.2.*
C *El. Kacin. l.1.*
D *Evagr. l.6. c.16. Theoph. p.224. E.R. Anast. p.76. E.R. Dioc. p.497.*
E *Simoc. l.5. c.13. Evagr. l.4. c.27. l.6. c.20. I. Biclar. an.8. Maur.*
F *Evagr. l.6. c.20.*

xisse Christianam, quam SYRAM nuncupatam fuisse ajunt Simocatta & Evagrius. De hac re audiendus potissimum Joannes Biclarensis, qui hoc ævo floruit, & in hac narratione Chronicon suum fere concludit: *In his ergo temporibus, quibus omnipotens Deus, prostrato veternosæ hæresis veneno, pacem suæ restituit Ecclesiæ, Imperator Persarum Christi suscepit fidem, & pacem cum Mauricio Imperatore firmavit.* Ut porro post receptum regnum Christianam amplexus sit religionem Chosroes, non uno loco recitat [a] Simocatta: qui quidem si Mauricii filiam uxorem duxisset, haud reticuisset omnino. Neque potiorem merentur fidem quæ [b] Fredegarius de nescio quo Arnulfo Persarum Rege, & Cæsara uxore Christiana, eodemque Rege & sexaginta millibus Persarum Mauricii suasione baptizatis, commemorat. Utcumque sit de Chosroe Christianum cultum amplexo, constat saltem haud in eo perstitisse, ex iis quæ narrat [c] auctor Chronici Alexandrini in Heraclio.

a *Simoc. l.4. c.10. l.5. c.11 2. 13. 14.*
b *Fredeg. c.90.*
c *Chr. Al. p.919.*

FOCAS.

Edit. Parif. pag. 109.

DN FOCAS PERP AVG. *Imp. cum ſtemmate crucigero, dextra globum crucigerum tenet.*

VICTORIA AVGGG. *Victoria alata, dextra crucem cum Chriſti monogrammate, ſiniſtra globum crucigerum, infra,* CONOB.

Ita in Focæ nummis ipſius nomen per F, (non vero, ut vulgo, per PH) ſemper ſcribitur: ut & in veteribus inſcriptionibus, apud Gregorium Magnum lib. 11. epiſt. 1. in veteribus MSS. & editionibus, apud Fredegarium in Chron. cap. 23. 63. Bedam lib. 2. de Geſt. Angl. cap. 1. & alios. Sic perinde Nicephori Focæ Imp. nomen Luithprandus, & alii efferunt. Anonymus lib. de Pontificibus Eboracenſis Eccleſiæ, de Phoca grammatico:

Quid Probus, atque Focas, Donatus, Priſcianuſque.

FLAVIVS FOCAS PERP. AVG. *Imperator eodem habitu quo in priori.*

ANNO III. *littera* M, *cum cruce &* A, *infra,* ⋈ C.

DN FOCAS PERP AVG. *Imp. paludatus cum ſtemmate crucigero.*

NXM, *cum cruce & ſtella.*

Crux, ad cujus latera, hi characteres, C. T. X. X. *cum ſtellula in ſuperiori parte.*

Crux decuſſata, vel littera X, *cum hiſce characteribus* M. M. *& binis crucibus.*

Edit. Paris. pag. 110.

DN FOCAS † PERP AVG. *Imp. habitu Consulari, dextra volumen, sinistra crucem.*

XXXX IIII. ANNO. KYZA. *nummus cusus Cyzici anno III. Focæ.*

DN FOCAS † PERP AVG. *Imp. eodem schemate, quo prior.*

XX. *cum cruce, infra,* KYZA.

XX IIII. *cum cruce, infra,* KVZB. *Cusus anno 4.*

XXXX. *supra,* ANNO, *infra,* CONΓ.

DN FOCAS PERP AVG. *Imp. dextra crucem, sinistra globum crucigerum tenet.*

ANNO XXXX. V. KYZA. *Cusus Cyzici anno 5. Focæ.* Ex Lipsio lib. de Cruce.

DN FOCAS PERP AVG. *Imperator cum diademate ex margaritis ac unionibus, supra caput cruciculâ.*

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria alata, dextra sertum, sinistra globum crucigerum, infra,* CONOB.

DN FOCAS PP A. *Imp. cum diademate ex unionibus.*

Characteres ΦK. *in corona laureæ, quibus nomen Focæ exprimitur.*

Imp. stans cum pilo, figura altera sedens, ad latera leguntur litteræ inversæ ANNO III. THEVP.

M. *cum crucicula,* DN FOCAS CP EAV. *infra,* TES. *i. Thessalonicæ.*

DN FOCA NEPPAV. *Imperator stans, cum globo crucigero, ad cujus latus stat augusta conjux cum cruce in dextra.* Quid characteres NE. denotent, non plane percipio, nisi pro PERP. hæ quatuor litteræ positæ sint. Sic porro nummi omnes ejusce fabricæ.

M. *cum crucicula,* ANNO I. *infra,* CONE.

X. *supra, crucicula, infra,* P. ANNO I.

XX. ANNO II. *cum crucicula.*

M. *cum crucicula,* ANNO III. *infra,* THEVP.

XI.

FAMILIA PHOCÆ AUGUSTI.

Edit. Paris. pag. 111.

I. N. pater PHOCÆ Imperatoris, natione Cappadox.

II. PHOCAS Imperator.

II. DOMENTIOLUS, [a] a fratre Magister dictus, [b] deinde Curopalata & copiarum Dux, Heraclii jussu interfectus est post cæsum Phocam. [c] Theophanes Phocæ ἀνεψιὸν eum qui Curopalata factus est, vocat, ex eoque Paulus Diaconus, & Anastasius: at [d] Cedrenus, qui eumdem Theophanem pariter exscripsit, ἀδελφὸν probabilius nuncupat. [e] DOMITIUS dicitur auctori vitæ S. Theodori Syceotæ Archimandritæ, eique uxor tribuitur IRENE, ex qua tres masculos genuit.

B

II. FLAVIUS PHOCAS, ex Centurione, & Prisci Patricii Spathario ac Armigero, factione militari [f] Imperator acclamatus, in æde S. Joannis Baptistæ, seu ut habent [g] Epistolæ Gregorii Magni, in Secundianarum palatio, in Hebdomo a Patriarcha Cyriaco coronatus est XXIII. Novembris, Indict. VI. anno DCII. biduoque post urbem nullo obsistente ingressus, Mauricium illiusque filios capite truncavit. [h] Ab Heraclio deinde Imperio dejectus, captusque, interfectus est V. Octobris, Indict. XIV. anno DCX. cum regnasset annos VII. menses X. dies XVIII. [i] Huic uxor fuit LEONTIA, quam Constantinopoli coronavit XXX. Novembris, anno Christi DCII.

a *Theoph. p. 245. E. R.*
b *Niceph. CP. p. 10. ed.*
c *Theoph. p. 245. E. R. Anast. hist. Eccl. p. 86. E. R. Diac. l. 17. p. 527.*
d *Cedren. p. 405. E. R.*
e *Vita S. Theod. n. 104. 111. 118.*
f *Theoph. p. 243. Chr. Al. p. 866.*
g *L. 2. ep. 1.*
h *Chron. Alex. Theoph. &c.*
i *Cedren. p. 463. Greg. M. l. 11. ep. 1.*

Filia Phocæ Augusti ex Leontia.

III. DOMENTIA, vel DOMNENTIA, uti nuncupatur a [k] Zonara, [l] a patre anno Imperii V. nuptum datur CRISPO Patricio, quem ille [m] Comitem Excubitorum statim post adeptam dignitatem dixerat: qui cum nefanda soceri scelera ferre haud posset, seu [n] quod vitæ timeret, [o] Heraclium, Heraclii, qui cum Imperio in Africa præerat, filium, evocavit. Phoca vero interfecto, idem Heraclius imperium obtinuit; cum ab eo delatum Crispus abnuisset. Is vero ab Heraclio copiarum Dux in Cappadocia primum, ac deinde Præfectus Urbi factus, tandem ab ipsomet Augusto, qui fidendum amico haud rebatur, qui socero fidem non servasset, in Clericum attonsus, [p] V. Decembris feria III. Ind. XV. Heraclii II. in Choræ monasterium relegatus est, ubi proximo anno vitam finivit. Hunc PRISCUM perperam vocant Chronicon Alexandrinum, Theophanes, Cedrenus, Zonaras, [q] Codinus, & aliquot alii. Liberalitatem ac munificentiam Crispi istius prædicat Epigramma, quod descriptum legitur in [r] Anthologia.

k *Zonar.*
l *Niceph. CP. p. 6. E. R. Theoph. p. 246. E. R.*
m *Theoph. p. 245. E. R.*
n *Niceph. p. 6. E. R.*
o *Niceph. Theoph. Ced. Zon. &c.*
p *Chr. Al. p. 878.*
q *Codin Orig. p. 60. E. R.*
r *Anthol. p. 292. edit. H. Steph.*

TRIVMPHVS HERACLII

HERACLIVS

Familiæ HERACLII Aug. Nomiſmatum Tab. I.

HERACLIUS.

Edit. Pariſ. pag. 111.

Numiſma in quo deſcribitur Heraclii triumphus, pluribus deſcripſimus in noſtra Diſſertatione n. 65. & 66.

DN HERACLI PERP AVG. *Imp. cum ſtemmate criſtato, dextra globum crucigerum.*

VICTORIA AVGG H. *Crux quam* patibulatam *feciales vocant, cujuſmodi fere ſunt in Heracliana familiæ nummis, inſiſtens gradibus, infra,* CONOB. Vide Lipſium lib. 3. de Cruce c. 16. & Gretzer.

DN HERACL. *Imp. dextra globum crucigerum.*

M, *ſupra*, *crux*, *infra*, E, *ad latera*, ANNO II. *infra*, CON.

DN HERACLIVS PP A. *Imp. cum diademate.*

Crux in medio nummo.

DN HERACLIVS ET HERAC CONST PP AVG. *Duæ figuræ Impp. altera altior, altera pueri cum ſtemmatibus crucigeris, inter utriuſque capita, crucicula.*

VICTORIA AVGGG P. *Crux inſiſtens gradibus, infra,* CONOB. Vide Chiffletium in Anaſtaſi p. 271. & Baron.

X*X, *infra*, RAV.

DN ERACLI9 ET ERA CONS PP A. *Duo Impp. ut in priori nummo.*

VICTORIA AVGGG. *Crux inſiſtens gradibus, infra,* CONOB.

DN HERACLIO AVG. *Duo Impp. capitæ, ut ſupra.*

XX, *ſupra*, *ſtella*, *infra*, ROM. Vide Oſt. Stradam p. 273.

DD NN ERACLIVS ERA CON. *Duæ Impp. figuræ ſtantes, dextra globum crucigerum, altera altior, altera pueri.*

M, *infra*, A, *ad latera*, ANNO III. *infra*, CON.

DD NN HERACLIVS ET HERA CONST. *Duo Impp. cum ſtemmate crucigero ſedentes, dextra globum crucigerum, alter altior, inter utrumque crucicula.*

DEVS ADIVTA ROMANIS. *Crux pedata, globo & gradibus inſiſtens.* Ex Baronio.

DD NN HERACLIVS ET HERA CONST. *Duo Impp. cum ſtemmatibus crucigeris, ſedentes, dextra globum crucigerum, alter altior.*

INDICTIONE ZIII. *Crux globo inſiſtens, infra,* XX.

DD NN HERACLIVS ET HERA CON PP A. *Tres Impp. protomæ, media habitu Conſulari, ſeu cum loro, cum tribus cruciculis ſupra ſingula capita.*

M, *ſupra*, *crux*, *infra*, A, *ad latera*, ANNO VIII. *infra*, RA.

DD NN HERACLIVS ET HERA CON PP A. *Tres Impp. ut in proximo nummo.*

M, *ſupra*, *crux*, *infra*, A, *ad latera*, ANNO XVI. *infra*, RAV.

DON HER IA. *ſimiles figuræ.*

HK, *ſupra*, XX, *infra*, RAV.


CONSTANTINVS II
Æ III
CONSTANTINVS
CONOB
KRTS
RAV
CONSTANS
CONSTANTINVS POGONATVS
Rom

Familiæ HERACLII Aug. Nomiſmatum Tab. II.

Edit. Pariſ. pag. 115.

DN ERA CONST. *Imp. cum ſtemmate crucigero, dextra globum crucigerum.*

XX. *ſupra, crux, ad latus,* E, *infra,* KRTS.

DN ERA CONST. *Imp. eodem ſchemate.*

M, *ad latus,* NEb, *infra,* SCIG.

CONSTANTINUS ſeu CONSTANS.

Imp. barbatus, cum ſtemmate crucigero, dextra globum crucigerum.

I, *in medio nummo, ad latera,* ANNOI.

DN CONSTANTINI S CONSTANTI6. *Duæ protomæ Impp. cum ſtemmatibus crucigeris, prior cum prolixa barba, altera pueri, inter utramque crucicula.*

VICTORIA AVGVST. *Crux inſiſtens gradibus, ad latus,* C, *infra,* CONOB. Vide Oct. Stradam p. 274.

DN CI .. *Duæ protomæ Impp. ut in ſuperiori nummo.*

VICTORIA AVGVS. *Crux gradibus inſiſtens inter duos Impp. ſtantes cum ſtemmatibus crucigeris, dextra globum crucigerum, infra,* CONOB.

DN CONSTANT. *Duæ protomæ ut in ſuperioribus.*

VICTORIA AVGVS. *Crux globo inſiſtens, inter duos Impp. ut in ſuperiori.*

VICTORIA AVGVS. *Imp. barbatus, cum ſtemmate crucigero, dextra globum crucigerum.*

Tres figuræ Impp. ſtantes, cum ſtemmatibus crucigeris, dextra globum crucigerum, media altior, infra, CONOB.

Eædem figuræ quæ in ſuperioris poſtica parte.

VICTORIA AVGVS. *Crux inſiſtens gradibus, ad latus, Chriſti monogramma, infra,* CONOB.

VICTORIA AVGVS. *Crux inſiſtens gradibus, ad latera, Chriſti monogramma, & lit.* K.

M, *ad latus, Chriſti monogramma, ſupra, crux, &* ANNO, *infra,* CON.

M, *ſupra, crux, &* ANNO XIII. *infra,* CON.

M, *ſupra, Chriſti monogramma, inter binas cruciculas, infra,* Γ, *ad latera,* ANN. XGII. *infra,* KVΩM.

M, *infra,* A, *ſupra, Chriſti monogramma, ad latera,* ANNO XX. *infra,* RAV.

M, *ſupra, Chriſti monogramma, ad latera* ANNO CE, *infra,* RAV.

Imp. barbatus, dextra globum crucigerum, ad latera, X, K.

M, *tres protomæ Impp. quarum altera, ſupra, lit.* M, *dextra globum crucigerum tenet.*

Binę Impp. protomæ cum ſtemmatibus crucigeris, prior altior & barbata, altera pueri.

Duæ aliæ Impp. protomæ, in medio, X, *infra,* ROM.

Tres Impp. protomæ, media altior, infra, M, A, *inter,* X & N.

Duo Impp. inter cruciculam inſiſtentem gradibus, prior & altior ad dextram habitu militari, dextra haſtam, pede captivum proculcans; altera paludata & inferior, dextra globum crucigerum.

M, *ſupra, crux, ad latera,* ANN XXI. *infra,* RAV.

Duæ figuræ Impp. ſtantes, cum ſtemmatibus crucigeris, prior & altior habitu militari, dextra haſtam; altera paludata, dextra globum crucigerum; ſupra, crucicula inter utramque.

M, *ſupra, crux, infra,* Γ, *ad latera,* ANNO XX. *infra,* H.

Duæ figuræ Impp. ſtantes ut in ſuperiori nummo.

M, *ſupra, crux, infra,* Γ, *ad latera,* ANNO XXI. *infra,* CON.

M, *ſupra, Chriſti monogramma, infra,* Δ, *ad latera,* ANNO XII.

M, *inter duos Impp. paludatos cum ſtemmate & globo crucigeris, ſupra, Chriſti monogramma, infra,* SCR.

CONSTANTINUS POGONATUS.

DN CONSTANTINVS PP AV. *Imp. cum ſtemmate crucigero, dextra globum crucigerum, ſiniſtra clypeum cui inſcriptus eques.*

VICTORIA AVGVS. *Crux pedata, inſiſtens gradibus, ad latus lit.* I. *infra,* CONOB.

DN CONSTONSP. *Imp. cum ſtemmate criſtato, dextra ſpiculum, ſiniſtra clypeum cui inſcriptus eques.*

VICT. VIVIX. *Crux inſiſtens gradibus, inter duos Impp. paludatos ſtantes, cum ſtemmate & globo crucigeris, infra,* CONOB. Vide Chifflet. in Anaſtaſi p. 271.

DN CONSTANTINI. *Imp. cum ſtemmate criſtato, dextra ſpiculum, ſiniſtra clypeum cui inſcriptus eques.*

Universitäts Bibliothek

Familiæ HERACLII A. Nomiſmatum Tab. III.

Edit. Pariſ. pag. 116.

VICTORIA AVGVS. *Crux infiſtens gradibus inter duos Impp. paludatos ſtantes, cum ſtemmate & globo crucigeris, infra,* CONOB.

DN CONSTANS II II CCOIA. *Imp. cum ſtemmate crucigero, dextra globum crucigerum.*

VICTORIA AVGVΔ. *Crux ut in ſuperiori, infra,* CONOB. Ex Oct. Strada p. 305.

DN CONSTANTINVS P. *Imp. cum ſtemmate criſtato, dextra ſpiculum, ſiniſtra clypeum cui inſcriptus eques.*

M, *ſupra, crux, infra,* E, *inter binas figuras Impp. paludatorum, dextra longiorem crucem tenentium.*

CONSTANTINVS. *Duæ breviores protomæ Impp. prior altior, altera pueri.*

XX, *infra,* ROM.

CONSTANTINVS PP A. *Imp. cum ſtemmate crucigero, dextra globum crucigerum.*

Crux inter litt. X. X. *infra,* CRTS.

I, *inter duas ſtellas, in corona quercea.*

CONSTANTIN. *Imp. ut in ſuperiori nummo.*

Crux inter litt. $\frac{C}{X}$ & $\frac{T}{X}$, *ſupra, cruciula.*

JUSTINIANUS.

IHS CHRISTVS REX REGNANTIVM. *Chriſtus, ſiniſtra librum.*

DN IVSTINIANVS SERVVS CHRISTI. *Imp. ſtans, cum ſtemmate crucigero, & loro Conſulari, dextra crucem gradibus inſiſtentem tenens, infra,* CONOB. Vide Stradam p. 265. & Chiffletium.

* DN IVSTINIANVS ET TIBERIVS EP A. *Duæ facies.*

DN IHS CHRIST REX REGNANTIVM. *Imago Chriſti cum cruce.* Occo perperam Juſtiniano M. hunc nummum adſcribit. Vide Aleman.

LEONTIUS.

DN LEOTIO PERPS AVG. *Imp. cum ſtemmate criſtato, dextra ſpiculum, ſiniſtra clypeum cui inſcriptus eques.*

VICTORIA AVGG. *Victoria ſtans, dextra longiorem & ſpiſſiorem crucem, infra,* ANT.

DN LEONTIVS PERP AVG. *Imp. eodem ſchemate quo in ſuperiori, præterquam quod in clypeo effectum Chriſti monogramma.*

VICTORIA AVG CONO. *Victoria ſtans, dex-*

tra longiorem crucem, ad latera, B, *& ſtellula, infra,* CONOB. Ex Oct. Strada p. 256. 278.

DN LEONTIVS PERPET AVG. *Imp. cum ſtemmate criſtato, dextra ſpiculum, ſiniſtra clypeum.*

VICTORIA AVGVSTORVM. *Figura militaris galeata cum paludamento, ſedens, dextra haſtam, ſiniſtra globum crucigerum, infra,* CONOB. Ex Oct. Strada p. 287.

PHILIPPICVS.

DN FILIPPICVS MVLTI AN. *Imp. habitu Conſulari, ſeu cum loro, dextra globum crucigerum, ſiniſtra ſcipionem cui inſiſtit aquila.*

VICTORIA AVGVS. *Crux inſiſtens gradibus, infra,* CONOB.

DN FILIPPICVS PP AVG. *Imp. cum ſtemmate crucigero, ſiniſtra globum cui inſiſtit aquila.*

M, *ſupra, crux, infra,* A, *ad latera,* ANNO SIII, *infra,* NIKO. Ex Oct. Strada p. 279.

XII.

FAMILIA HERACLII AUGUSTI.

Edit. Paris. pag. 117.

HERACLIUM Imperatorem admodum illustri ortum familia, quæque in bellis non modicam adepta erat existimationem, tradunt fere scriptores omnes: unde fortean haud absurdum videri debet, si illius origo ab [a] HERACLIO illo Edessano, FLORI Exconsulis filio, qui cum Marco Isauro copiis ex Ægypto, Thebaide & Eremo coactis præfectus, a Leone M. Augusto, anno imperii XIV. Christi CCCCLXXI. contra Vandalorum Regem Genfericum missus, pluribus partis trophæis, Tripolim & alias Libyæ civitates Romanis asseruit. Quæ quidem conjectura firmatur potissimum ex Heraclii familiari nomine, & ex Præfecturis quas in Africa Heraclii Augusti parens obtinuit. Verum ut sese res habeat, constat ejusdem Heraclii avum duos potissimum genuisse filios: ii fuere.

II. HERACLIUS, Africæ Præfectus, &
II. GREGORAS Patricius, de quo & ejus posteris agimus post Heraclii stemma.

II. [b] HERACLIUS Patricius, Philippici & Crispi ducum Legatus, seu Hypostrategus, [c] Mauricio imperante, varia in bellis contra Persas militaris virtutis ac peritiæ edidit argumenta, ob quæ ab Imperatore (Mauricio-ne an Phoca incertum) Africæ cum imperio præfectus est, Gregora fratre Hypostrategi seu Legati officium obeunte. [d] Id porro muneris obtinebat, cum Crispus Phocæ gener, a socero sibi metuens, ad illius delendam tyrannidem eum concitavit: utque Heraclium filium in urbem mitteret persuasit. [e] Huic EPIPHANIA uxor fuit, quæ Constantinopoli morabatur, cum filius Heraclius, interempto Phoca, Imperator appellatus est.

Liberi Heraclii Patricii ex Epiphania.

III. HERACLIUS Imperator.

III. THEODORUS, [f] Curopalata a fratre Augusto creatus, [g] qui in bellicis expeditionibus illius opera non semel usus legitur, in quibus bellica laude claruit. Periit in eo prælio quod ad Gabatam cum Saracenis iniit, anno Christi DCXVIII. cum per decem annos bellum cum iis vario eventu gessisset. [h] Pater fuit Theodori Magistri, cui quod cum Athalarico Heraclii Augusti spurio in se conspirasset, nares & manus præcidit idem Heraclius.

III. GREGORIUS, Heraclii frater dictus i Theophani, obiit Heliopoli in Syria anno II. A Constantis, quo & ejus corpus myrrha conditum, in urbem relatum est.

III. [k] MARIA primum nupsit MARTINO, ex eoque *Martinam* filiam genuit, Heraclii Imperatoris conjugem: [l] deinde in secundum maritum sibi adscivit EUTROPIUM, ex quibus secundis nuptiis prodiit *Stephanus*, qui ab avunculo Augusto obses datus est Avarum Chagano anno DCXXVI. a quo ægre licet, pecuniisque ad eum missis, a matre redemptus est anno DCXXXIV.

III. [m] FLAVIUS HERACLIUS a patre Heraclio cum classe contra Phocam missus, Constantinopolim pervenit III. Octobris, Indict. XIV. anno DCX. eoque interempto Imperator appellatus est, & diademate a Sergio Patriarcha donatus in æde Sophiana VI. ejusdem mensis, feria II. [n] Obiit ex aqua intercute XI. Martii, Indict. XIV. anno DCXLI. cum regnasset annos XXX. menses V. & dies VII. Ex hoc enim calculo emendandi Nicephorus Constantinopolitanus & Theophanes. [o] Uxorem primum duxit FABIAM EUDOCIAM, seu, ut scribit Isidorus Pacensis, FLAVIAM, Rogati nobilis Africani filiam, quæ ei pacta tantum erat, cum Constantinopolim venit, dictusque est Imperator. Heraclius igitur, ut habet Theophanes, & ex eo Cedrenus, cæso Phoca, Palatium ingressus, in Oratorio S. Stephani cum desponsa ipsi Eudocia Augusta coronatus est, & accepit uterque a Sergio Patriarcha coronas nuptiales, sicque uno ac eodem die Imperator simul & sponsus conspectus est Heraclius. Ubi Theophanes coronationis & nuptiarum Heraclii in Palatino S. Stephani Oratorio celebratas ceremonias videtur innuere, tametsi exerte in æde Sophiana coronatum scribat Chronicon Alexandrinum. [p] Obiit illa ex comitiali morbo [q] XIII. seu, ut aliis placet, XIV. Augusti, Indict. XV. anno DCXII. & in æde Apostolorum sepulta fuit. Nec multo post uxorem aliam superduxit Heraclius, [r] MARTINAM ex sorore & Martino neptim, Ind. II. anno DCXIV. quas quidem iniit nuptias, ejusmodi proximis affinitatibus Ecclesiæ Canonibus refragantibus, ipsoque contradicente Sergio Patriarcha. Unde quidam divino id adscripsere Numini, quod eorum plerique qui ex nefasto contubernio nati sunt liberi, divinarum legum contemptus pœnam luisse dicantur, cum ii nati sint distorti vel corpore luxati. [f] Hanc perinde a Patriarcha coronari curavit.

pag. 118.

a *Theoph. p. 101. E. R.*
b *Simoc. lib. 2. cap. 7. Theoph. p. 218. E. R. Cedren. p. 396. E. R. Diac. p. 486.*
c *Simoc. l. 1. c. 9. 10. 18. lib. 3. cap. 6. Diac. l. 17. p. 492.*
d *Theoph. p. 248. E. R. Diac. lib. 17. p. 528. Manass. p. 141. E. R.*
e *Theoph. p. 250. E. R. Anast. p. 88. E. R. Diac. l. 18. p. 531.*
f *Nicepb. p. 16. E. R.*
g *Nicepb. p. 68. E. R. Chr. Al. p. 906. Theoph. Cedr. p. 415. 419. Diac. l. 18. p. 552. Anast. p. 95. E. R. Elmacin. l. 1. Isidor. Palensis in chron. ara 656.*
h *Nicepb. p. 76. E. R.*
i *Theoph. p. 286. E. R.*
k *Nicepb. p. 40. E.*
l *Idem p. 51. 71. E. R.*
m *Jus Gr. Rom. p. 77. Chr. Al. p. 874. Theoph. p. 250. E. R. Fredeg. chr. c. 63. Cedr. Zon. Joel.*
n *Nicepb. p. 83. E. R. Theoph. p. 283. E. R.*
o *Theoph. p. 250. E. R. Cedr. p. 407. E. R. Zonar. p. 66. E. R. Diac. lib. 18. p. 531. Joel, &c. Isidor. Pacensis in Chron. ara 648.*
p *Nicepb. CP. p. 18. E. R. Cedr. p. 408. E. R.*
q *Chr. Al. p. 878.*
r *Nicepb. p. 40. E. R. Theoph. p. 251. E. R. Cedren. p. 418. E. R. Diac. lib. 18. p. 534. Amoin. lib. 4. hist. cap. 22. Albufarag. p. 110.*
f *Nicepb. p. 40. E. R.*

Liberi Heraclii Augusti ex Eudocia uxore.

IV. HERACLIUS Junior Imperator.

IV. EPIPHANIA, [a] quæ EUDOCIA dicta est, nata VII. Julii Indict. XIV. anno DCXI. & XV. Augusti baptizata, demum in Palatino S. Stephani oratorio corona donatur IV. proximi Octobris. [c] Hanc despondit pater an. DCXXV. ZEBELI Chazarorum principi, a quo non modica in bellis suis obtinuerat auxilia. Sed cum ad eum deduceretur, nuntiata in itinere Zebelis morte, Constantinopolim reversa est.

Liberi Heraclii ex Martina altera uxore.

IV. [d] CONSTANTINUS, anno Heraclii V. Chr. DCXV. natus, & in templo Blachernarum a Sergio Patriarcha baptizatus, sequenti demum a patre Cæsaris dignitate ornatur: eo superstite obiisse par est credere, siquidem nulla illius postmodum occurrit apud scriptores mentio, nisi idem sit cum eo qui

IV. [e] FLAVIUS a quibusdam appellatur, Zonaræ FABIUS dictus, a quo cum Heracleona perperam etiam confunditur. [f] Is porro natus est collo ita dissoluto, ut alio torqueri non posset. Hunc primum ex Martinæ liberis Nicephorus, ut Constantinum Theophanes faciunt, ac proinde unum eumdemque esse probabile est.

IV. [g] THEODOSIUS [h] a natura etiam male acceptus, erepto audiendi sensu penitus obsurduit. Huic pater NICEN, Niceræ Patricii consanguinei filiam uxorem dedit, quod Nicephorus CP. ad annum DCXXX. videtur referre, ex quo ante Heracleonam natum conjicio, qui eo anno, ejus ætatis nondum erat, ut conjugio necti potuerit: ac proinde Theodosius alter fuerit ex Heraclii filiis, qui, cum in Perside bellum gereret, occubuisse [i] dicuntur.

IV. FLAVIUS HERACLEONAS, a [k] Nicephoro & Svida HERACLIUS appellatus, [l] nascitur eo anno quo pater in Persas expeditione suscepta, in Lazorum Provinciis morabatur: quod ad annum Heraclii XVI. Chr. DCXXVI. videtur referre Theophanes. Alii natum volunt anno DCXXII. [m] Hunc pater Cæsarem circa annum DCXXX. [n] deinde Imperatorem circa ann. DCXXXIX. [o] nec multo post Consulem appellatum, testamento denique una cum Heraclio Constantino Imperii, quod uterque cum Martina uxore administraret, successorem dixit. [p] At Martina defuncto Heraclio conjuge, totam in se & filium imperandi auctoritatem transferre volens, Heraclium privignum veneno sustulit, atque ita Heracleonam filium solum agnosci curavit Augustum, qui haud diu parta per nefas potitus est dignitate. [q] Quippe statim postea & matri & filio adempta est, & Constanti, Heraclii Constantini filio, data a Senatu, a quo etiam Martinæ lingua, Heracleonæ vero nasus truncantur, iis postmodum in exilium actis; quod circa mensem Decembrem accidisse conjectari licet, si sex menses, quot imperasse Heracleonas dicitur a Theophane & aliis, a fratris excessu putentur, qui obiit XXII. Junii anno DCXLI. [r] Alii vero opinantur sex menses putandos a morte Heraclii senioris, ita ut tota hæc tragœdia intra Julium mensem peracta sit. At cum [s] Nicephorus scribat excitatos a Valentino motus Heracleona & matre imperantibus, sub vindemiæ tempestatem, probabilius est exactum cum matre a regni gubernaculis Heracleonam sub Decembrem, vel certe proximum Januarium; siquidem menses septem regnaverit, ut habet Codex Theophanis Barberinus. Scribit porro [t] Alfaragius Heracleonam a matre ad Imperium evectum, *Davidis novi* nomine donatum. Sed verendum ne cum Davide fratre confuderit.

IV. [u] DAVID in Oriente natus VII. Novembris, Ind. XIV. anno DCXXX. [x] a patre, paulo ante quam vita excederet, Cæsar dictus est. Eo vero mortuo, cum Valentini, qui junioris Constantis, Heraclii Constantini filii, partibus favebat, factione exorta essent in Palatio dissidia, pax tandem cum eodem pacta est, hac adhibita præ cæteris conditione, ut David Cæsar coronaretur, ac TIBERIUS vocaretur.

IV. MARINUS [y] cum fratre Cæsar appellatur a patre.

IV. AUGUSTINA)
&) paulo ante excessum patris
IV. MARTINA) ab eo Augustæ dicuntur.

IV. FEBRONIA, cujus memoriam agunt [z] Græci XXVIII. Octobris, quamque Heraclii Augusti filiam fuisse tradunt Synaxaria, una forte ex duabus ejusdem Imperatoris filiabus fuit, quas patre in expeditione Persica agente mortuas ait [A] Nicephorus CP. circa annum DCXXXII.

IV. N. filia altera ex iis quæ superstite patre obierunt. [B] Toto vero cælo errant, qui haud perpensa temporum ratione, Bertam Pipini Regis Francorum uxorem, filiam fuisse Heraclii volunt.

IV. [C] JOANNES, *cognomento* ATHALARICUS, *Heraclii Imperatoris filius nothus, Avarum seu Hunnorum Chagano obses a patre datus est anno* DCXXVI. *a quo, cum in eum conjurasse deprehensus esset, naribus & manibus præcisis, in Proten insulam relegatus est.*

IV. FLAVIUS HERACLIUS, cognomento NOVUS CONSTANTINUS, in Nummis vero HERACLIUS CONSTANTINUS appellatus, [D] in Sophiarum Palatio nascitur III. Mail, Ind. XV. an. DCXII. & [E] XXII. Janu. sequentis anni a Pa-

Edit. Paris. pag. 119.

a *Chr. Al. p.*878. *Theopb. p.*250. E.R. *Diac. l.*18. *p.*533.
b *Chr. Al. Theopb.*
c *Niceph. p.*46. 65. 74. E.R. *Elmacin. l.*1. *hist. Sarac. p.*15.
d *Theop. p.*252. E.R. *Cedr. p.*408. E.R. *Diac. p.*534. *Anast. p.*89. E.R.
e *Zonar. p.*68. E.R.
f *Niceph. p.*40. E.R.
g *Zonar. p.*72. E.R.
h *Niceph. p.*43. 64. E.R. *Manass.*
i *Niceph. p.*64. E.R.
k *Niceph. p.*44. E.R. *Suid. Albufarag. p* 110.
l *Niceph. p.*43. E.R.
m *Niceph. p.*69. E.R. *Suid.*
n *Niceph. p.*79. E.R.
o *Niceph. p.*80. E.R.
p *Niceph. p.*83. E.R.
q *Theopb. p.*283. E.R. *Cedren. p.*430. E. *Diac. p.*583. *Zonar. p.*91. E.R.
r *Petav. ad Niceph. p.*137.
s *Niceph. p.*91. E.R.
t *Alfarag. p.*113.
u *Theop. p.*278. E.R. *Cedren. p.*429. E.R. *Diac. l.*18. *p.*576. *Anast. p.*104. E.R.
x *Niceph. p.*81. E.R.
y *Niceph. p.*80. E.R.
z *Menæa & Menolog.*
A *Niceph. p.*64. E.R.
B *Cuspin. Bruschi de Monast. Germ. p.*25.
C *Niceph. p.*51. 76. E.R.
D *Niceph p.*12. E.R. *Chr. Al. p.*879. *Theopb. p.*251. E.R. *Cedren. Diac. Anast.*
E *Niceph. p.*23. E.R. *Chr. Al. p.*880. *Georg. in vita S. Theod. Syc. n.*125. *Isidor. Pacensis.*

triarcha baptizatur, & a patre Cæsar appellatur, ac corona donatur. Exin I. Januarii anno DCXVII. Consul, [a] ac deinde Imperii una cum Heracleona fratre successor testamento ab eo dictus est. [b] Verum Augusta haud diu potitus est dignitate, cum centum & tribus diebus post parentis excessum obiisset, uti testatur Nicephorus: unde referendam constat illius mortem ad XXII. Junii, Indict. XIV. anno DCXLI. [c] Veneno extinctum novercæ & Pyrrhi Patriarchæ insidiis consentiunt scriptores, cum in Heracleonam fratrem totam imperii auctoritatem transferre vellent. Imperavit XXVIII. annos & dimidium, initio ducto ab illius coronatione. [d] Huic pater GREGORIAM, Nicetæ Patricii Heraclii consanguinei filiam despondit circa annum DCXXIX. [e] ANASTASIA nuncupatur a Cedreno, a quo in Apostolorum æde cum conjuge tumulo condita dicitur. Sed vereor ne in eo falsus sit, quod Anastasiam, quam Constantino alteri, Pogonato scilicet, nuptam audierat, huic perperam adscripserit.

Filii Heraclii junioris Augusti ex Gregoria.

V. HERACLIUS, qui & CONSTANS dictus est, Imperator.

Edit. Paris. pag. 120.

V. [f] THEODOSIUS a fratre Constante anno regni XVIII. interfectus est, orta inter eos nescio qua simultate, cum paulo ante ad Diaconatus ordinem promoveri coegisset. Quod quidem fratricidium subditorum in Constantem non modo provocavit odium; sed & tanto illius mentem pavore perculit, ut oculis fratrem crimen sibi exprobrantem perpetuo obversari existimaret: cumque nullibi tutus, urbe excedens, in Siciliam migrasset, tam atrocis sceleris pœnas tandem luit.

V. [g] FLAVIUS HERACLIUS, natus VII. Novembris, Indict. XIV. anno DCXXX. baptismum excepit a Patriarcha Sergio III. Novembris anni subsequentis, Indict. V. [h] Mortuo patrente, factione Valentini, plebeque id postulante, ab Heracleona patruo invito in consortium Imperii ascitus, coronatus est ab eodem Patriarcha: [i] in qua quidem solemnitate CONSTANTINI nomen a populo de patris nomine ei inditum est, [k] quo donatur a Gregorio II. Papa, Anastasio, Hermanno Contracto, & aliquot aliis, atque adeo in veteribus Tabulis: licet vulgo CONSTANS [l] a scriptoribus appelletur. Monothelitarum, avi exemplo, hæresim amplexus, Catholicis infestus fuit. [m] Martinum Papam, virum sanctissimum, & Maximum Monachum, manu linguaque truncatum, in exilium deportavit. [n] Inito cum Saracenis prælio superatus est anno DCLIV. [o] deinde ex fratris Theodosii nece conscientiæ agitatus stimulis, Constantinopoli excedens, in Italiam transiit anno DCLXIII. Indict. VI. Romamque pervenit V. Julii, Imperii sedem eo translaturus, [p] ubi a Longobardis variis cladibus attritus, expilatis furore barbarico Romæ sacris ædibus, in Siciliam proximo anno transmisit; & cum evocatis Constantinopoli uxore & liberis, Syracusis per sex annos hæsisset, [q] in balneo a suis interfectus est XV. Julii anno DCLXVIII. Indict. XI. [r] anno imperii XXVII. Uxoris nomen a scriptoribus non est proditum, quod sciam.

Filii Constantis Imperatoris.

VI. CONSTANTINUS Pogonatus, Imperator.

VI. HERACLIUS & VI. TIBERIUS [f] a fratre Constantino in Imperii communionem primum asciti, diademate tamen haud donati sunt; unde ut Augusti a plebe minime agnoscebantur, licet eorum nomina in [t] actis publicis cum suo inscribi, atque adeo in iis Imperatores appellari pateretur Constantinus. Verum adempta a fratre postmodum ea dignitate, a rerum publicarum administratione submoti sunt; quod [u] Theophanes & alii ad annum XIII. Constantini, Christi DCLXXXI. referunt. [x] Narrant iidem scriptores, anno primo Constantini Thematis Orientalium milites Chrysopolim accessisse, institisseque ut Heraclius & Tiberius a fratre Augusti dicerentur, qui eorum delusus consiliis, captis seditionis auctoribus, fratribus nares præciderit. Quæ quidem si vera sunt, uno eodemque anno acta par est credere; quod tamen secus videtur se habere, siquidem verum sit ademptam demum iis reipublicæ administrationem anno XIII. Constantini.

VI. [y] FLAVIUS CONSTANTINUS imperium excepit post extinctum parentem, cujus mortem ulturus, in Siciliam cum copiis navalibus transmisit, & Mizizium, seu Mezzetium, uti appellatur ab Anastasio, illius auctorem, qui tyrannidem invaserat, interfecit. [z] BARBATI cognomen adeptus est, ex eo quod cum suscepta ista expeditione imberbis tum esset, postmodum Constantinopolim redux barbatus conspectus sit. [A] Catholicam fidem, proscripta Monothelitarum hæresi, quæ ab Heraclio obtinuerat, rursum invexit, coacta œcumenica Constantinopoli Synodo anno DCLXXX. Vario successu pugnavit cum Saracenis, qui urbem etiam obsidione cinxere. [B] Obiit ineunte Septembri anno DCLXXXV. Imperii XVII. Ejus corpus in æde Apostolorum conditum est. [C] Uxorem duxerat ANASTASIAM, quam ut puellulam flagris cædi jussit Justinianus filius, cui illa superstes fuit.

Filii Constantini Barbati ex Anastasia.

VII. JUSTINIANUS Imperator.

VII. HERACLIUS, [D] cujus ut & fratris capillorum mallones ad Benedictum II. PP. transmisit *pag. 121.*

a *Nicepb. p.83. E. R.*
b *Niceph. p.87. E. R.*
c *Theopb. p.275. E. R. Zonar. p.71. E. R. Cedren. Vuarnef. l.1. c.51. Alfarag. p.113.*
d *Nicepb. p.24. E. R. Zonar. p.71. E. R.*
e *Cedr. p.430. E. R.*
f *Theopb. p.288. E. R. Diac. l.19. p.590. Cedren. p.435. E. R. Zonar. p.72. E. R.*
g *Theopb. p.278. E. R. Cedr. p.429. E. R. Anast p.104.*
h *Nicepb. p.92. E. R.*
i *Nicepb. p.92. E. R.*
k *Tom.3. Concil. p.461. ed.1618. Anast. in Vital. Herm. Contr. n.640. Ughell. to.4. p.1331. Eullar. Casin. to.1. p.2.*
l *Theopb. Cedr. Zon. Joel. &c. Caracc. in Neap. c.20. §.1.*
m *Anast. in Martino PP. & in Collectan. &c. Theoph. p.292. E.R.*
n *Theopb. Cedr. Fredeg. c.81. Vita S. Barbati Arch. Benev. apud Ughell. p.27.*
o *Theopb. p.289. E. R. Vuarnefr. l.5. c.6. 7. & seqq.*
p *Anast. in Vital. PP. p.51. 52. E. R. Vita S. Barbati.*
q *Theopb. p.292. E. R. Anast. in Vital. p.52. Cedr. Zon. Vuarnef. Regino. Herman. &c.*
r *Joel.*
s *Theopb. p.293. E. R. Anast. hist. Eccl. p.111. E. R.*
t *Anast. in S. Agath. p.53. E. R. Syn. 6. œcumen. act.1. p.15. 18. 20. 24. ed.1618.*
u *Theopb. p.300. E. R. Cedr. p.440.*
x *Theopb. p.293. E. R. Cedren. p.436. E. R. Diac. p.605. Anast. p.114. E. R.*
y *Theopb. p.292. Anast. in Adeodato p.52.*
z *Joel.*
A *Anast. in S. Agath. p.54. Conc. IV. œcum. Nicepb. p.109. E. R. Theopb. &c.*
B *Nicepb. p.109. E. R. Anast. in Joan. V. p.58. Const. de admin. imp. c.21. Theopb. p.311. E. R. Zon. Cedr. &c.*
C *Nic. p.147. E. R. Th. p.318. E. R. Cedr. p.442. E. R. Diac. p.612. 628.*
D *Anast. in Bened. II. p.57.*

Constantinus pater, ut hoc pacto eorum adoptitius ac spiritualis pater fieret.

VII. FLAVIUS JUSTINIANUS, cognomento RHINOTMETUS, quod naso truncatus fuerit, uti mox dicetur, [a] a patre in imperii consortium adscitus est an. DCLXXXI. Heraclio & Tiberio fratribus in ordinem actis. [b] Annum XVI. ætatis attigerat, cum in solidum adeptus est imperium post patris mortem; quod quidem tanta levitate ac impotentia rexit, ut a Bulgaris ac Saracenis non semel profligatus, [c] etiam crudelitate ac rapacitate in subditos sæviret, a quibus demum appellatus est Imperator [d] LEONTIUS Patricius Copiarum Dux, qui comprehensum Justinianum naso mutilatum in Chersonam relegavit, anno DCXCV. [e] Tertio vero post anno TIBERIUS APSIMARUS ab exercitu Imperator perinde creatus, captum Leontium pari ac Justinianum hic affecerat nasi clade deformem redditum, in Monasterio Delmati inclusit. Regnavit iste annos VII, & usque ad annum DCCV, quo post decennale exilium imperium rursum recepit Justinianus, Terbelis Bulgarorum Regis auxilio, cum quo Urbe obsessa, per aquæductus cuniculos hanc ingressus, Leontium & Apsimarum per Urbem traductos in Hippodromo capite truncavit. Ad extremum Chersonitis infensus, quod dum apud Chersonam ageret, Apsimaro eum tradere in animo habuerant, valida in eos missa classe omnes mactari fecit: cumque id unum ægre ferret, quod in illa Chersonitana strage parvulorum ab cæde miles abstinuisset, ad eos jugulandos classem eo direxit. Verum ad tam efferatam crudelitatem exhorrescens classis ipsa, BARDANEM quemdam, Nicephori origine Pergameni filium, Imperatorem renuntiavit, cui PHILIPPICI nomen datum est. Is vero adscitis aliis quos Justiniano infensos noverat, ad Urbem profectus, eamque nullo obstante ingressus, Justinianum ac Tiberium filium [f] ad Damalim capite obtruncat. Quod sub finem anni DCCII. Indict. X. vel proximo ineunte accidisse colligitur ex iis quæ habet [g] Anastasius. Bis nuptias iniisse Rhinotmetum constat: sed prioris uxoris ex qua filiam procreavit, nomen ac familiam non produnt scriptores. [h] Altera fuit THEODORA, Busiri Chazarorum Chagani seu Principis filia, quam tum demum duxit cum in exilio agens, paulo ante quam imperium reciperet, ad eumdem Chaganum, a Chersonitarum insidiis sibi præcavens, profectus est. Verum cum Chaganum cum Apsimaro contra se agitare consilia accepisset, ab eo clam excedens, filiam patri remisit; sed mox recuperato imperio, hac cum filio Tiberio in Urbem revocata, utrumque corona donavit. Errat [i] Codinus, qui Terbelis Bulgarorum Regis filiam facit.

Filia Justiniani ex priori conjuge.

VIII. N. filia Justiniani, [k] quam ille Terbeli Bulgarorum Regi in uxorem pactus est, vel promisit, cum ab eo auxilium imploravit. Cum porro acta hæc statim post initas a Justiniano cum Theodora nuptias ex scriptoribus constet, consequens est aut ex altera natam uxore Justiniani, qui tum demum Theodoram duxit, Apsimaro imperium obtinente: vel Bulgaro pactam aut promissam, cum illa adhuc in cunis esset.

Filius Justiniani ex Theodora.

VIII. [l] TIBERIUS a patre Imperator appellatus est statim post receptam Augustam dignitatem anno DCCV. vel DCCVI. Ab eodem obviam honoris causa missus est Constantino PP. quem Roma in Urbem evocaverat, uti narrat [m] Anastasius, a quo Tiberius Imperator nuncupatur. Interfecto patre in ecclesiam Blachernianam confugit, unde a sacra mensa, cui inhærebat, Philippici jussu avulsus, pecudis more jugulatus est, & in æde SS. Cosmæ & Damiani, quam Paulinæ appellabant, tumulo conditus. [n] Extitit postmodum anno XXII. Leonis Isauri Pergamenus quidam, qui se Tiberium Justiniani filium mentitus est. [o] Meminit Occo nummi aurei, in quo hæc inscriptio habetur: DN. IVSTINIANVS ET TIBERIVS PP. A. quem Rhinotmeti esse, non vero Magni Justiniani, ut ille putat, prorsus existimo.

II. [p] GREGORIUS, seu, ut a [q] Theophane, Zonara & aliis appellatur, GREGORAS, Patricius, Heraclii Africæ Præfecti frater, Heraclii Augusti patruus, in fratris Præfectura Africæ Legati munus obiit. Huic filius fuit *Edit. Paris. pag. 122.*

III. [r] NICETAS Patricius, qui a patre cum ingentibus equitum turmis terrestri itinere in Phocam missus est, interim dum Heraclius Heraclii filius maritimo in eumdem contenderet, pacto inter eos inito, ut qui prior perveniisset, imperium si posset arriperet. [s] Heraclius porro Imperator appellatus, Nicetam tamquam germanum fratrem, atque imperii participem semper coluit, uti inter eos convenerat, cum ex Africa profecti sunt. [t] Sed & equestrem eius statuam auratam supra columnam in Foro posuit, cui inscriptionem duobus versibus comprehensam, quos legere est in [u] Anthologia, adscribi curavit. Illius non semel meminit [x] Leontius in vita S. Joannis Eleemosynarii.

Liberi Nicetæ Patricii.

IV. [y] N. filius, quem Patricium Heraclius Augustus dixit circa an. DCXXX.

IV. GREGORIA, [z] HERACLIO, seu CONSTANTINO, Heraclii Imperatoris filio, statim atque ille in lucem est editus, ab eodem Augusto pacta est, quam filius demum uxorem duxit anno DCXXX.

IV. [A] NICE, eodem quo soror anno, THEODOSIO, alteri ex Heraclii liberis, uxor datur.

a *Theoph. p. 300. E. R.*
b *Nicepb. p. 111. E. R. Vvarnefr. l. 6. c. 11.*
c *Theoph. p. 308. E. R. Nicepb. p. 112. E. R.*
d *Nicepb. Theoph &c. Vvarnefr. l. 6. c. 11. 12.*
e *Nicepb. p. 120. &c. E. R.*
f *Agatho Diac. in Epilog. de iis quæ Barda adversus VI. Synodum ausus est to. 6. Concil. Lab. p. 1403. & apud Combefis. in Hist. Monothel. p. 198.*
g *Anast. in Const. PP. p. 65. E. R. Herm. Contr. Baron. an. 713. n. 5. 6.*
h *Nicepb. p. 132. E. R. Theopb. p. 314. E. R.*
i *Codin. Orig. p. 49. E. R. Anom. Collect. CP. p. 92.*
k *Nicepb. p. 126. E. R. Zonar. p. 78. E. R. Cedr. p. 445. E. R. Diac. p. 620. E. R.*
l *Nicepb. p. 133. E. R. Theopb. p. 314. E. R. Cedren. p. 436. E. R. Zonar. p. 78. E. R. Diac. l. 20. p. 621.*
m *Anast. in Const.*
n *Theopb. p. 344. E. R. Cedren. p. 457. E. R.*
o *Occo p. 585.*
p *Nicepb. p. 4. E. R. Mosc. c. 196.*
q *Theopb. p. 249. E. R. Leont. in vita S. Jo. Eleemos.*
r *Nicepb. p. 7. E. R. Theopb. p. 249. E. R. Cedr. Zon. &c. Menæa 28. April. Isidorus Pacensis.*
s *Nicepb. p. 12. E. R.*
t *Nicepb. p. 24. E. R.*
u *Anthol. p. 294.*
x *Cap. 4. 5. 14. Combefisius in 3. Auct. Bibl. Patr. p. 324.*
y *Nicepb. p. 63. E. R.*
z *Nicepb. p. 24. 64. E. R.*
A *Nicepb. p. 64. E. R.*

LEO ISAURUS.

Edit. Paris. pag. 123.

D LEONI. *Imp. habitu Consulari, cum stemmate crucigero, dextra volumen, sinistra globum crucigerum.*
VICTORIA AVGG. *Crux gradibus insistens, infra*, CONOB.

CLEONPΔMVL. *Imp. habitu Consulari, cum stemmate crucigero, dextra crucem.*
CONSTANTINOS S LEON O NEOS. *Constantinus cum Leone filio, uterque cum stemmate crucigero: crucicula inter utrumque.* Vide Dissertat. n. 43.

C LEONPΔMVLΘ. *Ut prior, præter litteram* Θ.

Constantinus & Leo, ut in 4. *absque inscriptione.*
AK, *& crucicula.*

DN LEO ET CONSTANTINVS PP AVG. *Leo & Constantinus crucem geminam tenent.*
TIBI SOLI REX REGNANTIVM, *Christus in Cathedra sedens librum læva tenet.* Nummum hunc ex Octavio Strada descripsimus, tum ut primos aversæ partis characteres perperam legisse doceremus, cum hosce prætulerit, IHS XPS; ut habent alii nummi passim: tum etiam Leoni perperam ab eo adscribi, cum infensissimus imaginum hostis Christi figuram in nummis suis neutiquam exarari passus fuerit, licet Crucis imagines Iconoclastæ omnes admiserint. Vide Dissert. n. 23. 26.

DD NN LEO S. CONST. *Leo Chazarus, & Constantinus filius a patre Imp. dictus, stantes, globos crucigeros tenet: crucicula inter utrumque.*
M, *infra*; A, *ad latus*, ANNO, *infra*, CON.

DN CONSTANTINVS AVG ET HIREN AV. *Constantinus & Irene mater, crucem geminam tenent.*
GLORIA IMPERII ROMANI. *Constantinus & Irene mater stantes, crucem geminam tenent.* Qui hic exibetur Constantini & Irenes matris nummus aureus, ex Octavio Strada desumptus est, in quo nescio an bene effictus sit filius barbatus, qui anno ætatis vigesimo, aut vigesimo primo solus, deturbata matre, imperare cœpit, ac proinde imberbis fuerit cum mater rerum habenas tenuit: nec Constantini habitus in aversa facie est istius quo vixit sæculi. Verum quod Constantini nomen matris præponatur nomini, cum iis quæ habet Theophanes an. 1. ejusdem Constantini congruit, scribens Constantini nomen Irenes matris nomini semper fuisse præpositum ex pacto a subditis cum matre inito. Vide præterea Ambrosium Moralem lib. 12. cap. 66.

XIII.

FAMILIA LEONIS ISAURI AUGUSTI.

Edit. Paris. pag. 124.

I. FLAVIUS LEO,[a] obscuro genere Germaniciæ, seu, ut alii volunt, Seleuciæ in Isauria natus, [b] CONON primum nuncupatus, a Justiniano Rhinotmeto una cum parentibus e natali solo Mesembriam translatus fuit, indeque in Palatium evocatus, ubi munus Spatharii obtinuit. [c] Ab Artemio seu Anastasio postmodum Orientis Dux factus, & in Theodosium, qui tyrannidem invaserat, missus, Saracenorum, qui res Romanas turbare satagebant, suasionibus, ab Amoriensibus Imperator dictus est, ipso locum ultro cedente Theodosio. Itaque Augustus renuntiatur, ac diademate donatur XXV. Martii anno DCCXVII. Indict. XV. [d] Saracenis, qui sub imperii initia Thraciam incursaverant, superatis, cæsoque Tiberio qui in Sicilia rebellaverat anno DCCXIX. [e] conceptam Judæo quodam auctore in sacras imagines impietatem ac rabiem exercuit anno DCCXXVI. quam cum Gregorius II. Papa per litteras cohibere non potuisset, Leone anathemate damnato, Romam, & quidquid in Italia Græcorum erat, ab eorum avulsit imperio, iisque tributa pendere prohibuit. [f] Moritur ex intercute XVIII. Junii anno DCCXLI. Indict. IX. cum regnasset annos XXIV. menses II. dies XXV. juxta Theophanem. [g] Uxorem duxerat, priusquam Imperium esset adeptus, MARIAM, quam XXV. Decembris anno DCCXIX. coronavit.

Liberi Leonis Imperatoris ex Maria.

II. CONSTANTINUS, cognomento Copronymus, Imperator.

II. [h] ANNA a Leone parente nuptum data est ARTABASDO, seu ARTABASO, Thematis Armeniaci Duci, quo adjutore imperium invaserat. [i] Is Curopalates a socero dictus, eo extincto Imperatoriam dignitatem arripuit anno DCCXLI. utque Catholicorum sibi conciliaret animos, imaginum cultum restituit. [k] At cum annos duos & menses quinque regnasset, a Copronymo comprehensus, una cum filiis luminibus privatus est mense Novembri Indict. XII. anno Christi DCCXLIII.

III. [l] NICEPHORUS a patre Imperator dictus est anno imperii secundo, & ab Anastasio Patriarcha coronatus, nec multo post una cum patre a Copronymo excæcatus. [m] Prostat Zachariæ Papæ Epistola, quæ hisce verbis clauditur: *Data Non. Decembr. imperante Dom. piissimo Augusto Artavasdo a Deo coronato magno imperatore anno* III. *P. C. ejus anno* III. *sed & Nicephoro magno Imperatore ejus filio anno* III. *Indict.* XIII. Ex quibus sequitur coronatum Nicephorum a patre statim post adeptam Augustam dignitatem; siquidem verum sit datam hanc epistolam anno utriusque tertio. Nec obstat quod mense Decembri, imperante Artavasdo, exarata dicatur, qui mense Novembri in ordinem actus fuerat, ut auctor est Theophanes, quia illius depositionis nuntius nondum Romam eo die quo data est venerat. Sed pro *Ind.* XIII. restituendum XII. prorsus constat, initio scilicet sumpto a Kal. Septemb. an. DCCXLIII.

III. [n] NICETAS a patre Dux Thematis Armeniaci renuntiatus, a Copronymo perinde excæcatus est.

II. [o] FLAVIUS CONSTANTINUS, cognomento COPRONYMUS, nascitur anno DCCXIX. [p] & sequenti renuntiatur Imperator a patre, & a Patriarcha S. Germano ipso Paschatis die XXV. Martii diademate donatur. Hic paternæ impietatis hæres, & sacras imagines proscripsit, & Catholicos dire infectatus est. A Sclavis & Bulgaris Græcorum provincias infestantibus non semel profligatus, tandem pessimam efflavit animam [q] XIV. Septembris, Indict. XIV. anno DCCLXXV. cum imperasset annos XXXV. menses II. dies XXVI. [r] Constantini tumuli marmorei meminit Nicetas Paphlago in vita S. Ignatii Patriarchæ Constantinopolitani. [s] Ter nuptias iniit, ac primum, parente superstite, anno DCCXXXIII. cum IRENE, Chazarorum Chagani filia, quæ Christiana facta, Catholicam fidem, quoad vixit, incolumem servavit. [t] Hac extincta, alteram nomine MARIAM superduxit, quæ quidem obiit anno DCCL. [u] Denique in tertiam conjugem EUDOCIAM sibi adjunxit, [x] quam Melissenorum familiæ affinitate junctam quidam tradidere. Hanc I. Aprilis an. DCCLXIX. coronavit conjux, cum ex ea tum liberos tres procreasset. *pag. 125.*

Filius Constantini Imp. ex Irene priore uxore.

III. LEO Imperator.

Liberi Constantini ex Eudocia tertia conjuge.

III. CHRISTOPHORUS [y] Cæsar a patre dictus est II. April. an. DCCLXIX. [z] Narrant Menæa Christophoro filio Cæsari (sed legendum ex filio nepoti) conjugio collocatam a Leone Isauro Imperatore THEODORAM, Theophili

a *Theoph. p. 327. E. R.*
b *Manasses.*
c *Theoph. p. 324. 331. 332. E. R. Isidor. Pacensis in Chron. ara 758.*
d *Theoph. p. 333. E. R. Theoph. Ceram. homil. 20.*
e *Theoph. p. 338. E. R.*
f *Niceph. p. 183. E. R. Theoph. p. 346. E. R. Cedren. p. 455. E. R.*
g *Theoph. p. 335. E. R. Cedren. p. 452. E. R. Zonar. p. 83. E. R. Diac. l. 21.*
h *Niceph. p. 183. E. R. Theoph. p. 323. E. R. Diac. l. 20. 21. Anast. p. 126. E. R.*
i *Theoph. p. 326. E. R. Anast. in Zach. PP. p. 78. E. R. Isidorus Pacensis ara 782.*
k *Idem Anast. Baron. an. 743. n. 10. 14.*
l *Niceph. p. 183. E. R. Theoph. p. 348. E. R. Diac. l. 21. p. 676. Anast. p. 140. E. R.*
m *Baron. an. 743. n. 14.*
n *Theoph. p. 330. E. R. Niceph. p. 183. E. R. Cedr. p. 461. E. R. Diac. l. 22.*
o *Theoph. p. 134. E. R.*
p *Niceph. p. 176. E. R. Cedren. p. 453. E. R. Suid.*
q *Theoph. p. 378. E. R.*
r *Nicet. in Ignat. p. 694. ed. 1618.*
s *Theoph. p. 343. E. R. Niceph. p. 180. E. R. Cedren. p. 457. E. R. Zonar. p. 86. E. R. Diac. l. 21. p. 665. Sigeb. an. 732.*
t *Niceph. p. 200. E. R.*
u *Theoph. p. 374. E. R. Cedr. p. 467. E. R. Diac. l. 22. Anast. p. 153. E. R.*
x *Auctor inc. post Theoph. p. 441. E. R.*
y *Theoph. p. 374. E. R. Zon. Cedr. &c.*
z *Menæa 3. Dec.*

Patricii ex Theodora filiam, quam ex Monasterio, cui Rigidion nomen erat, ubi pietatis exercitiis instruenda fuerat inclusa, invitam & reluctantem eduxerat: sed Deo, quam illa voverat virginitatem, integram servari ac illibatam volente, eo ipso quo celebrabantur nuptiarum solemnia die, Scytharum in Græcorum provincias nuntiata irruptione, missum continuo cum copiis Christophorum, & in prælio ab iis interfectum fuisse, priusquam sponsam attigisset; quæ hoc pacto in pristinum Monasterium secedens, in eo reliquum vitæ caste exegit, haud absque sanctitatis opinione. Theodoræ memoriam agunt Græci XXX. Dec. At cum Christophorum oculis privatum fuisse a Constantino Irenes filio tradant scriptores, videant eruditi an hac in re fides aliqua Menæis præstanda sit.

III. [a] NICEPHORUS eodem quo frater die Cæsar a patre renuntiatur.

III. NICETAS [b] nascitur Ind. II. anno DCCLXIV. [c] & Nobilissimus a patre, eodem quo fratres Cæsares dicti sunt, die est appellatus.

III. [d] EUDOXUS; seu, uti nuncupatur a Theophane & Zonara, EUDOCIMUS, a Leone fratre Nobilissimus dictus est. [e] At cum statim post extinctum Leonem Irene conjux & Augusta Senatores Imperii diadema in Nicephorum Copronymi filium transferre velle accepisset, comprehensus, una cum fratribus, decisis capillis, ad Sacerdotii ordinem promotus, in Christi natalitiorum festo Eucharistiæ Sacramenta populo impertire coactus est an. DCCLXXX. [f] Postmodum eidem Nicephoro rursum diadema machinari militares copias edoctus Irenes filius Constantinus, Nicephorum oculis privari, Christophoro vero, Nicetæ, Anthimo, & Eudocimo linguas præcidi præcepit, die Sabbati, mense Augusto, Ind. XV. anno DCCLXXVII. Nec diu inultum mansit scelus: quinquennio enim exacto, ejusdem mensis, & Sabbati die, a propria matre Constantinus ipse oculis orbatus est.

III. N. Narrant [g] Menologia Copronymi conjugi sanctam Anthusam, cum pareret, filium & filiam in lucem edituram, ac utriusque fortunam prædixisse. Sed [h] & Menæa ANTHUSAM ipsam filiam fuisse ejusdem Copronymi volunt, quæ cum conjugio nuncium dixisset, superstite adhuc patre, eo extincto in Homonææ Monasterium discessit, in quo caste vitam exegit. Anthusæ festum agunt Græci XII. April.

[i] *Tradit vetus scriptor, Grimoaldum Beneventanum Ducem*, WANTIAM, *vel* IRRIANTIAM, *Imperatoris Constantinopolitani neptem, uxorem duxisse: eamque, Francorum in provincias suas facta irruptione, circa annum* DCCXCIII. *repudiatam Constantinopolim remisisse. Incertum vero an alicujus e Copronymi liberis filia fuerit: quod ratio temporis suadet.*

III. FLAVIUS LEO, [k] cognomento CHAZARUS, propter maternam originem, [l] nascitur XXV. Januarii Ind. III. an. DCCL. & sequenti Imperator coronatur ab Anastasio Patriarcha, ipso Pentecostes festo. Extincto parente, subditorum gratiam largitionibus sibi conciliavit; sed mox Catholico, quem principio simularat, abdicato cultu, paternæ hæreseos perinde ac imperii hæredem sese palam professus est: quam viri impietatem ultum est tandem divinum Numen. Nam cum ablatam e Sophiana æde lapillis radiantem coronam, quam Mauricius, [m] vel, ut alii volunt, Heraclius, atque adeo Constantinus M. in ea suspenderant, suo capiti imposuisset, statim erumpentibus ex eodem capite carbunculis, acuta febri correptus, vitam haud multo post exuit VIII. Septemb. Ind. IV. an. DCCLXXX. cum imperasset annos IV. menses II. dies XXV. anno ætatis XXX. [n] Huic pater GISLAM, Pipini Francorum Regis filiam, per legatos in uxorem expetierat: [o] sed cum res haud successisset, IRENEM Athenis oriundam eidem copulavit X. Decemb. Ind. VIII. an. DCCLXIX. quæ eodem, quo peractæ sunt nuptiæ, die coronam a Patriarcha excepit. Hæc, post conjugis excessum, cum filio Constantino impubere imperium per annos X. administravit, qui suæ ætatis factus, matrem in ordinem coegit: [p] at illa comprehenso filio, oculisque privato, totam rursum imperii auctoritatem in se transtulit. [q] quam cum possideret, a Carolo Magno Imperatore in uxorem est expetita, Jesse Ambianorum Episcopo legati munus obeunte, & ejusce rei gratia Constantinopolim profecto. [r] Sed ab eo consilio avocata est ab Aetio Protospathario eunucho, cujus illa utebatur consiliis, quique Leoni fratri Imperium asserere in animo habebat. At necdum urbe excesserant Caroli legati, cum illa a Nicephoro Generali comprehensa, imperio est exuta, & in insulam Proten, deinde in Lesbon deportata, ubi haud multo post fato functa est IX. Augusti, Ind. XI. anno DCCCIII. [s] Illius corpus in Monasterium, quod in Prote insula excitarat, humo condendum delatum est. [t] Fallitur Porphyrogenitus, dum Leoni Chazaria oriundam uxorem adscribit, quæ fuit patris. Error etiam irrepsit apud [u] Capaccium & Ughellum in clausula Epitaphii Cæsarii Ducis & Consulis Neapolitani, ubi *depositus* dicitur XII. *Kal. Octob. Imp. novo Constantino & Irene Aug. anno* XIII. *Ind.* XII. scribendum enim fuit *anno* IX. quo currebat Indictio XII. quique erat Constantini & Irenes imperii nonus, Christi DCCLXXXIX.

Edit. Paris. pag. 126.

Filius Leonis Imp ex Irene.

IV. CONSTANTINUS Imperator.

IV. FLAVIUS CONSTANTINUS [x] XIV. Januarii lucem excepit, Indictione IX. anno DCCLXXI. [y] & a parente Augustus dictus ac coronatus est, ipso Paschatis die XIV. April. Ind. XIV. anno DCCLXXVI. Eo extincto, anno X. natus, matris tutelæ relictus est, quæ Imperii habenas tenuit, [z] quoad ille suæ ætatis factus, matrem a rerum publicarum administratione amota Octobri mense anno DCCXC. solus cœpit imperare. [A] Qua quidem potestate juveniliter immodiceque usus est usque in mensem Augustum Ind. V. anno DCCXCVII. quo Irenes matris & Stau-

a *Niceph. p.238. E. R.*
b *Niceph. p.219. 238. E. R.*
c *Theoph. p.374. E. R.*
d *Theoph. p.379. E. R. Zonar. p.93. E. R. Cedren. Diac. Anast.*
e *Theoph. p.383. E. R. Cedr. p.469. E. R. Diac. l.23. Nicetas.*
f *Theoph. p.395. E. R. Cedren. p.472. E. R. Zonar. p.96. E. R. Diac. p.742.*
g *Menol. Sirleti 27. Jul.*
h *Menæa 12. Apr.*
i *Erchempert. c.5.*
k *Chron. Vueingart. tom. 1. Canis. p.218.*
l *Theoph. p.357. E. R. Cedr. p. 462. E. R. Diac. p. 687. Anast. p.144. E. R.*
m *Glycas. Const. de admin. imp. c.12. Vita Theophanis. Theofleritus in S. Nicetan. 30.*
n *Epist. Steph. PP. tom. 3. hist. Franc. p.762.*
o *Theoph. p.374. E. R. Cedren. p.467. E. R. Niceph. p.139. E. R. Diac. p.711. Zonar. p.91. E. R.*
p *Theoph. p.393. E. R.*
q *Theoph. p 40. E. R. Diac. l.23. p.75.*
r *Theoph. p. 401. E. R. Diac. p.752. Anast. p.153. E. R. Cedren. p.475. E. R.*
s *Theophan. Cedren. &c.*
t *Const. de adm. imp. c.12.*
u *Capaccius l.2. & Ughell. in Archiep. Neapol.*
x *Theoph. p.375. E. R. Anast. p.153. E. R.*
y *Theoph. 379. E. R.*
z *Theoph. p.393. E. R.*
A *Theoph. p.398. E. R. Manass. Glycas, &c.*

racii dolo comprehensus, immaniter excæcatus est in ea Palatii parte, quam Porphyram vocabant, ubi & lucem primum exceperat, ipso Sabbati die, quo quinquennio ante patruos luminibus orbaverat. Quidam tradunt haud multo post extinctum: [a] alii superstitem volunt, etiam Nicephoro imperante, a quo non secus ac mater neglectus est. Hunc, ut & matrem, ob restitutum sacrarum imaginum cultum in Concilio eorum ope Nicææ coacto an. DCCLXXXVII. commendant scriptores, [b] Constantino Caroli Francorum Regis filiam ROTRUDIM in uxorem per legatos Irene mater expetierat anno DCCLXXXI. sed verita ne Caroli affinitate fultus, potentior factus, rerum administratione ipsamet excideret, [c] MARIAM, ex Armenia oriundam, eidem in uxorem dedit anno DCCLXXXVIII. licet in Caroli filiam propensiorem sese testatus esset Constantinus, cujus affinitatis ineundæ gratia complures actas ultro citroque legationes tradunt scriptores. [d] Mariam porro S. Philareti Cappadocis ἐγγόνλω, id est ex filio neptim, fuisse volunt Menæa, qui ex ea affinitate ad Consulatus dignitatem evectus postmodum fuerit, cum ei antea vix ad vitam necessaria superessent. [e] Constantinus vero cum Mariam triennio post repudiatam in Monasterium relegasset mense Januario Indict. III. anno DCCXCV. THEODOTAM uxoris Cubiculariam sibi in alteram conjugem adscivit, & proximo mense Augusto coronavit. Sed nuptiarum apparatus in S. Mamantis Palatio, feria hebdomadis quarta demum celebratus est.

a *Zonar. p. 99. E. R. C edr. p. 275. E. R.*
b *Theoph. p. 384. E. R. Zonar. p. 91. E. R. Annal. Franc. Poeta Sax. l. 5. Rad. de Diceto p. 603.*
c *Theoph. p. 391. E. R. Zonar. p. 94. E. R. Diac. p. 736. Chron. Fontanell. c. 15.*
d *Menæa & Menolog. 1. Decemb.*
e *Theoph. p. 396. E. R. Ignat. Episc. in vita S. Tarasii P. C. c. 7. n. 29. Theod. Stud. l. 2. ep. 181. & in vita S. Platonis n. 26.*
f *Zon. p. 113. 114. E. R. Scylit. p. 511. E. R. Theod. Stud. l. 2. ep. 181.*
g *Theoph. p. 397. E. R. Cedr. p. 473. E. R.*

Filia Constantini Imp. ex Maria.

Edit. Paris. pag. 127.

V. f EUPHROSINE, excæcato parente, in Monasterium in Principis insula deportata est: ex quo a Michaele Balbo, quia imperium post Nicephorum excepit, abducta, eidem uxor copulata est. At Theophilus Michaelis ex altera conjuge filius mortuo patre, hanc rursum in idem Monasterium relegavit.

Filius Constantini Imp. ex Theodata.

V. LEO g natus mense Octob. an. DCCXCVI. Indict. V. obiit I. Maii anno DCCXCVII.



NICEPHORUS.

...OPOC. BACIAET. Νικηφόρος Βασιλεὺς *Protome Imperatoris, dextera crucem, sinistra volumen tenentis.*

STAURACIUS DESPOTE: *Protome Imperatoris, dextera globum crucigerum, sinistra volumen tenentis.*

STAURACIUS.

DN STAURACIUS PERP AUG. *Protome Imperatoris, dextra globum crucigerum tenentis.*

K† ANNO *infra*, ROM. Ex Octavio Strada.

XIV.

FAMILIA NICEPHORI GENERALIS AUGUSTI.

Edit. Paris. pag. 128.

I. FLAVIUS NICEPHORUS a Seleucia oriundus, ærario publico præfectus, acta in ordinem Irene Augusta, imperatoriam dignitatem arripuit XXX. Octobr. indict. XI. ann. DCCCII. b nec multo post BARDANES Patricius, cognomento Turcus, Orientis Dux a militibus invitus ad idem fastigium evectus XIX. Julii subsequentis, eo sponte cessit. Exhinc rerum potitus Nicephorus, imperium solus administravit; homo avaritia, impietate ac perfidia a c scriptoribus passim infamatus. Periit in prælio contra Bulgaros XXV. Julii, indict. IV. anno DCCCXI. cum imperasset annos octo, menses totidem, & dies XXVI. Id porro mortis genus a S. Theodoro Studita prænuntiatum fuisse ajunt.

A ciatus, Andrianopolim fuga evasit, ibique Imperator a militibus acclamatus, Constantinopolim concessit. At ingravescente in dies ex vulneribus ægritudine, cum potiundæ diutius Augustæ dignitatis spes nulla affulgeret, nec superessent liberi, hanc in uxorem transferre statuit, quam illa Irenes exemplo administraret. Quibus compertis Nicephorus Patriarcha & Patricii veriti ne in fœminam caderet rerum administratio, Michaeli Rhangabe, qui Stauracii sororem in uxorem habebat, imperium detulere. f Ita Stauracius potestate exutus, in Monasterium relegatus est, & in Monachum attonsus, ubi haud multo post ex vulneribus vitam exuit XI. Januarii, ind. V. anno DCCCXII. cum post patrem imperasset menses duos, & dies sex. In Monasterio, quod Braca appellabant, conditus fuit, quod ab illius sepultura Stauracii postea nomen accepit. g Huic THEOPHANONEM, Athenis oriundam & Irenes Augustæ agnatam, in conjugem dederat pater, etsi per id temporis alteri nexam conjugio, quam divulsam a priori marito, duxit ille XX. Decembris, indict. I. an. DCCCVII. Obiit in eodem Bracensi Monasterio, quo cum conjuge relegata fuerat, & in eo humo condita, nullis superstitibus liberis.

B

Liberi Nicephori Augusti.

II. STAURACIUS Imperator.

II. PROCOPIA, uxor MICHAELIS Rhangabe Augusti.

II. d FLAVIUS STAURACIUS a patre Imperator dictus, a Tarasio Patriarcha in æde Sophiana solemniter diademate donatus est mense Decembri, indictione XII. anno DCCCIII. e In eo prælio, quo pater extinctus est, graviter sau-

a *Theoph. p. 402. E. R. Cedr. Zon. Diac. &c.*
b *Theoph. p. 405. E. R. Alfarag. p. 151.*
c *Mich. Studita in Vita Theod. Theoph. p. 416. E. R. &c.*
d *Theoph. p. 405. E. R. Cedren. p. 477. E. R. Diac. p. 758. Zonar. &c.*
e *Theoph. p. 416. E. R.*
f *Theoph. p. 420. E. R.*
g *Theoph. p. 408. E. R. Anast. p. 176.*

MICHAEL



MICHAEL.

ΜΙΧΑΗΛ ΒΑCΙΛΕΥ. *Protome Imperatoris, dextra labarum, sinistra globum crucigerum tenentis.* IC. XC. *Christi protome, cum libro Evangeliorum.*

ΜΙΧΑΗΛ ΒΑCΙΛΕΑ. *Protome Imperatoris, dextra labarum, sinistra globum crucigerum tenentis.* IC. XC. *Christi protome, cum libro Evangeliorum.*

XV.

FAMILIA MICHAELIS RHANGABE AUG.

I. THEOPHYLACTUS, [a] Rhangabe filius, duodecim Ægæi pelagi insularum Drungarius, unus fuit ex imperii proceribus, qui ab Irene Augusta & Constantino filio defecere an. DCCLXV. a quibus comprehensus, positis capillis in Monasterium trusus est.

II. FLAVIUS MICHAEL, RHANGABE pariter ab avo dictus, [b] Theophylacti filius, ducta in uxorem PROCOPIA Nicephori Imperatoris filia, [c] ab eo Curopalata dictus est. Cum ex prælio, in quo cæsus est socer, evasisset, ab amicis delatum imperium, primo renuit. At cum oculos sibi evellendos a Stauracio accepisset, illud ultro arripuit, [d] Imperator acclamatus II. Octob. Ind. V. ann. DCCCXI. eodemque die in æde Sophiana a Nicephoro Patriarcha coronatus. Duodecimo postmodum ejusdem mensis die uxor Augusta appellata, & corona donata est. Fuit Michael pietate ac ingenii dotibus instructus, etsi bellicis artibus haud omnino idoneus. [e] Quæ a Nicephoro cum Carolo Magno inita vel certe cœpta fuerunt fœdera, firmavit, missis ad Carolum legatis, a quo vicissim excepit. [f] A Bulgaris prælio victus XXII. Junii ann. DCCCXIII. tantum ex hac clade animi mœrorem contraxit, ut nisi obstitissent uxor ac Patricii, rerum administratione cessisset ultro. Sed mox accepto Leonem Armenium a militibus Imperatorem fuisse acclamatum, positis postridie capillis, monachicam vestem induit, & in Monasterium Protes insulæ ad Urbem secessit XI. Julii, in quo reliquum vitæ exegit, cum imperasset annum I. menses X. & dies totidem. [g] Uxor tonsa pariter cum filiabus in Monasterium Phari amandata est, in quo conjugi superstes vixit, atque adeo ipsi Leoni Armenio, si qua fides [h] Leonis III. PP. epistolis.

Edit. Paris. pag. 129.

A Imperator appellatus est, & a Nicephoro Patriarcha coronatus XXV. Decembris anno DCCCXI. [k] Quo quidem tempore missos ad Carolum Imperatorem a Michaele legatos pro illius filia Theophylacto filio in uxorem expetenda tradunt scriptores. [l] Acto in ordinem parente, a Leone Armenio, virilibus exectis, in Monasterium trusus est, eique EUSTRATII nomen inditum.

III. [m] STAURACIUS a patre corona donatus est, eodem quo frater tempore, obiitque eo adhuc imperante.

III. NICETAS, [n] annos decem natus, ab avo Nicephoro Augusto Icanatorum Domesticus dictus est. [o] Quadriennio post vitam monachicam amplexus, IGNATII nomen accepit. Deinde a Leone Armenio, quo sibi ille imperium tutius assereret, castratus, Satyri Monasterio præficitur, [p] ex quo ad Patriarchalem dignitatem, mortuo Methodio, evectus est anno DCCCXLVII. Michaele Theophili filio imperante: [q] quam cum per annos undecim cum summa prudentia rexisset, anno demum DCCCLVIII. Bardæ Cæsaris, qui sub eodem Michaele rerum summa potiebatur, cujusque ille nequitiis acrius obstabat, factione, ex ea exactus est, Photio in ejus locum subrogato, qui Ignatium in Conciliabulo damnavit an. DCCCLXI. & ab Romana Sede, quod Ignatii partes tueretur, secessit. [r] Basilio Macedone imperium demum adepto, Ignatius sedem suam recuperavit, pulso Photio, ac in ea tandem vitam finivit cum magna sanctitatis opinione ann. DCCCLXXVIII. die XXIII. Octobris, quo Græci ejus memoriam celebrant. [s] Illius corpus in Satyri Monasterio humo conditum scribit Leo Grammaticus.

III. GORGON, & III. THEOPHANO) cum matre in Phari Monasterium a Leone Armenio deportatæ sunt. Harum nomina prodidit [t] Nicetas Paphlago in Ignatii Vita.

B

C

Liberi Michaelis Rhangabe Augusti ex Procopia.

III. [i] FLAVIUS THEOPHYLACTUS a patre

a *Theoph. p. 383. E. R. Anast. p. 157. E. R.*
b *Nicet. in Ignat. p. 693. E. R. ed. 1518. Codin. de Orig. p. 57. E. R.*
c *Theoph. p. 416. E. R.*
d *Theoph. p. 418. E. R. Cedren. Ignat. Diac. in vita S. Nic. 2. 31.*
e *Vita Caroli M. T. 2. hist. Franc. Annal. Franc. p. 48. 257. 258. Vita Lud. Princ. p. 295. Theoph. p. 419. E. R.*
f *Cedren. p. 485. E. R. Ignat. Diac. Menaa 9. jan. in S. Eustathio.*
g *Nicet. in Ignat. p. 696. E. R. Theosterictus in S. Niceta n. 31.*
h *Leo III PP. ep. 5.*
i *Theoph. p. 415. E. R. Diac. l. 24. p. 777. Zonar. Auctor incert. post Theoph. p. 428. E. R.*
k *Cedr. p. 485. E. R. Zonar. p. 104. E. R.*
l *Nicet. in Ignat. p. 693. E. R.*
m *Nicet. in Ignat. p. 693. E. R.*
n *Nicet. p. 211. E. R. Synod. VIII. p. 693. 816.*
o *Cedr. Zonar. Manass. Glyc. Syncell. in Encom. Ignat.*
p *Scyl. p. 551 E. R. Leo Gr. p. 460. E. R.*
q *Nicet. p. 691. E. R. Anast. in Nicol. PP. p. 210. 214. 215. Annal. Bertin. an. 864.*
r *Leo Gr. p. 471. E. R. Guillel. Bibl. in Adr. II. PP. p. 227. Menol. Gr.*
s *Leo Gr. p. 471. E. R.*
t *Nicet. in Ignat.*

Edit. Pariſ. pag. 130.

XVI.

FAMILIA LEONIS ARMENII AUG.

I. BARDAS Patricius, [a] una cum cæteris copiarum ducibus a Bulgaris cæſus eſt anno DCCLXXVIII. Conſtantino Irenes filio imperante. [b] Incertum porro an filius Bardæ Patricii, vel an idem fuerit, qui facta in eandem Auguſtam & filium ejus Conſtantinum cum aliquot Palatinis proceribus conſpiratione, in Monachum attonſus, deportatus eſt anno DCCLXV.

II. FLAVIUS LEO Patricius, [c] Bardæ filius, ex Armenia oriundus, copiarum militarium in Oriente dux, fuſo a Bulgaris Michaele Rhangabe, imperatoriam dignitatem arripuit, & a Patriarcha Nicephoro in æde Sophiana diadema excepit XI. Julii anno DCCCXIII. [d] Sequenti ad Ludovicum Pium Imperatorem, qui recens in paternum regnum ſucceſſerat, pro firmandis fœderibus legatos miſit, a quo & viciſſim accepit. [e] Michaelis Balbi factione interemptus fuit in Palatio, ipſa Natalis Domini nocte, dum ſacris Liturgiis intereſſet, anno DCCCXX. cum imperaſſet annos VII. menſes V. dies XIV. [f] Cadaver ſacco incluſum, in Protes inſulæ Monaſterium humandum delatum eſt. [g] Uxorem duxerat THEODOSIAM, Theophanis ſororem, filiam vero Arſaviri [h] Quæſtoris ac Patricii, qui Imperator dictus eſt a militibus anno DCCCVIII. Nicephoro imperante, a quo tonſis capillis in Bithyniam relegatus eſt. [i] Extincto illa conjuge, in Deſpotarum Monaſterium amandatur. [k] Huic THEODORÆ nomen tribuit Theodorus Studita.

A

B

Liberi Leonis Armenii Imp. ex Theodoſia.

III. [l] SABBATIUS, vel SYMBATIUS, a patre Imperator appellatus eſt, quo extincto, virilibus exectis, tonſus, in Protes Monaſterium delatus eſt. Scribit Theodorus Studita ex virilium vulnere mutum effectum.

III. BASILIUS,)
III. GREGORIUS, &) [m] caſtrati pariter fuere ac raſi, & in
III. THEODOSIUS) monaſterium truſi.

Theodoſius in ipſa exſectione periit, & cum parente humo conditus fuit. [n] Scribit ſupra laudatus Theodorus Baſilium perinde mutum in ipſa exſectione effectum, fuſis coram S. Gregorii Nazianzeni imagine precibus, linguæ uſum recepiſſe, ac tum demum orthodoxam de imaginum cultu opinionem amplexum, ut & matrem, quæ in Monaſterio recluſa vitam agebat. [o] Baſilio EUSTATHII nomen etiam tribuit Cedrenus, quod ille forte Monachus factus fortitus fuerat.

III. N. filia. [p] Leo III. PP. in epiſtola ad Carolum Magnum ex incertis Græcorum nuntiis eidem Auguſto ſe accepiſſe ſignificat, interempto Leone Armenio, unam ex illius filiabus interfectam fuiſſe a Procopia Michaelis Imperatoris uxore.

a *Theoph. p. 393. E. R.*
b *Id. p. 383.*
c *Annal. Franc. an. 813. Ignat. Diac. in Vita S. Niceph. P. C. n. 31. Theoph. p. 426. E. R.*
d *Ann. Fr. p. 814.*
e *Mich. Stud. in vita S. Theod. Ignat. Diac. n. 81. Vita S. Theodori Grapti p. 220. Ann. Fr. n. 821. Theoph. Ceram. homil. 20. Cedr. p. 495. E. R. Leo Gr. p. 447. E. R. Zonar. Joel. Theoſt.*
f *Nicet. n. 46. Nicet. in Ignat. p. 694. E. R. Leo Gram.*
g *Ign. Diac. n. 61. Cedr. p. 492. E. R.*
h *Theoph. p. 409. E. R.*
i *Cedr. p. 497. E. R.*
k *Theod. Stud. l. 2. ep. 204.*
l *Cedr. p. 495. E. R. Auctor incert. poſt Theoph. p. 441. E. R.*
m *Cedr. p. 495. E. R.*
n *Baron. an. 823. n. 27.*
o *Cedren*
p *Leo III. PP. epiſt. 4.*

Familiæ MICHAELIS BALBI Aug. Nomiſmata.

Edit. Pariſ. pag. 131.

MICHAEL BALBUS.

MIXAHL S ΘEOFILOS. *Protomæ Impp. Michaelis palliati, & Theophili cum loro & ſtemmatibus crucigeris.*
M xxx. NNN. Θ.
M. Θ. R. P.
M xxx. NNN. A. *cum crucicula.*

THEOPHILUS.

ΘEOFILOS bASI. *Imperator cum ſtemmate crucigero.*
M xxx. NNN Θ. *cum crucicula.*

ΘEOFIL BASIL. *Imperator cum loro, & ſtemmate criſtato, dexra labarum, ſiniſtra globum crucigerum.*

† ΘEOFILE AVGOVSTE SV NICAS. *In medio nummo.* Vide Diſſert. n. 41.

ΘEOF...bASILE. *Imperator cum ſtemmate crucigero, dextra crucem geminam.*
M xxx. NNN. Θ. *cum crucicula.*

ΘEOFILOI. *Imperator cum ſtemmate & globo crucigero.*
Idem typus & eadem inſcriptio. Ex Paulo Petavio p. 14.

ΘEOFILOS bASILEO. *Imperator cum ſtemmate crucigero, dextra geminam crucem.*
MIXAHL. S. CONSTANTIN. *Uterque Imperator, pater & filius, cum crucicula ſupra utriuſque capita.* Vide in ipſo ſtemmate, in Conſtantino.

MICHAEL.

† ΘEODORA DESPVNA. *Theodora dextra globum cui inſiſtit crux gemina, ſiniſtra crucem longiorem tenent.*
MIXAHL. S. ΘECLA. *Michael Imp. & Thecla ſoror cum ſtemmatibus crucigeris. Michael globum crucigerum, Thecla vero geminam crucem dextra tenent.* Ex Baronio. Vide quæ obſervamus infra in Theclæ elogio.

XVII.

FAMILIA MICHAELIS BALBI AUG.

Edit. Paris. pag. 132.

I. FLAVIUS MICHAEL, ob linguæ vitium cognomento BALBUS, [a] Comes Excubitorum & Patricius a Leone Armenio creatus; eo, ut dictum est, interempto, Imperator appellatur. Amorio, quod oppidum Phrygiæ est, oriundus fuit, & Athinganorum ac Sabbatianorum, atque adeo Manichæorum hæresibus, quæ in iis vigebant provinciis, infectus: ex quo postmodum rerum potitus, sacrarum imaginum atque omnem fere Catholicum cultum proscripsit. Eo imperante Cretam insulam occupavere Saraceni circa an. DCCCXXIII. Siciliam vero Africani an. DCCCXXVIII. ex qua in Italiam trajicientes, Calabriam & Apuliam suo subjecere dominio. Sub hoc etiam jugum Græcorum excussit Dalmatia: & Thomas quidam tyrannidem arripuit, quem Bulgarorum ope tandem devicit Michael. Obiit ex urinæ difficultate, seu, ut scribit Scylitzes, ex dysenteria, mense Octobri, anno DCCCXXIX. Ind. VIII. [b] cum regnasset annos VIII. menses IX. & dies totidem. [c] Priusquam Augustam esset consecutus dignitatem, THECLAM uxorem duxerat, Centurionis, sub quo primum militaverat, filiam, quam ille Michaeli despondit, cum ab Athingano quodam mago accepisset aliquando Romanis imperaturum. [d] Extincta Thecla, EUPHROSYNEM, quæ ferebatur esse filia Constantini Imperatoris, Irenes filii, & in Principis Monasterio vitam monachicam erat amplexa, in alteram conjugem sibi adscivit. Factæ hæ nuptiæ circa an. DCCCXXIV. procerum rogatu, a quibus juramentum exegit, ut ipso mortuo Imperatrix agnosceretur, & ex filiis unus provehereretur in Imperatorem.

Liberi Michaelis Imperatoris ex Thecla.

II. THEOPHILUS Imperator.

II. [e] HELENA, THEOPHOBO Patricio, viro natalium dignitate, & animi magnitudine percelebri, a fratre Theophilo uxor data est: trahebat enim gentis suæ originem a Persarum Regibus. Hujus gratia conjugii Theophilus Persicorum procerum sibi conciliavit benevolentiam, eorumque adjutus copiis militaribus, complures adeptus est victorias, Theophobo ipso ductore. [f] Cum vero inter milites Persicos perinde ac Romanos plurima ob rerum præclare gestarum gloriam auctoritate polleret Theophobus, ab iis Imperator appellatus est: sed servata Michaeli fide integra, dignitatem Augustam sibi delatam prorsus abnuit. At Theophilus, gravi tum infirmitate ac morbo jactatus, veritus ne se mortuo rursum crearetur Imperator, in carcerem primo conjectum, interfici jussit, sub ipsum vitæ suæ exitum.

II. FLAVIUS THEOPHILUS, Michaelis & Theclæ filius fuit, secundum Zonaram & Scylitzem, qui Euphrosynen Theophili noverca nominant. Neque enim audiendus Leo Grammaticus, qui Euphrosynes filium fuisse frustra scripsit. Imperator patre superstite dictus est, quod ex Michaelis nummo argenteo colligimus, in quo pater & filius in antica parte habitu imperatorio effinguntur, cum hoc lemmate, MIXAHL S ΘEOFILOS. In altero aureo, etsi uterque eodem perinde habitu exhibeantur Augustali, Michael BASILEVS, Theophilus vero DESPOTHS indigitantur. [g] Is impietatis paternæ æmulus, cultores imaginum persecutus est; inprimisque Theophanem & Theodorum fratres, pietate & vitæ sanctitate præstantissimos, ignominiose habuit. Laudatur tamen a scriptoribus, quod juris exactor severissimus fuerit. [h] Obiit ex dysenteria XX. vel, ut alii volunt, XXX. Januarii, anno DCCCXLII. cum imperasset annos XII, menses III. [i] Huic uxor fuit THEODORA, Paphlagonia oriunda, cujus stemma post Michaelis familiam damus, quod illius agnati potissimas in aula Constantinopolitana dignitates & militares præfecturas obtinuerint. [k] Celebratur maxime ab omnibus ferme scriptoribus cum propter eximias dotes, tum quod inter pravas conjugis in Catholicam religionem opiniones, fidei integritatem, sacrarumque cultum imaginum & conservarit, & post mariti obitum in Ecclesia Græcanica rursum restituerit. [l] Ex quo a Græcis ipsis in Ecclesiæ Canonem relata est, Sanctisque adscripta: a quibus ejus memoria & festum agitur XI. Februarii. Theodoræ nummum ex Baronio & Gretzero hic damus.

pag. 133.

Liberi Theophili Imp. ex Theodora.

III. MICHAEL Imperator.

III. CONSTANTINUS, filius Theophili Imperatoris. Hujus nulla occurrit apud scriptores mentio: sed nomen descriptum legitur in Nummis aureis Theophili, ex Gazophylacio Regio depromptis; in cujus antica parte Theophilus ipse cum hisce characteribus, ΘEOFILO BASILEO: in postica vero duo perinde Imperatores, quorum alter pueri effigiem præfert, effinguntur, cum hacce inscriptione: MIXAHL S CONSTANTIN. id est *Michael & Constantinus*. Ex quo quidem numismate licet conjectare, Michaelem & Constantinum a parente superstite Imperatores dictos. Neque enim ad Constantinum Michaelis filium is referri potest, cujus pater adhuc puer erat matris tutelæ subditus post Theophili excessum, post quem etiam nuptias iniisse constat. Incertum vero an [m] Guillelmus Bibliothecarius tradens *natos Theodoræ* Augustæ, Theophili uxoris, *alterna regna sibi alternatim rapere machinatos*, Michaelem & Constantinum intellexerit, quod vix crediderim, non solum quod de bello isto civili inter Theophili filios nihil proditum sit a scriptoribus Byzantinis: sed quod uterque, Theodora matre imperium administrante, intra

a *Eginhard. annal. an. 823. Leo Grammat. Zonar. Scylitz. Glycas, &c. Suidas in Mich. Nicetas Papbl. in S. Ignat. p. 694. Mich. Studita in vita Theod. Stud. Ignat. Diac. in vita S. Niceph. P. C. n. 82. Theod. Stud. in Catech. Theosterict. in S. Nicetan. 48.*
b *Nicet. Paphl. Joel.*
c *Zonar. p. 109. E. R.*
d *Scylitz. p. 109. E. R. Zonar. p. 113. E. R. Joel.*
e *Scylitz. p. 523. 524.*
f *Leo Grammat. p. 456. E. R. Scyl. p. 529. 533. E. R. Zonar. p. 119. 121. 122. E. R.*
g *Nicet. Paphl. Triod. Theoph. Cerem. hom. 20. Abulfarag. p. 165.*
h *Scyl. Zon. Joel. Nicet. or. in fest. restit. imag. p. 724. Abulfar. p. 167.*
i *Iidem. Leo Grammat. p. 449. E. R. Scylitz. p. 515. E. R. Zonar. p. 114. E. R. Codin. Or. p. 45. E. R.*
k *Theoph. Cerem. Nicetas p. 697. E. R. Nicolaus I. PP. epist. 14.*
l *Menea & Menolog. Gr. 11. Feb. Vide Comment. de Theodora apud Bol. 11. Febr. p. 554.*
m *Guillel. Bibl. in Hadriano I. P. p. 213.*

adoleſcentiæ annos ſub illius eſſent tutela, ſiquidem Conſtantinus in rerum natura tum fuerit, quod in dubium referri poteſt: cum in eo numiſmate, de quo mox agemus, Theodora, Michael & Thecla tantummodo effingantur, non autem Conſtantinus, qui ut ſimile vero eſt, vivere deſierat, cũ illud cuſum eſt.

III. THECLA, [a] una cum matre Theodora & Michaele fratre aliquandiu imperium rexit, Auguſtæ titulo perinde donata: quod præterea docet numiſma aureum, cujus meminimus, a Baronio ex Muſæo Lælii Paſqualini deſcriptum, in cujus antica Theodora cum hiſce characteribus, ΘEODORA DESPVNA, in adverſa Michael ut puer, & Thecla ut ætate provectior effinguntur, cum hac inſcriptione, MIXAHLS ΘECLA. [b] Eam eſſe Theophili filiam puto, quam Ludovico II. Imperatori pactam fuiſſe tradunt ſcriptores noſtri: quæ quidem nuptiarum fœdera a Græcis irrita facta, belli occaſionem dedere inter Græcos & Francos anno DCCCLIII. [c] Denique Michael ſui juris factus, Theclam & ſorores detonſis crinibus [d] in Monaſterium ſanctæ Euphroſynes amandavit.

III. ANNA, } una cum Thecla ſorore detonſæ, in eodem quo illa Monaſterio recluſæ ſunt.
III. ANASTASIA, &
III. PULCHERIA

III. [e] MARIA, Theophili natarum minor natu, ALEXIO cognomento MOSELI, nobili Armenio, forma eleganti, quique generis ſui ſplendorem a Crinitis repetebat, a patre uxor data eſt. Is Patricius primum, deinde Magiſter, Proconſul, ac denique Cæſar a Theophilo creatus, in Longobardiam & Siciliam cum copioſo exercitu miſſus, rem præclare ibi geſſit: ex quo conflata Alexio invidia eſt, iſque delatus ad Imperatorem, tamquam tyrannidem cogitaret. Sed quamdiu uxor vixit, nihili fuere excitatæ in eum calumniæ, quas ut vitaret, vitam monachicam amplecti ſtatuerat, ni obſtitiſſet Theophilus. At uxore fatis functa, natoque ſocero filio, ultro in Monaſterium conceſſit, quod Anthemii vocant, in quo reliquum vitæ exegit cum Theodoſio Patricio fratre. Ex Alexii ſtirpe prodiit alter MOSELES, qui copiis præfectus ſub Romano Lacapeno, in prælio contra Bulgaros, cum ad naves fugam caperet, in mari ſuffocatus periit, ut auctor eſt [f] Scylitzes: cui etiam Monaſterii, quod *Moſele* nomenclaturam habuit, ſtructuram adſcribit [g] Joannes Tzetzes. Neſcio an ex eadem fuerit familia ISAACIUS ille Armenius, qui Italiam & Romam annis decem & octo rexit, variiſque præclaris facinoribus ibi inclaruit, ut eſt in illius [h] epitaphio, quod legitur Ravennæ in æde S. Vitalis: qui quidem is eſt Iſaacius Patricius Exarchus Ravennenſis, qui Conſtante Heraclii ex filio nepote imperante, ac Theodoro Romanam obtinente Sedem, Romam ipſam ac Italiam pro eodem Conſtante regebat: quique Eccleſiæ theſauros expilavit, ac tandem divino percuſſus ictu interiit, uti refert [i] Anaſtaſius Bibliothecarius. Ita autem concipitur.

Edit. Pariſ. pag. 134.

Ενταῦτα κεῖται ὁ στρατηγήσας καλῶς,
τρὶς ἐξ ἐνικήτοις τοῖς γαλλωοῖς δέσποταις
ὁ τῆς ἁπάσης Ἀρμενίας κόσμος μέγας
τάτε θανόντος Δίκλεώς· ἡ σύμβιος
πυκνῶς στενάζει ἀνδρὸς ἐστερημένη,
ἐν ᾗ ἀνατολαῖς ἡλίου καὶ τῇ δύσει,
Ῥώμῃ τε φυλάξας ἀβλαβῆ καὶ ᾗ δύσιν
Ισαάκιος ὄφλ βασιλέων ὁ σύμμαχος
Ἀρμένιος γὰρ ὢν ὅτος ἐκ λαμφρᾶ γένους.

a *Anaſt. Bibl. in Præfat. ad VIII. Syn. p.* 40. 601. 602. *ed.* 1618. *Baron. an.* 866. *n.* 19. *Scylitz. p.* 515. *Zonar. p.* 116. *E. R.*
b *Annal. Franc. Bertin. an.* 853.
c *Leo Grammat. p.* 461. 471. *Scylitz. p.* 545. *Zonar. E. R.*
d *Codin. Orig. p.* 49. *E. R.*
e *Leo Grammat. p.* 450. *E. R. Scylitz. p.* 522. *E. R. Zonar. p.* 119. *E. R.*
f *Scylitz. p.* 260. *E. R.*
g *Tzetz. Chil.* 9. *v.* 159.
h *Apud Hieron. Rubeum l.* 4. *hiſt. Rav. p.* 202. *legitur etiam in fine Valerii Probi ed. Venet.* 1525. *& apud Gruterum* 420. 7.
i *Anaſt. in Theod. PP. p.* 48. *E. R.*
k *Joel.*
l *Leo Gr. p.* 454. *E. R.*
m *Leo Gr. p.* 456. *E. R. Theoph. Cerem. hom.* 20. *orat. hiſt. in feſt. reſtitut. imag. p.* 725.

A Σωσαννα σώφρων τριγόνος σίμνης τρόπῳ
ἀνδρὸς λαχόντος ἐκ καμάτων δίδοξίαν,
στρατῷ γὰρ ἦρξε τῆς Δύσεως καὶ τῆς ἑῴας.

III. FLAVIUS MICHAEL Porphyrogenitus, [k] cognomento EBRIOSUS, [l] ea tempeſtate naſcitur, qua parens ab Arabibus cæſus eſt ac deletus; a [m] quo etiam in Eccleſia Sophiana diademate donatus, Imperator appellatus eſt. Cum vero Theophilo mortuo admodum puer eſſet (nondum enim, ut quidam volunt, annum ætatis ſextum attigerat) Theodora mater imperii adminiſtrationem excepit, [n] remque publicam virilis animi fœmina præclare rexit annis XIV. [o] Sacris enim inſtauratis imaginibus, Methodium virum ſanctiſſimum, Patriarcham inſtituit. Bogorim Bulgarorum Regem bellum in Græcos molientem abſterruit, qui poſtmodum ſororis hortatu, quæ capta bello apud Græcos, Chriſtianos B ritus ſuſceperat, cum tota gente Chriſto nomen dedit. Sed tam felicem imperii ſtatum Michaelis vecordia, & avunculi Bardæ interpellavit ambitio. Hujus enim conſilio Michael Theodoram matrem palatio exegit, & ſorores truſit in Monaſterium. [p] Cui quidem illatæ a filio injuriæ haud diu ſuperſtes Theodora vitam finiit anno DCCCLVI. [q] Exhinc Michael rerum adminiſtratione Bardæ permiſſa, totum ſe ludis ac perpotationibus dedit. [r] Neque Cæſaris duntaxat dignitate donavit, ſed eo etiam D venit amentiæ, ut collegam quodammodo imperii adſciſceret, patereturque ut in diplomatibus anni Cæſareæ Bardæ dignitatis, una cum imperii ſui annis adſcriberentur, [ſ] ut colligitur ex charta data anno XXIV. imperii Michaelis, & II. Bardæ Cæſaris, XV. Januar. Indict. XVI. ex qua tempus Bardæ collatæ Cæſaris dignitatis etiam docemur. At cum Bardæ potentia adeo excreviſſet, ut ſibi jam timeret Michael, ejus juſſu a Baſilio Macedone Protoſtratore occiſus eſt anno DCCCLXVI. April. I. Ind. XIV. quod quidem impium licet perpetratum facinus, Baſilio non modicam auctoritatem apud Michaelem conciliavit: ab eo enim adoptatus, ſtatimque poſt Imperator renuntiatus eſt. [t] At is de Michaelis levitate ac inconſtantia diffidens, præſertim cum remigi cuidam Baſilino temulentus imperium obtuliſſet, obrutum vino per Palatinos Aulicos in S. Mamantis Palatio trucidavit. Actum id XXIV. Sept. I. Indict. anno Chriſti DCCCLXVII. auctor eſt [u] Nicetas Paphlago: quod alii in XXIII. Aprilis Indictionis XV. rejiciunt. Imperavit cum matre Michael, ſecundum Joelem, annos XIV. juxta Nicetam & Codinum annos XV. & menſes X. ſolus annos X. cum Baſilio an. I. & menſes IV. denique in univerſum totos XXV. annos. [x] Ejus cadaver poſtmodum humo D conditum in Apoſtolorum æde, Leone imperante. [y] Huic mater, cum vix adoleſcentiæ ætatem attigiſſet, EUDOCIAM, ſeu, ut præferunt Nicolai I. PP. Epiſtolæ, EUDOXIAM, Decapolitæ filiam matrimonio junxit. Celebratæ nuptiæ magno apparatu in æde S. Stephani ad Daphnen.

Filius Michaelis Imp. ex Eudocia.

IV. CONSTANTINUS obiit ſub initia imperii Baſilii, qui ex illius morte haud modico dolore affectus fuit, uti tradit [z] Leo Grammaticus. Ex quo erroris convincere licet [A] Manaſſem & Glycam, qui E Baſilium adoptatum a Michaele volunt, quod is præ compotationibus liberos procreandi ſpem abjeciſſet.

n *Leo p.* 457. *E. R. Joel. Abulfar. p.* 167.
o *Philoth. hom. in* 1. *Dom. Quadr. Anaſt. in Nicol. I. p.* 211.
p *Scyl. p.* 545. *E. R. Abulfar. p.* 169.
q *Nicol. PP. ep.* 15. *Nicet. in Ignat. p.* 688. 697. *Conſt. in Baſil. c.* 18. *Guillel. bibl. in Hadr. p.* 226.
r *Scylitz. p.* 566. *V. Bar. an.* 867. *n.* 83.
ſ *Duca della Guardia nella famiglia Gaetana.*
t *Ann. Fr. Bertin. Suppl. Aim. c.* 22. *Luitbpr. l.* 1. *c.* 2. *Glaber. l.* 4. *c.* 2. *Conſtant. in Baſil. c.* 22. *Vita S. Nic. Stud. p.* 939. *Codin. orig. p.* 53. *E. R.*
u *Nicet. in S. Ign. p.* 711.
x *Scylitz. p.* 593. *E. R.*
y *Leo Gr. p.* 457. *Nicol. PP. ep.* 15.
z *Leo Gr. p.* 472. *E. R.*
A *Manaſſ. Glyc.*

Edit. Paris. pag. 131.

XVIII.

Familia THEODORÆ *Augustæ*, THEOPHILI *Imperatoris conjugis.*

MARINUS, Nobilis Paphlago. Huic uxor THEOCTISTA, cognomento FLORINA. *Scylitz. p. 515. E. R. Zonar. p. 116. E. R.*

- BARDAS Cæsar a Basilio occisus. *Scyl. Zon. Glyc. & alii.*
  - ANTIGONUS Domesticus. *Constantin. Porph. in Basilio cap. 11. 15.*
- PETRONAS Patricius & Domesticus. *Nicetas Paphl. p. 696. Scyl. p. 542. Zonar. p. 115. 128. Leo Gram. &c.*
  - N. filia Bardæ, SYMBATIO, Logothetæ Dromi, nupta, Is soceri interitus auctor fuit. *Scyl. p. 555. 563. 566. 569.*
- THEODORA Augusta, uxor THEOPHILI Imp.
- SOPHIA uxor CONSTANTINI BABATZITÆ Magistri. *Scyl. p. 545.*
- MARIA uxor ARSAVIRI Magistri. *Anastas. in vitis PP. pag. 210. Scyl. p. 545.*
- IRENES, Patricio, Patriarchæ CP. nupta. *Scylit. p. 545.*
- SERGIO Photii fratri, nupta. *Scylit. p. 545.*

Sanctum NICETAM, cujus memoriam XIII. Octob. celebrant Græci, quique propter sacrarum imaginum cultum martyrio vitam exuit, ex eadem qua Theodora Augusta familia ortum tradunt Menæa.

BASILIVS

LEO

ALEXANDER

CONSTANTINVS

ROMANVS

ROMANVS LACAPENVS

BASILIVS ET CONSTANTINVS

ZOE

CONSTANTINVS

Familiæ Basilii Macedonis Imp. Nomiſmata.

Edit. Pariſ. pag. 137.

BASILIUS.

DN BASILIVS PF PERPETVVS. *Imp. barbatus cum camelaucio, dextra librum, ſiniſtra globum crucigerum.*

ihS XDS REX REGNANT. *Chriſtus ſiniſtra librum.* Ex Oct. Strada.

BASILS CONS Z O A. *Duo Impp. ſedentes, una labarum tenent.*

† BASILIVS S CONSTANTINOS EN ΘO BASILEIS POMAION. *in medio nummo.*

† BASIL C CONSTANTIN B. *Duo Impp. una crucem tenent.*

† IhS XS REX REGNANTIVM. *Chriſtus cum libro.* Vide Anton. Auguſtin. dial. 1.

† LEON BASIL CONSTAN. *Tres Impp.*

† BASIL CONSTANT S LEON EN ΘEO BASILIS ROMEON. *in medio nummo.* Vide Oct. Stradam p. 285. & Baron.

LEO.

LEON BASILEVS ROM. *Imp. cum ſtemmate crucigero.*

LEON EN ΘEO BASILEVS ROMEON. *in medio nummo.*

M. *ad latera & ſupra cruces, infra,* B. *in medio nummo, infra,* RIKM. Ex Oct. Strada p. 297.

LEωN EN Xω EVSEBHS BASILEVS RωMAIωN. *in medio nummo.*

IhSVS XRISTVS NICA. *Crux inſiſtens gradibus.*

ALEXANDER.

LEON S ALEXANDROS. *Duo Impp. ſedentes, una labarum tenent.*

† LEON S ALEXANDROS BASIL ROMEON. *in medio nummo.*

CONSTANTINUS.

CONSTANT BASIL ROM. *Imp. ſiniſtra globum crucigerum.*

† CONST EN ΘEO BASILEVS ROMEON. *in medio nummo.*

CONSTANT BASIL ROM. *Imp. cum loro ſeu habitu Conſulari, dextra narthecem, ſiniſtra globum crucigerum.*

† CONSTANTIN EN ΘO BASIL ROM. *in medio nummo.*

CONSTANT ET ROMAN AVGG b. *Duo Impp. una crucem duplicem tenent.*

IhS XPS REX REGNANTIVM. *Chriſtus cum libro Evangeliorum.* Vide Paulum Petavium p. 14.

CONST ET ROMAN b ROM. *Duo Impp. una globum cui inſiſtit longior crux, tenent.*

† CONST ET ROMAN EN XRIST b ROMEON. *in medio nummo.*

ROMANUS.

ROMAN BASILEVS ROM. *Imp. dextra narthecem, altera globum crucigerum.*

† RωMAN EN ΘEω bASILEVS RωMAIωN. *in medio nummo.*

ROMANUS LACAPENUS.

† ROMANO XRISTOFOR CE CONSTAN EX XmEVS Eb bASIL R. *in medio nummo.*

IhSuS XRISTuS NICA. *Crux inſiſtens gradibus.*

BASILIUS ET CONSANTINUS.

Duo Impp. una crucem duplicem tenent, abſque inſcriptione.

Chriſtus cum libro Evangel.

BASIL. *Crux altior recruciata inſiſtens gradibus, ad latera duæ protomæ Imperatorum.*

† BASIL S CωNSTANTINOZ EN ΘO XRISTω BAS RωMAI. *in medio nummo.*

Duæ figuræ Impp. ſtantes, una labarum tenent.

IC. XC. *Chriſtus cum libro Evangeliorum.*

Z O E.

DN ZOE FELIX AVGVSTA.

V. *cum cruce ſupra, in corona quercea.* Ex Oct. Strada p. 320.

CONSTANTINUS.

CONSTANTIC ET ZOH b. *Conſtantinus & Zoe una crucem duplicem tenentes.*

† CONSTANTINOC E ZOH bASILIS ROMEON. *in medio nummo.* Ex Oct. Strada p. 322.

DN ZOE ET THEODORA. *Duæ Imperatrices ſedentes prior globum crucigerum dextra, & crucem ſiniſtra, altera globum crucigerum.*

XX. *ſupra crux, infra,* ROM. Ex Oct. Strada p. 321.

XIX.

FAMILIA BASILII MACEDONIS IMP.

Edit. Paris. pag 138.

ETSI Basilium ad supremam, quam adeptus est, dignitatem unica eduxerit fortuna, non vero parentum aut familiæ splendor, cum ex infimo ortum genere consentiant [a] scriptores fere omnes: non defuere tamen qui Augusti donatum titulo, quo Principis virtutem ac præclaras dotes commendarent, majoremque auctoritatem conciliarent imperanti, imaginariam quamdam a Tyridate Armeniorum Rege arcessivere nobilitatem, qua tum ipse, tum posteri adeo sunt deliniti, ut tamquam veram ac legitimam haud ægre amplexi sint. Fictitii istius stemmatis Photium Patriarcham auctorem fuisse ajunt; quod ille digesserit in Basilii favorem, cujus demereri gratiam avebat. Exhinc [b] Constantinus Porphyrogenitus, Basilii ex filio nepos, ut & Scylitzes, id in vulgus sparsere in Commentariis suis, scripsereque, nullo licet fidei argumento, ortum Basilium ab Arsacidis, Medorum, Parthorum, ac Armeniorum Principibus familiari nomenclatura. Atque ut rei probabilitatem darent, ARTABANUM & CLIENEM fratrem Regio isto prognatos stemmate, atque avito exturbatos principatu, Byzantium exules perveniisse finxere, Leone M. imperante, a quo assignata fuerit iis Nicæ in Macedonia habitatio, qua ex urbe Philippos, ac postmodum Adrianopolim translati fuerint ab Heraclio, ubi tandem, ut & posteri, domicilium statuerint. Aliquanto post tempore, Constantino, ut ajunt, cum matre Irene Imperium administrante,

I. MACTES quidam ex Arsacidarum perinde ortus stemmate, Constantinopolim seu legationis seu negotiorum gratia adiit, contractaque cum LEONE, quem genus pariter ab Arsacidis trahere perceperat, amicitia, alienum solum ob viri præstantiam prætulit; & accepta in thori consortium ejus filia, cum eo Adrianopolim concessit, ubi & fortunæ suæ sedem fixit. Hoc ex conjugio natus est.

II. BECLAS, Basilii Imperatoris pater, fictitium prorsus nomen, & a Photio adinventum, cui nobilis quædam matrona, quæ a Magno Constantino natales suos arcessere credebatur, filiam suam nuptum dedit, ex qua liberos aliquot procreavit.

Liberi Beclæ.

III. BASILIUS Imperator.

III. [c] MARIANUS, Basilius frater, equo lapsus & pedes contortus, altero pede vermibus computrescente, obiit sub fratris imperii initium. Tradit [d] Sansovinus in Venetiæ Descriptione, Joannem Participatium, qui Venetorum principatum obtinuit anno DCCCLXXXI. Imperatoris Constantinopolitani neptem in uxorem habuisse. Utrum vero filia fuerit Mariani, vel alicujus ex sororibus Basilii, etsi haud constet, id tamen suadere videtur tempus quo Participatius vixit.

III. Sororum Basilii avi meminit alicubi [e] Constantinus Porphyrogenitus ex filio nepos. Memorat etiam [f] Leo Grammaticus ASSYLEONEM quemdam Basilii Imperatoris patruelem.

III. FLAVIUS BASILIUS, [g] ex capitis magnitudine cognomento CEPHALAS, cum e Macedonia Constantinopolim venisset, Michaeli Imperatori, ob singularem in equis curandis solertiam, oblatus, ab eo [h] Protostrator primum, deinde Cubicularius, postmodum Patricius & Magister creatur. [i] Interfecto dehinc Barda Cæsare, adoptatus a Michaele, Imperator dictus, ritu solemni diademate donatur XXVI. Maii, *pag. 139.* ipso Pentecostes festo, anno DCCCLXVI. [k] At cum Basilius a Michaele insidias sibi parari accepisset, has antevertit, cæso ipso Augusto XXIV. Sept. anno DCCCLXVII. quo ita sublato, rempublicam solus administrare cœpit, quam decessoris socordia fere collapsam in melius restituit. Quippe Magistratus viris probis commisit, jus integerrime dici curavit, ipseque interdum sedit pro tribunali. Catholicam pietatem coluit inprimis: exacto Photio, Ignatium in Sedem Patriarchalem restituit. [l] Bellum indixit Manichæis, Chrysochire duce. Sed extincto Ignatio, Santabareni cujusdam illusus præstigiis, Photium revocavit, & pristina dignitate donavit: [m] quod quidem Joannis Summi Pontificis & Ecclesiæ Romanæ anathemata Basilio concitavit. [n] Obiit tandem ex ventris profluvio, I. Martii anno DCCCLXXXVI. imperavit vero cum Michaele annum I. & menses quatuor, solus annos XVIII. menses X. dies VII. [o] Antequam Augusti dignitatem esset consecutus, MARIAM duxerat in uxorem, quam dimittere coactus est a Michaele, qui [p] EUDOCIAM, Ingeris Logothetæ filiam, ex illustri Martinaciorum gente, quæque ipsius Michaelis, etiam antequam nuptias iniisset, concubina fuerat, eidem copulavit. [q] Quidam scripsere Eudociam fuisse tum gravidam ex Michaele, peperisseque Leonem, postmodum Imperatorem. At Constantinus Porphyrogenitus, & ex eo Scylitzes ab hac calumnia videntur immunem pronuntiare, dum vitæ illius probitatem, nobilitatem generis, formæque elegantiam multis prædicant. In Codice Gregorii Nazianzeni venerandæ antiquitatis CLIV. Bibliothecæ Regiæ, præfigitur tabella, in qua Eudocia paulo altius educta, eodem quo Imperatores ipsi habitu exornata effingitur, sceptrum cui flos nescio quis imminet, dextra, globum sinistra tenens: lorum auratum, ac margaritis distinctum, tunicæ purpureæ affusum, sinistram ambit; unde etiam docemur Augustarum, atque adeo nobilium fœminarum, solemnes habitus ac vestes ea perinde tem-

a *Nicet. in Ignat. Luitb. l. 1. c. 2. Zonar. p. 131. E. R.*
b *Const. in Basil. c. 2. 3. Scylitz. p. 557. E. R.*
c *Leo Gr. p. 465. E. R.*
d *Sansovin. in Venet. l. 11. p. 179.*
e *Const. in Basil. c. 5.*
f *Leo Gr. p. 470. E. R.*
g *Leo Gr. p. 460. E. R.*
h *Const. in Basil. c. 16. de admin. imp. c. 50.*
i *Const. in Basil. c. 16. Nicet. Papbl. p. 70. Scylitz. p. 566. E. R. Suppl. Aim. c. 22.*
k *Const. in Basil. c. 20. 21. 22.*
l *Petr. Sicul. in hist. Manich.*
m *Joan. PP. ep. 199. 250. &c.*
n *Gregor. in vita Basil. jun. n. 1. Constant. Leo, Zon. Scyl. &c.*
o *Leo Gr. p. 461. E. R. Scyl. Zonar.*
p *Const. in Basil. c. 14. Nicet. in Ignat. Vita S. Nicolai Stud. apud Bol. p. 942. Leo Gr. p. 437. 464. 468. E. R. Scylitz. p. 565. E. R. Zon. &c.*
q *Zonar.*

pestate non discrepasse a conjugum vestibus, quibus scilicet lorum deferre jus erat, uti monuimus in Dissert. de Numism. Impp. CP. n. VIII. Calceis rubei coloris, & margaritis adornatis pedes induuntur. Supra caput descripti sunt hi characteres, ЄVΔOKIA ΑVГOVCTA. ad utrumque latus Leo & Alexander imberbes, eodem uterque habitu, dextra pectori admota, globum dextra tenent. Horum capita seu frontem circulum aureus vice diadematis ambit. Supra Leonis caput hi characteres exarantur: LEΩN ΔECΠOTHC. Alexandri vero, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. in imaginis limbo litteris majusculis describuntur hi versus Jambici:

Ενκλημάτουσαν ἀμπελόν σε τοῦ κράτους,
Βότρυς φέρουσαν τοὺς γαλίνους Δεσπότας,

a In CP. ubi de æde S. Elia.

A Βασίλειος πρωίξς Ρωμαίων ἀναξ,
Μεθ' ὧν προλάμπει Εὐδοκία φωσφόρος.

Paginas duas alteras illustrat Crux major aurea, cum hac inscriptione, IC XC NIKA. In quarta denique effingitur Basilius ipse, cum Heliæ ad dextram, & Gabrielis Archangeli ad sinistram imaginibus, uti a alibi observamus. Priorem tabellam præclaræ omnino antiquitatis, ipso nempe Basilio imperante exaratam, hic delineari curavimus: Basilii vero imaginem omittimus, quod prorsus evanida ac fere deleta sit.

Filius Basilii Imp. ex Maria priore conjuge.

IV. CONSTANTINUS, Basilii filius fuit primo-

genitus. a Hunc pater primo imperii anno Christi DCCCLXVIII. Imperatorem appellavit, hoc potissimum consilio, ut familiæ suæ asseret principatum, & ab eo invadendo magnatum animos avocaret; quo & postea Leonem & Alexandrum filios secundogenitos in ipsa pueritia diademate donavit. b Patrem in ea quam adversus Saracenos suscepit expeditione comitatus est Constantinus, c obiitque eo superstite, paulo antequam Photius Patriarchalem Sedem recuperasset, anno Christi DCCCLXXIX. magno parenti relicto sui desiderio. Natum ex primo Basilii conjugio vel ex eo constat, quod arma militaria induerat ante annum DCCCLXXIX. cum præterea Leonem primum ex Eudociæ filiis fuisse tradant scriptores. d Proinde ille est Basilii filius, cui Ludovicus II. Imperator Occidentis HERMENGARDEM filiam uxorem dare decreverat, quo nomine Legatos anno DCCCLXIX. Constantinopolim missos a Ludovico iidem narrant. Sed hæc Ludovici consilia effectu caruere, licet sponsalia celebrata commemorent Aimoini Continuator, & Annales Francorum Bertiniani. Nupsit vero Hermengardis Bosoni Comiti, postmodum Provinciæ Regi.

Liberi Basilii Imperatoris ex Eudocia altera conjuge.

IV. Leo Imperator.

IV. ALEXANDER, tertius Basilii filius, a patre e Imperator dictus, diademate donatus est anno Imperii tertio: quam dignitatem post illius excessum etiam obtinuit una cum Leone fratre: quod docent Leonis nomismata, ejusdemque f Constitutiones aliquot, & g vetus Inscriptio exarata anno Mundi MMMMMMCCCCVI. qui est Christi DCCCXCVIII. Extincto Leone, filii Constantini, adhuc infantis, tutelam, fratris rogatu excepit: h qua tum tempestate annum ætatis vigesimum attigerat. Rempublicam magna cum socordia gessit, libidini ac crapulæ impense addictus, ex qua tandem periit, multo per nares & pudenda rejecto sanguine, cum hausto largius mero, equestri pila
Edit. Paris. pag. 141. se vehementius agitasset, i VII. Junii anno DCCCCXII k imperii anno primo, & die XIX. l in eodem quo pater tumulo conditus. Cum de Alexandri nuptiis fileant prorsus scriptores, jure controvertitur quod tradit m nuperus scriptor de filia Constantina, quam Leonis Phocæ, qui Romano imperante vixit, filio nuptam ait.

IV. n STEPHANUS magno apparatu & solemni pompa baptismum excepit in festo Christi natalitio. Hunc pater adhuc puerum Ecclesiastico addixit ordini, ut ætate provectiorem ad Patriarchalem Sedem aliquando promoveret: quam tandem dignitatem exacto Photio obtinuit, Leone fratre imperante, per annos sex, A menses quinque, cum e vivis excessisset anno DCCCLXXXVIII. ex ea quæ a o veteri scriptore traditur ægritudine. Stephani memoriam ac festum agunt Græci XVII. Maii.

IV. N. N. N. N. Tradunt p scriptores Basilio quatuor fuisse filios, totidemque filias, quas in sanctæ Euphemiæ Monasterio Sanctimoniales fecit; vel, ut videtur innuere Constantinus Porphyrogenitus, in Petrio, quod S. Joanni Baptistæ sacrum erat.

IV. FLAVIUS LEO, cognomento PHILOSOPHUS, ob singularem in litteras humaniores & Philosophiæ studia propensionem, q ex Basilii cum Eudocia conjugio natus, r a patre Imperator appellatur, ac diademate donatur festo Epiphaniorum die, B anno DCCCLXX. Indict. III. s Theodori Santabareni calumniis appetitus tamquam in parentem conspirasset, carceri mancipatus est, e quo, Senatu intercedente, tandem est dimissus paulo ante patris obitum. Imperium rexit annos XXV. menses duos, dies undecim, t cum e vivis excessisset XI. Maii anno DCCCCXI. u Alii XI. Julii obiisse volunt. Codinus XXVII. regnasse annos & menses octo tradit. Quater nuptias iniit, ac x primum quidem, patre adhuc superstite, cum THEOPHANONE, Constantini Martinacii ex Anna uxore filia. Exacti nuptiarum apparatus in Magnauræ palatio, ubi tum Theophano diademate donata est a Basilio. y Vixit illa cum conjuge per annos duodecim magna sanctitatis opinione: z ex qua a Græcis Sanctorum catalogo adscripta, C a quibus ejus festum colitur XVI. Decembris. A Sed & Theophanonis memoriæ ædem sacram postmodum erexit Leo Imperator, B ejusque elogium ac panegyricum conscripsit Nicephorus Gregoras. C Mortua Theophanone, ZOEN, Theodori Guniatzitæ, qui Tzautzæ dignitatem obtinuerat, viduam uxorem duxit. Erat illa Styliani filia, cui gener istius gratia affinitatis varias dignitates contulit, Magistri scilicet, deinde Logothetæ Dromi, ac tandem D Patris Imperatoris, novo & ad hanc diem inusitato honoris titulo excogitato: cui quidem Styliano Novellæ Leonis Constitutiones pleræque inscribuntur. E Cum Zoe, Theophanone adhuc superstite, stupri consuetudinem exercuerat, quam ea mortua conjugem assumptam, Augustam renuntiavit; qua dignitate, ut & conjugio, F annum unum & menses octo, seu, ut scribit Scylitzes, annum & dimidium, potita tandem obiit. G Exhinc tertiam sibi Leo adjunxit conjugem EUDOCIAM ex Themate Obsequiano oriundam, insignis formæ fœminam, quam & Augustam perinde corona donavit. Hac etiam una cum partu ex fœtu paulo post extincta, H quartam uxorem duxit ZOEN CARBONOPSINAM (Zoizona dicitur I Luithprando) K sancti Epiphanii Magni agri Abbatis sororem, quam nato Constantino filio

a *Greg. in vita S. Basil. jun. n. 2. Joannes VIII. PP. ep. 199. VIII. Syn. act. 8. Petrus Sicul. Const. in Basil. c. 26. Scyl. pag. 569. E. R. Zonar. p. 135. E. R.*
b *Const. c. 33. Scylitz. p. 573. E. R.*
c *Nicet. in Ignat. Scylitz. p. 590. E. R.*
d *Ann. Fr. Bertin. an. 869. Contin. Aimoini c. 22. Anast. in acta VIII. Synod.*
e *Const. in Basil. c. 26. Scylitz. p. 569. E. R.*
f *Apud Harmenop. p. 6.*
g *Gruter. 1161.*
h *Joel. Vulc. ad Const. Them.*
i *Aret has Cæsar. apud Lip. to. 3. Scyl. p. 608. E. R.*
k *Leo Grammat. Vita S. Basil. jun. n. 10. Joel.*
l *Leo Grammat.*
m *Philadelph. Mugnos. l. 4. del Theatro Geneal. Sicil.*
n *Const. c. 26. Scylitz. p. 569. E. R. Leo Gr. p. 470. E. R. Zonar. p. 135. E. R. Ercbemp. c. 52. Append. ad Cont. VIII. p. 970. Menol. Grac.*
o *Greg. in vita S. Basil. jun. n. 2.*
p *Const. c. 26. Scylitz. p. 569. E. R. Zonar. pag. 135. E. R. Codin. Or. p. 60. E. R.*
q *Novella Scrimgeri p. 403. Leo Gr. p. 471. E. R.*
r *VIII. Synod. p. 766. Scyl. p. 569. E. R.*
s *Const. c. 69. Leo Gr. Scyl. &c.*
t *Leo Gr. p. 486. E. R. Scylitz. p. 606. E. R.*
u *Zonar.*
x *Leo p. 473. E. R. Menæa 16. Dec. Chr. CP. p. 52.*
y *Leo Gr. p. 478. E. R.*
z *Menol. Gr.*
A *Scyl. p. 593. E. R. Zonar. Glyc. Codin. Orig. p. 52. E. R.*
B *Allat. de Simeon. p. 107. Lambec. lib. 4. Bibl. Cæsar. p. 61.*
C *Scyl. p. 595. E. R.*
D *Meurs. Gloss.*
E *Leo Gr. p. 478. E. R. Scylitz. p. 598. E. R.*
F *Leo Grammat.*
G *Leo Gr. p. 481. E. R. Scylitz. p. 599. E. R. Zonar.*
H *Scyl. p. 600. E. R. Leo Gr. p. 481. E. R. Zonar. p. 143. E. R. Glycas. Lambec. tom. 4. Bibl. Cæs. p. 13.*
I *Luithpr. l. 3. c. 7.*
K *Const. de adm. imp. c. 22.*

corona donavit, & Augustam dixit. a Ut porro apud Græcos quartæ vetantur nuptiæ, a Nicolao Patriarcha sacris interdictus est Leo. Verum istud Leonis matrimonium legitimum pronuntiavit Summus Pontifex. Infamatur illa a Luithprando propter stupri consuetudinem, quam post Leonis obitum cum Romano Lacapeno, qui postea imperavit, exercuit; b a quo deinde in sanctæ Euphemiæ Monasterium, tonsis capillis, relegata est, cum in illius vitam conspirasse fuisset deprehensa,

Filia Leonis Imp. ex Theophanone prima conjuge.

v. c N. filia, quæ statim post partum obiit, si qua fides veteri scriptori inedito, & aliquot aliis scriptoribus.

Filia Leonis Imp. ex Zoe altera conjuge.

v. d ANNA Imperatoria corona statim post matris obitum a patre donata.

Filius Leonis Imp, ex Eudocia tertia uxore.

Edit. Paris, pag. 142.

v. e N. filius, una cum matre in partu extinctus.

Liberi Leonis Imp. ex Zoe quarta uxore.

v. CONSTANTINUS PORPHYROGENITUS Imperator, de quo mox.

v. EUDOCIA. Scribit f Constantinus Porphyrogenitus curasse se ut Bertæ, Romani filii conjugi, Eudociæ nomen imponeretur, in aviæ & sororis, quo eæ donabantur, memoriam.

V. g FLAVIUS CONSTANTINUS, cognomento PORPHYROGENITUS, natus dicitur ea tempestate qua radios versus Orientem protendens Cometes conspectus est. h Unde eum esse licet colligere, qui apparuit anno DCCCCV. quo natus indubie Constantinus, cum quo excessit Alexander patruus anno DCCCCXII. septennem fuisse tradant i scriptores. k In æde Sophiana solemni ritu baptismo inauguratus est a Nicolao Patriarcha, suscipientibus eum ex sacro lavacro Alexandro patruo, Samona Patricio, & primoribus Senatus. l Exhinc a patre Imperator dictus, corona donatur, sacra faciente Euthymio Patriarcha, ipso Pentecostes die; quod frustra in annum DCCCCXIII. Indict. I. rejicit m Lupus Protospatha, quo tum in vivis non erat parens, a quo in extremis agente Alexandro fratri commendatur, qui ejus tutela suscepta, cum eo menses tredecim imperavit. n Post Alexandri vero interitum Nicolaus Patriarcha, Joannes Garidas Magister, & Senatus primates, quibus pupilli Principis tutelam moriens ille mandaverat, una cum Zoe matre, quam Palatio ejecerat Alexander, ab exilio filii opera revocata, aliquandiu imperium administrarunt: quod variis procerum imperatoriæ dignitati inhiantium factionibus, sub illius initia conflictatum est, Constantino Duca, Leone Phoca, & Romano Lacapeno de eo digladiantibus. o Tandem Lacapenus classis Drungarius, occupato Palatio, Custos fit Imperatoris, aliis subinde dignitatibus donatus: cujus mox filiam HELENAM despondit, & in uxorem sibi adscivit Constantinus. Actis Aprili mense, quinta Jejuniorum hebdomada, sponsalibus, tertia post Pascha feria uterque nuptialibus corollis redimitur a Nicolao Patriarcha anno DCCCCXII. quo tum tempore Lacapenus *βασιλεοπάτωρ*, seu *Pater Imperatoris*, appellatus est. Nec multo post a Constantino Imperii particeps & Imperator dictus, coronatusque est XVII. seu, ut aliis placet, XXIV. Decembris eodem anno: qua etiam dignitate donati postmodum Romani filii a parente, ut suo loco dicemus. Exinde rerum publicarum cura omni in Romanum translata, quam toto ille imperii tempore, quod XXVI. annorum fuit, in se suscepit, Constantinus secessui litterario vacans, librorum lectioni operam dedit, scientiasque omnes decurrit, adeo ut Arithmeticam, Musicam, Astronomiam, Geometriam & Philosophiam calluerit, Medicos etiam & historicos scriptores legerit, nihilque omiserit quod ad singularem quam adeptus est eruditionem conferre posset: cujus quidem fidem faciunt scripta ejus varia, maximeque opus illud eximium, quod ex infinitis propemodum codicibus coegerat, in quo secundum locos communes quidquid in iis præclarum ac notatu dignum erat, digessit: cujus quidem operis fragmenta tantum aliquot posteris servata, maxime quæ ad Legationes, Agriculturam, & moralem Philosophiam spectant, quæque a viris nostræ ætatis in re litteraria principibus sunt publicata. Neque litteras humaniores dumtaxat, sed & artes mechanicas decessorum incuria neglectas instauravit, p ipseque Pictoriæ ita dedit operam, ut in ea excelluerit, ut auctor est Luithprandus. Abrogata tandem soceri potestate, eoque ac liberis in ordinem actis, ac in monasteria trusis anno DCCCCXLIV. ipse rerum gubernationem solus excepit, quam ad vitæ usque exitum produxit per annos quindecim, q cum e vivis excessisset IX. Novembris, Indict. III. anno DCCCCLIX. a Romano filio, ut quidam volunt, veneno sublatus, anno ætatis LIV. cum mensibus duobus, in eodem quo pater tumulo conditus. Imperavit cum patruo Alexandro menses tredecim, cum Zoe matre sex, vel secundum alios, septem, cum Romano Lacapeno viginti sex, solus annos XV. & dies XIX. Ita totum imperii tempus ab Alexandri interitu annorum fuit XLVIII. & mensium aliquot. Errat porro r Joel, qui LXV. ut perinde s auctor Chronici Barensis, qui XLVII. annos vixisse Constantinum tradunt. Uxori superstes vixit, in cujus laudem varia poemata conscripsit, ut testatur t Zonaras.

a *Allat. de Cons. utr. Ecc. l. 2. c. 7. Eutychius Patr. Alex. in Annal.*
b *Scylitz. p. 618. E. R.*
c *In Bibl. Reg. cod. 2023. & Jus Gr. Rom. p. 103.*
d *Leo p. 481. E. R. Scyl. p. 509. E. R.*
e *Leo Gr. p. 481. E. R. Jus Gr. Rom. p. 103.*
f *De adm. imp. c. 26.*
g *Leo Gr. p. 483. E. R. Scylitz. p. 601. E. R.*
h *Chron. Floriac. to. 3. Hist. Franc. p. 355.*
i *Scyl. Leo Gr. V. Bar. an. 912. n. 6. Luitb. l. 3. c. 7.*
k *Idem*
l *Leo Gr. p. 485. Scylitz. p. 605. E. R.*
m *Lupus Protosp.*
n *Gregor. in vita Basil. jun. n. 10.*
o *Leo Gramm. pag. 495. E. R. Scylitz. p. 617. E. R. Luitb. l. 3. cap. 8.*
p *Luitb. l. 3. c. 9. Scyl. p. 635. E. R.*
q *Scyl. p. 641. E. R. Zonar. p. 157. E. R. Codin. Or. p. 78. E. R.*
r *Joel.*
s *Anon. Barens. Lupus Protosp.*
t *Zonar. p. 155. E. R.*

Liberi

Edit. Paris. pag. 143.

Liberi Constantini Imp. ex Helena Augusta.

VI. ROMANUS, Imperator.

VI. [a] THEODORA, nupsit JOANNI TZIMISCÆ Imperatori.

VI. ROMANUS, cognomento [b] JUNIOR, seu PUER, ad avi materni discrimen: neque enim imperii administrationem suscepit puer, cum annum ætatis vigesimum primum attigisset, quando pater obiit, [c] Ab eo Imperator dictus, & a Theophylacto Patriarcha ipso Paschatis festo diademate donatus est: quod quidem ad annum DCCCCXLVIII. videtur referre Scylitzes, ut & [d] Diploma Constantini parentis anni DCCCCLVIII. Indict. II. qui annus esse dicitur XLVII. imperii Constantini, ac decimus Romani. Unde promiscue patet annos Imperii Constantini a patrui, non vero a patris excessu putatos. Imperium igitur adeptus, summa illud cum socordia, rerumque in ministros cura translata, per annos quatuor administravit, [e] obiitque XV. Martii anno DCCCCLXIII. Indict. VI. ætatis XXIV. Imperavit annos III. menses IV. dies V. Bis nuptias iniit, [f] ac primum cum BERTHA, [g] Hugonis Italiæ Regis ex Bæzola concubina filia notha ac illegitima; quæ Constantinopolim a Sigefrido Parmensi Episcopo deducta est sub annum DCCCCXLIII. Indict. II. Romano Lacapeno Imperii clavum adhuc obtinente, quo & nuptiæ celebratæ sunt mense Septembri, cum nedum ætatis annum XIV. attigisset Romanus. [h] EUDOXIÆ, seu, ut alii volunt, [i] EUDOCIÆ nomen eidem a Græcis impositum, in aviæ & sororis Constantini memoriam, quibus eadem fuit nomenclatura. [k] Vixit illa cum conjuge per annos quinque, obiitque intacta ac virgo, ut scribit I Scylitzes. [m] Exinde alia a parente circa annum DCCCCXLIX. eidem data est uxor ANASTASIA, plebeiis ac cauponibus orta parentibus, quam THEOPHANONEM appellavit: quæ post Romani excessum, Imperium per aliquot annos rexit, & Nicephoro Phocæ, qui Augustam dignitatem invaserat, postmodum nupsit, ut suo loco dicetur.

Liberi Romani Imp. ex Theophanone Augusta.

VII. BASILIUS Imperator,
VII. CONSTANTINUS Imperat. } de quibus mox.

VII. THEOPHANO, quæ & STEPHANA appellatur in [n] veteri Chronico, ab Ottone I. Imperatore Occidentis, pro OTTONE filio, postmodum etiam Imperatore, in uxorem est expetita; missa ad id sub annum DCCCCLXVIII. solemni ad Nicephorum Phocam tum Imperatorem Constantinopolitanum, qui Theophanonis matrem in conjugem sibi asciverat, legatione, cui præfuit Luithprandus Cremonensis Episcopus, [o] a quo pluribus describitur, peculiari edito Commentario. [p] Sed a Phoca repulsam passus, hanc tandem impetravit a Joanne Zimisce Imperatore, qui Phocæ successerat, a quo Ottoni etiam ultro oblata dicitur. [q] Missi legati, qui novam sponsam deducerent, Coloniæ scilicet Archiepiscopus, ac Episcopi duo, quorum alter fuit Theodericus Metensis, Ducesque complures ac Comites. [r] Romam illa pervenit XIV. Maii in octava Paschatis anno DCCCCLXXII. [s] Perperam scripsit Ditmarus *non virginem desideratam, sed neptem suam Theophaniam vocatam* misisse tum Zimiscem, ignorans forte eum fuisse affinitatis gradum inter Theophanonem & Zimiscem, ut qui Theodoram Theophanonis amitam uxorem duxerat. Erravere porro B Sigebertus, Mutius, & aliquot alii, qui filiam fuisse Phocæ putavere. Sed &, opinor, memoria lapsus est Leo IX. PP. in diplomate de Advocatia Monasterii S. Crucis in Werdea, quod descripsit [t] Gretzerus, qui hanc Crucem Chunrado Imperatori datam ait ab Imperatore *nomine Romano*, in ea legatione quam Constantinopolim misit, *ut filiam suam nuptum traderet ejus filio*. Hæc enim de Theophanone capienda prorsus arbitror. [x] Laudatur ab omnibus fere Latinis scriptoribus Theophano ob miram animi sagacitatem, ac virilem prudentiam, qua usa est in rebus administrandis publicis per novennium, filio Ottone III. adhuc impubere. [y] Excessit illa e vivis XV. Junii anno Christi DCCCCXC. & in æde S. Pantaleoni sacra Coloniæ Agrippinæ humo condita est.

C VII. [z] ANNA lucem excepit biduo ante parentis obitum. [A] Huic frater Basilius VLADIMIRUM, *pag. 144.* seu Vludomirum, Russiæ ac Moscoviæ Principem despondit, ex qua postmodum affinitate, Russicis copiis in expeditionibus suis bellicis haud semel usus est. [B] Marito superstes aliquandiu vixit. [C] Tradunt ejusce gentis scriptores, Vladimirum fuisse notum Svvarolai Principis, qui Russiam fratribus ademit, & anno Mundi MMMMMMCCCCLXIX. qui est Christi DCCCCLXI Basilii affinitatem per legatos expetiit, ductaque in uxorem sorore Anna, conjugis suasionibus Christianam religionem amplexatum, nominatumque in baptismo BASILIUM. Addunt extinctam Annam conjugii anno XXIII. superstite marito, qui quadriennio supervixit: quod [D] Scylitzæ repugnat, qui priorem decessisse Vladimirum diserte scribit. Auctor est præterea [E] Ditmarus Annam, quam He- D lenam appellat, *tertio Ottoni desponsatam, sed ei fraudulenta calliditate a Vladimiro subtractam, ejusque hortatu Christianitatis sanctæ fidem suscepisse, quam justis operibus non ornavit ut qui fornicator esset immensus & crudelis, magnamque vim Danais mollibus ingesserit*. Subdit tribus ex ea susceptis filiis in extrema senectute obiisse Vladimirum, & Kiovviæ in Ecclesia S. Clementis Papæ juxta conjugem suam sepultum, sarcophagis eorumdem in medio templi palam stantibus.

VII. LUITHGARDA, Theophanonis Augustæ soror, ARNULPHO Hollandiæ Comiti, Theoderici II. Comitis filio, ab Ottone II. Imperatore uxor data est, si qua fides haben-

a *Greg. in vita S. Basil. jun. n. 23. Scyl. p. 671. Ed. Reg. Zon. p. 169. &c. Ed. Reg.*
b *Zonar.*
c *Scylitz. p. 635. Ed. Reg. Joel.*
d *Camill. Peregr. Ughell. tom. 7. Ital. sacr. p. 849.*
e *Scyl. p. 645. Ed. Reg. Joel.*
f *Leo Gr. p. 107. Ed. Reg. Scylitz. p. 631. Ed. Reg.*
g *Luith. l. 4. c. 6. l. 5. c. 5. 9.*
h *Luith. l. 5. c. 9.*
i *Const. de adm. imp. c. 25.*
k *Luithpr. c. 9. Leo Gr. Scyl. &c.*
l *Scyl. p. 637. Ed. Reg. Zonar. p. 156. Ed. Reg. Scyl. Glyc.*
m *Lambec. lib. 2. Bibl. Cæs. p. 394.*
n *Apud Canis. Baron. &c.*
o *Ditmar. &c.*
p *Hugo Flavin. in chr. p. 166. Vvitik. l. 3. Usperg. Invent. SS. a Diederico Ep. Metensi c. 2. Regin. Contin. an. 967. Albert.*
q *Chr. Hilderich. an. 972. Schaffn. eod. an.*
r *Ditm. l. 2. p. 18.*
s *Segeb. Mutius l. 13. Chron. Germ. Jo. a Leid. l. 7.*
t *Gretz. in Horto S. Crucis part. 3.*
u *Ditm. l. 4. p. 37. Chron. Lauresh. Vita S. Adelheid. l. 1. c. 5. l. 2.*
x *Ditmar. l. 4. Schaffnab.*
y *Scylitz. p. 645. Ed. Reg.*
z *Scylitz. p. 699. Ed. Reg.*
A *Scyl. p. 699. Ed. Reg.*
B *Scyl. p. 719. Ed. Reg.*
C *Herberst. p. 5.*
D *Scyl. p. 719. Ed. Reg.*
E *Ditmar. l. 7. p. 104.*

da [a] ſcriptoribus Hollandicis, quæ in hac re ſublæſta prorſus haberi debet, cum nullum de hacce Luithgardæ cum Theophanone affinitate teſtimonium extet apud antiquiores.

VII. BASILIUS [b] a patre Imperator dictus, coronatuſque eſt ipſo Paſchatis die an. DCCCCLX. Indict. III. [c] Extincto Nicephoro Phoca, a Joanne Zimiſce ejus ſucceſſore una cum fratre Conſtantino ad imperii conſortium ſeptennis ipſe admiſſus eſt. [d] Mortuo dehinc ipſo Zimiſce, uterque imperium adminiſtravit, ac Baſilius quidem XX. Conſtantinus vero XVII. annos natus. Sed omnis rei gerendæ auctoritas manſit penes Baſilium; quam ille provinciam pro dignitate obiit, ſuſtinuitque, eximiis in rebelles, maxime vero in Bulgaros, partis victoriis, quos penitus delevit, ex quo illuſtre [e] BULGAROCTONI cognomen eſt adeptus. [f] Obiit menſe Decembri, Indict. IX. anno MXXV. [g] Cadaver humo conditum eſt in æde S. Joannis Evangeliſtæ in Hebdomo, [h] ex qua poſtea in Servatoris templum Selybriam translatum eſt a Michaele Palæologo, uti pluribus narrat Georgius Pachymeres. Vixit annos LXX. ſoluſque L. regnavit. De Baſilii uxore, & an revera duxerit, ſilent ſcriptores: neque enim auſim præſtare quod habetur in Bulla Adriani Papæ anno MXIV. quam edidit [i] Chriſtophorus Gevvoldus, cum incertæ prorſus ſit fidei; in qua narratur MARIAM Imperatricem Græcorum, & *Rizzvvinam* Imperatricem Romanorum filias fuiſſe Comitis Ottonis de *Wolfartshauſen*, & Juſtitiæ uxoris: Mariamque Cinguli B. Virginis Mariæ partem ſuperiorem ad Andechenſe in Bavaria Monaſterium tranſmiſiſſe.

VII. [k] CONSTANTINUS in Pegano palatio lucem excepit an. Chriſti DCCCCLXI. Indict. IV. & una cum fratre in imperii conſortium a Zimiſce admiſſus, eo extincto Imperatoris titulum ſervavit, omni, ut diximus, rerum gerendarum poteſtate penes fratrem remanente: quo tandem mortuo, ſolus imperium rexit, vir nullius frugis ac ſocurdia inſigni. [l] Exceſſit XII. Novembris, ſeu, ut habent [m] Lupus Protoſpatha, & Anonymus Barenſis, pridie feſti S. Martini, anno MXXVIII. Indict. XII. annos natus LXVII. vel LXVIII. cum ſolus tres annos menſe minus imperaſſet. [n] *Hadvvigam* ajunt, Henrici Bavariæ Ducis, Ottonis Magni Imperatoris Occidentis fratris, filiam ab eo in uxorem expetitam; nobilemque virginem ſpreta Græcanica affinitate nupſiſſe poſtea Buchardo Sueviæ Duce, ætatis tum provectioris, [o] quique obiit anno DCCCCLXXVIII. [p] Conſtantinus vero HELENAM, Alypii Patricii, viri ea ætate ditiſſimi ac præpotentis, uxorem ſibi adſcivit.

Filiæ Conſtantini Imp. ex Helena Auguſta.

VIII. [q] EUDOCIA, Conſtantini filia primogenita, cum ex peſtilenti papularum morbo faciem læſa eſſet, præ amiſſæ formæ tædio Sanctimonialis effecta eſt. [r] Haud omnino conſtat an ea fuerit, quam Hugo Capetus Francorum Rex pro filio Roberto, quem anno DCCCCLXXXVII. Regem coronaverat, in uxorem expetiiſſe dicitur. Extat Hugonis ad Baſilium & Conſtantinum Imperatores eum in finem Epiſtola, in qua Sacroſancti Imperii filia dicitur, ſcripta, ut vero eſt ſimile, poſt ſolutum Roberti cum Bertha Chunradi Burgundiæ Regis filia connubium. Eudoxia videtur appellari a [s] Joanne Euchaitarum Epiſcopo, qui ea, qua illa, vixit ætate. *Edit. Pariſ. pag. 145.*

VIII. ZOE Auguſta, } de quibus mox.
VIII. THEODORA Auguſta, }

VIII. ZOE [t] triduo ante parentis Conſtantini obitum, ROMANO ARGYRO uxor data eſt, cum priorem conjugem Helenam dimittere fuiſſet coactus, ut ad hanc Auguſtam affinitatem perveniret ac dignitatem. Interceſſere præterea obices alii ex cognatione, qua ille Zoen contingebat: quibus a Patriarcha diremptis, Argyrus Imperator dictus eſt ac inauguratus. Zoe vero, quam conjugi debebat, fide minus obſervata, illicitis cum MICHAELE PAPHLAGONE ſeſe inligavit amoribus, qui ut auguſtale conjugium perinde ac diadema conſequeretur, ipſa conſentiente, imo inſtigante Zoe, [u] Romanum ſtrangulavit XI. Aprilis anno MXXXIV. cum is annos quinque & menſes ſex imperaſſet. Exhinc ducta in uxorem Zoe, Imperator acclamatur. At veritus ille ſimiles inſidias, & ne deceſſoris modo impoſterum acciperetur, poteſtatem omnem ademit uxori, adhibitis fidiſſimis Eunuchis & mulieribus, a quibus obſervaretur. Tandem cum inſanabili laboraret morbo, & de recuperanda ſanitate prorſus deſperaret, abdicato imperio, Monachi habitum ſumpſit, & haud multo poſt, parricidium magno dolore deteſtatus, e vivis exceſſit X. Decembris, anno MXLI. Indict. X. cum imperaſſet annos ſeptem, menſes octo. Michaelis fratres aliquot recenſent ſcriptores, atque in his [x] *Joannem*, virum induſtrium, quique rerum ſummam fratre imperante fere ſemper obtinuit; *Nicetam* Antiochiæ Ducem, *Conſtantinum* eidem urbi Præfectum, ac deinde Magnum Domeſticum, denique Nobiliſſimum a Michaele nepote appellatum, & *Georgium* Protoveſtiarium, cujus meminit [y] Joannes Euchaitarum Epiſcopus; præterea *Mariam* ſororem [z] Stephano Patricio, qui in Sicilia rem perdidit, nuptam, ex qua prodiit MICHAEL CALAPHATA, [A] a patruo Cæſaris dignitate donatus. Hunc Zoe, ad quam ſumma rerum poſt extinctum Paphlagonem reciderat, tanto ſe ponderi imparem ſciens, in filium adoptatum, Auguſtum appellavit, jurejurando ab eo prius accepto, matris illam ſe loco ac dominæ habiturum. Cujus oblitus pacti Michael, Zoen amoliri cupiens, dum vulgi pertentat animos, ejus in Zoen ac Theodoram ſororem accendit ſtudia, in quas ſubito translatum eſt imperium, cujus ſpes Calaphatæ cum oculis in perpetuum eſt erepta. [B] Id accidit ſub XXI. Aprilis anno MXLII. Indict. X. Imperavit Michael menſes quatuor, dies quinque. Hunc *Epilepticum* vocat Guillielmus Apulienſis, *Catalactum* pro *Cataleptico*, non ſemel [C] Romualdus Salernitanus Archiepiſcopus. Zoe vero imperium rurſum adepta, cui, invitæ licet, addita erat a plebe poteſtatis Auguſtæ conſors Theodora, haud multo poſt [D] CONSTANTINUM MONOMACHUM tertium conjugem ſibi adſcripſit XI. Junii, eadem Indictione, qui poſtridie a Patriarcha in Imperatorem coronatus eſt. Is poſtea concubinam Sclerenam palam

a *Jo. a Leid. l. 7. c. 6. l. 1. c. 8. l. 10. c. 1. Chron. Belg. ex Bibl. Schotti an. 980. Jo. Douza l. 8. Annal. Helland. p. 402. Ed. Reg.*
b *Scyl. p. 642. Ed. Reg.*
c *Scylitz. p. 663. Ed. Reg. Ughell. tom. 8. Ital. ſacr. p. 96.*
d *Scylitz. p. 684. Ed. Reg. Zonar. p. 172. Ed. Reg. Manaſſ. Glyc. Ughell. tom. 5. Ital. p. 1272.*
e *Nicet. in Iſaac. l. 1. n. 6. Acrop. c. 11. &c. Fragm. Hiſtor. Aquit. to. 4. hiſt. Franc. p. 80.*
f *Scylitz. p. 719. Ed. Reg. Romuald. an. 1024.*
g *Joel. Scyl.*
h *Pachym. l. 2. c. 21. l. 7. c. ult.*
i *Tom. 2. Metrop. Saliſb. p. 98.*
k *Scylitz. p. 642. Ed. Reg.*
l *Scyl. Zon. Joel. Glyc. Codin.*
m *Lup. Protoſp. Anon. Barenſ.*
n *Echehard. Jun. l. 2. de Caſ. S. Galli c. 9.*
o *Hepidan. Annal.*
p *Scylitz. p. 722. Ed. Reg. Zonar. p. 182. Ed. Reg.*
q *Scylitz. p. 722. Ed. Reg. Zonar. p. 182. Ed. Reg.*
r *Gerbert. ep. 111. to. 2. hiſt. Franc.*
s *Jo. Euchaita p. 43.*
t *Scylitz. p. 712. Ed. Reg. Zonar. Glyc. Manaſſ. Joel. Ughell. tom. 6. Ital. ſacr. p. 133.*
u *Lup. Protoſp. & Anon. Barenſ. ann. 1034. Niluſii vita S. Philareti n. 10.*
x *Scyl. p. 734. 736. 737. &c. Ed. Reg.*
y *Jo. Euch. p. 16.*
z *Scyl. p. 743. Ed. Reg.*
A *Idem p. 738. Ed. Reg.*
B *Zonar. Joel. Guill. Apul. l. 1. p. 9.*
C *In Chron. MS. an. 1031. 1039.*
D *Scylitz. p. 753. Ed. Reg. Vvill. Apul. l. 1. p. 9. 16.*

in Palatium induxit, Augustam appellavit, & medius inter illam & Zoen sedens, in publicum processit. [a] Obiit Zoe septuagenaria anno ML. Indict. III. non vero anno MXLVIII. ut habet Romualdus: Monomachus vero anno MLIV. Indict. VIII. imperii anno XII. In Manganorum Monasterio quod construxerat, illius cadaver conditum est. Monomacho versus aliquot ἐπιτάφιος dicavit [b] Joannes Euchaitarum Episcopus, qui ejus non semel meminit.

VIII. [c] THEODORA, cognomento PORPHYROGENITA, variantis in se fortunæ sortem experta est: hanc enim parens Imperii hæredem constituere decreverat, præteritis sororibus, Romanumque Argyrum ei in conjugem obtulerat: quod est aspernata, tum affinitatis ac cognationis quæ inter utrumque intercedebat respectu, tum quod alteri conjugi matrimonii nexu esset jam alligatus. Argyrus vero statim postea Imperator factus, hanc in Monasterium detrusit, ubi Zoes sororis, Argyri uxoris, jussu detonsa est in Sanctimonialem sub annum MXXXI. initæ ab ea conspirationis obtentu. Acto postea in ordinem Michaele Calaphata, a plebe revocata est, & Augusta una cum sorore Zoe appellata: [d] qua dignitate per tres menses est usa, donec rerum potestas ad Monomachum Zoes conjugem devenit; quo tamen imperante Augustæ titulum servavit. Extincto denique Monomacho, tota rursum ad eam Imperii recidit auctoritas. Obiit effœta jam ætate ex iliaco morbo [e] sub XXII. Augusti anno MLVI. Indict. IX. cum regnasset annum unum & menses novem, seu, ut alii, menses octo & dies viginti. Scribit [f] Thevetus, nescio quo auctore, illius cadaver humatum fuisse in quodam Monasterio Montis sancti. Paulo vero antequam e vivis excederet, jamque extremum spiritum agens, Eunuchorum Palatinorum suasionibus, MICHAELEM STRATIOTICUM, Constantinopoli natum, virum ad senectam provectum, ac militaribus tantum innutritum exercitiis, Imperatorem appellavit, qui una cum [g] Theodora dies V. solus vero menses XI. dies XVIII. regnavit, Isaacio Comneno Imperatore a Proceribus appellato VIII. Junii anno MLVII. Indict. X. cui cessit invitus. Biennio post extinctum tradit [h] Lupus Protospatha, a quo *Bringæ* cognomine donatur. Unde ex eadem familia natum arbitror, qua [i] Josephus Bringa Cubiculi Imperatorii Præpositus, qui Romano Constantini filio imperante ad Imperatoriam dignitatem aspiravit.

Edit. Paris. pag. 146.

a *Anon. Barens. an.* 1031. *Romuald. an.* 1048.
b *Jo. Euch. p.* 43. 33. 38. 39. 55. 56.
c *Scylitz. p.* 724. *Ed. Reg. Zonar. p.* 183. *Ed. Reg.*
d *Zonar. p.* 197. *Ed. Reg. Jo. Euchaita p.* 44. 45. 51. 52. *Lupus Protosp. an.* 1056.
e *Scyl. p.* 792. *Ed. Reg. Zon. Codin. Orig. Anon. Barensi ann.* 1055.
f *Thevet. l.* 18. *Geogr. c.* 13.
g *Codini catalog. Impp.*
h *Lup. Protosp. an.* 1057. 1059. *Romuald. an.* 1053.
i *Scyl. p.* 645. *Ed. Reg.*

XX.

FAMILIA ROMANI LACAPENI IMP.

I. THEOPHYLACTUS ABASTACTUS [a] in aula Constantinopolitana tum primum cœpit notus haberi, ex quo Basilium Macedonem Imperatorem in prælio contra Saracenos dimicantem, ex eorum manibus eripuit: cujus officii gratia a Basilio multis beneficiis donatus est. Scribit [b] Luithprandus, ubi de Romano filio verba facit, ex Armenia ortum haud claris natalibus. Tradit præterea [c] Constantinus Porphyrogenitus Pancratium Taronis Principem Constantinopolim venientem, a Romano Lacapeno tum imperante Regii generis fœminam expetiisse in uxorem, huicque datam Theophylacti, nescio cujus sororem a Romano, cui proinde affinis illa fuit, etsi haud promptum sit, quo gradu eum attigerit, definire.

Theophylacti filius.

II. ROMANUS Imperator.

II. ROMANUS LACAPENUS seu Lecapenus, [d] a Joele ABASTACTUS etiam cognominatus, [e] præcipuis in aula magistratibus functus est, & demum Patricius, ac [f] classis Drungarius creatus. Extinctis Leone & Alexandro Augustis, cum Leo Phocas tyrranidem meditaretur, classis, cui ipse præerat, ope adjutus, atque adeo connivente Porphyrogeniti matre, [g] Palatium invasit, factusque Magister & Magnus Hetæriarcha, Helenam filiam eidem Principi despondit, & in uxorem dedit: exhinc qua olim Stylianus Leonis Imperatoris socer dignitate cohonestatus, Pater Imperatoris appellatur, translata in Christophorum filium Magni Hetæriarchæ dignitate. Deinde Cæsar XXIV. Sept. an. DCCCCXVIII ac tandem XI. seu, ut [h] alii volunt, XVII. Decembris ejusdem anni Imperator a genero pronuntiatus, a Patriarcha Nicolao solemni ritu diademate donatur. Anno dehinc proximo THEODORAM uxorem die Hypapantes festo coronat. Mox a Constantino Christophorus filius Imperator perinde dictus XVII. Maii, & triduo post, die Pentecostes coronatur eodem anno. Qua etiam Augustali dignitate filios Constantinum & Stephanum donavit, iisdem Christi Natalitio die, anno DCCCCXXVIII. coronatis. [i] Sed eo processit hominis impudentia, ut filium Christophorum Constantino in confessibus & acclamationibus publicis præponi voluerit. At extincto Christophoro, secundum a Romano locum obtinuit Constantinus, Stephano & Constantino Romani filiis prælatus, quod ex [k] Novella quadam potissimum colligitur, quæ edita dicitur anno DCCCCXXIX. Ind. II. Romano Seniore, Constantino, Stephano, & altero Constantino imperantibus. [l] Verum Romani in Porphyrogenitum perfidiam vindicavit Deus pari in ipsummet Stephani filii impietate, qui patrem Imperio dejectum, & in Monachum detonsum, in Monasterium Protes insulæ ablegavit. Hunc Romani casum ad XVI. Decembris anni DCCCCXLIV. Indict. III. Imperii XXVI. refert [m] Scylitzes. In eo Monasterio vitæ reliquum exegit Romanus, [n] licet non omni abdicata recuperandæ potestatis spe, cujus irritis conatibus obstitit gener. [o] Obiit tandem XV. Julii an. DCCCCXLVIII. in Myrelæi Monasterio, quod ipse Constantinopoli condiderat, sepultus. [p] Theodora vero uxor

pag. 147.

a *Leo Gr. p.* 471. *Ed. Reg. Codin. Or. p.* 77. *Ed. Reg.*
b *Luith. l.* 3. *c.* 9.
c *Const. de adm. imp. c.* 43.
d *Joel p.* 180.
e *Leo Grammat. Scyl. p.* 613. *Ed. Reg. Zon. p.* 149. *Ed. Reg.*
f *Luith. l.* 3. *c.* 7.
g *Leo Gr. p.* 494. *Ed. Reg.*
h *Codini Catalog.*
i *Luith. l.* 3. *c.* 9. *Scyl. p.* 626. *Ed. Reg. Nov. Romani Senior.*
k *Novella Romani Senior.*
l *Luithp. l* 5. *c.* 5. *Scylitz. p.* 632. *Ed. Reg.*
m *Scyl. p.* 632. *Ed. Reg.*
n *Leo Gr. p.* 509. *Ed. Reg.*
o *Leo Gr. p.* 510. *Ed. Reg. Scyl. p.* 635. *Ed. Reg.*
p *Leo Gr. p.* 498. *Ed. Reg. Scyl. p.* 621. *Ed. Reg. Zon. p.* 151. *Ed. Reg.*

e vivis excessit anno Christi DCCCCXXXVII. in eodem quo conjux Monasterio humo condita. Perperam scripsit [a] Sigebertus, Romanum Porphyrogeniti matrem in uxorem habuisse, cum qua stupri consuetudinem revera exercuisse testantur Byzantini scriptores.

Liberi Romani Imperatoris ex Theodora Augusta.

III. CHRISTOPHORUS Imperator, de quo mox.

III. STEPHANUS a parente una cum Constantino fratre Imperator creatus est anno DCCCCXXVIII. necdum decennis: siquidem verum sit quod a [b] Luithprando traditur, post paterni imperii ordinationem natum, quod tamen jure controvertitur, cum quadriennio post, sub anno scilicet DCCCCXXXIV. eidem, proinde ætate provectiori, [c] ANNAM, Gavalæ filiam, in uxorem pater collocarit; quo tum tempore coronata est illa a socero in ipsis nuptialibus solemnibus. [d] Is porro cum patrem solio deturbasset, ipse paulo post una cum fratre Constantino a Porphyrogenito in convivio comprehensus XXVII. Januarii anno DCCCCXLV. ad patrem tonsa coma ablegatus est, a quo festivissime utrumque exceptum narrat Luithprandus. Tradunt [e] alii Stephanum in Panormum insulam, Constantinum in Terebinthum relegatos, a Cæsareæ & Heracleæ Episcopis utrumque in Clericos attonsum. Dehinc Stephanus Proconnesum, inde Rhodum, tandem Mitylenam seu in Lesbum insulam translatus, fortunam suam generoso ferens animo, XIX. exilii anno ibidem vitam exuit ipso Sabbati sancti die. [f] Quidam a Theophanone Romani Junioris vidua extinctum tradunt, quod fugam meditatus diceretur.

IV. [g] ROMANUS, Stephani filius, Porphyrogeniti jussu castratus est.

III. CONSTANTINUS eodem quo frater die diademate donatus, una cum eo in patrem conspiravit, ut diserte tradit [h] Luithprandus, tametsi unicum Stephanum nominent scriptores Byzantini. A Porphyrogenito perinde ac ille solio deturbatus, in Terebinthum, mox in Samothraciam relegatus est, [i] ubi fortunæ suæ vicem impatientius ferens, sæpius fugam molitus, anno post amissum Imperium secundo, cum custodem suum dolo necasset, a reliquis custodibus ipse quoque est interfectus. [k] Uxorem duxerat sub an. DCCCCXXXIV. HELENAM, Adriani Patricii, nobilis Armenii, filiam: qua extincta, alteram superduxit, THEOPHANONEM, quæ a Mamante, ut ajunt, genus ducebat.

IV. [l] ROMANUS, Constantini filius: huic Romanus avus EUPHROSYNAM, Joannis Curcuæ Domestici, viri ob virtutem bellicam resque in Syria præclare gestas celebratissimi, filiam, in uxorem dare in animo habuit ante ann. DCCCCXLIII. Unde jure, ut diximus, in dubium venire potest, quod Luithprandus ait, Stephanum & Constantinum Romano jam Imperatore natos, qui, si id ita esset, filios conjugio aptos tum non habuissent, vix idoneæ ipsimet ad conjugium ætatis. [m] Vivebat etiamnum Romanus Joanne Zimisce imperante, quem in Russicam expeditionem secutus est.

III. [n] THEOPHYLACTUS a parente sacris Ordinibus initiatus, post præcipuas in æde Sophiana obitas dignitates, tandem Patriarcha Constantinopolitanus renuntiatur, annos sexdecim vix natus, [o] II. Februarii anno Christi DCCCCXXXIII. Ex quo præterea refelli potest quod de Stephani & Constantini natalibus scripsit Luithprandus. [p] Hanc porro dignitatem ad obitum usque obtinuit, quo in gradu flagitiosissime vixit, Episcopatus & dignitates Ecclesiasticas pretio distrahens, ipse insano alendorum equorum studio ac venationi impensius deditus. Obiit XXVII. Februarii anno DCCCCLVI. Indict. XIV. cum Sedi Patriarchali præfuisset [q] annos XXIII. dies XXV.

III. HELENA, CONSTANTINI Porphyrogeniti uxor.

III. AGATHA, [r] LEONI Argyri filio nupta. *Edit. Paris. pag. 148.*

III. N. filia Romani Lacapeni, [s] ROMANUM SARONITAM Magistrum in conjugem habuit; qui distributa liberis suis omni facultate monachicam vitam amplexus est, Romano Juniore imperante. [t] Scribit vero auctor eidem coævus ex morbo mortuum, cum tyrannidem meditaretur.

III. [u] BASILIUS, *Romani ex concubina Bulgara filius nothus, a Porphyrogenito castratus est, a quo postmodum Præpositi cubiculi dignitatem obtinuit. Extincto Joanne Zimisce, Basilio & Constantino Romani Junioris Imperatoris filiis imperium solertia sua servavit, sub quibus diu rerum potitus, tandem in exilium actus, opibusque omnibus exutus est.*

III. CHRISTOPHORUS, Romani Lacapeni filius primogenitus, patre Cæsare creato, ipse [x] Hetæriarchæ, qua ille paulo ante donatus fuerat, dignitatem consecutus, ac tandem Imperator creatus, coronatus est die Pentecostes festo, anno DCCCCXIX. nec multo post Romanus, aucta potestate, ut in consessibus & acclamationibus publicis Porphyrogenito præferretur statuit: *quod quam indigne justus Judex pertulerit*, inquit [y] Luithprandus, *ultio subsequens declaravit; nam post modicum Christophorus defunctus est.* Christophorum porro obiisse tradunt [z] Leo Grammaticus & Scylitzes mense Augusto, Indict. IV. anno Christi DCCCCXXXI. At cum in laudata Romani Senioris Novella exarata anno DCCCCXXIX. Indict. II. Christophori mentio nulla fiat, potior videtur habenda fides Cedreno scribenti mortuum XIV. Indictione, quæ in annum DCCCCXXVI. cadit, cum præterea tradat Luithprandus, haud multo post adeptam Augustam dignitatem obiisse. Sed scrupulum movet [A] vetus Diploma editum *Indict. I. anno quintodecimo imperii divinorum nostrorum Romanorum Constantini ac Christophori magnorum Imperatorum*: quæ quidem Indictio in annum DCCCCXXVIII. cadit, quo demum exeunte Stephanus & Constantinus in Christi Natalitio diademate donati sunt: verum hæc temporis adscripti nota

a *An.* 906.
b *Luitb. l.* 3. *c.* 9.
c *Leo Gr. p.* 506. *Ed. Reg. Scylitz. p.* 629. *Ed. Reg.*
d *Luitb. l.* 5. *c.* 9.
e *Scyl. p.* 634. *Ed. Reg.*
f *Idem* 646. *Ed. Reg.*
g *Idem* 636. *Ed. Reg. Zon. p.* 155. *Ed. Reg. Joel.*
h *Luitb. l.* 5. *c.* 9.
i *Scyl. p.* 634. *Ed. Reg.*
k *Leo Gr. p.* 506. *Ed. Reg. Scyl. p.* 626. *Ed. Reg.*
l *Idem p.* 630. *Ed. Reg.*
m *Idem p.* 681. *Ed. Reg.*
n *Idem p.* 624. 627. 658. *Ed. Reg. Zon. Joel.*
o *Leo Gr. pag.* 506. *Ed. Reg. Zon. pag.* 156. *Ed. Reg. Luithprand. in legat.*
p *Scyl. p.* 638. *Ed. Reg.*
q *Joel.*
r *Scylitz. p.* 619. *Ed. Reg.*
s *Scyl. p.* 644. *Ed. Reg.*
t *Greg. in vita S. Basil. jun. n.* 15.
u *Scylitz. p.* 636. 640. 662. *Ed. Reg. Zon. p.* 155. 156. 171. 176. *Ed. Reg. Glyc. Manass. Joel.*
x *Leo Gr. p.* 495. 496. 504. 505. *Ed. Reg. Zonar. p.* 150. *Ed. Reg. Scylitz. p.* 617. *Ed. Reg.*
y *Luitb. l.* 3. *c.* 9. *Scylitz. p.* 626. *Ed. Reg.*
z *Leo Gr. p.* 505. *Ed. Reg. Scylitz. p.* 628. *Ed. Reg.*
A *In Chron. S. Sophiæ Benevent. part.* 6. *c.* 1. *& apud Ughell. tom.* 8. *p.* 69. 698.

prorsus mendosa est, licet pro *Romanorum* restituatur *Romani*, cum nec Indictio I. annus decimus-quintus imperii fuerit Romani Senioris, nedum Constantini aut Christophori. Scribit denique [a] Luithprandus Romanum Seniorem in publicis processibus cum Christophoro filio primogenito priorem obtinuisse locum, Porphyrogenitum & duos alios subsequutos. Christophorum in Myrelæi Monasterio humatum fuisse tradunt scriptores. [b] Uxorem duxerat is SOPHIAM, [c] Nicetæ Magistri filiam, quæ mortua Theodora Romani Senioris uxore, Augusta renuntiata est anno DCCCCXXII. [d] sed extincto conjuge, e palatio ejecta est a socero.

Liberi Christophori Imp. ex Sophia Augusta.

IV. [e] ROMANUS, qui a quibusdam Imperatorio titulo donatus fuisse dicitur, [f] patre superstite obiit.

IV. [g] MICHAEL, etsi veste Imperatoria ac calceis puniceis uti ab avo indultum ei fuerit, Imperator tamen non est appellatus. Eo & patruis in ordinem actis, in Clericum a Porphyrogenito attonsus est, ablatis puniceis calceis.

IV. MARIA nominata etiam IRENE, Petro Bulgarorum Regi ab avo uxor data est.

Floruit extrema ac labente Græcia [h] GEORGIUS LACAPENUS, cujus opera de Grammatica aliquot edita, & Epistolæ MSS. laudantur. Sed an ejusdem gentis ac familiæ, qua Romanus Imperator, quis asserat?

a *Luitbp. l. 3. c. 9. Scyl. p. 626. E. R.*
b *Zonar. p. 651. E. R. Scylitz. p. 621. E. R.*
c *Porphyr. l. 2. them. 6. Leo Gr. p. 494. E. R.*
d *Greg. in vita S. Basil. jun. n. 23.*
e *Const. Manass. p. 215. 1. edit.*
f *Greg. in vita Basil. jun. n. 23.*
g *Gregor. ib. Leo p. 610. Scylitz. p. 636. E. R. Zonar. p. 155. E. R. Joel. p. 180.*
h *Allat. in Syntagm. de Georgiis p. 363.*

Edit. Paris. pag. 149.

XXI.
FAMILIA NICEPHORI PHOCÆ IMP.

I. NICEPHORUS PHOCAS, seu FOCAS, uti effert non semel [a] Luithprandus, Patricius, [b] a Basilio Macedone copiarum Dux præcipuus dictus est contra Italiam incursantes Saracenos: quibus in bellis præclaram ob crebras adeptas victorias consecutus est apud ævi sui homines commendationem, ex Italia in Siciliam, unde trajecerat, iis repulsis. [c] A Leone postmodum Basilii filio ac successore Scholarum Domesticus appellatus, cum imperio contra Bulgaros missus, hos non semel fudit: [d] exhinc Thracensi Themati Præfectus, variisque præterea functus magistratibus, pietate perinde ac rei militaris experientia celebratissimus, provectissima ætate mortuus est, relictis aliquot liberis. [e] Scribit Scylitzes Nicephorum Phocæ cognomen gessisse, quod ex majoribus quidam ob res præclare gestas adeptus erat.

Filii Nicephori Phocæ Patricii.

II. BARDAS PHOCAS, de quo mox.

II. LEO PHOCAS, [f] Magister & Scholarum Domesticus Orientis a Constantino Porphyrogenito Imperatore, seu potius a Zoe Augusta illius matre, dictus, & in Bulgaros missus, [g] haud multo post tyrannidem meditatus, a Romano Lacapeno, qui tum in rerum aula potiebatur, captus, oculisque privatus est sub annum DCCCCXII. Huic uxor fuit soror Constantini Præpositi sacri Cubiculi, qui sub Zoe primas in Palatio partes obtinebat; & quo impellente ad Augustam potestatem aspiraverat. Ex hoc conjugio natus.

III. [h] SYMEON PHOCAS, magnus Hetæriarcha a Zoe creatus.

III. [i] MANUEL PHOCAS, *Leonis filius nothus, Patricius & Scholarum Domesticus, a Nicephoro Phoca Imperatore in Siculos Saracenos cum classe missus sub annum* DCCCCLXIV. *ab iis fusus & captus est, & fœda morte mulctatus. Hunc perperam* [k] *Luithprandus Leonis ex fratre nepotem facit.*

II. MICHAEL PHOCAS, Monachus.

II. [l] BARDAS PHOCAS Patricius, Magister primum, deinde Scholarum Domesticus Orientis sub annum DCCCCXLVIII. appellatus est a Constantino Porphyrogenito, cui deturbandis Imperio uxoris fratribus opem suam contulerat; demum Nicephoro filio Augustam dignitatem consecuto, ab eo [m] Cæsar dictus, extrema senectute obiit: adeo ut [n] Luithprandus, qui eum Constantinopoli, quo *Legatus* missus fuerat ab Ottone Imperatore, viderat, annorum CL. senem existimaverit. Hujus in re militari laudem paulo elevat [o] Scylitzes.

Filii Bardæ Phocæ.

III. NICEPHORUS PHOCAS, Imperator.

III. LEO PHOCAS, de quo post fratrem.

III. CONSTANTINUS PHOCAS, [p] a Porphyrogenito, post receptum Imperium, Seleuciæ Præfectus, [q] a Chabdano Chalepi Amera captus, &

a *Luitbpr.*
b *Const. in Basil. c. 50. Scyl. p. 586. E. R.*
c *Leo Gr. p. 477. E. R. Scyl. p. 599. E. R.*
d *Scyl. p. 597. E. R.*
e *Scyl. p. 650. E. R.*
f *Scyl. p. 612. E. R.*
g *Scyl. p. 614. 615. 616. 617. E. R. Leo Gr. p. 491. E. R. Luitb. l. 3. c. 7. 8. Papebrochius 23. April. in Anal ad vitam S. Georgii n. 20. Scyl. p. 614. 632. E. R.*
h *Scyl. p. 616. E. R.*
i *Scyl. p. 649. E. R. Zonar. p. 160. E. R.*
k *Luitbp. in leg.*
l *Zonar. p. 156. E. R. Scyl. p. 613. 630. 635. E. R.*
m *Scyl. p. 649. E. R.*
n *In legat.*
o *Scyl. p. 637. E. R.*
p *Scyl. p. 635. E. R.*
q *Idem p. 638. E. R.*

Edit. Paris. pag. 150.

Chalepum abductus, cum Christianam religionem abdicare renuisset, veneno ab eo sublatus est sub annum DCCCCLV.

III. NICEPHORUS PHOCAS, [a] a Porphyrogenito Cappadociæ Præfectus sub annum DCCCCXLVIII. [b] deinde Magister & Scholarum Domesticus, multis jam partis ex Saracenis Orientalibus trophæis inclytus, [c] contra Saracenos qui Cretam invaserant, a Romano Juniore missus, totam insulam intra menses septem Romanorum imperio asseruit sub ann. DCCCCLXI. [d] Inde in Orientem transiens, Chabdanum Chalepensem Sultanum fudit, Chalepum ipsum, seu Berrhœam, urbesque complures expugnavit: e qua expeditione, post Romani interitum, Constantinopolim redux, Theophanonis Augustæ jussu triumphum in Circo egit mense Aprili anno DCCCCLXIII. Indict. VI. illatis in trophæi speciem Cretensibus & Berrhœensibus spoliis. [e] Mox cum insidias percepisset sibi parari a Josepho Bringa, qui rerum potiebatur in aula, Joanne Zimisce & Romano Curcua adjuvantibus & impellentibus, mortis periculo territus, a copiis militaribus Imperatorem se appellari passus est II. Julii mensis, eadem Indict. VI. [f] Exinde Constantinopolim ingressus, in ædis Sophianæ Ambone a Polyeucto Patriarcha diademate donatur die Dominico, Augusti XVI. deinde XX. Septembris insequentis THEOPHANONEM Augustam in uxorem duxit, cum ipse ex priori uxore cœlebs esset. Is est Nicephorus, ad quem Legatus missus est Luithprandus Cremonensis Episcopus ab Ottone I. Occidentis Imperatore sub annum DCCCCLXVIII. qui in ea quam exaravit Legationis suæ narratione Nicephorum depinxit a natura, quoad corporis & animi dotes, pessime affectum. Verum tot res præclare bello & pace gestæ, ex innato potius Latinorum in Græcos odio, quam ex rei veritate hæc a Luithprando prolata satis evincunt. [g] Extat Crotonæ in Italia præclarum vivificæ Crucis φυλακτήριον, in quo versus quatuor habentur, Nicephori in barbaras nationes victoriarum memoriam servantes:

Κ ΠΡΙΝ ΧΡΑΤΑΙῶ ΔΕΣΠΟΤΗ ΚῶΝΣΤΑΝΤΙΝῶ
ΧC ΔΕΔῶΚΕ CΤΑΤΗΟΝ ΕΙC ΣῶΤΗΡΙΑΝ.
Κ ΝΤΝ ΔΕ ΤΟΤΤΟΝ ΕΝ ΘΕῶ ΝΙΚΗΦΟΡΟC
ΑΝΑΞ ΤΡΟΠΟΤΤΑΙΦΤΑΑ ΒΑΡΒΑΡῶΝ ΕΧῶΝ.

Deinde adscribitur nomen illius, cujus fuit: Ο ΤΗC ΝΓΑ ΕΚΚΛΗCΙΑC ΘΕΟΤ ΣΟΦΙΑC CΤΕΦΑΝΟC ΤΗ ΘΡΕΨΑΜΕΝΗ ΜΟΝΗ ΕΤΗΘΗC ΠΡΟCΦΕΡΕΙ. [h] Periit Nicephorus Theophanonis & Joannis Zimiscæ successoris insidiis II. Decemb. an. DCCCCLXIX. Ind. XIII. [i] Unde falli constat eos qui interfectum scripsere die sanctæ Parasceves. Vixit annos LVII. imperavit VI. mens. V. dies IX.

Filius Nicephori Phocæ Imp. ex priore conjuge.

[k] BARDAS PHOCAS, Nicephori ex priore uxore filius, in campo equitans, & cum patruele suo Pleusa ludens, hasta a nolente percussus interiit. Quæ quidem filii jactura patrem ita affecit, ut in posterum a carnium esu abstinere decreverit: quod servavit religiose, donec ad Imperium pervenit.

III. LEO PHOCAS, Bardæ Phocæ filius secundogenitus, [l] Cappadociæ Præfecti, [m] Curopalatæ, & [n] Logothetæ Dromi functus honoribus, a Romano Juniore in Syriam cum copiis missus, [o] Apolasaerum Berrhœensis Sultani cognatum fudit, captumque in prælio Constantinopolim adduxit. [p] A fratre Nicephoro Imperatore Curopalatæ magistratu donatus, eo interfecto in Lesbum insulam a Joanne Zimisce relegatus est; [q] ubi tyrannidem una cum filio Nicephoro meditatus, ejusdem Augusti jussu uterque comprehensus oculorum amissione damnatus est. Neque tamen excussi oculi, sed Imperatoris humanitate in speciem tantum ad similis rebellionis exemplum facta excæcatione, servati sunt incolumes. Id actum anno secundo Zimiscæ, Christi DCCCCLXXI. [r] At cum haud multo post, corruptis custodibus, urbem invadere cogitarent, a Leone classis Drungario comprehensi, effossis vel extinctis revera luminibus in Proten insulam amandati sunt.

Liberi Leonis Phocæ Curopalatæ.

IV. [s] NICEPHRUS PHOCAS, Vestæ honore insignis, a Joanne Zimisce post Nicephori Imperatoris interitum in Imbrum insulam relegatus, deinde ob arreptam tyrannidem una cum patre excecatus est. [t] Exinde Barda Phoca fratre in Basilium insurgente, ab eodem in carcerem compingitur. *pag. 151.*

IV. BARDAS PHOCAS, de quo mox.

IV. [u] PETRUS PHOCAS Eunuchus, a Basilio contra Sclerum, qui tyrannidem in Oriente invaserat, missus, ab eo fusus fugatusque est.

IV. [x] SOPHIA uxor CONSTANTINI SCLERI, Bardæ Scleri fratris.

IV. *Ex prædictis satis patet quæ sit præstanda fides* [y] *Philadelpho Mugnosio scribenti ab Leone Phoca prodiisse nobilem ac illustrem in Sicilia familiam, quę* GRIFEÆ *nomenclaturam servat. Tradit quippe Leonem Phocam, cui Grifei cognomentum inditum fingit, ob fusum captumque ejusce nominis Bulgarorum Ducem, cum fratre Nicephoro in Cretam insulam profectum: ac deinde in Siciliam trajecisse, ubi a Saracenis interfectus fuerit anno* DCCCCLXX. *Subdit Auripionem Grifeum filium ex Constantina uxore, Alexandri Imperatoris filia, paternæ cædis vindicandę gratia, cum Georgio Maniace in Siciliam profectum, fusisque non semel ac deletis Saracenis in Italiam reversum, Normanis nostris bella ibi gerentibus sese adjunxisse, duxisseque in uxorem Agnetem Ardoini Nobilis Mediolanensis filiam. Hæc, inquam, cum iis quę habent scriptores Byzantini, minus cohęrent.*

IV. BARDAS PHOCAS [z] Dux ac Præfectus Chaldæi vel Coloneæ, post Nicæphori patrui interitum, Amasiam amandatus est a Joanne Zimisce. Inde haud multo post arrepta fuga

a *Scylitz. p. 635. E. R.*
b *Vita S. Nilij jun. p. 102. Scyl. p. 642. E. R. Zonar. p. 157. E. R.*
c *Scyl. Zon. &c.*
d *Scyl. p. 645. E. R. Abulfar. p. 206.*
e *Scyl. p. 647. E. R. Zonar.*
f *Scyl. p. 649. E. R.*
g *Vvading. tom. 5. p. 393.*
h *Zon. p. 166. E. R. Scyl. p. 662. E. R. Mar. Scot. an. 969. Alber. an. 971.*
i *Hist. Aquitan. tom. 2. Hist. Franc. p. 633. Bibl. Labbei to. 2. p. 165. Flor. Vvigern. an. 969. Anon. Salernit. p. 70. n. 6.*
k *Scyl. p. 649. E. R.*
l *Scyl. p. 635. E. R.*
m *Idem 669. E. R. Zonar. p. 158. E. R.*
n *Luitb. in legat.*
o *Scyl. p. 637. E. R.*
p *Zon. p. 165. E. R.*
q *Zonar. p. 172. E. R. Scyl. p. 669. E. R.*
r *Scyl. p. 678. E. R.*
s *Scyl. p. 664. E. R. Zon. p. 166. 172. E. R.*
t *Scyl. p. 699. E. R.*
u *Zonara p. 173. E. R.*
x *Scyl. p. 671. E. R.*
y *Philadelph. Mugnos lib. 4. delle famiglie Sicul. p. 2.*
z *Zon. p. 166. 168. E. R. Scyl. p. 664. 669. E. R.*

Cæsaream Cappadociæ se contulit, ubi factiosorum aliquot ope adjutus, imperii sumpsit insignia: sed a Barda Sclero, qui a Ioanne Zimisce cum copiis missus in illum fuerat, captus, Imperatoris jussu Clericus factus, in Chium insulam relegatur. [a] Extincto postmodum Zimisce, revocatus a Basilio Imperatore, Magister, deinde Domesticus Orientis dictus, in eumdem Sclerum qui purpuram pariter arripuerat missus cum exercitu, ad Amorium cum eo congreditur, Sclerumque superat. Postridie acti prælii dux uterque singulari certamine congreditur, in quo Sclerus a Barda vulneratus, a militibus suis ereptus est. [b] Hoc rerum elatus successu tyrannidem ipse invasit, Charsiani Imperator salutatus XV. Aug. an. DCCCCLXXXVII. Indict. VX. [c] qua quidem dignitate haud diu potitus, a Basilio in prælio occisus est mense Aprilis an. DCCCCLXXXIX. Ind. II. [d] Tradunt alii non interfectum fuisse, sed veneno a Pincerna, quem pecuniis corruperat Basilius, propinato extinctum.

Filius Bardæ Phocæ Magni Domestici.

V. NICEPHORUS PHOCAS Patricius [e] rebellionem perinde in Basilium, dum in expeditione Abasgica is versaretur, meditatus, a Xiphia, qui tyrannidem pariter affectabat, occisus est sub annum MXIX. vel MXX. [f] Huic filius fuit BARDAS PHOCAS Patricius, cui Constantinus Imperator Basilii frater ex compacta calumnia oculorum usum ademit. Hunc enim Bardæ Phocæ Magistri ἔκγονον, id est ex filio nepotem, exerte fuisse ait Scylitzes: [g] qui quidem præterea auctor est NICEPHORUM BOTANIATAM ex eadem perillustri Phocarum gente, generis traxisse originem.

a *Zonar. p. 174. 175. E. R. Scyl. p. 691. 692. E. R.*
b *Zon. p. 176. Scyl. p. 696. E. R.*
c *Scyl. p. 700. 701. E. R.*
d *Zon. p. 177. E. R.*
e *Zon. p. 181. E. R. Scyl. p. 718. E. R.*
f *Scyl. p. 721. E. R.*
g *Scyl. p. 857. E. R.*

Edit. Paris. pag. 152.

JOANNES ZIMISCES.

EMMANOVHA. IC. XC. *Christi protome cum Evangeliorum libro.*

† IhSVS XRISTVS bASILEV bASILE. *in medio nummo.* Vide Antisophisticum Tristani p. 39.

IC. XC. BASILC BASILC. *Crux cum gradibus.*

EMMANUHA. *Christi protome.*

Adoratio trium regum, infra, duę columbæ. Descripsit Tristanus ibid.

IC. XC. *Christi protome, cum libro Evangeliorum.*

Crux gemina.

MP. ΘV. *Deiparę protome, manibus & brachiis expansis.*

EMMANUHL. *Christus stans, cum libro Evangeliorum.*

IC. XC. NIKA. *Crux, cum globulis.*

ENTUTO NIKA. *Imperator stans, dextra crucem, sinistra globum crucigerum tenens.*

ANACEOEIS. *litt.* M. *supra stellula*, forte *ἀνακαίνωσις, renovatio*, scilicet Imperii.

IC XC. *Christi protome cum libro Evangeliorum.*

TNOC. *Rota vel stella in modum crucis.*

R II. *Imperator stans, dextra hastam, sinistra globum crucigerum.*

IC. XC. NI. KA. *Crux.*

Christus in cathedra sedens. Binos prioris typi nummos æreos servat Gazophylacium Sangenovefanum: sed cui adscribi debeant, vix constat.

Virgo stans, brachiis expansis, in corona laurea.

MXN. *in corona laurea.*

De Nummis Joannis Zimiscæ Imp. vide Dissert. n. 26.

Edit. Paris. pag. 153.

XXII.

FAMILIA JOANNIS ZIMISCÆ IMP.

JOANNES CURCUAS Protovestiarius, imperante Basilio Macedone. *Leo Gram. p. 474. E. R.*

JOANNES CURCUAS, Magnus Domesticus, ob res in Syria sub Romano Lacapeno præclare gestas celeberrimus. *Scylitz. p. 622. 630. E. R. Leo Gram. p. 496. 499. 504. 507. E. R.*

THEOPHILUS, Mesopotamiæ Præfectus, Saracenos non semel fudit. *Zonar. pag. 153. Scylit. p. 631. E. R.*

ROMANUS Patricicius, Magister & Dux Orientis, bello etiam inclytus. *Scyl. pag. 631. 646. E. R.*

EUPHROSYNE Romano, Romani Lacapeni ex filio Constantino nepoti, pacta. *Scyl. pag. 630. E. R.*

N. Joannis Zimiscæ Imperatoris pater, cujus nomen reticuere scriptores.

JOANNES CURCUAS, Magister, in prælio contra Russos interfectus ann. DCCCCLXXI. *Scyl. pag. 678. E. R.*

JOANNES ZIMISCES, Domesticus Orientis, Nicephoro Phoca imperante, quo interempto purpuram ipse invasit, obiitque veneno propinato in expeditione Syriaca IV. Decemb. ann. DCCCCLXXV. imperavit annos VI. mens. I. Huic uxor primum fuit MARIA, Bardæ Scleri soror: deinde ea extincta, factusque Imperator, THEODORAM Constantini Porphyrogeniti filiam, & Romani Imp. sororem, in secundam conjugem sibi adscivit. *Scyl. pag. 654. 666. 671. E. R. &c. Zonar. Abulfaragius p. 225. 227. 228.*

ROMANUS CURCUAS, a Constantino Imp. Basilii fratre excæcatus sub an. MXXVI. huic uxor fuit Prusiani Bulgariæ Principis sorot. *Scyl. p. 721. E. R.* Memoratur præterea CURCUAS PATRICIUS, Italiæ Catapanus ann. MVIII. & MX. quo & obiit, apud *Protospath. & Anonymum Barensem.*

XXIII.

FAMILIA SCLERORUM.

LEO SCLERUS Peloponnesi Præfectus, vixit sub Michaele Rhangabe. *Auctor incert. post Theophan. pag. 428. E. R.*

NICETAS SCLERUS, Patricius, Leone Philosopho imperante. *Leo Gram. p. 477. E. R. Scyl. p. 596. E. R.*

BARDAS SCLERUS, Magister & Dux Orientis, arrepta tyrannide, a Basilio Bulgaroctono fusus est. *Scyl. p. 684. 685. 699. 701. E. R. Zonar. p. 172. E. R.*

CONSTANTINUS SCLERUS, Patricius. *Scyl. p. 668. E. R.*

MARIA uxor JOANNIS ZIMISCÆ postmodum Imperatoris. *Scyl. p. 666. E. R.*

ROMANUS SCLERUS, Magister, rerum gestarum gloria perinde inclytus. *Scyl. p. 685. E. R.*

BASILIUS SCLERUS, Patricius. Huic Constantinus Imp. Basilii frater oculos eruit, ut habet Scylitzes p. 721. at p. 723. 756. & 797. E. R. ROMANUM vocat, aitque eidem fuisse uxorem Romani Argyri sororem.

SCLERÆNA, Constantini Monomachi Imp. concubina, a quo & Augusta est appellata. *Scyl. p. 756. E. R. Zon. Nicetas in Balduino n. 4.*

Edit. Paris. pag. 154.

XXIV.

FAMILIA

ARGYRORUM, seu ARGYROPULORUM.

ARGYRORUM gentem Constantinopoli inter illustriores habitam auctor est [a] Zonaras. Primus autem cui id cognominis inditum sit, fuit secundum [b] Scylitzem,

I. LEO ARGYRUS, [c] quem ait illud suæ intulisse familiæ, sive ob vitæ integritatem, sive ob decorem corporis, sive denique ob illustrem fortitudinem, qua is æquales suos ita superavit, ut solus cum vernis suis Manichæos Tephricenses, & Melitenæos Saracenos adortus, in fugam facile conjecerit, nominisque ejus mentio terrorem hostibus incusserit. Floruit Michaele Theophili filio imperante, sub quo Monasterium S. Elizabethæ sacrum condidit in Charsiani provincia, in quo Eustathius ex filio nepos sepultus fuit. Huic filius fuit

II. N. ARGYRUS, ex quo prodiit idem

III. EUSTATHIUS ARGYRUS, [d] qui ab exilio revocatus, a Leone Philosopho Imperatore ejusdem Thematis seu provinciæ Charsiani Præfectus, Magister, & Vigiliæ Drungarius dictus est. [e] Exinde in Orientem cum exercitu missus, Saracenos non semel fudit: sed mox offensa nescio qua magistratibus suis privatus, domum relegatur, ubi ex veneno obiit, magno sui desiderio exercitui classique relicto, præclara ejus facinora memoria recolentibus. Ab eo prodiit

IV. LEO ARGYRUS, [f] dignitate Magister, deinde Scholarum Domesticus, seu copiarum Dux, ex quo enati utriusque sexus liberi complures.

Liberi Leonis Argyri Domestici.

V. ROMANUS ARGYRUS Imperator.

V. POTHUS ARGYRUS, [g] a Romano Lacapeno Scholarum Domestici dignitate donatus, variis expeditionibus bellicis eo imperante inclaruit.

V. LEO ARGYRUS, [h] a Leone Grammatico & Scylitze Romani Imperatoris frater dictus, [i] uxorem duxit sub annum DCCCCXX. AGATHAM, filiam Romani Lacapeni Imperatoris, [k] a quo Scholarum Domesticus appellatus, varias perinde expeditiones bellicas cum laude obiit.

V. BASILIUS ARGYRUS, [l] Patricius, ejusdem Romani Imperatoris frater, [m] cum insulæ Samo præesset, in Italiam contra Melun Barensem & Longobardos missus a Basilio Porphyrogenito Imperatore anno MXI. Ind. IX. ab iis deletus est. [n] Mox ab eodem Augusto Baaspracaniæ, seu Mediæ superiori, quæ nuper Romanis accesserat, præficitur anno MXVI. sed haud multo post ob rem male gestam Præfectura dejicitur, suffecto Nicephoro Comneno Protospathario. Basilio extitere liberi plures, [o] quorum aliquot ex iis recensentur, qui Isaacium Comnenum Imperatorem renuntiarunt. [p] Habuit præterea HELENAM filiam, quam Romanus Argyrus Imperator Pancratio Abasgiæ Principi, Georgii Principis filio, nuptum dedit. [q] Meminit denique Scylitzes alterius ex fratre aut sorore neptis Romani Argyri Imperatoris, ab eo cum magna dote Magnæ Armeniæ Principi in conjugium datæ. Sed an Basilii, vel alterius Romani fratris aut sororis filia fuerit, haud constat.

V. MARIANUS ARGYRUS Monachus, [r] Leonis filius. Hujus consiliis Stephano Romani Lacapeni filio, a Constantino Porphyrogenito, cui inprimis carus erat, ut patrem solio dejiceret persuasit: quo etiam adjutore usus est postmodum Constantinus ad ipsum Stephanum & Constantinum ejus fratrem comprehendendos: cujus quidem officii gratia ab eo creatus est Comes stabuli. *pag. 155.*

V. PULCHERIA, [s] soror Romani Argyri Imperatoris, incertum cujus uxor, filiam habuit CONSTANTINO DIOGENI nuptam: ex quibus prodiit Romanus Diogenes Imperator.

V. N. Romani Argyri soror altera, [t] Venetorum Duci anno DCCCCXCIX. Indict. XII. nuptum tradita est a Basilio Imperatore, qui hocce conjugio Venetorum gentem sibi demereri studuit. Ducatum autem Venetorum eo anno obtinebat Petrus Ursеolus, una cum filio JOANNE URSEOLO, qui in potestatis Ducalis consortium, paternis meritis, a Republica admissus fuerat, uti narrat [u] Sabellicus. Hunc pater ad summam tum dignitatem traductum, cum Coninge & Ottone filio altero Constantinopolim [x] ad Basilium & Constantinum, a quibus requisitus fuerat, misit; qua tempestate ea contracta est cum Joanne affinitas. [y] Scribunt alii Patricii dignitate ornatum fuisse ab Augustis Joannem, & inter cætera quibus donatus est munera, sanctæ Barbaræ corpus obtinuisse, quod Venetias detulerit. Sed quia numquam fuit humana felicitas, subdit idem Sabellicus, quam non aliquis fortunæ casus violaverit; ita sane accidit, ut antequam senex pater, alioquin felicissimus, vita decederet, filii & nurus pene continuatis funeribus, prosperarum sit rerum cursus deformatus. Ex quibus conficit Cardinalis Baronius eam esse nobilem fœminam, de qua hæc

a *Zonar. p. 182. E. R.*
b *Scyl. p. 604. E. R.*
c *Scyl. p. 541. E. R.*
d *Const. de adm. imp. c. 50.*
e *Scyl. p. 601 E. R.*
f *Const. de admin. imp. c. 50.*
g *Leo Gr. p. 497. E. R. Scyl. p. 620. E. R. Vita S. Lucæ jun. p. 993.*
h *Leo Gr. p. 491. E. R.*
i *Scyl p. 619. E. R.*
k *Idem p. 613. E. R.*
l *Zonar. p. 183. E. R.*
m *Scyl. p. 706. E. R.*
n *Idem p. 711. E. R.*
o *Scyl. p. 797.*
p *Zon. p. 183. E. R. Scyl. p. 724. E. R.*
q *Scyl. p. 729. E. R.*
r *Scyl. p. 634. E. R.*
s *Scyl. p. 723. E R. Zon. p. 183. 186. E. R.*
t *Scylit. p. 704. E. R.*
u *Sabell. dec. 1. l. 4. p. 107.*
x *Andreas Dandul apud I. Lucium l. 2. Histor. Dalm. c. 14.*
y *Sansovin. l. 13. Descr. Venet.*

scripsit Petrus Damiani: [a] *Dux*, inquit, *Venetiarum Constantinopolitanę urbis civem habebat uxorem, quæ nimirum tam tenere, tam delicate vivebat, & non modo superstitiosa, sed artificiosa, ut ita loquar, sese jucunditate mulcebat, ut etiam communibus se aquis dedignaretur abluere; sed ejus servi rorem cęli satagebant undique colligere, ex quo sibi laboriosum satis balneum procurarent. Cibos quoque suos manibus non tangebat, sed ab Eunuchis ejus alimenta quęque minutius concidebantur in frusta; quæ mox illa quibusdam fuscinulis aureis, atque bidentibus ori suo, liguriens, adhibebat. ejus porro cubiculum tot thymiamatum, aromatumque generibus redolebat, ut & nobis narrare tantum dedecus fœteat, & auditor forte non credat. Sed omnipotenti Deo quantum hujus fœminę fuerit exosa superbia, manifesta docuit ulciscendo censura. Vibrato quippe super eam divini mucrone judicii, corpus ejus omne computruit, ita ut membra corporis undique cuncta marcescerent, totumque cubiculum intolerabili prorsus fœtore complerent: nec quispiam tantam perferre narium injuriam potuit, non Cosmeta, non servulus, vix una dumtaxat ancilla, non sine speciei redolentis auxilio, in ejus obsequii sedulitate permansit. Eadem tamen raptim accedebat, & protinus fugiens abscedebat. Diutius igitur hoc langore decocta, & miserabiliter cruciata, amicis quoque lętantibus diem clausit extremum.* At [b] Sabellicus hæc ad Dominici Silvii Ducis uxorem putat referenda, quam quidam Michaelis Ducæ sororem fuisse ajunt. Mihi vero longe magis probatur Baronii sententia, cum hæc Petrus, qui ipso Dominico Ducatum Venetum obtinente obiit anno MLXXII. tamquam non nove acta describat.

V. N. Romani Argyri Imperatoris perinde soror, [c] CONSTANTINO CARANTENO Patricio, quique Michaeli Spondylo in Antiochiæ Ducatum seu Præfecturam succesit, conjugio sociata est; ex quo prognatus [d] *Nicephorus Carantenus*, Neapoleos in Peloponneso Præfectus, qui Saracenos maris Ægæi insulas incursantes sæpius fudit.

V. N. Romani Argyri soror, uxor BASILII SCLERI, Romani filii, Bardæ Scleri qui tyrannidem arripuit Basilio Bulgaroctono imperante, nepotis, ut auctor est [e] Scylitzes, a quo is, [f] locis aliis, ROMANUS appellatur.

V. ROMANUS ARGYRUS, seu ARGYROPULUS, uti vocatur a Zonara, [g] Patricius [h] cognomento HIERAPOLITANUS, [i] uxorem HELENAM dimittere coactus, ZOEN, Constantini Augusti filiam, in alteram conjugem duxit, eoque celebrato conjugio Cæsar a socero dictus est, cui & triduo post defuncto in imperium successit. [k] Helena vero tonsa coma in Monasterium concessit, cessitque ultro Constantini jussionibus, qui Romano in Palatium evocato, optionem dederat, ut vel legitima uxore dimissa Zoen duceret, vel oculos sibi erui pateretur. Obiit vero Helena ann. MXXXII. Cætera quæ Romanum Imperatorem spectant, diximus in Zoes elogio. *Edit. Paris. pag. 156.*

Complures ex Argyrorum, seu Argyropulorum familia recensent scriptores, qui extrema Græcia floruere, atque in his [l] ARGYRUM illum, qui Ioannem Palæologum in Italiam ad Concilium Florentinum pergentem comitatus est anno MCCCCXXXVII. præterea [m] IOANNEM & ISAACIUM ARCYROS, qui scriptis suis, qua MSS. qua editis, nominis sui famam posteris servarunt: qui quidem Isaacus vixit anno MCCCLXXII. uti ipsemet testatur; & [n] DEMETRIUM ARCYROPULUM, qui expugnata a Turcis Constantinopoli in Italiam concessit. Sed & observat [o] Martinus Crusius Argyrorum familiam diu possedisse Castrum S. Nicolai in insula sanctæ Antoninæ in Ægæo Pelago, quod in Turcorum potestatem venit anno MDLXXVII. expulsis inde Argyris. Transiit etiam eadem Argyrorum gens in Cretam insulam, ubi inter nobiliores habita est.

a *Petrus Damiani l. 7. ep. 19.*
b *Sabellic. dec. 1. l. 4.*
c *Scyl. p. 724. E. R.*
d *Idem 739. E. R.*
e *Idem 723. E. R.*
f *p. 659. 797. E. R.*
g *Scyl. p. 653. 722. E. R.*
h *Tyr. l. 1. c. 6.*
i *Scyl. p. 722. E. R.*
k *Idem.*
l *Ducas c. 31.*
m *Scalig. l. 4. de emend. temp. Crusel. in elog. p. 477. Bib. Miss. Labbei p. 71. 86. 113. 118. 119. 120. P. Lambec. l. 1. Bibl. Cæs. p. 113.*
n *Philadelph. l. 9. epist.*
o *In Not. ad hist. Malaxi p. 206.*

XXV.
FAMILIA ARGYRORUM ITALICORUM.

EADEM tempestate qua in aula Constantinopolitana primas tenuit ARGYRORUM gens, floruit alia perillustris in Italia familia, eodem donata cognomine; adeo ut incertum sit an ea Constantinopoli migraverit, ibique sedes suas fixerit, cum provinciæ istæ Græcis adhuc parebant, quod de aliis quamplurimis factum constat; an vero ex casu aliquo, aliave de causa id sibi nomenclaturæ arrogaverit. Habitabat autem familia ista Argyrorum in civitate Barensi ab antiquo, inter totius Apuliæ illustriores habita, ut auctor est [a] Leo Ostiensis: ex qua primus memoratur apud scriptores,

MELO, vel MELUS, qui [b] Scylitzæ Μέλης nuncupatur. [c] Is Græcorum dominatus impatiens, Barensibus concivibus ad seditionem impulsis ac concitatis, ad Pandulphum Principem Capuanum concessit. [d] Missis interea a Basilio in rebelles copiis, ad Bitontum funduntur Barenses anno MX. [e] sed sequenti Basilium Argyrum Sami, & Contoleonem Cephaleniæ Præfectos, qui eo cum classe advenerant, illustri prælio devicit Melus, multis cæsis, haud paucis captis, reliquis turpi fuga vitam tutatis. Exinde Melus & Barenses Normannis nostris, qui in Italia perinde in ejusce tractus Principes rebellionem moverant, se se adjungentes, initisque cum paris sortis hominibus strictis fœderibus, Græcos ultro lacessivere. [f] At anno MXVII. ab Andronico Tornicio, qui in Italiam Catapani seu Præfecti vice ab Imperatore Basilio missus fuerat, binis prœliis fusus est Melus, sub menses Majum & Julium: in priori, LEONE Argyri seu Meli fratre, in altero Leone Paciano, uno ex Græco-

a *Leo Ost. l. 2. c. 38.*
b *Scyl. p. 706. E. R.*
c *Alex. Mon. Celes. l. 3. c. 5. Chron. S. Bartolom. de Carpineto. Chro. Casaur. l. 3.*
d *Lup. Protosp. an. 1010.*
e *Scyl. p. 706. E. R. Guill. Apul. l. 1. p. 2. Romuald. an. 998. 1011.*
f *Lupus Prot. an. 1017. 1019. Anon. Bar. ann. 1017. 1019. Guil. Apul. l. 1. p. 2.*

rum ducibus, interemptis. Biennio post a Basilio Bojoanne Italiæ Catapano, quem Scylitzes Βοϊωάννλω, [a] Lupus Protospatha & Anonymus Barensis Bugianum, Leo denique Ostiensis Bajanum nuncupant, una cum Normannis adjuvantibus Melus & Barenses cæduntur sub mensem Octobrem. [b] Hac clade fractus Melus, in Germaniam profectus, Henricum Imperatorem adiit, tum auxilii quærendi causa, tum ut ad bello in Italia Græcos aggrediendum persuaderet: verum utroque impetrato, statim post moritur, anno scilicet MXX. [c] Barenses fortissimo duce orbati, cum Græcis, quorum viribus impares erant, tandem paciscuntur, Meli uxore MARANTA, & ARGYRO filio in eorum manus traditis, a quibus Constantinopolim perducuntur. Videtur scribere [d] Ordericus Vitalis Melum nepotem fuisse Ardoini nobilis Mediolanensis, qui celebratur passim a scriptoribus qui Normanorum in Italia bellicas expeditiones prosecuti sunt, quibus non semel se adjunxit, cum Tancredi filiis conjugiorum fœderibus præterea devinctus: [e] unde Scilitzæ Roberti Guiscardi *ævi* [illegible] fuisse dicitur. Melo vero Ducis Apuliæ titulum tribuit [f] Lupus Protospatha: additque Ordericus Robertum Guiscardum *post multa bellorum discrimina prius ab Hardulno Langobardo, & Melone nepote ejus, postmodum a Leone Papa dono recepisse Apuliam contra adversarios S. Petri perenniter eam defensurum.*

Edit. Paris. pag 157.

[g] ARGYRUS, Meli filius, cum Imperatore in gratiam rediit, & sub annum MXXVIII. in Italiam cum universa familia redux, obiit anno MXXXIV. Ita

ARGIRUS, quem Meli perinde filium fuisse scribunt [h] Anonymus Barensis, Guill. Apulienſis, & Leo Ostiensis, alius a prædicto fuit: quidem is anno MXLI. Normannis Græcos in Italia incursantibus præfectus fuisse dicitur: [i] cum paulo ante, anno scilicet MXL. sub mensem Majum urbem Barensem expugnasset, cujus Princeps, ut & Italiæ Dux, dictus est, præterea Iuvenacium & Tranum. Verum haud multo post Græcorum partes secutus, Constantinopolim ad Constantinum Monomachum concessit sub annum MXLVI. a quo Magistri & Vestæ dignitate donatus est. [k] Sequenti anno mense Septembri, Ind. prima, Leone Tornicio, qui tyrannidem invaserat, urbem obsidente, ipse viriliter hostibus impetentibus obstitit. [l] Celebrantur passim variæ ejus expeditiones bellicæ, in quibus tum pro Normannis, tum pro Græcis contra Normannos egregie pugnavit. [m] Sed & Leoni IX. PP. contra Normannos eosdem opem & vires suas impendit, [n] cujus quidem Pontificis ita partes est amplexatus, ut lati in Michaelem Cerularium Patriarcham Constantinopolitanum a Leone anathematis auctorem fuisse ac incentorem præcipuum ei exprobrarint Græci. In libello ejusce rei narrationem continente, mentio injicitur *Vesti* Argyri filii, & *Vestarchæ*, generi, [o] quæ sunt nomina dignitatum aulæ Constantinopolitanæ. Idem porro Argyrus Barensem urbem contra Normannos propugnantes fortiter tutatus est, a quibus tandem est expugnata anno MLXXI. De Argyro Meli filio scribit [p] Guillelmus Apulienſis, cum ad Constantinum Monomachum se contulisset, ab eo missum in Italiam cum amplis muneribus, quo Normanos in partes Imperatoris, atque adeo Constantinopolim transire, persuaderet: quod cum non impetrasset, a Constantino tamquam suspectum remissum, vitam misere longo post tempore finiisse. [q] Tradit etiam Leo Ostiensis Rogerum Normannum, Siculorum postmodum Comitem, post quadriennii fere obsidionem, *Argyrizzi factione*, Barim esse ingressum. Sed an Argyrizzus iste Meli filius fuerit, addubitari potest, cum [r] Anonymus Barensis anno MLXVIII. e vivis excessisse Argyrum Meli filium commemoret: siquidem idem ille sit Argyrus Proedrus & Italiæ Catapanus, seu pro Græcis Præfectus, qui hoc anno interiisse dicitur. Unde fortean liceat conjectare, Argyrum istum, qui Normannis urbem Barim prodidit, eum esse [s] ARGYRIZZUM, Joannazzi filium, a quo Byzantius Guinderlinchus in ea urbe neci datus fuisse anno MLXXI. quo & Baris capta est, traditur. Joannacii vero epitaphium ejusmodi legitur in Ecclesia Deiparæ *de Joannaci* vel *de Sennaci*, dicta, quod Argyrizzo filio adscribit [t] Antonius Beatillus;

Clarus stirpe patrum, patriæ defensor, & Hector,
Gloria, laus, & honor generis, populi quoque rector,
Kyri Joannatius his clauditur incineratus,
Cui Petrus pandit cælestia regna beatus.

Quinetiam vero admodum videtur simile, Argyrum Meli filium, Italiæ vel Apuliæ Ducem, quique Byzantinorum Augustorum partes sectatus est, eum esse cujus filiam primis nuptiis uxorem duxit Alexius Comnenus, postmodum Imperator; cum scribat [u] Nicephorus Bryennius Argyrum ex illustri prorsus gente, opibusque fuisse præpotentem. Neque forte aliunde arcessenda JACINTHÆ, Bodini Serviæ Regis uxoris familia, quam Archyrizzi nobilis Barensis filiam fuisse perinde tradit auctor [x] Anonymus historiæ Dalmaticæ, qui non alius fuit ab Argyro Meli filio, qui hac ipsa vivebat tempestate. [y] Huic præterea nata alia adscribitur, Abagelardo Normano, Hunfredi, Guiscardi fratris filio nuptum ab eo data, cum Normannis proceribus in Guiscardum insurgentibus sese adjunxit, tradita insuper genero urbe ipsa Barensi.

Meminere præterea scriptores nobilium aliquot ex Argyri familia, atque in iis, MELI, & PETRI, Meli, Argyri parentis, nepotum. [z] In Roberti Guiscardi diplomate anni MLXIX. MELONIS mentio fit, a quo *Castelnova* in *Ripalongæ Foresta*, in agro Beneventano exstructa proditur, qui forte idem censeri debet cum Melo primo istius nomenclaturæ, si non ejus nepos.

[A] ARGYRUM alium, Danielis nepotem, memorant etiam ejusce ævi scriptores, quocum & Grimoaldo, Garaci filio, in Italia controversiæ interceſſere aliquot sub annum MCXVIII. qui an aliqua affinitate prædictos Argyros attigerit, haud promptum est asserere; quamquam probabile est eum esse Argyrum civem Barensem, a quo Ursonem ejusdem civitatis Episcopum, dum Canusium pergeret, interfectum ajunt. *pag. 158.*

[B] Postremus denique, qui Argyri nomine donatus occurrat, est IAQUINTUS ille ARGYRUS, qui urbem Barensem, mota in Siculos Normannos, quibus parebant, a civibus rebellione, post aliquot mensium obsidionem Rogerio Siciliæ Regi tradere compulsus est anno MCXI. Et licet vita integra fuisset Argyro a Rege concessa, ex civium tamen delationibus & querelis, ob varia ab eo perpetrata scelera, vimque iis illatam, statim post urbem expugnatam suspendio damnatus est: cum admodum vero proximum sit irritatum in eum Rogerium, quod cives, recuperandi aviti principatus spe ad rebellionem proritasset.

a *Lupus Prot. & Anon. Bar. an. 1018. &c. Leo Ost. l. 2. c. 39. 51.*
b *Chron. Ceccanense an. 1017. G. Apul. l. 1. p. 2. Scyl.*
c *Leo Ost. l. 2. c. 40. 42. Lupus Prot. an. 1040.*
d *Order. l. 5. Leo Ost. l. 2.*
e *Scyl. p. 854. E. R. 855, 856.*
f *an. 1020.*
g *Anon. Barensis an. 1028. 1034.*
h *Idem an. 1048. G. Apul. l. 1. & 2. p. 8, 9. & c. Leo Ost. l. 2. c. 9. 68. l. 3. c. 9.*
i *Lupus Prot. an. 1039. 1040. Baron. an. 1057. G. Apul. l. 3. p. 31.*
k *Scyl. p. 765. E. R.*
l *Anon. Bar. an. 1040. 1042. & seqq.*
m *Vuiber. in Leone IX. l. 2. c. 10. Leo IX. PP. ap. 7. t. 3. ep. Rom. Pont.*
n *Allat. de Concord. utr. Eccles. p. 170.*
o *Scyl. p. 810. E. R.*
p *G. Apul. l. 2. p. 16.*
q *Leo Ost. l. 3. c. 15. G. Apul. l. 2. p. 20. l. 3. p. 24. 31.*
r *Anon. Bar. G. Apul.*
s *Lupus Prot. an. 1071.*
t *Beatill. l. 2. hist. Barens.*
u *Bryenn l. 3. c. 6.*
x *Diocleates.*
y *G. Apul. l. 3. p. 31. 33.*
z *Chron. S. Sophiæ Benev. p. 712.*
A *Anon Barensis p. 199. Falco Benev. an. 1117.*
B *Falco Benev. an. 1136. 1140. p. 103. 336.*

Edit. Paris. pag. 159.

Familiæ DUCÆNÆ Nomiſmata.

CONSTANTINUS DUCAS.

Ω ΔЄCΠ O ΔVKAS. *i.* Κωνσταντῖνος Δεσπότης ὁ Δοῦκας. *In nummo erasa prima littera* K. *Imperator loratus, dextra longiori nartheci innixus, læva acaciam tenet.*

Αγιος Γεώργιος. *Protome S. Georgii, dextra gladium, siniſtra clypeum tenentis.* Vide Diſſert. n. 32.

ROMANUS DIOGENES.

ΘЄOTOKOC PΩMANΩ. Nam ſic legi debent male in nummo deſcripti characteres, a quibus diſcedere piaculum fuerit. *Imperator in eo ſtat cum globo crucigero, cujus capiti Deipara coronam imponit, ſupra utriuſque capita,* M. Θ. *i.* Μήτηρ Θεοῦ.

IX. KC. *Chriſtus in ſella ſedens, cum libro Evangeliorum.* Vide Diſſert. n. 30.

ΘЄOTOC POMANΩ ΔЄCΠ. Θεοτόκος Ρωμανῷ Δεσπότῃ. *Imperator ſiniſtra longiorem crucem geminam tenens, cujus capiti Deipara coronam imponit, ſupra Auguſti caput prominet manus e nube exiens, quæ crucem videtur porrigere.*

IhS XRS REX REGNANTIUM. *Chriſti protome, cum libro Evangeliorum.* Vide Diſſertat. n. 30.

PΩMANΩ ΛVVOME. *Diogenes Imp. & Eudocia conjux globum ſimul tenent, e quo emergit crux longior.*

ΘKЄ BOHΘЄI. *i.* Θεοτόκε βοήθει Ρωμανῷ Δεσπότῃ. *Deiparæ protome, cum figura Chriſti in clypeo, cum characteribus* MP. ΘV. Vide Diſſert. n. 30.

MP. Θ. *Deipara, cum figura Chriſti in clypeo.* ΘЄOTOKOC PΩMANΩ ΔЄCΠOTH TΩ ΔIOГЄNЄI. Vide Diſſert. n. 30.

MICHAEL DUCAS.

MIXAHΛ S. MAPIA.

NICEPHORUS BOTANIATES.

NIKHΦ ΔЄ TΩ BOTANIAT. *i.* Νικηφόρῳ Δεσπότῃ τῷ Βοτανειάτῃ. *Imperator cum loro ſtans, dextra longiori nartheci innixus, ſiniſtra globum crucigerum tenet.*

IC. XC. *Chriſtus in ſella ſedens, cum libro Evangeliorum.* Nummus cauciuſ, ex auro ſubalbido.

XXVI.
FAMILIA DUCARUM.

Edit. Paris. pag. 160.

LICET Ducæna, seu DUCARUM familia perantiqua, illustrisque admodum censeatur apud scriptores Byzantinos: vix tamen fidem præstandam censuerim [a] Nicephoro Bryennio, illius arcessenti originem a nescio quo Constantinopoleos Duce, Constantini Magni patrueli, qui ex hac dignitate, quæ prorsus frivola est ac fictitia, [b] ut quæ nusquam exstiterit in rerum natura, ad posteros desumptum cognomen transtulerit: tametsi in confesso sit ex Scylitze, ab aliquo ex Orientis Ducibus, ἐκ τοῦ γένους τῶν ἐῶν τοῦ Δουκὸς ortam, indeque appellatam. Primus igitur, ni fallor, qui ex ea memoretur, est

I. [c] ANDRONICUS DUCAS, qui una cum Leone Argyro & Sudali, a Michaele Theophili filio Imperatore in Orientem missus, ut Manichæos & Paulicianos ad pietatem & veram religionem traduceret, cum gravius quam par erat, ac crudeliter in eos sæviisset, ad defectionem eos impulit. Ac proinde vixit sub annum MXLI. Scylitzæ porro dicitur ὁ τοῦ Δέκα Ἀνδρόνικος, quasi fuerit DUCÆ filius, Pantherii forte, cujus meminit Zonaras. Hunc excipit

II. [d] ANDRONICUS DUCAS alter, quem habita temporum, quibus uterque floruit, ratione, prioris filium fuisse licet conjicere. Hic a Leone Philosopho Imperatore, qui Augustam potestatem iniit sub annum DCCCLXXXVI. contra Arabes ac Saracenos una cum Himerio cum imperio dux delectus, multas ex iis adeptus est victorias. At cum Samonæ cujusdam calumniis, a Leone Imperatore insidias sibi parari, atque adeo oculos sibi evellendos accepisset, ad hostes transiit, Mahumetanamque religionem amplexus est, quo se a captivitate liberaret & carcere, in quem conjectus fuerat a Sultano, qui a Samona acceperat Andronicum cum Imperatore in gratiam rediisse, moxque ad eum reversurum. Ita quidam scriptores; alii vero, ut Scylitzes, tradunt Andronicum ex ea quam diximus causa carceri traditum, cum Christianam religionem ejurare noluisset, in eo tandem, variis perpessis calamitatibus, periisse.

III. CONSTANTINUS DUCAS, Andronici filius, [e] quod Samonam, fugam ex aula capessentem, in Urbem ad Imperatorem reduxisset, parenti exitium, sibi vero captivitatem intulit. [f] Captus enim una cum patre a Saracenis, re cum eo communicata, cum aliis perinde captivis per funem ex carcere delapsus, evasit, Constantinopolimque perveniens, a Leone Imperatore benigne exceptus est, & Præpositi Cubiculi honore donatus. [g] Leone & Alexandro fratre extinctis, ac Constantino Porphyrogenito Leonis filio adhuc impubere, tyrannidem meditatus est, Nicolai Patriarchæ Constantinopolitani ope & consiliis. Sed cum jam Hippodromum Constantinopolitanum occupasset, Imperatorque esset a suis acclamatus, a loci custodibus interemptus est. Aderant tum Constantino *Gregoras*, ipsius Constantini filius, & Michael Gregoræ Ducæ patruelis, qui una cum Constantino in eo conflictu occubuere; præterea Gregoras Iberitzes, Constantini socer, qui captus, in Studianum, seu, ut habet Leo Grammaticus, in Delmatæ Monasterium trusus est, cum per urbis compita flagris cæsus & in ludibrium traductus fuisset. [h] Ipsa Constantini uxor detonsa est, & domum suam, quam in Paphlagonia habebat, relegata cum filio *Stephano Duca*, cui virilia sunt adempta. [i] Fuit præterea Constantino filius alius *Nicolaus Ducas*, patri superstes, qui haud multo post in prælio contra Bulgaros fortiter dimicans occubuit, cum eximia animi magnitudine victoriam suis peperisset. Accidit porro Constantini casus ac interitus eo anno quo Alexander Imperator obiit, MXII. [k] quem quidem paulo ante prædixerat nescio quis Astrologus, qui ex Syria Constantinopolim rescripserat, minime metuendam avem rufam Ducam, & qui stulte res novas moliretur; statimque periret. Extitit postea *pag. 161.* sub ann. DCCCCXVIII. Basilius quidam Macedo, qui Constantinum Ducam mentitus, plures ad defectionem sollicitans, captus tandem, in Amastriano crematus est.

V. [l] ANDRONICUS DUCAS, Patricius, cognomento LYDUS, una cum filiis, Bardæ Sclери rebellionem amplexus est, sub annum DCCCCLXXVI. Basilio & Constantino imperantibus. [m] Qua quidem flagrante, mortuo interea parente, *Christophorus Ducas*, & *Bardas Ducas*, cognomine *Moncus*, Andronici filii, castra aliquot ac oppida in Thracensium Themate seu provincia occuparunt. Tandem sub annum DCCCCLXXX. Indict. VIII. promissa impunitate, ad Imperatorem Basilium transierunt. [n] Bardas vero Ducas, seu Moncus, ab eodem Basilio sub annum MXVI. Indict. XIV. in Chazariam cum classe missus, principe ejus Tzulo in primo conflictu capto, regionem totam subegit. Incertum porro an Andronicus iste Ducas Constantini Ducæ Imperatoris pater fuerit: quod quidem vero est simile, cum Constantinum Imperatorem Andronici filium fuisse scribat [o] Raphael Volaterranus. Neque proclivius est definire, an idem Andronicus a primis istis Andronicis, & Constantino Duca, qui tyrranidem arripuit sub Basilio, quorum supra meminimus, genus duxerit, quod sane videtur adstruere [p] Anna Comnena: cum exerte scribat [q] Zonaras ejusdem Tyranni Constantini ita extinctam familiam, ut nullus ex ea superfuerit: atque licet Constantinus Ducas, qui postea Imperator dictus est, ex Andronico, Pantherio, & Constantino Ducis ortum se prædicaret ac glo-

a *Nic. Bryen. in Præfat. n. 9.*
b *Vide Notas nostras ad Bryenn.*
c *Scyl. p. 541. Ed. Reg.*
d *Leo Gr. p. 484. Ed. Reg. Scyl. p. 601. 602. 603. Ed. Reg. Zon. p. 144. 145. Ed. Reg.*
e *Scyl. p. 601. Ed. Reg.*
f *Scylitz. p. 602. Ed. Reg. Leo Gr. p. 485. 486. Ed. Reg. Zon. p. 145. 146. Ed. Reg.*
g *Leo p. 488. 489. Ed. Reg. Scyl. p. 609. 610. Ed. Reg. Zonar. p. 147. Ed. Reg. Gregor. in Vita S. Basilii junior. c. 10. 11. 12. 13. 14.*
h *Leo p. 490. Ed. Reg. Scyl. p. 611. Ed. Reg. Zon. p. 148. Ed. Reg.*
i *Leo p. 492. Ed. Reg. Scyl. p. 614. Ed. Reg.*
k *Scyl. p. 610. Ed. Reg. Zonar.*
l *Scyl. p. 688. Ed. Reg.*
m *Scyl. p. 694. Ed. Reg.*
n *Scyl. p. 710. Ed. Reg.*
o *Volaterr. p. 717.*
p *Anna Comn. l. 3. Alex. p. 76. Ed. Reg.*
q *Zonar. p. 216. Ed. Reg.*

riaretur, revera tamen ab iis per fœminas tantum genus duxisse: adeo ut a plerisque suæ ætatis, non Ducas, sed per diminutionem Ducizzes appellaretur. Quæ quidem ex eo fortean fluxit vulgi sententia, quod ipsemet Constantinus Ducas Imperator ita eo ævo indigitaretur: quippe apud [a] Anonymum Barensem, & in Charta anni MLXVI. quæ in Archivo Zarensi asservatur, Constantinus *Ducizi*, perperam vero *Dioclici*, vel *Dioclizi*, non semel a Romualdo Salernitano Archiepiscopo, cognomine donatur. Sed id ex Sclavonica dialecto ac pronunciatione ortum prorsus arbitror: cum charta alia exarata dicatur anno MLXIV. *Constantino Duce Magno Imperatore*: quod forte Zonaræ imposuit. Deinde cum ex prædictis constet Constantino Ducæ Tyranno supersuisse filium Nicolaum, quid vetat haud absque liberis decessisse opinari? Ut sese res habeat, Constantini Imperatoris parenti extitit filius alter *Joannes Ducas* Cæsar, cujus posteritatem post fratris progeniem describemus. Utrumque porro ex nescio quo Orientis Duce genus traxisse, iisdemque a majoribus Ducæ cognomen fuisse, auctor est. [b] Scylitzes.

VI. CONSTANTINUS DUCAS, Proedrus, [c] una cum fratre, aliisque Constantinopolitanis proceribus, Michaelem Stratioticum Imperatorem appellavit: sed postea Isaacii Comneni, qui a Michaele defecerat, partes amplexus est, cui & Imperatori creato, in eam dignitatem postea successit XXV. Novemb. anno MLIX. cum abdicata ultro purpura, neminem, qui Rempublicam administraret, digniorem judicasset Isaacius, præteritis etiam affinibus. [d] Excessit ille e vivis sexagenarius mense Majo anno MLXVII. cum annos septem, menses sex imperasset: in sancti Nicolai Monasterio, quod Molibotum dictum est, humo conditus. [e] Uxorem duxerat EUDOCIAM, filiam Constantini Dalasseni, qui sub Michaele Paphlagone vixit, [f] quo etiam regnante Constantinus Ducas Eudociæ conjugii nexu erat sociatus, ac proinde ante annum MXXXV. ex qua liberos, de quibus mox acturi sumus, procreavit, filios scilicet tres, quos sub vitæ exitum Imperatores coronavit, & filias totidem. [h] Eudocia vero licet Constantino conjugi extrema agenti nequaquam secundas nuptias inituram se scripto esset pollicita, ROMANUM DIOGENEM Patricium, Sardicæ Ducem, & Magistrum, sibi in secundum conjugem adscivit anno MLXVIII. Indict. VI. Januarii mensis I. die, quo & Imperator dictus est Romanus: cum menses sex & paulo amplius cum filiis suis illa imperasset. [i] Fuit porro Romanus Diogenes filius Constantini Diogenis, [k] qui sub Basilio Bulgaroctono in bellis Bulgaricis præclare se gessit, sub ann. MXV. MXVI. & MXVII. & Sirmium Basilio asseruit, cæso per insidias Sermone illius domino anno MXIX. cum finitimæ provinciæ præesset; cujus quidem urbis præfecturam a Basilio, deinde Bulgariæ a fratre ejus Constantino adeptus; Patzinacos Bulgariam incursantes, non semel fudit. Exhinc a Romano Argyro Imperatore, cujus neptem ex Pulcheria sorore in uxorem habebat, Sirmio Thessalonicam translatus, ejusdem urbis Dux dictus est. Mox quod defectionem moliretur accusatus, in turrim primo conjectus an. MXXIX. Indict. XII ex ea deinde eductus, in Monachum detonsus, in Studiense Monasterium trusus est anno MXXXI. Indict. XIV. sequenti vero Indictione eodem anno MXXXI. mense Septembri rursum delatus, quod una cum Theodora Zoes Augustæ sorore in Illyricum & fugam & tyrannidem meditaretur, cum durius quam par erat in eum quæstio in Palatio Blacherniano a Joanne Eunucho & sacri Palatii Præposito exerceretur, tyrannidis socios prodere nollet, seipsum e muro ultro præcipitem dedit, confractaque cervice, eo abjectus est quo solebant qui sibi ipsis mortem conscivissent. Romano Diogeni, ex priore, ut par est opinari, uxore filium adscribit [l] Guillelmus Apuliensis, qui excæcato per summam perfidiam patre, Turcis & Armeniis adscitis terras Imperii depopulatus est. Ejusdem familiæ fuit Diogenes Comes Imperialis, ad quem extat Epistola CCXL. Joannis VIII. PP. qui in Italia præfecturam aliquam agebat. [m] Theodora extincto Romano Diogene, Nicephori Botaniatæ, tum Imperatoris, nuptias ambiisse dicitur. [n] Vivebat etiamnum an. MXCVI. ut ex Anna Comnena docemur. Romani & Eudociæ imagines hic exhibemus ex eburneo tegumento textus Evangeliorum, qui asservatur in Ecclesia S. Joannis Vesontionensis, uti delineari curavit Jo. Jacobus Chiffletius lib. de Linteis sepulchralibus Christi cap. 10.

Edit. Paris. pag. 162.

a *Anon. Baron. an. 1060. 1068. Jo. Lucius l. 2. hist. Dalm. c. 15. Chron. CP. Anonym. Barensis, Romuald. in chr. MS. an. 1053.*
b *Scyl. p. 793. Ed. Reg.*
c *Scylitz. p. 793. Ed. Reg.*
d *Scylitz. p. 818. Ed. Reg. Zonar. p. 218. Ed. Reg.*
e *Joelis & Codini catalogi Impp. Lupus Protosp. Jo. Lucius ad vit. S. Joan. Tragur. Episc. p. 27. Abulfarag. p. 225.*
f *Scyl. p. 736. Ed. Reg. Zon. p. 188. Ed. Reg.*
g *Joel.*
h *Scyl. p. 822. Ed. Reg.*
i *Scylitz. p. 709. 711. 712. & seq. Ed. Reg.*
k *Zonar. p. 182. 188. 189. Ed. Reg.*
l *lib. 3. p. 23.*
m *Annal. 3. p. 74. Ed. Reg. Scyl. Zon.*
n *Annal. 9. p. 256. Ed. Reg.*

V

Liberi Constantini Ducæ Imp. ex Eudocia Augusta.

VII. MICHAEL DUCAS Imperator.

VII. [a] ANDRONICUS DUCAS, Imperator etiam a patre dictus, si Joeli fides.

VII. CONSTANTINUS DUCAS, [b] cognomento Porphyrogenitus quia patre Imperatore natus, [c] a Nicephoro Botaniata Augusto sub annum MLXXV. cum classe in Turcos Orientem incursantes missus, imperii insignia sumpsit Chrysopoli. Sed mox ab iismet ipsis a quibus ad id aggrediendum impulsus fuerat desertus, captusque, ad Nicephorum perductus est, & positis capillis in Monachum attonsus, in quamdam insulam relegatus. [d] Quod vero quidam scribunt Presbyterum etiam effectum, vix fidem meretur, [e] cum Alexius Comnenus Imperator factus ejus opera variis in expeditionibus usus legatur: ac denique cæsus fuerit in eo prælio quod inter Alexianos & Robertum Guiscardum initum est XVIII. Octobris anno MLXXXII. [f] Scribit Anna Comnena, a qua CONSTANTIUS nuncupatur, patre superstite diademate fuisse donatum, quod & attigit Joeles. [g] Sed & ejusdem ævi scriptor testatur Constantinum una cum Michaele fratre imperasse. [h] De Nicephori cum Synadi filia nuptiis colloquia habita, cum illo interiit, tradit eadem Anna.

Edit. Paris pag. 163.

VII. [i] ANNA DUCÆNA.

VII. [k] THEODORA DUCÆNA. Harum forte altera DOMINICO SILVIO, qui Venetum Ducatum obtinuit anno MLXXI. nupta fuit: siquidem verum sit, quod refert Sansovinus, Dominici uxorem Michaelis Imperatoris sororem fuisse: cui quod de quadam Venetorum Ducissa narrat Petrus Damiani, adscribit [m] Sabellicus, uti supra monuimus.

VII. ZOE DUCÆNA, PORPHYROGENITÆ cognomine donata est, [n] quod nata sit patre imperium obtinente. [o] Hanc Nicephorus Botaniates Imperator in uxorem sibi adjungere decreverat: sed ab eo consilio abductus est a Theodoro Eunucho.

a *Joel. Zon. Glyc. Alberic. an. 1059.*
b *Joel.*
c *Zonar. p. 231. Ed. Reg. Scyl. p. 866. Ed. Reg. Glycas; Alberic. an. 1059. Vvill. Apul. l. 3. p. 22.*
d *Scyl. p. 867. Ed. Reg.*
e *Anna l. 4. p. 116. Ed. Reg. Vvill. Apul. p. 42.*
f *Anna p. 117. Ed. Reg.*
g *Vvill. Apul. l. 2.*
h *Anna p. 117. Ed. Reg.*
i *Glycas.*
k *Glycas.*
l *Sansovin. in Venet. lib. 11.*
m *Sabell. Dec. 1. l. 4.*
n *Anna l. 3. p. 74. Ed. Reg.*
o *Zonar. p. 231. Ed. Reg. Scyl. p. 864. Ed. Reg. Bryen. l. 3. c. 6.*

nucho. [a] Duxit illa postea ADRIANUM COMNENUM Protosebastum, & Orientis Domesticum, Alexii Comneni Imperatoris fratrem.

VII. MICHAEL DUCAS, cognomento PARAPINACES, Imperator primum a parente paulo antequam vita excederet dictus, Romano Diogene vitrico a Turcis capto anno MLXX. rursum eidem in hac ipsa dignitate sufficitur. [b] Hujus ignavia Orientis pars magna Turcis iisdem cessit: quorum etiam ope NICEPHORUS BOTANIATES Augustam invasit potestatem, Imperatorque

Edit. Paris. pag. 164. renunciatus sub XXV. Martii, Imperatorio diademate in æde Sophiana a Patriarcha donatur in magna Hebdomade, feria III. die Aprilis III. Ferebatur autem, ut auctor est [d] Scylitzes, Botaniates ex nobilissimis natalibus, atque adeo ex Phoca, imo ex ipsis Fabiis Romanis, per longam avorum seriem ortum duxisse; tametsi quem Phocam intelligat, haud constat: [e] ut & an filius fuerit Botaniatæ illius, cui in Thessalonicensi Præfectura successit Constantinus Diogenes sub an. MXXIX. [f] Michael porro cum Maria conjuge filioque Constantino Porphyrogenito in Studiense Monasterium traductus est Sabbato, quod Lazari vocant Græci, nostri vero Passionis, Martii mensis XXXI. die: [g] ubi detonsis capillis, Patriarchæ & Metropolitanorum sententia Ephesi Archiepiscopus electus, cum semel ad ipsam urbem accessisset, in Manuelis Monasterium reversus, suis manibus laborans, ac tandem sub Alexio Comneno, a quo perhonorifice est semper habitus, diem clausit extremum. [h] Imperavit annos sex, &, [i] ut alii volunt, totidem menses. [k] Uxorem duxerat MARIAM, Alaniæ seu Iberiæ Regis filiam, quam Botaniates cum Michaele & Constantino filio in Monasterium Studiense amandaverat. [l] Sed mox VERDENA uxore, [m] quæ una cum ipso coronata fuerat in Augustam, extincta; Eudociam Michaelis Imperatoris matrem in alteram conjugem ducere statuerat: a quo consilio avocatus, tandem pudore omni posito, calcatisque Ecclesiæ legibus, Mariam eamdem duxit, Michaele in eum finem ad ordines Ecclesiasticos promoto. Deturbato vero Botaniata, in Manganense Palatium cum filio Constantino relegata est ab Alexio Comneno Imperatore. [n] Mariæ formæ elegantiam Anna Comnena; [o] Theophylactus vero Bulgariæ Archiepiscopus, [p] qui ejus hortatu Commentarios in quatuor Evangelia composuit, præclaras animi dotes, pietatem etiam, & generis nobilitatem pluribus prædicant. Reliquum vero vitæ in Monasterio exegit, ut testatur idem Theophylactus. Habentur in Gazophylaciis nummi aurei, in quibus una cum Michaele effingitur, cum hac inscriptione, MIXAHΛ S MARIA.

a *Anna l. 9. p. 259. Ed. Reg.*
b *Greg. VII. PP. l. 1. ep. 49. Scylitz. Zonar.*
c *Scylitz. p. 862. Ed. Reg. Zonar.*
d *Scyl. p. 857. Ed. Reg.*
e *Idem p. 709. Ed. Reg.*
f *Scyl. Joel.*
g *Scylitz. p. 864. Ed. Reg. Anna l. 1. p. 28. Ed. Reg. Orderic. Vital. l. 7. p. 641. Leo Ost. l. 3. c. 53. Anon. Barens. an. 1078. Greg. VII. lib. 8. ep. 6.*
h *Scyl.*
i *Joel. Codini catal.*
k *Scyl. p. 864. Ed. Reg.*
l *Bryen. l. 2. c. 1. Anna l. 3. p. 73. Ed. Reg. Zonar. p. 229. Ed. Reg. Scylitz. Manass. Tzetz. chil. 5. Lupus Protosp. an. 1079.*
m *Scyl. p. 864. Ed. Reg. Zonar. p. 232. Ed. Reg.*
n *Anna l. 3. p. 71. Ed. Reg.*
o *Theoph. in Instit. regia part. 1. c. 3. & seqq.*
p *Lambec. lib. 5. Bibl. Cas. p. 48.*

Filius Michaelis Imperat. ex Eudocia Augusta.

VIII. CONSTANTINUS DUCAS, cognomine PORPHYROGENITUS, [a] patre scilicet Imperatore, natus sub annum MLXXIV. ab eo statim diademate calceisque purpureis donatur. [b] Exhinc HELENAM, Roberti Guiscardi Apuliæ Ducis filiam eidem despondit Michael, anno MLXXVI. quæ a patre Constantinopolim eum in finem missa accessit. [c] Sed a Botaniata, qui purpuram invaserat, ad patrem amandata, in Monasterium Manganense ipse est trusus: unde, post ductam Mariam ejus matrem, in Palatium reductus est. [d] In ordinem acto ac pulso Botaniata, ab Alexio successore Imperatoris appellatione, & Augustæ dignitatis insignibus rursum donatur, cum is Annam Porphyrogenitam filiam eidem matrimonii nexu copulare statuisset. [e] Sed Alexii consilia abrupit in ipso ætatis flore repentina mors Constantini, cujus perinde animi corporisque dotes Anna ipsa eidem pacta mirifice extollit: ut & Theophylactus Achridensis, Constantini ipsius Præceptor. [f] Constantino Michaelis nomen perperam adscribit Romualdus Salernitanus Archiepiscopus, ut & in prælio contra Robertum Viscardum interiisse fingit.

DUCARUM STEMMATIS PARS ALTERA.

VI. JOANNES DUCAS, CÆSAR a Constantino Duca Imperatore fratre [g] appellatur. Idem vero Constantinus, sub vitæ exitum, commendatis primum fratri liberis, Eudociæ uxori præcepit, ut ejus consiliis, quibus in administrandis rebus publicis usus ipsemet fuerat, uteretur, quoad ii idoneam attigissent ætatem. [h] Romano postea Diogene a Turcis capto, ut Michael ex fratre nepos Imperator agnosceretur, operam dedit: [i] a quo cum adversus Ursellum de Balliolo, nobilem Francum, qui rebellionem in Michaelem excitaverat, cum copiis missus fuisset, ab eo captus est cum filio Andronico. Ursellus deinde, qui Græcos bellis civilibus implicare satagebat, quo ex iis fructum aliquem consequeretur, suasit Cæsari, ut ipsemet Imperatorem sese appellaret. Verum cum statim postea in Michaelis venisset potestatem, in Monachum detonsus, in Monasterium truditur. [k] Exhinc Botaniata imperium adepto, in aulam revocatus, ad ineundas cum Maria Michaelis Imperatoris nepotis uxore nuptias hortatus est. Duxit porro idem Joannes MARIAM, quæ Protovestiariæ dignitate donata legitur.

Filii Joannis Ducæ Cæsaris ex Maria.

Edit. Paoli. pag. 165.

VII. ANDRONICUS DUCAS, de quo mox.

VII. CONSTANTINUS DUCAS, [l] Procdrus & Protostrator, missus est a patre Cæsare, cujus ope haud ita pridem Augustam dignitatem adeptus erat Michael nepos, in Romanum Diogenem ejusdem Michaelis vitricum; qui a Turcis libertati redditus, Constantinopolim cum idoneis copiis pristinum recepturus imperium contendebat. Qua quidem in expeditione prospera adeo usus est fortuna, ut Crispino, cæterisque Francis, qui Græcis merebant, adjuvantibus, Alyattem præcipuum Diogenis Ducem profligaret, caperetque. [m] Obiit patre adhuc superstite. Exstant aliquot [n] Theophylacti Achridensis Archiepiscopi scriptæ ad Constantinum Epistolæ.

VII. ANDRONICUS DUCAS, [o] Proedrus, fratre Constantino ex militari, quam diximus, expeditione reduce, eidem sublectus, Romanum Diogenem cepit, Adana, in quam is deleto exercitu se receperat, hac conditione dedita, ut Diogeni, deposito imperio, capilliisque detonsis, privatam in posterum vitam agere liceret. Verum contra datam fidem, Diogeni, in ipso itinere, oculos effodit Andronicus, mandatum Imperatoris obtendens: qui haud multo post, non curatis vulneribus, interiit. [p] Obiit Andronicus perinde ut frater, patre superstite, Michaele adhuc imperante. [q] Uxor fuit Andronico nobilis Bulgara elegantioris formæ, filia Trojanni, Samuelis Bulgariæ Regis filii. [r] Hujus meminit alicubi Nicephorus Gregoras, aitque ab ea ædificatum Choræ Monasterium. Hanc cum Andronici matre videtur confundere vir eruditissimus apud [s] Annam Comnenam, quæ, ne diffitear, haud plane se explicat, cum interdum Protovestiariam Joannis Ducæ Cæsaris uxorem, alibi vero Irenæ Ducænæ Augustæ matrem fuisse exerte dicat.

Liberi Andronici Ducæ.

VIII. MICHAEL DUCAS, Protostrator, [t] Alexium Comnenum Imperatorem, sororis maritum, in omnes fere, quas ille iniit, militares expeditiones secutus, in iis fortiter se gessit, Anna Comnena ipsa nepte teste, quæ avunculi præclaras animi corporisque dotes in variis Alexiadis suæ locis mire prædicat. [u] Incertum an *Nicephorus Ducas*, quem matris suæ Irenes ἀδελφιδοῦν fuisse ait eadem Anna, Michaelis fuerit filius.

VIII. [x] JOANNES DUCAS, ab eodem Alexio Magnus Dux, seu classis Præfectus dictus, hac dignitate in variis expeditionibus cum laude functus est.

VIII. IRENE DUCÆNA, Augusta, ALEXII COMNENI Imperatoris conjux.

VIII. [y] ANNA DUCÆNA, uxor GEORGII PALÆOLOGI, de quo agimus in Palæologorum stemmate.

VIII. THEODORA DUCÆNA [z] sanctimonialis.

a *Anna l. 3. Zon. p. 235. Ed. Reg. Angel. a Nuce ad Chr. Cas. l. 3. c. 39.*
b *Anna. Scyl. p. 853. Ed. Reg. Zon. p. 229. Ed. Reg. Vvill. Apul. l. 3. p. 31. l. 4. p. 34. Gaufr. Malat. l. 3. c. 13. Romuald. an. 1076.*
c *Anna l. 1. p. 28. Ed. Reg. Zonar. Glyc. Order. l. 7. p. 640.*
d *Bryen. in præf. n. 1. l. 3. n. 21. Ann. Zon. p. 137. Ed. Reg.*
e *Anna l. 3. p. 71. Ed. Reg. Theophyl. in Inst. part. 1. c. 3. &c.*
f *Romuald. in chr. MS. an. 1081.*
g *Scylitz. Zon. Glyc.*
h *Bryenn. l. 2. n. 15.*
i *Idem l. 2. n. 17. Scylitz. Zon. p. 228. Ed. Reg.*
k *Anna l. 2. p. 55. 57. Ed. Reg.*
l *Scyl. p. 843. Ed. Reg. Zon. p. 236. Ed. Reg. Glyc. Bryen. l. 1. n. 20. l. 2. n. 2. 17.*
m *Idem.*
n *Theophyl. op. 63. 64.*
o *Bryenn. p. 29. Ed. Reg. Scyl. p. 840. Ed. Reg. Manass. p. 251. Ed. Reg.*
p *Bryen. l. 3. n. 6.*
q *Idem.*
r *Nicepb. Gregor. l. 9. p. 323. Ed. Reg.*
s *Possinus ad Annam p. 166. Ed. Reg.*
t *Bryenn. l. 2. Anna l. 2. 5. 7. 8. p. 57. 141. &c. Ed. Reg.*
u *Anna l. 15.*
x *Anna l. 2. p. 57. l. 7. 9. 11. p. 209. & seqq. Ed. Reg.*
y *Anna l. 2. p. 55. 57. Ed. Reg.*
z *Bryen. l. 3. n. 6.*

CÆTERI EX FAMILIA DUCÆNA NOBILES, quorum mentio apud ſcriptores.

Haſtenus Ducarum ſtemma, quantum in nobis fuit, digeſſimus: licet enim occurrant non pauci apud ſcriptores Byzantinos ejuſce cognominis proceres, cum haud facile ſit quo ſe invicem affinitatis attigerint gradu definire, hic nobis neceſſario ſubſiſtendum fuit, recenſitis tamen iis, ne quid ad Ducænæ gentis gloriam quicquam videamur reticuiſſe, quod ad notitiam noſtram venerit.

JOANNES DUCAS Sebaſtus, Manuelis Comneni Imperatoris patruelis, variis in bellis contra Italos ac Siculos inclaruit. Hujus paſſim mentio occurrit [a] apud Nicetam Choniatem & Joannem Cinnamum: ac Nicetas quidem ex illuſtriſſima ortum familia; Cinnamus vero Michaelem proxima attigiſſe affinitate ſcribunt: quo vero gradu, pluribus de ea re ſententiam noſtram expoſuimus in Diſſertatione XXVI. ad Joinvillam, ubi diximus probabile videri,

Edit. Pariſ. pag. 166.

ALEXIUM DUCAM, cujus fuit Encolpium, Crucis Dominicæ particulam continens, quod hodie ſervat Monaſterium Grandimontenſe, Joannis filium fuiſſe, vel certe fratrem: qui quidem in Græcis Jambis eidem Encolpio adſcriptis, Irenem Auguſtam Alexii Imperatoris conjugem, matris ſuæ aviam fuiſſe ait.

ANDRONICUS DUCAS, [b] bellis Hungaricis ſub Manuele clarus, [c] ab Andronico tyranno lapidibus obrutus eſt anno MCLXXXII.

[d] CONSTANTINUS DUCAS, uxorem duxit filiam ſororis Manuelis Imperatoris: vivebat anno MCLXXIX.

[e] JOANNES DUCAS Magnus Hetæriarcha, floruit Alexio Comneno Juniore imperante. Nicææ Præfectus, ejuſdem urbis ingreſſum Andronico ad tyrannidem pergenti denegavit.

[f] JOANNES DUCAS, Logotheta Dromi, vixit ſub Iſaacio Angelo.

[g] ANDRONICUS DUCAS, adhuc adoleſcens, ab Alexio Angelo Imperatore, cum exercitu adverſus Turcos miſſus eſt ſub annum MCXCIX.

ALEXIUS DUCAS, cognomento MURTZUPHLUS, Protoveſtiarius, Alexio Angelo Juniore Imperatore, Iſaacii cognati & affinis filio, per ſummum nefas interempto, tyrranidem arripuit. Alexii Ducæ iſtius hiſtoriam perſtrinximus in hiſtoria noſtra Franco-Byzantina, & in Notis ad Villharduinum.

ISAACIUS DUCAS, [h] eodem MURTZUPHLI cognomine donatus, ſub Theodoro Laſcari Imp.

Fit præterea mentio in epiſtola [i] Comitis San-Paulani, de prima Urbis a Francis expugnatione, nobilis cujuſdam ex familia Ducæna in obſeſſorum eruptione interempti: *Inter quos filius Ducis de Ducato, qui inter Conſtantinopolitanos fortior & pulchrior dicebatur, cum aliis quibuſdam peremptus eſt.*

[k] THEODORUS DUCAS, Murtzuphlo Conſtantinopoli excedente, dum a noſtris obſideretur, Imperatorium ambivit diadema; ſed ei prælatus fuit Theodorus Laſcaris.

Occurrunt deinde proceres alii complures DUCÆ cognomine, quod quidem adſcripſere ii ſibi ex aliqua cum illuſtri hac gente contracta affinitate, vel quod ex Ducænis matribus ortum ducerent, ut

JOANNES ille DUCAS, a Libellis ſupplicibus, Andronici Camateri Manuelis Comneni Imperatoris cognati filius, cui ſuos in Dionyſii Periegeſin commentarios dicavit Euſtathius Theſſalonicenſis Archiepiſcopus. *Vide Notas noſtras ad Cinn. p. 458. Ed. Reg.*

JOANNES ANGELUS, Sebaſtocrator, Iſaacii Angeli patruus, DUCÆ cognomen ſibi perinde arrogavit: quod in ejus poſteris perſtitit, uti in Angelorum ſtemmate docemus.

[l] ALEXIUS DUCAS Philantropenus, vixit Joanne Vatacio imperante.

MICHAEL DUCAS, avus DUCÆ iſtius, cujus hiſtoriam de Urbis expugnatione typis Luparæis edidit vir doctiſſimus Iſmael Bulialdus, [m] vixit ſub Joanne Palæologo Imp.

GEORGIUS DUCAS Armenes, cujus meminit [n] Franciſcus Philelphus in epiſtolis, [o] capta a Turcis Urbe, in Galliam venit anno MCCCCLV. ubi a Carolo VII. cum cæteris Græcis exulibus humaniter exceptus, ſtipendiis aliquot ad vitam donatus eſt.

a *Nicet. in Man. l. 7. n. 7. Cinnam. l. 3.*
b *Cinnam.*
c *Nicet. in Andr. l. 1. n. 5. 6.*
d *Cinnam. Nicet. in Man. l. 6. n. 7.*
e *Nicet. in Alex. n. 7. 9.*
f *Nicet. in Iſaac. l. 2. n. 3.*
g *Nicet. in Alex. l. 2. n. 4.*

h *Acropol.*
i *Epiſt. S. C. Pauli apud Godefrid. Monach. & Doutreman.*
k *Nicet. in Murtz. n. 3.*
l *Acrop. c. 59.*
m *Ducas c. 5. p. 10.*
n *Philelph. l. 12. epiſt. c. 263.*
o *Comput. Matthæi de Beauvarlet. an. 1454.*

Edit. Paris. pag. 167.

XXVII.

DUCAGINORUM STEMMA.

DUCAGINOS, qui primas semper obtinuere inter nobiles Albanos, gens adeo illustris habita est, ut ejus natales ab ipso Gritone de Altosolio, quem Caroli Magni Palatinis Comitibus accensent passim historiæ nostrates fabulosæ, arcessat scriptor Gestorum Scanderbegi: tametsi longe videretur probabilius a Ducæna Græcanica gente, quæ imperium Constantinopolitanum diu tenuit, originem duxisse. Horum stemma, qualecumque est, ex Flavio Comneno, cujus fidem non præstamus, hic describimus.

Fatti di Scand. p. 275.

GINUS DUCAGINUS.

GEORGIUS DUCAGINUS, natus an. MCCCXLIX. ux. N. filia Joannis Musaci.

ATHANASIUS DUCAGINUS.

BIERUS nat. anno MCCCXCII.

ANDREOLUS natus anno MCCCXCV.

PROGONUS natus anno MCCCXCVII.

PAULUS DUCAGINUS natus anno MCCCXCIX.

BASILIUS.

PAULUS natus ann. MCCCXC.

LECHUS, vel LECCUS, nat. an. MCCCCX. *Fatti di Scanderb. p.* 278.

PROGONUS DUCAGINUS natus anno MCCCCXI.

LUCAS DUCAGINUS natus anno MCCCCXVII.

GEORGIUS natus anno MCCCCXVIII.

DEMETRIUS DUCAGINUS.

ATHANASIUS nat. an. MCCCCXII.

PROGONUS.

NICOLAUS DUCAGINUS.

PROGONUS DUCAGINUS.

NICOLAUS DUCAGINUS.

STEPHANUS DUCAGINUS.

JOANNES DEMETRIUS DUCAGINUS.

ARAS Bassa Turcus.

LECCAS DUCAGINUS.

NICOLAUS. PAULUS. GEORGIUS.

VEZZA ux. GEORGII CUCH.

JOANNES DUCAGINUS.

PROGONUS AMASI, Bassa Turcus.

NICOLAUS DUCAGINUS.

FRANCISCA MARIA.

ADER, Turcus.

MEHEMET, Bassa, Turcus.

BARTHOLOMÆUS DUCAGINUS.

PAULUS DUCAGINUS.

NICOLAUS DUCAGINUS.

JOANNES DUCAGINUS.

Edit. Paris. pag. 168.

ALEXIUS COMNENUS.

ΑΛΕΞΙΩ ΔΕCΠΟΤΗ ΤΩ ΚΟΜΝΗΝΩ. *Imperator stans, cum pallio τετραγώνῳ, dextra narthecem, sinistra globum tenet, manus e nube coronam Imperatori imponit.*

† ΚΕ ΒΟΗΘΕΙ. *Id est,* Κύριε, *Christus in sella sedens, dextram protendit, sinistra Evangeliorum librum tenet, cum characteribus,* ΙC. XC. Complures aurei ejusce commatis habentur in Gazophylacio Regio. Vide quæ de characteribus in Dissert.

De Monetis ab Alexio Comneno cusis, scribit Zonaras, cum monetam a decessoribus suis adulteratam reperisset, æneam fecisse, qua in imperii expensis uteretur: in vectigalibus vero probos aureos exegisse; aliquando etiam nummos semiaureos, interdum æreos. Unde cum ære egeret, ex obolis nummos fecit, & opera quædam publica destruxit, ut stateres inde cuderet.

JOANNES COMNENUS.

ΙΩ ΔΕCΠΟΤ ΠΟΡΦ. *Imperator cum loro, dextra labaro innixus, sinistra globum crucigerum tenet, cujus capiti Deipara coronam imponit.*

ΙC. XC. *Christus in cathedra sedens, dextram protendens, sinistra librum Evangeliorum tenet.*

ΙΩ ΔΕCΠΟΤ. *Imperator, thoracata forma, cui manus e nube coronam imponit; sinistra crucem geminam longiorem tenet, quam Deipara porrigit: ad cujus caput scripti characteres,* ΜΡ. ΘΥ. Μήτηρ Θεοῦ.

Pars aversa, priori similis.

ΙΩ ΔΕCΠΟΤ ΤΩ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝ. *Imperator cum paludamento, dextra sceptrum, sinistra globum crucigerum tenet.*

ΜΡ. ΘΥ. *Deipara, manibus protensis.*

ΙΩ ΔΕCΠΟΤΗC ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝ. *Imperator cum loro stans, dextra crucem, sinistra globum crucigerum tenet.*

ΙC. XC. *Christus stans, librum Evangeliorum tenet.*

MANUEL COMNENUS.

ΜΑΝΟΥΗΛ ΔΕCΠΟΤΗ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΩ. *Imperator paludatus, dextra narthecem, sinistra globum cui insistit crux duplex.*

ΚΕ ΒΟΗΘΕΙ. *Christi protome, sinistra volumen tenentis, cum characteribus* ΙC. XC. Vide Dissert.

Edit. Paris. pag. 169.

MANSHA ΔΕCΠΟΤΗC. *Imperator loratus, longiori nartheci innixus. læva globum crucigerum tenens.*

IC. XC. *Christus stans, cum libro Evangeliorum.*

MANSHA ΔΕCΠΟΤ. *Imperator stans, dextra crucem, sinistra acaciam.*

MP. ΘV. *Deipara, obliqua forma, manibus erectis ad cælum e quo manus erumpit.* Vide Dissert.

Αγιος ΓΕΩΡΓΙΟC. *Imago pectoralis S. Georgii, dextra gladium, sinistra clypeum tenentis.*

Alter ejusdem commatis.

MANSHA ΔΕCΠΟΤ. *Imperator, dextra nartheccm, sinistra globum crucigerum.* Vide Dissert.

I. XC. *Figura Christi.*

MANSHA ΔΕCΠΟΤ. *Imperator, dextra nartheccm, sinistra globum crucigerum.*

MP ΘV. *Deiparæ protome, manibus expansis.* Vide Dissert. Scribit Nicetas in Manuele lib. 1. n. 5. eumdem Imperatorem ἀργύρεον ἀδόκιμον in monetam cudi iussisse, quæ nostris per urbem trajicientibus, dum ad sacra bella pergerent, daretur, si aliquid venditurі essent. Vide quæ de Manuelis nummis adnotamus ad Alexiadem p. 322.

ANDRONICUS.

ANΔΡΟΝΙΚΟC ΕΝ ΧΩ ΒΑCΙΛ. (ἐν Χριστῷ Βασιλεύς.) *Deipara stans, ad cujus pedes procumbit Imperator.*

Figura urbis Constantinopolitanæ, cum quinque portis, ad latera ejus quæ infra est, describuntur characteres P. P. *nisi prima fuerit* C. *ut per* CP. *Constantinopolis designetur. In medio nummo visitur Deiparæ figura, cum manibus expansis.* Vide Dissert.

XXVIII.

STEMMA COMNENORUM.

I. GENTEM Comnenorum perillustrem, & longa avorum serie perantiquam fuisse præ cæteris produnt [a] Nicephorus Bryennius & [b] Zonaras. In Asia primum fixisse sedes suas videtur indicare [c] Scylitzes, Castamonem, Paphlagoniæ Ponticum versus mare oppidum, Isaacii Comneni Imperatoris domum, seu patriam potius fuisse scribens. Ait quippe Alexium Comnenum Magnum Domesticum, superato, captoque Ursello Franco, Constantinopolim reditum apparantem, cum ad vicinas Castamoni regiones pervenisset, visendæ avi domus desiderio & cupiditate incensum, a via divertisse, urbemque ingressum, cum illam incolis vacuam deprehendisset, lacrymis perfusum, progenitorum suorum memoriam recoluisse, nec nisi vi quadam a comitibus inde avulsum. In Asiam porro ex Italia, atque adeo in Orientem, cum Constantino magno, aut Constantini posteris ac successoribus, transiisse admodum probabile est; quod de compluribus aliis Romanis ac Italicis familiis observant passim historici, atque ipse de Ducæna [d] Bryennius. Hujusce sane conjecturæ fundus esse potest vetus Inscriptio, quæ etiamnum Ameriæ in Umbria ad S. Secundi extat, ante aut circa Constantini tempora exarata, in qua Comneni Italici aliquot, iisdem litterarum apicibus, quibus Græcanici, recensentur: ita ut ejusdem fuisse gentis utrosque liquido evinci vel hinc possit. His vero illa verbis concepta legitur:

L. COMNENO. Ↄ. L. FELICI.
COMNENAE. Ↄ. L. NYMPHE.
ET. COMNENO. Ↄ. L. FELIONI.
C. SERVILIO. ALBANO.

[e] Extat in agro Hadrianopolitano, haud procul ab oppido, regio amœna, pratis & aquis luxurians & irrigua, ad Tunzam amnem, Comnene dicta: a qua Comnenos nomenclaturam accepisse nemo, ut opinor, dixerit, etsi haud paucas e Palatinis familiis, atque in iis Bryeniorum, Curticiorum, Branarum, & Vatatzarum ab Hadrianopolitana urbe ortum duxisse haud sim ignarus: cum longe potius huic tractui nomenclaturam datam par sit credere ab aliquo e Comnenis, qui ei imperitarit: præsertim cum Comnenorum gentem Asiaticam fuisse prodant scriptores. Id autem pro certo haberi debet in Constantinopolitanorum Imperatorum aula nequaquam fere cognitam, ante Basilii Bulgaroctoni tempora, a quo Manuelem & Nicephorum Comnenos, variis, tum Palatinis dignitatibus, tum in bellis ac expeditionibus, Præfecturis donatos legimus. Cumque eodem prognatum parente utrumque suspicari haud absurdum fortasse sit, vel certe proxima sese attigisse cognatione ex cognomine appareat, ab eorum patre, quisquis ille fuerit, primum stemmatis genealogici gradum ordiemur: interim dum illius nomen & decessores nobis detegant scriptores hactenus inediti, cæteros deinceps ad excisum usque a Turcis Byzantinum imperium adjuncturi; atque in iis Trapezuntinos Principes, quorum familiam suis numeris ac gradibus integriorem dedissemus, si ex scriptoribus lux affulsisset major, & Nicephori Gregoræ libri XVII. suppeterent, quorum publicandorum spem jampridem publico injecerat Allatius. In præsenti igitur sat erit illa dumtaxat excerpsisse, quæ de iis auctores editi prodiderunt. *pag. 170.*

II. MANUEL COMNENUS, a quo cæteri Comneni genus ducunt. De eo mox.

a *in Præf.*
b *Zonar. p. 205. E. R.*
c *Scyl. p. 798. E. R.*
d *in Præf. n. 9.*
e *Cantacuz. l. 2. c. 34.*

II. NICEPHORUS COMNENUS, Manuelis fortean frater, [a] Protoſpatharius, Mediæ ſuperiori, quæ ſeneſcente Græcia Aſpracaniæ nomen habuit, cum ad Baſilium Bulgaroctonum Imperatorem illa deficeret, ipſomet Principe Senacherim tradente provinciam, quam ab impetentibus Agarenis tueri non poterat. Præfectus eſt anno Chriſti MXVI. ſuffectus Argyro Patricio, cui ob rem male geſtam abrogatum fuerat imperium a Baſilio. [b] Vir prudentia & animi dotibus præcellens, qui variis Saracenos præliis fudit, & iis non modicam regionem abſtulit. Ejus virtuti invidens Conſtantinus Baſilii frater & ſucceſſor, evocatum Conſtantinopolim, tamquam initæ conſpirationis reum, licet innocentem, damnatum oculis exuit anno Chriſti MXXVI.

II. MANUEL COMNENUS, [c] totius Orientis Præfecturam ab eodem Baſilio adeptus, Nicæam urbem contra rebellantem Bardam Sclerum aliquandiu tutatus, tandem dedere compellitur ſub annum Chriſti DCCCCLXXVI. Idem narrat [d] Scylitzes, qui Manueli, non Comneni, ut Bryennius & Anna, ſed EROTICI cognomen tribuit, ob maternum fortaſſe genus: cujus quidem cognominis Theophilum Cypri Præfectum habet [e] idem ſcriptor ſub annum Chr. MXLII. ſed incertum an is ex Comnena familia fuerit. [f] Obiit porro Manuel ipſo Baſilio adhuc imperante, cui filios ſuos moriens commendavit, uxore dudum extincta.

Liberi Manuelis Comneni Protoſpatharii.

III. ISAACIUS COMNENUS Imperator, de quo mox.

III. JOANNES COMNENUS, cujus poſteri Imperium Conſtantinopolitanum poſt Iſaacium & Ducas adepti ſunt, ut infra dicetur.

III. N. COMNENA, DOCEANO nuptum data eſt, [g] MICHAELI, forte Protoſpathario, qui Maniacæ in Præfectura Italiæ ſucceſſit, [h] & in bello contra Patzinaces occubuit, Monomacho imperante, anno Chr. ML. Ex hiſce nuptiis natus *Theodorus Doceanus*, [i] vir ex genere & magiſtratibus geſtis clariſſimus, uti ſcriptores ejuſce ætatis produnt.

III. ISAACIUS COMNENUS, dignitate [k] Magiſter, a Theodora Auguſta copiis præficitur: moxque ea e vivis ſublata, cum Michael Stratioticus, ut Reipublicæ inutilis, & rerum adminiſtrandarum imperitus, ab imperii culmine dejectus fuiſſet, a militibus Imperator ſalutatur [l] anno MLVII. Kal. Septembr. Indictione ineunte II. Vir belli peritiſſimus, & acris ſed arrogantis ingenii, [m] ut qui ad Auguſtale ſolium evectus, id ſuæ fortitudini acceptum retulerit: eoque nomine in nummis ſuis, de quibus egimus ad Alexiadem & in noſtra Diſſert. de Nummis Impp. CP. ſtricto gladio effingi voluerit. [n] Biennio ac tribus menſibus, ſeu, ut habet Codinus, annis II. totidem menſib. & diebus XXIV. exactis, deſperata valetudine, Imperatorem deſignavit Conſtantinum Ducam, quo ad invadendum imperium adjutore uſus fuerat; & in Studienſe Monaſterium conceſſit, ſumpto monachi habitu: [o] ubi tantam humilitatem & obedientiam erga Abbatem exercuit, ut Oſtiarii munus ſibi mandatum obire non detrectarit, in quo paulo minus annos II. vixit. [p] Caſtitatis in eo exemplum inſigne narrant ſcriptores: nam cum adhuc militari imperio fungeretur, & ex renibus laboraret, præciperentque medici, remedii cauſa, uti coitu, viva & incolumi adhuc uxore, a qua diu poſt ſuſceptam ſobolem abſtinuerat, quo ipſo conſecuturus eſſet, ut præter doloris medelam etiam liberis procreandis dans operam, orbitatis metum a ſe depelleret, id ille conſtantiſſime renuit, *ſufficiunt*, inquiens, *mihi liberi quos Deus mihi largitus eſt, Manuel & Maria: ſed & abſque liberis regnum Dei conſequi licet, ſecus vero ſine caſtitate.* Hos progenuerat ex uxore [q] AICATHERINA, quam adepto imperio Auguſtam coronavit. Fuit illa Samuelis Bulgariæ Regis filiarum natu maxima, ut auctor eſt [r] Bryennius, ſeu, ut alii volunt, Aaronis Bulgarici Principis, dignitate Magiſtri, ſoror. Aaron vero Baaſpracaniæ Præfectus, Joannis Uladislai Bulgariæ Regis ex Maria filius fuit, Aaronis Samuelis Regis fratris nepos. Aicatherina (quod quidem nomen haud diverſum a Catharinæ nomine recte obſervat [s] Baronius) ſive Samuelis filia, ſive ex fratre neptis, poſt abdicatum a conjuge imperium, in Myrelæi cœnobium cum Maria filia ſeceſſit, mutato nomine [t] HELENA appellata, & in Monaſterio, quod Xene nuncupabatur, ſive ut habet [u] Scylitzes, in cœmeterio Monaſterii Studiani, ſepulta fuit, cum aliquot annis marito ſuperfuiſſet. Iſaacius vero in eodem Monaſterio Studiano humo conditus eſt. *Edit. Pariſ. pag. 171.*

Liberi Iſaacii Comneni Imperatoris ex Aicatherina.

IV. MANUEL COMNENUS, de quo ſilent ſcriptores Byzantini, Iſaacii filium fuiſſe annotaſſe contenti.

IV. [x] MARIA COMNENA in Monaſterium Myrelæi cum matre conceſſit, poſt abdicatum a patre imperium.

III. JOANNES COMNENUS, [y] a fratre Iſaacio Auguſto Curopalata primum, dein Magnus Domeſticus appellatus, delatum ab eodem recuſavit imperium: obiitque non multo poſt Conſtantini Ducæ exceſſum. [z] Huic uxor fuit ANNA, Alexii Charonis Italicarum provinciarum, quæ tum Græcis parebant, præfecti filia, maternum a Dalaſſenis ducens genus: unde DALASSENÆ cognomine propter maternam originem non ſemel indigitatur ab [A] Anna: fœmina cæteroquin præclaris ingenii dotibus inſtructa, quas pluribus proſequitur commendatque eadem Anna Comnena neptis ex Alexio filio,

a *Scyl. p. 711. E. R.*
b *Idem p. 721. E. R.*
c *Bryen. l. 1. n. 1. E. R. Annal. 11. p. 311. E. R.*
d *Scyl. p. 691. E. R.*
e *Scyl. p. 757. E. R.*
f *Bryen. l. 1. n. 1. E. R.*
g *Scyl. p. 755. E. R. Leo Oſt. l. 2. c. 68.*
h *Scyl. p. 786. E. R.*
i *Bryen. l. 2. n. 25. E. R. Annal. 1. p. 8. E. R. Scyl. p. 811. E. R.*
k *Scyl. p. 791. E. R. Glycas.*
l *Scyl. p. 798. E. R.*
m *Idem p. 811. E. R. Zonar. p. 813. E. R. Joel.*
n *Bryen. l. 1. n. 5. E. R. Scyl. p. 811. E. R. Zonar. p. 215. E. R. Manaſſ. Codin. ed. Meurſ. p. 79.*
o *Scyl. p. 811. E. R. Joel.*
p *Scyl. Zon.*
q *Scyl. p. 800. E. R. Zon. p. 211. E. R. Joel p. 184.*
r *Bryen. l. 1. n. 2. E. R.*
s *an. 307. n. 31.*
t *Glyc.*
u *Scyl. p. 812. E. R.*
x *Scyl. p. 811. 812. E. R. Glycas.*
y *Bryen. l. 1. 3. E. R. Scy. p. 807. E. R. Zon. p. 213. E. R.*
z *Bryen. l. 1. n. 2. E. R.*
A *Anna l. 2. p. 51.*

s quo regnante res fere unica gessit. Excessit illa e vivis anno ante Isaacii filii mortem, in Monasterio Pantepoptæ a se exædificato, quo aliquot ante obitum annis, relicto palatio, secesserat.

Liberi Joannis Comneni Curopalatæ ex Anna.

IV. MANUEL COMNENUS, b Protoproedrus, deinde Protostrator & Curopalata a Romano Diogene Imperatore renuntiatus, cum valido exercitu adversus Turcos Asiam infestantes missus, cum iis in bellis fortiter se gessisset, & summam animi exhibuisset prudentiam, in ipso ætatis flore ab iis deletus & captus est anno Chr. MLXIX. c Sed mox libertatem consecutus, Chrysosculo Turcorum Duce, a quo captus fuerat, cum ipso ad Imperatorem transfugiente, Constantinopolim rediit. Nec diu tamen huic cladi superstes fuit: d sequenti enim anno, cum rursum in Turcos cum Chrysosculo expeditionem pararet, in Bithynia ex otalgia, seu aurium dolore, interiit. e Manuelem ab eximia fortitudine & prudentia commendant plerique scriptorum istius ævi.

Filia Manuelis Comneni.

V. N. COMNENA, ab Anna Dalassena avia, N. Nicephori Botaniatæ Imperatoris, ex Verdena forte prima ejus uxore, filio in uxorem data est, vel certe ex filio nepoti; siquidem hoc loco ἔγγονον τῦ Βοτανιάτου habet f Anna Comnena; quæ vox de filio ex nepote videtur capienda.

IV. ISAACIUS COMNENUS, Sebastocrator, de quo mox.

IV. ALEXIUS COMNENUS Imperator, de quo post Isaacii posteritatem.

IV. ADRIANUS COMNENUS, g Protosebasti primum, postea h Magni Domestici Occidentis dignitate donatur a fratre Alexio Imperatore, i a quo in varias Provincias cum imperio missus est. Huic uxor fuit k ZOE DUCÆNA, Constantini Ducæ Imperatoris ex Eudocia Dalassena filia ultima, l quam Nicephorus Botaniates Imperator factus ducere statuerat, nisi a Leone Eunucho ab eo consilio avocatus fuisset. Utrum ex his nuptiis prodierint liberi, haud patet; quamquam ex m Theophylacto Achridensi Archiepiscopo id conjici possit, cujus scriptæ extant aliquot ad eum Epistolæ. Alexiam nescio quam, Alexii Imperatoris ex fratre aut sorore neptim, Grimaldo II. Monœci in Italia Domino nuptam finxere n quidam; sed præterquam quod ea affinitas est admodum incerta, non est cur Adriano potius quam Nicephoro aut eorum sororibus videatur adscribenda.

IV. NICEPHORUS COMNENUS, o Sebastus, A postmodum Magnus Drungarius classis ab Alexio fratre creatur. Hujus filia p Gregorio Pacuriano Sebasto nupsit, filio, ut videtur, Pacuriani Magni Domestici Occidentis, viri illustris, & ex Armenia oriundi, q quo adjutore usus est Alexius ad repellendum Botaniatam; r quique demum in prælio contra Scythas fortiter dimicans occubuit sub an. MLXXXIX.

IV. MARIA COMNENA, s major natu sororum Alexii Imperatoris, nupsit, patre adhuc superstite, MICHAELI TARONITÆ, qui ab eodem Alexio Protosebastus, & Protovestiarius, postea Panhypersebastus dictus est. t Taronitarum gens illustris admodum fuit Constantinopoli, ut quæ ortum & originem habuerit a Principibus Taronis, regionis sic dictæ in Oriente, versus Syriam: ex qua memorantur *Gregorius*, qui Constantino Porphyrogenito *Cricoricius* dicitur, & *Apoganem* fratres, Principes Taronis. u *Gregorius*, primus Romanorum imperium amplexus, Constantinopolim venit, & a Leone Philosopho Imperatore Magistri dignitate, & locupletibus prædiis donatus est. *Pancratius* vero, Gregorii filius major natu, Patricius & Prætor Taronis a Romano Lacapeno appellatus, sororem Theophylacti Magistri, Imperatoriæ stirpis fœminam, ab eodem in uxorem nactus est. *Asotus* ejusdem Gregorii filius nothus, cum & ipse in Urbem venisset, Patriciatus honore pariter est ornatus. *Apoganem* vero, Gregorii frater, Patricius itidem factus ab Imperatore, cum domum rediret, nuptias cum filia Constantini Patricii & Magni Hetæriarchæ sibi pacta peracturus, vita defungitur. Hujus filius ex priore conjuge *Tornicius*, Patricius æque factus, testamento suo cavit, ut tota ipsius terra Imperatori traderetur, uxorque cum filio in Urbem migraret, ubi ædes ad inhabitandum & reditus idoneos obtinuit. Exhinc Taronitarum gens Constantinopoli inter illustres & præcipuas Imperii familias haberi cœpta est: ex qua ortus x *Romanus Patricius Taronites*, Tornicæ forte filius, qui Sclero sub Basilio & Constantino defectionem molientis partes secutus est sub ann. DCCCCLXXVI. Occurrit deinde y *Gregorius Taronita*, Magister, a Samuele Bulgarorum Rege in prælio cæsus anno DCCCCXCIX. Hujus filius z *Azotes Taronita* in eodem prælio captus, ducta Samuelis filia, Constantinopolim rediit, & ab Imperatore Magistri dignitate donatus est. Hunc excipit A *Gregorius Patricius Taronita*, qui initæ in Michaelem Paphlagonem conspirationis reus, diris suppliciis affectus est ann. MXL. Gregorii filius fuit, si bene auguror, *Michael* Alexii Imperatoris sororius, ex cujus conjugio natus B *Joannes Taronita*, alter a *Joanne Taronita* Chœrebacchorum Præfecto, cujus meminit C Anna, tametsi ejusdem familiæ. Incertum tamen an idem sit cum *Joanne Taronita* Sebasto, D qui in depositione Cosmæ Patriarchæ Constantinopolitani Manueli Comneno Imperatori in Blachernarum æde assedit anno MCXLIV. Fuit etiam Michaelis filius alter, *Gregorius Taronita*, Protovestiarius, E quem Joannes Comnenus in ipsis Imperii initiis rebus gerendis præfecit: diversus porro a F *Gregorio Taronita* Trapezuntis Duce, qui in Alexium rebel-

Edit. Par. pag. 172.

a *Anna. Zonar. p.*239. *E.R. Glyc.*
b *Bryen. l.*1. *n.*7. *E.R. Scyl. p.*833. *E.R. Zon. p.*222. *Glyc.*
c *Bryen. l.*1. *n.*11. *E.R. Scylit. p.*835. *E.R. Zonar.*
d *Bryen. l.*1. *n.*12. *E.R. Anna l.*1. *p.*3. *E.R.*
e *Bryen l.*1. *c.*6. *Anna l.*1. *& 2. p.*3. 43. *E.R. Scyl. p.*833. *E.R. Zonar.*
f *Anna l.*2. *p.*51. *E.R.*
g *Anna l.*3. *p.*78. *E.R. Zonar. Glyc.*
h *Anna l.*2. *p.*189. *E.R.*
i *Anna l.*7. *p.*195. *E.R. l.*8. *p.*229. *E.R.*
k *Anna l.*9. *p.*259. *E.R.*
l *Anna l.*3. *p.*74. *E.R. Zonar. p.*231. *E.R. Scyl. p.*864. *E.R. Glycas.*
m *Theophyl. ep.*24. 30. 34. 43.
n *Venajeus in arbore gentil. Grimald.*
o *Anna l.*3. *p.*78. *E.R.*
p *Theophyl. ep.*7. 25.
q *Anna l.*2. *p.*50. *E.R.*
r *Anna l.*6. *p.*183. *E.R.*
s *Bryen. l.*1. *n.*2. 6. 13. *E.R. Anna l.*9. *p.*258. *E.R. Vide Notas ad Anna. p.*78. *E.R.*
t *Const. de adm. imp. c.*43.
u *Scyl. p.*662. *E.R.*
x *Scyl. p.*689. *E.R. Zon. p.*173. *E.R.*
y *Scyl. p.*702. *E.R.*
z *Idem p.*701. *E.R.*
A *Idem p.*747. *E.R.*
B *Anna l.*10. *& 12. p.*273. 364. *E.R.*
C *Lib.*13. *p.*376.
D *Allat. de Consens. utr. Eccl. l.*2. *c.*12.
E *Nicet. in Joan. n.*3.
F *Anna l.*12. *p.*264. 365. *E.R.*

Leonem

lionem parans, a Joanne Taronita ejusdem Alexii ex sorore nepote, ipsiusque Gregorii patruele comprehensus, & carceri mancipatus, postmodum libertatem honoresque pristinos est consecutus. Extant Theophylacti epistolæ aliquot, quæ hujus Gregorii Taronitæ Proedri res præclare bello gestas in Colchide & Ponto mire prædicant.

IV. EUDOCIA COMNENA, [b] NICEPHORO MELISSENO, viro prudenti & præclaro, qui paternum genus a Mortiis repetebat, uxor a patre data est. Hic ab exercitu circa Damalim, eodem ferme tempore quo in Urbe Alexius, Imperator proclamatus, potestate uxoris fratri ultro cessit, Cæsaris titulo contentus, quod pluribus prosequuntur Nicephorus Bryennius, Anna Comnena, & alii. In Urbem porro post Alexium venit, Cæsarea dignitate donatus VIII. Aprilis feria V. Hebdomadis Paschalis, anno MLXXXII. excessitque e vivis XVII. Novembris Indict. XIII. anno Chr. MCIV. ut præfert [c] Codex Cæsareus, qui tamen mendis non caret in annorum characterismis. Scribit [d] Cinnamus ab eo in Asia ad Dorylæum præclara excitata fuisse palatia. [e] Nicephori filius fuit *Alexius Melissenus*, Magni Ducis dignitate donatus a Manuele Imperatore. Melissenorum porro familiam perillustrem fuisse Constantinopoli produnt gesti ab iis magistratus, & demandatæ Provinciarum & Copiarum Præfecturæ. In iis enim recensentur a scriptoribus Byzantinis [f] *Michael Melissenus*, sub Copronymo, [g] & *Theodotus Melissenus* Patriarcha Constantinopolitanus, acer imaginum hostis, Leone Armenio imperante: *Theodotus* alter *Melissenus*, Provinciarum Orientis Præfectus sub Michaele Theophili filio: *Theophilus Melissenus*, cognomento Lydiates, Protospatharius sub Basilio Macedone: *Leo* & *Theognostus Melisseni* sub Basilio Bulgaroctono: dehinc Melissenus iste Cæsar, a quo longa successionis serie ortus est [h] *Alexius Melissenus*, cognomento *Strategopulus* propter maternam originem, ob captam ab eo Franciscque ereptam urbem sub Michaele Palæologo notissimus: cujus filius fuit [i] *Constantinus*, cui evulsi fuere oculi, Theodoro Lascari regnante. Exhinc memoratur [k] *Michael Strategopulus Melissenus*, vir animi fortitudine & divitiarum copia celeberrimus, qui una cum Constantino Palæologo Michaelis filio in Andronicum Imperatorem [l] conspiravit; idem forte qui a [m] Sanuto & Sabellico Dominus *Del Castri* & Lyconiæ dicitur, filiamque uxorem dedit Marescallo Catalanorum, qui tum Ducatum Athenarum tenebant. [n] Ab hoc prognatus *Leo Melissenus*, Sebastocrator, Dominus & Exarchus Ithomes, seu Messelinæ, pater *Nicephori Melisseni* Protostratoris, Domini Messeniæ, qui propter eximiam in dicendo suavitatem *Melissurgus* dictus est. Hic ex uxore Raulis filia *Nicolaum Melissenum* sustulit, quem Demetrius & Thomas Palæologi, qui tum Peloponnesum obtinebant, bonis spoliarunt, ipsi vicissim a Turcis deinceps suis exuti. Ajunt porro stare etiamnum Melissenorum familiam, qui Comnenorum præterea cognomen, fortean propter illustrem hanc cum Alexii filia affinitatem, suo adjunxerunt. [o] Memorantur enim *Theodorus Melissenus*, qui se Æni, Xanthi, Sami, Mileti, & aliorum in Thracia & Peloponneso oppidorum Despotam titulo tenus inscribebat, ut *Macarius Melissenus* Ragusinus Archiepiscopus, fratres, qui Joanni Austriaco in bellis contra Turcos se adjunxerunt, adductis peditum viginti quinque millibus, ac equitum tribus millibus, ex suis vel certe Græcorum Provinciis coactis, quorum ope belli pondus biennio sustinuere. Verum hostis potentissimi viribus cedere coacti concesserunt Neapolim, ubi obtentis a Philippo II. Hispaniarum Rege pensionibus substitere, & tandem mortem obiere; ac Theodorus quidem XXV. Martii anno MDLXXXII. Macarius vero XII. Septemb. anno MDLXXXV. Utriusque epitaphium legitur lingua Græca exaratum in Ecclesia SS. Petri & Pauli Græcorum, quod ab Ughello descriptum est, Habuit porro Theodorus filios *Demetrium Melissenum Comnenum*, legionis & classis navalis rei armamentariæ in Belgio sub Hispanis Præfectum, qui obiit anno MDCXXXV. & *Nicephorum Melissenum Comnenum* primo Naxi Archiepiscopum, deinde Crotonæ in Regno Neapolitano Episcopum ab Urbano VIII. PP. XXIX. Maii anno MDCXXVIII. creatum, qui vita excessit V. Februarii anno MDCXXXV. Nicephori elogium perstrinxit idem Ughellus, subditque Theodoro præterea filiam fuisse, matrem *Emmanuelis Melisseni*, Militis Ordinis Calatravæ, quem Marchionis dignitate exornavit Philippus IV. Rex Hispaniæ, ob egregie navatam in Catalanicis & Neapolitanis bellis operam. Decessit ille anno MDCLVII. Nuperæ isti Melissenorum familiæ pro insignibus idem ille Ughellus adscribit sex *μιλίαρας*, seu *apes*, aureas ad oram scuti rubei dispositas 1. 2. 2. 1. cum scutulo aureo in media area tribus campanulis nigris 2. 1. distincta, quod Comnenorum proprium esset ajunt.

Edit. Paris. pag. 173.

IV. THEODORA COMNENA, [p] LEONI, [q] seu, ut habet Nicephorus Bryennius, CONSTANTINO DIOGENI Porphyrogenito, Romani Diogenis Imperatoris ex Eudocia [r] filio primogenito, a matre post patris obitum matrimonio juncta est. [s] Is cum fratre Nicephoro, Alexii Comneni Imperatoris in expeditionibus & præliis fidus comes, tandem in eo, quod cum Turcis ad Antiochiam commissum est, prælio, Isaacio Comneno Sebastocratore exercitus duce, lethali accepto vulnere occubuit anno Christi MXC. [t] Extitit paucis post annis qui Leonem mentiretur: qui quidem dolo comprehensus ab Alexio, oculis privatus est. Leonis uxor, functo marito, in Monasterium Myrelæi concessit.

pag. 174.

IV. ISAACIUS COMNENUS, Joannis Magni Domestici filius, & Alexii Imperatoris

a ep. 4. 26. 37. E.R. *V. Not. ad Ann.* p. 364.
b *Bryen.* l. 1. n. 5. 11. l. 3. & 4. *Anna* l. 7. p. 195. E.R. *Zonar. Glyc. Theophylact. Cinnam.* l. 6.
c *Lambec.* l. 5. *Bibl. Cæs.* p. 255.
d *Cinn.* l. 6. c. 14.
e *Idem.*
f *Theoph.* p. 171. E.R. *Cedren.* p. 466.
g *Cedren.* p. 486. E.R. *Zonar.* p. 106. E.R.
h *Vita S. Nicolai Stud.* p. 944. *Leo Grammat. Scyl.* p. 372. E.R.
i *Gregoras Acropolita. Historia Gallo Byz.*
k *Phranz.* l. 1. c. 7.
l *Epist.* 3. *Sabellic.*
m *Phranz.* l. 2. c. 2.
n *Ughell. in Episc. Cretonen.* 45. 80. 9. *Ital. sacr.*
o *Anna* l. 10. p. 272. E.R.
p l. 1. n. 6. l. 2. n. 29.
q *Anna* l. 4. 7. 9. p. 112. 190. E.R.
r *Anna* l. 10. *Bryen.* l. 2. n. 29.
s *Anna loco cit. Zon.* p. 238. E.R.
t *Anna* l. 2. p. 43. E.R.

frater primogenitus, vir rei militaris peritissimus, magnusque bello dux, si qua [a] Bryennio & Annæ fides, [b] adversus Turcos a Michaele Duca cum Imperio dux delectus, ab iisdem cæsus, captivus abductus est. [c] Reducem Nicephorus Botaniates, qui Michaelem excepit, Antiochiæ Ducem renunciavit. [d] A fratre deinde Alexio, [e] quem natu licet minorem Imperio sibi præferri passus est, Sebastocratoris nova ab eo inventa dignitate donatur. [f] Obiit anno post matris excessum, cum paulo ante monachicum habitum induisset. [g] Huic uxor fuit IRENE, Alanorum Principis filia, Mariæ Imperatricis Michaelis Ducæ, ac mox Botaniatæ Imperatorum conjugis patruelis, [h] quæ marito vix annum integrum superstes pariter extincta est. [i] Ex ea plures utriusque sexus liberos genuit, in quibus memorantur aliquot a scriptoribus.

Liberi Isaacii Comneni ex Irene Alana.

v. JOANNES COMNENUS, [k] ab Alexio Imperatore & patruo Dyrrachii Dux factus, [l] Hugonem Magnum Viromanduorum in Belgis Comitem, qui in Illyricum navigio pervenerat, quo cæteros Francorum Principes, qui in Palæstinam pergebant, assequeretur, per proditionem captum detinuit, & ad Imperatorem transmisit. [m] Ab eodem Augusto adversus Dalmatas missus, ab iis cæsus est. [n] Joanne postmodum imperii habenas obtinente, rerum publicarum curam est adeptus, nova donatus παρακοιμωμένου, seu, Præfecti sacri Cubiculi dignitate. Verum mox, propter intolerabilem superbiam a Reipublicæ gubernaculis amotus est. [o] Hunc impuberem adhuc Henrici III. Imperatoris filiæ, aut certe affini, matrimonio jungere decreverat Alexius, quo pax inter utrumque Imperatorem, hoc necessitudinis vinculo, firmior necteretur.

v. ALEXIUS COMNENUS, Dyrrachino Ducatu donatur ab Alexio patruo anno Christi MCVI.

v. CONSTANTINUS COMNENUS, Sebastus & Dux Berrhœæ, quem [p] Theophylactus Archiepiscopus Achridensis a morum probitate, & egregiis animi dotibus plurimum commendat, incertum an idem sit cum Constantino Comneno, Sebasto & Magno Drungario, [q] qui in depositione Cosmæ Patriarchæ CP. Manueli Imperatori assedit anno MCXLIV.

v. ADRIANUS COMNENUS Sebastus, abdicata vita aulica, monachicam induit, JOANNES appellatus: ac deinde mortuo Michaele Maximo Archiepiscopo Achridensi, huic suffectus est, ut habetur in Archiepiscoporum Bulgariæ ad hunc usque Joannem descripta serie, in Cod. MS. Bibl. Regiæ sign. 2423. quam integram, cum brevior sit, hic describemus in eruditorum gratiam.

ΟΙ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΙ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ.

ΠΡΟΤΟΓΕΝΗΣ ὁ Ἀρχιεπίσκοπος Σαρδικῆς, δι' ὃ ἀντεπικρίθησαν αἱ ἅγιαι πατέρες τῷ Φιλοσόφῳ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος βλασφημοῦντι, καθ' ἃς ἐν τῷ πρακτικῷ τῆς αὐτῶν πρώτης συνόδου ἐστὶν εὑρεῖν.

ΜΕΘΟΔΙΟΣ ὁ ἀνεψιὸς τοῦ ἁγίου Κυρίλλου τοῦ Φιλοσόφου, χειροτονηθεὶς παρὰ Νικολάου Πάπα τοῦ μετ' Ἀδριανὸν ἐν τῇ Ρώμῃ, Βοραβῶ τῆς Παννονίας Ἀρχιεπίσκοπος.

ΓΟΡΑΣΔΟΣ χειροτονηθεὶς παρὰ Μεθοδίου. εἶθ' ὕστερον ἐκδιωχθεὶς παρὰ τῶν Πνευματομάχων.

ΚΛΗΜΗΣ γενόμενος Ἐπίσκοπος Τιμεριτόλεως, ἤτοι Βιλίκας, ὕστερον δὲ ἐπιτραπεὶς παρὰ Βοΐτου Βασιλέως Βουλγαρίας, ἐφορᾶν τὸ τρίτον μέρος τῆς Βουλγαρικῆς βασιλείας, ἤγουν ἀπὸ Θεσσαλονίκης ἄχρις Ἰερισσοῦ, καὶ Καννίνων, ἤτοι Τασιπιάτου.

ΔΑΜΙΑΝΟΣ ἐν Δοροστόλῳ, τῇ νῦν Δρίστρᾳ· ἐφ' ἧς καὶ ἡ Βουλγαρία τετίμηται αὐτοκεφάλου· ἔτος Πατριάρχης ἀνηγορεύθη παρὰ τῆς βασιλικῆς Συγκλήτου, κελεύσει τοῦ βασιλέως Ρωμανοῦ τοῦ Λεκαπηνοῦ· ὕστερον δὲ καθῃρέθη παρὰ Ἰωάννου τοῦ Τζιμισκοῦ. *Edit. Paris. pag. 175.*

ΓΕΡΜΑΝΟΣ, ὁ καὶ ΓΑΒΡΙΗΛ, ἐν Βοδινοῖς, καὶ ἐν τῇ Πρέσπᾳ.

ΦΙΛΙΠΠΟΣ ἐν Λυχνίδῳ, τῇ πάλαι μὲν Σαμαρείτῃ προσαγορευομένῃ, νῦν δὲ Ἀχρίδῃ.

ΙΩΑΝΝΗΣ καὶ αὐτὸς ἐν Ἀχρίδῃ· ἔτος ᾧ ἐκ Δύρης, χωρὶς Ἀγιοανδρίτης, ἡγούμενος χρηματίσας ἐκεῖσε μονῆς τῆς Θεομήτορος.

ΛΕΩΝ, πρῶτος ἐκ Ρωμαίων, Χαρτοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ὁ κτίσας τὴν κάτω ἐκκλησίαν, ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Θείας Σοφίας.

ΘΕΟΔΩΡΟΣ, ἡγούμενος τῆς ἁγίας Μαχίας, ὁ κτίσας τὴν ἄνωθεν μεγάλην ἐκκλησίαν, ἐξ ἁπλῶν λιθοδομῶν Ἰωάννου τοῦ Ἀντζᾶ.

ΙΩΑΝΝΗΣ ὁ Λαμπρὸς ἄχρι (κατὰ) τοῦ ὄρους τοῦ Ὀλύμπου.

ΙΩΑΝΝΗΣ ὁ Λαινος, ἡγούμενος τῆς Μονῆς τοῦ Ἀειτζίου.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΣ ὁ ἐξ Εὐρίπου, Ῥήτωρ ὢν καὶ Διάκονος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.

ΛΕΩΝ ὁ Βεγγὲς, ἐξ Ἰουδαίων ὢν ἐκ προγόνων χρηματίσας διδάσκαλος τῆς ἰδίων.

ΜΧΑΙΗΛ ὁ ἐπίκλην Μάξιμος, Ὀρφανὸς ὢν ἐν τοῖς Πατριαρχικοῖς ἄρχουσι, Διάκονος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Δυνάχεως.

ΙΩΑΝΝΗΣ Μοναχὸς ὁ Κομνηνὸς, ὁ ἐν τοῖς κοσμικοῖς Ἀδριανὸς πατρίβατος Σίβατος, καὶ υἱὸς τοῦ ἀοιδίμου διαποίνης τῆς παντυπυχιτάτης πρώτης Σεβαστοκρατορίσσης κυρᾶς Εἰρήνης τῆς θυγατρὸς τοῦ παναγιωτάτου Ἐξουσιοκράτορος πάσης Ἀλανίας, καὶ πρώτης ἐξαδέλφης τῆς διαποίνης κυρᾶς Μαρίας τῆς Ἀλανίσσης, χρηματισάσης σύμβιος τοῦ βασιλέως κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου.

v. N. COMNENA, [r] GREGORIO GABRÆ, Theodori Trapezuntini Ducis filio pacta tantum, non nupta fuit. [s] Is porro Mariæ postmodum Alexii Imperatoris filiæ secundogenitæ connubio junctus est.

v. NN. præter hos Isaacii liberos supra memoratos, alios extitisse utriusque sexus constat, Idipsum tradente Zonara: qui & prolem procrea-

a *Bryen. l. 2. n. 3. Anna l. 3. p. 77. E. R.*
b *Bryen. l. 2. Seylitz. p. 846. E. R. Zonar. p. 227. E. R. Glycas*
c *Anna l. 2. p. 43. E. R.*
d *Anna l. 3. p. 78. E. R. Codin. de Offic. c. 2.*
e *Bryen. l. 2. n. 1. Anna l. 2. p. 58. E. R.*
f *Zon. p. 239. E. R.*
g *Anna l. 2. & 3. p. 44. 48. 71. E. R.*
h *Zonar. p. 239. E. R.*
i *Zonar. ibid.*
k *Anna l. 8. p. 36. E. R.*
l *Anna l. 10. p. 289. E. R.*
m *Anna l. 12. p. 356. E. R.*
n *Nicetas in Joan. n. 3.*
o *Anna l. 3. p. 94. E. R. Anna l. 12. p. 356. E. R.*
p *Epist. 68.*
q *Leo Allat. l. 2. de Concord. utr. Eccl. c. 12.*
r *Anna l. 8. p. 248. E. R.*
s *Zonar.*

vere, perinde ac alii Isaacii fratres, cujus series genealogica cum omissa fuerit a scriptoribus, haud in promptu est divinare horum quibus adscribendi sint Comneni, qui hac ferme tempestate ac deinceps floruere: atque in his [a] NICEPHORUS COMNENUS, a Supplicibus libellis, cujus orationem funebrem contexuit Constantinus Manasses: [b] MANUEL COMNENUS, qui Manuele imperante vixit: [c] STEPHANUS COMNENUS, Magnus Drungarius, qui Eudociam Joannis Axuchi Magni Domestici filiam uxorem duxit: ALEXIUS COMNENUS, Joannis Sebastocratoris filius, Stephani consanguineus, cui pacta fuit Irene, altera Axuchi filia: [d] JOANNES COMNENUS, cognomento Crassus, qui Alexio Angelo imperante, ob affectatam purpuram capite truncatus est: ISAACIUS COMNENUS, Sebastocrator, qui Annam, Alexii Angeli Imperatoris filiam, uxorem duxit: denique PAULUS COMNENUS, qui in Relatione Ogerii Protonotarii, apud [e] Waddingum, consobrinus Michaelis Palæologi Imperatoris dicitur sub annum MCCLXXIX. qui quidem omnes a quopiam ex Isaacii Sebastocratoris, aut certe ex Joannis Imperatoris liberis potuerunt genus duxisse.

IV. ALEXIUS COMNENUS, Imperator, Joannis Comneni Magni Domestici filius secundogenitus, [f] a Michaele Duca Imperatore Proedri, mox a Botaniata Nobilissimi, postea Magni Domestici, demum Sebasti dignitates consecutus, eodem Botaniata in ordinem acto, purpuram induit an. Christi MLXXXI. Ind. IV. Aprilis I. feria quinta majoris Hebdomadæ: vir bellica laude clarissimus, sed ob fraudes ac perfidiam non mediocriter a scriptoribus Latinis infamatus, cujus res gestas pluribus complexa est Anna filia. Obiit XV. Augusti, feria V. anno Christi MCXVIII. indict. XI. vixit annos circiter LXX. imperavit XXXVII. menses IV. dies XV. Illius vero funus sepultum est in Monasterio Philanthropi, quod ipse vivens ædificaverat. Bis nuptias inierat Alexius ante adeptum imperium: [g] ac primum quidem cum ARGYRI, viri nobilis opibusque florentis, de quo supra egimus, filia: deinde ea fato functa, cum IRENE DUCÆNA, Andronici Ducæ filia, Joannis Ducæ Cæsaris, Constantini Ducæ Imperatoris fratris, nepte: quæ eo anno, quo conjux Imperator acclamatus est, nondum decimum quintum ætatis annum excesserat. Illius præclaras animi & corporis dotes mire extollit in Alexiade sua Anna filia. [h] Sub vitæ exitum, monachæ habitu sumpto, XENE dicta est. [i] Alexio superstes, ex eo tres filios, & quatuor sequioris sexus procreavit.

Edit. Paris. pag. 176.

Liberi Alexii Comneni Imp. ex Irene Ducæna.

V. JOANNES COMNENUS Imperator, de quo mox.

V. ANDRONICUS COMNENUS, [k] Sebastocrator a patre dictus, [l] in prælio contra Turcos viriliter pugnans, in ipso ætatis flore occubuit, paulo ante excessum patris. Hunc uxorem duxisse testatur Zonaras: sed an prolem susceperit, non omnino constat.

V. ISAACIUS COMNENUS, Sebastocrator, a quo Principes ac Imperatores Trapezuntini genus ducunt, de quibus agimus in secunda parte stemmatis Comnenici.

V. ANNA COMNENA, Porphyrogenita, [m] nascitur Constantinopoli in Porphyra, Palatii triclinio, Kal. Decemb. Ind. VII. an. Chr. MLXXXIII: [n] paucisque post diebus Imperatorio diademate donatur: femina ingentis spiritus, & omnigena scientiarum laude clarissima, quod satis superque testatur præclara ejus Alexias, quam pro viribus illustrare nuper conati sumus. [o] Hanc a teneris annis Constantino Ducæ Porphyrogenito, Michaelis Ducæ Imperatoris ex Maria Ibera filio, despondit pater: [p] quo ante nuptias mortuo, nubilem ambivit Sultanus in sponsam, sed tandem obtinuit [q] NICEPHORUS BRYENNIUS, Cæsar primum, deinde [r] Panhypersebastus a socero dictus. [s] Ægrotante Alexio, Irene conjux, plus quam decebat in filiam & generum propensior, Bryennio, ut facundia præstantissimo, & rebus gerendis idoneo, imperium asserere annixa est: ipseque Bryennius, impellente Anna conjuge, sub ipsa Joannis Comneni, Alexii filii primogeniti, qui Augustus acclamatus fuerat, imperii initia, irrito conatu Imperatoriam ambivit dignitatem. Fuit pariter Nicephorus Bryennius omni disciplinarum genere instructissimus, historiamque scripsit rerum sui temporis, non semel ab Anna conjuge laudatam, quam e tenebris erutam, summo litterarum bono, cum tersissima interpretatione protulit in lucem vir disertissimus & summæ eruditionis Petrus Possinus, & quam pariter notis illustravimus. [t] Illa vero marito superstes vitam produxit ad tempora Manuelis Augusti. Annæ sepulchrum, inquit [u] Martinus Crusius, adhuc extare ajunt Constantinopoli in templo Patriarchali, ex integro lapide, a terra surgens altius ad parietem, in quo incisa visitur aquila. Illustris porro fuit admodum Bryenniorum gens, [x] quæ Hadrianopoli in Macedonia, seu Thracia, ubi sedem fixerat, Constantinopolim migravit. Primus ex ea memoratur [y] BRYENNIUS Patricius, qui Leone Iconomacho imperante vixit, ut est in Menæis. Sed cum ibi addatur Bryennium a Theodora Augusta Legatum missum ad Bulgarorum Regem, videtur potius vixisse sub Theophilo Iconomacho, cujus uxor Theodora imperium tenuit sub Michaele filio. Hunc apud scriptores excipit *Nicephorus Bryennius*, [z] Ethnarcha a Constantino Monomacho appellatus, [A] Cappadociæ postea a Michaele Stratiotico Præfectus, qui Macedonicarum Copiarum, quibus præerat, ope, imperium affectans, oculis privatus est, eo anno, quo Isaacius Comnenus Augustus est acclamatus, Christi scilicet MLVII. Nicephoro filius fuit *N. Bryennius*, dignitate Curopalata, qui adversus Scythas cum imperio missus, multa ex iis trophæa statuit. Id ex Bryennii Commentariis potissimum discere est, Nicephori, qui postmodum imperium ambi-

a *Manass. ed. veg. p. 162.*
b *Cinnam. l. 5. n. 14. 15.*
c *Balsamon in ep. ad Amphil. c. 69.*
d *Nicet. in Alex. l. 3. n. 6.*
e *an. 1279.*
f *Zonar. p. 228. E.R. Idem p. 231. Lambecius lib. 5. Bibl. Cæs. p. 254.*
g *Anna l. 2. p. 59. E.R.*
h *Menæa 13. Aug.*
i *Nicet. in Joan. n 2.*
k *Zonar. p. 237. E.R.*
l *Anna l. 5. p. 475. E.R.*
m *Ann. l. 6. p. 166. E.R.*
n *Anna p. 167. Zonar. p. 237. E.R.*
o *Bryen. in præf. n. 8. Zonar.*
p *Ann. l. 6. p. 177. E.R.*
q *Anna. Zonar.*
r *Anna l. 13. p. 405. E.R.*
s *Nicet. in Joan. n. 2. 3.*
t *Anna in Præfat. & l. 7. & 14. p. 191. & 447. E.R.*
u *In Not. ad hist. Polit. p. 46.*
x *Anna l. 10. p. 274. 275. E.R. Scyl. p. 791. E.R. Nicet. in Joan. n. 2.*
y *Menæa 26. Dec. in S. Evaresto.*
z *Scyl. p. 787. E.R.*
A *Idem p. 794. Zonar. p. 210. E.R.*

vit, matrem Annam Curopalatissam appellantis. [a] Ex Annæ cum Curopalata Bryennio nuptiis enati filii duo, *Nicephorus* & *Joannes*. *Nicephorus Bryennius II.* dignitate Magister & Proedrus, præterea Bulgariæ & Dyrrachii Dux, sub Romano Diogene, [b] a quo Dux totius Occidentis dictus est, præclaras res gessit, ac tandem, Michaele Duca & Botaniata imperantibus, [c] defectionem molitus, Imperatoria sumpsit insignia Hadrianopoli. Sed victus & captus ab Alexio Comneno Magno Domestico Occidentis, postmodum Imperatore, oculis effossis, [d] vitam ad ejusdem Alexii tempora produxit. [e] *Joannes* dignitate Magister, Nicephori frater, Curopalata & Magnus Domesticus ab eo renuntiatus, dum Cizycum invadere conatur, ab Ursello Baliolensi profligatur: deinde ab Alexio captus, una cum fratre in carcerem conjicitur, tandemque a Varangis occiditur Constantinopoli. Joanni filius fuit, cui Tarchaniotæ, viri nobilis, sororem Helenam despondit pater. A Nicephoro vero Joannis fratre prodiit [f] *Nicephorus Bryennius III.* Patricius, qui in eodem prælio, quo pater, captus, & postea perinde oculis privatus est. Ex Patricio vero Nicephoro prodiere *Nicephorus* & N. filia nupta Mariano Maurocatacaloni. Ita enim diserte Nicephorum maritum, Nicephori Cæci ἔγγονον appellat Anna, qua voce non semel utitur pro ex filio nepote: licet Zonaras pergeram tradat Nicephorum Annę conjugem, fuisse primogenitum filiorum Nicephori Cæci. *Nicephorus Bryennius IV.* Cæsar & Panhypersebastus ex Anna Comnena, Alexii Augusti filia, [g] *Alexium* procreavit, qui ob maternam originem, *Comneni* cognomen assumpsit. [h] Is Abasgiæ Principis filiam sibi despondit, Alexio avo extremum spiritum ducente. [i] postea a Manuele Imperatore Magni Ducis dignitate donatus, una cum Joanne Duca adversus Willelmum Siciliæ Regem cum navalibus copiis missus est anno MCLIV. rebusque initio sat prospere gestis, a Rege, qui nova auxilia conduxerat, superatus & captus, in Siciliam abductus est. [k] Dehinc redux, ab eodem Manuele cum *Nicephoro Bryennio* Sebasto, qui Manuelis Augusti ex sorore neptem duxerat, missus est Antiochiam, quo Mariam Raimundi Antiocheni Principis natam ipsi Manueli in uxorem deposceret. Scribit [l] Balsamon Nicephori istius filiam Theodoro Mesavitæ Imperatorio Grammatico nuptum datam, nuptiasque propter generis & familiæ disparem gradum, & quod inconsulto Manuele Imperatore essent initæ, ejusdem Augusti opera & præcepto rescissas. [m] *Andronicus Comnenus*, Alexii filius, Thessalonicæ Præfectus, affectatæ tyrannidis reus, carceri mancipatus, & oculis exutus est sub annum Christi MCLXXXIX. [n] Hujus filius, ita afflicto parente, in ædem Sophianam confugit, quo a prætereunte plebe Imperator salutaretur. Sed priusquam causa ejus ingressus vulgo innotesceret, pro seditioso comprehensus, oculis pariter privatus est. Qui deinceps apud scriptores recensentur Bryennii, ab alio stipite, quam Nicephori I.V. cujus posteri Comneni dicti sunt, profluxere. In his præter Nicephorum Bryennium, cujus mox memini, occurrunt [o] *Josephus Bryennius*, qui a Manuele contra Hungaros missus est sub annum Christi MCLXXIII. [p] *Bryennius*, Mensæ Imperatoriæ Præfectus sub Andronico Palæologo: [q] *Georgius Bryennius*, Stenimachi & Zepenes urbium Præfectus, [r] postea Magnus Drungarius: & [s] *Joannes Bryennius*, qui sub utroque Andronico Palæologis vixere: [t] *Michael Bryennius*, Stenimachi Præfectus, qui in prælio contra Turcos occubuit, Andronico juniore imperante: [u] *Josephus Bryennius*, Monachus, patria Constantinopolitanus, qui floruit sub Manuele Palæologo anno Christi MCCCC. cujus scripta varia in rebus Theologicis recensent Leo Allatius, Philippus Labbeus, & alii: denique [x] *Manuel Bryennius*, qui complura scripsit de rebus Mathematicis opera, quæ asservantur in Bibliotheca Regis Christianissimi, qui si idem, cujus mentio est apud [y] Cantacuzenum, vixit sub Andronico Palæologo seniore.

Edit. Paris. pag. 177.

V. MARIA COMNENA, Porphyrogenita, [z] lucem excepit anno MLXXXV. hanc parens GREGORIO GABRÆ, aut GAVRÆ despondit, [A] filio Theodori Gabræ, viri inclyti ex Chaldæa oriundi, Ducis Trapezuntini, quam quidem urbem Turcis abstulerat. Gregorio, ni fallor, frater fuit [B] *Constantinus Gabras*, qui Alexio imperante Philadelphiæ Ducatum obtinuit, [C] idem forte qui sub Joanne & Manuele (nisi filium malint alii) Trapezunte tyrannidem invasit. Ejusdem etiam stemmatis fuere [D] *Constantinus Gabras*, qui floruit sub Basilio Porphyrogenito: [E] *Michael Gabras*, qui in Michaelem Paphlagonem conspiravit: [F] & alter *Michael Gabras*, qui Eudociam Comnenam, Andronici tyranni filiam, uxorem duxit. Perstitit hæc Gabrarum familia etiam post expugnatam a Turcis Urbem. [G] Observo enim *Joannem Gavram*, inter Nobiles Græcos, qui eorumdem Turcorum tyrannide patria expulsi, in Franciam transferunt sub annum MCCCCLIV. & a Carolo VII. Rege pensionum beneficia aliqua impetrarunt. [H] Mariæ filiæ, repudiato postmodum ac dimisso pro suæ libidine Gregorio, alium adscivit sponsum Alexius, NICEPHORUM CATACALONEM, quem ille Sebastocratoris dignitate donavit, [I] *Constantini Euphorbeni Cataculonis* filium. Ex alterutro Mariæ conjugio, (quamquam ex secundo probabilius videtur) nati *Alexius* & *Andronicus*, qui in [K] Actis depositionis Cosmæ Patriarchæ Constantinopolitani anno MCXLIV. filii Mariæ Porphyrogenitæ, Annæ Cæsarissæ sororis, dicuntur: ex quibus Andronicus idem videtur cum *Andronico Euphorbeno*, Ciliciæ Præfecto sub Manuele, cui ἀδελφὸς fuisse dicitur [L] a Cinnamo. Familiæ porro Euphorbenorum & Catacalonum admodum illustres Constantinopoli habitæ sunt. [M] *Georgii Euphorbeni* non semel meminit Anna in Alexiade. Catacalonas nude interdum ac simpliciter, quandoque etiam variis adjunctis epithetis, aut cognominibus, propter nescio quas maternas origines, prout tunc in Græcia usus invaluerat, passim efferri apud scriptores licet ani-

pag. 178.

a *Bryen. l. 3. n. 7. l. 4, n. 3.* E.R. *Scyl. p. 838.* E.R. *Zon. p. 223, 229.* E.R.
b *Bryen. l. 3. n. 13.* E.R.
c *Idem l. 3. n. 2. Anna l. 1. p. 16. Scyl. p. 858. Zon.* E.R.
d *Ann. l. 7. p. 191.*
e *Bryen. l. 3. n. 4. 5. 7. 11. l. 4. n. 6.* E.R. *Anna l. 1. Scyl. p. 850.* E.R. *Zon. p. 230.* E.R.
f *Bryen. l. 3. n. 9. l. 4. n. 12. 13. 14.* E.R. *Annal. 31. p. 15. l. 10. p. 274.*
g *Nicet. in Man. l. 2. n. 7.* E.R.
h *Zonar. p. 244.*
i *Nicet. ibid. Cinn. l. 4. n. 12. Allatius de Consens. utr. Eccles. l. 2. c. 12.* E.R.
k *Cinn. l. 5. n. 7.* E.R.
l *In Epist. Balf. ad Amph. c. 31.*
m *Nicet. in Isaac. l. 3. n. 2.* E.R.
n *Idem c. 3.*
o *Cinn. l. 5. n. 17. l. 6. n. 7.* E.R.
p *Pach. l. 4. c. 28.*
q *Cantacuz. l. 1. c. 36. 37.* E.R.
r *Id. l. 1. c. 55.*
s *Id. l. 3. c. 87.*
t *Id. l. 3. c. 56. 70.*
u *Allat. de Cons. utr. Eccl. l. 2. c. 18. n. 14. & in tract. de Simeon. p. 88. 94. 95. 98. 100. Labbeus in Nova Bibl. p. 117. 118.*
x *Simleri Bibl. Labbei Nova Bibl. p. 117. 118. Rob. Const. p. 101.*
y *l. 1. c. 11.*
z *Anna l. 6. 8. 15. p. 167. 240. 502. 504. Zonar. p. 237.* E.R.
A *Anna l. 8. 11. 12. p. 239. & seq.*
B *Anna l. 13. 14. p. 395. 429. 431.*
C *Nicet. in Joan. n. 9. in Man. l. 3. n. 6.* E.R. *Cinnam. l. 1.* E.R.
D *Scyl. p. 640.* E.R.
E *Idem p. 670.*
F *Nicet. in Man. l. 4. c. 3.* E.R. *Cinn. l. 5. n. 12.* E.R.
G *Comput. Mat. de Beauvarlet an. 1454. 1455.*
H *Anna l. 10. p. 276. Zonar.* E.R.
I *Bryen. l. 4. n. 7.* E.R. *Ann. l. 10. p. 276.*
K *Leo Allat. l. 2. de Concord. c. 12.*
L *Cinn. l. 5. n. 12. l. 6. n. 11.* E.R.
M *Anna l. 7. & 10. p. 189. 192. 273.*

madvertere. Catacalones plures recenſent iidem, ac [a] *Leonem* quidem *Catacalonem*, Excubiarum Præfectum, Photii Patriarchæ CP. cognatum, imperante Michaele Theodoræ filio: [b] *Catacalonem Abdelam*, dignitate Magiſtrum, ſub Leone Philoſopho: [c] *Conſtantinum Catacalonem*, Nobiliſſimum, Nicephori Mariæ Comnenæ maritum, & *Nicolaum Catacalonem* ſub Alexio Comneno, præterea [d] *Andronicum Catacalonem* ſub Alexio Angelo. Alia fuit familia MAUROCATACALONUM dicta: ex qua prodiere *Maurocatacalon*, cujus meminit [e] Scylitzes in Stratiotico: [f] *Gregorius* & [g] *Nicolaus* ab Anna memorati, & [h] *Marianus Maurocatacalon*, Nicephori Bryennii ſororis maritus. Nec ſcio an familia Catacalonum Ambuſtorum, ſeu Κεκαυμένων, eadem fuerit cum priore, ut qui Mauri, a cutis nigredine, Ambuſti etiam dicti eadem de cauſa fuerint. Certe Catacalonum Ambuſtorum mentionem non ſemel fieri apud ſcriptores comperio. Occurrunt enim apud [i] Zonaram & [k] Scylitzem *Catacalon Ambuſtus*, Colonæa minoris Armeniæ oppido oriundus, qui Meſſanam adverſus Saracenos egregie tutatus eſt ſub annum Chriſti MXLII. [l] Idem forte qui poſtea Antiochiæ Dux, [m] & ab Iſaacio Comneno Imperatore Curopalata dictus fuit: præterea [n] *Veſtes Catacalon Ambuſtus*, Iberiæ Præfectus, imperante Monomacho: & *Michael Catacalon Ambuſtus* ſub Alexio, quem [o] Nicephorus Bryennius Joſephi Tarchaniotæ Antiochiæ Ducis filium fuiſſe ait.

V. [p] EUDOCIA COMNENA, Alexii Imperatoris filia tertiogenita, [q] a patre CONSTANTINO JASITÆ filio uxor data eſt, a quo peſſime & contra generis dignitatem habita, ſoluto matrimonio, in Monaſterium conceſſit. [r] Qui quidem Conſtantinus filius fortean fuit *Michaelis Jaſitæ*, qui Monomacho imperante floruit. [s] Alios Jaſitas memorant alicubi Anna & Scylitzes.

V. THEODORA COMNENA, Porphyrogenita, uxor fuit CONSTANTINI ANGELI, nobilis Philadelphienſis, a quo reliqua Angelorum, qui poſt Comnenos Imperium obtinuere, ſtirps profluxit. Has tantum quatuor filias Alexio tribuit Zonaras; quarum alteram in uxorem expetiiſſe Guillelmum Apuliæ & Calabriæ Ducem, Rogeri Ducis filium, auctor eſt [t] Collenutius: ſed a Græcis repulſam paſſum, Conſtantinopoli, quo nectendæ neceſſitudinis ergo conceſſerat, in Apuliam ſtatim reverſum, paulo poſt exceſſiſſe anno Chriſti MCXXVI. Verum dubiæ prorſus fidei hæc videntur, cum patre adhuc ſuperſtite, has ab eo nuptum datas ex ſcriptoribus omnino conſtet.

V. JOANNES COMNENUS Imperator, [a] CALOJOANNES etiam quibuſdam dictus, naſcitur anno Chr. MLXXXVIII. Ind. XI. [x] nec multo poſt, anno ſcilicet MXCII. corona donatur: ac tandem Alexio Parenti in imperium ſuccedit. Vir, inquit [y] Antiſtes Tyrius, inclytus, liberalis, pius, clemens, & miſericors. [z] Fuit autem ſtatura mediocri, carne & capillo niger, unde & MAURI cognomentum ei inditum, facie deſpicabili, ſed moribus conſpicuus, & actibus inſignis militaribus. [A] Defunctus eſt ſub Anavarza ſecundæ Ciliciæ Metropoli, in loco qui dicebatur *Pratum Palliorum*, cum inter venandum ſagittæ toxico illitæ acie ſe ipſum in ea manu vulneraſſet, qua regebat arcum, graſſante paulatim veneno De anno quo exceſſit diſcrepant ſcriptores. [b] Tyrius & [c] Ægidius de Roya mortuum ſcribunt ann. MCXXXVII. menſe Aprili, imperii XXVII. Nangius anno MCXXXV. [d] Robertus vero de Monte, anno MCXLI. [e] At cum plerique e Græcis regnaſſe dicant Joannem annos XXIV. menſes VIII. conſequens eſt ut annus obitus ejuſdem in annum MCXLIII rejiciatur, quo & interiiſſe Joannem tradunt [f] Otho Friſingenſis & [g] Albericus. [h] Cinnamus Joannem ait regnaſſe annos XXV. menſes VII. licet de menſe quo exceſſit cum cæteris conveniat. [i] Codinus denique, ſive quiſquis eſt auctor Chronici eidem ſubjuncti, controverſiam hanc dirimit, ſcribens denatum anno Mundi juxta Græcos MMMMMMDCLI. qui in annum Chriſti MCXLIII. cadit, Kal. April. cum imperaſſet annos XXIV. menſes VII. dies XXIII. Sic enim legendum ſuadet characteriſmus annorum Manuelis ab eodem obſervatus, cum perperam dies XVII. tantum ibidem exarati legantur, pro XXIII. [k] Uxorem duxerat ſuperſtite adhuc parente, [l] ante annum MCV. IRENEM, Hungariæ Regis filiam, uti teſtatur Zonaras, Ladislai ſcilicet. Nam [m] Cinnamus, qui unicus, ni fallor, Auguſtæ nomen prodit, in eo videtur falli, quod Stephanum Hungariæ Regem, & Almum, qui Conſtantinopolim Joanne imperante fugiens conceſſit, fratres fuiſſe dicat: cum Stephanus Calamani filius, Almus vero Calamani frater fuerit; quo in errore verſatur etiam Nicetas, uti alias a nobis obſervatum eſt. Fuit igitur Irene Calamani & Almi ſoror, [n] præterea Sophiæ, quæ ſecundis nuptiis Magno Saxoniæ Duci conjugio eſt nexa, ut eſt in Chronico Weingartenſi. [o] Exceſſit illa e vivis, marito ſuperſtite, anno MCXXIV. & in quodam Monaſterio, forte Pantocratoris, [p] ab ea ædificato, tumulo data eſt. [q] Pyriſcæ nomen eidem tribuunt paſſim ſcriptores Hungarici: ita ut admodum probabile ſit Græcos Irenes nomine donaſſe Auguſtam, quomodo actitare conſueverant, cum barbaras vel etiam Latinas Auguſtarum appellationes, quas ſuo efferre vix poterant idiomate, Græcis mutarent. Ex his porro patet hallucinatum [r] Ordericum Vitalem, ſcribentem Alexium per Ravendinum neſcio quem Legatum Conſtantiam Rogerii Principis Antiocheni filiam unicam, deinde per id temporis cæſo a Turcis Rogerio, eumdem Ravendinum filiam Balduini Regis Hieroſolymitani, Alexii nomine, pro filio Joanne in uxorem expetiiſſe; cum & longe antea Joannes conjugio eſſet illigatus, & anno MCXXXI. quo Rogerius interiit, haud ſuperſtes eſſet Alexius; niſi fortaſſe quod de Alexio putavit Ordericus, id de ipſo Joanne capiendum ſit,

Edit. Pariſ. pag. 179.

a *Nicet. Paphl. in vita Ignat. p. 722. E. R.*
b *Conſt. de adm. imp c. 45. Scylitz. p. 597. E. R.*
c *Annal. 10. p. 274. 276. E. R.*
d *Nicet. in Alex. l. 1. n. 7.*
e *p. 802.*
f *Anna l. 7. p. 190. E. R.*
g *Anna l. 8. & 10. p. 188. & ſeq. E. R.*
h *Anna l. 10. p. 277. E. R.*
i *Zonar. p. 189. E. R.*
k *Scyl. p. 751. E. R.*
l *Zon. p. 209. E. R. Scyl. p. 793. E. R.*
m *Idem p. 760.*
n *Anna l. 11. & 13. p. 24. 389.*
o *l. 2. n. 28. l. 4. n. 6. 7. Anna l. 1. p. 11. E. R.*
p *Anna l. 15. p. 502. 505. E. R.*
q *Zon. p. 237. E. R.*
r *Scylitz p. 766. E. R.*
s *Anna l. 5. p. 147. Vide Notas.*
t *Collenut. l. 3. Blond.*
u *Anſelmus Havelsberg. Epiſt. l. 1. dial. c. 10. Petr. Abb. Clun. l. 2. ep. 39. Otho Friſ. l. 7. c. 28. Romuald.*

x *Anna p. 167. E. R. Ughell. tom. 6. p. 138. 39.*
y *Tyr. l. 15. c. 23.*
z *Anna & Tyr.*
A *Tyr. Nicetas, Cinnam Chron. M. Belg. p. 160.*
B *loco cit.*
C *Ægid. de Roya an. 1117. 1137.*
D *Nang. in chr. ann. 1141.*
E *Nicetas in Joan. c. 11. Joel. Ducas c. 1.*
F *Otho Friſ. l. 7. c. 28.*
G *an. 1143.*
H *Cinnam. l. 1. n. 10.*
I *Codin. p. 80. E. R.*
K *Zonar. p. 240. E. R.*
L *Anna l. 12. p. 356. E. R.*
M *Cinnam. l. 1. n. 4. Vide Not. p. 430.*
N *Chron. Vveingart. c. 10.*
O *Cinnam. l. 1. n. 6. l. 5. n. 4.*
P *Guntber. in hiſt. CP. c. 19.*
Q *Thvvrocz. c. 63. Bonfin. Piſtor.*
R *Ordericus. l. 11. p. 830.*

qui extincta Irene uxore, anno scilicet MCXXIV. ad alias nuptias animum adjecerit.

A

VI. ANDRONICUS COMNENUS, de quo mox.

VI. ISAACIUS COMNENUS, Sebastocrator. } De his post Andronicum.

VI. MANUEL COMNENUS, Imperator. }

Liberi Joannis Comneni Imp. ex Irene Hungara.

VI. ALEXIUS COMNENUS, [a] nascitur Ind. XIV. anno Chr. MCVI. circa Balabistam Macedoniæ oppidum, cum una eodem partu filia. [b] A Joanne patre Imperator acclamatus, & calceis puniceis donatus, [c] ipso adhuc superstite, ex febri diem clausit extremum Attaliæ, Pamphyliæ Metropoli, in ea expeditione, quam parens in Syriam ultimo suscepit. [d] Extitit Isaacio Angelo imperante, qui Alexium tamquam adhuc superstitem mentitus, fabulam tanta egit solertia, & Alexii personam ea dexteritate induit, ut & comam ejus flavescentem, & linguam balbutientem referret. Scribit [e] Theodorus Balsamon Alexii conjugem, cujus nomen & familiam scriptores non prodidere, cum in gravem morbum incidisset, usam quorumdam magorum præstigiis, quibus pristinam sanitatem reciperet: frustraque hac nefasta tentata via, & veneficis post necatos variis per cereas imagines incantationibus, aliquot nobilissimæ fœminæ domesticos, evanescentibus ac clam recedentibus, tandem diutine vexatam, vita excessisse. Sed quod addit post ejus mortem, tempore Leonis Styppæ Patriarchæ Constantinopolitani, nonnullos ejus cognatos & subditos punitos, quod nefariæ magorum operationi & credidissent & manum dedissent, vix fidem meretur: siquidem verum sit quod refert [f] Cinnamus, Alexii conjugem etiamnum fuisse superstitem, cum Manuel Irenem Alemannam uxorem duxit, anno nempe MCXLIV. qua tempestate Leo Patriarcha e vivis abierat, ut auctor est [g] Nicetas.

B

Filia Alexii Comneni.

VII. N. COMNENA, [h] uxor data est a Manuele Imperatore ALEXIO Protostratori, Joannis Axuchi, [i] origine Turci, ac Magni Domestici, [k] qui Joanne & Manuele imperantibus rerum summam obtinuit, filio primogenito. [l] Is paternæ virtutis æmulus, adeo omnibus animi & corporis dotibus inclaruit, ut rei militaris, qua præcellebat scientia, & facundia, & in liberalibus artibus eruditio, præterea liberalitas, qua militum sibi conciliabat animos, aulicorum calumnias in eum concitarint; ipseque Manuel Agustus, sive ab iis impulsus, seu quod ejus potentiam vereretur, aut divitias appeteret, in ordinem redigeret, & rebus omnibus spoliatum, in quoddam Papycii montis Monasterium relegaret: in quo Monachi sumpto habitu, fortunæ mutationem, qua erat virtute, constantissime ferens, in ipsis pietatis exercitiis reliquum vitæ exegit. Uxor mariti innocentia, fide, atque constanti in Imperatorem observantia frustra expositis, cum permovere ejus animum ad misericordiam, nec a proposito deducere potuisset, mœrore obruta & confecta, vitam tandem exuit, duobus superstitibus liberis.

Edit. Paris. pag. 180.

VI. MARIA COMNENA, natu maxima, filiarum Joannis Imperatoris, Alexii soror gemella, JOANNI ROGERIO Cæsari uxor data est a patre, cui illa haud diu superfuit: excessit enim sub primos imperii Manuelis annos. Fuit autem Rogerius Italus, ac ex eadem, qua Capuani Principes, familia, uti pluribus observavimus in [m] Notis ad Cinnamum.

VI. N. COMNENA [n] nupsit STEPHANO CONTOSTEPHANO, [o] quem Manuel Imperator Magnum Ducem designatum cum classe adversus Siculos misit circa annum MCLX. quo in bello, dum Corcyræ arcem obsideret, saxi fragmento machina ab hostibus excusso, lumbos ictus, ex vulnere periit. [p] Stephani uxor, marito superstes, a fratre Manuele Corcyræ dominio postmodum donata est, ut Georgii Corcyrensis docent Epistolæ. Ex his nuptiis nati liberi aliquot, in quibus recensentur *Alexius*, *Andronicus*, & *Joannes Contostephani*. [q] *Alexius* a Manuele Imperatore cum copiis in Hungariam dux est delectus, ut Stephano Geisæ Hungariæ Regis fratri, cui ex fratre neptem uxorem dederat, regnum assereret anno MCLXI. [r] *Andronicus Contostephanus*, cum Joanne fratre, & exercitu terrestri, adversus Raimundum Principem Antiochenum pariter missus est. Deinde Magni Ducis dignitate donatus, bello adversus Hungaros anno MCLXVI. dux factus, victoriam insignem ex iis adeptus est. [s] Biennio post in ea expeditione, quam Manuel in Saracenos Ægyptios suscepit, classi præfuit: [t] ut & bello, quod contra Venetos gestum est anno MCLXX. [u] Sed tot rerum præclare gestarum gloriam extinxit ab Alexio Manuelis filio cum universo, cui præerat, exercitu ad Andronicum tyrannum defectio; a quo non multo post carceri mancipatus, perfidiæ pœnas luit. [x] Nam cum in eum conspirasset, cum aliquot aulicis comprehensus, cum quatuor filiis oculis privatus est. [y] Willelmus Antistes Tyrius defectionem procerum Constantinopolitanorum commemorans, *Alexium Megaducam Imperatoris consanguineum* hoc loco habet, qui scriptoribus Græcis Andronicus nuncupatur. *Joannes Contostephanus*, dignitate Sebastus, cujus non semel mentio occurrit apud [z] Nicetam & [A] Cinnamum, Andronici frater eidem [B] Nicetæ dicitur, apud quem pro Κοντοστεφάνε, reponendum indubie Κοντοστεφάνες. [C] Cinnamus auctor est Joannem a Manuele missum Tripolim, quo Melisendem Raimundi II. Comitis Tripolitani filiam ipsi Manueli in uxorem deposceret: de qua legatione agens [D] Tyrius, *virum illustrem*, & *Imperatoris consanguineum* fuisse refert. [E] Vitam produxit usque ad Isaacii tempora. [F] Occurrit præterea *Theodorus Contostephanus*, qui sub eodem Manuele in Cilicia contra Armenios fortiter pugnans occubuit; qui an Stephani fi-

C

D

a *Annal. l. 12. p. 356. E. R.*
b *Nicet. in Joan. c. 5. Cinnam. l. 1. 2.*
c *Nicet. c. 10. Tyr. l. 15. c. 19.*
d *Nicet. in Isaac. l. 3. n. 1.*
e *In Ep. Basil. ad Amph. c. 83.*
f *lib. 2. n. 4.*
g *In Man. l. 1. n. 2.*
h *Nicet. in Man. l. 2. n. 7. l. 3. n. 2.*
i *Id. in Jo. n. 3.*
k *Nicet. Cinnam. Tyr. l. 15. c. 23.*
l *Nicet. in Man. l. 4. n. 6. Cinn. l. 5. n. 6.*
m *pag. 436. E. R.*
n *Nicet. in Man. l. 2. n. 2. 3. Cinnam. l. 3.*
o *Ideml. 2. & 6.*
p *Baron. an. 1176.*
q *Nicet. in Man. l. 4. n. 1. Cinnam. Diocleat. in hist. Dalm.*
r *Nicet. in Man. l. 1. n. 2. l. 5. n. 1. Cinnam. l. 6. n. 7.*
s *Nicet. l. 5. n. 4. Tyr. l. 20. c. 14. 15. & seqq.*
t *Nicet. l. 5. n. 9.*
u *Nicet. in Alex. Man. F. n. 10. 17.*
x *Nicet. n. 17.*
y *l. 22. n. 1.*
z *In Isaac. l. 1. n. 5.*
A *lib. 5. n. 3. 7. l. 6. n. 7.*
B *In Man. l. 1.*
C *l. 5. n. 7.*
D *l. 18. c. 30.*
E *Nicet. loco cit.*
F *Cinnam. l. 2. n. 5.*

lius fuerit, haud constat. Contostephanorum porro familiæ originem altius non repetunt scriptores Byzantini, quam a [a] *Stephano* Magno Domestico Occidentis, imperante Basilio Bulgaroctono, qui ob staturæ brevitatem *Contostephanus* appellatus est: κοντὸς enim recentioribus Græcis *parvum* significat. Hunc excipiunt [b] *Isaacius Contostephanus*, Magnus Dux, sub Nicephoro Botaniata: & *Stephanus* ejus frater, sub Alexio Comneno circa annum MCIV. Ab alterutro prognatus *Stephanus*, Joannis Imperatoris gener, quem eumdem esse arbitror cum *Stephano* Panhypersebasto, qui sub annum MCXLIV. in [c] depositione Cosmæ Patriarchæ Constantinopolitani Imperatori Manueli assedit, licet ἐξάδελφος dicatur ejusdem Augusti in depositionis decreto, cum latiori significatione ea vox hoc loco accipi possit pro fororio, seu sororis marito, quem Latini *cognatum* interdum dicunt. Antiquus lapis Brixiæ: COGNATUS. DULCISSIMUS. SORORIO. AMANTISSIMO. Idque vel etiam patet ex eo quod Joannes Rogerius Cæsar, qui Mariam Manuelis sororem uxorem duxerat, Imperatoris ἐξάδελφος perinde dicitur. Occurrunt deinde Contostephani aliquot alii, atque in iis *Alexius Contostephanus*, in quem extant exarati hi Jambi:

Edit. Paris. pag. 181.

Στομῶσι καλῶς Χριστομάρτυρες δύο
Κοντοστεφάνε τῷ παύθλῳ Ἀλεξίε,
Ὁ μὲν λεόντων εἰς σφαγὰς ἧβ εἰς δύσιν,
Ὁ δὲ δρακόντων εἰς τομὰς ἧβ εἰς ἕω
Ὡς τῷ φλογίνῳ, Πέρσα, ῥομφαίαν τρίσον,
Κοντοστεφάνε τῷ παύθλῳ Ἀλεξίε.
Οἱ μάρτυρες γὰρ πῦρ ἀκοντίζουσί σοι·
Φυγὲ πτοηθείς, μὴ τὸ πῦρ σε φροθάσῃ·
Κοντοστέφανος ψαλμικῶς δοκεῖ λέγειν,
Οὐ τῆς παύθης σώσει με τὸ σίλβον σόμα.
Κοντοστεφάνε τῷ παύθλῳ Ἀλεξίε
Τῷ δίστομον φρὶν, καὶ φρὸ ἧβ τυπωμάτων,
Τετράστομου ποιῆσι μάρτυρες δύο,
Ὡς ἄλλο διπλοῦν ἀκονιδέντες σόμα,
Perruminant duo rite Christi martyres
Contostephani ensem Alexii inclyti:
Alter leonum ad Occidentis funera,
Alter draconum cædem ad Orientalium
Persa, machæram flammeam horrescens time
Contostephani optimique Alexii.
Nam martyres jaculantur ignes nunc tibi;
Perterritus fuge, ignis ut te haud occupet.
Alexius sculpens in ense martyres
Contostephanus videtur psalmice
Proferre; Me haud gladii nitens servat acies:
Vis mira Theodori sed & Demetrii.
Contostephani machæram Alexii
Prius bicipitem, insignibus nondum editis
Quadricipitem fecere martyres duo:
Ut si chalybi artem addidissent triplicem.

Verum qua tempestate vixerit Alexius iste Contostephanus, cujus egregia animi fortitudo tantopere hic effertur, ex hisce versibus assequi vix licet, donec lux alia ex scriptoribus affulgeat. Memorantur igitur præterea [d] *Andronicus Contostephanus*, Irenes Comnenæ, Alexii Angeli Imperatoris filiæ, conjux: & [e] *Theodorus Contostephanus*, Protosebastus sub Joanne Vatatze. [f] Stetit hæc familia etiamnum sub Palæologis in ipsa Græcia, [g] a qua transiit in Cypri insulam, ut auctor est Stephanus Lusinianus.

VI. N. COMNENA THEODORUM VATATZEM

in conjugem habuit, cujus opera Manuel Imperator variis in bellis usus legitur apud Cinnamum. De Theodori liberis & familia plura dicemus infra in stemmate Vatatzarum.

VI. ANDRONICUS COMNENUS, Joannis Imperatoris filius secundogenitus, ab eodem [h] Sebastocrator dictus, [i] cum ex illius mandato Alexii fratris, qui Attaliæ obierat, cadaver mari in urbem advexisset, haud multo post ipse morbo correptus, Constantinopoli vitam pariter exuit circa annum MCXLII. [k] Willelmus Tyrius Attaliæ, eodem ferme quo frater tempore, decessisse scribit. Uxorem duxerat IRENEM, cujus impulsu Annales suos politicis versibus exaravit Constantinus Manasses: [l] quod libri lemma docet, prout a Leunclavio editum est, hocce verborum contextu: *Proœmium Constantini Manassis ad dominam Irenem conjugem Andronici Sebastocratoris Manuelis Imperatoris fratriam.* Nihil enim, aut sane prave sonat, quod Græce editum est a Meursio. Scripsit autem Manasses Manuele imperante, [m] ut ipsemet testatur.

Liberi Andronici Comneni ex Irene.

pag. 182.

VII. JOANNES COMNENUS, [n] cum in quodam ludicro & equestri certamine ad Heracleam ictu adverso hastæ oculum alterum amisisset, ab Imperatore Manuele, quo ille casum solatio levaret, Protovestiarii, deinde Protosebasti dignitatibus donatus est, [o] Periit in prælio contra Sultanum Iconiensem circa annum MCLXXIV. Perhonorificam de Joanne mentionem non semel facit [p] Tyrius, scribens *inter Illustres sacri Palatii primum obtinuisse locum*, fuisseque *virum egregiæ liberalitatis & memorandæ magnificentiæ.* [q] Cinnamus vero ab elegantia & forma corporis eumdem commendat.

Liberi Joannis Comneni Protosebasti.

VIII. ALEXIUS COMNENUS, Joannis Protosebasti filius, & Stephani Comneni Magni Drungarii πρῶτος ἐξάδελφος dictus, in quodam Decreto Nicolai Muzalonis Patriarchæ CP. qui sub Manuele Comneno vixit, uxorem duxit filiam Magni Domestici.

VIII. MARIA COMNENA, [r] nupsit AMALRICO Regi Hierosolymitano anno MCLXVII. IV. Kal. Sept. & ex eo *Isabellam* filiam unicam procreavit, Hunfredi de Torono, deinde hocce divulso matrimonio, Conradi de Montferrato uxorem. [s] Functo Amalrico, BALIANUM DE IBELINO, Baliani senioris filium, circa annum MCLXXVI. in secundum maritum assumpsit. *Balisantum* nuncupat [t] auctor Historiæ Hierosolymitanæ. At cur [u] Conradus Abbas Uspergensis *Polinæ* nomen Mariæ tribuat, plane mihi incompertum.

VIII. NN. alias præterea Joanni extitisse filias videtur innuere Cinnamus, dum ait unam ex Joannis filiabus datam Amalrico in uxore [m].

VII. [x] ALEXIUS COMNENUS, Andronici Sebastocratoris filius secundogenitus, [y] Protostrator

a *Zonar. p. 175. E. R. Scylitz. p. 695. E. R.*
b *Ergen. l. 4. n. 39. Anna l. 12. 13. p. 365. 395. 396. E. R.*
c *Apud Allat.*
d *Nicet. in Alex. l. 1. n. 2. 5. Acrop. c. 5. 40.*
e *Acrop. c. 48.*
f *Cantac. l. 3. c. 75.*
g *Steph. in Lusin. in hist. Cyp.*
h *Nicet. in Joan. n. 5.*
i *Idem in Joan. n. 10. In Man. l. 1. n. 2. Cinnam. l. 1.*
k *Tyr. l. 15. c. 19.*
l *Edit. Basil. an. 1573. Ed. Reg. p. 162.*
m *p. 99. Ed. Leid.*
n *Cinn. l. 3. n. 17. Nicet in Man. l. 3. n. 2.*
o *Tyr. l. 21. c. 12.*
p *l. 18. c. 24. l. 20. c. 24. 26. l. 21. c. 21.*
q *l. 3. n. 17. Jus Græco. Rom. l. 3. p. 217.*
r *Tyr. l. 20. c. 1. Rob. de Monte an. 1167. Cinn. l. 5. n. 14. Geo. Villani l. 5. c. 14.*
s *Tyr. l. 21. c. 18.*
t *p. 1171.*
u *Usperg. an. 189.*
x *Nicet. in Man. l. 3. n. 2. Cinnam.*
y *Tyr. l. 18. c. 24.*

primum, deinde Protovestiarius, & Protosebastus, [a] extincto Manuele, summam rerum sub Alexio ejus filio obtinuit, favente ad id Augusti matre, [b] cum qua etiam stupri consuetudinem habere dicebatur: *vir arrogans*, inquit Antistes Tyrius, *& neminem præ se ducens hominem, aliis inconsultis principibus, cuncta pro suo disponens arbitrio, ita ut de cæteris æque nobilibus, & viris magnificis, nihil curare videretur.* Quæ quidem intoleranda superbia effecit, ut magnates Andronicum Comnenum ex Ponto, cui præerat, ad depellendum a rerum administratione Protosebastum evocarent: quorum ille ope Urbem ingressus, acta in ordinem ac suffocata Alexii Augusti matre, imperium arripuit, [c] captumque Protosebastum, excussis oculis, exsectisque præterea virilibus, in carcerem compegit.

Filius Alexii Comneni Protosebasti.

VIII. [d] STEPHANUS COMNENUS, Magnus Drungarius, uxorem duxit EUDOCIAM, Magni Domestici filiam, ac sororem Irenes, quæ Alexio Comneno Joannis Protosebasti filio nupsit, uti supra docuimus.

VII. MARIA COMNENA, bis nuptias iniit, [e] primum cum THEODORO DASIOTA, Nicephori Dasiotæ, cujus meminit [f] Cinnamus, fortassis filio: [g] qui cum incautius ab expeditione in Turcos rediens venaretur, ab iis captus, ad Iconiensem Sultanum perductus est sub annum MCXLIII. primo Manuelis anno. [h] Theodoro mortuo, alterum sibi adscivit conjugem Maria JOANNEM CANTACUZENUM, qui in prælio adversus eumdem Sultanum strenue dimicans a Turcis interemptus fuit.

VII. [i] THEODORA COMNENA, quam CALUSINAM appellare videtur [k] Willelmus Tyrius, [l] mulier supercilliosa & arrogans, & quæ comitatu plane regio utebatur, ex incestuosa cum Manuele Imperatore & patruo consuetudine filium peperit *Alexium*, prout in sequentibus dicetur.

Edit. Paris. pag. 183.

VII. EUDOCIA COMNENA, [m] tertia filiarum Andronici, cum mortuo marito, cujus nomen & familiam reticent scriptores, incestuosa Andronici Comneni, qui posthæc tyrannidem invasit, consuetudine diu abusa esset, [n] nupsit iterum MICHAELI GABRÆ, quem Manuel Imperator, bello adversus Hungaros suscepto, copiis militaribus præfecit circa annum MCLXXIII.

VI. ISAACIUS COMNENUS, Joannis Imperatoris filius tertiogenitus, [o] a patre Sebastocratoris dignitate donatus est. [p] Alexio & Andronico fratribus extinctis, Attalia, ubi obierant, Constantinopolim, quo eorum funus & exequias curaret, remissus est. [q] Nec multo post Joannes pater morti proximus juniorem filium Manuelem in capessendo Imperio Isaacio ex filiis, qui tum supererant, majori prætulit, quia prudentior, & in armis magis strenuus, & omnino affabilior videretur Isaacio, [r] qui ad iracundiam & crudelitatem plus æquo propensior, viro indignum nescio quid præ se ferebat: quam quidem injuriam a parente sibi illatam haud æquo primum animo passus Isaacius, cum aliquandiu a fratre in custodia habitus esset, tandem eidem reconciliatus est, ita ut mutua deinceps benevolentia sese invicem fratres complexi fuerint. [s] Isaacium tamen postmodum, quod affectare imperium etiamnum videretur, extimuit Manuel, adeo ut vitandarum ejus insidiarum causa thorace perpetuo indueretur.

Filiæ Isaacii Comneni Sebastocratoris.

VII. THEODORA COMNENA, [t] annum agens decimum tertium, BALDUINO III. Hierosolymitano Regi collocatur circa annum MCLVIII. [u] Quo extincto, Andronicus Comnenus, qui postea tyrannidem arripuit, Manuelem Imperatorem veritus, cum in Syriam transiisset, Theodoram clam inde abduxit, & in hostiles terras, Damascum primo, ac deinde in Persidem, favente Noradino, transvexit: [x] cujus consuetudine contra fas usus, ex ea liberos genuit *Alexium* & *Irenem*, prout inferius dicetur in Andronici elogio.

VII. MARIA COMNENA, [y] a Friderico I. Imperatore in uxorem expetita primum, [z] STEPHANO, Belæ cognomento Cæci Hungariæ Regis filio secundogenito, [A] qui tum Constantinopoli vitandarum Geisæ fratris Regis insidiarum causa morabatur, a Manuele Imperatore uxor data est. Is cum mortuo Geisa, Hungariæ regnum invadere niteretur, ab Hungaris veneno sublatus est.

VII. N. COMNENA, [B] uxor fuit CONSTANTINI MACRODUCÆ, [C] cujus opera variis in bellis usus est Manuel Imperator. [D] Is ab Andronico tyranno Panhypersebastus dictus, quod Isaacii Comneni, uxoris ex fratre nepotis, reditum procurasset in patriam; Isaacius vero motis in Andronicum, a quo id obtinuerat, armis cum Cyprum insulam occupasset, [E] ejusdem Andronici jussu lapidibus impetitus, inde semianimis palo affixus est circa ann. MCLXXXII.

VII. N. COMNENA, [F] mater ejusdem *Isaacii* Cyprii tyranni fuit, qui propter maternam originem COMNENI nomen assumpsit: at quis, & ex qua familia fuerit Isaacii pater, non tradidere, opinor, scriptores. Verum si conjecturæ locus datur, ex Ducæna fuisse vero est simile: cum [G] Nicetas scribat Andronicum Ducam & Euphrosynam Ducænam, Alexii Angeli Imperatoris conjugem, proxima Isaacium Cyprium affinitate attigisse. Quamquam haud inficias ierim ejusmodi necessitudinem ex Irene Ducæna Alexii Imperatoris uxore deduci posse. Ut ut sit, Isaacius Comnenus, quem Isaacii Manuelis fratris ex filia nepotem fuisse diserte ait [H] Nicetas, (neque enim ex sorore Manuelis genus duxit, uti vult [I] Rogerus Hovedenus) Armeniæ & Tarsensi Provinciæ ab eodem Imperatore Manuele præfectus, commisso cum hostibus prælio, captus est, & diutino carceri traditus. Manuele extincto, libertate tandem donatus, soluto ab Hierosolymitanis S. Joannis

a *Nicet. in Alex. Man. F. n. 1.*
b *Nicet. ibid. Tyr. l. 22. c. 10. 11. 12. Hoveden. p. 595.*
c *Nicet. in Alex. n. 11. Tyr. l. 22. c. 12.*
d *Jus Græc. Rom. l. 3. p. 217.*
e *Nicet. in Man. l. 3. n. 2.*
f *Cinn. l. 2. n. 19.*
g *Nicet. in Man. l. 1. n. 1.*
h *Nicet. in Man. l. 3. n. 2. Cinnam.*
i *Nicet. in Man. l. 3. n. 2.*
k *Tyr. l. 22. c. 8.*
l *Nicet. in Man. l. 7. n. 2.*
m *Nicet. in Man. l. 3. n. 2.*
n *Idem l. 4. n. 3. Cinnam. l. 6.*
o *Nicet. in Joan. n. 5.*
p *Tyr. l. 15. c. 23.*
q *Idem ibid. Nicet. in Jo. n. 12. Cinn. l. 1. & 2.*
r *Nicet. in Joan. n. 12. in Man. l. 1. n. 2.*
s *Cinnam. l. 3.*
t *Tyr. l. 18. c. 22.*
u *Tyr. l. 20. c. 2. Nicet. in Man. l. 4. n. 5.*
x *Nicet. in Man. l. 4. n. 5. in Alex. Man. F. n. 2. in Andr. l. 1. n. 4.*
y *Cinn. l. 5. n. 4. Otho Frisi. l. 2. de gest. Frid. c. 11. 31.*
z *Nicet. in Man. l. 4. n. 1. Cinn.*
A *Radevic. l. 3. c. 12. Guntber. l. 6. Ligur.*
B *Nicet. in Andr. l. 1. n. 5. 6.*
C *Idem in Man. l. 6. n. 2. 5.*
D *Idem in Andr. l. 1. n. 11.*
E *Ibid. n. 6.*
F *Nicet. in Andr. l. 1. n. 4.*
G *Nicet. ibi. & Alex. l. 1. n. 3.*
H *Nicet. locis cit.*
I *Hoved. p. 595.*

nis Militibus lytro, ab Andronico tyranno reditus in patriam facultatem impetravit, Constantini Macroducæ avunculi, & Andronici Ducæ cognati interventu, quibus id postea vita constitit. [a] Nam Isaacius ex pecunia Byzantio submissa copiis comparatis, & Cypro insula occupata, quam contra Andronici vires fortiter tutatus est, opem ferentibus Siculis, sese Imperatorem appellavit. *Edit. Paris. pag.* 184. Quæ quidem Isaacii defectio ita Andronici læsit animum, ut comprehensos Ducam & Macroducam morte damnavit. [b] At Isaacius Saladino fœdere junctus, cum in subditos perinde ac Latinos, qui per Cyprum in Palæstinam transibant, sævitia & crudelitate grassaretur, ipsiusque Richardi Angliæ Regis naves, quas tempestas valida e Sicilia in Syriam vela facientes in has oras conjecerat, suosque male accepisset, Richardus justa accensus ira, cum tota classe in portum irruit, insulam ascendit, initoque cum tyranno prælio, fusis illius copiis, ipsoque postmodum capto Alexio cum unigenita filia, totam insulam intra duos menses in suam potestatem redegit mense Julio, seu ut habet Bromptonus, Kal. Jun. pridie Pentecostes anno MCXCI. [c] Captam exinde insulam Templariis Militibus, & duobus nobilibus Anglis regendam commisit Richardus, ac deinde Guidoni Lusiniano Hierosolymitano Exregi vendidit, seu, ut habet Willelmus Neubrigensis, mera liberalitate donavit. Rem pluribus narrant scriptores [d] Græci & [e] Latini. Isaacius Hospitalariis Militibus in Castro Margato custodiendus datus, post aliquot annos opera custodis, quem corruperat, libertati restituturus est: cumque Euphrosynæ Ducænæ impulsu, crebris Alexii Angeli litteris revocaretur, redire renuit, se imperare, non parere didicisse dictitans. Tandem cum Asianos proceres ad defectionem frustra sollicitasset, veneno per pincernam, magnis largitionibus ab Imperatore, ut ferebatur, corruptum propinato interiit. Tradunt [f] Rogerus Hovedenus & [g] Bromptonus Græcos & Armenios qui in Cypro superarant, ac necdum Anglis fidem dederant, mortuo Richardo de Camvilla, cui insulæ præfectura a Rege demandata erat, novum sibi Imperatorem delegisse quemdam e progenie Isaacii Monachum, qui a Roberto Turnhemio fusus, captusque, patibulo suspensus est. Habuit, ut supra innuimus, Isaacius Cyprus [h] filiam unicam, quam Berengaria Angliæ Regina, in cujus comitatu erat, Romam, ac deinde in Angliam reduxit. Post hæc vero, cum Richardus a Leopoldo Austriæ Duce e Syria rediens captus, & Henrico Imperatori traditus esset, ac de ejus liberatione ageretur, [i] inter alias pacti conditiones, illa fuit, quod Richardus Imperatori Cypri, sine restitutione imperii, libertatem daret, filiamque ejus Austriæ Duci avunculo suo tradi curaret. Verum cum Balduinus Betunienſis, cui adducendæ principis fœminæ cura demandata erat, mortuum Austriæ Ducem, in itinere percepisset, hanc in Angliam ad Richardum Regem reduxit: quam postea sibi in uxorem adjunxit nobilis Flandrensis, ut auctor est [k] Sanutus: qui uxoris nomine ac jure regnum Cyprium sibi reddi, sed frustra, postulavit. [l] Filium præterea habuisse Isaacium scribit Rogerus Hovedenus: quod quidem si verum est, id saltem constat haud fuisse superstitem, cum Cyprus in Anglorum potestatem venit. Enimvero quod Leopoldum Austriæ Ducem Isaacii filiæ avunculum facit idem Rogerus, in eo videtur hallucinari, cum ea qua Leopoldum attingebat Isaacii filia necessitudo, proveniat ex parte Henrici Austriæ Ducis, Leopoldi parentis, qui secundis nuptiis uxorem duxerat Theodoram ex familia Imperatorum Constantinopolitanorum, [m] qua superstite, a Friderico I. Imperatore primus Austriæ Dux dictus est anno MCLVI. ut docet erectionis Diploma. [n] Hanc Manuelis Imperatoris ἀδελφιδῆν fuisse ait Cinnamus, hoc est fratris, aut sororis filiam, aut certe ex fratris vel sororis filio aut filia neptim. Unde conjicere licet Theodoram, quam [o] quidam neptim, alii filiam Imperatoris Constantinopolitani scripsere, quod is se revera Imperatorem dixisset, sororem fuisse Isaacii Cyprii tyranni; quandoquidem avunculi nomen tribuere videtur Hovedenus Leopoldo, seu potius Henrico Leopoldi patri, atque adeo eam affinitatem in causa fuisse, cur postmodum Leopoldus Richardum Regem, dum per Austriam in Angliam reverteretur, in carcerem conjecerit, quod scilicet Richardus matris fratrem captum pariter detineret: [p] quamquam nescius haud sum alias assignari causas ab historicis Richardi carceris: verum conditio redemptionis Richardi, cujus mox memini, pacto apposita, id prorsus videtur evincere. Obiit illa anno MCLXXXV. Recensentur præterea a scriptoribus aliquot Manuelis Imperatoris ex fratribus aut sororibus neptes, nullo alio indicio, ut supra monuimus, quam neptium appellatione, atque inprimis.

VII. EUDOCIA COMNENA, Manuelis Imperatoris neptis a quibusdam scriptoribus nuncupata, quam probabili argumento Isaacii Sebastocratoris filiam fuisse licet conjectare. [q] Hæc cum ab Alphonso II. Aragonum Rege in uxorem expetita ad eum deduceretur, pervenissetque Montempessulanum, Occitaniæ oppidum, ibique rescisset Alphonsum prioris oblitum fœderis, cum Sancia Alphonsi Castellæ Regis filia nuptias iniisse, WILLELMUM, Mathildis Ducissæ filium, urbis, in qua tum illa versabatur, dominum, magnæ spei adolescentem, & e prima Francorum nobilitate duxit anno MCLXXIV., Willelmus de Podio Laurentii diserte ait Willelmi de Montepessulano uxorem, neptem fuisse Manuelis Imperatoris Constantinopolitani. Hunc secuti sunt [r] Surita, [t] Elias Reusnerus, [u] Lucius Marineus Siculus, & alii. [x] Eudoxiam appellat Duchesnius, perperam Mathildem, Surita & Gomesius. Sed errat Duchesnius, dum Manuelis filiam fuisse contendit: quo in errore versantur etiam Gomesius & [y] Chifletius, forte quod *Imperatrix* appellata legatur in veteribus Chartis. [z] Putavit Catellus GRÆCAM appellatam, quod apud Willelmum de Podio-Laurentii legisset hæc verba: *cujus* (Mariæ) *matrem Græcam nomine, neptem Emanuelis Imperatoris repudiaverat*. Sed nemo non videt pro *nomine*, legendum *natione*: vel certe Wuillelmum de Podio-Laurentii Græcam appellatam fuisse sua ætate innuere, quod Græca *pag.* 185.

a *Nicet. in Isaac. l.* 1. *n.* 5.
b *Brompton. p.* 1197.
c *Rigordus an.* 1191. *Sanut.*
d *Nicet. locis cit.*
e *Rigordus p.* 32. *Guill. Brit. l.* 4. *Phil. Arnold. Lubec. l.* 3. *c.* 37. *Guill. Neubr. l.* 4. *c.* 20. 29. *Sanut. l.* 3. *part.* 10. *c.* 4. *Roger. Hoved. p.* 690. 692. 694. 708. 728. 732 748. 749. 759. *Matth. Paris an.* 1190. *p.* 114. 116. *Rad. de Dicето p.* 660. *Jo. Brompton p.* 1198. *& seqq. Vualsingh. p.* 453. *Uptonus de Milit. off. l.* 6. *p.* 131.
f *p.* 694.
g *p.* 1203.
h *Neubrig. Brompton. Hoved. p.* 691.
i *Hoved. p.* 728. 748. 749. *Brompt. p.* 1252.
k *l.* 3. *part.* 11. *c.* 1.
l *Hoved. p.* 595.
m *Stero an.* 1156. *Miraus in Donat. Belg. l.* 2. *c.* 52.
n *Cinnamus.*
o *Otto a S. Blasio c.* 3. *Chronica Austr. an.* 1202. *Stero an.* 1203. *& ex iis. Lambecius lib.* 5. *Bibl. Cas. p.* 170.
p *Mat. Paris an.* 1192. 1193. *p.* 118. *Brompt. an.* 1192. *p.* 1242. *Geru. Dorobern. p.* 1581.
q *Gomes. l.* 1. *de vita Jacobi I. Reg. Aragon.*
r *Vv. de Podio Laurent. c.* 11.
s *Suritta in Ann. Arag. l.* 2. *c.* 57. *in Indic. l.* 1. *an.* 1174.
t *Reusner. in Geneal.*
u *Luc. Mar. Sic. l.* 10.
x *in Hist. Duc. Burg. c.* 5.
y *Chifflet. Vindic. Hisp. p.* 363. *Gariellus p.* 198.
z *Catell. l.* 9. *rer. Occit. p.* 668.

esset origine. Eudociam propter violatam thori fidem repudiavit ac remisit Willelmus de Montepessulano, cum ex ea filiam unicam *Mariam* Montispessulani dominam procreasset, quæ Bernardo Convenensi Comiti primum, deinde Petro Aragonum Regi nupta, Montispessulani toparchiam in Aragonensem familiam transfudit. Nec multo post Agnetem natione Hispanam superduxit Willelmus, ex qua plures utriusque sexus liberos genuit, quos nothos & illegitimos pronuntiavit decreto suo [a] Innocentius III. PP. quod nulla alia rationabili causa, sed sola libidine, conculcatis Sedis Apostolicæ præceptis, repudium uxori impegisset, cum fidei conjugalis violatio nuptiale vinculum minime dissolvat. Id vero decretum emissum anno MCCII. [b] quo Willelmus testamentum suum condidit. Cæterum Eudociam Willelmi Montispessulani uxorem aliam ab Eudocia Comnena Andronici Isaacii fratris filia tertiogenita posuimus, quia temporum ratio non patitur, ut eamdem cum Willelmi uxore dicamus. Eudocia enim Andronici filia, priore marito fatis functo, Andronici Comneni, postmodum tyranni, cognati amore exardescens, ejus consuetudine palam usa legitur ante annum MCLIX. Tradit quippe [c] Nicetas Andronicum ob incestos ejusmodi amores, impellentibus mulieris consanguineis, in carcerem conjectum a Manuele Imperatore, ex quo tandem elapsus est ea tempestate, qua Imperator in Antiochenos tractus transiit: quæ quidem Manuelis expeditio in prædictum annum, aut sequentem cadit, ut ex [d] Willelmo Tyrio colligitur. Adde quod Eudocia iterum nupserat ante annum MCLXII. nempe Michaeli Gabræ. Proinde alienum a vero prorsus videtur, fœminam jam bis nuptiis illigatam, & stupris infamem, ab Alphonso Aragonum Rege in uxorem expetitam. [e] Eudocia vero a Willelmo conjuge divulsa, in Aniense Monasterium sese contulit, ubi sancto fine quievit.

Neque proclivius est divinare ex quibus fratrum aut sororum Manuelis Imperatoris orta fuit THEODORA, Boemundi III. cognomento Balbi, Principis Antiocheni prima uxor, ut auctor est [f] Willelmus Tyrius. Hanc [g] Liber vernaculus de Familiis ultramarinis IRENEM nuncupatam scribit. In eo tamen consentit cum Tyrio, quod Manuelis neptim appellet. Sed utrum Comnenæ cognomen habuerit, non certe liquet. Nec scio an sit eadem cum THEODORA COMNENA, quæ ANDRONICO LAMPARDÆ postea nupsit. Constat enim ex prædictis scriptoribus paulo post remissam Constantinopolim a Boemundo, cum suscepta ex ea filia *Constantia*. [h] Fuit porro Lampardas vir militia clarus, dignitate Chartularius, quem Manuel Imperator non semel copiis præfecit: [i] quique demum ab Andronico tyranno comprehensus, effossis oculis, in Monasterio Pantepoptæ degere jussus, in eo paulo post hominem exuit. Theodora uxor ab Andronico in Monasterium pariter trusa, mortuo marito tonsa est. [k] Andronico deinde extincto, ab Hungariæ Rege in uxorem est expetita: sed cum orta esset controversia, utrum per Ecclesiasticos Canones iterum nubere posset, quia in Monacham attonsa fuerat, votaque emiserat, Synodus Constantinopoli coacta, quo ista [l] solveretur, decrevit Theodoram non posse mutare habitum, nec Hungariæ Regi, qui id expetebat, conjungi, quod post viri mortem tonsura, licet Andronici tyranni vi, facta esset, & in Monasterio vitam exegisset. Ita Theodorus Balsamon, qui hoc ævo floruit, rem hanc narrat.

Occurrit præterea in [m] Libro de Familiis Ultramarinis alia THEODORA COMNENA, (sic enim ibi legendum censuerim pro *Lathumena*) quæ GALTHERO DE BESSAN, filio secundogenito Guermundi I. Domini *de Bessan*, urbis Palæstinæ sic hocce ævo nuncupatæ, veteribus vero Scythopolis, nupsit. Vivebat Galterus circa annum MCC. *Edit. Paris. pag. 186.*

[n] Incertum ex quo e Joannis Imperatoris liberis prodierint Constantini Ducæ & Alexii Branæ, qui tyrannidem Isaacio Angelo imperante affectavit, uxores; quarum postremam Manuel avunculus matronale decus, & familiæ suæ ornamentum appellare consueverat. [o] Altera Manuelis ἀδελφιδῆ dicitur Cinnamo.

Meminit denique Chronicon Ceccanense alterius Manuelis neptis, nobili Romano e Frangipanorum familia in uxorem datæ. Ita enim sub annum MCLXX. *Hoc anno misit Imperator Constantinopolitanus neptem suam cum Episcopis Græcis, & cum Comitibus, & cum multis Militibus, & cum magna pecunia ad Alexandrum PP. ut daret eam in conjugio Odoni de Frajapanis de Roma, qui apud Verulas eum conjugavit; & tunc ipse Odo cum ea reversus est Romam.*

VI. MANUEL COMNENUS, Imperator, Joannis Imperatoris filiorum ultimus, [p] Alexio & Andronico e vivis exemptis, Isaacio alteri e fratribus superstiti, licet natu minor, in imperii successione a parente prælatus est: vir bello & pace æque prædicandus, cujus in Latinos propensionem & munificentiam multis efferunt [q] Willelmus Antistes Tyrius, & Latini alii scriptores. De anno quo excessit video controverti: [r] Nicetas enim obiisse tradit mense Decembri, ineunte Indictione XIII. (nisi mendum subsit) quam a Kal. Sept. auspicabantur Græci Byzantini, proindeque anno Christi MCLXXIX. [s] Robertus de Monte S. Michaelis, Gotefridus Monachus S. Pantaleonis, & Gotefridus Viterbiensis in ann. MCLXXXI. ejusdem Augusti mortem rejiciunt. Sed rectior & vero magis videtur consona eorum sententia, [t] Rogeri scilicet Hovedeni, Steronis, & aliorum, qui functum Manuelem eo anno scribunt, quo pariter obiit Ludovicus VII. Francorum Rex, quarto videlicet post ejusdem Regis excessum die, hoc est XXII. Septembris, uti habet [u] Gaufridus Vosiensis: vel, ut [x] Codinus, seu auctor Catalogi Imperatorum eidem subjunctus, die XXIV. hora tertia, anno Christi MCLXXX. cum paulo ante monachicum induisset habitum, Matthæi nomine donatus. Imperavit autem, ut ibidem recte scribitur, XXXVII. an. menses V. dies XXIII. non vero menses VIII. ut habet Ducas. Ex quibus colligitur quam graviter impegerit [y] Willelmus Tyrius, dum mortuum refert Manuelem III. mensis Octobris ejusdem anni. Sed & non leve mendum in Codicem irrepsisse ejusdem Tyrii palam est, cum addit defunctum anno Imperii XL. vitæ XLI. quod quam absurdum sit, vel ex eo patet, quod Manuel parente adhuc superstite res præclaras in bello gesserat, maxime vero ad Neocæsaream; qua tempestate au-

a *cap.* Per venerabilem, qui filii sint legit. *in Decretal. Od. Rainald. an.* 1202. *n.* 20. 21.
b *Duchesn. Catell.*
c *In Man. l.* 3. *n.* 2.
d *l.* 18. *c.* 23. 25. 28.
e *Gariell in Ep. Magalon. p.* 159.
f *l.* 22. *c.* 6.
g *Lignage d'Outremer.*
h *Nicet. in Man. l.* 5. *n.* 2. *l.* 2. *n.* 2. *Cinnam.*
i *Nicet. in Andr. l.* 1. *n.* 1.
k *Balsam. in Can. Apost. p.* 1117.
l *Capitul. Caroli M. l.* 5. *c.* 113. *Agobard. in Apolog. t.* 9. *& ibi Baluzius.*
m *p.* 440.
n *Nicet. in Isaac. l.* 1. *n.* 9.
o *Cinnam. l.* 6. *Chr. Fossæ nov.*
p *Cinn. Nicet.*
q *Tyr. l.* 22. *c.* 10. *& alibi sæpe. Chr. S. Martini Autiss. Thom. Archid. in hist. Salon. c.* 22.
r *Nicet. in Man. l.* 7. *n.* 7.
s *Rob. de Monte. Gotefr. Mon. Viterb.*
t *Hoved. p.* 513. *Steron. eod. anno. Arnold. Lubec. l.* 3. *c.* 8.
u *Gaufr. Vosiens. c.* 72.
x *Codin. Or. p.* 80. *E. R.*
y *Tyr. l.* 22. *c.* 5.

ctor est [a] Cinnamus Manuelem duodevicesimum annum attigisse. Contigit autem expeditio hæc Neocæsariensis circa annum MCXLII. proinde annum ad minimum attigerat LVII. cum e vivis excessit. [b] Sanutus scribit annum attigisse LX. Uxorem duxerat Manuel anno MCXLIII. BERTHAM, Conradi Imperatoris uxoris sororem, quam ob eximias animi & corporis dotes commendant [c] Cinnamus & [d] Nicetas. Nuptias celebratas Constantinopoli anno sequenti, proxima post Epiphaniam Hebdomada, auctor est [e] Otho Frisingensis. Huic IRENES nomen indiderunt postea Græci, quibus solemne alias erat, Latinorum nomina suis insolita, aut quæ suo idiomate ægre efferre poterant, aliis mutare, uti supra docuimus: qua quidem Irenes appellatione Manuelis uxorem agnoscunt etiam [f] Radevicus & Guntherus. Fuit illa, non filia Friderici Sveviæ Ducis, & Friderici I. Imperatoris soror, ut habet [g] Robertus de Monte; neque Alberti Comitis Dagsburgensis, ut [h] Hieronymus Vignerius: sed filia Berengarii Comitis Sultzpachensis in Bavaria, *Magni & egregii Principis, & in regno Theutonicorum potentissimi*, inquit [i] Willelmus Tyrius: cujus stemma genealogicum descripsit [k] Bruschius in Chronologia Monasteriorum Germaniæ. Friderunam, pro Bertha, nescio quo auctore, nominat [l] Martinus Crusius. Addit [m] Cinnamus pactam Berthæ a Conrado in dotem Italiam. [n] Obiit illa sub annum MCLVIII. & in Monasterio Pantocratoris sepulta est: in quo etiam humatum Manuelem tradit Nicetas. [o] Huic Allegorias suas Homericas dicavit Joannes Tzetzes. [p] Nec multo post alteram superduxit Manuel MARIAM, Raimundi Pictavini Principis Antiocheni ex Constantia filiam, eximia formæ pulchritudine præcellentem, circa annum MCLXI. quæ statim post mariti excessum sumpta Angelica veste, mutato nomine, XENE appellata est. Constantiæ nomen alteri Manuelis conjugi perperam tribuit [q] Robertus de Monte, quod matris fuit. Marito igitur superstes, Alexii filii imperii hæredis, & rerum publicarum curam suscepit. Sed quod Alexio Comneno Protovestiario, Manuelis Imperatoris patruele, cujus supra meminimus, non sine stupri suspicione impensius faveret, eoque nomine procerum sibi conflasset invidiam, Andronicus Comnenus, arrepta occasione purpuram induit, [r] ipsa Maria suffocata sub mensem Augustum anno MCLXXXIII. cæsoque per summum nefas Alexio Imperatore.

Edit. Paris. pag. 187.

Filiæ Manuelis Comneni Imp. ex Irene prima uxore.

VII. MARIA COMNENA [s] nascitur ea tempestate qua pater in Pannoniam Hungaros bello invasurus movit. [t] BELÆ deinde Geizæ Hungariæ Regis filio secundogenito, Stephani Regis fratri, desponsetur circa annum MCLXIII. qui mutato nomine ALEXIUS appellatus, Despotæ dignitate ornatus est. [u] Dehinc Manuel, cum nulla sibi virilis proles extaret, Belam imperii hæredem cum Maria pronuntiavit. [x] Sed nata ex Maria secunda conjuge Alexio anno MCLXXX. & Raynerium a Manuele de patris sui nomine JOANNEM appellatum, Cæsaris dignitate donatum fuisse. Addit præterea [F] Robertus de Monte Raynerio datam ab Imperatore Thessalonicensem Provinciam, ipsumque & Mariam solemni ritu in Ecclesia cum Alexio coronatos. [G] Extincto Manuele, Raynerius & Maria in Alexium cum aliquot proceribus conjurationem iniere sub mensem Majum an. MCLXXXII. Sed indulta ab Imperatore gratia, veniam consecuti sunt. [H] Nec mul to post Andronicus Comnenus, qui summam rerum arripuerat, omniaque pro libito in Palatio administrabat sub juniore Alexio, viam sibi ad tyrannidem parans, Mariam primum, ac deinde Rainerium veneno sustulit, nulla ex his nuptiis orta prole.

VII. N. COMNENA, obiit anno ætatis quarto.

Filius Manuelis Comneni Imp. ex Maria Antiochena.

VIII. ALEXIUS COMNENUS Imperator, de quo mox.

Filius nothus Manuelis ex Theodora Comnena.

VII. ALEXIUS COMNENUS, *Sebastocrator*, [I] *ex nefario Manuelis Imperatoris cum Theodora ejusdem Augusti ex Isaacio fratre nepti concubitu natus*, [K] *ab Andronico tyranno* IRENES *filiæ, quam ex Theodora Comnena, Andronici Sebastocratoris patruelis sui filia, incestuosa perinde consuetudine*

a *Cinnam. l. 1.*
b *Sanut. l. 3. par. 11. c. 1.*
c *Cinn. l. 2. n. 4.*
d *Nicet. in Man. l. 1. n. 2.*
e *Otho Fris. l. 7. c. 28. Lib. 1. de gest. Fred. c. 23.*
f *Rad. l. 3. c. 6. Gunther. l. 6. Ligur. p. 131.*
g *Rub. de Monte an. 1142.*
h *In Orig. Alsat. p. 20.*
i *Tyr. l. 16. c. 23. Gesta Lud. VII. c. 10. Gotefr. Viterb. par. 17.*
k *Erusch. p. 34.*
l *Crusius in Turco-Gr. p. 500.*
m *l. 2. n. 19.*
n *Cinn. l. 5. n. 4. Nicet. l. 3. n. 5.*
o *Labb. in Nova Bibl. p. 190.*
p *Cinn. Nicet. Tyr. Tom. 4. hist. Franc. p. 579. Tom. 1. rer. German. Fresc. p. 303. Rad. de Diceto an. 1182. Lignage d'Outr. Hoved. Codin.*
q *Rob. de Monte an. 1162.*
r *Nicet. in Alex. n. 17.*
s *Cinnam. l. 3.*
t *Cinnam. Nicet. in Man. l. 3. n. 4. l. 4. n. 1.*
u *Nicet. l. 4. n. 4.*
x *Alber. n. 1167.*
y *Nicet. l. 5. n. 8.*
z *Cinnam.*
A *Nicet. l. 5. n. 8. Romuald. Salern. in chron. MS. an. 1156. 1167.*
B *Godefr. Mon. an. 1171. 1174. Arnold. Lubec. l. 2. c. 3.*
C *Nicet. loco cit.*
D *Tyr. l. 22. c. 4.*
E *Rob. de Monte an. 1180.*
F *Nicet. in Alex. n. 4. & seqq. Tyr. l. 22. c. 8.*
G *Nicet. in Alex. n. 14. 17.*
H *Cinnam.*
I *Nicet. in Man. l. 7. n. 2. in Alex. n. 4. Tyr. l. 22. c. 6.*
K *Nicet. in Alex. n. 15.*

procreaverat, nefasto etiam connubio copulatus est. a *Hunc Andronicus arcta adeo sibi familiaritate adjunxerat, ut præteritis legitimis filiis, imperii successorem relinquere in animo habuerit. Sed cum in eum conjurasse deprehensus esset, oculis privatus, & in Castello quodam detentus est, Andronico postea extincto, ab Isaacio Angelo Imperatore rursum in aulam evocatur, & pro Sebastocratore Cæsar designatur,* b *mox quod de invadenda tyrannide cum Andronico Bryennio consilia agitasse accusaretur, in Papycium montem ablegatus est, Monachi habitum in eo induere jussus. Verum tribus exactis mensibus, denuo revocatur ab Isaacio, qui, ut prius, mensæ suæ eum adhibuit, suaque amicitia deinceps dignatus est. Fuit animi & corporis dotibus instructissimus, quique vultu parentem referebat, humanissimus, & accessu facilis, facundus etiam, & in sacris litteris non mediocriter eruditus.*

Edit. Paris. pag. 188.

VII. ALEXIUS COMNENUS Imperator, Manuelis Augusti ex Maria altera conjuge filius unicus, nascitur anno MCLXVII, ut scribit c Albericus, vel ut Codinus, x. die Septembris anno MCLXIX. Indictione III. & a patre biennio post Indict. V. diademate donatur. d Extincto parente, imperium adipiscitur, matris tutelæ interea relictus, cum vix decimum tertium ætatis annum attigisset. e Mox cum nimia Protovestiarii, cui plus quam par erat favebat Alexii mater, auctoritas procerum conflasset invidiam, Andronicus Comnenus Protosebastus his se ducem præbens, & captata tyrannidis invadendæ occasione, urbem cum exercitu ingressus, actisque in ordinem Alexii matre & Protovestiario, in consortium imperii per vim ab ipso Alexio ascitus est, quem ille tandem per nefandissimam proditionem strangulari jussit, f nondum expleto decimo quinto ætatis anno. Sed & ne quid ausis sceleratissimis deesset, destinatum agnato conjugium, formæ captus illecebris ad se transtulit, g ducta AGNETE, (ANNAM vocarunt Græci) Ludovici VII. Francorum Regis ex Aleide Campana tertia conjuge filia, h Hanc Manuel Imperator Alexio filio in conjugem per Legatos a Ludovico expetierat, i Philippo Flandriæ Comite, dum e Syria per Urbem in patriam rediret, has nuptias conciliante. k Missaque est Constantinopolim Agnes vix annorum octo, anno MCLXXIX. circa Paschatis festum. l Sequenti demum anno mensis Martii II. die Dominica nuptiæ peractæ sunt, sacris præeunte Theodosio Patriarcha Antiocheno Græcanico, in eo Palatii triclinio, quod Trullum vocabant, imperialibus utrique a Manuele collatis insignibus. Postmodum Agnes extincto Andronico, Theodoro Branæ nupsit, ut alio loco narrabitur. De Alexii imperii annis & tempore non levis est inter scriptores controversia. m Auctor Catalogi Imperatorum Codino subjunctus, ait Imperatorem Manuelem excessisse XXIV. Sept. anno Mundi juxta Græcos MMMMMMDCLXXXIX. Indict. XIV. qui quidem annus cadit in annum Christi MCLXXX. Præterea Alexium cum matre imperasse annum I. menses II. dies XXIV. denique Andronicum solum regnasse annum I. menses X. dies totidem. Ex hoc calculo colligitur matrem Alexii strangulatam ab Andronico Augusti XXVII. anno MCLXXXII. & Alexium eodem mortis genere periisse XIX. Augusti anno MCLXXXIV. ac proinde Andronicum tyrannum vitam & imperium perdidisse XIX. Augusti anno MCLXXXVI. Sed hæc minime his quæ habet n Nicetas videntur consentanea, scribens Alexium tres annos imperasse, cum Codinus, seu auctor Catalogi Imperatorum, fere per quadriennium regnasse dicat, annos scilicet III. menses X. dies XXIV. o Quod vero ad Andronici imperii tempus spectat, haud multum a Codino discrepat idem Nicetas, dum ait biennio tantum regnasse: quod intelligi debet p a die quo ab Alexio in regni consortium admissus diademate donatus est mense Sept. Indict. II. quæ cadit in an. Christi MCLXXXIII. statim post strangulatam Mariam Alexii matrem, quod Codinus mense Augusto factum fuisse innuit; sed anno proxime elapso. Subdit Nicetas Andronicum haud multo post inaugurationem suam necasse Alexium. Unde colligeretur ex hoc scriptore Alexium strangulatum sub exitum anni MCLXXXIII. ac proinde Andronicum, qui solus biennio imperavit, uti habent scriptores, interiisse mense Septembri anno MCLXXXV. in quem certe annum Andronici mortem conjiciunt Monachus sancti Mariani Antisiodorensis, & aliquot alii. Præterea satis consentit Nicetas de tempore quo Andronicus Urbem ingressus, actis in ordinem Maria & Protovestiario, rerum administrationem arripuit, quod unius anni fuisse ait. Nam etsi scribat q Willelmus Tyrius Andronicum Urbem ingressum mense Aprili anno MCLXXXII, non eam tamen in rebus publicis potestatem statim adeptus est, qua posthæc est usus: vel certe rerum administrationi sub Alexio incubuit annum unum cum dimidio, aut paulo minus. Sed & anni imperii, quos Isaacio & Alexio Angelis fratribus tribuit Nicetas, nequaquam cum iis quæ habet Codinus, conveniunt. Nam ut ab Alexio, qui Isaacium excepit, ordiamur, r Nicetas ait eum regnasse annos VIII. menses III. dies X. f Constat autem desiisse imperare XVIII. Julii anno MCCIII. quo Urbe a nostris capta, Isaacius frater eorum ope imperium recepit, ut est in epistola Comitis San-Paulini, & apud Nicetam. Ut porro octo anni imperii Alexii cum III. mensibus & X. diebus componantur, dicendum omnino imperare cœpisse octavo Aprilis anno MCXCV. t At si Isaacius Augusta potestate ab Alexio fratre deturbatus dicatur VIII. Aprilis anno MCXCV. regnaveritque annos IX. & menses VIII. secundum Nicetam & Ducam, consequens est imperare cœpisse mense Septembri anno MCLXXXV. Quod quidem iis quæ habet Nicetas consentit, u scribens inauguratum fuisse Imperatorem XII. ejusdem mensis; aliquotque post dies Andronicum in Isaacii potestatem venisse, a quo & a plebe furente id supplicii genus passus fuerit, quod ab Historicis refertur. Id etiam ex Codini calculis erui potest, tradentis Andronicum solum regnasse annum I. menses X. & dies totidem: præterea cum ab Isaacio vita perinde ac imperio privatum, & XII. Septembris anno MCXCV. Imperatorem acclamatum Isaacium constet; admodum probabile est Alexium necidatum II. Novembris anno MCXCIII. quod satis superque testari videtur Nicetas; cum tyrannum ad hoc scelus demum progressum ait, statim postquam regni diademate donatus est, quod elapso mense Septembri factum commemorat.

pag. 139.

a *Nicet. in Isaac. l. 3. n. 2. Nicet. ibid. & in And. l. 1. n. 20.*
b *Nicet. in Isaac. l. 3. n. 2.*
c *Alber. an. 1167. Codin. p. 80. E. R. Cinnam.*
d *Tyr. l. 22. c. 10.*
e *Nicet. Tyr. l. 22. c. 10. & seqq. Rigord. ann. 1201. Vv. Neubrig. l. 3. c. 4. Gibi Picart. Chron. Vosiense c. 15. Chron. Flandr. c. 7. Hoved. p. 595. Radulfus Coggeshall. in Chr. MS. 6. n. 1197.*
f *Nicet. in Andr. l. 1. n. 1.*
g *Idem n. 11. Codin. Or. p. 80. E. R. Hoved. p. 505.*
h *Nicet. Tyr. l. 22. c. 4. Monach. S. Mariani p. 84. Chron. S. Petri vivi an. 1179. Hoved. p. 592. Nic. Trivettus ann. 1179.*
i *Alber. an. 1164.*
k *Rad. de Diceto an. 1179. Brompt. p. 1139.*
l *Codin. de Orig.*
m *Idem.*
n *In Andr. l. 1. n. 1.*
o *Nicet. in Andr. l. 2. n. 13.*
p *Nicet. in Alex. n. 18.*
q *l. 22. c. 13.*
r *Nicet. in Alex. l. 3. n. ult.*
s *In epist. de Expugn. CP. Nicet. in Alex. l. 3. n. 10.*
t *Nicet. in Alex. l. 3. c. ult. Ducas c. 10.*
u *In Andr. l. 3. n. 10. 11. 12.*

XXIX.

STEMMATIS FAMILIÆ COMNENICÆ

PARS ALTERA,

Complectens Principes & Imperatores Trapezuntinos.

V. ISAACIUS COMNENUS [a] tertius Alexii Comneni Imperatoris ex Irene Ducæna filius, a patre Cæsar, [b] mox a fratre Joanne Sebastocrator appellatus est. Isaacium ea benevolentia prosecutus dicitur Joannes, ut a latere discedere numquam pateretur, cum ob eximiam, qua præditus erat, virtutem, tum quod præcipuo ejus studio, quod Irene mater in Bryennium generum transferre decreverat imperium, sibi jure debitum asserverat. Unde honores, quos Sebastocratoricæ dignitati adscripserat Alexius, ei libenter deferri passus est: ut nimirum Imperatoriæ mensæ accumberet; pari cum illo uteretur throno, & ejus nomen in publicis acclamationibus statim post Imperatoris nomen efferretur. [c] Sed eximiam hanc fratrum concordiam levis nescio quæ diremit offensa, ob quam Isaacius imperii finibus excedens cum filio Joanne, & a fratre deficiens, ad Sultanum Iconiensem, aliosque Orientis Toparchas profectus, auxilia ab iis ad incursandas Romanas provincias, & Joannis res turbandas obtinuit, etsi irrito pene successu. Tandem ærumnarum, quas in alieno solo perferebat, pertæsus, ad fratrem reversus est; a quo est benigne & gratanter exceptus. [d] Verum Joanne Isaacii filio ab Imperatore rursum deficiente, & ad Turcos transeunte, [e] Isaacius, tamquam filii proditionis & consilii particeps & conscius, a Joanne fratre in custodiam conjectus est apud Heracleam Ponticam: ex qua non multo post, extincto Imperatore, a Manuele Augusto, indulta venia, in aulam est revocatus. Neque invadendæ tyrannidis spem propterea abjecit, ut auctor est Cinnamus, quam in filium Andronicum, veluti quoddam hæreditarium jus transfudit. [f] Fuit Isaacius statura procerus, forma excellenti, belli laude clarissimus, & in armis strenuus. [g] Sepultus est in Monasterio, quod Veræ condiderat, [h] quæ urbs Hebri fluvii littoribus adjacet.

Liberi Isaacii Comneni Sebastocratoris.

VI. JOANNES COMNENUS, [i] primogenitus Isaacii filius, cum patre primum a Joanne Imperatore ad Iconiensem Sultanum, [k] dehinc redux, rursum ad eumdem defecit ob levissimam offensam. Imperator quippe bellum in Oriente adversus Masuthum Iconiensem Sultanum gerens, cum ad horam prælii, Joanni equo Arabico insidenti præcepisset, ut equum pediti Latino traderet, alium accepturus ex iis qui aderant, id ille ægre passus, ira exæstuans, conscenso alio, recta ad Turcos sese contulit, a quibus benigne exceptus, statim abjurata Christiana religione, Mahumetanam amplexus est, [l] & Mazuthi filiam, quæ [m] Phranzi CAMERO nuncupatur, in uxorem accepit, receptis in dotem amplis præ-

Edit. Paris. pag. 190.

diis & castellis. [n] Ab hoc Joanne Osmanidarum gentem derivatam dictitare consueverat Mahumetes Turcorum Imperator, qui Constantinopolim expugnavit, rejecta Armentariorum & Bubulcorum origine, si Spanduginum audimus: quibus consentanea sunt, quæ de Turcorum ortu Phranzes commemorat qui addit præterea Joannem a Turcis ZELEBIS nomine appellatum, id est lingua Turcica, nobili loco natum: & ex Mazuthi filia procreasse *Solimannum Scachum*, qui arrepta dilatandorum finium occasione, quidquid principatui suo vicinum erat, suæ potestati subjecerit; ab eoque ortum *Ertruculem*, Othmanis patrem, a quo reliqua Othmanidarum gens fluxit. Scriptores vero alii, secundum Phranzem, tradunt Zelebem Ertruculis avum, non Ioannis Comneni filium, sed illi tantum cognominem fuisse. [o] Et certe Muchemeti longe omnium ambitiosissimo, inquit Leunclavius, natales majorum obscuros displicuisse non mirum, ideoque facile credendum est ab eo quæsitam fuisse de industria quamdam suorum ab origine magis illustri commendationem.

VI. ANDRONICUS COMNENUS Comnenus Imperator, de quo mox.

VI. N. COMNENUS, pater fuit [p] *Isaacii Comneni*, qui cum imperium invadere statuisset, Isaacio Angelo imperante, ab eodem comprehensus, & graviter excruciatus, ut conscios nominaret, corruptis intestinis, postridie interiit. Hunc Isaacium Andronici Imperatoris ex fratre nepotem, seu ἀδελφιδοῦν fuisse tradit Nicetas. Incertum tamen an ex Joanne primogenito Isaacii filio genus duxerit: quamquam probabilius ab alio, cum Joannes uxorem duxerit tantum, cum ad Turcos transiit, apud quos mansit religionem Mahumetanam amplexus.

VI. ANDRONICUS COMNENUS Imperator, [q] tyrannidem, quam non semel Manuele patruele imperante animo versaverat, ad exitum tandem eo extincto perduxit. [r] Pulsa enim primo faventibus sibi proceribus a rerum administratione, moxque necata Alexii matre, purpuram induit, & una cum Alexio Imperator proclamatus, & coronatus est [s] mense Septembri anno Christi MCLXXXIII. Indict. XI. juxta Græcorum calculum, qui Indictiones a mense Septembri ineunt: pauciisque diebus elapsis, ipsum Alexium per ministros suos strangulavit. [t] Nec diu parta per tantum scelus usus est potestate; dum enim Isaacio Angelo molitur necem, populari tumultu comprehensus ipse, ac per urbem camelo vectus, altera abscissa manu, oculoque effosso a furente plebe laniatus est [u] mense Septembri anno Christi MCLXXXV. cum per annum & menses quinque aut circiter, vi-

a *Zonar. p. 240. E. R. Nicetas in Joan. n. 1. 3.*
b *Nicet. n. 3.*
c *Nicet. n. 9.*
d *Nicet. n. 10.*
e *Cinnam. l. 2.*
f *Nicet. in Joan. n. 9.*
g *Nicet. in Andr. l. 1. n. 2.*
h *Vide Notas ad Villhard.*
i *Nicet. in Joan. n. 9.*
k *Idem n. 10.*
l *Nicet. in Man. l. 1. n. 2.*
m *Phranz. l. 1. c. 23.*
n *Spandug. Leuncl. in Pand. n. 1.*
o *Leuncl. in Pand.*
p *Nicet. in Isaac. l. 3. n. 2.*
q *Nicet. in Man. l. 1. n. 1. l. 3. n. 2.*
r *Nicet. in Alex. Man. F. & in l. 1. & 2. Tyr. l. 22. c. 11. & seq.*
s *Nicet. in Alex. n. 18.*
t *Alberic. Rad. de Diceto. Rob. de Monte an. 1182. Godefr. Min. an. 1181. Arnold. Lubec. l. 3. c. 8. Monach. S. Mariani an. 1182. Rigord. an. 1201. Viterb. p. 513. Hoved. p. 595.*
u *Nicet. in Andr. l. 3. n. 9. Codin. p. 80. E. R.*

vente Alexio, rerum esset potitus; ([a] urbem enim primum ingressus est mense Aprili anno MCLXXXII.) eoque extincto annum unum, menses decem, dies totidem imperasset. [b] Fuit Andronicus habitu corporis egregio, aspectu venerabili, statura heroica, etiam sub senectutem juvenili facie, corporeque saluberrimo; eximia cætera eruditione, singulari eloquentia, & exquisita sacrarum Litterarum cognitione præditus, quod præter Nicetam Choniatem testatur [c] Dialogus ab ipso conscriptus contra Judæos: at in crudelitatem non pronus modo fuit, sed & in lasciviam, ut qui Eudociam Andronici Comneni, & Theodoram Isaacii Comneni Sebastocratoris filias & consanguineas incesto polluerit, & ex iis liberos procreaverit: [d] præterea Maraptican, nescio quam meretriculam, paulo ante obitum in contubernio habuerit, vivente ac vidente ipsa Agnete conjuge. Tradit [e] Arnoldus Lubecensis, priusquam ad Agnetis nuptias transiret, duas ab Andronico uxores fuisse repudio dimissas. [f] Prioris nomen & familiam, ex qua Joannem, dum carcere teneretur, genuit, reticent scriptores. Altera fuit PHILIPPA, Raimundi Antiocheni Principis ex Constantia filia, Mariæ, seu Xenes, Imperatoris Manuelis uxoris, soror. Quamquam auctor est [g] Nicetas, Andronicum, cum Antiochiam perveniisset, Philippæ amore succensum, vicissim illam ita in sui amorem pellexisse, ut Calamanum Hungarum, qui Armeniæ seu Ciliciæ tunc præerat, & a Manuele Imperatore illo missus erat, ut solutis cum Andronico pactis nuptialibus, Philippam duceret ipse in uxorem, nec aspectu, nec colloquio dignaretur: veritum tamen Andronicum Manuelis minas, dimissa Philippa, Hierosolymam versus properasse, indeque Theodoram Isaacii Sebastocratoris filiam, Balduini Regis Hierosolymitani viduam, ex cujus incesta consuetudine Alexium & Irenem sustulit, secum in Turcorum regionem abduxisse. At [h] Cinnamus & [i] Willelmus Antistes Tyrius diserte scribunt Andronicum Philippam in conjugem duxisse, cum id per leges minime liceret, inquit Cinnamus: sed non multo post ab eo nulla legitima de causa dimissam, Henfredo de Torono Regni Hierosolymitani Constabulario nupsisse. [k] Arrepto demum Imperio, AGNETEM, Ludovici VII. Francorum Regis filiam, Alexio Augusto Manuelis filio desponsam, ac undecim annos natam, ipse ætate provectior, sibi matrimonio adjunxit, nulla per ætatem ex eo suscepta sobole.

Edit. Paris. pag. 191.

Liberi Andronici Comneni Imp. ex prima uxore.

VII. MANUEL COMNENUS, Sebastocrator, de quo mox.

VII. JOANNES COMNENUS, [l] Calojoannes etiam dictus Roberto Abbati S. Michaelis de Monte, [m] natus est circa annum MCLVI. ex consuetudine quam Andronicus pater cum uxore habuit, dum in custodia teneretur. [n] Cum fratre Manuele & aliis proceribus in Alexium Manuelis Imperatoris filium conspirasse deprehensus, carceri traditus est; e quo ab Andronico patre, qui Constantinopolim per vim ingressus, rerum curam exceperat, emissus est tandem. [o] Mox Andronico Regio diademate donato, imperii legitimus successor ab omnibus est acclamatus: ex quo primogenitum Andronici filium liceret conjicere; cum præterea non semel apud [p] Nicetam primo loco ante Manuelem fratrem nominetur, nisi idem Nicetas & alii hanc natalium prærogativam Manueli tribuerent. Mortuo Andronico, Joannes ab Isaacio Angelo Imperatore comprehensus, effossis oculis, magno cum dolore interiit anno MCLXXXVI.

VII. MARIA COMNENA, cujus meminit [q] Nicetas.

Liberi Andronici Imp. ex Theodora Comnena, concubina.

VII. ALEXIUS COMNENUS [r] *ex incesto Andronici cum Theodora Comnena concubitu natus.*

VII. IRENE COMNENA, *ex eadem consuetudine*, ALEXIO COMNENO, *Manuelis Imperatoris filio notho, uxor a patre data est, uti supra diximus.*

VII. MANUEL COMNENUS, [s] Andronici Imperatoris filius primogenitus, [t] initæ in Alexium Imperatorem, seu potius in Protovestiarium, qui sub eodem Alexio rem publicam procurabat, conspirationis reus, cum fratre Joanne in carcerem trusus est. [u] Andronico postliæc Constantinopolim reverso, liber factus, [x] Sebastocrator dictus est a patre Imperatore: [y] quo extincto, Isaacii Angeli Imperatoris jussu oculis exutus, & carceri mancipatus est, innocens licet, & [z] tyrannicæ parentis crudelitati semper refragatus. [A] Sane quam eximia fuerit Manuelis moderatio, & ut a parentis flagitiis abhorruerit, vel inde patet, quod cum Andronicus arrepta tyrannide Manueli præcepisset, ut Agnetem, Philippi Francorum Regis sororem, Alexii Imperatoris sponsam, matrimonio sibi adjungeret, in consortium imperii eo facto admittendus, constanter ille nuptias Ecclesiasticis legibus prohibitas inire renuerit. Qua quidem repulsa offensus Andronicus, Manuelem in vincula conjecit, filiumque Joannem natu minorem, imperii hæredem pronuntiavit. [B] Verum cum jam in ordinem esset redigendus Andronicus, & a circumstante turba undique circumveniretur, Manuelem Imperatorem sese designaturum frustra plebi pollicitus est. Isaacii nomen Manueli, aut certe ejus filio perperam tribuere videtur [C] Laonicus.

Filii Manuelis Comneni Sebastocratoris.

VIII. ALEXIUS COMNENUS, Princeps Trapezuntinus, de quo mox.

VIII. DAVID COMNENUS, [D] expugnata a Francis Constantinopoli, Heracleam Ponti &

a *Tyr. l. 22. c. 13.*
b *Nicet. in Andr. l. 2. n. 13.*
c *editus a Stevvartio. Vide P. Lambet. lib. 5. Bibl. Cæs. p. 169.*
d *Nicet. in Andr. l. 2. n. 11.*
e *l. 3. c. 8.*
f *Nicet. in Man. l. 3. n. 2. l. 4. n. 5.*
g *l. 4. n. 5.*
h *Cinn. l. 6. n. 1.*
i *Tyr. l. 21. c. 13.*
k *V. supra in Alexio. Radulfus Coggeshall. in Chr. MS.*
l *Rob. de Monte.*
m *Nicet. in Man. l. 3. n. 2. l. 4. n. 5.*
n *Idem in Alex. n. 4.*
o *Nicet. in Andr. l. 1. n. 11.*
p *in Alex. n. 4. 11. Hoved. p. 597.*
q *in Alex. n. 9.*
r *Nicet. in Man. l. 4. n. 5.*
f *Nicet. in Alex. Man. F. in Man. lib. 4. cap. 2. Rob. de Monte an. 1181.*
t *Nicet. in Alex. n. 4. Tyr. l. 22. c. 6.*
u *Nicet. in Alex. n. 11.*
x *Idem in And. l. 2. n. 18.*
y *Idem in Isaac. l. 1. n. 1.*
z *Idem in Andr. l. 2. n. 8.*
A *Rob. de Monte an. 1182. Radulfus Coggeshall.*
B *Nicet. in Andr. l. 2. n. 11.*
C *Laon. l. 9. p. 245. ed. Gen.*
D *Nicet. in Bald. n. 10. Acrop. c. 7. 11.*

Paphlagoniam universam, illiusque provinciæ principatum invasit: [a] quem quidem ut contra Theodori Lascaris copias tueretur, a quo bello lacessebatur, cum Francis Byzantinis fœdus iniit, & ab iis adjutus, Lascaris impetus sæpius elusit.

Edit. Paris. pag. 192.

VIII. ALEXIUS COMNENUS, [b] cognomento Magnus, [c] cum Colchidem, seu Trapezuntinam provinciam, Ducis titulo sub Imperatoribus Constantinopolitanis regeret, capta a Francis Urbe anno MCCIV. ejusdem provinciæ principatum supremo jure tenendum sibi adseruit. [d] Falluntur qui Imperatoris titulum Alexio adscribunt, cum a Joanne abnepote primo usurpatum tradant plerique. Certe [e] Vincentius Beluacensis sub annum MCCXL. Domini voce utitur, nulla Imperatorii tituli facta mentione: dum ait Dominum Trapezuntis cum ducentis lanceis servire solitum Iconiensi Sultano. Trapezuntinam porro provinciam a Præfectis Ducum titulo cohonestatis administratam sub Imperatoribus Constantinopolitanis, testatur præter Aithonum non uno loco Anna Comnena in Alexiade: [f] sed & sub Diocletiano, Menæa & Synaxaria in S. Valeriano.

Filius Alexii Comneni Ducis Trapezuntini.

IX. N. COMNENUS, Dux & Princeps Trapezuntis, de quo mox.

IX. N. COMNENUS, Dux & Princeps Trapezuntis, pater fuit vel avus Joannis Principis Trapezuntini, quem [g] Nicephorus Gregoras Alexii ἀπόγονον fuisse ait, id est nepotem ex filio, vel certe abnepotem. Quippe minime constat an Alexius avus aut abavus fuerit Joannis, qui primus Imperatorium titulum ex Principibus Trapezuntinis arripuit, [h] cum in Relatione Ogerii Protonotarii Imperatoris Michaelis Palæologi circa annum MCCLXXIX. exarata, Princeps qui tum Trapezunti imperabat, dicatur fuisse Alexii abnepos: quo quidem anno Trapezuntinæ provinciæ præerat Joannes Comnenus. Ab hoc, quisquis fuit, prodiit.

X. N. COMNENUS, Dux & Princeps Trapezuntis, cujus nomen ut & parentis incertum etiam manet: a quo rursum.

XI. JOANNES COMNENUS, qui primus Principum Byzantinorum Imperatorem sese appellari passus est a Græcis, qui in odium Michaelis Palæologi, & quod ille Græcanica posthabita Ecclesia Romanæ se adjunxisset, hunc titulum ultro Joanni detulere. Id potissimum docemur ex supralaudata Ogerii Relatione, cujus hæc sunt: *Est autem ad partes Orientis terra quæ cognominatur Trapezunda, quam terram in captione facta de Constantinopoli a Latinis tenuit quidam de Capitaneis, qui vocabatur Comninus Dominus Alexius, & intimarunt prædicti infideles, quod illum qui nunc est Princeps ipsius terræ Trapezundæ, existentem abnepotem ipsius quondam Alexii, quia Imperator* (Michael Palæologus) *factus est hæreticus, & subjectus est Papæ, & univit Ecclesias, scilicet Græcorum & Latinorum: & si vocaberis Imperator, adhærebimus vobis, & constituemus quidquid volueritis. Ille quidem ductus inani consilio, vocari se fecit Imperator, & coronatus est, & induit se vestimentis decentibus imperio, & fecit officiales, & se tamquam Imperatorem honorari præcepit.* Iis concinunt quæ tradit [i] Aithonus, qui hac ipsa ferme tempestate scripsit, ubi agit de Trapezuntina provincia, his verbis: *Unum vero gubernatorem annuatim consueverat transmittere Imperator, qui Dux dicebatur; unde accidit quod quidam ex illis rectoribus, seu Ducibus, rebellis effectus, tenuit terræ dominium pro seipso, & fecit se Regem: & ille qui tenet nunc terram Trapezuntis fecit se Imperatorem vocari.* Licet igitur Alexius Comnenus Imperatorium titulum sibi a Græcis in Michaelis Palæologi odium delatum accepisset, illum tamen bello aggredi sibi tutum non existimavit Michael, qui & ipse nuper tyrannidem invaserat, acto in ordinem juniore Lascari, & cui cum Latinis Urbe pulsis, ac præsertim cum Carolo I. Siculorum Rege grave ingruebat bellum: quin potius nova eum affinitate sibi devinciendum putavit, [k] oblata Joanni in uxorem EUDOCIA PALÆOLOGINA, ex Theodora conjuge filia, quam ille Byzantium profectus, sub annum MCCLXXXI. duxit. Obiit Joannes Andronico Seniore imperante sub annum Christi MCCXCV. duobus filiis superstitibus. [l] Proinde Imperator ille est Trapezuntinus, quem ad sacrum bellum hortatus est [m] Nicolaus IV. Pontifex anno MCCXCI.

Filii Joannis Comneni Imp. Trapezuntini ex Eudocia.

XII. ALEXIUS COMNENUS, Imperator Trapezuntinus, de quo mox.

XII. N. COMNENUS, [n] Joannis alter filius, quem Eudocia mater, post conjugis excessum, puerulum adhuc secum Constantinopolim abduxit.

XII. ALEXIUS COMNENUS, Imperator Trapezuntinus, [o] nascitur anno MCCLXXXII. [p] Tutelæ Andronici Palæologi Senioris a patre testamento relictus, Iberorum Principis cujusdam filiam uxorem duxit, posthabita Chumni Caniclei Præfecti filia admodum locuplete, quam Andronicus Augustus eidem copulare in animo habuerat. [q] Genuenses tributorum causa bello aggressus superavit ann. MCCCIII. cum quibus statim fœdus pepigit. *pag. 193.*

Filius Alexii Comneni Imperatoris Trapezuntini.

XIII. BASILIUS COMNENUS, Imp. Trapezuntinus, de quo mox.

XIII. BASILIUS COMNENUS, Imperator Trapezuntinus, [r] paternam hæreditatem post multa prælia adiit circa annum MCCCXX. [s] Hunc ad amplectendam Ecclesiæ Romanæ fidem hortatus est Joannes XXII. PP. anno MCCCXXIX. [t] Uxorem duxit, (secundis, ut vero simile est, nuptiis) EUDOCIAM PALÆOLOGINAM, Andronici Palæologi Junioris, Imperatoris, filiam nothan.

a Nicet. ibid.
b Acrop. c. 7.
c Aithon. c. 13.
d Nicet. in Bald. n. 10. Gregoras l. 1. & 5. p. 9. 107. E. R.
e Vinc. Beluac. l. 31. c. 144.
f Menæa 21. Jan.
g Gregor. l. 5. p. 107. E. R.
h apud Vvadd. hoc an. n. 4.
i Aithon. c. 13.
k Bzovius an. 1181, n. 12. Gregoras l. 5. & 6. p. 107. 141. E. R. Pachym. l. 6. c. 6. 32. 33.
l Pach. l. 9. c. 27. Gregor. p. 141. E. R.
m Vvadd. n. 3.
n Pach. l. 9. c. 27. Gregoras p. 141. E. R.
o Pach. l. 9. c. 27. Gregor. l. 5. p. 107. E. R. Bzovius.
p Pach. l. 10. c. 16.
q Idem l. 11. c. 28.
r Gregoras l. 11. p. 379. E. R.
s Od. Rainald. hoc an. n. 95. Vvadding. n. 12.
t Gregor. ibid.

Edit. Paris. pag. 194.

Filius Basilii Comneni Imp. Trapezuntini.

XIV. BASILIUS COMNENUS II. Imperator Trapezuntinus, de quo mox.

XIV. BASILIUS COMNENUS II. Imperator Trapezuntinus, JUNIOR Nicephoro [a] Gregoræ dicitur, ad patris forte discrimen, quo præsertim indicio prioris Basilii filium fuisse conjicimus. Quod quidem adstruit præterea Basilii Junioris cum IRENE PALÆOLOGINA, Andronici Junioris ex Anna Sabauda Augusta filia conjugium. Alioquin si Irene Basilii prioris, aut primis vel secundis nuptiis adscriberetur, consequens esset eumdem sorores duas duxisse: quod ab Ecclesiæ Græcanicæ moribus plane absonum erat. [b] Basilium hunc Juniorem uxoris arte extinctum tradunt scriptores: quippe cum Basilius alterius fœminæ, Irenes pariter nuncupatæ, amore flagrans, legitimam abegisset conjugem, clandestinis illa insidiis maritum sustulit: & exacta meretricula, ac Byzantium cum liberis amandata, aliquandiu Trapezuntinum rexit Principatum; cum interim legatos misisset ad patrem, qui adducerent cui legitimo connubio copulari posset, quique una cum ipsa in Principatum succederet. [c] Sed mox quod Magni Trapezuntini imperii Domestici consuetudine clam uti deprehensa esset, plebe ad seditionem prolapsa, bellum civile exortum est, aliis quidem Tzanychitæ proceri Trapezuntino, qui tum opibus ac dignitate plurimum poterat, faventibus: aliis Magno Domestico sese adjungentibus, quo in bello peremptum Tzanychitam tradit Gregoras. Excessit vero e vivis Basilius anno MCCCXXXIX. [d] ut diserte innuit idem Gregoras, & ex eo Nicolaus Vignerius.

Liberi Basilii Comneni Imp. Trapezuntini & Irenes.

XV. N. COMNENUS, Imperator Trapezuntinus, de quo mox.

XV. N. COMNENUS, pater *Georgii Comneni*, Protovestiarii Trapezuntini, qui a Laonico Davidis Comneni, Imperatoris Trapezuntini, ἀδελφος, seu patruelis dicitur: incertum tamen an ex nefaria Basilii cum Irene concubina consuetudine editus.

Liberi nothi Basilii Comneni Imp. Trapezuntini.

XV. N. N. *Tradit Gregoras exactam post Basilii excessum ab Irene conjuge seu vidua Irenem concubinam, & una cum natis ex ea liberis Constantinopolim relegatam.*

XV. N. COMNENUS, Basilii Junioris filius, cujus nomen reticuere scriptores, Imperatorium titulum post patrem obtinuit. Vix enim mihi persuadeam Alexium Imperatorem, de quo mox agimus, Basilii Junioris fuisse filium: cum is anno MCCCXXXIX. obierit, Alexius vero etiamnum superstes fuerit anno MCCCCXXVIII. quo Mariam filiam Joanni Constantinopolitano Imperatori in conjugem dedit.

Liberi Alexii Comneni Imperatoris Trapezuntini.

XVI. ALEXIUS COMNENUS, Imperat. Trapezuntinus.

XVI. EUDOCIA COMNENA, fœmina formæ insignis, [e] ZETINI Satrapæ Turco primum nupsit, ex quo liberos aliquot suscepit: dehinc MANUELI PALÆOLOGO, Joannis Imperatoris Constantinopolitani filio, pacta est; quam cum Byzantium adduxisset Manuel, Joannes pater eximia ejus pulchritudine captus & incensus, filio avulsam, in propriam uxorem sibi adjunxit, grandævus licet, & podagra laborans. Eudociam Alexii Imperatoris Trapezuntini sororem fuisse evincit temporum ratio, tametsi parentis nomen reticeant scriptores. Factas enim Eudociæ cum Joanne secundas nuptias circa annum MCCCLXXX. probabile est, cum extrema eas inierit ætate.

XVI. ALEXIUS COMNENUS, [f] Imperator Trapezuntinus, quando imperii habenas exceperit, haud omnino constat. Uxorem duxit, uti tradit Laonicus, seu potius nescio quod peregrinum emblema, quod in Laonici textum irrepsit, (cujusmodi haud pauca sunt in hoc scriptore, quæ difficultatem miram pariunt in dissolvendis historiæ non adeo familiaris nodis) nobilem quamdam ex Cantacuzena familia: sed cum illa Protovestiarii Trapezuntini amore æstuaret, famaque esset cum eo consuetudinem habere, Joannes Alexii filius ira accensus, Protovestiario primum interempto, patrem & matrem in cubiculo inclusit, quo utrumque pariter vita exueret. Idque peregisset facinus, ni plebs obstitisset, coegisseque Joannem in Iberiam secedere. Alexius vero hac injuria sibi a Joanne filio illata exacerbatus, Alexandrum secundogenitum filium Imperatorem pronuntiavit. Joannes interea, quorumdam Genuensium & Iberorum ope Trapezuntem reversus, per insidias patrem obtruncavit; quem postea magnificis exequiis tumulandum curavit in Metropolitana Ecclesia, tamquam in ejus necem minime consensisset.

Liberi Alexii Comneni Imperatoris Trapezuntini.

XVII. JOANNES COMNENUS, Imperator Trapezuntinus, de quo mox.

XVII. ALEXander COMNENUS, [g] Laonico SCANDER dictus, quæ vox idem sonat quod Alexander, a patre Imperator renuntiatur, præterito Joanne filio primogenito, eique uxor datur soror Dominici Catelusii, Lesbi insulæ, seu Mitylenes Principis. Diem obiisse Trapezunte auctor est idem Laonicus, ejusque viduam cum ipsa urbe in potestatem venisse Muchemetis Turcorum Sultani, & ob formæ elegantiam, qua cæteris sui temporis fœminis præcellebat, in Gynecæum deductam, ex his nuptiis natus unicus filius, quem idem Muchemetes in aula liberaliter educatum, præ cæteris humanissime habuit.

XVII. DAVID COMNENUS, Imperator Trapezuntinus, de quo post fratrem Joannem.

XVII. MARIA COMNENA, JOANNI PALÆOLOGO, Imperatori Constantinopolitano a patre nuptum data est anno MCCCCXXVIII. Obiit anno MCCCCXL. & sepulta est Constantinopoli in Pantocratoris Monasterio.

a *Gregoras l. XI. p. 386. E. R.*
b *Idem.*
c *Excerpta Gregoræ post Nicepho. Pezarii p. 230.*
d *Gregor. Vigner. in Bibl. Hist.*
e *Laonic. l. 2. Phranz. l. 3. c. 2.*
f *Laonic. l. 9. p. 246. E. R. Phranz. l. 2. c. 1. Ducas c. 22. 45. p. 69. 194. E. R.*
g *Laonic. l. 9. 10. p. 246. 264. 281. E. R. Phranz. l. 2. c. 1. 17. Laonic. l. 9.*

XVII. N. COMNENA, [a] uxor KARAILUCI Persoturcorum Principis, cujus occurrit mentio non semel apud Laonicum, Ducam, & Leunclavium.

XVII. N. COMNENA, [b] GEORGII BRANKOWITZII Despotæ Serviæ prima uxor.

XVII. JOANNES COMNENUS, Calojoannes etiam dictus, cæso patre imperium Trapezuntinum arripuit ante annum MCCCCXLIX. [c] Quod ægre admodum tutatus, Turcis undique irruentibus, ac illud aggredientibus, tandem pacto trium millium aureorum tributo annuo Amurathi Sultano, *Edit. Paris. pag. 195.* [d] ac postmodum filio ejus Muchemeto II. reconciliatus possedit. [e] Uxorem duxit, cum in Iberiam patre superstite secessit, Alexandri Iberiæ Regis filiam, Georgii Mepe, seu Regis, cujus meminit [f] Phranzes, fortassi sororem.

Liberi Joannis Comneni Imp. Trapezuntini.

XVIII. ALEXIUS COMNENUS, [g] Joannis filius unicus, annum ætatis quartum attigerat, cum pater e vivis excessit. Post captam Trapezuntem, in Aula Muchemetis II. aliquandiu versatus, [h] ab illo tandem cum Davide patruo, & universa familia Comnena necl datus est.

XVIII. ÆCATHERINA COMNENA, Despœna, [i] a Davide Comneno Imperatore Trapezuntino patruo uxor data est ASAN BECHO, vulgo USUM-CHAZANI nuncupato, Carailuchi filio, Mesopotamiæ, seu, ut aliis placet, Persarum Regi, quo ejus præsidio ac auxilio contra infestas, nimiumque vicinas Muchemetis Sultani vires tutior esset: hac tamen pacta conditione, ut religionem avitam mutare non cogeretur. [k] Spandugi-nus, Pius II. PP. & alii Davidis filiam fuisse dixere, sed perperam, cum Joannis filiam, Davidis ex fratre neptem tradat diserte Laonicus, [l] ipseque David in epistola ad Philippum Burgundiæ Ducem, Calojoannis filiam fuisse satis innuat. Incertum porro eademne, aut quæpiam e sororibus, quam a Constantino ultimo Constantinopoleos Imperatore in uxorem expetitam narrat [m] Phranzes an. MCCCCLI.

XVII. DAVID COMNENUS, Joanne fratre extincto, imperium quod Alexio illius filio jure debebatur, invasit: [n] vir sævus perinde ac imbellis. [o] Uxorem duxit IRENEM CANTACUZENAM, Joannis Cantacuzeni Imperatoris Constantinopolitani ex Matthæo filio neptim: cujus virtutem, & in adversis perferendis constantiam multis prædicat [p] Theodorus Spanduginus. Nec diu imperio potitus est David: [q] nam cum Muchemetes Sultanus, capta Constantinopoli, Græcia, Rascia, & Servia in potestatem redactis, in Colchidem transiisset, Trapezuntem obsessurus, & Græcorum reliquias deleturus, David qui tyranni viribus longe impar erat, auxilio frustra antea a Principibus Christianis, [r] atque adeo ab ipso Francorum Rege Carolo VII. implorato, Urbem invitus tradidit Muchemeti, totoque Colchico cessit principatu, his conditionibus, ut sibi & liberis salva daretur vita, thesauros suos secum auferre liceret, & in Europa reditus vitæ sustentandæ idonei sibi assignarentur. Sic Trapezuntinum imperium in jus concessit Turcorum anno MCCCCLXII. Nec stetit pactis Barbarus: quippe primum Davidem, uxorem & liberos cum agnatis navigio impositos Constantinopolim transmisit: statimque fictis litteris in crimen vocatos, carceri tradidit, ac demum Davidem, septemque filios masculos, nolentes abnegata fide Christiana Musulmanicam superstitionem amplecti, crudeliter trucidari præcepit. Tradit Phranzes Davidem ab ipso Sultano pugno interfectum. Irene vero Davidis uxor, cum mariti & liberorum mortem constantissime tulisset, non multo post diem obiit.

Liberi Davidis Imp. Trapezuntini ex Irene Cantacuzena.

XVIII. NN. Septem Davidis filii a Muchemete interempti.

XVIII. GEORGIUS COMNENUS, [r] minor natu, quem Muchemetes triennem circumcisum, & ad Musulmanicam religionem instructum, cum sorore ad Usumcassanum Persarum Regem, cui Ætatherina patruelis nupta erat, transmisit.

XVIII. [t] ANNA COMNENA, a Muchemete ZAGANO, Macedoniæ inferioris Præfecto collocata, coacta est religionem Musulmanicam amplecti: ita Laonicus. At [u] auctor Historiæ Politicæ Annam tradit Muchemetis præceptori nuptum datam, frustraque ad Muchemetismum sollicitatam, tandem a marito repudiatam.

XVIII. Narrat [x] Laonicus Irenem Davidis Imperatoris uxorem, priusquam Muchemetis classis Trapezuntem appelleret, sese contulisse ad MAMIAM τὸν ἑαυτῆς γαμβρόν. Sed quis iste Mamias, *pag. 196.* mihi omnino incompertum. Incertum etiam an hoc loco vox generi pro agnato aut affini sumatur.

a *Ducas c. 21. Laon. l. 5. Leunclav. l. 14. hist. Musulm.*
b *Phranz. l. 3. c. 2.*
c *Lam. l. 9. p. 247. 247.*
d *Phranz. l. 2. c. 1. 2.*
e *Laonic. l. 9. p. 246. E. R.*
f *Phranz. l. 3. c. 1.*
g *Laonic. l. 9. p. 262. 264. E. R.*
h *Laonic. l. 9. p. 265. E. R.*
i *Laonic. l. 9. p. 260. E. R. Leuncl. in Pand. Turc. n. 188. Vigner. in Bibl. Hist. an. 1456.*
k *Spandug. Pius in Asia c. 53. Hist. Polit. p. 209.*
l *Æneas Sylvius ep. 391.*
m *l. 3. c. 1. 2. 3.*
n *Dorotheus Monemb. apud Leon. Allatium de Consens. utr. Eccles. p. 1380.*
o *Phranz. l. 3. c. 2.*
p *Spandug. p. 183. 193.*
q *Spandug. p. 193. Phranz. l. 3. c. 27. Doroth. Monemb. Ducas c. 45. Pius II. in Asia c. 53. Laonic. l. 9. p. 263. E. R.*
r *Monstrellet. 3. vol. p. 87.*
s *Laonic. l. 9. p. 264. E. R.*
t *Laonic. l. 10. p. 281. E. R.*
u *Hist. Polit. p. 21.*
x *lib. 9.*

XXX.

COMNENORUM ARIANITARUM STEMMA.

ETsi hæc, de qua acturi sumus familia, Comnenorum illustre cognomen videatur præsertim affectasse, ut plurimum tamen Arianitarum appellatione donatur a scriptoribus, propter Arianitam Comnenum Magni Scanderbegi & ejusdem fratris socerum. Ut porro Comnenica gens cæteris longe præstitit, ut quæ diu tenuerit imperium; ita & Arianitarum in Imperatorum aula præcipuas obtinuit dignitates, ac inter nobiliores semper præfulsit. Ex iis primus mihi occurrit [a] DAVID ARIANITA, qui bellicis expeditionibus inclaruit imperante Basilio anno MXVI. [b] Hujus forte filius CONSTANTINUS ARIANITA, Magister, copiarum dux præcipuus sub Constantino Monomacho, qui in prælio cæsus est anno ML. Hos excepit JOANNES ARIANITA sub eodem Augusto, cujus natalium nobilitatem multis prædicat [c] Willelmus Antistes Tyrius, apud quem tamen perperam *Carianita* scribitur, cum hac nomenclatura apud Byzantios nulla legatur familia. Verum quidquid sit de Arianitis, haud promptum est Comnenicæ istius gentis stipitem agnoscere. Neque enim Flavii Comneni, recentioris Græculi scriptoris, ineptiis ac nænlis liceat immorari, qui omni posito pudore, & nomina conficta, & imaginarios agnationum gradus, fere semper comminiscitur, ab ipso generis humani principe arcessitis interdum familiarum primordiis. Arianitarum igitur vel etiam Comnenorum initia ab iis auspicabor, quorum certa quodammodo supersunt monumenta.

COMNENUS, Budaresci Princeps, eodem Flavio Comneno auctore, vixit circa annum MCCC. [d] Etsi de nomine ac dignitate dubitare liceat, constat saltem Arianitæ Comneni Scanderbegi soceri patrem tres procreasse filios, *Arianitam* hunc, quoquo nomine appellatus fuerit, *Musachium*, & *Ulademum*. *Musachio* ex Voislava uxore filius fuit Moyses, cognomento Dibrensis, quod in Dibrensi oppido, quod Dyrrachio vicinum fuit, cujusque meminit [e] Scylitzes, habitaret, vulgo etiam Moyses Golemus Arianita indigitari solitus a [f] scriptoribus, quem assiduum Scanderbegi expeditionum socium ac comitem fuisse testantur. Tertius Arrianitæ frater fuit *Ulademus Golemus Arianita*, cui uxor fuit Angelina Scanderbegi soror; & quo ex connubio prodiit Musachus, ex matre Angelinæ cognominatus, & interdum Golemus Arianita, qui eumdem pariter Principem in bellis ac expeditionibus comitatus est.

ARIANITA THOPIA GOLEMUS, (quæ postrema vox Latine Comatum significat, seu Capillatum, uti scribit [h] Barletus: unde forte a plerisque scriptoribus *Cominicum* indigitatur, ex quo nescio an non *Comnenicum* cognomen natum deinceps fuerit,) cognomento Magnus, ob præclare in bellis gesta, adeptasque insignes ex Turcis eorumque Sultano Muchemete victorias. [i] Protendebatur ejus in Albania dominatio a fluvio Aoa, seu Vavissa, usque ad Ambracium Sinum, in Epiri ora maritima: possidebatque Dyrrachium, Aulonem, aliaque oppida munita. Obiit ille, non anno MCCCCXLVI. uti Flavius scribit, sed circa annum MCCCCLXIX. vel MCCCCLXX. quantum ex filii Epitaphio, quod mox describemus, colligere licet. [k] Docemur vero ex Benevenuti de S. Georgio, de Comitibus Blandratensibus, Militis Hospitalarii, commentariis ineditis, qui in Sabaudiæ Ducis Bibliotheca asservantur, Principem hunc, quem Arianitam Comnenum vocat, ut & cæteri qui illius meminere scriptores, primis nuptiis uxorem sibi adsciviisse ex Musachorum celebri in Albania familia. Qua extincta alteram duxit, filiam Olivarii Franconis de Sessa, ex Regno Neapolitano, ubi hæc familia nota, viri bellica laude perillustris, quique ob nescio quam rebellionem a Ferdinando Rege capite mulctatus est. Illa vero prius Harmazæ, nobili Corcyrensi, nupserat, ex eoque natas duas sustulerat, alteram ex Loredana, alteram ex Raimunda familia nobilibus Venetiis nuptas. Ex priore Arianitæ conjugio unica prodiit filia, quam *Irenem* vocat Flavius, Stephano Brancovitzio, Serviæ Despotæ, a patre collocatam, cum princeps ille a Mahumete ditionibus suis pulsus in Albaniam concessit. Ex altero connubio plures enati liberi, *Constantinus* scilicet *Comnenus*, *Pazus* Protonotarius, N. *Comnenus*, qui Muchemeticam religionem amplexus est: *Doneca*, seu *Andronica*, Magni Scanderbegi uxor: *Maria* nupta Bartholomæo Guispo Savonensi, viro haud admodum nobili, qui ob nescio quam cum Sixto IV. PP. cognationis affinitatem Rouverii cognomentum assumpsit. Is ex uxore Franciscum & Antonium procreavit: quorum prior Episcopus Volaterranus, deinde Beneventanus fuit Archiepiscopus, ut docet illius [m] epitaphium, hisce conceptus verbis: *D. O. M. Francisco de Rouvere, Archiepiscopo Beneventano, Julii II. Pontificis Max. ex fratre nepoti, ex matre vero ex nobili Comnenorum Græciæ Imperatorum familia, qui vivens & animi & fortunæ bonis locuples fuit, moriens vero cælestibus delitiis locupletissimus extitit. Arianitus Comnenus Maced. Princeps gratiss. atque amantiss. consanguin. memor. pos. Obiit anno Do. M. D. XLV die XII. Mens. Januarii. Vixit an. LXX. mens. II. d. XX.* Aliæ præterea Arianitæ extitere filiæ, *Catharina* nempe nupta primum Spano, nobili Albano; quo ex conjugio natæ filiæ duæ, altera nobili Hungaro primum copulata, deinde Venetiis Nicolao Boccalio, de quo alius erit dicendi locus; altera *Maria*, Jacobi de Pagnanis Bressensis uxor. Catharina vero rursum nupsit anno MDXIX Mercurio Albæ Præfecto. *Theodora*, filia altera Arianitæ, ex Albensi nobili, qui Venetiis morabatur, filiam procreavit, bis nuptam. Præter has Arianitæ filias, quarum meminit Sangeorgius, aliquot alias recenset Flavius, *Voisavam* scilicet, quam Scanderbegi parentis alteram fuisse uxorem scribit: quam in re falli constat, cum illa fuerit Pologi domini filia; *Agnetem*, quam Michaelis Comneni, qui etiam Petrus Spanus nuncupabatur, uxorem fuisse ait, quamquam alibi Andreæ ejusdem Spani filio, qui Angelorum Dalmaticæ familiæ primus auctor habetur, copulatam scribat. Verum Spani istius conjugem Catharinam appellatam constat. Denique *Comitonem* Arianitæ postremam filiam recenset Flavius, Goitonis Streffii uxorem, qui non alius est a Goico Strascimiro, Georgii Strascimiri, Zentæ Domini, ex Balsensi Gallica familia, filio.

Edit. Paris. pag. 197.

a *Scylitz. p. 711. E. R.*
b *Idem p. 777. 783. 786.*
c *lib. 1. c. 6.*
d *Barlet. l. 7. p. 211.*
e *Scylitz. p. 745. E. R.*
f *Lavard. l. 1. c. 4.*
g *Barlet. p. 22. Lavardin. l. 4. c. 5.*
h *Barlet. p. 37. Lavard. p. 35.*
i *Volaterr. l. 8.*
k *Benevenut. de S. Georgio.*
l *Ammirat. to. 2. gen. Neap. p. 69. Theatro geneal. di Sicil. to. 1. p. 364.*
m *Schrader. l. 1. Monum. Ital. p. 25. Ughellm to. 8. p. 255.*

CONSTANTINUS COMNENUS, Macedoniæ Princeps, Achajæ Dux, (titulo tenus) Arianitæ Magni filius, vix duodecimum ætatis annum attigerat, cum parens obiit: quo extincto, cum ditionibus suis expulsus fuisset a Turcis, in Italiam ad Summum Pontificem concessit; ubi aliquandiu moratus, paucis post annis, a a Maria Monferratensi Marchionissa, Stephani Brancovitzii, Serviæ Despotæ, ex filia Angelina nepti, in Bonifacii Palæologi Marchionis conjugis aulam evocatur anno MCCCCLXXXIX. b Exin Carolus VIII. Franciæ Rex, Regnum Neapolitanum adeptus, ejus opera uti statuit, quo bellum Turcis inferret, eorumque regiones aliquot sibi per defectionem assereret. Sed Caroli consilium exitu caruit, Venetis istud Turcis prodentibus. c Marchionissa interea Monferratensi extincta anno MCCCCXCV. filiorum binorum impuberum tutor Constantinus, & Montisferrati Gubernator deligitur; quamquam id sibi juris competere Saluciensis Marchio contenderet: sed controversiam diremit Rex Carolus, misso hunc in finem Philippo Comineo, qui tutelam Constantino adjudicavit, cum populi totius applausu, cui admodum ille charus habebatur. d Verum abdicatis postmodum Francorum partibus, Maximiliani partes amplexus, e Gallia, quo se contulerat, juniore Marchione suæ ætatis facto, pulsus est. Sed & ajunt Franciscum I. Regium adeptum diadema, hunc in Franciam evocare in animo habuisse, ut Ordinis Militaris S. Michaelis torquem, quo a Carolo VIII. vel a Ludovico XII. donatus fuerat, & a quibus in expeditionibus bellicis copiis militaribus præfectus fuerat, cum dedecore coram auferret: a quo tamen consilio avocatus fuerat a Bibiena Cardinale, ut ex ejus e litteris docemur, Lutetiæ Parisiorum scriptis XXVI. Novembris ann. MDXVIII. Meminit non semel Constantini in Historia Guicciardinus, a quo perperam Marchionissæ Monferratensis frater dicitur, cujus ille major erat avunculus: quamquam id ex vulgari, quæ tum invaluerat, vulgi opinione scribat, cum idipsum tradatur duobus locis ab f Octavio Sangelasio, quorum alterum hic describemus.

Domp Constantin frere de la Marquise
Tres-humblement lui fit la reverence.

Edit. Paris. pag. 198.

g Annus quo fato functus est, annotatur in Epitaphio, quod parenti in Ecclesia SS. Apostolorum Romæ erexit Arianita filius, hisce verbis: *Constantino Comneno, Macedoniæ Principi, Achajæ Duci, qui cum patre amisso XII. annos natus, avitis regnis a Turcis pulsus esset, animi magnitudine fortunæ injuriam confutavit, belliciisque studiis majorum suorum amplitudinem adæquavit primum a Pontifice Max. atque Aloysio Gallorum Rege amplissimis exercitibus præpositus, omnibus imperatoriis virtutibus summam gloriam adeptus est. Arianitus filius patri opt. merit. pos. Vix. ann.* LXXVII. *Decessit Kal. Maii ann. Dom.* MDXXXI. Uxoris nomen ac familia a scriptoribus, quod sciam, minime proditum; quamquam ex Monferratensi Marchionatu, ubi ille complura uxoris jure prædia possedisse auctor est h Bembus Cardinalis, ortam sit conjicere. Ex ea porro, qualiscumque fuerit, complures liberos extulit, ex quibus præsertim recensentur, *Arianita Comnenus*, de quo mox: *Doneca*, seu *Andronica*, Caroli Despotæ: *Pentesilea*, Lechi Ducagini: *Hippolyta*, Leonelli Pii: *Polyxena*, Ranutii de Matelico. *Dianira*, Georgii Trevisii, vel Trivulsii, Militaris turmæ sub Venetis & sub Carolo V. Imperatore in Hungaria præfecti: ac *Helena* denique, Joannis de Luna Castellani Mediolanensis, uxores. Legimus apocham originalem Helenæ istius ex Camera Computor. Parisiensi, 1. Decemb. an. MDLXVIII. ex qua docemur ex fisco regio accepisse in singulos menses pensionem centum librarum, ubi indigitatur, *Helene de Comnene, Comtesse de la Lune, veuve de feu Castelan de Milan*. Apochæ sigillum cereum appenditur, in quo expressa insignia, sex in partes divisa, quarum prima & quarta stellam; secunda & quinta crucem pedatam; tertia & sexta, tres *billetas*, vel velleris Armeniaci notas præferunt. Scutum corona exornatur, cum inscriptione, *Dona Helena Comnena*. Quæ quidem insignia videntur fuisse ipsius Helenæ, cum alia sint Lunensis familiæ, cujus stemma contexuit i Philadelphus Mugnosius in Familiis Siculis. Legimus enim apocham aliam D. Jacobi de Luna an. MDLXII. in qua se Castellani Mediolanensis filium indigitat, summæ CCL. libr. a Rege illi concessæ, cui sigillum bipartitum appenditur, in cujus superiori parte Lunula resupina exprimitur.

ARIANITA COMNENUS, Macedoniæ Princeps, Constantini filius, Romæ vita excessit an. MDLI. ut scribit Flavius. Unde eum esse k Principem Macedoniæ conjicere est, qui Pontifici Maximo in bellis Italicis meruit, & fortiter pugnans cæsus dicitur in Torchiaræ, cujus Præfectus erat, ad decimum a Roma milliare, expugnatione, XVI. Novembr. eodem anno. Cæsi corpus, Horatii Farnesii hostium ducis, qui oppidum scalis admotis vi ceperat, jussu, Parmam delatum, perhonorificis exequiis tumulo mandatum est: *Ejus hoc genti & virtuti datum*, ait Thuanus.

a *Beneven. Sangeorg.*
b *Phil. Comin. l. 7. c. 14.*
c *Belcar. l. 7. n. 4. Phil. Com. l. 8. c. 9. Volater. l. 8.*
d *Rembus l. 7. hist. Venet. p. 172. 173. Belcar. l. 11. n. 23.*
e *Epist. Princip. edit. Ven. an.* 1564.
f *S. Gelais au Verger d'honneur.*
g *Schrader. l. 2. Monum. Ital. p.* 124.
h *P. Bemb. l. 7. p.* 173.
i *Philadelph. Mugnos.*
k *Thuan. l.* 8.

XXXI.

FAMILIA COMNENORUM SABAUDICA.

Edit. Paris. pag. 199.

IN familiis nobilioribus Græcanicis, quæ Turcorum, post expugnatam ab iis Constantinopolim, totumque eversum Byzantinorum Imperium, refugientes tyrannidem, in varias Europæ provincias migrarunt, fuit illa, quæ Comnenorum cognomine insignis adhuc innotescit; ex qua primus in Sabaudico principatu sedem fixit ALEXIUS DRACO COMNENUS, Miles, & Regis Franciæ Cameræ, ut ajunt, Nobilis, Guillelmi Verdini Comneni ex Clara Comnena filius, Pera seu Galata ad Constantinopolim oriundus. Hic in primo ætatis flore, relicta patria, mitiorem hausturus aerem, seu auspicatiorem expeturus dominationem, in Emmanuelis-Philiberti Allobrogum Ducis, & Margaretæ Franciæ uxoris aulam venit; ubi inter pueros honorarios primum, deinde inter pincernas Principis adscitus est. Exhinc annis factus maturior, militaris, quam profitebatur, artis tyrocinia in præliis contra Turcos exercendi sibi esse opportunum ratus, Venetis, quibus bellum cum iis tum erat, cum aliquot collectis ex Græcia nobilibus sese adjunxit, Ducis ipsius Sabaudici indultu, qui ad Senatum in ejus commendationem per Legatum suum Venetiis commorantem scripsit. Senatus porro Venetus Jacobo Foscarino classis Præfecto confestim per litteras præcepit, quo Alexium non modo ut nobili natum genere, sed etiam ut virum Reipublicæ utilem, & cui Græci ac Albani haud pauci deinceps adjungi possent, reciperet ac complecteretur. Quo quidem in bello ita se gessit Alexius, ut confecta expeditione, de animi fortitudine actisque præclaris ad Venetum Ducem rescripserit Foscarinus; tum Zaræ commorans, XXII. Maii anno MDLXXIII. alio insuper diplomate in publicum de Alexii eo bello militari virtute ac gestis testimonium exarato, & eidem concesso. Qua quidem tempestate Macarius Malvasiensis Metropolitanus, qui tum Corcyræ morabatur, suum de Alexii natalium nobilitate, & ut ab Imperatoria Comnenorum gente genus duceret, idiomate Græco vulgari pariter diploma exaravit. Ex hac expeditione in Sabaudiam redux Alexius, Avenionem transiit, ubi Vexilliferi munus obtinuit in equestri manipulo sub Comite Villæclaræ, Gregorii XIII. Summi Pontificis copiarum militarium Præfecti. Interea cum Henricus III. Francorum Rex e Polonia in Galliam reverteretur, & Augustam Taurinorum venisset, ab Armeniaco Cardinale, qui tum Legati Apostolici munus Avenione obibat, eodemque Villaclarensi Comite, ad Regem missus est Alexius, ut fausta ei adprecaretur suo nomine, & de adepta nuper Franciſci Regis dignitate gratularetur. Qua quidem provincia ita defunctus est, ut ex ipsius Regis relatu, Catharina Medicæa Francorum Regina, Sabaudorum Principum assensu, eum in Galliam evocaret, & Andegavensi Duci filio in Nobilem ordinarium concederet, indultis ad hoc a Duce litteris 1. Junii an. MDLXXV. Dux vero in Angliam, ac deinde in Belgium profectus, Alexium equestri legioni præfecit, dato Lundini diplomate XXIII. Decembris anno MDLXXXI. Quo post hæc mortuo, Alexius, qui patriam religionis avitæ tuendæ occasione deseruerat, bellis se Gallicis civilibus implicans, eas amplexus est partes, quæ specioso Catholicarum nomine Regias impugnabant; in quibus quidem bellis perhonorificis muneribus functus est. Quippe a Duce Meduanensi oppidi & Castri Firmitatis-Bernardi in Cenomanis Gubernator primum est dictus, illius diplomate dato XXI. Maii anno MDLXXXIX. quod erroris a scriptorem eximium arguit, scribentem hanc Præfecturam a Brissacensi Comite Alexio donatam. Exhinc provinciæ Perticensis Goveti Præfecturam obtinuit ejusdem Ducis diplomate XXIX. Octobris ann. MDCX. Castrorum Præfecti munus præterea obiit in eo exercitu, cui præfuit Claudius Chatreus Franciæ b Marescallus, a quo, eo absente, Aureliani, vices suas obire jussus est diplomate XX. Sept. an. MDXCI. alio Meduanensis Ducis XXIV. Apr. an. MDXCII. firmato. Quo quidem anno Alexius Comnenus nuptias primum iniit cum DIONYSIA DE HARQUEVILLA, ex nobili ac antiqua Normannica gente. Sopitis *pag. 200.* deinde bellis civilibus, c Domui Sabaudicæ, Henrico scilicet Nemosiensi Duci, sese addixit: a quo sub annum MDC. ad Allobrogum Ducem missus est, ut de nuptiis cum Ducis filia, quarum spes Henrico data erat, cum Sabaudo ageret. Sed ejusmodi evanescentibus consiliis, a Nemosiensi Duce Lutetiam revocatus, in illius domo postmodum Militis Honorarii Annæ Lotarenæ Duciſſæ Nemosiensis fungens munere, demum obiit XXIII. Januarii anno MDCXIX. ætatis LXVI. & in Ecclesia S. Stephani, quam Graduum, seu, ut alii, Græcorum vocant, sepultus est: testamento exarato anno MDCXIV. cujus initium ita concipitur: *Ie Alexis Drague extrait des Comnenes, &c.* Ex illius conjugio natus est EMANUEL COMNENUS, Miles, filius unicus, mense Martio anno MDXCIII. qui ob initam, prout ea ferebant tempora, cum Nobili quodam ex Ducis Nemosiensis domo, monomachiam, Francia excedere coactus, in Sabaudiam recessit: ducta mox uxore ann. MDCXXII. CATHARINA LOUYSA, Georgii Louysi Rupefortis domini, Ducalis Consiliarii, & Ærarii citra montes Præfecti filia, & ex Bertrando Seissello Barone *de la Serra*, & Annunciatæ Milite, vidua. Obiit ille mense Julio anno MDCXXXIX. relictis aliquot ex eo conjugio liberis: quos inter fuere JOANNES CONSTANTINUS COMNENUS, utriusque Juris Doctor, Decanus Ecclesiæ Collegialis Cameræ, & Eleemosynarius generalis Equitatus Sabaudici, anno MDCLXXIII. vir in litteris haud mediocriter versatus: JOANNES-ANTONIUS COMNENUS, Miles, & Vexillifer in Scadrone, seu Manipulo Sabaudico, qui matrimonio junctus est mense Julio anno MDCLXIX. FRANCISCÆ RAPINÆ, (ex quo prodiere PETRUS-ALEXIUS COMNENUS, natus XXIX. Junii anno MDCLXI. & ANNA COMNENA, nata anno MDCLX.) Præterea CLAUDIUS COMNENUS, & THEODORA COMNENA, nupta anno MDCLI. Petro DE FUGIER, Domino *de la Maison forte du Vergier*, juxta Castrum *de Barraux*, in Delphinatu.

Defert hæc Comnenorum familia Sabaudica pro insignibus, aquilam auream bicipitem coronatam in scuto rubeo.

a *Thuan. l. 58.*
b *Mezeraus.*
c *Guichenon. in hist. Sabaud.*

XXXII.

Edit. Paris. pag. 201.

ANGELORUM FAMILIA.

ISAACIUS ANGELUS.

ICAAKIOC ΔECΠO Τῆς. *Imp. cum loro stans, cui Archangelus Michael crucem porrigit: infra, hi characteres*, X. MI. *id est*, Αρχισάτηγος Μιχαήλ.

MP. ΘV. *Deiparæ in cathedra sedens, cum figura Christi in clypeo.* Vide Diss. n. 30.

ΑΓΙΟC ΑΡΧ. f. ἀρχισάτηγος, vel ἀρχάγγελος Μιχαήλ. *Imperator paludatus, cui S. Michael longiorem narthecem porrigit.*

MP. ΘV. *Deipara in sella sedens, cum figura Christi in clypeo.* Nummus argenteus ad nos Constantinopoli delatus. Vide Dissert. n. 30.

ICAAKIOC ΔECΠOTHC. *Imperator paludatus. dextra crucem, sinistra acaciam, seu volumen: supra, e nube prodit manus capiti Imperatoris stemma imponens.*

MP. ΘV. *Deipara stans, palliata, manibus expansis, lumulæ insistens.*

ALEXIUS ANGELUS.

ΑΛΕΞΙΟC ΔECΠOTHC. *Imperator paludatus. dextra narthecî innixus, læva globum crucigerum tenuens.*

Αγιος ΓΕΩΡΓΙΟC. *S. Georgii protome, dextra spiculum tenentis.* Vide Dissert. n. 32.

I. FAMILIIS mediocribus, vel quæ obscura delitescunt origine, splendorem haud minimum conciliant initæ cum illustrioribus connubiorum affinitates. Harum ope emergunt quadamtenus e vulgo, & quod ex generis antiquitate deest, magistratuumve fastigio, suppletur qua eæ fulgent communione dignitatis. Atque hæc quidem necessitudinum prærogativa tum est major, cum ineuntur cum iis, qui natalitium suorum radiis non illustrant modo, sed & eminentioris potestatis, cujusmodi Regia est, qua pollent auctoritate, ad supremos honorum gradus affines suos possunt evehere. Jacuerat hactenus Angelorum familia, vix in Imperatorum Palatio nota, antequam filiam suam Theodoram Constantino Angelo nuptum dedisset Alexius Comnenus Imperator, quem ex urbe Asiæ Philadelphia, nullius nominis aut vetustatis gente oriundum testantur a Historici. Hujus porro parenti, quisquis is fuerit, ad minus filii duo extitere, scilicet ille idem.

II. CONSTANTINUS ANGELUS, de quo mox, &

II. NICOLAUS ANGELUS. b Is prioribus Manuelis Comneni Imperatoris in Iconiensem Sultanum expeditionibus interfuit. Ac licet Cinnamus, a quo id docemur, Nicolaum Constantini fratrem hoc loco non dicat, eumdem tamen esse reor, qui Constantini frater in c alio appellatur; cum scilicet narrat, ut in ea expeditione maritima, quam in Siculos suscepit idem Manuel, duce ac præfecto Constantino, ejus frater, qui certo navium numero præerat, inito prælio, primus fugam arripuerit, victoriamque hostibus cesserit, capto ipso Constantino. Scribit Romualdus Salernitanus Archiepiscopus a Siculis captum, in Siciliam ad Regem Rogerium abductum. *pag. 202.*

II. CONSTANTINUS ANGELUS, d Philadelphiensis, cum præclara corporis ac procera esset statura, formaque præditus insigni, ab Alexio Comneno Imperatore delectus est in generum, data in uxorem filia ultima THEODORA COMNENA. Quibus ille dignitatibus sub socero Joanneque Comneno filio fulserit functusve fuerit in aula Constantinopolitana, non tradunt, opinor, scriptores. e At sub Manuele classi præfectus est bello contra Siculos, a quibus, inito prælio, fusus captusque est circa annum MCLII. f Exhinc eumdem Augustum bello contra Hungaros circa annum MCLXI. comitatus legitur.

a *Zonar. p. 237. E. R. Nicet. in Man. l. 2. n. 7.*
b *Cinnam. l. 2.*
c *Cinnam. l. 3. Romuald. in chron. MS. an. 1132.*
d *Zonar. p. 237. E. R. Nicet. in Man. l. 2. n. 7.*
e *Nicet. loco cit. Cinnam. l. 3.*
f *Nicet. in Man. l. 4. n. 3.*

Liberi Conſtantini Angeli ex Theodora Comnena.

III. MICHAEL ANGELUS, [a] bello interfuit, quod cum Turcis geſſit Manuel circa annum MCLIX. Primum inter Conſtantini filios ſola temporis quo ille vixit ratione ducti hic ponimus, licet quo eum gradu contigerit, non indicet Nicetas.

III. ANDRONICUS ANGELUS, de quo mox.

III. JOANNES ANGELUS, Sebaſtocrator, de cujus poſteritate agetur infra ſuo loco.

III. CONSTANTINUS ANGELUS, dignitate Sebaſtohypertatus, [b] judicio quod pro Coſmæ Attici Patriarchæ Conſtantinopolitani depoſitione a Manuele Imperatore menſe Febr. an. MCXLIV. in Blacherniano Palatio editum eſt, aſſedit ſubſcripſitque cum cæteris aulæ proceribus: in quo ἐξάδελφος, ſeu *Patruelis* Imperatoris nuncupatur: [c] hunc etiam comitatus eſt bello contra Servios; [d] captaque & expugnata a Manuele Dalmatia, eidem provinciæ præfectus eſt.

IV. CONSTANTINUS ANGELUS, [e] adverſus Bulgaros ac walachos cum exercitu miſſus ab Iſaacio Angelo Imperatore, rerum bene geſtarum ſucceſſu juveniliter elatus, purpureos calceos induit, ſeque pro Imperatore geſſit. Sed dum Philippopoli Adrianopolim contendit, ut ſororium Vatatzem ad ſuas partes pertraheret, ab ipſis a quibus fuerat ad defectionem impulſus, Iſaacio traditus excæcatur anno MCXCII. Nicetas qui hæc de Conſtantino refert, non ait fuiſſe Conſtantini filium; id nos ex eo colligimus, quod ejuſdem Iſaacii ἐξάδελφον, ſeu patruelem appellet.

IV. N. ANGELA, [f] uxor BASILII VATATZÆ, Domeſtici Occidentis, de quo in Vatatzarum ſtemmate.

III. N. ANGELA, mater [g] *Manuelis Camytzæ*, Protoſtratoris, qui operam haud inutilem variis in bellis, Iſaacio & Alexio Angelis imperantibus, navavit.

III. ANDRONICUS ANGELUS, [h] prima militiæ iniit rudimenta una cum fratre Joanne bello contra Cappadociam incolentes Turcos, Manuele imperante, ſub annum MCLXXII. [i] Triennio poſt Turcos, qui circa Lacerium, Panaſium & Characem habitabant, aggreſſo Manuele, Andronicus, Manuele Cantacuzeno viro ſtrenuo Legato adjuncto, traditaque præcipua Orientalium copiarum parte, hoſtes invadere juſſus, nullo edito facinore, quod tantis viribus par eſſet, fugam trepidus nemine perſequente arripuit: unde indignatus Imperator, parum abfuit quin Andronicum muliebri habitu per Urbem circumduci juberet, unica cognationis ratione ab eo conſilio Auguſtum avertente. [k] Nec feliciori poſtea exitu pugnavit anno MCLXXX. adverſus Andronicum Comnenum, qui infeſtis armis ad Urbem, tyrannidem parturiens, feſtinus contendebat, miſſus, a quo ad Characem in Bithynia profligatus eſt. Sed veritus ne ab Auguſta junioris Alexii matre, ac Protoſebaſto, qui rerum in aula tum potiebatur, quod favere diceretur Andronico, male acciperetur, cum uxore ac filiis ſex, viris cordatis ac manu ſtrenuis, ad eumdem Andronicum tranſiit. [l] Deinde conſpirationis in Andronicum reus factus, ab eo cum filiis quatuor in exilium actus eſt. Subdit [m] Rogerus Hovedenus Andronico Angelo Tyranni juſſu execta prius virilia, & oculos erutos, ut & duobus ex filiis. Certe de Andronico caſtrato & excæcato ſilet Choniates: [n] tametſi tribus Andronici filiis Tyranni juſſu lumina adempta alio loco commemoret. [o] Scribit præterea Antiſtes Tyrius Andronicum Angelum a Manuele Imperatore miſſum Legatum ad Balduinum IV. Hieroſolymitanum Regem, Ægyptiacæ expeditionis occaſione: ubi perperam Manuelis ſororis filius fuiſſe traditur. [p] Huic uxor fuit EUPHROSYNE, [q] Theodori Cattamonitæ Logothetæ Secretorum filia.

Edit. Pariſ. pag. 203.

Liberi Andronici Angeli ex Euphroſyne.

IV. ISAACIUS ANGELUS, Imperator. } De his mox.

IV. ALEXIUS ANGELUS, Imperator. }

IV. CONSTANTINUS ANGELUS, [r] una cum patre conſpirationis reus, captus ab Andronico tyranno, in carcerem truſus & luminibus orbatus eſt.

IV. THEODORUS ANGELUS, [s] Andronico Comneno ad tyrannidem properanti fortiter obſtitit: verum Pruſa Bithyniæ urbe, in quam una cum Manuele Lachana & Leone Syneſio, illius tutandæ gratia, ſe receperat, vi a tyranno expugnata, captus & ipſe excecatus eſt, cum vix adoleſcentiæ annos exceſſiſſet.

IV. JOANNES ANGELUS, [t] cui filius fuit *Andronicus Angelus*, Friderico I. Occidentis Imperatori ab Iſaacio patruo obſes datus, dum ille per Græcorum terras Hieroſolymitanum iter aggreſſus eſt anno MCXC.

IV. N. ANGELUS, Andronici filiorum ſextus: totidem enim filios habuiſſe Andronicum exerte teſtatur [u] Nicetas, quorum tribus adempta a Tyranno Andronico lumina, ex quibus proinde iſte fuerit.

IV. IRENE ANGELA, [x] Andronici natarum primogenita, nupſit JOANNI CANTACUZENO Cæſari; de quibus plura in Cantacuzenorum ſtemmate.

IV. THEODORA ANGELA, altera Andronici filia, [y] CONRADO MONFERRATENSI, Bonifa-

a *Nicet. in Man. l. 3. n. 6.*
b *Apud Allat. de Conc. utr. Eccl. l. 2. c. 12.*
c *Cinamm. l. 3*
d *Jo. Lucius l. 3. Hiſt. Dalm. c. 9. 10. l. 6. c. 4.*
e *Nicet. in Iſaac. l. 3. n. 4.*
f *Nicet. loco cit.*
g *Nicet. in Iſaac. l. 1. n. 8. l. 3. n. 3. in Alex. l. 3. n. 6. l. 2. n. 5. l. 3. n. 2. 7.*
h *Nicet. in Man. l. 6. n. 2.*
i *Idem l. 6. n. 8.*
k *Nicet. in Alex. Man. F. n. 9. Tyr. l. 22. c. 11. Chron. Reicherſp. p. 266.*
l *Nicet. in Alex. n. 17.*
m *Hoved. p. 59.*
n *Nicet. in Alex. Com. l. 1. n. 5.*
o *Tyr. l. 21. c. 16.*
p *Nicet. in Andr. l. 1. n. 2.*
q *Idem in Iſaac. l. 3. n. 5.*
r *Nicet. in Alex. Man. F. n. 14. in Alex. Com. l. 1. nn. 5. Chron. Reicherſp. p. 266.*
s *Nicet. in Alex. Man. F. n. 18. in Andr. l. 1. n. 4. in Alex. Com. l. 2. n. 5.*
t *Exped. Aſiat. Frider. Imp. tom. 5. Caniſii p. 74.*
u *In Alex. Man. F. n. 9. in Alex. Comnen. l. 2. n. 5.*
x *Balſamon ad Nomocan. ad Photii.*
y *Nicet. in Iſaac. l. 1. n. 7. l. 2. n. 1. Mon. Altiſiod. ann. 1186. p. 90.*

cii II. Montisferrati Marchionis fratri, Guillelmi III. Marchionis filio, nuptum ab Isaacio fratre data est anno MCLXXXVI. cum prior Conradi uxor recens esset mortua. Quibus quidem peractis nuptiis, Conradus Cæsaris dignitate donatus est. Verum cum ampliſſima, quam ex ea affinitate in aula progressus conceperat, spe frustratum se cerneret, ac imaginario nulliusque fructus Cæsaris titulo unico gauderet, clam Constantinopoli elapsus, [a] in Palæstinam contendit, Tyrum appulit ipsomet die quo Christianis infaustum prælium a Guidone Hierosolymitano Rege cum Saladino commissum est, ubi & Rex in hostis potestatem venit, urbemque contra Sultani insultus viriliter servavit, patre e captivitate etiam redempto. Exhinc post edita varia animi & fortitudinis specimina, ductaque Elizabeta Sibyllæ Hierosolymitanæ Reginæ sorore, quam Hunfredo Toroni Domino tum enuptam abstulerat, interiit, a submissis Chasiis, seu Assassinis confossus. [b] Quod porro subdit Rogerus Hovedenus, homicidii nescio cujus a se perpetrati causa Constantinopoli excessisse Conradum, ad id forte spectat, quod a Monacho Altisiodorensi traditur; Conradum scilicet, cum Alexium Branam, qui Imperatorem se dixerat, Constantinopolim obsidentem suamet manu interemisset, ex tam illustri facinore, procerum, atque adeo Branæ agnatorum invidiam ac odium sibi conflasse, ut in Urbe tuto manere haud existimaret. Ex ea igitur excessit, relicta uxore; quod exerte ait Hovedenus, & admodum simile vero, tametsi de hac re sileant Byzantini scriptores. Sed errat cum Theodoram Isaacii Augusti neptim appellat, cujus secundum Choniatem & Monachum Altisiodorensem, soror fuit. Verum si cum Conradus Constantinopoli excessit, uxoremque Hunfredo Toronio eripuit, adhuc in vivis erat Theodora; mirari subit, cur in ea controversia, quæ Conradi nuptiarum occasione diu agitata est, ei haud objectum fuerit alteri uxori conjugii nexu jam esse devinctum.

Edit. Paris. pag. 204.

IV. ISAACIUS ANGELUS, [c] Andronico Comneno Tyranno a plebe interempto, IMPERATOR est appellatus: [d] quam quidem dignitatem obtinuit per annos IX. & menses VIII. scilicet a XII. mensis Septembris anno MCL. XXXV. usque ad VIII. Aprilis an. MCXCV. quo Alexius, Isaacio fratre excæcato & in carcerem detruso, procerum quorumdam factiosorum ope, Augustum diadema invasit: quo tum tempore ætatis quadragesimum annum vix attigerat Isaacius. [e] At Urbe [a] Francis & Venetis expugnata anno MCCIII. fugatoque Alexio, rursum priori restitutus est dignitati: qua tamen brevi est usus. Nam cum Alexium filium, Imperatorem etiam dictum, ab Alexio Duca, cognomento Murtzuphlo, qui tyrannidem invaserat, suffocatum accepisset, præ dolore statim post interiit mense Februario anno MCCIV. [f] Bis porro nuptias iniisse legitur: ac prioris quidem uxoris nomen & familiam subticuere scriptores, quam ante adeptum ab Isaacio imperium excessisse tradunt. [g] Imperator vero appellatus, MARGARETAM, Belæ Regis Hungariæ ex Agnete Antiochena filiam, tum decennem, in uxorem per legatos expetitam, nubilem demum duxit, [h] & hanc MARIAM, mutato nomine, ut Græcis familiare tum fuit, nuncupari voluit. [i] Mortuo Isaacio, Bonifacio Marchioni Monferratensi & Thessalonicensi Regi rursum illa nupsit.

Liberi Isaacii Angeli Imp. ex priore conjuge.

V. ALEXIUS ANGELUS, [k] Isaacii filius unicus, patre ab Alexio Angelo patruo exturbato & excæcato, [l] ut a tyranni sævitia & crudelitate se subduceret, in Germaniam ad Philippum Svevum Imperatorem primum profugus, tandem, Urbe ipsa a Francis & Venetis, qui ad sacram militiam proficiscebantur, expugnata, fugatoque patruo, ac parente rursum in thronum restituto, [m] ipse in æde Sophiana, ritu solemni in Imperatorem coronatus est I. mensis Augusti die, anno MCCIII. unaque cum Isaacio patre imperavit usque ad XXVIII. Januarii diem anni subsequentis, [n] quo ab Alexio Duca Murtzuphlo Protovestiario, qui Imperatorem se dixerat, in carcerem conjectus, laqueo demum gutture eliso, interiit, imperii mense sexto, die octavo, ut auctor est [o] Nicetas. Unde extinctum ac suffocatum Alexium sub V. Februarii colligere est.

V. N. ANGELA, [p] Isaacii natarum primogenita, in Joannitzæ Monasterio Sanctimonialis a patre effecta.

V. IRENE ANGELA, [q] alio nomine MARIA dicta, & a quibusdam scriptoribus CECILIA nuncupata, [r] ROGERIO, Tancredi Regis Siciliæ filio, primum nupsit: [s] deinde eo fatis functo, cum post expugnatam Siciliam in Henrici VI. Imperatoris potestatem veniisset anno MCXCV. PHILIPPO Sveviæ Duci uxor ab eo est data, Tuscia & Terra Comitissæ Mathildis fratri tum concessa: cui quidem Imperatori facto, [t] haud diu superstes fuit Irene, cum eodem quo ille excessisset anno MCCVIII. [u] Sepultam ajunt in Monasterio Lorchensi ad Tubingam in Vittembergensi Ducatu. Fallitur Hovedenus, qui ex Margareta Hungarica altera Isaacii uxorem natam duxit.

Liberi Isaacii Angeli Imp. ex Margareta altera conjuge.

V. MANUEL ANGELUS, [x] filiorum Isaacii ex secundis nuptiis major natu, a Bonifacio Monferratensi Marchione, qui Margaretam matrem in uxorem duxerat, Imperator nomine tenus dictus est, quo Græcos adversus Balduinum Flandrum, Imperatorem Constantinopolitanum electum, quo cum dissensione laborabat, sibi conciliaret. An porro ille legitimam ætatem attigerit, nuptiasque inierit, non tradunt scriptores:

a *Nicet. in Isaac. l. 2. n. 1. Hist. Hierosol. p. 1154. 1155. Hoved. p. 636. Jac. de Utriaco l. 1. c. 95. Mon. Altisiod. Expedit. Asiat. Frid. I. p. 49. Vuill. Neubrig. l. 3. c. 19. 20. l. 4. c. 24. Usperg. & alii passim.*
b *Hoved. p. 635.*
c *Nicet. in Isaac. Alberic. an. 1167. 1186. Monach. S. Mar. Mat. Paris p. 127. Hoved. p. 595. & seqq. 651.*
d *Nicet. in Isaac. l. 3. n. ult.*
e *Villharduin. Doutrem. in Cp. Belg. l. 3. p. 21. Villhard. n. 117.*
f *Nicet. in Isaac. l. 1 n. 4*
g *Nicet. loco cit. in Bald. n. 1. Expedit. Asiat. Frid. I. p. 60. Acta Innoc. III. p. 67. Villhard. n. 95. 111. Alberic. an. 1167. Chr. Vveingart. c. 10. Sanut. l. 3. p. 11. c. 1.*
h *Nicet. in Bald.*
i *Idem ibid. Villhard. n. 138.*
k *Nicet. in Isaac. l. 3. n. 1.*
l *Acrop. c. 2. Alber. an. 1202. Vide hist. nostram Cp.*
m *Villh. n. 100.*
n *Arnold. Lubec. l. 6. c. 20. Nicet. & alii.*
o *Nicet. in Isaac. & Alexio n. ult. Epist. Balduini Imp. de prima Urbis expugnat.*
p *Nicet. in Isaac. l. 3. n. 1.*
q *Chr. Slavicum Linlenbr. p. 285. Albert. Stad. an. 1195.*
r *Gesta Innocent. III. p. 8. Nicet. in Isaac. l. 3. n. 1*
s *Hoved. p. 746. Chron. Vveing. p. 225. Abb. Usperg. Gesta Innoc. p. 9. Roder. Tolet. l. 9.*
t *Mon. Altisiod.*
u *Gasp. Bruschb. de Mon. Ger. p. 40. Crusius in Turco-Gr. l. 7. p. 500.*
x *Nicet. in Bald. n. 1. Rainald. an. 1206. n. 7.*

tametsi id vero simile sit, atque adeo [a] ejus filiam fuisse *Helenam*, in aliquot Innocentii IV. epistolis Reginam Thessalonicensem, & neptim Demetrii Monferratensis, Thessalonicæ perinde Regis, ejusdem Bonifacii Marchionis ex Margareta Hungara filii, nuncupatam; quam conjecturam aliquot argumentis [b] alio loco stabilire conati sumus.

v. NN. ANGELI. Cum Manuel primogenitus filiorum Isaacii ex secunda conjuge dicatur, consequens est eumdem non unicum fuisse.

Edit. Paris. pag. 205.

IV. ALEXIUS ANGELUS, [c] cognomento ANDRONICUS, Isaacio Augusto major natu videtur fuisse, ex [d] Niceta. [e] Is Andronici Comneni tyrannidem obtinentis veritus insidias, ad Saladinum Sultanum confugit: post Andronici vero interitum, cum reditum in Urbem per Principis Antiocheni ditionem pararet, ab eo detentus est, quod cum Saladino fœdus ictum diceretur ab Isaacio. Fratre Isaacio postmodum in carcerem conjecto & excæcato, IMPERATOREM se appellavit VIII. Aprilis die, anno MCXCV. & [f] Angeli, ut vili ac minus illustri dimisso cognomine, seu ut alii volunt, ex concepto in fratrem odio, COMNENI cognomen assumpsit. At cum graviora hominum scelera haud diu maneant impunita, Dei judicio factum est, ut & ipse Imperio, quod contra fas omne usurpaverat, privaretur, ac primum quidem adjuvantibus Francis & Venetis ab Alexio nepote, deinde ab Alexio Duca Murtzuphlo, ac denique a Francis ipsis, post expugnatam Urbem, [g] Balduino Flandrensi Comite in Imperatorem constituto. Neque feliciori deinceps fortuna, potestate omni exutus, vixit: a Monferratensi quippe Marchione primum captus, in potestatem deinde Theodori Lascaris generi devenit, a quo in carcerem compactus, in eo reliquum vitæ, in tot scelerum perpetratorum ultionem, miserandum in modum exegit. Imperavit Constantinopoli annos VII. menses III. [h] Uxorem duxerat EUPHROSYNEM DUCÆNAM, virili animo fœminam, & admirabili a natura dicendi suavitate & lepore ornatam, [i] quæ in ordinem acto conjuge, & ipsa abducta, tandem in Artæ regione diem extremum obiit. [k] Soror fuit Basilii Camateri, & Ducarum cognomine donabatur, ex aliqua cum hac familia per fœminas affinitate. Ortum quippe ducebat a [l] Gregorio Camatero, [m] Alexii Comneni Imperatoris Primo a Secretis, a quo ex affinibus, seu potius ex Irenes Ducænæ uxoris agnatis puellam nobilem in uxorem obtinuerat. Is Joanne Alexii filio imperante rerum fere potitus, [n] Basilii Camateri Urbis Constantinopolitanæ Præfecti & Logothetæ Dromi, & [o] Andronici Camateri Sebasti, ac Vigiliæ Drungarii, parens fuit. [p] Ab Andronico prodiit Joannes Camaterus a Libellis, & Canicleo Præpositus sub Alexio Comneno Manuelis filio, postmodum Achridensis, seu Bulgariæ Archiepiscopus, [q] ac demum post Georgium Xiphilinum Patriarcha Constantinopolitanus: quam quidem dignitatem obtinebat, cum Franci nostri Urbem expugnavere, Joannem hunc fratrem fuisse Euphrosynes, & Basilii, qui perinde ejusdem Augustæ frater dicitur a Niceta, probabile est. [r] Quorum præterea soror nupta Michaeli Stryphno Magno Duci, memoratur ab eodem scriptore.

A

B

C

D

E

Filiæ Alexii Comneni Imp. ex Euphrosyne Augusta.

v. IRENE COMNENA, [s] primum ANDRONICO CONTOSTEPHANO, deinde eo extincto, [t] ALEXIO PALÆOLOGO Despotæ, forma præsigni, conjuge prius ab eo dimissa, uxor data a patre Alexio circa annum MCXCIX.

v. ANNA COMNENA, primas nuptias iniit [u] cum ISAACIO COMNENO, quem Alexius socer Sebastocratorem dixit: is adversus Bulgaros cum exercitu missus, ab iis superatus captusque est, tandemque in vinculis obiit, circa annum MCXCVI. relicta ex Anna conjuge filia unica *Theodora Comnena*. [x] Hanc vix quadriennem avus Alexius in uxorem despondit Juano, seu Joanni, Nobili Bulgaro, qui Azanum Bulgariæ Regem agnatum, Isaacii Comneni, Theodoræ patris, suasionibus interemerat, & post hanc cædem Constantinopolim sese receperat: ubi ab Alexio Imperatore Alexii nomine donatus, ut affinis habitus est. [y] Verum cum rebellionem meditaretur, ab Alexio comprehensus est, [z] dataque est ab eo sponsa Theodora in uxorem Chrysæ Nobili alteri Bulgaro. [A] Hujus porro Theodoræ ex Chryse filiam fuisse prorsus existimo, quam Gulamo, seu Gulielmo, nobili Albano nuptam scribit Georgius Acropolita, a quo dicitur fuisse neptis Irenes Augustæ, (Theodori Lascaris scilicet filiæ, ac Joannis Vatatzæ Imperatoris conjugis) ac filia primæ ejusdem patruelis: quibus verbis affinitatis gradum, quæ inter utramque intercessit, satis designat. Nam Anna extincto Isaacio Comneno, [B] quadriennio post cum eodem THEODORO LASCARI nuptias alteras iniit, ex quibus prognata Irene Joannis Vatatzæ uxor. Theodorus vero Imperator post socerum appellatus, in Asia sedem fixit.

v. EUDOCIA COMNENA, [C] a patruo Isaacio Imperatore, patre adhuc apud Saladinum commorante, ac proinde circa annum MCLXXXV. nuptum data est SIMEONI, seu uti a Græcis scriptoribus appellatur, STEPHANO Serviæ Regi, Neemanis Regis filio, qui cum regio dimisso diademate Monachum induisset, ab ejusdem filio & successore STEPHANO privigno in uxorem ducitur. At procreatis ex ea liberis aliquot, adulterii insimulata, ab eodem repudiata, Constantinopolim reversa est. [D] Exinde ALEXIUS DUCAS, cognomento MURTZUPHLUS, arrepta post Alexii Angeli fugam tyrannyde, hanc sibi in conjugem sociavit, Alexii ipsius consensu. Murtzuphlo denique a Francis capto & interempto, LEONI SGURO, qui per hæc tempora Corinthum invaserat, a patre collocatur. *pag. 206.*

ANGELORUM STEMMATIS pars altera.

III. JOANNES ANGELUS, Constantini Angeli ex Theodora Comnena filius tertius, pro-

a *Rainald. an. 1243. n. 45.*
b *Hist. Franco Byz. l. 4. n. 21.*
c *Alberic. an. 1191. 1202.*
d *Nicet. in Alex. Com. l. 1. n. 4.*
e *Chr. Reicherspp. p. 267. Nicet. l. 3. n. 7.*
f *Nicet. in Alex. l. 1. n. 3.*
g *Hist. Franco Byz.*
h *Nicet. in Alex. l. 1. n. 1. 3. Villhard. n. 141.*
i *Acrop.*
k *Nicet. in Alex. l. 2. n. 2.*
l *Nicet. in Joan. n. 3.*
m *Annal. 9. p. 261. E. R.*
n *Cinnam. Nicet. in Alex. Man. F. n. 4. 17. in Man. l. 3. n. 2.*
o *Cinnam.*
p *Eustath. in ep. ad Dionys. Perieg. Nicet. in Alex. Man. F. n. 13. Nicet. in Alex. l. 3. n. 3. Acrop. n. 6.*
q *Nicet. in Alex.*
r *Nicet. in Alex. l. 1. n. 2. l. 2. n. 2. Acrop. c. 5.*
s *Vide Stemma Palæolog.*
t *Nicet. in Isaac. l. 3. n. 3. in Alex. l. 1. n. 2. 4. 5. Acrop. c. 5.*
u *Nicet. in Alex. l. 1. n. 5. 6.*
x *Nicet. in Alex. l. 3. n. 2. 4.*
y *Idem n. 7.*
z *Acrop. c. 49.*
A *Nicet. in Alex. l. 3. n. 2.*
B *Nicet. in Alex. l. 3. n. 7. Acrop. c. 5.*
C *Nicet. in Murtzuphl. n. 3. Acrop. c. 5. Villhard. n. 143.*
D *Nicet. in Bald. n. 3. Acrop. c. 8.*

miscue

miſcue a ſcriptoribus Angeli & Comneni donatur cognomine: quod poſtremum, ut illuſtrius, ratione Irenes Ducænæ Auguſtæ aviæ potiſſimum ambivit. [a] A Manuele Imperatore dux delectus & claſſi præfectus fuit bellis Italicis & Siculis contra Guilielmum Siciliæ Regem, ſub ann. MCLVI. & MCLVII. [b] ut & bello contra Iconienſem Sultanum an. MCLXXII. [c] Ab Iſaacio deinde nepote, Imperatoriam dignitatem adepto, Sebaſtocrator dictus, adverſus Bulgaros cum copiis miſſus, rebus ſat bene geſtis, ex affectatæ tyrannidis ſuſpicione revocatus eſt circa annum MCLXXXVII. [d] ejus tamen opera non ſemel poſtea uſus eſt Iſaacius. Quin & teſtatur [e] Tageno Patavienſis Joannis conſiliis rempublicam adminiſtraſſe. Alexio Iſaacio fratri ſuffecto, ejus coronationi interfuit cum cæteris proceribus, [f] ætate tum provectior. [g] Alexio denique gravius ægrotante, de eo in Imperatorem eligendo actum eſt ab Euphroſyne Auguſta. [h] Huic, neſcio quo auctore, ZOEM DUCÆNAM, Conſtantini Ducæ ex Anna Comnena filiam, uxorem fuiſſe ſcribit Doutremannus: nam de hoc conjugio ſilent cæteri, ni fallor, ſcriptores.

Liberi Joannis Angeli Sebaſtocratoris.

IV. ISAACIUS ANGELUS DUCAS, [i] una cum parente popularem illam fovit ſeditionem, quæ in Andronicum tyrannum, ob Iſaacium Angelum agnatum, quem interficere ille cogitabat, excitata eſt. [k] Eum eſſe Joannis filium par eſt credere, quem Alexii Branæ paulo antequam is tyrannidem ſub eodem Iſaacio invaderet; filiæ copulaverat pater: ex qua affinitate, ejuſdem Branæ conſpirationi faviſſe, ſi non reus, certe ſuſpectus habitus eſt.

IV. THEODORUS ANGELUS, de quo mox.

IV. CONSTANTINUS ANGELUS, [l] a Theodoro fratre, qui ſe pro Græcorum Imperatore gerebat, Deſpotæ dignitate donatus, in ea quam ipſe & fratres inter ſe inierunt imperii terrarum partitione, poſt expugnatam a Francis Conſtantinopolim, regiones aliquot in Macedonia obtinuit.

IV. MANUEL ANGELUS, [m] a Theodoro fratre Deſpota perinde dictus, [n] MARIAM, Joannis Aſanis Bulgariæ Regis filiam notham interventu ejuſdem Theodori in uxorem duxit. Orto dehinc Theodorum inter & Aſanum bello, captoque a Bulgaris Theodoro, Theſſalonica, cæteriſque fratris ditionibus invaſis, IMPERATOREM ſe appellavit, atque ut ſuam contra Francos vicinos uſurpationem tueretur, [o] ad Gregorium IX. Summum Pontificem litteras ſcripſit anno MCCXXXII. quibus Romanam non modo amplexurum Eccleſiam, ſed & illius ſe in poſterum beneficiarium futurum pollicitus eſt: cum ab hoc conſilio Manuelem avertere fruſtra tentaſſet Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, miſſo in eum finem ipſomet anno ad Deſpotam commonitorio per Chriſtophorum Metropolitam Ancyranum. [p] Theodorus haud multo poſt libertati redditus a Bulgaris, Theſſalonicam rurſum occupavit, captumque Manuelem fratrem Attaliam relegavit, Maria conjuge ad Aſanem patrem remiſſa. Manuel vero Attaliæ a Turcis, qui urbem hanc obtinebant, perhumane habitus, liberque tandem factus, ad Joannem A Vatatzam Imperatorem venit: [q] ejuſque auxilio adjutus, Pharſaliam, Lariſſam, & Platamonem recuperavit, denumque cum Theodoro & Conſtantino fratribus, unaque cum iis, poſtea cum Francis Peloponneſum obtinentibus, contra datam Vatacio fidem, pactus eſt. [r] Atque id cauſæ fuit, cur eidem Vatatzæ & Aſani Conſtantinopolim obſidentibus anno MCCXXXVI. adjungi prorſus renuerint. [s] Quinetiam Manuel Peloponneſi Principem ope ſua adjuvit, eique hominium præſtitit. Exceſſit haud multo poſt - *Edit. Pariſ. pag. 207.*

IV. N. ANGELA, [t] nupſit Comiti ZACYNTHII, Nobili Franco.

IV. MICHAEL ANGELUS, *Joannis nothus, de quo poſt Theodori poſteritatem agimus.*

B IV. THEODORUS ANGELUS, [u] Theodori Laſcaris Imperatoris aulam & caſtra primum ſecutus, ad Michaelem fratrem nothum, Epiri toparcham, a quo evocatus fuerat, conceſſit; quo e vivis exempto, ejus ditionis omnis hæres effectus eſt, quam variis oppidis ac provinciis auxit, tum Bulgaris, tum Francis ereptis, atque inprimis Theſſalia, Achride, Prilepo, Albania & Dyrrachio. [x] Petrum Altiſiodorenſem Comitem, Imperatorem Conſtantinopolitanum recens Romæ coronatum, & Conſtantinopolim contendentem, in Albaniæ montium anguſtiis fudit, captumque in carcere, ſeu ut alii volunt, in prælio interemit. Tot rerum inflatus ſucceſſibus, Imperatorem ſeſe appellavit in urbe Theſſalonicenſi, quam Demetrio Monferratenſi ejuſdem urbis ac provinciæ C Regi eripuerat anno MCCXXII. eoque nomine diademate inſignitus eſt a Jacobo Achridenſi Archiepiſcopo, Theſſalonicenſi id recuſante. [y] Obiit autem Demetrius, ut hoc obiter moneam, Melfiæ in Italia menſe Septembri anno MCCXXX. [z] Ut porro Theodorus Francorum eluderet conatus, Honorium III. Summum Pontificem ſibi demereri ſtuduit, ſcriptis ad eum litteris, quibus Eccleſiæ Romanæ ſubditum futurum ſe proteſtatus eſt. [A] Sed rerum docuit exitus, ſe more Græcorum ejuſce ætatis geſſiſſe, qui temporum ſerviebant neceſſitati, poſthabitis quibuſvis etiam ſolemnioribus ſacramentis. Francis Conſtantinopolitanis Adrianopolim, aliaque Thraciæ oppida eripuit, copiaſque ſuas militares ad Urbem uſque Regiam deduxit. [B] Sub an. MCCXXIX. Friderici II. Imperatoris amicitiam ac confœderationem per legatos, D ingentibus præterea miſſis muneribus, conciliare voluit. [C] Et ſane, ut erat audacia, inſignique animi fortitudine præditus, ditiones ſuas longe dilataſſet, niſi in patriam fuiſſet coactus reverti, rupto fœdere quod inter illum & Aſanum Bulgariæ Regem ictum fuerat, a quo in prælio fuſus ac captus, menſe Aprili anno MCCXXX. oculorum luminibus privatus eſt. Dum ita a Bulgaro detineretur, Manuel frater ditiones omnes Theodori invaſit, Imperatoremque ſe dixit. [D] Sed mox liber factus Theodorus, Theſſalonica per inſidias occupata, captum fratrem Manuelem Attaliam ad Turcos amandavit: Imperatoriſque titulum, quo propter oculorum caſum in poſterum abſtinuit, tranſtulit E in filium Joannem, Deſpotæ dignitate contentus, reſervataque ſibi rerum publicarum adminiſtratione. [E] Uxorem duxerat N. PETRALIPHAM, Petraliphæ Magni Chartularii ſororem.

a *Cinnam.*
b *Nicet. in Man. l. 6. n. 2. 5.*
c *Nicet. in Iſaac. l. 1. n. 4. 6. 8.*
d *Nicet. in Iſaac. l. 3. n. 1. 3.*
e *Tageno Patav. p. 8.*
f *Nicet. in Alex. l. 1. n. 1.*
g *l. 2. n. 5.*
h *Doutreman. in CP. Belg. p. 288.*
i *Nicet. in Andr. l. 2. n. 10.*
k *Idem in Iſaac. l. 1. n. 7.*
l *Acrop. c. 14. 38.*
m *Acrop. c. 14. 28.*
n *Acrop. c. 25.*
o *Gregor. IX. PP. l. 6. epiſt. 3. P. Lambec. lib. 5. Bibl. Cæſ. p. 107.*
p *Acrop. c. 38.*
q *Acrop. p. 38.*
r *Alber. an. 1236.*
ſ *Acrop. c. 39.*
t *Alber. an. 1236.*
u *Acrop. c. 14. Gregoras l. 1. p. 18. 19. E. R.*
x *Acrop. c. 21. Gregoras. Jordan. apud Rainald. an. 1217. n. 13. Pachym. l. 1. c. 30. l. 2. c. 26.*
y *Richard de S. Germ. an. 1230.*
z *Rainald. an. 1218. n. 10. & ſeqq. 1222. n. 16.*
A *Acrop. c. 27.*
B *Richardus de S. Germ. an. 1229.*
C *Acrop. c. 25. 26. Pach. l. 1. c. 30. Richardus de S. Germ. a 1230.*
D *Acrop. c. 38.*
E *Acrop. c. 24. 37*

Liberi Theodori Angeli Regis Theſſalonicenſis.

v. JOANNES ANGELUS COMNENUS, Imperator a patre e Bulgaria reduce dictus, eo titulo abſtinere coactus eſt a Joanne Vatatze Imperatore, qui cum numeroſo exercicu variis ex gentibus conflato in Macedoniam irruperat, & ad Theſſalonicam caſtra locaverat: firmataque inter utrumque pace, Deſpota a Vatatze poſtea dictus eſt, Theodoro patre adhuc ſuperſtite. Nec multo poſto obiit ſub ann. MCCXXIV. Ejus pietatem, religionem, caſtitatem, cæteraſque animi dotes multis prædicat Acropolita. Uxoris nomen ac familiam non prodidere ſcriptores: ex ea tantum prognatos obſervant [a] *N. Angelum* Magni Primicerii dignitate donatum a Michaele Palæologo Imperatore, & [b] *Eudoxiam*, Joanni Ducæ, Iſaacii Ducæ Sebaſtocratoris, Joannis Vatatzæ Imperatoris fratris, filiæ enuptam.

v. DEMETRIUS ANGELUS COMNENUS, [c] Joanne fratre extincto Theſſalonicam, cæteraſque ejus ditiones una cum Deſpotæ titulo obtinuit a Joanne Vatatze Imperatore, a quo haud multo poſt iis omnibus eſt exutus, ipſo capto, & in Leontiana, caſtro Aſiæ, carceri mandato, cum vix adoleſcentiæ annos exceſſiſſet.

Edit. Pariſ. pag. 208.

v. IRENE ANGELA COMNENA, uxor JOANNIS AZANIS Regis Bulgariæ: de utroque agimus in Regibus Bulgaricis.

IV. MICHAEL ANGELUS COMNENUS, Joannis Angeli Sebaſtocratoris filius nothus, [d] obſes ab Iſaacio Angelo Imperatore datus eſt Friderico I. Imperatori, dum is per Græcorum terras in Palæſtinam contenderet. [e] Sub hæc, ab Alexio Comneno Iſaacio fratri ſublecto, ad exigenda Mylaſſenæ provinciæ tributa miſſus, homo, inquit Nicetas, adoleſcens & contumax, defecit: ſed prælio victus & fugatus, ad Rucratinum Sultanum ſe contulit, ejuſque viribus ac copiis adjutus, Aſiæ provincias incurſans, in ſe Alexium ipſum concitavit, qui nullo edito facinore in Urbem eſt reverſus. [f] Alexio dehinc a Francis fugato, expugnataque ab iis Conſtantinopoli, captata rerum in Oriente turbatarum occaſione, Theſſaliam, Epirum antiquam, Ætoliam, iiſque conterminas maritimas regiones, atque adeo fortiſſima oppida Joanninam, Artam, Dyrrachium, & Lepantum invaſit, unde Francos loca finitima obtinentes diu & viriliter aggreſſus eſt, [g] cum iis primo favere ſe finxiſſet. [h] Alexium deinde Eximperatorem, qui ab Italis Longobardis captus fuerat, ſoluto redemptionis pretio, libertati reddidit: [i] utque Francorum vires ac conatus evocaret averteretque, Honorium III. Summum Pontificem ſibi devinxit, promiſſa per litteras in Romanam Sedem devotione. [k] Denique cum nulli ſibi ſupereſſent liberi adulti, qui ditiones ſuas & poſſidere & rite poſſent tueri, Theodorum fratrem, qui tum in aula Theodori Laſcaris Imperatoris morabatur, evocatum, rerum omnium ſuarum ſcripſit hæredem, quarum mox dominus effectus eſt, Michaele una cum uxore in lectulo cubante ab uno e famulis interfecto. [l] Erat autem illa filia cujuſdam Græci nobilis, qui Dyrrachii Dux ac Præfectus erat.

Liberi Michaelis Angeli Comneni.

v. N. ANGELA COMNENA, Michaelis natarum primogenita, EUSTACHIO FLANDRENSI, Balduini & Henrici Imperatorum Conſtantinopolitanorum fratri, uxor a patre data eſt, [m] ut jam olim a nobis obſervatum.

v. N. ANGELA COMNENA, [n] nupta MALIASENO, aut forte Meliſſeno.

v. MICHAEL ANGELUS COMNENUS, *Michaelis nothus, de quo mox.*

V. MICHAEL ANGELUS COMNENUS, cui MANUELIS nomen tribuere videtur [o] Pachymeres, regiones quaſdam obtinuit ex paterna ſucceſſione, [p] quibus eam quæ Platamoni proxima eſt, adjunxit, cæteraſque poſtmodum, quæ Manuelis Angeli patrui fuerant, iis poſt ejus mortem occupatis. [q] Cum Francis qui Conſtantinopolim tenebant, una cum patruis, icto primum fœdere, ut levi ac mobili erat animo, ab eo ultro receſſit, pactus cum Joanne Vatatze Imperatore, cujus ex Theodoro filio neptis Maria Nicephoro filio in uxorem tum eſt deſponſa. Sed mox Theodori patrui ſuaſionibus a Vatatze deficiens, ejuſdem Auguſti in ſe arma concitavit: a quo tandem, miſſa legatione pacem rurſum impetrat, tribus oppidis in belli mercedem hoſti conceſſis, qua tempeſtate a Vatatze Deſpotæ dignitate donatus eſt. [r] Extincto Vatatze, Theodoro filio tum imperanti bellum denuo intulit, facta in Theſſaliam irruptione, captiſque aliquot caſtris ac oppidis. Theodoro deinde cum idoneis copiis in Theſſaliam adventanti, THEODORA Michaelis uxor obviam proceſſit, pacemque cum Imperatore pacta eſt, Serviis & Dyrrachio Imperatori traditis, acceptaque in uxorem pro Nicephoro filio Theodori filia. [s] Nec diu pactis ſtetit vir ſubleſtæ fidei: ruptis enim fœderibus, Michael Palæologus, poſtmodum Imperator, a Theodoro in Michaelem miſſus eſt, quem ille variis certaminibus ac præliis fudit, prolatatis interea in Theſſalia ditionibus. [t] Michael vero Palæologus, qui poſt Theodori Laſcaris obitum rerum in aula potiebatur, inquietum ac turbulentum iſtum principem ad ſaniorem mentem fruſtra revocare conatus, prælio cum eo inito ſuperavit anno MCCLIX. nullo tamen victoriæ fructu, receptis ſtatim poſt a Deſpota pleriſque oppidis quæ amiſerat. [u] Sed & Alexium Strategopulum aliquot prælis fregit, cepitque: quod poſt expugnatam recens a Græcis Conſtantinopolim accidit, circa annum MCCLXIV. quo *pag. 209.* cum tempore Theſſalonicæ Dominus indigitatur [x] in Urbani IV. Summi Pontificis epiſtolis: quam quidem expugnaverat, Michaelique Palæologo eripuerat. In ea porro Imperatorem ſe ab Achridenſi Archiepiſcopo coronari curavit, ut auctor eſt [y] Pachymeres. [z] Obiit ſub annum MCCLXVII. [A] Uxorem duxerat THEODORAM PETRALIPHAM, [B] Theodori Petraliphæ ſororem.

a *Acrop. c. 40. 42.*
b *Pach. l. 1. c. 25. l. 2. c. 13.*
c *Acrop. c. 51.*
d *Acrop. c. 42. 43. 45. 46.*
e *Expedit. Aſiat. Frid. I. p. 74.*
f *Nicet. in Alex. l. 3. n. 6.*
g *Greg. l. 1. p. 9. E. R. Acrop. c. 8. Nicet. in Bald. n. 9. Innocentius III. Pp. l. 13. ep. 161. Cantac. l. 2. c. 36.*
h *Villhard. n. 160. Alberic. an. 1205. Acrop. c. 8.*
i *Honorius III. l. 2. ep. 543.*
k *Acrop. c. 14.*
l *Villh. n. 150.*
m *In Obſerv. ad Villhard. n. 233.*
n *Acrop. c. 49.*
o *Pach. l. 1. c. 10.*
p *Acrop. c. 14. 39. 46.*
q *Idem c. 49. Gregor. l. 2. c. 13.*
r *Acrop. c. 63. Gregor. l. 3. p. 40. E. R.*
s *Acrop. c. 69. & ſeqq. Pach. l. 1. c. 10.*
t *Acrop. c. 79. Pach. l. 1. c. 30. 32. l. 2. c. 11. 12. 36. l. 3. c. 19. 20.*
u *Hiſt. Franco-Byz. l. 5. n. 16.*
x *Greg. l. 4. p. 64. E. R.*
y *Vvadding. an. 12883. n. 7.*
z *Pach. l. 1. c. 30.*
A *Pach. l. 4. c. 26. Gregor. l. 4. p. 79. E. R.*
B *Pach. l. 2. 3. 12. Gregor. l. 2. p. 34. Acrop. c. 49. 68. 80.*

Liberi Michaelis Angeli Deſpotæ ex Theodora prima uxore.

VI. NICEPHORUS ANGELUS COMNENUS, Deſpota Ætoliæ, de quo mox.

VI. [a] JOANNES ANGELUS COMNENUS, Nicephori fratris dominationis pertæſus, una cum fratre Michaele in aulam Michaelis Palæologi Imperatoris conceſſit, [b] a quo Tornicæ Sebaſtocratoris filiæ, ſororique uxoris Joannis Palæologi, Michaelis fratris, matrimonio copulatus eſt.

VI. DEMETRIUS ANGELUS COMNENUS DUCAS, [c] paterno nomine MICHAELEM ſe ſe appellavit. COTRUELEM etiam cognominatum docet non ſemel Georgius Pachymeres. [d] Is cum fratre Joanne ad Michaelem Palæologum profectus, [e] ab eo Deſpota dictus eſt, data inſuper ANNA PALÆOLOGINA filia in uxorem [f] qua extincta, ſororem Wenceslai, filiam vero Terteris, Bulgariæ Regum, quæque ab Uroſcio Rege Serviæ remiſſa fuerat ac repudiata, in alteram ſibi adſcivit conjugem. [g] Ex primis Demetrii nuptiis nati *Andronicus* & *Conſtantinus*, materno cognomine *Palæologi* nuncupati. Andronicus Protoveſtiarii dignitate donatus ab Andronico Palæologo ſeniore, [h] obiit ſub annum MCCCXXVI. relicta, præ ceteris, [i] ex filia Cocalæ Magni Logariaſtæ, filia, [k] quæ nobili cuidam ex Angelorum familia Caſtoriæ Domino nupſit. [l] Conſtantinus Palæologus, Michaelis Ducæ Deſpotæ, qui non alius eſt a Demetrio, filius fuiſſe exerte dicitur a Cantacuzeno, vivebatque anno MCCCXLII. [m] Idem etiam videtur cum Conſtantino Palæologo Protoſebaſto, & urbis Pheræ præfecto. [n] Habuit præterea Demetrius, ſeu Michael Angelus, liberos aliquot ex altera uxore Wenceslai ſorore, ut ſatis teſtatur Pachymeres. Aliquot oppida in Macedonia poſſedit ex paterna ſucceſſione: [o] cumque rebellionem meditari eſſet deprehenſus, ab Andronico Seniore cum filiis, quos ex altera uxore ſuſceperat, in carcerem eſt conjectus.

VI. ANNA ANGELA, [p] a patre GUILLELMO DE VILLA-HARDUINI, Achajæ, & Moreæ Principi, uxor data eſt. De utroque [q] alibi, pluribus egimus.

VI. HELENA ANGELA, uxor MANFREDI Regis Siciliæ.

VI. N. ANGELA, [r] nupta ALEXIO RAULI, ſeu Radulpho, Magno Domeſtico: de cujus familia, origine Francica, quædam attigimus [s] ad Alexiadem, ex qua etiam quoſdam proceres memorat [t] eruditus Lambetius lib. v. de Biblioth. Cæſarea. [u] Scribit præterea Pachymeres, Michaelis Deſpotæ filiam, Michaeli Palæologo poſtmodum Imperatori in conjugem pactam fuiſſe: ſed an ex prædictis fuerit, incertum.

Filii nothi Michaelis Deſpotæ.

VI. THEODORUS ANGELUS COMNENUS [x], *Michaelis Deſpotæ filius nothus, in eo prælio interiit quod inter patrem & Michaelem Palæologum, Theodori Laſcaris Imperatoris copiarum ducem, in Theſſalia commiſſum eſt.*

VI. JOANNES ANGELUS COMNENUS, *Michaelis nothus alter, de quo poſt Nicephori fratris poſteritatem agimus.*

VI. NICEPHORUS ANGELUS DUCAS COMNENUS, perperam *Micleforus*, pro *Nikiforus* nuncupatus in Relatione Ogerii Protonotarii Michaelis Palæologi anni MCCLXXIX. apud [y] Waddingum, habuit ex paterna ſucceſſione Epirum veterem, quæ Ætoliam, [z] Theſprotiam, Arcananiam, & Dolopes continebat: præterea, ut auctor eſt [A] Nicephorus Gregoras, Corcyram, Cephaleniam, & Itacham inſulas. [B] Patre adhuc ſuperſtite uxorem duxit ſub ann. MCCLVIII. MARIAM, Theodori Laſcaris Imperatoris ex Helena Bulgara filiam: quo tum tempore a ſocero Deſpota appellatus eſt. [C] Ea extincta, ANNAM PALÆOGINAM, Eulogiæ, Michaelis Palæologi Imperatoris ſororis filiam, in ſecundam conjugem filio Nicephoro copulavit pater: quæ quidem a Pachymere Imperatricis appellatione donatur. [D] Obiit vero Nicephorus anno MCCLXXXVIII. *Edit. Pariſ. pag. 210.*

Filia Nicephori Deſpotæ ex Maria prima conjuge.

VII. MARIA COMNENA, [E] Comitis Palatini Zacynthi, nobilis Franci, filio JOANNI a patre uxor copulatur, data in dotem Cephalenia inſula: quorum quidem Comitum ſtemma, reſque geſtas alibi deſcripſimus.

Liberi Nicephori Deſpotæ ex Anna altera uxore.

VII. THOMAS ANGELUS DUCAS COMNENUS, [F] Epiri & Ætoliæ Princeps, ab Andronico Seniore Deſpota dictus, ejuſdem ex Michaele filio primogenito neptim ANNAM PALÆOLOGINAM in uxorem obtinuit. A Joanne Zacynthi & Cephaleniæ Comite ſororio interfectus eſt, qui ejus præterea ditiones invaſit, anno MCCCXVIII.

VII. ITHAMAR COMNENA [G] a matre PHILIPPO Tarenti Principi, Caroli II. Siciliæ Regis ſecundogenito, nuptum data eſt.

VI. JOANNES ANGELUS DUCAS COMNENUS, [H] Michaelis Deſpotæ filius nothus, [I] præclaris editis facinoribus inclaruit in parentis expeditionibus militaribus: [K] quo e vivis exempto, ex ejuſdem ſucceſſione Pelaſgos, Phriotas, Theſſalos, Locros & Oſolos obtinuit, in urbe Patrenſi ſede potiſſimum fixa & delecta, unde plerumq;

a *Gregoras l. 2. 4. p. 34. 80. E. R.*
b *Pach. l. 2. c. 13. l. 3. c. 27. l. 6. c. 24.*
c *Pachym. l 3. c. 27. l. 6. c. 6.*
d *Gregor. l. 2. 4. p. 34. 80. E. R.*
e *Pach. l. 2. c. 13. l. 6. c. 6. 27. Cantac. l. 1. c. 43.*
f *Gregoras l. 6. p. 142. E. R. Pach. l. 11. c. 13. 18. 19.*
g *Pach. l. 10. c. 13. Greg. l. 9. p. 288. E. R. Cantac. l. 1. c. 52.*
h *Idem l. 1. c. 56.*
i *Idem l. 1. c. 48.*
k *Idem l. 1. c. 54.*
l *Idem l. 3. c. 52.*
m *Idem l. 3. c. 42. 55.*
n *Pach. l. 10. c. 13. l. 12. c. 29.*
o *Idem l. 11. c. 19.*
p *Pach l. 1. c. 10. Greg. l. 3. p. 57. E. R. Acrop. c. 76. Phranz. l. 1. c. 4.*
q *Hiſt. Fr. Byz.*
r *Pach. l. 1. c. 30. Gregor. &c. Mon. Paduan. l. 1. c. 30.*

s *Pach. l. 10. c. 22.*
t *pag. 239.*
u *pag. 48. 49. 118. 417. 418.*
x *Idem l. 2 Acrop. c. 71.*
y *Vvad. an. 1279.*
z *Pach. l. 1. c. 31. 32. l. 4. c. 26.*
A *Greg. l. 4. p. 79. 93. E. R.*
B *Pach. l. 3. c. 27. Acrop. c. 49. 64. Gregor. l. 3. p. 41. E. R.*
C *Pach. l. 3. c. 27. l. 6. c. 6. l. 7. c. 27. l. 9. c. 4. l. 10. c. 3. l. 11. c. 29. Greg. l. 4. p. 65. E. R.*
D *Pach. l. 9. c. 4.*
E *Hiſt. Franco-Byz. l. 6. n. 27.*
F *Pach. l. 9. c. 4. Hiſt. Fr. Byz. l. 6. n. 16. 24.*
G *Pach. l. 9. c. 4. Hiſt. Fr. Byz. l. 6. n. 16.*
H *Pach. l. 1. c. 10. l. 3. c. 17. l. 4. c. 26. Greg. l. 2. p. 34. E. R.*
I *Hiſt. Fr. Byz. l. 5. n. 17.*
K *Greg. l. 4. p. 80. E. R.*

Dux Patrarum a a Latinis ſcriptoribus nuncupatur, non quod Ducis dignitate gauderet, ſed quia Ducæ cognomine vulgo donabatur. b Fratri Nicephoro, quocum non ſemel controverſias exercuit, oppida complura abſtulit. c Cum Michaele etiam Palæologo, a quo Sebaſtocrator dictus fuerat, bellum geſſit; d ut & cum Andronico filio & ſucceſſore, Ducis Athenienſis copiis adjutus. e Obiit ſub annum MCCXC. relictis liberis utriuſque ſexus, ex uxore, filia Taronæ, ſuſceptis.

Liberi Joannis Ducæ Sebaſtocratoris.

VII. MICHAEL ANGELUS DUCAS COMNENUS, ab Andronico Palæologo ſeniore, qui, ne ſibi negotium faceſſeret, ut erat inquieti ac turbarum amantis ingenii, ſub nuptiarum cum Nicephori Deſpotæ filia conficiendarum prætextu, Conſtantinopolim evocatus eſt; cum in eum porro finem Annæ Deſpotæ conjugis opera uſus eſſet Andronicus. In Urbem igitur ut ille pervenit, in carcerem conjectus eſt, in eoque tamdiu detentus, quoad fortunæ ſuæ pertæſus, Henrico quodam Anglo Centurione cuſtode corrupto, fruſtra elabi annixus, igne in ipſum carcerem immiſſo, dum evadere cogitat, a Varangis, Imperatoriis ſatellitibus, confoſſus occubuit.

VII. JOANNES ANGELUS DUCAS COMNENUS, dignitate, perinde ac pater, Sebaſtocrator, f THEOPHANONEM, a Græcis THEODORAM appellatam, Leonis II. Regis Armeniæ filiam, primum deſpondit: quæ cum Theſſalonicam una cum ſorore perveniſſet, ibidem morbo correpta interiit. g Nicephorus Gregoras, qui de hac quidem affinitate ſilet, Joannem hunc Ducam ſcribit, cum ſe, ut adoleſcentem adhuc & incertæ prorſus valetudinis, ditionibus ſuis tuendis imparem cerneret, ad Andronici ſenioris Imperatoris præſidium confugiſſe, accepta in uxorem IRENE PALÆOLOGINA filia ejus notha: h tribuſque poſtmodum cum ea annis exactis obiiſſe, nullis ſuſceptis liberis. Poſt Joannis exceſſum, ejus ditiones occupavere partim ipſe Andronicus ſocer, partim Catalani, partim etiam proceres alii Græci, quos inter fuit i STEPHANUS GABRIELOPULUS, ejus Theſſaliæ regionis quæ Botiææ contermina eſt, Deſpota, cujus obitus ſub an. MCCCXXXII. refertur a Cantacuzeno.

VII. k N. ANGELA DUCÆNA, uxor MILUTINI Regis Serviæ, repudiata.

VII. l N. ANGELA DUCÆNA, Regi Bulgariæ SUESTISLAO, Terteris Regis filio, pacta.

VII. m N. ANGELA DUCÆNA nuptum data ANDRONICO TARCHANIOTÆ, Magno Conſtabulario, Marthæ Palæologinæ, Michaelis Imp. ſororis, filio.

VII. N. n ANGELA DUCÆNA a patre, Magno Thebarum Domino in uxorem oblata: o eadem forte quæ Eubœæ ſeu Nigrepontis Domino nupſit. *Edit. Pariſ. pag. 211.*

a *Relat. Ogerii Proton.*
b *Pach. l. 9. c. 4.*
c *Greg. l. 5. p. 107. E. R.*
d *Id. l. 7. p. 165. Pach. l. 4. c. 26. 30. 31. l. 6. c. 6. 34. l. 9. c. 4.*
e *Pach. l. 1. c. 30. 31. l. 4. c. 24. Pach. l. 7. c. 25. 27. l. 8. c. 4. l. 9. c. 4.*
f *Pach. l. 9. c. 6. l. 10. c. 3.*
g *Greg. l. 7. p. 74. E. R.*
h *Idem l. 7. p. 195.*
i *Cantac. l. 2. c. 28.*
k *Pach. l. 9. c. 29. Greg. l. 4. p. 82. E. R.*
l *Pach. l. 7.*
m *Pach. l. 4. c. 26. 30. l. 9. c. 7.*
n *Id. l. 4. c. 31.*
o *Idem l. 7.*

XXXIII.
FAMILIA ANGELORUM DRIVASTENSIS.

MIRAM ac incredibilem quoad Græcanicas familias confuſionem peperit attulitque Orientalis Imperii a Turcis invaſio. Si qui enim ex nobilioribus, fortunæ injuria, nulla priſtinam recuperandi in poſterum gloriam ſpe, in deplorandam prolapſi ſunt calamitatem, extitere alii, qui etſi nobilitate aliqua olim revera fulſerint, illuſtria ac indebita aſſumpſere nomina, & Ducum vel Principum imaginarias dignitates, tamquam ampla & a parentibus accepta provinciarum ac civitatum patrimonia poſſiderent, aut aliquando poſſediſſent, pudore omni poſito ſibi aſſeruere, intercedente interea nemine, qui vanos hoſce titulos oppugnaret. Et ſane commiſeratione longe potius digni ſunt cenſendi, quam ut iis qua premuntur, objiciatur calamitas, cum nihil æque deflendum, quam inopia laborans vir nobilis, nec magis ridiculum, quam egens glorioſus vel ſuperbus, cui nullæ ſuppetunt facultates, quibus generis decus, atque adeo ambitionem ſuam quodammodo fulciat ac tueatur:

a *Commune hoc vitium eſt, hic vivimus ambitioſa Paupertate omnes.*

Iis accenſendi omnino nobiles quidam Italici, Dex Græcanicorum Angelorum, uti volunt, gente, *Anzoli* vulgo cognominati, ex Drivaſtenſi in Albania oppido exorti. Nam etſi fatendum eorum ſtemma nobilitatis quædam præferre inſignia, illud tamen intolerandum videtur, quod Imperatoriarum familiarum cognominibus, ac dignitatum imaginariis titulis identidem pro libitu commutatis, quas vel ii, nec deceſſores umquam poſſedere, corvi inſtar Æſopici, alienis ſcilicet pennis, ſe ſe adornarint, *ructantes Semideum propinquitates*, ut verbis utar b Sidonii. Quinetiam eo venere frontis, ut militaris perinde imaginarii c S. Georgii Ordinis Magiſtros ſupremos ſe ſe inſcripſerint, Milites, Comites, Barones, Notarios, Tabelliones, Poetas etiam, nobilitandi præterea, nothos legitimandi, auream denique & argenteam cudendi monetam jus ſibi arrogarint. Militarem porro hunc Ordinem a Magno Conſtantino inſtitutum volunt, cum debellato Maxentio crucem in cælo conſpexit; inſtauratum deinde ab Iſaacio Angelo Imp. qui ſuprema Ordinis prærogativam Angelis Græcanicis ex ſe naſcituris deinceps attribuerit. Quo ejuſmodi næniis poſteris illudant, confinxere varia chartarum inſtrumenta, quæ perſpicuæ falſitatis notam præferunt. Cujus quidem Ordinis inſignia ſunt Crux ſerica rubea, in cujus centro labari

a *Juvenal. Sat. 3.*
b *Sidon. in Narbone v. 253.*
c *Privilegi Imperiali a favore della ſacra Militia Conſtantiniana di S. Giorgio, publicati dal Fr. Malvezzo, in Piacenza & in Venetia 1626.*

figura effingitur cum hac inscriptione, IN HOC SIGNO VINCES. Ejus Statuta in Italia & in Hispania typis edita sunt.

Jam vero ut Angelicum Drivastense stemma hic describerem, hæc causa potissimum impulit, quod eorum interesse arbitrarer, qui illustres hosce dignitatum titulos fortasse legerint, quo jure ac fundamento hos sibi adscripserint, statim agnoscant, ne tam facile his se illudi nugis patiantur. Adde quod extitere in ea gente viri aliquot insignes, quorum sat perhonorifica habetur mentio apud scriptores, ut non omnino relinquatur intacta. De ea enim sic verba facit auctor Italicus Historiæ Magni Scanderbegi, ubi de ejus in expeditionibus militaribus comitibus: [a] *Ma la inclita Signoria di Venezia, per favor della prole detta Angelo, discesa dalla casa Imperiale di Constantinopoli, che sino al presente per questa via, e per quella del Despoto della Servia, ed ancora nel vincolo di consanguinità con la Margarita Monferratense, dignissima Duchessa di Mantova, ebbe oltre all' altre cose da prima a quella notissime, assai particole di Albania, e specialmente Drivasto, Antivari e Croja, e possiede ancora al presente Antivari, con Dolcigno ed altri luoghi, che non hanno piegati li ginocchi avanti l' Idolo Baal, cioè Maometh*, ec. Primus igitur qui dubiæ minus fidei ex hac gente occurat, est

Edit. Paris. pag. 212.

I. MICHAEL ANGELUS, Nobilis Drivastensis, qui obiit an. MCCCCLXV. hujus filius fuit

II. ANDREAS ANGELUS, Vaivoda & Drivastensis Capitaneus, cujus industria Drivastense oppidum, ut & Antibaris in Venetorum jus venere: quod quidem oppidum Drivastense, contra [b] Scanderbegi, a quo oppugnatum fuerat, fortiter tutatus est, fusis non semel hostibus. Ex quo tum vulgo jactitabatur, Scanderbegum ubique præterquam ad Drivastum esse victorem: tametsi eo quod cum Venetis postmodum iniit fœdere, urbs in illius potestatem concesserit. Quidam AGNETEM Arianitæ Comneni filiam Andreæ uxorem fuisse volunt. At cum scribat Sansovinus Lazarum, Stephanum, & Georgium, Georgii Brankovitzii Serviæ Despotæ filios, nepotes fuisse Andreæ ex matre, filia Matthæi Cantacuzeni, Joannis Imperatoris nepti, conjici posse videre ur, alteram Matthæi filiam sibi copulasse. Utcumque de hac conjectura sit, ex uxore liberos aliquos procreavit, ex quibus recensentur qui subsequuntur.

III. PETRUS ANGELUS, de quo mox.

III. PAULUS ANGELUS, Dyrrachiensis Archiepiscopus, & S. R. E. Cardinalis, ex iis fuit qui Scanderbegum impulere, ut rupto cum Turcis fœdere Venetis se se adjungeret. Varias ille legationes obiit, tum ad Ferdinandum Neapolitanum Regem, tum ad Mediolanensem Ducem, ut auxilia in eosdem Turcos conquireret, ab Scanderbego & Venetis missus. Idem auctor fuit Lucæ Ducagino, ut posthabitis Turcis, quibus merebat, eorum partes sectaretur. Dyrrachii, aliorumque finitimorum in Dalmatia oppidorum Præfectos. Venetos cum eodem Scanderbego dissidentes sæpe conciliavit. Denique cum Venetis perpetuam coluit animi consensionem, ejusque tandem opera effectum, ut anno ante obitum Crojam iis concederet Scanderbegus, iisque ad bellum Turcis fortiter inferendum strictiori fœdere sociaretur.

III. DEMETRIUS ANGELUS, Curio seu Rector Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ in Brianensi oppido, in Agro Novalensi.

III. PETRUS ANGELUS, Andreæ filius, e Scanderbegi castra secutus, ab eo quingentis Equitibus præfectus est. Non minori quâ frater Venetos studio coluit, in quorum exercitibus sæpe meruit, editis præclaris in præliis facinoribus. Sed & Drivastum oppidum, quod a Turcis obsidione cinctum fuerat, cum iis viriliter admodum est tutatus, hostibus non semel fusis ac deletis, ipse cæterum non modicis militaribus copiis præfectus. Ut porro in hisce bellis prædia omnia illius vastata, ædesque rusticæ igne consumptæ fuere, ab iisdem Venetis obtinuit, anno Christi MCCCCLXXV. ut aliunde accitas familias quæ agros suos colerent, in eos immittere sibi liceret, ab pensitationibus, quibus obnoxii erant cæteri Drivastensis præfecturæ rustici, immunes. Ab iis præterea viginti quatuor Hyperperorum, ex Ærario Drivastensi, diplomate x. Junii an. MCCCCLXXV. ac Drivasto postmodum a Turcis expugnato, quatuor ducatorum pensionem in singulos menses ex Ærario Patavino percipiendam obtinuit, diplomate XVI. Febr. an. MCCCCLXXVIII. Petro uxor fuit LUCIA, Alexii Spani, nobilis Albani, filia ex Isabella seu Milizza Georgii Brankovitzii Serviæ Despotæ filia. Ex hac prognati qui sequuntur filii.

IV. ALEXIUS ANGELUS, in bello obiit.

IV. PAULUS ANGELUS, Chaoniæ Princeps, Archidiaconus & Canonicus Drivastensis, Protonotarius Apostolicus, & patrui Demetrii resignatione Rector Ecclesiæ Brianensis, in singulos menses quatuor ducatorum pensionem patri concessam, pro se & fratribus a Venetis obtinuit, litteris Leonardi Loredani Ducis XXVI. Maii ann. MDXVII. & aliis ann. MDXLI.

IV. ANDREAS ANGELUS, Canonicus perinde Drivastensis, & Rector Ecclesiæ S. Angeli de Sala in agro Patavino, Ducem se ac Comitem Drivastensem & Dyrrachii Principem inscripsit. Testamentum condidit Romæ XIV. Sept ann. MDLXXIX. quo hæredem instituit nepotem ex Demetrio Achajæ Principe fratre Petrum Angelum, Ciliciæ Principem, (risum tenete) & in Ecclesia Aræ-cœli, in Catharinæ Reginæ Bosnensis, quam cognatam muncupat, tumulo, corpus humo mandari decernit. *pag. 213.*

IV. HIERONYMUS ANGELUS,)
&
IV. JOANNES ANGELUS,) de quibus mox.

IV. HIERONYMUS ANGELUS, Princeps Thessaliæ Drivastensis Comes, & S. Sedis Apostolicæ Capitaneus; (hisce enim titulis donabatur anno Christi MDLIX.) Venetis primum, deinde Sedi Apostolicæ meruit. [d] Hunc Patavinis illustribus viris accensent Historiæ ejusdem urbis scriptores, ajuntque Apostolicæ Sedis copiis præfectum sub Joanne Mediceo supremo Duce, ac in arcis cujusdam in Lombardia oppugnatione interfectum fuisse an. MDXCI. Hieronymo Rerum Turcicarum historiæ συλλογὴν dicavit an. MDLXXIII. Franciscus Sansovinus, a quo Princeps Thessaliæ Comes Drivastensis, ac supremus illustris Militiæ Militum Auratorum Angelicorum sub titulo S. Georii Magister inscribitur, cujus vicariam dignitatem ab illo obtinuerat. Huic ex URSULA conjuge liberi aliquot superstites extitere, scilicet,

V. MICHAEL ANGELUS, vel DE ANGELIS, Flavius, Comes, anno MDXC. cui uxor fuit N. ex nobili apud Venetos Michaelensium gente, ex qua enati *Angelus*, *Santa Maria*, & *Ursula*.

V. LEO ANGELUS, mortuus an. MDXCI.

a *Fatti di Scanderb. p. 274.*
b *Fatti di Scanderb. p. 279.*
c *Fatti di Scanderbeg. p. 291.*
d *Bernardin. Scardeon. l. 3. f. 353. Angel. Portenar. l. 5. c. 8.*

v. ANDREAS ANGELUS, Comes Drivaſtenſis, qui quater nuptias iniit, ac ex priore conjuge, *Joannem & Petrum Angelos* filios habuit. A

v. ALTADONA ANGELA.

IV. JOANNES-DEMETRIUS ANGELUS, Comes Drivaſtenſis, Achajæ Princeps, Hieronymi frater, ſub Venetis pariter vitam exegit an. MDLXVII. Uxorem duxit FRANCESCHINAM MAGNAM, Bartholomæi Magni, nobilis Veneti, filiam, ex quo conjugio natus.

V. PETRUS ANGELUS FLAVIUS, Princeps Ciliciæ, qui ab Andrea Angelo patruo hæres dictus, eo nomine interceſſit, ne Joannes de Cephalonia ſummum Militaris Ordinis S. Georgii Magiſtrum ſe inſcriberet, quod Cameræ Apoſtolicæ judicio obtinuit an. MDXCI. Conſequenti vero B teſtamentum Romæ condidit XXI. Julii, in quo inſcribitur, *Excellentiſſimus & illuſtriſſimus Petrus Angelus Flavius, Princeps Ciliciæ & Macedoniæ, ſupremus Magiſter Militiæ Angelicæ Conſtantinianæ, ſub titulo S. Georgii, ac Dux & Comes Drivaſtenſis*; quo quidem, in Eccleſia Aræ-Cæli in Catharinæ Reginæ Boſnenſis tumulo ſe mortuum humo mandari præcipit, hærede filio Joanne-Andrea inſtituto, quem ex LUCRETIA BEVULCA, nobili Mediolanenſi extulerat, ac ſubſtituto Michaele Angelo Flavio, ex fratre Hieronymo nepote.

VI. JOANNES-ANDREAS ANGELUS FLAVIUS COMNENUS, Drivaſti ac Dyrrachii Dux, Princeps Macedoniæ & Moldaviæ, ſupremum Ordinis S. Georgii Magiſtratum judicio Cameræ Apoſtolicæ obtinuit contra Joannem Georgium de Cephalonia, qui inde ad Triremes damnatus eſt, anno MDXCIII. uti quadrennio poſt, altero Veneti Senatus judicio, contra Nicolaum Alexium, qui ſe Nicolaum Cernovichium Ducem Salonæ inſcribebat, eumdemque Magiſtratum uſurpaverat. Cujus quidem Nicolai ſepulchri, quod ſibi vivens in æde S. Bartholomæi Mediolani erexerat, inſcriptionem, cum hiſce imaginariis titulis, deſcripſit Placidus Puccinellus. [a] Is eſt Flavius Angelus, qui Principum genealogias a ſe contextas Venetiis edi curavit an. MDCXXI. quarum pleraſque ab ipſo Adamo auſpicatur, patidas adeo ac falſas, ut mirari liceat viri frontem ac audaciam; quamquam ex iis quæ illius ætatem proxime attingunt, licet fictis haud careant omnino, ejuſmodi Græculorum Principum, ſeu nobilium ſtemmata adornari poſſe in confeſſo ſit.

a *poſt Zodiac. Eccl. Mediol. p. 35.*

Edit. Pariſ. pag. 214.

XXXIV.

FAMILIA ANGELORUM NIVERNENSIS.

HABETUR [a] præterea in Nivernenſi Ducatu Angelorum nomenclatura nobilis alia familia, quam a Græcis ejuſce cognominis proceribus, qui poſt extinctum Scanderbegum ex Dalmatia in Franciam conceſſere, prodiiſſe conſtans eſt opinio. Hujus ſtemma ab anno MD. delibavit pridem Guſſancurtius Cæleſtinus in Hoſpitalariorum Militum Martyrologio, huicque C pro inſignibus ſcutum adſignat cæruleum, cum lunula aurea, ac ejuſdem metalli ſtellula in ſuperiori parte. Poſſidet porro familia iſta Chenautii, & Caſtri Rainaldi in Boiis, & Villæmenani in Nivernenſi agro prædia. Ex hac gente ortus præ cæteris Nicolaus Angelus Lugdunenſis, multis honoribus & præcipuis in ea urbe perfunctus, cujus elogium contexuit Papyrius Maſſonus.

a *Papyr. Maſſon. in Elog. Nicolai Angeli Lugdun.*

XXXV.

BRANARUM FAMILIA.

BRANARUM gens perilluſtris ſemper habita D eſt Conſtantinopoli, tum ob dignitates quas obiit in Auguſtorum palatiis, tum ob Imperatorias affinitates, ac præſertim cum Regia Principum noſtrorum familia: quo lubentius quidquid de proceribus Conſtantinopolitanis cognomine iſto inſignibus legere eſt apud ſcriptores, hocce loco congerere operæpretium viſum eſt, ut cum generis antiquitas, nobilitaſque plana fuerit, haud indigno ac degenere Regis Francici filiam, etiam Imperatricem, cum hacce familia connubii conſortio ſociatam omnes tandem fateantur. Natales porro ſuos Adrianopoli Thraciæ civitati debent Branæ. unde Conſtantinopolim tranſiiſſe ſcribit [a] Nicetas Choniates, licet de tempore minus conſtet. Primus autem ex iis occurrit.

a *Nicet. in Iſaac. l. 1. n. 6.*
b *Scylitz. p. 766. E. R.*

MARIANUS BRANAS [b] Magnus Domeſticus Orientis, qui Tornicæ affinis ſui tyrannidem molientis, Conſtantino Monomacho imperante, partes ſecutus eſt ſub an. MXLVIII. hunc excipit.

NICOLAUS BRANAS, [c] vir ſtrenuiſſimus, qui adverſus Scythas ab Alexio Comneno Imperatore una cum Pacuriano Domeſtico Occidentis cum imperio miſſus, accepto in prælio lethali vulnere, vitam amiſit anno MLXXXVIII. deinde

DEMETRIUS BRANAS, [d] qui a Manuele Comneno Imperatore claſſi præfectus eſt adverſus Raimundum Pictavenſem Principem Antiochenum an. MCXLV. qua etiam tempeſtate florebat.

c *Anna l. 6. p. 182. 183. E. R.*
d *Cinnam. l. 2. n. 19. Nicet. in Man. l. 1. n. 2.*

MICHAEL BRANAS, [a] qui Nissæ, seu Nicææ, in Bulgaria præerat, cum Conradus Imperator per Græcorum provincias iter Hierosolymitanum aggressus est anno MCXLVII. cui, ut & ejus copiis, commeatum impertiri jussus est a Manuele: [b] a quo haud multo post missus est ad Ludovicum VII. Francorum Regem, ejusdem causa expeditionis Constantinopolim contendentem, ut eum suo nomine officiose exciperet. [c] Eumdem præterea Manuelem bello contra Servios comitatus est: [d] cumque Rhodum facta incursione depopulatus est Rainaldus Castilionensis Princeps. Antiochenus sub an. MCLIV. copiis ad insulæ custodiam præfectus erat: [e] Exhinc a Manuele cum idoneo exercitu adversus Hungarorum Regem missus sub an. MCLXI. orta cum Michaele Gabra potestatis socio dissensione, ab hostibus fusus est. [f] Neque porro feliciori pugnavit exitu in Cilicia, quo cum copiis dux a Manuele delectus missus fuerat contra Milonem Armeniæ Principem, a quo est perinde superatus. Vivebant eo ipsomet ævo

Edit. Paris. pag. 215.

GEORGIUS BRANAS, &

DEMETRIUS BRANAS, [g] Georgii frater, qui Hungaricæ expeditioni, cujus meminimus, interfuere: post hos memoratur

JOANNES BRANAS, [h] qui ab Andronico tyranno in Siculos, qui Thessalonicensem tractum incursabant, missus, ab iis captus, in Siciliam abductus est sub an. MCLXXXIV. sed præ cæteris ex hac familia proceribus, celebratur maxime sub eadem tempora.

ALEXIUS BRANAS, brevi quidem statura, sed magno ingenio ac prudentia vir, summusque bello dux, inquit [i] Nicetas: [k] qui sub Alexio Comneno juniore, cum Andronico Lamparda, adversus Hungaros regionem Niso & Braniovæ adjacentem incursantes bellum gerebat, cum Imperatoris cædis, Andronicique tyrannidis nuntium accepit. [l] Is imperii mutationem alacri animo ferens, tyranni benevolentia sibi concilata, ab eo ex Hungarica expeditione tum reduce, primo in Lopadienses Asiaticos qui defecerant, [m] deinde in Siculos Thessalonicensem provinciam devastantes cum idoneo exercitu missus est. [n] Post tyranni interitum, Isaacio Angelo eidem sublecto, Siculos eosdem, qui in Thraciæ provincias sese effuderant, commisso in Demetriz æ campis prælio, prorsus delevit VII. Novembris die, anno MCLXXXV. duobus insuper hostium ducibus captis. [o] Exhinc orto cum Bulgaris bello, fusoque Joanne Cantacuzeno Cæsare, Imperatoris Isaacii sororio, ipse copiarum dux delectus est: in qua expeditione tanta cum prudentia ac industria se gessit, ut hostes, vitatis eorum insidiis ac insultibus, intra proprios limites continuerit. Quo quidem rerum successu elatus, cum copiarum militarium ducem declaratum se cerneret, in quibus erant Germani Auxiliares, quibus plurimum fidebat, quam post bellum Siculum tentaverat rebellionem, tum palam in apertum protulit: cognatisque suis in consilium adhibitis, qui & Adrianopolim ut & ipse patriam habebant, multisque & potentibus viris, rubrum calceum induit, atque inde in patriam digressus, & ab omni exercitu Imperator salutatus, Constantinopolim contendit. Castris porro positis dum Urbem obsidione urget, Conradus Monferratensis, Cæsar, qui paulo ante quam deficeret Branas, Theodoram Isaacii Imperatoris sororem ducturus in urbem venerat, cum stipendiariis Latinis facta eruptione Branam suapte manu interemit anno MCLXXXVI. [p] Uxorem duxerat Alexius Branas Manuelis Comneni Imperatoris ex sorore neptim, quam patruus ipse matronale decus & familiæ suæ ornamentum appellare consueverat; ex qua, præ ceteris liberis, Theodorum Branam genuit, & filiam, Joannis Angeli Sebastocratoris filio nuptam.

THEODORUS BRANAS, [q] Alexii filius, ab Isaacio Augusto Alanis, quos ad Friderici I. Occidentis Imperatoris, qui Hierosolymitanam aggressus erat expeditionem, per Græcorum terras transitum prohibendum miserat, præfectus, a Sveviæ Duce Friderici fratre fusus est ac deletus an. MCLXXXVIII. [r] Postea cum Georgio Palæologo & aliis conjuratis Alexium Isaacii fratrem Imperatorem dixit: [s] a quo postea missus est cum copiis in Turcos Asiaticos: [t] & Thraciæ provinciæ præfectura postmodum donatus, [u] Francis demum urbem occupantibus, unicus fere ex proceribus Græcis extitit, qui iis adhæserit, & meruerit: a quibus dignitates & oppida non pauca consecutus est, ut alibi a nobis observatum meminimus. Sed & annuentibus, consensumque præbentibus nostris, AGNETEM, Philippi Augusti Francorum Regis sororem, Ludovici VII. Regis filiam, ex juniore Alexio & Andronico Comnenis Imperatoribus tum viduam, in uxorem duxit anno MCCV. [x] Scribit Albericus, cum antea inter utrumque intercessisset illicitæ libidinis commercium, persuasum fuisse a Francis ut eam sibi conjugio tandem copularet. [y] Ex eo prodiit saltem filia, quæ Narjoto de Tociaco, Nobili Franco ex diœcesi Altisiodorensi, & Imperii Constantinopolitani Ballivo seu Custodi sub an. MCCXXXVIII. nupsit. Narjotus porro extincta uxore, aliam sibi adscivit, filiam Jonæ Proceris Comani. Ex prioribus vero nuptiis enati complures liberi, quorum nomina [z] alibi descripsimus. [A] Quinetiam simile videtur vero, huicque conjecturæ favet tempus quo ille vixit, BRANAM, cujus filiam uxorem duxit Constantinus Palæologus, Michaelis Imperatoris frater, filium fuisse Theodori Branæ illius ex Agnete Francica.

Stetit etiam diu postea Branarum apud Græcos familia: meminit siquidem [B] Joannes Cantacuzenus BRANÆ, qui anno MCCCXLV. Adrianopolitanæ urbis præfecturam obtinebat. [C] Et inter Nobiles Græcos, qui expugnata a Turcis Constantinopoli, exules in Franciam concesserunt, memoratur JOANNES BRANAS Miles, cui, ut & cæteris, stipendia ad victum concessit Carolus VII. Francorum Rex.

pag. 216.

a *Cinnam. l. 2. n. 13.*
b *Cinnam l. 2. n. 17.*
c *Cinnam. l. 3.*
d *Cinnam. l. 4.*
e *Idem.*
f *Idem.*
g *Idem.*
h *Nicet. in Andr. l. 2. n. 1.*
i *Nicet. in Isaac. l. 1. n. 6.*
k *Idem in Andr. l. 1. n. 1.*
l *Idem n. 2.*
m *Idem l. 2. n. 1.*
n *Idem in Isaac. l. 1. n. 1. 2.*
o *Idem l. 1. n. 6. 7. 8. Monach. Altis. p. 90.*
p *Idem n. 9.*
q *Nicet. in Isaac. l. 2. n. 5. Expedit. Asiat. Frid. l. p. 66.*
r *Nicet. in Isaac. l. 3. n. 8.*
s *Nicet. in Alex. l. 1. n. 7.*
t *l. 2. n. 5.*
u *Villh. n. 210. Nicet. in Bald. n. 7. 8. 10. 11.*
x *Alber. an. 1205.*
y *Alberic. an. 1236. 1239.*
z *in Hist. Franc. Byz. l. 4. n. 19. 26.*
A *Pach. l. 2. c. 5.*
B *Cantacuz. l. 3. c. 78. 90.*
C *Comput. Mat. de Beauvarlet. incip. a 1. Octobr. 1454. & desin. 10. Sept. 1455.*

XXXVI.

FAMILIA
IMPP. CONSTANTINOPOLITANORUM
ex gente Francica.

IMEPRIALIUM ſtemmatum exacta hactenus ſeries videretur expetere, ut Procerum Francicorum, qui poſt Angelos, Imperium Conſtantinopolitanum, aut Principatus, provincias, ac oppida jure beneficiario in Græcorum terris obtinuerunt, familiæ eadem methodo perſtringerentur. At cum integra ante annos aliquot, typiſque regiis una cum Villharduino edita ſit a nobis de iis prolixior hiſtoria, actum eſſet A agere, ſi quæ ibi ex variis probatiſque auctoribus, atque adeo publicis inſtrumentis congeſtimus, rurſum in hocce de familiis Byzantinis opuſculo repeterentur. Satis erit igitur eorumdem Francicorum Auguſtorum ſtemmata per indices dumtaxat hoc loco deſcribere, ut Byzantinorum Imperatorum, quorum retegendis natalibus operam hactenus dedimus, ſeries ſaltem haud abrumpatur.

IMPE-

Edit. Paris. pag. 217.

IMPERATORES CONSTANTINOPOLITANI
ex familiis Comitum Flandriæ, Altisiodori, Briennæ, Valesii, Tarenti & Avelini.

BALDUINUS VIII. Comes Flandriæ & Hannoniæ, obiit XVII. Dec. an. MCXCV. Huic uxor fuit *Margareta Alsatica*, Comitissa Flandriæ, soror & hæres Philippi Alsatici, Comitis Flandriæ.

BALDUINUS IX. Comes Flandriæ & Hannoniæ, electus IMPERATOR Constantinopolitanus IX. Mali anno MCCIV. obiit anno MCCIV. Uxor MARIA CAMPANA.

Philippus Marchio Namurcensis, obiit anno MCCXII. absque liberis ex *Maria* F. Philippi Reg. Fr.

HENRICUS, *Andegavensis* dictus, IMP. CP. ob. an. MCCXVI. 1. ux. AGNES MONFERRATENSIS. 2. N. filia Joannis Regis Bulgariæ.

Eustachius. Vide Not. ad Villhar. num. 233.

Elizabeta, uxor *Philippi* Aug. Regis Fr.

JOLANDIS, uxor PETRI de Curtenajo, Comitis Altisiod. in IMP. CP. coronati IX. Apr. an. MCCXVI. obiit ille anno MCCXVIII.

Sibylla, uxor *Gerardi de Ligny*, seu ut Ducheſmo placet, *Guichardi* Bellijocensis domini.

Joanna dicta *Constantinopolitana*, Comitissa Flandriæ.

Margareta Comitissa Hannoniæ, deinde Flandriæ.

N. cuius meminit Villhard. n. 254.

Philippus Marchio Namurci, obiit absque liberis anno MCCXXVI.

ROBERTUS IMP. CP. ob. ἄπαις an. MCCXXVIII.

Henricus Marchio Namurcensis, ἄπαις.

BALDUINUS II. IMP. CP. obiit an. MCCLXXII. huic uxor fuit MARIA, filia Joannis Briennensis, Regis Hierosolymitani, & IMP. CP.

Jolandis ux. Andreæ Regis Hungariæ.

Agnes uxor *Gaufridi de Villharduino*, Pr. Achajæ.

Maria ux. Theodori Lascaris, Imp. Gr.

Margareta uxor *Henrici* Comitis Viandensis.

Isabella nupta 1. *Galchero*, fil. Comitis Barri ad Sequanam. 2. *Eudoni de Monteacuto*, ex familia Ducum Burgundiæ.

Sibylla, sanctimonialis.

N. uxor *Radulphi*, Isolduni domini.

PHILIPPUS IMP. CONSTANTINOPOLITANUS, titulo tenus, ob. ante ann. MCCLXXXVIII. uxorem duxit BEATRICEM, Caroli I. Regis Siciliæ filiam.

CATHARINA IMPERATRIX CONSTANTINOPOLITANA, nupta CAROLO Comiti Valesii & Andegavi, Philippi III. Regis Franciæ filio, qui jure uxoris IMPERATOR CP. dictus est. Obiit illa mense Januar. an. MCCCVIII.

Joannes ob. ἄπαις.

CATHARINA IMPERATRIX CP. nupta PHILIPPO Principi Tarenti, Caroli II. Regis Siciliæ filio, qui jure uxoris IMPERATOREM CP. se appellavit, obiitque Neapoli XXVI. Dec. an. MCCCXXXII. Catharina vero conjugi superstes ob. etiam Neapoli mense Octob. an. MCCCXLVI.

Joanna uxor *Roberti* Comitis Bellomontis.

Elizabeta, Abbatissa Fontisebraldi.

ROBERTUS Princeps Tarentinus, IMP. CP. uxorem duxit anno MCCCLV. MARIAM Ludovici I. Ducis Burbonensis filiam. Obiit X. Septemb. an. MCCCLXIV.

Ludovicus Rex Siciliæ, obiit an. MCCCLXII. huic uxor fuit *Joanna* Regina Siciliæ.

PHILIPPUS IMP. CP. Princeps Tarentinus, obiit XXV. Nov. an. MCCCLXVIII. huic 1. uxor fuit MARIA SICULA, filia Caroli Ducis Calabriæ. 2. ELIZABETA, filia Ducis Sclavoniæ.

Margareta nupsit 1. Edwardo Regi Scotiæ. 2. *Francisco de Balcio*, Comiti Avelini & Montis Scabiosi, ac Ducis Andriæ.

Maria ἄπαις.

Irene nupta 1. *Leoni de Leziniano*, Regi Armeniæ. 2. *Leoni* Regi perinde Armeniæ prioris patruo.

Francisca & *Catharina*, in infantia demortuæ.

1. *Carolus* & NN. infantes defuncti.

2. *Philippus*, infans pariter obiit.

2. JACOBUS *de Balcio*, Princeps Tarentinus, IMP. CP. jure matris dictus, uxorem duxit an. 1382. AGNETEM filiam Caroli, Siciliæ Ducis Dyrrachiensis.

2. *Antonia de Balcio*, uxor *Frederici* Regis Trinacriæ, seu Siciliæ.

2. *Sibyllæ* uxor *Aimari*, Pictavensis, Comitis Valentinensis.

XXXVII.

LASCARICA FAMILIA.

De hisce nummis vide Dissertationem nostram n. 67.

Edit Paris. pag. 218.

I. A Scriptoribus, qui THEODORI LASCARIS Græcorum Imperatoris res gestas scripto mandavere, de illius natalibus, generisque origine nihil, opinor, observatum. Tradit tantum [a] Nicetas Choniates Theodorum, cum ab Alexio Angelo Comneno Imperatore filiam Annam in uxorem obtinuit, adolescentem fuisse audacia perinde ac animi fortitudine præsignem, [b] ortumque nobilissimo genere. Habuit porro Theodori pater, præter ipsum Theodorum, liberos alios, quorum seriem hic damus.

II. THEODORUS LASCARIS Imperator, de quo mox.

II. CONSTANTINUS LASCARIS, magnus sua ætate bello dux, ipso teste [c] Gaufrido de Villa Harduini, Constantinopolim cum cæteris Græcis proceribus tuebatur, cum a Francis nostris ob- B sessa est, in quorum etiam, facta eruptione, potestatem venit. A fratre Imperatore creato adversus nostros copiarum dux etiam delectus est: [d] qui quidem is forte est Theodori frater, quem in Lentianarum obsidione periisse scibit Acropolita.

II. ALEXIUS LASCARIS, [e] a Theodoro fratre Imperatore SEBASTOCRATOR appellatus, eo e vivis exempto, cum Joannem Vatatzem in Imperio sibi prælatum egre ferret, cum Isaacio fratre ad Robertum Imperatorem Constantinopolitanum concessit: impetratisque ab eo copiis militaribus, ac prælio cum Vatatze commisso, uterque captus, luminibus orbatur.

II. ISAACIUS LASCARIS a Theodoro fratre perinde SEBASTOCRATORIS dignitate donatus, captus cum Alexio fratre a Joanne Vatatze, excæcatus est,

II. MANUEL LASCARIS, [f] fraterque ejus Mi- *pag. 219.* chael, veriti ne a Vatatze eodem, quo Alexius & Isaacius fratres, suplicio plecterentur, ex ejus ditionibus excessere: dumque in longioris exilii ærumnis, Principum ac Regum aulas sectantur, plurimam in rebus experientiam sunt adepti, quæ animi fortitudini, qua erant præditi, adjuncta, effecit, ut pro viris prudentia ac rei militaris peritia consummatissimis sua ætate haberentur, & a Theodoro Lascari Imperatore Joannis filio in aulam revocati, exercituum præfecturam ab eo obtinuerint, ætate licet provectiores. [g] Manueli, TZAMANTOURI cognomentum videtur adscribere Pachymeres, qui præterea tradit, sub vitæ exitum monachicum habitum induisse.

II. MICHAEL LASCARIS P., cum fratre Manuele, ut diximus, ex Joannis Vatatzæ aula profectus, a Theodoro Lascari juniore revocatus est. Nescio porro an is sit Michael Lascaris, qui cum aliquot proceribus in Joannem Vatatzem conspiravit. [i] A Michaele Palæologo Imperatore Magni Ducis dignitatem consecutus, eo imperante e vivis excessit, admodum senex.

II. THEODORUS LASCARIS, ad Imperatoriæ Majestatis fastigium pervenit [k] jure uxoris ANNÆ COMNENÆ, Alexii Comneni Imperatoris filiæ, ac tum ex Isaacio Comneno Sebastocratore viduæ, quam Alexio adhuc Augusto in carnisprivio sub anno MCXCVIII. duxit, ut auctor est

a *Nicet. in Alex. l. 3. n. 2.*
b *Nicet. in Bald. n. 7.*
c *Villhard. n. 88. 171. 172.*
d *Acrop. c. 16.*
e *Acrop. c. 22. Gregor. l. 2, c. 1. Hist. Fr. Byz. l. 3. n. 4. 6.*
f *Acrop. c. 55. 62. 63.*
g *Pach. l. 1. c. 21. 27. l. 2. c. 13.*
h *Acrop. c. 45. 55. 68. 71.*
n *Pach. l. 2. c. 13. l. 3. c. 13. l. 4. c. 26. 29. l. 6. c. 31.*
i *Niset. in Alex. Com. l. 3. n. 2. 10. Acrop. c. 6.*

Nicetas: a quo Despota est renuntiatus. Socero a Monferratensi Marchione capto, [a] Ipse IMPERATOREM se appellavit, eoque nomine coronatus est Nicææ a Michaele Autoriano Græcorum Patriarcha. [b] Alexius porro libertatem consecutus, in pristinam dignitatem dum redire cogitat, a genero prohibitus, Turcorum auxiliis fultus, in Theodorum arma movit, a quo deletus, captusque, in Monasterium Nicææ trusus est, ubi reliquum vitæ exegit. [c] Extincta Anna uxore, alteram sibi adjunxit Theodorus, PHILIPPAM scilicet Rupini Armeniæ Principis ex Elizabeta Toronia filiam: qua, post susceptum ex ea filium, repudiata ac remissa, [d] MARIAM, Petri Comitis Autisiodorensis & Imperatoris Constantinopolitani filiam in tertiam conjugem sibi copulavit. Scriptoribus porro triennio cum Maria vixisse Theodorum scribentibus, sequitur initas has tertias nuptias circa an. MCCXX [e] cum is excesserit ann. MCCXXII. annos natus XLV. & amplius, imperii XVIII. non quidem a coronationis die computando: [f] siquidem scribit Acropolita Græcis biennio præfuisse sub titulo Despotæ, antequam coronaretur. [g] Maria vero conjux haud diu marito superstes, nullis ex eo susceptis liberis obiit.

Liberi Theodori Lascaris Imp. ex Anna priore conjuge.

III. NN. [h] filii bini, patre superstite extincti.

III. IRENE LASCARIS [i], a patre primum nuptum data est ANDRONICO PALÆOLOGO, quem Despotam socer appellavit: eo deinde in Lentianarum Castri obsidione extincto, JOANNI VATATZÆ, qui socero in Imperium successit.

III. MARIA LASCARIS, [k] BELÆ IV. filio ac successori Andreæ Regis Hungariæ, conjugio copulatur a patre, cum Andreas ex Hierosolymitana expeditione rediens, per Asiæ provincias iter accepit, sub annum MCC..... [l] Marito illa supervixit, unaque cum eo & Bela filio Strigonii sepulta est in Monasterio quod ædificaverat conjux sub nomine Deiparæ & sanctæ Elizabetæ sororis, cum hoc epitaphio:

Aspice rem charam, tres cingunt Virginis aram,
Rex, Dux, Regina, quibus adsint gaudia trina.

[m] Fit præterea conjugii istius mentio in Epitaphio Catharinæ & Margaretæ Belæ Regis & Mariæ natarum, quod extat in Urbe Spalatensi:

Catharina fulgens, & inclyta Margarita,
In hoc arcto tumulo jacent absque vita,
Belæ quarti filiæ Regis Hungarorum,
Ac Mariæ Lascari Regiæ Græcorum,
A Barbaris Tartaris erant fugatæ,
Mortuæ in Clissio, ac Spalatum translatæ,
Sub annis Domini mille cum ducentis,
Quadraginta duo insuper præbens legentis.

III. [n] EUDOXIA LASCARIS, ROBERTO Imperatori Constantinopolitano in uxorem pacta est a patre Theodoro, quo antequam Constantinopolim decuceretur, mortuo, domi retenta est a Joanne Vatatze, quem Theodorus Imperii hæredem dixerat, ruptis non modo cum Roberto nuptiarum pactis, sed etiam quæ cum Francis Constantinopolitanis socer inierat fœderibus. [o] Exinde nupsit Eudocia, Irene sorore, ipsoque Vatatze assensum præbentibus, ANSELMO DE CAHIEU, Nobili Gallo, ex Cajocensi ad oppidum S. Valarici in Picardia familia orto, quique Imperii Constantinopolitani Bajulus, seu Custos fuit anno MCCXXXVII. post excessum Roberti Imperatoris.

Edit. Paris. pag. 220.

III. N. LASCARIS, quam secundam Theodori Imperatoris filiam fuisse tradit [p] Albericus, nupsit Austriæ Duci, si qua fides eidem scriptori.

Filia Theodori Lascaris Imp. ex Philippa Armenia.

III. CONSTANS LASCARIS, vix octavum ætatis annum attigerat, cum pater obiit, ut auctor est [q] Acropolita. Unde conficitur patri fuisse superstitem, quod idem scriptor insinuat, scribens Joannem Vatatzem, cum nulli superessent Theodoro filii puberes, Imperium sibi arrogasse. Tradit tamen Nicephorus Gregoras absque masculis obiisse Theodorum.

PROCERES ALIQUOT GRÆCI ex Familia Lascarica.

MEMORANTUR præterea, apud scriptores Byzantinos præsertim, Proceres Græci complures cum Lascarico cognomine, a Theodori Imperatoris fratribus fortean prognati: tametsi ex iis aliquot id sibi arrogasse cognominis ex aliqua cum Lascaribus affinitate, quod apud ejusce ævi Græcos familiare fuit, par sit credere. Quotquot autem ad notitiam nostram venerunt, servata temporum ratione, hic recensebimus.

JOANNES LASCARIS, *primus consobrinus*, id est *patruelis*, [r] Michaelis Palæologi Imp. nuncupatur sub an. MCCLXXIX. unde colligitur fuisse filium sororis Andronici Palæologi, Michaelis patris, quæ alicui ex familia Lascarica nupserit.

[s] DRIMYS, ex familia Lascarica ortus sub Andronico seniore.

[t] Meminit Cantacuzenus sub ann. MCCCXXVI. duorum Metochitæ Magni Logothetæ filiorum, quorum alter DEMETRIUS ANGELUS, alter MICHAEL LASCARIS dicebatur. Unde evidenter pater illustrium familiarum cognomina sæpe sibi adscripsisse Græcos, ex aliqua cum iis affinitate.

[u] MANUEL LASCARIS, apud eumdem scriptorem, vivebat anno Christi MCCCXXVI.

[x] CALAMANUS LASCARIS an. MCCCXXX.

[y] LASCARIS, Magnus Chartularius, anno MCCCXLI.

[z] JOANNES LASCARIS Miles, ex aula Imperatoris Constantinopolitani an. MCCCLXXII.

[A] MATTHÆUS LASCARIS, Hegumenus seu Abbas Ecclesiæ S. Diomedis Constantinopolitanæ an. MCCCLXXIII.

[B] DEMETTIUS LASCARIS, Thessalonicæ Præfectus, an. MCCCCXV.

a *Nicet. in Bald. c. 7. Acrop. c. 6.*
b *Hist. Fr. Byz. l. 2. n. 14.*
c *Acrop. c. 15. Lignage d'Outremer.*
d *Acrop. c. 14. 18. Hist. Fr. Byz. l. 3. n. 3.*
e *Acrop. c. 18.*
f *Acrop. c. 6.*
g *Greg. l. 1. p. 16. E. R.*
h *Acrop. c. 18.*
i *Pach. l. 4. c. 29. Acrop. c. 15. 18.*
k *Pach. l. 4. c. 29. Acrop. c. 15. Mon. Paduan. an. 1262. Thom. Archid. Salon. c. 26.*
l *Gesta Dei per Franc. p. 1193. Rainald. an. 1222. n. 43. 1223. n. 31. 1224. n. 33. &c.*
m *Joan. Tomeus Marnavitius in vita S. Sabæ. Thom. Archid. Salonit. c. 40.*
n *Acrop. c. 15. 18. Alber. an. 1221. Hist. Fr. Byz. l. 3. n. 3. Pach. l. 4. c. 29.*
o *Acrop. c. 47. Hist. Fr. Byz. l. 4. n. 1. 34.*
p *Alber. an. 1222.*
q *Acrop. c. 18. Lignage d'Outremer.*
r *Vvadding. & Rainald. an. 1278.*
s *Pach. l. 13. c. 15.*
t *Cantacuz. l. 1. c. 43.*
u *Idem l. 1. c. 51.*
x *Idem l. 2. c. 15.*
y *Idem l. 3. c. 31.*
z *Vvadding. hoc an. n. 6.*
A *Idem an. 1373.*
B *Ducas p. 43. 65.*

[a] MATTHÆUS LASCARIS, an. MCCCCXXI.

[b] ANDRONICUS LASCARIS ann. MCCCCXXIX.

[c] ALEXIUS LASCARIS, Voſtitzæ, deinde Patrarum Præfectus, annis MCCCCXXIX. MCCCCXLI.

Edit Pariſ. pag. 221.

[d] CONSTANTINUS LASCARIS, nobilis Conſtantinopolitanus, capta urbe Mediolanum in aulam Franciſci Sforciæ conceſſit anno MCCCCLXIII. quo Grammaticam Græcam ſuam exaraſſe ipſemet teſtatur ſub finem operis; unde Meſſanam in Sicilia tranſiit, ubi etiam tractatus aliquot ejuſdem argumenti conſcripſit anno MCCCCLXX.

[e] JOANNES LASCARIS hac ipſa vixit ætate; [f] is forte qui in Francicam aulam profectus, a Ludovico XII. Rege Legatus Venetias miſſus eſt an MDVII. Neſcio an idem cum JANO LASCARI Rhyndaceno, qui a Franciſco I. in Franciam eſt evocatus, ut Collegio Regio, quod inſtituere in animo habebat, litteras Græcas edoceret, & cujus ſunt Epigrammata quædam Græca & Latina, edita ab ANGELO LASCARI Rhyndaceno filio Baſileæ an. MDXXXVII. in quibus quidem Græcis, alterum eſt in DEMETRIUM LASCARIM, cognominatum Magnum Ducem, alterum in GALENUM LASCARIM, a furibus nocturnis interfectum.

[g] THEODORUS LASCARIS, cujus opera quædam de Phyſica aſſervat Bibliotheca Regia. [h] Meminit præterea Allatius THEODORI LASCARIS DUCÆ, qui S. Tryphonis Martyris elogium ſcripſit.

Tranſit etiam Laſcarica familia in Cretam inſulam, uti alio loco docemus: ut & in Cyprum inſulam. [i] Memorantur enim EUGENIUS, JOANNES, DEMETRIUS, & PHILIPPUS LASCARES, qui in obſidione Nicoſiana interfecti ſunt: quorum avos fictitios recenſet Julius a Puteo Veronenſis.

Laſcaricæ familiæ in Cephalenia inſula ſtemma a Jacobo Zabarella Venetiis anno MDCXXXIII. teſtimoniis & Tabulis firmatum ita exhibetur ab eodem Julio, penes quem fides ſit.

THEODORUS LASCARIS, Centurio, Iſaacii Laſcaris Protoſtratoris, ut volunt, filius, in inſulam Cephaleniam conceſſit, ubi prædia aliquot poſſedit.

Theodorus Laſcaris. — Georgius Laſcaris, Centurio in inſula Cypro & in Dalmatia, Argyrontum contra Turcos tutatus. — Demetrius Laſcaris, Centurio in Creta inſula.

Alexander Laſcaris, Corcyræ & Cephaleniæ Præfectus, ob. an. 1580.

Conſtantinus Laſcaris. — Demetrius Laſcaris, Sebenici, & Equitum Præfectus an. 1570. — Theodorus Laſcaris. — Nicolaus Laſcaris bellis contra Turcos clarus. — Angelus Laſcaris. — Joannes Laſcaris Centurio.

Conſtantinus Laſcaris, nothus.

Georgius Laſcaris, turmæ Equitum Præfectus: Uxor Franciſchina Lippia ex Dominis Caſtri Lippiæ in Dalmatia. — Theodorus Laſcaris Miles. — Angelus Laſcaris Miles, Venetis meruit. — Alexander Laſcaris Miles.

Hieronymus Laſcaris. — Demetrius Laſcaris Centurio. Uxor Vincentia Quarca de Tragurio. — Joannes Laſcaris.

Demetrius Laſcaris. — Georgius Laſcaris. — Joannes Laſcaris.

Georgius Laſcaris Centurio, in prædiis ac feudis quæ in inſula Cephalenia poſſidebat, a Venetis confirmatus eſt, quorum mandato fortunæ ſuæ ſedem Veronam tranſtulit. Ux. nobilis Veronenſis ex familia Quartia, filia Mariæ.

Albertus Laſcaris an. 1656. — Demetrius Laſcaris. — Theodorus Laſcaris.

a *Phranz. l. 1. c. 40.*
b *Id. l. 2. c. 3. 19.*
c *Id. l. 2. c. 3. 19. l. 3. c. 1.*
d *Grammat. Conſt. Laſcaris.*
e *Marull. l. 3. Epigr. p. 40.*
f *Belforeſt. in hiſt. Fr. to. 2. p. 1377.*
g *Bibl. Labb.*
h *Allat. de Sim. p. 98.*
i *Aug. Calepian. Thuan. l. 38. Jul. da Pozzo.*

XXXVIII.

FAMILIA VATATZARUM,

Edit. Paris. pag. 222.

seu ut a Latinis scriptoribus vocantur, VATACIORUM.

UT Branarum, ita VATATZARUM gens Adrianopolitanæ urbi natales suos & originem debet. Scribit [a] Scylitzes VATATZEM quemdam ex ea cum tota familia in Bulgariæ Regis Samuelis aulam migrasse sub annum M. cum accepissет se a Basilio Imperatore carceri mancipandum, quod clandestina cum Bulgaris consilia agitare delatus esset. Post hunc memoratur.

JOANNES VATATZES, qui cum Tornicæ tyrannidem aggresso se se adjunxisset, una cum eo comprehensus, oculis perinde ac ille a Constantino Monomacho Imperatore privatus est anno MXLV. seu, ut habet [b] Anonymus Barensis, anno MXLVIII. Indict. I. Hunc excipit

THEODORUS VATATZES, [c] qui sororem Manuelis Comneni Imperatoris duxit in uxorem, ex qua affinitate, viri, ut & familiæ Vatatzarum, nobilitatem deprehendere licet. Ejus opera in variis bellicis expeditionibus usus est idem Augustus. Ex hoc conjugio nati potissimum Andronicus & Ioannes Vatatzæ.

ANDRONICUS VATATZES, [d] Theodori filius, in prælio contra Cappadociæ Turcos interiit, Græcorum copiis præfectus, anno MCLXXV.

JOANNES VATATZES, [e] Andronici frater, COMNENI interdum cognomine, propter maternam originem, donatus a Niceta, a Manuele Magnus Domesticus dictus, & Thracensium in Asia Provinciæ Præfectus, in Turcos cum imperio missus, insigni clade eos prostravit anno MCLXXIV. mox Andronico ad tyrannidem contendenti viriliter obstitit, nec multo post obiit anno MCLXXXII. duobus superstitibus filiis Manuele & Alexio,

MANUEL & ALEXIUS, [f] paterno cognomine COMNENI dicti, ab Andronico tyranno comprehensi, ejusdem jussu oculis orbantur. At Isaacius Angelus Imperator creatus, Alexium, licet cæcum, copiis præfecit, quas in Isaacium Comnenum, qui in Cypro insula defecerat, misit, a quo deletus captusque est. Ex alio porro Vatatzarum stipite ortus videtur,

LEO VATATZES, [g] qui, imperante Manuele, exercitui contra Hungariæ Regem præfectus est: ut &

BASILIUS VATATZES, [h] qui ut scribit Nicetas, licet haud illustri admodum stirpe prognatus, ad supremas dignitates & affinitates pervenit. Ab Isaacio quippe Imperatore sororem Constantini Angeli patruelis sui in uxorem obtinuit. Ab eo etiam Domesticus Occidentis, Duxque Thracensium in Asia Thematis seu provinciæ dictus est: Mangaphæ præterea, qui tyrannidem arripuerat, factionem dissipavit, & demum contra Bulgaros cum exercitu missus, a prælio inito, deletus & interfectus est sub annum MCXCIII. Exhinc occurrit

JOANNES VATATZES, [i] Protovestiarius, qui Theodoro Lascari Græcorum in Asia Imperatori sublectus est, jure IRENES uxoris, ejusdem Augusti filiæ, de cujus parentibus ac natalibus silent scriptores. Scribit Acropolita Didymoticho Thraciæ urbe oriundum: unde conjicere licet ex eodem prodiisse stipite, quo Vatatzæ Adrianopolitani. Sed & non semel JOANNES DUCAS a scriptoribus appellatur, ex avorum affinitate fortean aliqua cum Ducæna familia. [k] Huic filiam Irenem, ex Andronico Palæologo Despota tum viduam in uxorem dedit Theodorus Imperator; cui extincto in ea dignitate suffectus est. Qua quidem cum eximia prudentia animique fortitudine, præclarisque bello editis facinoribus, XXXIII. annorum spatio functus, [l] demum obiit annos natus LX. seu, ut habet Acropolita, LXII. Octobris die XXX. anno MCCLV. [m] Extincta Irene, cujus beneficentiam & pietatem prædicat Pachymeres, anno MCCXLI. cum jam provectioris esset ætatis, [n] ANNAM ([o] CONSTANTIAM vocat Surita) Friderici II. Imperatoris filiam notham, & Manfredi Siciliæ Regis sororem, in secundam conjugem sibi adscivit sub annum MCCXLIV. ut auctor est Matthæus Parisius, quam quidem invitam cum Schismatico Principe affinitatem, non semel Friderico exprobrarunt Summi Pontifices, dum invicem dissiderent Ecclesia & Imperium. [p] Adduxerat secum Anna ex Italia famulam, Marcesinam nuncupatam, cujus an ore ac libidine adeo captus est Joannes Imperator, ut calceos coccineos eidem indulserit, ac simili quo uxorem honore prosequendam statuerit; unde acerbe objurgatus est a Nicephoro Blemmyda. [q] Imperii sedem Nicææ, ut decessor, seu ut alii volunt, Magnesiæ tenuit. Ex primis cum Irene nuptiis prodiit

THEODORUS, cognomento LASCARIS, propter maternam originem, [r] qui patri successit; annos natus XXXIII. lucem enim exceperat eo quo ille Imperatoriam dignitatem adeptus est anno. [s] Imperavit vero Theodorus annos III. menses X. fato functus mense Augusto an. MCCLIX. ætatis XXXVI. aut XXXVII. cum monachicum habitum paulo ante induisset, & Magnesiæ in Sosandrorum Monasterio una cum patre sepultus. [t] Uxorem duxerat, eo adhuc in vivis, HELENAM, Asanis Bulgariæ Regis filiam, [u] quam antea Balduino II. Imperatori Constantinopolitano obtulerat parens. [x] Excessit illa marito adhuc superstite. Porro Theodori istius Lascaris Imperatoris effigies descripta est ab Hieronymo Wolphio in ipso limine historiæ Nicephori Gregoræ ab eo editæ, ex MS. Codice historiæ Georgii Pachymeris Bibliothecæ Augustanæ desumpta, eodem prorsus schemate quo ex Octavio Strada hic describitur, dextra crucem, sinistra volumen tenens, pulvillo pedibus

pag. 223.

a *Scylitz. p. 704. E.R.*
b *Scylitz. p. 766. E.R. Anon. Ravenſ. in Chron.*
c *Cinnam.*
d *Cinnam. Nicet. in Man. l. 6. n. 2.*
e *Nicet. in Man. l. 6. n. 7. in Alex. Man. F. n 9. 16.*
f *Nicet. in Isaac. l. 1. n. 5.*
g *Cinnam.*
h *Nicet. in Isaac. l 1. n. 2. l. 3. n. 4. 8.*
i *Acrop. c. 15. 19.*
k *Acrop. Pach. l. 11. c. 15.*
l *Acrop. c. 52. Gregoras l. 2.*
m *Acrop. c. 39. 52. Pach. l. 1 c. 13.*
n *Gregor. l. 2. c. 13. l. 4. c. 5. Pach. l. 11. c. 30. l. 3. c. 7. Nangius in S. Lud. p. 349. Matth. Paris p. 418. 431. 453.*
o *Suvit. Indic. an. 1269. p. 103.*
p *Hist. Franc. Byz. l. 5. n. 7.*
q *Pach. l. 11. c. 15. Ducas c. 2.*
r *Acrop. c. 53.*
s *Idem c. 74. Pach. l. 1. c. 13. 19. Gregor. l. 3. c. 6.*
t *Acrop. c. 13. Greg l. 1. c. 6 l. 3. c. 7. Rain. an. 1238. n. 12. Abulf. p. 334.*
u *Sanut. l. 2. part. 4. c. 18.*
x *Greg. l. 3. p. 45. E.R*

ſubſtrato, & binis bicipitibus aquilis ad utrumque latus exornato, cum hac inſcriptione: ΘΕΟΔΩΡΩΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΤΩ ΘΕΩ ΠΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ Ο ΛΑΣΚΑΡΙΣ.

Liberi Theodori Laſcaris Imp. ex Helena Bulgara.

JOANNES LASCARIS, [a] ſextum, ut ſcribit Gregoras, octavum, ut Acropolita, nonum denique, ut Pachymeres, ætatis annum attigerat, cum pater obiit: a quo Muſalonis Protoveſtiarii, prudentiæ ſingularis viri, tutelæ relictus eſt. [b] At Muſalone in ipſa æde ſacra, Michaelis Palæologi Magni Domeſtici factione interempto, Michael Imperium uſurpavit, Regio pupillo, cujus tutelam in ſpeciem exceperat, paulo poſt excæcato, & in quoddam Bithyniæ caſtrum relegato, [c] ubi vitam produxit uſque ad Andronici ſenioris tempora, qui in Aſiam conſulto tranſiit, ut Imperii, quod nullo jure a parente invaſum noverat, ceſſionem ab eo impetraret.

IRENE LASCARIS, [d] Theodori filiarum primogenita, CONSTANTINO TECHO Bulgariæ Regi nuptum data eſt. [e] Scribit Acropolita Joannem Vatatzem Imperatorem Irenem Michaeli Palæologo Comneno poſtmodum Imperatori, in uxorem dare voluiſſe, ſed obſtitiſſe affinitatem. [f] Quam vero alii Bulgariæ Regis uxorem Irenem vocant, Theodoram appellat Nicephorus Gregoras, qui rurſum id nominis tribuit Matthæi Valaincurtii uxori. Ita minime ſibi conſtat. [g] Addunt denique ſcriptores Hiſpanici Violantam iſtius Irenes filiam, cum Petro Aragonenſi Axervæ Domino, Jacobi I. Regis Aragonum ex filio nepoti, nupſiſſet, ſolutum fuiſſe matrimonium Eccleſiæ judicio an. MCCCXIII. quod Petrus jam antea Mariæ Fernandi de Luna filiæ conjugio nexus eſſet, etiamnum ſuperſtiti.

MARIA LASCARIS [h] NICEPHORO ANGELO COMNENO, Ætoliæ Deſpotæ, Michaelis Deſpotæ filio, uxor data eſt ab avo Joanne Imperatore. [i] Hanc primam Theodori filiarum facit Gregoras, quod vero videtur ſimile, licet contra ſcribat Pachymeres: ſiquidem Maria, ſi non nupta, certe pacta legitur ante Irenem. De Mariæ matrimonio cum Achajæ Principe actum etiam ajunt.

Edit. Pariſ. pag. 224.

THEODORA LASCARIS [k] innupta adhuc erat, cum pater obiit. Michael vero Palæologus, qui tyrannidem invaſerat, veritus ne ſi proceri alicui Græco potenti nuberet, ex ea affinitate aſſerendi ſibi Imperii occaſionem is captaret, hanc Nobili Gallo, qui tum in Peloponneſum venerat, trajeceratque inde ob negotia aliqua Conſtantinopolim, in uxorem dedit, pacto addito ut eam in patriam deduceret. [l] Fuit is MATTHÆUS DE WALLAINCOURT, ex Hannoniæ Comitatus familia ſat illuſtri, Theodorici DE WALLAINCOURT filius, & Matthæi ejuſdem cognominis, qui una cum Balduino Comite Flandrenſi & Imperatore Conſtantinopolitano expeditioni ſacræ nomen dedit, nepos.

EUDOCIA LASCARIS, [m] cui Gregoras & Surita Irenes nomen attribuunt, eadem tempeſtate uxor data eſt a Michaele, GUILLELMO INTIMELIORUM in Liguria COMITI: cujus poſteritas Laſcaricæ familiæ cognomen poſtea aſſumpſit, uti mox in ejus ſtemmate indicabimus. [n] Scribit Joannes Mariana Alfonſi XI. Caſtellæ Regis, mortuo Ferdinando Rege parente anno Chriſti MCCCVIII. cum annum unum & dies ſex & viginti tum natus eſſet, *Vataſæ fœminæ nobiliſſimæ, Theodori Laſcari quondam Græcorum Auguſti nepti, educandi inſtituendique curam demandatam.* Quæ fuerit iſta *Vataſa*, fateor mihi ignotum: niſi *Eudocia* fuerit, quæ extincto forte conjuge in Hiſpaniam tranſierit, quod regionum vicinitas, & temporum ratio ſuadere poteſt.

N. LASCARIS Theodori Imperatoris filia notha, ab eodem Michaele Palæologo WENCESLAO nobili Bulgaro, oppidorum aut caſtrorum ad Hæmum montem Domino, connubio juncta.

[o] Habuit Joannes Vatatzes Imperator fratrem ISAACIUM DUCAM Protoſtratorem, cujus filius JOANNES DUCAS filiam Joannis Deſpotæ Angeli EUDOCIAM uxorem duxit. Is in ipſo ætatis flore defunctus eſt, THEODORA filia unica ſuperſtite, quam Michaeli Palæologo Comneno poſtmodum Imperatori copulavit Joannes. [p] Idem porro eſt Iſaacius, qui in pactis initis inter eumdem Michaelem Imperatorem & Genuenſes anno MCCLXI. dicitur *avunculus ipſius Imperatoris excellentiſſimus Parachimemonus, Magni annuli Imperii ſui Tſach Dux.* Ex quibus docemur dignitatem Παραχειμωμένου & Σφενδόνης geſſiſſe Iſaacium, de qua paſſim ſcriptores Byzantini. Extitere præterea Joanni Vatatzæ ſorores aliquot, [q] quarum prima mater fuit ANDRONICI NESTONGI qui ab eo defecit, THEODORI NESTONGI, & ISAACII NESTONGI Achridis Præfecti. [r] Meminit denique Pachymeres ex uxore neptis Joannis Imp. quam ille in uxorem dedit CONSTANTINO STRATEGOPULO, Alexii Strategopuli viri perilluſtris filio, cui Andronicus junior Palæologus oculos eruit, quæ etiamnum vivebat anno MCCLXXXIX. admodum ſenex, ut auctor eſt Pachymeres. Perſtitit etiamnum Vatatzarum familia ſub Palæologis, ut ex [s] Joanne Cantacuzeno docemur, apud quem mentio occurrit JOANNIS VATATZÆ Didymotichi Præfecti, Magni inſuper Venatoris & Stratopedarchæ, qui a Turcis confoſſus interiit.

[t] Extitit denique Conſtantinopoli DIPLOVATATZARUM familia, ita cognominata, quod qui ei nomen dedit, utroque parente, ex Vatatzis ortum duceret. Meminit [u] Franciſcus Philelphus trium iſtius cognominis nobilium Conſtantinopolitanorum, qui capta a Turcis urbe in Italiam conceſſerunt anno MCCCCLIV.

a *Acrop. c. 75. Greg. l. 3. p. 45. E. R. Pach. l. 1. c. 13.*
b *Greg. l. 4. p. 66. E. R. Pach. l. 3. c. 10.*
c *Greg. l. 6. p. 124. E. R. Pach. l. 7. c. 36.*
d *Acrop. c. 74. Pach. l. 1. c. 13. l. 2. c. 26. l. 3. c. 7. 11.*
e *Acrop. c. 50.*
f *Greg. l. 4. p. 66. E. R.*
g *Hierom. Guritato. 1. l. 5. c. 105.*
h *Acrop. c. 49. Greg. l. 2. p. 34. E. R. Pach. l. 1. c. 13. l. 3. c. 17.*
i *Greg. l. 3. p. 45. l. 5. p. 93. E. R.*
k *Greg. l. 4. p. 66. E. R. Pach. l. 3. c. 6.*
l *Hiſt. Fr. Byz. l. 5. n. 41. 42.*
m *Hiſt. Fr. Byz. l. 5. n. 42.*
n *Mariana l. 15. de reb. Hiſp. c. 12. Pach. l. 3. c. 6.*
o *Acrop. c. 51. Pach. l. 1. c. 7. l. 2. c. 12.*
p *Probat. Hiſt. Fr. Byz. p. 13.*
q *Acrop. c. 33. 58 72.*
r *Pach. l. 1. c. 8. 21. l. 8. c. 19.*
s *Cantac. l. 3. c. 29. 90. & alibi.*
t *Cantac. l. 4. c. 19.*
u *Philelph. l. 12. epiſt. 243.*

XXXIX.

STEMMA COMITUM INTEMELIENSIUM IN LIGURIBUS,

qui LASCARICUM *cognomen assumpsere.*

Edit. Paris. pag. 225.

PERRIDICULI sane videntur scriptores ii, qui dum illustrium familiarum origines scrutantur, fictitias, nulloque probabili argumento, ne dicam auctorum aut instrumentorum auctoritate, fultas genealogias, omni posito pudore contexunt. Lectoribus enim non tam imponunt, quam risum movent, vel potius indignationem, quibus judicii satis semper superest, ad veri falsique perspiciendum discrimen. Ejusmodi circumfertur liber ab Julio a Puteo Nobili[a] Veronensi haud ita pridem de Genealogia gentis Lascaricæ conscriptus, in gratiam Eminentissimi Fr. Pauli Lascaris Magni Militum Hospitalis Hierosolymitani Præceptoris: in quo quidem tam absurda exarantur & insulsa, ut imperitum etiam pudeat ineptiarum auctoris. Verum cum A *nullus liber tam malus sit, quin aliquid insit boni,* ajebat Plinius, quædamque iste contineat, quæ adhibito diligenti examine, haud omnino improbari debeant, maxime cum res ævo nostro proximæ describuntur: omissis prioribus, ut fictitiis prorsus, Lascarium Græcorum Stemmatibus, ex eo potissimum delibabimus, quæ Comites Albintemelienses ejusdem cognominis spectant, integro tamen super his relicto Lectoribus judicio, cum graduum omnium fidem præstare haud in animo sit. Sed & quædam ex adversariis Magni Peirescii & Historia Sabaudica Samuelis Guichenoni, atque adeo ex[b] Historia nostra Franco-Byzantina interseremus, quo suis numeris paulo absolutius idem prodeat stemma.

a *Edit. Verona an. 1656. hoc titulo:* Imperialis gentis Lascaris Genealogia a Jul. a Puteo nobili Veronensi Jud. Coll. conscripta eminentiss. Fra Paulo Lascari M. Melitæ Præceptori.

b *l. 5. n. 42. 43.*

I. *Guillelmus* Comes Albintemelienſis.

II. *Guillelmus II.* Comes Albintemelienſis, teſtamentum confecit an. 1259.

III. *Guillelmus III.* Comes Albintemelienſis, uxorem duxit *Eudociam Laſcarim*, Theodori Laſcaris Imp. filiam, ex qua affinitate ejus poſteritas Laſcaricum cognomen aſſumpſit. — *Raimundus Roſtangnus. Otto.* — *Sybilla Berengera.*

IV. *Joannes Laſcaris* Comes Albintemelii & Tendæ anno 1285. — *Petrus Laſcaris* Dom. Brigæ & Caſtellaris.

V. *Guillelmus Laſcaris IV.* Comes Albintemelii & Tendæ an. 1306. Vide *Filadelf. Mugnos nel Teatro Geneal. delle famigl. di Sicilia* lib. 6. p. 307. — *Emanuel Laſcaris* Comes Intemelii. — *Renata Laſcaris* uxor *Ludovici de Carreto* Marchionis Finalis.

VI. *Joannes Laſcaris* Comes Tendæ. *Hujus loco Paulum Comitem Tendenſem ſtatuit Julius a Puteo, cui Theodorus filius, huicque Luchinus filius ſucceſſerint.*

VII. *Guillelmus-Petrus Laſcaris* Comes Tendæ, Dominus Roccabrunæ. *Idem qui Julio a Puteo & Carolo Venaſco Luchinus nuncupatur.*

VIII. *Antonius Laſcaris* Comes Tendæ & Intemelii, uxorem duxit *Franciſcam de Boliers*, vulgo appellatam *Madame Franche.* — *Marieta Laſcaris* nupta *Honorato Grimaldo* Antipolis Domino.

Edit. Pariſ. pag. 226.

IX. *Honorius Laſcaris* Comes Tendæ an. 1458. teſtamentum confecit an. 1474. uxor *Margareta de Carreto de Finali.* — *Guillelmus, Petrus, Georgius,* Cartuſienſes. — *Petrus Laſcaris* uxorem duxit *Catharinam Grimaldam*, filiam Georgii condomini Antipolis. — *Honoratus, Ludovicus,* ætatis. — *Marcus Antonius Emanuel.* — *Thomas Laſcaris* D. Caſtelli novi. — *Marcus & Antonius* Epiſcopi Regienſes. — *Honorata* uxor *Gaſpari de Caſtellana* D. S. Juliani. — *Catharina Laſcaris* uxor D. *de Solaire* in Pedemōt. *Leonetta. Marietta. Emeria.* — *Margareta Laſcaris.* nupſit *Gaſparo Grimaldo* D. Antipolis mortuo an. 1466.

X. *Joannes Antonius Laſcaris* Comes Tendæ, Albintemelii, Prelæ & Villænovæ anno 1476. ux. *Elizabeta d'Anglures*, filia Simonis *d'Anglures* Baronis *d'Eſtrange*, & Joannæ de Novo-caſtello. — *Thomas Laſcaris* Epiſcopus Regienſis, cui filius nothus. — *Honoratus Laſcaris* Archidiaconus Regienſis. — *Antonius Laſcaris* Epiſcopus Regienſis, deinde Lemovicenſis, ac tandem Bellovacenſis. — *Magdalena Laſcaris* ux. *Franciſci* ex Comitibus de Valperga. — *Franciſca Laſcaris* ux. *Odonis de la Rovere.*

XI. *Anna Laſcaris* Comitiſſa Tendæ, &c. nupſit 1. *Ludovico de Claromonte*, Nebouſani Domino, filio Triſtani de Claromonte & Catharinæ Amboſiæ, ex qua nullos ſuſcepit liberos: 2. *Renato de Sabaudia* Comiti de *Villars* Magno officiorum Franciæ Magiſtro, Philippi Duci, Sabaudiæ filio notho, ex quo ſecundo conjugio prodiere cæteri Comites Tendæ. — *Catharina Laſcaris* filia notha, nupſit *Eleonoro de Chaſteauneuf*, *D. de Chaſteauneuf & de Conzo*, ex Comitibus Albintemelii orto: ex quibus nuptiis prodiit *Iſabella de Chaſteauneuf* de Laſcaris, uxor Claudii *de Liobard* Dom. *du Chatellard*, *de Luyres de la Botte*, & *de la Palu* Regii Pannetarii an. 1523.

COMITES BRIGÆ, EX FAMILIA LASCARICA.

ETSI Brigenſes Comites Albintemelienſibus Comitibus natales ſuos debere omnino perſuaſum ſit: haud tamen conſtat a quo ex his prodierint, an ex Petro Brigenſi Domino Guillelmi III. Comitis Albintemelienſis & Eudociæ Laſcaris filio ſecundogenito: an vero ex Joanne, Luchini Comitis Albintemelii fratre, uti vult Julius a Puteo; cujus licet fidem in hoc ſtemmate nolim præſtare, prout tamen ab eo deſcribitur, hoc loco proponam. *Vide Petr. Joſſredum in Nicaa p. 470*

Joannes Laſcaris Comes Brigæ & Dominus Caſtellaris, filius Theodori, & frater Luchini Comitum Albintemelii.

Theobaldus Laſcaris Comes Brigæ.

Guillelmus Laſcaris Comes Brigæ.

Antonius Laſcaris vendidit dominium
V. Caſtellaris Ludovico Sabaudiæ Duci, Bartholomæi fratris conſenſu.

Bartholomæus Laſcaris Antonii fratris hæres.

Petrus Laſcaris Comes Brigæ.

Thomas Laſcaris Comes Brigæ jure uxoris Catharinæ cognatæ.
V.

Catharina Laſcaris Comitiſſa Brigæ.

Thomaſina Laſcaris uxor *Renati* Baronis *de Bueil & du Val de Maſſe*. V. Carolū Venaſcum in Stemmate Grimaldi, p. 162.

Edit. Pariſ. pag. 247.

VI. *Joannes Laſcaris.* *Franciſcus Laſcaris.* *Jacobus Laſcaris*, Comes Brigæ. *Bertha Laſcaris.* *Mainon Laſcaris.* *Antonia Laſcaris.* *Catharina Laſcaris.* *Anna Laſcaris.*

VII. *Guido Laſcaris* Comes Brigæ, cognomento ex rebus geſtis Magnus, vivebat circa annum 1435.

VIII. *Guillelmus Laſcaris* Comes Brigæ.

IX. *Bartholomæus Laſcaris* Comes Brigæ. *Antonius Laſcaris* cujus poſteritas mox dabitur.

X. *Antonius Laſcaris* Comes Brigæ.

XI. *Bartholomæus Laſcaris* Comes Brigæ.

XII. *Ludovicus Laſcaris* Comes Brigæ.

XIII. *Bartholomæus Laſcaris.* Ux. N. *da Pzozo.* *Auguſtinus Laſcaris.*

XIV. *Claudius Laſcaris* Viceamiralis Sabaudiæ. Uxor N. filia Marci Antonii Gallearii.

Ludovicus Laſcaris Monachus Benedictinus.

P. Antonius Laſcaris Nobilis Niceenſis.

M. Antonius Laſcaris, Triremium Ducis Sabaudiæ Propræfectus.

Franciſca Laſcaris ux. *Sancti Gentilis.*

Lucia Laſcaris.

XV. *Diana. Iſabella. Julia.*

Laura ux. *Petri Portaneri*: *Angelica* ux. *Coſmæ Portaneri*

Michael Angelus Laſcaris nobilis Niceenſis anno 1640. uxorem duxit an. 1629. *Franciſcam* filiam Caroli Grimaldi D. *de Florettes* & Lauræ Galeanæ.

Claudius Laſcaris: uxor *Camilla Laſcaris* neptis M. Magiſtri Melitenſis.

Joan. Baptiſta.

Auguſtinus Laſcaris.

Fabricius Miles Melitenſis.

Honoratus Miles Melitenſis.

Carolus, Dominicanus.

Victoria Lucretia, ux. *Alexandri Iſnardi* D. Piloni.

XVI. *Gaſparus Laſcaris* Epiſcopus Carpentoratenſis 1665.

Carolus Antonius Laſcaris. Uxor *Laura* filia Camilli de Caix & Annæ Galeanę. Ex hoc conjugio nati 12. liberi.

Joannes Paulus Laſcaris Prior Melitenſis.

Marcellus. Joannes Bapt.

Honoratus. Hieronymus Fabius Carmelita.

Marcus Antonius. Anna Maria.

Michael Angelus Laſcaris, Antonii filius, Nobilis Niceenſis, deferebat pro armis ſeu inſignibus, Scutum aureum Aquila bicipiti coronata nigra inſigne, cujus pectori inſiſtit ſcutulum quadripartitum, in 1. & 4. angulo ſimilem præferens aquilam, in 2. vero & 3. arma Albintemelienſium Comitum.

Ramus alter ſtemmatis Laſcarici ex Comitibus Brigæ.

Edit. Pariſ. pag. 228.

IX. *Antonius Laſcaris* Condominus Caſtellaris, filius ſecundogenitus Guillelmi Comitis Brigæ, & frater Bartholomæi.

X. *Stephanus Laſcaris* Condominus Caſtellaris. — *Honoratus Laſcaris* Condominus Caſtellaris, de cujus poſteritate in ſequenti indice. — *Joanna Laſcaris* ux. Petri Grimaldi unius triremis Præfecti pro Carolo VIII. Rege Franc. in expeditione Neapolit. & duarum pro Joanne II. Monœci Domino.

Antonius Laſcaris.

Reverius Laſcaris.

XI. *Marcus-Antonius Laſcaris.* — *Honoratus Laſcaris* Monachus. — *Gabriel* Monach. Benedict. *Auguſtinus.* — *Ludovica* ux. *Celeſtini Laſcaris* D. Caſtri *des 2. Freres.* — *Blanca* ux. *Honorati Laſcaris* condomini ejuſdem Caſtri. — *Cornelia* uxor *Honorati Vaquier* condomini Caſtellinovi in Comitatu Niceenſi. *Franciſca*.

XII. *Michael Angelus Laſcaris* Conſiliarius Niceenſis an. 1640. ux. duxit an. 1629. *Annam-Franciſcam Grimaldam* filiam Caroli Andreæ D. *de Torretes*. — *Petrus Antonius Laſcaris* Miles, ux. duxit an. 1615. *Liviam de Rinaldis*, filiam Sebaſtiani Dom. *de Falicon.* — *Donatus Laſcaris.* — *Joannes Baptiſt. Laſcaris. Cornelia Laſcaris.*

XIII. *Margareta Laſcaris* uxor *Cæſaris Galeanii.* — *Camilla Laſcaris* nupta *Lamberto Laſcari.* — *Theodora Laſcaris* ux. *Bartholomæi Fornier.* — *Renata Laſcaris* nupta *Marco-Antonio Laſcari*, filio Auguſtini Laſcaris.

Ejuſdem Laſcarici Rami pars altera.

X *Honoratus Laſcaris* filius Antonii Laſcaris Condomini Caſtellaris.

XI. *Honoratus Laſcaris* primus Cameræ Præſes dictus ab Emanuele Philiberto Duce Sabaudiæ, qui ejus conſiliis uſus eſt in rebus gerendis. — *Stephanus Laſcaris*. — *Joannes Laſcaris* uxor. duxit *Franciſcam Laſcaris* filiam Auguſtini, ſororem Honorati Laſcaris Militis Melitenſis.

XII. *Antonius* puer extinctus. — *Catharina* ux. *Pauli de Pozzo.* — *Anna Franciſca* uxor *Alexandri Vivaldi* Pr. S. Mauricii & S. Lazari. — *Bartholomæus Laſcaris.* — *Franciſcus. Laſcaris.* — *Gaſparus Laſcaris.* — JOAN. PAULUS LASCARIS Magnus Melitenſis Ordinis Magiſter creatus an. 1636. ob. 18. Aug. an. 1657. — *Camilla Laſcaris.*

Julius Franciſcus. Jo. Bapt. Bartholomæus. Anna Catharina.

XIII. *Lambertus Laſcaris.* — *Gaſpar Laſcaris de Caſtellari.* — *Stephanus. Carolus. Jo. Baptiſta.* — *Franciſcus Catharina. Camilla.* — *Joan. Bapt. Laſcaris* aulam Victoris Amedei Ducis Sabaudiæ ſectatus. Uxor *Franciſca Iſnard* filia Alexandri D. *de Pilion*, & Lucretiæ Laſcaris. — *Camilla Laſcaris* ux. *Claudii Laſcaris* filii Petri Antonii. *Lucretia. Franciſca, Anna Franciſca*, Sanctimoniales.

Franciſca Laſcaris.

Franciſcus. Petrus-Antonius. — *Carolus. Franciſca. Camilla.*

XIV. *Alexander Laſcaris* puer obiit. — *Joannes-Paulus Laſcaris* Melitam a Magno Ordinis Magiſtro propatruo evocatus, Miles ab eo factus eſt, & Præceptoria ſæculari magni reditus donatus, quam Ordinis conſenſu inſtituit in abnepotis favorem, hac conditione, ut primogeniti maſculi ea in perpetuum gauderent, quorum deficiente ſtirpe, ipſo jure ad ipſum Ordinem reverteretur. Atque exinde hocce titulo uſus eſt: *Jean Paul Laſcaris Comte de Pellia & des Comtes de Vintemille & des Seigneurs de Caſtellar & des Deux freres, Chevalier de devotion de la ſacrée Religion de ſaint Jean de Hieruſalem.* Uxorem duxit 17. Maii an. 1653. *Mariam-Magdalenam Iſnard*, filiam Caroli *Iſnard de Caſtello*, Marchionis *de Carail*, Comitis *de Sanfré* Militis Annuntiatæ: quæ nullis relictis liberis obiit 9. Junii an. 1655.

Edit. Paris. pag. 229.

STEMMA DOMINORUM DE CHASTEAUNEUF, ex familia Lascarica Albintemelienſi;

Ex Adverſariis Peireſcianis & Hiſtoria noſtra Franco-Byzantina lib. 5. n. 43.

Guido Laſcaris uxorem duxit Margaretam *de Grace de Cabrieres*, Dominam *de Chaſteauneuf*, filiam & hæredem Ludovici *de Grace*. Incertum cujus filius.

Ludovicus Laſcaris Dom. *de Chaſteauneuf*, vivebat an. 1435. teſtamentum confecit an. 1448. uxorem duxit *Adrianam de Vintemille*, filiam Petri Antonii qui abnepos fuit Guillelmi *de Vintemille*, qui *Cunyo* Reipublicæ Genuenſi conceſſit.

Joannes Laſcaris Dom. *de Chaſteauneuf*, uxorem duxit 6. Febr. an. 1452. *Ludovicam de Brandis de Niſſe*, filiam Antonii *de Brandis*.

Emanuel & *Honoratus* Monachi.

Guido Laſcaris.

Petrus Laſcaris Dom. *de Chaſteauneuf*, teſtamentum condidit 23. Octob. an. 1524. uxorem vero duxerat an. 1492. *Georgiam de la Motte.*

Bartholomæus Laſcaris.

Ludovicus Laſcaris.

Quintinus Laſcaris Dom. *de Chaſteauneuf*, obiit an. 1553. uxorem duxerat *Catharinam de Bene de Niſſe* 18. Febr. 1518. V. Chron. Lerin. to. 2. p. 357. 361.

Joannes Laſcaris Prior *de Chaſteauneuf.* *Jacobus Laſcaris.*

Antonia Laſcaris uxor *Honorati de Villeneuve de Torretes.*

Honoratus Laſcaris.

Honoratus de Villeneuve, hæres inſtitutus eſt a Joanne Laſcari avunculo ſub conditione deferendorum cognominis & inſignium gentis Laſcaricæ. Ux. *Lucretia de Bene.*

Claudius Laſcaris. *Tiberius Laſcaris.* *Joannes-Antonius Laſcaris.*

Alexander Laſcaris Dom. *de Chaſteauneuf*, ux. *Margareta de Graſſe de Cabrieres.*

Joannes Laſcaris Miles Melitenſis.

Honorata Laſcaris uxor *Petri de Ville.*

Auguſtinus Laſcaris Condominus *de Chaſteauneuf.*

XL.

STEMMA PALÆOLOGORUM.

Edit. Paris. pag. 230.



Vide Dissertationem nostram n. 67.

MIRUM videri non debet si PALÆOLOGORUM gens hodie tam cognita est, ut quæ postrema sit ex iis quæ Imperium Constantinopolitanum tenuerunt, ac proinde avorum nostrorum memoriæ proxima: præterea ramos suos late diffuderit, atque adeo in ipsam Italiam, ubi diu post excisos a Turcis Græcos cum dignitate floruerit. Sed & ejus nomen etiamnum inter ipsos barbaros haud prorsus extinctum supereſt. Nobilitate porro generis & antiquitate non minus illustris fuit, cum jam sub ipso Romano Diogene in Palatio majoribus effulserit dignitatibus: quippe eo imperante,

NICEPHORUS PALÆOLOGUS, [a] Hypertimus celebratur: qui Nicephoro etiam Botaniata regni habenas moderante, [b] inter præcipuos aulæ proceres habitus, ejusdemque Imperatoris partibus addictior, [c] ab eo Mesopotamiæ præfecturam obtinuit. Alexio deinde Nicephoro sublecto, etsi ejusdem inaugurationi primum obstiterit, præclaram navavit operam in expeditionibus bellicis, [d] & in eo demum, quod cum Roberto Guiscardo Apuliæ Duce initum est prælio anno MLXXXIII. fortiter pugnans occubuit.

[e] GEORGIUS PALÆOLOGUS, Nicephori filius, virtutis ac fortitudinis paternæ hæres, inclaruit tum sub Botaniata, tum sub Alexio Comneno, cujus etiam partes cum parente amplexus est. [f] Ejus meminit Theophylactus Achridensis Archiepiscopus in epistolis. [g] Uxorem duxit IRENEM DUCÆNAM, Andronici Ducæ Protovestiarii, cujus supra meminimus, filiam. [h] Tradunt scriptores Hispanici sub ea ipsa tempora floruisse PETRUM PALÆOLOGUM, qui cum in Alphonsi VI. Castellæ Regis aulam venisset, præclaris in Toletana expugnatione editis facinoribus, ab eo opulenta in Hispania prædia obtinuit, fortunarum suarum sede iis in provinciis constituta, acceptoque Regis munificentia Toletano cognomine, quod ad posteros Albenses Duces transmiserit. Verum cum hæc nullis, quod sciam, validioribus fulciantur argumentis, fidem suam liberabunt, si lubet, qui ut illustrissimæ alioquin gentis nobilitatem attollant, ejus natales ab ipsa Græcia arcessere non verentur.

[i] MICHAEL PALÆOLOGUS, dignitate Sebastus, ingenio ac rerum peritia præstans vir, Georgii ex ævo quo vixit, filius existimari potest. [k] Florait enim sub Joanne Comneno Imperatore, a quo ex levi aliqua offensa actus est in exilium. [l] Sed a Manuele revocatus, bellicis ejus expeditionibus etiam cum imperio ac laude præfuit, [m] maxime in Italia contra Guillelmum I. Siciliæ Regem, Barensi urbe expugnata, hostibusque non semel deletis. [n] Sed rerum prosperarum cursum abrupit ex oborta febre viri fortissimi mors subsecuta. [o] Hunc ut a generis nobilitate perinde ac militari peritia non semel commendat Nicetas; [p] ita Otho Frisingensis Episcopus *nobilissimum Græcorum Regalisque sanguinis procerum* vocat. *pag. 231.*

GEORGIUS PALÆOLOGUS Sebastus, (Michaelis-ne filius, an frater, incertum) [q] Legatus a Manuele Imp. delectus est ad Hungariæ Regem Geizam, & ut Belam ejusdem Regis filium, cui pacta fuerat Imperatoris filia Maria, Constantinopolim adduceret. [r] Idem fortean qui ab ipso Manuele Mariæ Comnenæ neptis ad Amalricum Hierosolymitanum Regem conjugem deducendæ cura demandata est anno MCLXIX. [s] rursumque Palæologus iste qui in Italiam missus est ab eodem Augusto ad cogendas copias. [t] Neque alius, opinor, fuit a Georgio Palæologo, qui una cum aliis aulæ proceribus facta in Isaacium Imperatorem conspiratione, Alexium fratrem ad supremam dignitatem extulit: quo imperante in Bulgaria confossus occubuit, dum admotis scalis Castrum Crizimum invaderet circa annum MCXCIX. Celebrantur præterea sub ea tempora.

a *Scylitz p. 834. E. R.*
b *Anna l. 2. p. 54. 56. E. R.*
c *Bryen. l. 3. n. 15.*
d *Anna l. 4. p. 117. E. R.*
e *Anna l. 2. 3. p. 54. 55. 67. 94. &c. E. R. Bryen. l. 4. n. 33. 34. 35. &c.*
f *Theophyl. ep. 33. 90. E. R.*
g *Anna l. 2. 3. p. 55. 57. 93. E. R.*
h *Hieron. Blanca.*
i *Cinnam. l. 2. 5.*
k *Idem.*
l *Idem.*
m *Nicet. in Man. l. 2. n. 6. 7.*
n *Cinnam. Otho Fris. l. 2. de gest. Frid. c. 29. Gunther. Lig. l. 4.*
o *Nicet. in Man. l. 1. n. 3. l. 2. n. 6.*
p *Otho Fris. l. 2. c. 23.*
q *Cinnam.*
r *Tyr. l. 20. c. 1.*
s *Radevic. l. 3. c. 20. Gunther. l. 7. Gotefr. Viterb. par. 17.*
t *Nicet. in Isaac. l. 3. n. 3. in Alex. l. 3. n. 2.*

NICEPHORUS PALÆOLOGUS, Dux Trapezuntinus, [a] Alexio Comneno Manuelis filio imperante, circa annum MCLXXXI. &

ANDRONICUS PALÆOLOGUS, qui copiis militaribus aliquot præfuit sub [b] Andronico tyranno. Exhinc occurrit

[c] ALEXIUS PALÆOLOGUS, quem in imperii hæredem delegit Alexius Angelus Comnenus Imperator, data in uxorem IRENE filia primogenita, ex Andronico Contostephano tum vidua. Ut porro ad hocce regium perveniret connubium, priorem quam duxerat elegantioris formæ conjugem dimittere coactus est a socero, a quo Despotæ non modo honore donatus est, sed & hæres & successor renuntiatus, cum puniceis eo nomine calceis utendi facultatem utrique is concessisset. At Alexii consilia, Palæologi generi in ipso ætatis flore præpostera mors abrupit, ipso insuper haud multo post sede Regia a Francis depulso, fratreque Isaacio in pristinam dignitatem restituto. Ex Alexii Palæologi cum Irene nuptiis nata filia unica, quæ Andronico Palæologo, Michaelis Imperatoris parenti, uxor est data. Ejusdem nominis sub hæc tempora memoratur alter

[d] ANDRONICUS PALÆOLOGUS, qui accepta in uxorem IRENE, Theodori Lascaris Græcorum Imperatoris filia, Despota a socero dictus, [e] periit in Lentianarum Castri obsidione, a Francis nostris Henrico Imperatori Constantinopolitano merentibus interemptus. Ex eadem gente ortus denique

I. N. PALÆOLOGUS, Andronici pater, Michaelisque Imperatoris avus, cujus nomen non tradunt, opinor, scriptores. Hujus tantum filii duo memorantur,

II. ANDRONICUS COMNENUS, Magnus Domesticus, de quo mox:

II. MICHAEL PALÆOLOGUS, [f] Magnus Chartularius, Michaelis Imperatoris patruus Pachymeri dictus. A Theodoro II. Lascari, quod quædam liberius, quam par erat, de affectata a nepote tyrannide effutiisset, custodiæ mandatus est. Hujus, ni fallor, filius fuit *Andronicus Palæologus*, eidem [g] Pachymeri Michaelis patruelis appellatus, a quo Protostratoris dignitate donatus est, tradita in uxorem Cloista, Alexii *Raoul*, seu Radulphi Protovestiarii filia, & ex Andronico Muzalone Magno Domestico vidua. Meminit præterea idem [h] scriptor *Joannis Palæologi*, Andronici Protostratoris ex fratre nepotis: additque carceri utrumque inclusum, quod utriusque Ecclesiæ unioni, cui in speciem studebat Michael, acrius ii obniterentur.

II. [i] ANDRONICUS PALÆOLOGUS, a Theodoro Lascari, [k] vel certe a Joanne Vatatze Magnus Domesticus appellatus est. Hujus præclaras animi dotes & in re militari peritiam ac fortitudinem & parta trophæa multis prædicat Acropolita. [l] Qui ex Latinis non ex genuina Palæologorum gente, sed ex Viterbiensi in Italia Constabulario, seu militiæ civicæ præfecto, qui Constantinopolim venerat, ortum dixere, id ex vulgi sermone hauserant indubie scriptores: [m] cum exerte scribant Byzantini, Michaelem Imperatorem, Andronici filium, Diplopalæologum fuisse, id est ex patre & matre ex gente Palæologa natum. Andronicus quippe, ut supra insinuavimus, filiam unicam Alexii Palæologi Despotæ ex Irene filia Alexii Angeli Imperatoris uxorem duxit. Hac porro extincta aliam sibi adscivit, ex qua Constantinum sustulit, quem Michaelis consanguineum fratrem fuisse [n] Acropolita & [o] Gregoras tradunt, licet aliter scribat Phranzes. *Edit Paris. pag. 232.*

Liberi Andronici Palæologi M. Domestici.

III. MICHAEL PALÆOLOGUS Imperator, de quo mox.

III. JOANNES PALÆOLOGUS, [p] a Lascari Juniore Magni Domestici, deinde [q] a fratre Michaele Sebastocratoris, [r] denique Despotæ dignitate donatus, [s] Guillelmum Achajæ & Moreæ Principem, prælio inito, fudit, cepitque. [t] Obiit fratre superstite. [u] Uxor ei fuit filia Constantini Tornicæ, Magni Primicerii, quem illius connubii intuitu Sebastocratorem creavit Michael: ex quo prognati [x] *Andronicus Palæologus*, Raulis filiæ matrimonio junctus; [y] *Michael Palæologus* a patruo Mysticus appellatus; & [z] filia nupta nescio cui ex Synadenorum familia [A] Constantinopoli perillustri, Pologi in Dalmatia domino: ex quibus prodiit Theodorus Synadenus Protostrator, qui vixit sub Andronico Seniore: Torniciana vero gens præ cæteris nobilitate præcelluit in aula Constantinopolitana, uti docent passim [B] scriptores. Tradit [C] Pachymeres Joannis Palæologi uxorem ex prava consuetudine filiam peperisse, quæ Davidi Iberiæ Mepæ nuptum postmodum est data.

III. CONSTANTINUS PALÆOLOGUS, [D] ex secundis, uti innuimus, Andronici nuptiis natus, [E] a fratre Michaele Sebastocrator primum, ac deinde Cæsar dictus, in Paphlagonia copiis præfectus est, eodemque procurante, uxorem duxit Branæ filiam, ex quo conjugio prognati [F] *Michael Palæologus*, & filia nupta Smiltzæ Balgariæ Regi. Ab eo etiam, aut Joanne fratre fortean prodiit [G] *Joannes Palæologus*, Michaelis Imperatoris nepos appellatus sub an. MCCLXXIX. a quo in Joannem Angelum, quem Latini Patrarum Ducem vocabant, cum exercitu missus est.

III. [H] MARIA PALÆOLOGINA, alio nomine MARTHA vocitata, nupsit NICEPHORO TARCHANIOTÆ, Tzuruli urbis Præfecto, postea Magno Domestico, ex priore uxore tum cælibi. [I] Ab ea conditum fuit Constantinopoli Monasterium, quod Marthæ nomenclatura donatum fuit. Ex his nuptiis enati plures utriusque sexus liberi: scilicet [K] *Michael Tarchaniota*, Protovestiarius a Michaele avunculo creatus, & Alexii Philantropeni Protostratoris filiæ conjugii nexu copulatus:

a *Nicet. in Alex. n. 2.*
b *Idem in Andr. l. 2. n. 1.*
c Nicet. *in Alex. l. 3. n. 2. 6. 7. 10. Phranz. l. 1. c. 1.*
d *Acrop c. 15.*
e *Idem c. 16.*
f *Pach. l. 1. c. 9.*
g *l. 1. c. 8. l. 2. c. 13. l. 6. c. 16. 24.*
h *l. 2. c. 16.*
i *Phranz. l. 1. c. 1.*
k *Acrop. c. 46.*
l *Hist. Franco-Byz. l. 5. c. 15.*
m *Pach. l. 1. c. 22. Phranz. l. 1. c. 1.*
n *Acrop. c. 77.*
o *Greg. l. 5. p. 52. 56. E. R.*
p *Pach. l. 1. c. 20.*
q *Acrop. c. 77. Pach. l. 2. c. 5. l. 3. c. 19. l. 4. c. 27.*
r *Pach. l. 2. c. 13. Acrop. c. 82.*
s *Acrop. c. 79. Greg. l. 5. p. 80. E. R.*
t *Pach. l. 4. c. 28. 29. l. 5. c. 27.*
u *Acrop. c. 82. Pach. l. 2. c. 5. 13.*
x *Idem l. 2. c. 13.*
y *Idem l. 8. c. 16.*
z *Cantac. l. 1. c. 8.*
A *Scylitz. p. 745. E. R. Anna p. 78. 78. E. R.*
B *Scyl. Nicet. in Alex. Man. F. & in Alex. Aug. Cantac. Spandug.*
C *Pach. l. 3. c. 21.*
D *Acrop. c. 77. Gregoras.*
E *Pach. l. 1. c. 20. l. 2. c. 5. 11. 13. l. 3. c. 16.*
F *Idem l. 11. c. 18.*
G *Vuadd. & Rainald.*
H *Acrop. c. 36. Pach. l. 1. c. 12. l. 2. c. 13. 23. l. 3. c. 12. l. 4. c. 19.*
I *Cantacuz. l. 3. c. 36. l. 4. c. 16.*
K *Idem l. 1. c. 12. 43. 48. Pach. l. 2. c. 13. l. 3. c. 16. l. 4. c. 19. l. 7. c. 25. Codin. de Off. c. 2. n. 6.*

a *Andronicus Tarchaniota* Magnus Constabularius, deinde Protovestiarius, qui Joannis Angeli Sebastocratoris, Michaelis Despotæ nothi, filiam duxit, obiitque ex peste circa an. MCCLXXXIII. cum copiis militaribus præfectus esset: b *Joannes Tarchaniota*, cujus meminit Pachymeres, quique an. MCCLXXIX. vixit: c *Theodora*, Angelico postea sumpto habitu d *Theoctista* nominata, nupta primum Basilio Caballario, deinde solutis his nuptiis, Balanidæ Stratopedarchæ: e Ex Michaele Tarchaniota nati N. Tarchaniota Protosebastus, & Alexius, Philantropenus dictus, ex avo materno Protosebasto, Magnus Pincerna, quique ab Andronico Seniore defecit. Mariæ porro seu Marthæ liberi, Palæologi cognomentum assumpsere. Tarchaniotarum vero familia natalium antiquitate & magistratuum splendore conspicua Constantinopoli floruit, f ipsius Romani Diogenis Imperatoris temporibus jam nota: ex qua complures occurrunt apud g scriptores, quorum nomina, dignitates, ac studia recensent.

III. EULOGIA PALÆOLOGINA, h Pachymeri & i Gregoræ, Imperatoris Michaelis soror dicta, k nupsit N. CANTACUZENO, ex quibus nuptiis prodiere filiæ aliquot: l *Anna* nempe, uxor Alexii Angeli Æoliæ Despotæ: m *Maria*, Alexio Philæ, Magno Domestico, qui in prælio captus a Michaele Angelo Despota in custodia obiit, primum nupta, deinde Lachanæ Regi Bulgariæ: & n *Theodora*, Georgio Muzaloni Attramytteno, deinde Joanni Rauli Protovestiariis copulata: ex cujus altero matrimonio nata uxor Constantini Palæologi Porphyrogeniti, Michaelis Imperatoris filii. Eulogiæ præterea fortean filia fuit *Eulogia* altera, quam o Joannes Cantacuzenus Magnam Domesticam vocat, a quo filia sororis Michaelis Imperatoris fuisse dicitur, & sub vitæ exitum sanctimonialis habitum sumpsisse.

III. MICHAEL PALÆOLOGUS COMNENUS, p Magni Constabularii a Theodoro Lascari II. dignitate primo donatus, eo extincto, Joannis Lascaris filii, & Imperii hæredis, arrepta tutela, q Magnus Domesticus ac deinde Despota dictus, denique acto in ordinem, & r excæcato paulo post per nefandum scelus pupillo Principe, & in Asiæ castrum relegato, Kal. Januarii an. MCCLX. Ind. II. Imperator acclamatur, pauciscque interjectis diebus coronatur ab Arsenio Græcorum Patriarcha, in Nicæenti urbe, unde Imperii sedem Constantinopolim postea transtulit, urbe Alexii Strategopuli Cæsaris artibus cum DCCC. haud amplius militibus proditione capta XXV. Julii anno MCCLXI. s Obiit feria VI. XI. Decembris anno MCCLXXXII. Ind. X. ætatis anno LVIII. cum imperasset annos XXIII. (non XXIV. ut habet Codex Pachymeris) diebus XX. demptis. t Hisce porro titulis usus est: MICHAEL IN CHRISTO DEO FIDELIS IMPERATOR ET MODERATOR ROMANORUM DUCAS, ANGELUS, COMNENUS, PALÆOLOGUS ET NOVUS CONSTANTINUS: qui quidem adscripti leguntur ejusdem Michaelis Palæologi imagini Constantinopoli in Peribleptæ Deiparæ templo, versus occidentalem partem, ubi una cum THEODORA Augusta pictus conspicitur, inter utrumque parentem collocato filio Constantino Porphyrogenito: quas quidem imagines delineari hoc loco curavimus: qua in tabella Theodora effingitur cum Τυμπανίῳ in capite margaritis & lapillis distincto, u uti Euphrosyne Augusta, Alexii Angeli Imp. uxor apud Nicetam Choniatem. Habetur alia haud absimilis Michaelis

Edit. Paris. pag. 233.

a *Pach. l. 4. c. 19. & passim.*
b *Idem l. 6. c. 20. l. 7. c. 12.*
c *Wadd. 1279. p. 441.*
d *Pach. passim.*
e *Idem l. 9. c. 9.*
f *Scylitz. p. 801. E. R. Zonar. p. 224. E. R.*
g *Lupus Protosp. an. 989. Pach. l. 5. c. 26. Cantac. passim. Philelph. l. 12. ep. Marull. l. 1. epigr.*
h *Pach. passim.*
i *Greg. l. 5.*
k *Pach. l. 2. c. 13.*
l *Gregor. l. 5.*
m *Pach. passim. Gregor. l. 5.*
n *Gregor. ibid. Acrop. c. 49. Pach. l. 1. c. 8. l. 2. c. 13. l. 5 c. 3. l. 7. c. 2.*
o *Cantac. l. 2. c. 22. 23.*
p *Pach. l. 1. c. 7. Phranz. l. 1. c. 2. Abulfar. p. 335.*
q *Greg. l. 3. p. 51. E. R. Pach. l. 1. c. 27.*
r *l. 2. c. 4. 5. 6. 7. 8. l. 6. c. 36. Abulfar. p. 335.*
s *Pach. l. 6. c. ult. Gregor. l. 4. p. 55. E. R. Phranz. l. 1. c. 6.*
t *Leunclav. in Pand. Turc. c. 51. Probat. Hist. Fr. Byz. p. 9.*
u *Nicet. in Alex. l. 1. n. 3.*

ΜΥΧΑΗΛ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΤΩ ΘΕΩ ΠΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ ΔΟΥΚΑΣ ΑΓΓΕΛΟΣ ΚΟΜΝΗΝΟΣ Ο ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΣ ΚΟΜΝΗΝΟΣ ΟΠΑΛΑΙΟΛΟΙΟΣ

ΘΕΟΔΩΡΑ ΕΝΧΡΙΣΤΩ ΤΩ ΘΕΩ ΠΙΣΤΗ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΣΣΑ ΡΩΜΑΙΩΝ Η ΚΟΜΝΗΝΗ

Edit. Paris. pag. 234.

Imperatoris effigies, descripta ab [a] Hieronymo Wolphio ex Codice MS. Augustanæ Bibliothecæ historiæ Georgii Pachymeris, cui diadema capiti impositum non omnino ejusdem est figuræ qua in ea imagine quam delineari curavimus. Sed & quod *Acaciam* vocant, voluminis speciem plane refert. Pulvillo pedibus substrato ad utramque oram intextæ conspiciuntur duæ unicipites aquilæ. De vultus forma hæc subdit Wolphius: *Frons erat planior, & tota facies minus torva: nasus minus latus & magis aduncus.* Inscriptio ita concipitur: ΜΙΧΑΗΛ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΤΩ ΘΕΩ ΠΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ ΔΟΥΚΑΣ ΑΓΓΕΛΟΣ ΚΟΜΝΗΝΟΣ Ο ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ. [b] Fuit autem Theodora Michaelis conjux, filia Joannis Ducæ, Isaacii Ducæ Protostratoris Joannis Vatatzæ Imperatoris fratris, neptis. [c] Excessit illa feria II. secundæ Jejuniorum hebdomadæ, Februarii XVI. anno MCCCIV.

Liberi Michaelis Palæologi Imper. ex Theodora Aug.

IV. MANUEL PALÆOLOGUS [d] puer obiit.

IV. ANDRONICUS PALÆOLOGUS Imperator, A de quo mox.

IV. CONSTANTINUS PALÆOLOGUS, [e] post adeptam a Michaele Constantinopolim, atque adeo post arreptam Imperatoris dignitatem natus, ex eo PORPHYROGENITUS appellatus est. Hunc Regem Thessalonicensem creare primo, mox etiam regni successorem renuntiare pater decreverat, ob eximias animi, quibus refulsit, dotes: quæ quidem Andronici fratris invidiam in eum ita conflarunt, ut Imperator factus, calumniatores apposuerit, qui eidem affectatæ tyrannidis crimen impingerent: ex quo bonis omnibus spoliatus, in tetrum carcerem conjectus est, [f] in quo vitæ reliquum absolvit die Maii mensis V. anno MCCCVI. sumpto prius Monachi habitu, & ATHANASII nomine. Uxorem duxarat, annos tum natus XXX. filiam Joannis Raulis Protovestiarii, agnatam, uti supra observavimus: [g] & ex ea filium unicum B *Joannem Palæologum* sustulit, qui anno ætatis XVII. Panhypersebastus a patruo Andronico dictus est anno MCCCVII. quo etiam curante Irenem duxit, Theodori Metochitæ Magni Logothetæ, cujus summa erat apud Andronicum auctoritas, filiam. Ex his nuptiis filius & filia prodiere: [h] filius in eo prælio, quod inter Andronicum Juniorem Imp. & Alexandrum Bulgarorum Regem commissum est

a *Vvolph. ad Niceph. Gregor. edit. Basil. 1562.*
b *Pach. l. 1. c. 7. l. 2. c. 12. l. 3. c. 7.*
c *Pach. l. 11. c. 4.*
d *Pach. l. 3. c. 7.*
e *Pach. l. 3. c. 7. l. 6. c. 21. 27 28. Greg. l. 6. c. 131. & seq. Phranz. l. 1. c. 6. Cantac. l. 4. c. 5.*
f *Pach. l. 11. c. 22.*
g *Gregor. l. 7. p. 190. 212. E. R. Pach. l. 12. c. 20. Cantac. l. 1. c. 43.*
h *Greg. l. 10. p. 342. E. R. Pach. l. 11. c. 22. Cantac. l. 2. c. 27.*

sub ann. MCCCXXXII. interiit. [a] Maria vero filia Stephano Serviæ Regi, Urosci Regis notho, nuptum data est. Quo quidem illustri gratus connubio Joannes Palæologus pater, ab Andronico defecit, generi viribus adjutus: sed collata ab eodem Imperatore Cæsaris dignitate dum Thessalonicam contendit, gravissimo morbo affectus intra paucos dies decessit [b] anno MCCCXXVI. Ind. IX.

IV. THEODORUS PALÆOLOGUS, [c] cum Despotæ dignitatem, matre etiam preces adjungente, non potuisset a fratre consequi, respuisset vero sibi oblatam Sebastocratoricam, Filii ac Fratris Imperatorum, & Romanorum Domicelli nomenclatione vulgo appellabatur. [d] Is ex quo Constantinum fratrem comprehensum cognovit, moderatius sibi vivendum ratus, abjectis natalibus iis debitis insignibus, privati habitu usus est, eoque facto fratris sibi benevolentiam conciliavit. [e] Huic filiam Muzalonis Protovestiarii & Magni Logothetæ desponderat idem Andronicus: sed cum uterum gereret, & consanguinei cujusdam incestu vitiata deprehensa esset, Libadarii Pincernæ filiam eidem copulavit. [f] Ab Alexio Philanthropeno, qui in Lydia tyrannidem arripuerat, comprehensus, in Castro ad Ephesum aliquandiu detentus est. [g] Interfuit prælio, quod Michael nepos cum Amogavaris, seu Catalanis, iniit sub annum MCCCVII.

IV. IRENE PALÆOLOGINA, [h] nupta JOANNI AZANI Bulgariæ Regi.

IV. EUDOCIA PALÆOLOGINA, [i] a patre in uxorem data est JOANNI COMNENO, Trapezuntino Imperatori.

IV. ANNA PALÆOLOGINA [k] a patre pariter collocatur MICHAELI DUCÆ, cognomento COTRULÆ, Michaelis Angeli Thessalonicensis Imperatoris ex Theodora Petralipha filio, uti supra observatum; [l] hanc antea Milutino, altero Stephani-Urosii Serviæ Regis filio, dare in animo habuerat; a quo consilio a Legatis, quos ad id præmiserat, ob gentis barbariem, abductus est. *Edit. Paris. pag. 235.*

Michaelis Palæologi Imp. filiæ nothæ.

IV. IRENE, *seu ut a Pachymere* [m] *nuncupatur*, EUPHROSYNE PALÆOLOGINA, *Michaelis Imperatoris filia notha, a patre nuptum data est* NOGÆ *Scythæ Proceri, qui a Toctai Scytharum Tartarorum perinde Principe interfectus est. Fuit porro Nogas iste pater Tzachæ Scytharum Principis, sed ex altera conjuge.*

IV. [n] MARIA PALÆOLOGINA, *filia altera Michaelis notha, ex puella ex Diplovatzarum familia genita, in uxorem pacta est a parente,* CHALAU, *seu* HULAC, *Tartarorum Principi, ad quem deducta est a Theodosio de Villa-Harduini, Monasterii Pantocratoris Hegumeno seu Abbate, Achajæ & Peloponnesi Principis fratre. Sed Chalau interea extincto, hanc duxit* APAGA, *ejus filius & successor. Muguliorum Despoena vocatur a* [o] *Pachymere.*

IV. [p] ANDRONICUS DUCAS ANGELUS COMNENUS PALÆOLOGUS (his enim cognominibus usus est) [q] vivo parente coronatus, [r] eo mortuo, solus Imperium administrare cœpit, annos XXVI. natus: cujus etiam is Michaelem filium, atque eo extincto, nepotem Andronicum consortes fecit. [s] Andronicus porro in avum sæpius rebellans, extrema tandem senectute confectum abdicare coegit, capta Constantinopoli anno MCCCXXVIII. Ita privatus, post multa ævi incommoda, amissumque ex morbo oculorum usum, [t] obiit XIII. Februarii anno MCCCXXXII. Ind. XV. cum biennio antea monachicum induisset habitum, in ipsa religiosæ vitæ professione ANTONIUS appellatus, annos tum natus LXXII. cum imperasset LXII. initio ducto a tempore quo a patre diademate est donatus. [u] *Ejus cadaver in Monasterio Libis, quod mater condiderat, sepultum est.* Bis porro nuptias inierat, ac primum quidem cum [x] ANNA, filia Stephani V. Regis Hungariæ, Belæ IV. filii, ex nobili quadam Comana uxore, quam, ut ferebatur, ait Pachymeres, captivam olim, sed insignis formæ e servitute in regnum evectam habuerat. [y] Anna mortua, superstite adhuc Michaele Imperatore, IRENEM Guillelmi VI. Marchionis Montisferrati ex Beatrice Castellana filiam, in secundam conjugem sibi adscivit circa annum MCCLXXXV. quæ quidem, mortuo absque liberis Joanne fratre, Marchionatus Montisferratensis hæres in solidum extitit. Mulieris ambitionem non uno loco perstringit Nicephorus Gregoras, & ut filios ad supremam dignitatem evehere annixa fuerit. [z] Obiit Dramæ in Thessalia, ejusque corpus Constantinopolim relatum, in Pantocratoris æde tumulo conditum est. Cæterum Andronici Senioris Imperatoris perinde ac avi descripta est effigies ab Hieronymo Wolphio ex Cod. MS. Augustano Historiæ Georgii Pachymeris cum Historia Nicephori Gregoræ, eodem quo avus schemate, dextra crucem, sinistra volumen tenens. Pulvinus cui pedes innituntur, unica aquila unicipite ad latus sinistrum insignitur, cui subjiciuntur hi characteres: ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΤΩ ΘΕΩ ΠΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ Ο ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ.

Filii Andronici Palæologi ex Anna Augusta.

V. MICHAEL PALÆOLOGUS Imperator, de quo mox.

V. [A] CONSTANTINUS PALÆOLOGUS, Despota dictus, & Macedoniæ ac Thessalonicæ Præfectus, post exactam ex Imperatoris offensione in calamitate adversaque fortuna vitam, in Monasterium concedere coactus est, quod pluribus narrant ejusce ævi Scriptores. Huic pater uxorem dederat filiam Georgii Muzalonis Protovestiarii, licet ex agnato, incesto concubitu, uterum gessisset ante nuptias: qua extincta, EUDOCIÆ, filiæ Neocæsaritæ Primi a Secretis, ex alio Constantino Palæologo tum viduæ, copulatur: feminæ & vultus elegantia & ingenii acumine præstanti. Nullos ex utraque conjuge liberos suscepit, sed ex Cathara concubina filium, [B] *Michaelem Catharum*, quem, nullis licet animi dotibus insignem, adeo dilexit Andronicus Imperator, ut mortuo Michaele filio, Imperatorio diademate eum exornare voluerit.

a *Gregor. l. 8. p. 262. E. R. Cantac. l. 1. c. 43.*
b *Gregor. p. 262. E. R.*
c *Pach. l. 8. c. 25.*
d *Gregor. l. 6. p. 139. E. R.*
e *Pach. l. 8. c. 26.*
f *Pach. l. 9. c. 9. Greg. l. 6. c. 139.*
g *Pach. l. 12. c. 32.*
h *Idem l. 5. c. 5. l. 11. c. 21.*
i *Idem l. 6. c. 6. 34. l. 9. c. 29. Greg. l. 5. p. 107.*
k *Pach. l. 6. c. 6. 27. l. 11. c. 18. Cant. in præf. p. 5. l. 1. c. 43. E. R. Phranz. l. 1. c. 6.*
l *Pach. l. 5. c. 6.*
m *Pach. l. 3. c. 5. 25. l. 5. c. 3. 4. l. 6. c. 19. l. 9. c. 26. 27. l. 13. c. 23. Greg. l. 5. p. 107. E. R. Cantac. l. 1. c. 39.*
n *Pach. l. 3. c. 3. l. 5. c. 26. 27.*
o *l. 13. c. 25. 33. Abulfar. p. 355.*
p *Vvadd. a. 1277.*
q *Pach. MS. l. 4. c. 27. l. 7. c. 1.*
r *Jo. Villan. l. 9. c. 132.*
s *Cantac. l. 2. c. 28. Gregor. l. 9.*
t *Allat. de Conc. Eccles. l. 2. c. 16.*
u *Greg. l. 9. p. 326. E. R.*
x *Pach. l. 4. c. 29. l. 10. c. 1. Gregor. l. 4. 6. p. 78. 120. E. R. Cantac. in præf. Phranz. l. 1. c. 7. Rainald. a. 1271.*
y *Pach. l. 6. c. 28. Greg. l. 6. 7. p. 120. 162. 163. Phranz. l. 1. c. 7. Justin. in Hist. Genu. l. 3. an. 1285.*
z *Gregor. l. 7. p. 191. E. R.*
A *Pach. l. 7. c. 33. l. 8. c. 2. 5. 26. l. 12. c. 32. Greg. l. 8. p. 201. 204. 247. l. 9. p. 309. E. R. Cantac. l. 1. c. 26. 31. l. 2. c. 15. 18. l. 3. c. 11. 87.*
B *Gregor. l. 8. p. 205. E. R. Cantac. l. 3. c. 1. Ezuvius an. 1321. n. 12.*

Li-

Edit. Pariſ. pag. 236.

Liberi Andronici Palæologi Imper. ex Irene altera conjuge.

V. JOANNES PALÆOLOGUS, [a] eo quo frater Michael diademate donatus eſt anno MCCXCV. Deſpotæ dignitate inſignitus, uxorem duxit IRENEM, Nicephori Chumni Præfecti Canicleo, qui rerum fere potitus eſt ſub Andronico Seniore, filiam, anno MCCCIV. quadriennioque poſt obiit, nullis ex ea procreatis liberis. Laudatur ex Cod. Regio DCCC. Theodori Metochitæ epitaphium in Joannem Palæologum Cæſarem, hunc forte, de quo agimus.

V. THEODORUS PALÆOLOGUS, Marchio Monferratenſis, cujus ſtirpem in altera Palæologici ſtemmatis parte pluribus exequemur.

VI. DEMETRIUS PALÆOLOGUS, [b] Deſpota, & Theſſalonicæ, regionique adjacenti Præfectus a parente, ejuſdem perinde offenſionem incurrit, & in Serviæ Regis aulam una cum uxore & liberis ſe recepit. Præ cæteris liberis, quorum nomina reticuere ſcriptores, fuit *Irene Palæologina*, Matthæi Cantacuzeni [c], Joannis Imperatoris filii, uxor.

VI. SIMONIS PALÆOLOGINA, [d] nupſit STEPHANO cognomento DRACUTINO, Regi Serviæ.

VI. MARIA PALÆOLOGINA, *Andronici Imperatoris filia notha*, TUCTAI *Scytharum Tacharorum, ſeu Tartarorum Principi, qui poſt cæſum Nogam, Tartarorum principatum invaſerat, nuptum data eſt.*

VI. MICHAEL PALÆOLOGUS, [e] Imperator a patre dictus, coronatus eſt a Joanne Patriarcha XXI. Maii die, quo Magni Conſtantini feſtum agunt Græci, anno MCCXCV. [f] In Aſiaticos Turcos cum idoneis copiis miſſus, ex ea redux expeditione, Adrianopolim, hincque Theſſalonicam, quo haſce regeret provincias, conceſſit: [g] in qua quidem poſtrema urbe, ex gravi propter Manuelis filii interitum mœrore fato fungitur XII. Octobris, qui in Dominicam incidit, anno MCCCXX. annos tum natus XLIII. Tradit [h] Pachymeres de ejus contrahendis cum Catharina, Philippi Imperatoris Conſtantinopolitani filia unica, nuptiis habita, ſed nullo effectu, colloquia. [i] Uxorem tandem duxit RICTAM, (Græci XENEN & MARIAM appellavere) Leonis II. Armeniæ Regis filiam, Regis Aithonis II. ſororem, VI. Januarii die, anno MCCXCVI. [k] Quæ quidem extincto conjuge, cum rem publicam bellis civilibus ac externis conflictatam cerneret, in Monaſterium ſeceſſit, ubi diem clauſit extremum anno MCCCXXXIII. Extat in Bibliotheca Regia Cod. DCCC. Theodori Metochitæ ejuſdem Michaelis epitaphium, ut & Irenes uxoris Palæologi Imp. ejuſdem Michaelis, ni fallor.

Liberi Michaelis Palæologi Imp. ex Ricta uxore.

VII. ANDRONICUS PALÆOLOGUS Imperator, de quo mox.

VII. MANUEL PALÆOLOGUS, [l] Deſpota, a fratris, qui amaſiæ domum obſervabant, ſatellitibus, mulierculæ amatorem eſſe ratis, confoſſus interiit. Ex cujus morte tanta affectus eſt pater doloris acerbitate, ut gravi morbo correptus poſt diem octavum e vita diceſſerit.

VII. ANNA PALÆOLOGINA, [m] nupſit primum THOMÆ ANGELO Deſpotæ, ſeu Principi Epiri & Acarnaniæ, Nicephori Deſpotæ filio: quo a THOMA Cephaleniæ Comite interfecto, eidem Thomæ conjugio copulatur. Obiit patre ſuperſtite.

VII. THEODORA PALÆOLOGINA primum [n] SWESTISLAO, deinde MICHAELI STRASCIMIRO Regibus Bulgariæ nupta, iis extinctis Conſtantinopolim reverſa, Sanctimonialis habitum induit, [o] *Theodoſia* in vitæ profeſſione nuncupata.

VII. ANDRONICUS PALÆOLOGUS, [p] (cætera omittimus, eadem quæ Andronici & Michaelis cognomina) JUNIOR vulgo a ſcriptoribus, ad avi diſcrimen, appellatus, [q] ab eo in conſortium Imperii adſcitus eſt, & ſolemni ritu in æde Sophiana coronatus II. Febr. die, anno MCCCXXV. Indict. IV. qui adverſus avum rebellans, tandem extrema ſenectute confectum abdicare coegit, capta Conſtantinopoli anno MCCCXXXII. quo tum ſolus imperare cœpit, [r] annos natus XXXVI. [s] Obiit XXV. Junii Ind. IX. anno MCCCLXI. ætatis XLV. Imperii XX. Deſcripſit, ac mecum communicavit vir doctiſſimus Stephanus Baluzius ex archivis Eccleſiæ Narbonenſis Bullam auream, ſeu Diploma Andronici Imperatoris in Narbonenſium mercatorum gratiam: quæ quidem Bulla licet Andronici nomen non præferat, illius tamen eſſe ex alia Joannis filii, quam mox dabimus, ſatis apparet. Hanc, cum res noſtras etiam ſpectet, hoc loco exhibendam putavimus. *pag. 237.*

UNIVERSIS & ſingulis præſentem paginam inſpecturis, Nos Hugo Arnaudi Domicellus Dominus de Monterotundo Vicarius, & Guillelmus Chauſerii Baccalarius in Legibus, Judex ordinarius Curiæ Narbonenſis egregii & potentis viri Domini Aymerici Dei gratia Vicecomitis & Domini Narbonæ, Notum facimus per præſentes, quod nos vidimus, legimus, & de verbo ad verbum inſpeximus quoddam privilegium Imperatoris Conſtantinopolitani litteris Græcis & Latinis ſcriptum, ſeparatim, bullatum cum bulla aurea in filis ciricis vinculatis non filati in pendenti ſubſcriptum litteris Græcis rubeis infixa cujuslibet tenos (f. tenoris) dicti privilegii, ut præmittitur, prædictis litteris ſeparatim ſcripti, non vitiatum non cancellatum in aliqua ſui parte, ſed omni ſuſpicione carens. Cujus quidem privilegii tenor in litteris Græcis ſcriptum, cum litteræ Græcæ in partibus iſtis legi non poſſint, tenor ſequitur ſub hac forma.

CUM de habitatoribus civitatis NARBONÆ ſubjectis excellentiſſimo REGI FRANCORUM venerint pro parte communis eorum, & deprecaverint ipſis concedi privilegium aurea bulla munitum Imperii noſtri, ut cum pervenerint ex ipſis aliqui tam in Deo magnificatam, & Deo glorificatam, & Deo cuſoditam civitatem Conſtantinopolitanam, quam in aliis terris & caſtris Imperii noſtri, cum mercatoribus ſuis, habere debeant alomationem & ſolutionem commergii,

[a] *Pach. l. 9. c. 12. l. 10. c. 7. l. 11. c. 11. Greg. l. 7. p. 163. 168. E. R. Cantac. l. 1. c. 14.*
[b] *Pach. l. 13. c. 18. Greg. l. 9. p. 275. 286. 287. 288. E. R. Cant. l. 1. c. 52.*
[c] *Vide Stemma Cantacuz.*
[d] *Pach. l. 9. c. 5. 27. l. 11. c. 16. l. 13. c. 20.*
[e] *Pach. l. 7. c. 33. l. 9. c. 1. Greg. l. 6. p. 134. E. R.*
[f] *Pach. l. 10. c. 17. 18.*
[g] *Greg. l. 7. p. 194. E. R. Cantac. l. 1. c. 1.*
[h] *Pach. l. 8. c. 18. l. 9. c. 1.*
[i] *Id. l. 9. c. 5. 6. Greg. l. 6. p. 135. E. R. Saint. l. 3. part. 3. c. 2.*
[k] *Cantac. l. 1. c. 26. 31. 51. l. 2. c. 28. Greg. l. 8. p. 247. E. R.*
[l] *Greg. l. 8. p. 199. Cantac. l. 1. c. 1. Phranz. l. 1. c. 10.*
[m] *Greg. l. 8. p. 197. E. R. Cantac. l. c. c. 1. Phranz. l. 1. c. 10. Hiſt. Fr. Byz. l. 6. n. 27.*
[n] *Vide Reges Bulgar.*
[o] *Cantac. l. 3. c. 36.*
[p] *Gregor. l. 8. p. 197. E. R. Cantac. l. 1. c. 40. 41.*
[q] *Gregor. l. 10. p. 333. E. R.*
[r] *Idem l. 10. p. 392. Cantac. l. 2. c. ult. Phranz. l. 1. c. 12.*

„ & quod si contigerit exire ligna piratica de ter-
„ ris ipsorum, sive de aliis vicinantibus ipsis, &
„ fecerint aliquam contra aliquos de parte Impe-
„ rii nostri, non debeant propterea sustinere illi
„ qui tunc inventi fuerint mercatores ex dicta ci-
„ vitate offensionem aliquam sive damnum in suis
„ mercationibus, ipsorum deprecationem admit-
„ tens Imperium, præsens privilegium aurea bul-
„ la munitum Imperii nostri ipsis concedit, per
„ quod mandat ut illi qui accesserint de dicta ci-
„ vitate, & pro tempore venerint tam in dictam
„ civitatem Constantinopolitanam, quam in aliis
„ terris & castris Imperii nostri solvere debeant
„ pro mercationibus quas portaverint de introitu
„ & exitu insimul quantitatem Yperperorum cen-
„ tum secundum primam consuetudinem Yperpera
„ quatuor, & postea ab ipsis non requiratur solu-
„ tio alia aliquo modo. Similiter mandat Impe-
„ rium nostrum, quod si exiverint de terra ipso-
„ rum, sive ab aliis vicinantibus ligna piratica,
„ & fecerint damnum aliquod contra aliquos de
„ parte Imperii nostri, illi qui tunc invenirentur
„ mercatores in partibus istis, sive in aliis terris
„ & castris Imperii nostri, non invenirent pro-
„ pterea offensionem sive damnum aliquod in per-
„ sonis & mercationibus suis, sed expedientur
„ omnimode indemnes absque ulla offensione.
„ Item si contigerit naufragium pati in mari ali-
„ quod lignum ipsorum ex contingenti tempesta-
„ te, & in terram ceciderint ex aliqua parte Im-
„ perii nostri, teneantur ipsius partis habitatores,
„ & alii qui illuc invenirentur, non usurpare, seu
„ rapere aliquid de rebus ipsorum quæ essent pro-
„ jectæ in terram, sed ipsos dimittere, ipsas col-
„ ligere res absque ullo impedimento, & quod fa-
„ cere possint de ipsis ad voluntatem & placitum
„ eorum. Nam si aliqui voluerint damnum infer-
„ re dictis naufragis mercatoribus, & auferre ali-
„ qua de rebus evasis, non tantum restituere te-
„ nebuntur, & satisfacere integre de toto illo
„ quod ab ipsis acceperint, sed etiam ut descri-
„ ptores præsentis privilegii nostri aurea bulla mu-
„ niti judicabuntur, & indignationem nostram
„ consequentur. Item cum ipsi præfati requisie-
„ rint & ..... ut cum pervenerint in partibus
„ nostris possint constituere & ordinare Consulem,
„ ut per ipsum ordinentur inter ipsos habitæ quæ-
„ stiones, & quod possint habere logeam & pla-
„ cerium unum ..... aceres. Concedit etiam
„ Imperio nostrum hoc, & mandat ut hoc etiam
„ fiat, prout requisiverint, ut dictum est, ab
„ Imperio nostro. Non possit tamen dictus Con-
„ sul qui est & pro tempore fuerit, facere justi-
„ tiam sanguinis, hujus etenim rei gratia, robo-
„ re & virtute præsentis privilegii Imperii nostri
„ aurea bulla muniti conservabuntur post solutio-
„ nem prædictam commergii omnes illi qui de di-
„ cta civitate fuerint, mercatores sine omnimoda
„ læsione: nec sustinebunt ab aliquo qui de parte
„ fuerint Imperii nostri injuriam aliquam s .....
„ aliquam læsionem. Verumtamen teneantur &
„ ipsi præfati non introducere in propriis merca-
„ tionibus alienas mercationes pro quibus debetur
„ magis commergium, aut quod ..... quas
„ apportant mercationes ipsorum: sed ipsas omnes
„ manifestare in commercio teneantur. Item te-
„ neantur quod si sciverint quod lignum, sive li-
„ gna piratica de ....., ut prædictum est,
„ armarentur in offensionem sive læsionem partis
„ Imperii nostri, non cælare hoc, sed quantocius
„ poterunt hoc manifestare Imperio nostro, &
„ nullo modo ipsis præstare occulte seu manifeste
„ adjutorium vel favorem in damnum partis Impe-
„ rii nostri, imo ipsos inimicos habere super hoc.

Edit. Paris. pag. 238.

A Etenim expositum est præsens privilegium Im- "
perii nostri aurea bulla munitum, & concessum "
est illis de dicta civitate Narbonensi mercatori- "
bus in firmitatem roboris, defensionem, & "
omnimodam securitatem ipsorum. "
IN cujus visionis & inspectionis testimonium, "
&c. Actum & datum Narbonæ &c. XXI. mens. "
April. anno Dom. MCCCXL. sexto. "

Descripsit etiam Henricus Meibomius Diploma aliud ejusdem Andronici in gratiam Henrici Ducis Brunswicensis, datum Didymothici VI. Januarii an. MCCCXXX. cui appensa est Bulla aurea, quam delineari is curavit, in cujus antica Christus stans effictus cum litteris IC. XC. in altera Imperator ipse perinde stans, cum labaro, & hisce characteribus, ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΔΕCΠΟΤΙΣ Ο ΠΑΛΕΟΛΟΓΟC. [a] Bis nuptias inierat, ac primum quidem anno MCCCXVIII. cum IRENE, quam Gregoras & Phranzes ex Alemannia ortam fuisse scribunt. [b] Ducis Brunswicensis filiam fuisse auctor est Cantacuzenus: [c] unde arbitror filiam fuisse Alberti IV. Ducis ex Alexina Estensi. [d] Obiit illa Rædesti XVI. Augusti anno MCCCXXIV. & in Libis Monasterio sepulta fuit. [e] Subsequenti anno JOANNAM SABAUDAM, [f] Amedæi V. Comitis Sabaudiæ ex Maria Brabantensi altera conjuge filiam, in uxorem sibi adscivit. Hanc Græci, mutato, ut solebant, nomine, ANNAM appellavere, ex Gallico JEANNE, ut par est credere, formato: Joannæ enim nomenclatura donatur semper in [g] Epistolis Joannis XXII. PP. & in ejusce ævi instrumentis. Celebratæ magno apparatu nuptiæ Constantinopoli ineunte Octob. an. MCCCXXVI. Indict. X. quo mense Februario pervenerat, sed ex viæ incommodis ac cæli mutatione oborta sponsæ invaletudine, ad hoc tempus dilatæ conjugii ceremoniæ: in quibus Annam conjux ex more coronavit. Ut porro, functo marito, filii Joannis impuberis tutela excepta, Imperium administraverit, quantisque illud tumultibus & bellis civilibus concussum fuerit, ea res gerente, pluribus in tota historia sua ipse motuum auctor digessit Joannes Cantacuzenus. [h] Obiit Constantinopoli, testamentoque suo cavit, ut corpus suum in ædem sacram S. Francisco Assisiensem transferretur, & in ea humaretur, pro qua toto vitæ suæ decursu singularem cultum ac devotionem testata fuerat, institutis ad eam variis peregrinationibus. [i] Ejus effigiem ex musæo Emin. Cardinalis Francisci Barberini delineari curavit vir doctissimus Petrus Possinus ad Historiam Pachymeris.

Filius Andronici Junioris Imp. ex Irene prima conjuge.

VIII. N. PALÆOLOGUS, [k] natus an. MCCCXXII. octimestris excessit.

Liberi Andronici Imp. ex Anna altera conjuge.

VIII. JOANNES PALÆOLOGUS Imp. de quo mox.

VIII. MANUEL PALÆOLOGUS, [l] Despota, a patre ad Serviæ Regem obses missus est, ut habet Cantacuzenus.

VIII. THEODORUS PALÆOLOGUS, qui *Theodoric Paleologon*, & patruus Imperatoris Constantinopolitani appellatur in [m] Computo Subsidiorum pro defensione Christianitatis anni MCCCXCVII. quod asservatur in Camera Computorum Parisiensi: ex quo docemur Theodorum venisse sub hæc tempora in Franciam & Angliam, Regemque Carolum VI. diplomate XXIX. Januarii eod. an. MCCCXCVII. CCC. primum, aliisque deinde XVIII. Apr. &

a *Gregor. l. 7. p. 194 E. R. Phranz. l. 1. c. 12.*
b *Cantac. l. 1. c. 10.*
c *Hier. Falet. in Geneal. Estens.*
d *Gregor. l. 8. p. 269. E. R. Cantac. l. 1. c. 40.*
e *Gregor. ibid. Cantac. l. 1. c. 40. 41. 42. Ducas c. 5. Phranz. l. 1. c. 12.*
f *Guichenon. in hist. Sab. p. 232.*
g *Rain. an. 1334. n. 3. Vvadd. an. 1313. 54. Prob. hist. Sabaud. p. 168.*
h *Vadding. an. 1313. 54.*
i *To. 2. Pachym. p. 558. E. R.*
k *Cantac. l. 1. c. 24.*
l *Idem l. 2 c. 40. l. 4. c. 34. Phranz. l. 1. c. 12.*
m Compte de Fr. d'Aunay Receveur general de l'Aide mis sus pour le secours de la Chrestienté, la poursuite de la paix, & l'unon de nostre Mere sainte Eglise en l'an 1397.

xxiv. Maii anno subsequente exaratis, cccc. & mm. Francos aureos ex ipso Subsidio percipiendos eidem indulsisse, in sui & sociorum & in Angliam itineris expensas. Theodori istius apud ejusce ævi scriptores fieri mentionem nondum advertimus.

Edit. Paris. pag. 239.

vii. Maria Palæologina, vix nubilis, a Michaeli Azani, Alexandri Bulgariæ Regis filio, quindecenni, uxor a patre data est. Peractæ magna pompa & insigni apparatu nuptiæ Adrianopoli circa annum mcccxxxiv quibus firmata in posterum pax inter Græcos & Bulgaros.

vii. N. Palæologina a Joanne fratre Francisco Gattilusio, b Nobili Genuensi, Lesbi seu Mitilenes insulæ Domino, conjugio nexa est.

vii. N. Palæologina, quam Orchani Turcorum Sultano nuptam volunt Phranzes, c Spanduginus, & Froissartes. Verum indubie errant: fuit enim Orcanis uxor, non Andronici, sed Joannis Cantacuzeni Imperatoris filia, uti in Cantacuzenorum stemmate docemus.

vii. Eudocia Palæologina, d *Andronici Imp. filia notha, nupsit* Basilio Comneno *Imperatori Trapezuntino*.

VII. JOANNES PALÆOLOGUS Imperator, e nascitur Didymotichi xviii. Junii die, anno mcccxxxii. proindeque f novennis erat cum parens obiit. Ejus tutelam rerumque publicarum administrationem excepit Anna mater una cum Joanne Cantacuzeno Magno Domestico, quē Andronicus decedens filiorum tutorem pariter delegerat. Sed oborto inter Annam & Cantacuzenum dissidio, tyrannidem invasit, & Imperatorem se appellavit Cantacuzenus, postque civiles annorum aliquot tumultus, Constantinopolim proditione cepit viii. Febr. an. mcccxlvii. quo tum tempore, velut Imperii consors cum Joanne aliquandiu imperavit g, data ei in uxorem filia Helena Cantacuzena. Celebratæ nuptiæ in Blacherniano templo xxi. Maii an. mcccxlvii, h cum paulo ante a Patriarcha CP. coronatus fuisset Joannes in æde Sophiana. Ac primum quidem i Cantacuzenus post Joannem & Annam in acclamationibus & instrumentis publicis tertius nominabatur: k sed mox universa in se rei gerendæ auctoritate translata primatum ipse invasit: hinc novi rursum exorti motus inter generum & socerum. Tandem Cantacuzeno vel exacto, vel ultro, ut ipsemet testatur, cedente, anno mcccLvii. Joannes solus Imperium administrare cœpit: in cujus mox possessione a filio Andronico pro Imperatore se gerente turbatur, a quo per biennium & sex menses in carcere cum filio altero Manuele est detentus. l Denique Bajazethis Sultani imperiis obsequi fere in omnibus coactus, mœrore, podagræ doloribus, morbisque aliis ex licentiori vita contractis, confectus obiit. Varie porro mortis tempus a scriptoribus refertur: ac m a Petavio quidem ad annum mcccLxxxiv. a n Bulialdo vero ad ann. mcccxci. magno discrimine. At si quod in o Imperatorum Catalogo, qui Codino de Originibus Constantinopolitanis subjungitur, verum est Joannem regnasse annos xli. (si quidem pro Manuele, Joannes scribi debeat) eum excessisse oportet anno mcccLxxxii. cum Andronicus pater obierit xxv. Junii ann. mcccxli. Sed cum annus mcccxxii. Manuelis Imperii xxxii. exerte Joanni Canano istius ætatis scriptori dicatur, hinc sane Bulialdi firmatur calculus, conficiturque imperasse Joannem annos fere lii. p Mortua Helena prima uxore, alteram sibi adjunxit Eudociam Comnenam, Alexii Comneni Imperatoris Trapezuntini filiam, Zetinæ Proceris Turci, qui ex ea liberos sustulerat, tum viduam. Hanc Constantinopolim pro filio Manuele evocaverat Joannes: sed ejus formæ captus illecebris, ipse podagra ac senio laborans, quique vix rectus stare poterat, filio ablatam sibi connubio sociavit. At priusquam ulterius progrediamur, placet hocce loco describere Bullam aliam auream Joannis Imperatoris ab eodem V. C. Stephano Baluzio ex originali Chartophylacii Narbonensis erutam, qua privilegia Narbonensibus Mercatoribus a patre concessa confirmat, utraque lingua, Græca scilicet & Latina, ut mos fuit postremorum temporum, exaratam: a qua ablatum fuit ab aliquot annis sigillum aureum Joannis.

Ἐπὶ δὲ τοῦ Κωνσέλε τῶν Ναρβωνησίων τῶν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἀνατρεφομένων, οἳς ἀπὸ μέρους τῆς Ναρβώνης, ἡ Βασιλειά μου παρεκλήθη, ὅπως τὰς αὐτοῖς παρασχεθείσας ἐξουσίας τε καὶ ἐλευθερίας καὶ χάριτας παρὰ τοῦ ἐνδοξοτάτου αὐθέντου καὶ πατρός μου τοῦ ἁγίου Βασιλέως, ἐκείνου σέπτῳ χρυσοβούλλῳ, καὶ ἡ Βασιλειά μου ἄξιον κρίνει ταῦτας ἐπικυρῶσαι, τῷ αὐτοῦ ὡρισδεξαμένη ἡμετέρᾳ ἐκεσίαν, θέλζει καὶ βούλεται, ὅπως αὐτό τε χρυσόβουλλον, καὶ πάντα, καὶ καθ' ἕκαστον τὰ ἐν αὐτῷ ἐμπεριλημμένα τῷ ἐκ τῆς ἡμετέρας δωρεᾶς ἐπικύρωσίν τε κατέχουσι καὶ βεβαίωσιν. Καὶ αὐτῶν μὲν τοί γε ἐμπληρούντων καὶ φυλαττόντων ὅσα τῇ ἡμετέρᾳ Βασιλείᾳ ἐπηγείλαντο, ἐν αὐτῷ τῷ σέπτῳ χρυσοβούλλῳ ἐγλαμβανόμενα. ἐκφανέστερόν τε ὡρισταμένη ἡ Βασιλεία μου, μή τι κωλύτορον αὐτοῖς ἐπεσχῆναι ἕνεκα τοῦ μεγέθους τοῦ μέτρου τῆς πήχεως, μήτε μέν τινος ἄλλης αἰτίας· εἰ μὴ κατάδηλον γέγονεν ὅτι τὸ ἐγλαμβὰν χρυσόβουλλον παρεσχέθη αὐτοῖς. Εἰς οὗ δὴ ὡρόγματος μνήμην τε καὶ ἐχύρωσιν, τῷ παρόντι σέπτῳ χρυσοβούλλῳ γράμμασιν, ὡς ἔθος, ἐρυθροῖς ὑπογράψας, ἐβούλθη χρυσῇ ἡ Βασιλειά μου κρατυνθῆναι ὡρσέταξε.

†Ἰω ἐν. Χῳ τῳ Θῳ πιστὸς Βασιλεὺς ἐν Αὐτοκράτωρ ῥωμαί ὁ Παλαιολόγος.

CUM per Consulem Narbonensium conversantium in Constantinopoli pro parte Universitatis Narbonæ nostro Imperio extiterit supplicatum, quatinus immunitates, franchisias, & libertates eis concessas per divæ memoriæ quondam dominum & genitorem nostrum sanctum Imperatorem, per sacrum privilegium Imperiali aurea bulla munitum dignaremur sibi gratiosius confirmare, Imperium nostrum ipsa sua supplicatione admissa, benigne vult ac præcipit, quod ipsum privilegium, & omnia & singula in eo contenta confirmationem de nostra munificentia & robur obtineant. Ipsis tamen semper adimplentibus & servantibus quæcumque per eos nostro Imperio sunt promissa, in eodem privilegio comprehensa. Mandando expressius, ne ulla sibi novitas inferatur de majoritate mensuræ Picbi, nec alia de causa, nisi prout sibi factum fuit tempore concessionis sacri privilegii memorati. In cujus rei firmitatem atque memoriam præsenti sacro privilegio litteris rubeis Imperialibus subscripsimus more solito, & bulla aurea pendenti Imperii nostri jussimus roborari.

a *Greg. l. 11. p. 384. E. R. Cantac. l. 2. 6. 14. 24. 34. Phranz. l. 1. c. 12.*
b *Hist. Fr. Byz. l. 8. n. 17.*
c *Phranz. ibid. Spandug. p. 184. Froissart. 3. vol. c. 22.*
d *Greg. l. 11. p. 377. E. R.*
e *Gregor. l. 10. p. 339. E. R.*
f *Cant. l. 3. c. 2.*
g *Cantac. l. 3. c. ult. l. 4. c. 4. Ducas c. 5. Jo. Villan. l. 2. c. 27.*
h *Cantac. l. 3. c. 36.*
i *Idem l. 3. c. 37.*
k *Idem l. 4. Ducas c. 8. 9. 10. Vita Urbani V. p. 180. Matth. Villan. l. 4. c. 46. Pseudo-Synod. Palamit. p. 138. 170.*
l *Phranz. l. 1. c. 18. Ducas c. 13.*
m *Petav. in Ration. temp.*
n *ad Duca cap. 13.*
o *Catalog. Impp. CP. p. 82.*
p *Phranz. l. 2. c. 2. Laon. l. 2. 9. p. 53. 305. ed. Gen.*

Filii Joannis Palæologi Imp. ex Helena Cantacuzena.

VIII. [a] ANDRONICUS PALÆOLOGUS, Despota, a [b] patre IMPERATOR appellatus est: [c] sed cum in eum conspirasset, seseque adjunxisset Cuntuzæ Amurathis filio, idem facinus in patrem aggresso, comprehensus una cum filio Joanne Palæologo, uterque luminibus privatur, & in Anemæ carcerem retruditur. Neque tamen visum prorsus amisit Andronicus, sed altero tantum oculo laboravit: Joanni vero ita adempta oculorum acies, ut oblique intueretur. Scribit Phranzes libertati redditum, Constantinopoli & rerum administrationi præfectum fuisse Andronicum a patre in Italiam & Franciam auxilii quærendi gratia pergente. Verum istius Joannis post exactum Cantacuzenum in Italiam & Franciam itineris nullus alius scriptor meminit, quod filio Manuelis adscribi debet. Tradit deinde Ducas Andronicum post biennium carcere evasisse Genuensium Galatensium ope, ab iisque, ut & a Bajazethe Turcorum Sultano, & Sismanno socero, adjutum, patri bellum intulisse: paceque inter patrem & filium in speciem composita, & execrandis sacramentis utrinque firmata, iis posthabitis, arrepta tyrannide Andronicum Constantinopolim ingressum, patrem & Manuelem fratrem, in eodem quo ipse inclusus fuerat carcere Bulgaris satellitibus custodiendos dedisse, in quo perinde biennium exegere. [d] Ad id porro temporis referenda est Amedei VI. cognomento Viridis, Sabaudiæ Comitis, in Joannis Imperatoris agnati auxilium in Græciam suscepta militaris expeditio: in qua quidem Turcos & Bulgaros non semel fudisse, & Varnense oppidum obsidione cinxisse tradunt scriptores. Cujusdam denique Diabolangeli ope e carcere elapsi pater & filius, ad Sultanum Bajazethem confugerunt: quorum fuga cognita, Andronicus, seu tæderet impietatis, seu vereretur ne enata civili ac domestica discordia, quod Imperii reliquum erat pervaderent Turcæ, revocatum patrem solio restituit, Selybria, (ubi & obiit) & vicinis aliquot oppidis ad vitæ subsidium impetratis, transfusoque in Manuelem fratrem in Imperium jure omni. [e] Andronici porro filius, cujus mentio injecta est, *Joannes Palæologus*, [f] post patris mortem Selybria potitus, Constantinopolim venit: indeque, patrui veritus insidias, ad Bajazethem concessit, a quo benigne exceptus est, & Selybria quæ in Manuelis potestatem redierat, expugnata, eidem præfectus. Verum cum Joannes, quasi causa ipse fuisset quominus Byzantium, quam obsidione cinxerat, in ditionem veniisset, Bajazethis incurrisset offensam, Constantinopolim venit, & a patruo humaniter exceptus, ab eo in Italiam & Franciam pergente Constantinopoli præfectus est. [g] Rem paulo aliter Ducas commemorat: scribit quippe Manuelem accepto nuntio Joannem cum ingentibus Turcorum copiis adventare, cum nepote in gratiam rediisse, cessisseque urbe & Imperio, eique summam rerum tradidisse, dum ad Christianos Principes, quos ad impendendum rebus Græcorum afflictissimis auxilium concitaret, in Italiam, Franciam, & Germaniam ipse proficisceretur. [h] Ajunt Buticaldum Marescallum, qui Constantinopoli, cum aptis Francicis copiis ad Urbis tuitionem a Carolo VI. Rege Francorem missus, tum morabatur, hisce patruum inter & nepotem pactis operam haud inutilem contulisse: quibus quidem cautum scribit vitæ ejusdem Buticaldi scriptor, ut Joannes urbem tueretur, *velut Imperator*, quamdiu Manuel in peregrinatione sua, ad quam ineundam impulsus a Marescallo fuerat, moraretur. [i] Tempus initæ istius reconciliationis observat Additio MS. ad calcem historiæ Nicephori Gregoræ ex Bibliotheca Regia, in qua Joannes & Andronicus Pater Imperatorum titulo donantur. Sic autem se habet: *Ἐτελεύτησε ἡ. ἰνδικτιῶνος ἡ. μηνὶ Δεκεμβρίῳ δ'. ἤλθεν ὁ Βασιλεὺς Ἰωάννης ὁ υἱὸς Κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ Βασιλέως ἐν Κωνσταντίνου πόλει ἱερωτικῶς, προγεγονότων ὅρκων μετὰ συμφωνιῶν. Τῇ δεκάτῃ δὲ αὐτοῦ Δεκεμβρίου ἐξῆλθεν ὁ ἀνδύντης ἡμῶν ὁ Βασιλεὺς Κύριος Μανουήλ: ἀναβὰς εἰς τὰ κάτεργα τῆς Βενετικῶν ἐξαποδημήσειν εἰς τὸν Φραγγίαν ἕνεκεν βοηθείας τῆς ἱερωτάτης Κωνσταντίνου πόλεως καὶ τῶν ἀνατολικῶν μερῶν. Anno* MMMMMMDCCCCVIII. (*Christi* MCCCXCIX.) *Indictione* VIII. IV. *Decembris venit Imperator Dominus Joannes, filius Domini Andronici Imperatoris, Constantinopolim, pacifice, post inita Sacramenta & pacta. Decimo vero ejusdem mensis Decembris egressus est Dominus noster Imperator Dominus Manuel, ascensis Venetorum navigiis, in Franciam peregrinaturus, propter auxilium dictæ urbis Constantinopoleos, & Orientalium provinciarum.* [k] Exacto in Europæanas regiones itinere, & post fusos a Temire Turcos, & Bajazethis interitum, securior factus Manuel, in urbem rediit, nepote a rerum gubernatione exempto, & in Lemnum insulam relegato. [l] Mox, inita rursum concordia, Thessalonicæ, quam recens a Turcis receperat, hunc principatu donat; qui ad filium tertiogenitum Manuelis, Joanne mortuo, postea redit. Meminit Joannis uxoris Historia Buticaldi: sed an ex ea liberos genuerit, incertum. Imperii annos 11. cum dimidio Joanni attribuit Catalogus Impp. Codino subjunctus, addiqueMonachum factum, JOASAPHUM appellatum.

Edit. Paris. pag. 241.

VIII. MANUEL PALÆOLOGUS Imperator, de quo mox.

VIII. [m] THEODORUS PALÆOLOGUS Porphyrogenitus, Principatum Spartanum, seu Peloponnesiacum, post Manuelis Cantacuzeni, Joannis Imperatoris filii, obitum, qui anno MCCCLXXX. accidit, in hæredii paterni sortem obtinuit: [n] quem quidem contra Turcorum vires tueri se vix posse cum agnosceret, oppidis aliquot primo cum Venetis anno MCCCXCIV. commutatis, quibus Argon & Thermisan concessit, Spartam & Corinthum Militibus Rhodiensibus pretio distraxit. Sed incolis iis parere renuentibus, eadem oppida recepit anno MCCCCIV. trienniogue post vita excessit. [o] Orationem ejus funebrem exaravit Manuel Imperator frater, quam dedit vir pereruditus Combefisius. [p] Uxorem duxerat BARTHOLOMÆAM, Rainerii Acciaivoli Athenensis Ducis filiam, quæ Corinthum in dotem attulit, nullis ex ea susceptis liberis. [q] Scribunt alii Rainerii Ducis Athenensis filiam Franciscam Theodoro Palæologo, Bartholomæam vero natam alteram Carolo Tocco Acarnaniæ & Artæ Principi, nupsisse. Habuit porro Theodorus ex concubinis nothos aliquot.

a *Ducas c.* 11.
b *Cantac. l.* 4. *c.* 52.
c *Ducas c.* 12. *Laon. l.* 1. 2. *p.* 29. 31. 39. 40. *Phranz. l.* 1. *c.* 16. 17. 18. *Hist. Polit. p.* 1.
d *Vita Urbani V. Froissart.* 3. *vol. c.* 22. *Guichenon. in Hist. Sabaud.*
e *Ducas c.* 14.
f *Laonic. l.* 2. *p.* 54. 55. *E. R.*
g *Ducas c.* 14.
h *Hist. Buticaldi Marescalli p.* 133.
i *Cod.* 557.
k *Ducas c.* 18.
l *Ducas c.* 23.
m *Ducas c.* 12. *Phranz. l.* 1. *c.* 13. 19. *l.* 2. *c.* 10. *Laon. l.* 1. 2. 4. *p.* 33. 43. 121. *E. R.*
n *Chron. Venet. Byz. Laon. l.* 2. *p.* 63. 64. *E. R.*
o *Chron. Veneto. Byz. Phranz. l.* 2. *c.* 10. *Laon. ibid.*
p *Laon. l.* 4. *p.* 137. *E. R.*
q *Duca della Guardia nella famigl. Acciaivoli.*

VIII. [a] DEMETRIUS PALÆOLOGUS. [a] Hujus meminit Phranzes.

VIII. [b] IRENE PALÆOLOGINA, [c] oblata primo est in uxorem Petro II. Regi Cypri, Legatis in hunc finem in Cyprum insulam a patre missis, [d] quibus, rebus infectis, redeuntibus, BASILIO COMNENO II. Imperatori Trapezuntino copulatur.

VIII. MANUEL PALÆOLOGUS, *e Joannis Imperatoris filius nothus, celebratur potissimum a scriptoribus ob victoriam insignem navali prælio, quod cum Musa Sultano Turcico iniit, partam: quæ ei postmodum exitii causa fuit. Quippe Manuel Imperator, seu vereretur ne hoc successu elatus tyrannidem meditaretur, seu, ut alii produnt, quod viri fortissimi gloriæ invideret, Manuelem in carcerem cum liberis conjecit, in quo post annos* XVII. *e vivis tandem excessit.*

VIII. MAUEL PALÆOLOGUS, [f] Imperator, coronatus est a patre XXV. Septembr. an. MCCCLXXIII. Andronici fratris primogeniti consensu, qui jus omne suum ultro in Manuelem transmisit. [g] Rem ex Laonico & aliis supra attigimus, & ut Joannes Andronici filius in Manuelem patruum postmodum insurrexerit, ac seditionum motus pro recuperanda Augusta digni-

Edit Paris. pag. 242.

tate excitarit. Atque hæc quidem bella interna ac civilia, pleraque quæ supererant ex Imperii oppidis pervadendi & expugnandi Turcis dedere occasionem: contra quos Principum Christianorum opem imploravit Manuel, præsertim Francorum Regis Caroli VI. ad quem Dom. Nicolaum de Natala Militem Legatum misit; cui B etiam ut ad Regem Angliæ pergeret præscriptum fuit. Id ex Computo Franciſci d' *Auno*, an. MCCCXCVII. cujus supra meminimus, docemur, & mille Francos aureos ex Subsidio pro negotiis Christianitatis imposito eidem Nicolao persolutos. [h] Alium præterea ex Cantacuzenorum gente Legatum ad eumdem Regem haud

a *Phranz. l. 1. c. 25.*
b *Cantac. l. 4. c. 32.*
c *Lovedano l. 8.*
d *Gregor. l. 11. p. 317. E. R.*
e *Laon. l. 4. p. 116. E. R. Phranz. l. 1. c. 30.*
f *Bulald. ad Ducam c. 12.*
g *Laon. 1. p. 31. E. R.*
h *Hist. Bucicaldi p. 117. 131. 138. 193. Duret c. 13.*

multo post misit Manuel, opis exposcendæ perinde gratia, quæ a Rege benigne submini-
strata est, misso Bucicaldo Marescallo cum idoneis Francicis copiis. Is in Græciam, atque adeo Constantinopolim, profectus, cum Turcis non semel congressus est, eosque variis præliis contudit ac delevit. Joannem Palæologum cum Manuele Imperatore patruo reconciliavit, Manuelique persuasit, ut in Italiam ac Franciam ipsemet pergeret, & a Principibus Christianis adversus Græciam pervadentes Turcos auxilium deposceret. a Ex quo Manuel, rerum publicarum cura Joanni nepoti tradita, iter aggressus est, & in Franciam, atque adeo Lutetiam Parisiorum pervenit anno MCCCC. ubi perhumaniter acceptus est a Rege Carolo, eique in Luparæo Palatio assignatum domicilium. Quo quidem tempore Joannis Comitis Claromontensis, Borboniensis Ducis filia cum Maria Biturica nuptiarum solemnitati interfuit. Scribit Dorronvillæus Manuelem fuisse * *Nobilem Principem & venerandæ canitiæ senem*. b Quidam porro, uti jam monuimus, perperam scripsere Joannem Manuelis patrem in Franciam pariter veniisse: cum id Manueli filio adscribi iter debere in confesso sit, c neque ultra Italiam processisse Joannem d ubi cum Urbano V. Summo Pontifice de afflictis Græcorum rebus ac provinciis, iisque adjuvandis egit anno MCCCLXIX. Cætera quæ a Manuele gesta sunt, pluribus prosequuntur scriptores, & ut eo imperante Constantinopolis obsidione cincta ac pene expugnata fuerit a Turcis Indict. XV. anno MCCCXXII. Imperii XXXII. cujus obsidionis descriptionem peculiari commentario exaravit e Joannes Cananus, f attigere vero ejusce ætatis Historici. g Denique cum in extrema senectute esset, abdicata, Joannique filio rerum cura commendata, totus secessui, divinarumque Scripturarum lectioni se dedit: quippe Princeps fuit ingenii dotibus præcellens, litterarum ac disciplinarum scientia excultissimus, & eloquentia præstantissimus, quod testantur h edita ejus opera, maximeque præclara quæ filio ad rempublicam gubernandam præcepta conscripsit. i Obiit tandem ex apoplexia XXI. Julii anno MCCCCXXV. cum biduo ante Monachi habitum induisset, in vitæ mutatione MATTHÆUS nominatus: & in Monasterio Pantocratoris sepultus fuit. Vixit annos LXXVII. & dies XXV. Ita Phranzes: sed quod subdit imperasse annos XXXII. non omnino cohæret cum anno Joannis patris obitus, quem annum Christi MCCCXC. vel sequentem fuisse indicavimus: a quo ad annum MCCCCXXV. intercedunt XXXV. anni. Perperam etiam imperasse Manuelem annos XII. menses IV. dies XXV. traditur in Catalogo Impp. Codino subdito. Ita perinde mendum irrepsit in k Historia Politica, quæ XXV. Imperii annos Manueli attribuit. At si quod l Ducas videtur scribere, fato functum Manuelem eo quo obsessa est Constantinopolis a Turcis anno MCCCCXXII. verum esset, legitimus esset Phranzæ calculus: verum ex iis quæ consequenter tradit idem Ducas extinctum Manuelem, quo fratrem Amurathes interemit anno, refellitur: cum hanc fraternam cædem ad Hegiram DCCCXXVII. ac proinde Christi annum referant m Annales Turcici, ut mortem Manuelis ad annum MCCCCXXV. exerte Phranzes, idque omnino colligatur ex Joannis filii Imperii annis. n IRENEM, seu HELENEM, uxorem duxit, Constantini Dragasis, istius Macedoniæ regionis quæ Axio fluvio alluitur, Principis filiam: o excessit illa XIII. Martii, anno MCCCCL. in eodem quo conjux sepulchro condita. Habitum porro monachicum induerat paulo ante obitum, HYPOMENES assumpto nomine: „unde colligimus orationem illam funebrem Hypomenes Imperatricis, quæ Georgium Gemistum Plethonem agnoscit auctorem, exaratam fuisse in honorem Irenes Manuelis uxoris. Manuelis porro & Helenes uxoris, ut & Joannis, Theodori, & Andronici filiorum effigies hic delineari curavimus ex MS. Codice operum Dionysii Areopagitæ, quem idem Manuel ad Monasterium S. Dionysii in Francia, ubi asservatur, per Manuelem Chrysoloram Legatum suum misit anno MCCCCVIII. ut præfert eidem subdita inscriptio, quam ut & ipsas effigies, beneficio R. P. D. Joannis Mabillonii Benedictini, viri doctissimi ac perhumanissimi, sumus consecuti.

Edit. Paris. pag. 243.

Filii Manuelis Palæologi Imp. ex Irene.

IX. JOANNES PALÆOLOGUS Imperator, de quo mox.

IX. THEODORUS PALÆOLOGUS, Selybriæ Despota, q Theodoro Porphyrogenito patruo extincto, Spartanum Principatum a patre obtinuit. r CLEOPEN, Malatestæ Comitis Riminensis in Italia Domini filiam, uxorem duxit, quæ ab ejusce ævi scriptoribus Imperatricis titulo donatur. Initæ porro eæ nuptiæ circa annum MCCCCXIX. eodem ferme tempore quo Joannis fratris cum Sophia Monferratensi. s Ex peste obiit Selybriæ anno MCCCCLVII. cum longe antea ditiones omnes suis & oppida resignasset fratri Constantino, habitumque Monachi induisset. Illius cadaver Constantinopolim relatum, in Monasterio Pantocratoris humatum est. t Uxor vero excessit anno MCCCCXXXIII. Ex iis nata u *Helena*, Joannis II. Regis Cypri uxor. Fallitur enim Dolionus, qui Andreæ Theodori nepotis, filiam dixit. Neque majorem fidem meretur x Josephus Scaliger, scribens Theodorum Joannam Petri Siciliæ Regis filiam duxisse, ex eoque natam conjugio Magdalenam Bonifacio Scaligero, Julii Cæsaris, Josephi parentis, patruo enuptam, cum hæc gratis, nulloque vade tradantur.

IX. ANDRONICUS PALÆOLOGUS y Thessalonicam & adjacentem regionem in hæredii sortem habuit, quam Venetis vendidit: sed mox Thessalonicam expugnarunt Turci anno MCCCCXXIX. quo ille ex elephantiasi obiit Constantinopoli IV. Martii in Pantocratoris Monasterio, in quo monachicam vestem induerat, ACACIUS nominatus. *pag. 244.*

IX. CONSTANTINUS PALÆOLOGUS, Imp. de quo mox suo loco.

a *Monstrellet. 1. vol. c. 4. d'Oronville c. 85. Manuel. orat. in Theodor. Despot. fratr. p. 1129. Ducas c. 14. Laon. l. 1. p. 32. E. R. Phranz. l. 1. c. 20.*
b un noble Prince & bel vieillart le.
b *Phranz. l. 1. c. 17.*
c *Ducas c. 17.*
d *Vita Urbani V. p. 180.*
e *Canan. edit. ab Allat.*
f *Ducas c. 28.*
g *Phranzes l. 1. c. 40.*
h *Ducas c. 28.*
i *Edita a Leunclav. an. 1578. Allat. de Simeon. p. 103. 114. 132. Labbeus in nova Bibl. p. 87. Phranz. l. 1. c. 43.*
k *Hist. Polit.*
l *Ducas p. 205.*
m *Annales Turc. Leunclav.*
n *Phranz. l. 1. c. 19. Laon.*
o *Phranz. l. 3. c. 2.*
p *Allat. de Georg. p. 386. Labb. nova Bibl. p. 92.*
q *Ducas c. 23.*
r *Ducas. Antbos. Gemistus Pleto apud Labbeum in nova Bib. p. 92.*
s *Phranz. l. 2. c. 3. 19.*
t *Idem l. 2. c. 10.*
u *Idem l. 3 c. 5. Volaterr. l. 10. Spandug. p. 189. Stepb. Luzinian.*
x *Jos. Scaliger in ep. de gente Scal.*
y *Ducas c. 23. 29. Phranz. l. 2. c. 3. Laon. l. 4. p. 36. E. R. Hist. Polit. p. 3.*

IX. DEMETRIUS PALÆOLOGUS [a] Porphyrogenitus Florentino Concilio cum fratre Joanne Imperatore interfuit. Exhinc a fratre Constantino Imperatore facto, Peloponnesi Principatu donatus est: quem cum adversus vicinos Turcos servare ac tueri vix posset, Christianorum Principum opem expetiit, præsertim Caroli VII. Regis Francorum, legatione ad eum anno MCCCCLV. instituta, cum sequenti, quam ex autographo eruit V. C. D. Herouvallius, epistola.

SANCTISSIMO *Principi & excellentissimo Domino Regi Francorum*, &c. *Demetrius in Christo Deo fidelis Despotus Romeorum Palæologus, salutem & prosperos ad vota successus. Etsi rarius nostras ad Serenitatem tuam litteras, aut oratores, propter locorum distantiam de rebus opportunis mittere soliti simus; eam tamen toto animo & complectimur & veneramur, cum domus nostræ necessitudine, tum innumeris Celsitudinis tuæ virtutibus, & clarissimi animi tui excellentia. Nam cum Christianæ religionis Reges, Principes, & familias præstantissimas recenseo: neque majorum nostrorum temporibus ullum invenio, qui religionem nostram tanta diligentia, studio, ardore, curaverit, tutatus sit, defenderit, vitam denique & facultates omnes exposuerit, quam gloriosissimi progenitores tui Francorum Reges, neque ullus in hac calamitosa ætate nostra existit, in quo tantum spei sit, ut labenti fidei subveniat, quantum in te uno, Serenissime Princeps. Cujus ego spe fretus, cum animi tui magnitudinem videam, & quod majorum tuorum promptissimo animo vestigia sectaris: qui pro tuenda Christiana religione sæpenumero sanguinem effuderunt: & quod neque laboribus, neque sumptibus parcere decreviſti, visum mihi est nobilem virum familiarem nostrum Francalium servopulum, fratrum olim meorum Imperatorum Cancellarium, & Romeorum Judicem Generalem, præsentium latorem ad Celsitudinem tuam oratorem mittere, cum res necessariæ Christianorum id exigere videantur. Ejus igitur verbis, quæ meo nomine Serenitati tuæ referet, placeat plenam fidem adhibere. Ex Peloponneso XII. Decembris* MCCCCLV.

Δημήτριος ἐν Χῷ τῷ Θῷ πιστὸς Δεσπότης Ρωμαίων ὁ Παλαιολόγος.

Hæc verba Græca grandioribus litteris ex sacro encausto sive cinnabari exarata.

Sigillum litteris appositum ex cera rubra papyro obducta Aquilam cum alis expansis, bicipitem, & cum bina coronula repræsentat: inscriptio iisdem characteribus concepta est quibus litterarum subscriptio.

Scripsit in ejusdem Servopuli gratiam Regi Carolo Callistus Pontifex XXIV. Febr. eodem anno, quem ob utriusque linguæ cognitionem mirifice commendat. [b] Sed mox orto cum Thoma fratre dissidio, dum invicem infestis armis ac animis bello contendunt, expeditione adversus utrumque suscepta superveniens Sultanus Mahumetes II. Spartam recta progreditur, ubi tum commorabatur Demetrius: qui tam formidando impar hosti, eidem ultro obviam processit, universaque cessit Peloponneso, data insuper, vel sane pacta in uxorem Sultano filia. Ipse vero a Mahumete Adrianopolim relegatur, annua ad vitam aureorum pensione donatus. Tradit [c] Chronicon Veneto-Byzantinum Demetrium, uxorem & filiam in Sultani potestatem venisse XXX. Maii anno Christi MCCCCLX. & in Sarajum deductam Demetrii filiam. [d] Obiit tandem infelix Princeps Adrianopoli anno MCCCCLXXI. Monachi prius sumpta veste, DAVID que in vitæ mutatione appellatus. Bis nuptias inierat, ac [e] primo cum ZOE, Paraspondyli Magni Ducis filia, exeunte Martio anno MCCCCXXXVII. [f] quæ triennio post obiit, conjuge in Italia tum commorante. [g] Alteram postea sibi adscivit conjugem anno MCCCCXLII. AZANINAM, Pauli Azanis filiam, Matthæi Asanis sororem, qui eo ævo primas in aula Constantinopolitana obtinebant. Hæc marito aliquot mensibus superstes vixit. Ex his secundis nuptiis nata filia unica [h] anno MCCCCXXXVIII. [i] quam Mahumetes Sultanus in legitimam conjugem accepit, cum Peloponnesum expugnavit. Obiit illa aliquot annis ante patrem. [k] Scribunt porro Spanduginus & auctor Historiæ Politicæ, non revera in uxorem ductam a Sultano, sed ducturum se tantum pollicitum, veritumque ne ab ea veneno tolleretur, Adrianopoli relictam, ubi virgo obierit. *Edit. Paris. pag. 245.* At contrarium tradit Phranzes, a quo Sultani uxor semper appellatur.

IX. THOMAS PALÆOLOGUS, de quo post Constantinum fratrem.

IX. MICHAEL PALÆOLOGUS, filiis Joannis Imperatoris accensetur a Volaterrano: at [l] Ducas exerte ait Joanni sex masculos tantum extitisse supra recensitos.

IX. [m] ZAMPIA PALÆOLOGINA, *Manuelis filia notha*, HILARIO DORIÆ *Nobili Genuensi nuptum data a patre anno* MCCCXCIII. *ut quidam volunt; ex quibus nuptiis nata filia, quam idem Manuel Mustaphæ Bajazethi Gilderuni Sultani filio uxorem dedit.*

a *Phranz. l. 2. c. 11. l. 3. c. 1. l. 4. c. 7. 22. 23. & seqq. Laonic. l. 8. & 9. Ducas c. 42. Georg. Trapez in Compar. Platon. & Arist. c. pen. Pius II. in Europa c. 11. Philelph. l. 8. ep. p. 169.*
b *Gabellinus l. 8. Comment. Pii II. p. 192.*
c *Edit. a Rulliald. Anthos.*
d *Phranz. l. 3. c. 29. 30. Laon. l. 9. p. 320.*
e *Phranz. l. 2. c. 21. l. 3. c. 22.*
f *Ducas c. 31.*
g *Phranz. l. 2. c. 17. l. 3. c. 22. Laon. l. 6. p. 202. E. R. Hist. Polit. p. 18.*
h *Phranz. l. 2. c. 17.*
i *l. 3. c. 22. 25. 30. Laon. l. 9. p. 301. E. R.*
k *Hist. Polit. p. 18. Spandug. p. 192.*
l *Ducas c. 33.*
m *Hist. Polit. p. 2. Phranz. l. 1. c. 41. Itinerar. Regina Poloniæ p. 337.*

IX. JOANNES PALÆOLOGUS [a] Porphyrogenitus, [b] Imperator coronatus est, patre adhuc superstite, [c] qui ob ingravescentis ætatis incommoda abdicata rerum omni cura, filio regendum Imperium commisit. [d] Pacate vixit cum Amurathe: [e] & ut Christianos Principes sibi conciliaret, & ad opem sibi ferendam pelliceret, in Concilio Florentino, cui interfuit cum Demetrio fratre, Constantinopolitano Patriarcha, cæterisque Græcis Episcopis, Romanæ Ecclesiæ fidem amplexus est. Gesta hæc annis MCCCCXXXIX. & MCCCCXL. [f] Discessum vero Joannis ex Urbe, ut Venetias appulerit, ut Josephus Patriarcha Romam venerit, cum Summo Pontifice collocutus fuerit, ut ab eo exceptus Joannes, ut denique in Concilio Florentino consederit, ex picturis antiquis, in æreis tabulis incidi & delineari curarunt primi Typographiæ Regiæ curatores, quibus Historiæ Byzantinæ scriptores in librorum lemmatibus exornarent, non indicatis cæterum locis unde defumptæ fuerint, tametsi vero simile sit has ex antiquis tabellis, vel certe Codicibus manuscriptis, excerptas. [g] Obiit ex podagra die XXXI. Octobr. anno MCCCCXLVIII. sepultusque fuit in Pantocratoris Monasterio. Vixit annos LVII. menses X. dies XV. Imperavit vero annos XXIII. menses III. dies XIII. vel X. ut [h] alii rectius scribunt. [i] Primis nuptiis uxorem duxerat ANNAM RUSSICAM, Magni Moscoviæ Ducis filiam, annos tum XI. natam, quæ ex peste obiit Constantinopoli anno MCCCCXVII. & in Libis Monasterio sepulta fuit. Hanc filiam fuisse existimem Basilii Magni Moscoviæ Ducis, qui sub anno MCCCC. vivebat. [k] Exinde SOPHIAM PALÆOLOGINAM, Joannis II. Monferratensis Marchionis ex Isabella Majoricana conjuge filiam, XXI. Januarii anno MCCCCXX. patre adhuc superstite in secundam conjugem sibi delegit. [l] Verum eo extincto, quod minus se a conjuge amari animadverteret, formæ licet elegantis, (contrarium asserit Phranzes) tum etiam quod alias is sectaretur, clam Constantinopoli egressa, in Italiam rediit mense Augusto anno Christi MCCCCXXVI. Divulsam a marito, Manuele adhuc superstite, videtur scribere Ducas. Nec multo post Joannes tertio conjugio cum [m] MARIA COMNENA, Alexii Comneni Imperatoris Trapezuntini filia, copulatur. Venit illa Constantinopolim XXIX. Augusti anno MCCCCXXVII. [n] nuptiarum vero ceremoniæ peractæ mense Septembri subsequenti. Obiit conjuge in Italia adhuc commorante. Nullos porro ex his tribus uxoribus liberos habuit Joannes.

Edit Paris. pag. 246.

IX. CONSTANTINUS PALÆOLOGUS, quartus Manuelis Imperatoris filius, [o] DRAGASES ex materno cognomine appellatus, [p] Regiones Ponti Chazariæ conterminas a patre in hæredii sortem, deinde a fratre Peloponnesi Principatum obtinuit, quem contra incursantes Turcos ægre tutatus est. Joanni demum fratri mortuo succedens, [q] Imperator coronari noluit, quod Imperii pacatam possessionem habiturum se numquam, Turcosque se imperante quod provinciarum ac oppidorum reliquum erat invasuros, probe nosset: quod & accidit. Quippe Mahumetes II. Constantinopolim vi cepit [r] die Martis XXIV. Maii, obsidionis LII. anno Mundi juxta Græcos MMMMMMDCCCCLXI. Christi MCCCCLIII. Constantinus in ipsa oppugnatione interemptus est, [s] ejusque caput hastæ imposi-

a *Catalog. Impp.*
b *Ducas c. 23. 28.*
c 29.
d 31. *Phranz. l. 2. c. 1.*
e *Hist. Concil. Florent. Phranz. l. 2. c. 13. & seqq. Ducas.*
f *Vide indicem Goari ad Codinum initio.*
g *Ducas c. 33. Phranz. l. 2. c. 19.*
h *Catalog. Impp.*
i *Phranz. l. 1. c. 38. Laon. l. 4. p. 136. E. R. Ducas c. 20. Hist. Polit. Sigism. Herberst. de reb. Moscov. p. 6.*
k *Ducas c. 20.*
l *Phranz. l. 1. 38. 41. Ducas c. 30. Laon. l. 4. p. 136. l. 5. p. 158. E. R. Hist. Polit. p. 2.*
m *Phranz. l. 3. c. 1. Ducas c. 20.*
n *Ducas c. 31.*
o *Theod. Zygomal. epist. 96. Hist. Polit. Spandug.*
p *Ducas c. 23. Chron. Veneto-Byz. an. 1443. 1444. Phranz. l. 2. c. 1. 2. 9.*
q *Ducas c. 33.*
r *Ducas c. 39. Phranz. Laonic. &c.*
s *Bulla Pii II.*

um

tum in Turcorum castris circumlatum. [a] Uxorem duxerat mense Julio anno MCCCCXXVIII. THEODORAM, Leonardi de Tocco Comitis filiam, Caroli II Comitis Cephaleniæ & Zacynthi neptem, qui in istius conjugii gratiam aliquot quæ in Peloponneso obtinebat oppida & castra, Despotæ Constantino ultro concessit. Obiit illa mense Septembri anno MCCCCXXIX. & Clarentiæ, Peloponnesi urbe, sepulta fuit. [b] Anno denique MCCCCXLI. alteram sibi uxorem copulavit, CATHARINAM, Notaræ Palæologi Catelusii Lesbi insulæ Principis filiam, quæ Palæocastri Lemni insulæ urbe obiit anno MCCCCXLIII. nullis ex utraque conjuge procreatis liberis. Unde erroris arguere licet scriptores aliquot, [c] Monstrelletum scilicet, qui Amurathem Constantini uxori in ipsa æde Sophiana stuprum intulisse, hancque in Sarajo inclusisse Sultanum Mahumethem commemorat: [d] Crusium præterea scribentem, uxorem & liberos coram Sultano ad mensam prandente capite truncatos: [e] Theodorum etiam Zygomalam, pridie quam Urbs caperetur, divinis prius munitos Sacramentis, ne in Barbarorum manus caderent, capite truncari præcepisse: denique, [f] Æneam Silvium, Constantini filium capta urbe Peram confugisse, ibique a Turcis obsidione cinctum, tradentem: quæ quidem a scriptoribus istis perperam relata procul absunt a vero, jureque ab [g] Allatio viro doctissimo, ut futilia & absona confutata sunt. [h] Vixit Constantinus annos LIX. menses III. dies XX. imperavit annos IV. menses VII. Hunc tamen Imperatoribus haud accenset [i] Ducas, ut qui Imperatorem numquam se dixerit, tametsi ab Principibus exteris ita compellaretur: unde Joannem fratrem postremum ex Imperatoribus Constantinopolitanis fuisse ait. Observarunt pridem historici, imperium Constantinopolitanum a Constantino M. inchoatum, in alio Constantino desiisse. [k] Sed & Leo Philosophus in Oraculis jam olim prædixerat Imperium finem habiturum, imperante eo, cujus nomen per K litteram inciperet. Porro priusquam ad reliquum Palæologorum stemma progrediamur, præstat Caroli VII. Francorum Regis, & Franciæ Cancellarii ad eumdem Constantinum, & ad Bessarionem Cardinalem scriptas epistolas hactenus ineditas, haud ingrato parergo hoc loco describere; ex quibus docemur sollicitatum fuisse a Constantino per nuntios Regem de auxilio Græcis impendendo, quod bellis domesticis & Anglicis impeditus subministrare haud potuit. Has porro ex Camera Comput. Paris. excerptas nobiscum communicavit V. C. D. Herouvallius.

„ SERENISSIMO ac potentissimo Principi „ Constantino Dei gratia Despoti Regi Ro„ meorum o Palæologos, Fratri ac consanguineo „ nostro carissimo, KAROLUS eadem gratia, sa„ lutem, & ad expugnationem inimicorum Chri„ sti virtutis incrementum optatum. Per Nico„ laum Stanissam Vestræ Benevolentiæ nuncium „ litteras ejusdem credentiales benigne suscepi„ mus, ac intellectis per eum luculenter explica„ tis, Vestræ Providentiæ magnanimitatem bel„ licosque sudores in æmulorum Christianæ reli„ gionis impugnatione, dignis merito præconiis „ extollentes, turbationibus & inquietationibus, „ quas ab eisdem continue sustinetis, pro dolore „ compatimur; & ex hoc maxime, quod pro nunc „ firma pace nondum sopita, cunctis nationibus „ cognita novissima Regni nostri turbatio Nos ad „ requisita non sinit intendere. Nihil enim Nobis „ optabilius esse posset, quam contra fidem or„ thodoxam impugnantes more progenitorum no„ strorum Vos coadjuvando, Regni nostri robur „ & militiæ nostræ vires impendere. Confidite „ tantum, quod si stabili pace cum hostibus no„ stris antiquis imminens bellum sumenda bre„ viter treuga Dei misericordia sedaverit, ut spe„ ramus, ad Vestrum in requisitis adjutorium ope„ ram dabimus efficacem; quemadmodum Vobis „ explicare poterit prætactus Nicolaus, cui no„ stram super hoc latius intentionem declarari fe„ cimus. Datum Razilliaci. „

Edit. Paris. pag. 247.

„ SERENISSIMO Principi CONSTAN„ TINO Dispoti Regi Romeorum o Palæo„ logos. Serenissime Princeps, Christianissimi „ supremique domini nostri Regis ad orthodoxæ „ fidei defensores zelus ac sinceræ charitatis affe„ ctus, cognitis per strenuum spectabilemq; Militem „ Nicolaum Stanissam Vestrę Serenitatis Legatum „ turbationibus & inquietationibus, quas a Tur„ cis Macometistis incessanter patimini, piæ com„ passionis affectu condoluit, ob hocque maxime „ quod non patitur sibi cum antiquis inimicis sui „ regni post sumendam breviter treugam, si firma „ pace non sedetur, ingruens bellum suos milites „ ad alia divertere, progenitorumque suorum mo„ re sul robur exercitus ad exaltationem fidei „ Christianæ contra ipsam impugnantes vobis„ cum impendere, quod optatissimum sibi foret. „ Confidat tamen Vestrę Serenitatis præcelsa Do„ minatio, si permittat divina Clementia pacem „ cum suis prætactis hostibus stabiliri, Majesta„ tem suam ad requisita per nuntium Vestræ Cel„ situdinis daturum operam efficacem, prout per „ eumdem latius poterit informari Vestra Sereni„ tas, quam ad Christianæ plebis præservationem „ conservet. Altissimus feliciter ac longæve. Scri„ ptum apud sanctum Martinum de Canda in Tu„ ronia die XXIII. Augusti. „

Ad vestræ Serenitatis beneplacita parati Cancellarius & Consilium Regis Francorum Christianissimi. BEAUVARLET.

„ CHARISSIMO ac specialissimo amico „ nostro Nicæno SS. duodecim Apostolo„ rum Cardinali Græco, Karolus Dei gratia Fran„ corum Rex, salutem. Charissime ac specialissi„ me amice, quæ ad nos superioribus diebus de „ serenissimo Principe fratre nostro carissimo, Ro„ meorum Imperatore scripsistis, fuere nobis o„ mnia jocundissima. At non parva nos alacritate „ refersit sincerus ipsius Imperatoris affectus, qui „ tanto a nobis intervallo terrarumque tractu se„ junctus, tanto nobiscum potuerit amore conjungi. „ Sed & nos certum est par pari referre, recipere„ que talem affectum, ut quidquid ad Imperato„ riam dignitatem, vel Græcorum utilitatem res„ pexerit, id omne pro viribus exequi cupiamus. „ Quod si detur hostes arcere, pacemque regni com„ ponere, nihil nec prius nec libentius faciemus, „ quam opem Græciæ ferre, liberareque Christia„ num Imperium dominatu nefario barbarorum. „ Quis non Græciæ faveat genti clarissimæ, quæ „ omni genere laudis excellens, tanta humano ge„ neri peperit ornamenta? Nec memoria excidit „ Patronum Franciæ, beatum videlicet Diony„ sium e Græcia emersisse, qui divino usus eloquio, „ ejusdem panis verbo quo vivunt Angeli, reple„ tum se perhibens, fidem nobis attulit, Dei cul„ tum edocuit, & sublatis tenebris, lucem ex ab„ dito in medium protulit. Sed de hoc alias, reli„ quum est ut Vos certiorem faciamus, si quo„ modo in Galliam venire contigerit, futurum ut „ a Nobis suscipiamini perbenigne: est enim ani„ mus vester erga nos gravis, ut jam Vos in eo„ rum numero reponamus, quos gratos magis ac„ ceptosque habemus. Datum Turonis. „

IX. THOMAS PALÆOLOGUS Porphyrogenitus, Manuelis Imperatoris filius sextus, [l] Achajæ

a *Pbranz. l. 2. c. 1. 2. 9. Laon. l. 5. p. 158. E. R.*
b *Pbranz. l. 2. c. 17. Laonic. l. 10. p. 202.*
c *Monstrellet. 3. vol. 60.*
d *Crusius ad hist. Polit. p. 57.*
e *Zygomal. de Expugn. CP. p. 96.*
f *Æneas Sylvius epist. 162.*
g *Allat. de Conf. utr. Eccl. l. 1. c. 4.*
h *Pbranz. l. 3. c. 18. Laonic. l. 8. Catalog. Impp.*
i *Ducas c. 29. 34.*
k *Leonis Orac. p. 260. E. R.*
l *Ducas c. 32.*

Despota, a cum Peloponnesum Græciamque universam excitatis cum Demetrio fratre vicinisque toparchis bellis internis motibusque civilibus, perturbasset, b soceroque ipsi manus truncasset ac pedes, adversam vicissim fortunam in semet expertus est, c Mahumethe Sultano, capta recens Constantinopoli inflato ac tumido, in Peloponnesum cæteraque Græciæ provincias impune grassante, quas expugnatas suæ demum potestati subjecit anno MCCCCLX. & sequentibus. d Thomas patria relicta profugus, cum uxore ac liberis in insulam S. Mauræ ad Artæ Despotam agnatum, deinde Romam venit, allata secum S. Andreæ Apostoli Calvaria, quam ex urbe Patrensi, ubi asservabatur, extraxerat, ubi a Pio II. PP. a quo per Legatos evocatus fuerat, humaniter exceptus est, & in singulos menses ccc. aureorum pensione donatus, quibus ducentos Cardinales addidere. Obiit Romæ XII. Maii anno MCCCCLXV. ætatis LVI. e CATHARINAM, Martini Zachariæ Azanis Centurionis Nobilis Genuensis, quique oppidorum quorumdam in Achaja, Arcadia, & Messenia dominium obtinebat, filiam uxorem duxerat anno MCCCCXXX. quæ conjugis miseriarum particeps, f Corcyræ tandem, dum una Romam pergit, vitam infelicem exuit II. Augusti anno MCCCCLXII. in Monasterio SS. Jasonis & Sosipatri sepulta.

Edit. Paris. pag. 248.

Liberi Thomæ Palæologi ex Catharina uxore.

x. ANDREAS PALÆOLOGUS, Despota, g lucem excepit XVII. Januarii anno MCCCCLIII. Is cum Manuele fratre a Pio II. PP. per Cardinalem Bessarionem Ancona, ubi degebat, Romam evocatus, pensionibus & honoribus donatus est. Verum stirpis suæ & antiquæ nobilitatis oblitus, ducta in conjugem Græca vilique meretrice, Romæ tandem obiit: h cum paulo ante in Ferdinandum & Elizabetam, Castellanos Reges, jus omne suum in Peloponnesiacum Principatum, atque adeo Imperium Constantinopolitanum, testamento suo VII. Aprilis anno MDII. exarato transfudisset. Sepultus est in basilica S. Petri juxta patrem. i Tradunt Stephanus Lezinianus & Loredanus filiam habuisse Andream, quam Jacobus II. Cypri Rex in uxorem expetierit. Sed repugnat ratio temporum: siquidem Jacobus anno MCCCCLXIX. uxorem duxisse dicitur, irritis de Andreæ filia colloquiis, quo tum anno nubilem filiam habuisse non potuit Andreas. Unde vero videtur similius ejusdem Andreæ sororem alteram expetiisse Jacobum.

x. MANUEL PALÆOLOGUS, k natus II. Januarii anno MCCCCLV. animi dotibus fratre longe superior, fortunæ suæ pertæsus, ex Italia excedens, ad Mahumetem se contulit, a quo acceptus perhumaniter, ac in honore habitus, & ad vitæ commoda annuis pensionibus donatus, Christianam, quam profiteri ei licuit, vitam tandem exuit Constantinopoli, imperante Bajazethe, cujus jussu magna cum pompa feretrum subsequente non Christianorum modo, sed & Turcicorum aulicorum comitatu, humo conditus est. l Scribit auctor Historiæ Politicæ Manuelem prædia aliquot ad victum cum duabus ancillis haud inelegantibus accepisse a Mahumete, ex quibus *Joannem* & *Andream Palæologos* genuit. Ac Joannes quidem infans obiit, & in Pammacharistæ Monasterio sepultus fuit: Andreas vero in cultum regium a Selimo translatus, & Agarenicis sacris initiatus, Mahumetes appellatus est.

x. HELENA PALÆOLOGINA, nupsit anno MCCCCLX. LAZARO Despotæ Serviæ.

x. ZOE PALÆOLOGINA, quibusdam SOPHIA nuncupata, a JOANNE BASILIDE, Magno Moscoviæ Duce per Legatos Romam missos expetita, eidem uxor datur: mulier astutissima, ut prodit Sigismundus Herbersteinius. Ex his nuptiis nata *Helena*, Alexandri Poloniæ Regis conjux.

a *Phranz. l. 3. c. 1. &c. Chron. Veneto Byz.*
b *Pius II. in Europa c. 12.*
c *Phranz. l. 3. c. 25. 26. Laon. l. 9. p. 312. E. R. Spandug.*
d *Ducas c. 45. Volaterr. l. 23. Cambin. l. 2. ver. Turc. Laonic. l. 9. Bessar. Epist. Gobelinus l. 5. & 8. Comm. Pii II. p. 130. 192. 193.*
e *Phranz. l. 2. c. 9. Laon. l. 2. p. 169. E. R. Spandug. p. 192.*
f *Phranz. l. 3. c. 28.*
g *Phranz. l. 3. c. 7. 27.*
h *Curita l. 4. c. 39.*
i *Hist. Cypr. Lezinian. p. 92. Lored.*
k *Phranz. l. 2. c. 21. Hist. Polit. p. 19. Spandug. p. 192. 201.*
l *Hist. Polit. p. 19.*
m *Phranz. l. 2. c. 19. l. 3. c. 26. 30.*
n *Volaterr. l. 7. 23. Baro Herberstein.*

pag. 249.

XLI.

PALEOLOGORUM STEMMATIS

PARS ALTERA,

seu Marchiones Monferratenses ex gente Palæologa.

V. THEODORUS COMNENUS PALÆOLOGUS a Porphyrogenitus, Andronici Palæologi Senioris Imperatoris ex Irene Monferratensi uxore altera filius secundogenitus, Despota a patre dictus, Marchionatu Monferratensi donatus est a matre, cui ex Joannis Marchionis fratris testamento b XVIII. Januarii anno MCCCV. condito, post ejus excessum, qui IX. Martii sequentis accidit, obtigerat. Donationis & investituræ diploma anni MCCCVI. ex Benvenuti de sancto Georgio Historia Monferratensi inedita publicavit c Guichenonus. d Exhinc Antonius Spinola nobilis Genuensis ex Italia delectus est cum decem & octo triremibus, ut Theodorum in Italiam deduceret, quo perveniens, Marchionatus possessionem adiit XIX. Novemb. an. MCCCX. Egerat antea cum Andronico Antonius, dum Constantinopoli moraretur, de Theodori nuptiis cum ARGENTINA, filia unica Opicini Spinolæ agnati, e viri tum potentissimi, quique in urbe Genuensi Barnabæ Oriæ partibus obsistebat, demumque generi ope adjutus, Principatum in ea obtinuit. f Tradunt Byzantini scriptores Theodorum sæpius Constantino-

a *Phranz. l. 1. c. 7. Pach. l. 13. c. 18.*
b *Discorso della Causa de Monferrato.*
c *Bibl. Sebus. l. 1. c. 86.*
d *Hist. Franco-Byz. l. 6. n. 43. Greg. l. 7. p. 165. E. R. Raimond. Montaner. c. 227. Foligta l. 6. Bizarr. l. 5. Justinian. l. 4. an. 1307. &c. Miraus.*
e *Alb. Mussat. l. 5. de Gest. Henr. VII. c. 1.*
f *Cant. l. 4. c. 51. Pach. l. 13. c. 18. Phranz. l. 1. c. 10. Discorso p. 7.*

polim veniſſe parentis inviſendi gratia, conſpectumque Latinorum habitu, mentoque eorum more raſum. Addunt Andronici Junioris nepotis ſui in avum Andronicum, ſuumque patrem faviſſe rebellioni, [a] poſtmodumque cum ipſo nepote de Imperio contendiſſe. Varia geſſit bella [b] cum Mediolanenſibus, Marchione Salucienſi, [c] Alexandrinis, Aſtenſibus, aliiſque vicinis Principibus, quos Opicini ſoceri potentia adjutus fregit atque devicit. [d] Ab Henrico VII. Imperatore aureæ Florenorum, ut vocabant, monetæ ſignandæ facultatem impetravit, eodem privilegio Florentinis abrogato. [e] Monaſterium Ordinis Fratrum Minorum in urbe Chivacenſi excitavit anno MCCCXVII. [f] Obiit 1. Aprilis an. MCCCXXXVIII. Vidi ejuſdem principis diplomata annorum MCCCXVII. & MCCCXXV. in quibus ita inſcribitur: *Illuſtris Dominus Theodorus Excellentiæ Imperialis gen. filius Porfirogenitus Marchio Montisferrati.* Scribit Phranzes, utriuſque ſexus liberos ex Argentina procreaſſe Theodorum. [g] Laudatur præterea a Ducheſnio Genealogia MS. Domus Alençoniæ ſub Carolo VI. conſcripta, in qua Marchio Monferratenſis uxorem Bleſenſis Comitis filiam duxiſſe dicitur, ex iiſque prognatos Marchionem Monferratenſem nuper defunctum, & Comitiſſam Sabaudiæ probi Comitis Sabaudiæ matrem, & Comitis Virtutum Dominique Mediolanenſis aviam: ex quibus conficitur Theodorum, ſecundis nuptiis, Gvidonis Caſtilionenſis, Comitis Bleſenſis ex Margareta Valeſia filiam duxiſſe.

Liberi Theodori Palæologi Marchionis Monferratenſis.

VI. JOANNES PALÆOLOGUS Marchio Monferratenſis, de quo mox.

VI. JOLANDA, ſeu VIOLANTA PALÆOLOGINA, [h] nupſit AIMONI Comiti Sabaudiæ, non Genevenſi, uti vult Andreas Favinus. Peracta nuptiarum inſtrumenta Caſellis, Marchionatus Monferratenſis caſtro, 1. Maii anno MCCCXXX. quibus potiſſimum cautum fuit, ut abſque maſculis obeunte Monferratenſi Marchione, Jolanta, ejuſque hæredes in Monferratenſem Marchionatum in ſolidum ſuccederent: quæ quidem inſtrumenti nuptialis clauſula, magnæ inter Sabaudiæ & Mantuæ Duces controverſiæ atque adeo bellorum occaſionem præbuit.

VI. JOANNES PALÆOLOGUS [i] in Monferratenſis Marchionatus poſſeſſionem inductus fuit a Carolo IV. Imperatore, tabulis 1. Aprilis anno Chriſti MCCCXXXVIII. exaratis. [k] Quod pater in Imperium Conſtantinopolitanum jus ſibi olim aſſeruerat, revocavit, captata civilium inter Joannem Palæologum Imperatorem & Joannem Cantacuzenum bellorum occaſione, comparataque ad id claſſe. Verum ut reſcivit Cantacuzenum, occupato Byzantio, cum Anna Sabauda Auguſta, filioque Joanne fœdus iniiſſe, ab incœpto deſtitit. Scribit idem Cantacuzenus ad id bellum ſuſcipiendum maxime incitatum fuiſſe Joannem Marchionem ab uxoris fratre Joanne Convenenſi Cardinale, qui pecuniam & apparatum bellicum collaturum ſe pollicitus fuerat. [l] Fuit illa CECILIA, Bernardi V. Comitis Convenenſis filia, ac tum ex Bernardo IV. Aſtaracenſi Comite vidua. [m] Scripta harum nuptiarum inſtrumenta XV. Febr. an. MCCCXXXVII. cum XL. millium aureorum Florenorum dote. Ac licet iſtius Joannis cum Cecilia conjugii ſiluerint ſcriptores Itali, ipſeque accuratus ſcriptor [n] Oyhenartus in Comitum Convenenſium & Aſtaracenſium ſtemmatibus, pro certo tamen haberi debet, cum Cardinalem Convenenſem Joannis uxoris fratrem exerte dicat Cantacuzenus, prætereaque ejuſce matrimonii meminerint Coquillius & [o] Chieza Salucienſis Epiſcopus. [p] Bellum geſſit cum Vicecomitibus Mediolani Dominis pro Iporegiæ dominio, quod utrique ſibi aſſerebant, quod pace inita anno MCCCXLIX. ſedatum eſt: ſed rurſum ſuſcitatum anno MCCCLXII. in quo quidem poſtremo bello, cum Anglis qui Provinciam pervaſerant, fœdus iniit. [q] Simultates etiam ac controverſias exercuit cum Amedæo Sabaudiæ Comite ex ſorore nepote. [r] Teſtamentum condidit IX. Maii anno MCCCLXXII. quo & obiit. Licet porro incertum hactenus ſit an ex Cecilia Convenenſi priore uxore liberos ſuſtulerit, ex altera certe habuiſſe conſtat. [s] Fuit illa ISABELLA MAJORICANA, Jacobi II. Majoricæ Regis ſoror, quæ ejuſdem fratris unica hæres dicitur in tabulis anni MCCCXCV. quæ in Chartophylacio Regio aſſervantur, in quibus Reginam ſe Majoricæ & Marchioniſſam Montisferrati inſcribit.

Edit. Pariſ. pag. 250.

Liberi Joannis Palæologi Marchionis Montisferrati.

VII. SECUNDUS-OTTO PALÆOLOGUS,
VII. JOANNES PALÆOLOGUS,
VII. THEODORUS PALÆOLOGUS,
} Marchiones Montisferrati.

VII. GUILLELMUS PALÆOLOGUS, quædam oppida, ac prædia in Montisferratenſi Marchionatu poſſedit.

VII. MARGARETA PALÆOLOGINA [t] nupſit PETRO Comiti Urgelitano: ex quo conjugio natus *Jacobus* Comes Urgelitanus, qui poſt Martini Aragonenſis Regis obitum ad Regium apicem aſpirans, a Fernando Rege electo captus in carcere obiit.

VII. SECUNDUS-OTTO PALÆOLOGUS, Montisferrati Marchio, [u] Ottonis Brunſwicenſis Ducis, una cum fratribus, tutelæ relictus eſt. Duxerat Otto Jolantam Majoricæ Reginam, ex Jacobo II. Aragonum Rege viduam, cujus quidem nomine, avunculi gradu Marchionem contingebat. [x] Eidem VIOLANTAM, ſeu JOLANDAM Galeacii Vicecomitis, Mediolanenſis Ducis ac Domini ex Blanca Sabauda filiam, Leonelli de Anglia Clarenciæ Ducis tum viduam, copulavit anno MCCCLXXVII. [y] Cujus quidem initæ affinitatis gratia, Marchio Monferratenſis Joanni Galeacio Vicecomiti Virtutum Comiti ſororio ſuo Aſtenſe oppidum pura donatione contulit tabulis XI. Febr. ſequenti an. MCCCLXXVIII. exaratis, cujus oppidi Vicarium ſe Generalem in diplomatibus inſcribebat. [z] Chivatenſe præterea oppidum ac caſtrum, univerſamque regionem, quæ Padum inter & Alpes interjacet, pro CC. millibus Florenorum oppigneravit Sabaudiæ Comiti. Neque diu ſuperſtes vixit, eodem quo uxorem duxerat anno XVI. Decembris a proprio famulo interemptus. [A] Uxor vero biennio poſt, licentia a Sede Apoſtolica, Summiſque Pontificibus Urbano & Clemente impe-

a *Cantac. l. 4. c. 1.*
b *Corio part. 2.*
c *Vvadding. an. 1327. 1. 1329. 10. Diſcorſo.*
d *Conrad. Vvecer. in Henrico VII. p. 97.*
e *Vadding. an. 1317. 61.*
f *Chieza. Conquillius.*
g *Hiſt. Caſtilion. l. 4. c. 2.*
h *Guichenonus in hiſt. Sabaud. p. 396. in Probat. p. 179. Diſcorſo p. 7.*
i *Diſcorſo.*
k *Cantac. l. 4. c. 1. 2.*
l *Coquillius in hiſt. Nivern. 323.*
m *Benvenuto fol. 170.*
n *Notit. Vaſcon. p. 523.*
o *Chieza.*
p *Cocio. Guichen. in hiſt. Sabaud. p. 401. 403. 413. 419. Vvadd. an. 1363. 4. 5.*
q *Vvadding. an. 1363. 1. 2.*
r *Diſcorſo.*
s *Chron. Petri IV. Reg. Arag. l. 3. c. 6.*
t *Volaterr. Chieza. Blanca tab. 4.*
u *Vvadd. 1372. 9.*
x *Froiſſart. 1. vol. c. 244.*
y *Vett. Tabula origin.*
z *Hiſt. Sabaud. p. 423. Chieza.*
A *Tabula orig.*

trata, cum Ludovico Vicecomite, Barnabonis Vicecomitis Domini Mediolanenſis filio alteras nuptias inlit.

VII. JOANNES PALÆOLOGUS [a] Ottoni ſecundo fratri abſque liberis defuncto in Marchionatu Montisferrati ſucceſſit, ſub Brunſwicenſis Ducis tutela, perinde ac frater vixit, qui cum Joannæ Neapolitanæ Reginæ ſorore nuptiis eum copulare decreverat. [b] Tradunt quidam bello Neapolitano interemptum XXV. Auguſti anno MCCCLXXXI. eo prælio quo Brunſwicenſis Dux captus eſt a Carolo Dyrrhachino. Alii Neapoli exceſſiſſe volunt, ſepultumque in æde S. Secundi Aſtenſis oppidi. *Edit. Pariſ. pag. 251.*

VII. THEODORUS PALÆOLOGUS II. Extinctis fratribus, Marchionatum Montisferrati adeptus eſt, eo inveſtitus ab Imperatore Wenceslao tabulis XVII. Martii anni MCCCLXXXIV. quibus inſuper privilegia deceſſoribus ab Imperatoribus indulta confirmantur. [c] Bellum geſſit cum Amedeo VIII. Duce Sabaudiæ, & Morex Principe, in quorum gratiam Bucicaldus Mareſcallus & Genuenſis Gubernator Pancalenium & Polongaram eidem abſtulit. Firmata exinde pax inter utrumque Principem VIII. Aprilis anno MCCCCXI. [d] cum paulo ante, anno ſcilicet MCCCCIX. Octobris. IX. Genuam Francis eripuiſſet. Obiit II. Decembris, anno MCCCCXVIII. Uxorem primo duxerat JOANNAM, Roberti Barrenſis Ducis ex Maria Francica filiam. [e] Peracta nuptiarum pacta VIII. Septembr. an. MCCCXCIII. ex quibus conſtat Ducheſnium in Stemmate Barrenſium Ducum haud jure hocce Joannæ conjugium, a pleriſque ſcriptoribus aſſertum, in dubium revocaſſe. Hanc exceſſiſſe ajunt anno MCCCCIII. quod ante accidiſſe oportet, ſiquidem hoc ipſo anno XVII. Januarii, [f] alterius Theodori conjugii cum MARGARETA, Ludovici Sabaudi Moreæ Principis filia, inſtrumenta exarata fuere: niſi hæc ad ſequentem annum, more noſtro computandum, referri debeant, cum ea tempeſtate anni numerari inciperent a Paſchate. Conjugi ſuperſtes, nulliſque ex eo procreatis liberis, in Monaſterio S. Mariæ Magdalenæ Albenſi, Tertiariæ, Ordinis S. Dominici, habitu, cum magna ſanctitatis opinione vitam exegit, obiitque XXIII. Novembris anno MCCCLXIV. Ejus elogium pluribus exaravit in Hiſtoria Sabaudica Guichenonus.

Liberi Theodori Palæologi Marchionis Montisferrati ex Joanna Barrenſi.

VIII. JOANNES-JACOBUS PALÆOLOGUS, Marchio Montisferrati.

VIII. SOPHIA PALÆOLOGINA, nupſit JOANNI PALÆOLOGO Imperatori, Manuelis Imperatoris filio, uti ſupra obſervatum.

VIII. JOANNES-JACOBUS PALÆOLOGUS, Comes Aquoſanæ, ac deinde Marchio Montisferrati, [g] naſcitur XXIII. Maii anno MCCCXCV. Superſtite adhuc patre uxorem duxit JOANNAM SABAUDAM, Amedei VII. Comitis Sabaudiæ ex Bona Bituricenſi filiam. Conſcriptum connubiale pactum XXIV. Martii, anno MCCCCVII. dilatæ vero nuptiæ, menſe Aprili anno MCCCCX. peractæ ſunt. [h] Marchio mox Monferratenſis factus, cum Philippo-Maria Vicecomite Duce Mediolanenſi bellum geſſit, Florentinis & Venetis in ſuas partes allectis, anno MCCCCXXX. quod Ferrariæ demum XXVI. Aprilis, anno MCCCCXXXIII. icto fœdere diremptum eſt. [i] Controverſias etiam cum Sabaudiæ Duce exercuit, aliquot caſtrorum occaſione, quæ ab eo in beneficium acceperat. Obiit XII. Martii anno MCCCCXLV. uxor vero marito ſuperſtes, anno MCCCCLX.

Liberi Joannis-Jacobi Palæologi Marchionis Montisferrati ex Joanna Sabauda uxore.

IX. JOANNES PALÆOLOGUS,
IX. GUILLELMUS PALÆOLOGUS,
IX. BONIFACIUS PALÆOLOGUS,
} Succeſſive Marchiones Montisferrati.

IX. THEODORUS PALÆOLOGUS, [k] Salucienſis Eccleſiæ Decanus, & Abbas Locedienſis, a Paulo II. PP. in Cardinalium Collegium cooptatus, ex vulnere a miniſtro dum cœnaret obſonium concidente dexteræ porrectæ caſu illato, in valetudinem incidit, ex qua demum poſt annum extinctus eſt, magno ſui relicto deſiderio.

IX. ELIZABETA PALÆOLOGINA, uxor LUDOVICI I. Marchionis Saluciarum, Thomæ Marchionis ex Margareta Ruciaca filii, qui deceſſit anno MCCCCLXXV. *pag. 252.*

IX. AMEDEA PALÆOLOGINA, nupta JOANNI Regi Cypri. Connubii peracta pacta in Ripalliarum caſtro cum Regiis Legatis & Joanne Jacobo Marchione, XXIII. Decembris anno MCCCCXXXVII.

IX. JOANNES PALÆOLOGUS, [l] Montisferrati Marchio, MARGARETÆ SABAUDÆ, Ludovici Sabaudiæ Ducis ex Anna Cypria filiæ, deſponſus eſt pacto inito II. Julii anno MCCCCLIV. cum dote centum millium aureorum Francicorum. Nuptiarum vero dilatæ ceremoniæ, peractæque demum in feſto S. Crucis anno MCCCCLVIII. Obiit nullis ex ea ſuſceptis liberis XIX. Januarii anno MCCCCLXIV. Uxor vero Petrum de Luxemburgo San-Paulanum Comitem in ſecundum conjugem poſtmodum accepit. Joanni porro Marchioni extitere ex concubinis liberi, *Scipio* ſcilicet *de Monteferrato*, & *Sarra de Monteferrato*, anno MCCCCLIII. Nicolao Picinino Vicecomiti, Jacobi Picinini Comitis filio, enupta.

IX. GUILLELMUS PALÆOLOGUS [m] Joannis fratris in Marchionatu Monferratenſi ſucceſſor, ſua ætate Princeps quodammodo militaris diſciplinæ habitus, Venetorum & Mediolanenſium ſæpe copias duxit. Cum Sabaudo,

a *Chieza.*
b *Boland.* 30. *Mart. p.* 800.
c *Guichenon. in hiſt. Sabaud. p.* 454. *Chieza.*
d *Chieza.*
e *Diſcorſo p.* 9.
f *Guichenon. p.* 338.
g *Guichenon. in hiſt. Sab. p.* 439.
h *Idem p.* 472. 473. 481.
i *Chieza.*
k *Volaterranus. Jacob. Card. Papienſ. Epiſt.* 404.
l *Guichenon.*
m *Volaterr.*

Duce, occasione aliquot castrorum, quæ in beneficium Duci dederat pater, controversiam habuit. Casale castrum in civitatem erexit, temploque ac præsule ornavit, Sixti V. Pontificis Maximi indultu. Oblit tandem x. Febr. anno MCCCCLXXXIII. Terno connubio usus nullam sobolem masculam extulit. Uxorum vero prima fuit [a] MARIA FUXENSIS, Gastonis IV. Comitis Fuxi, ex Leonora Aragonensi Navarræ Regina, filia primogenita: qua extincta alteram duxit XVIII. Julii anno MCCCCLXIX. ELIZABETAM, Franciscl Sforciæ Mediolanensis Ducis filiam: qua perinde fato functa tertiam sibi adscivit conjugem BERNARDAM DE BROSSIA, Joannis de Brossia, ex Nicolaa Britanna Pentebrienst Comitissa, filiam.

Filiæ Guillelmi Palæologi Marchionis Montisferrati ex Elizabeta Mediolanensi altera conjuge.

X. JOANNA PALÆOLOGINA, [b] uxor a patre data est Ludovico II. Saluciarum Marchioni anno MCCCCLXXIX. addita in nuptiali pacto condirione, ut absque masculis obeunte Bonifacio Guillelmi fratre, in Marchionatum Monferratensem succederet.

X. BLANCA PALÆOLOGINA, nupsit CAROLO I. Duci Sabaudiæ anno MCCCCLXXXV. Utramque hanc Guillelmi Marchionis filiam ex ejus cum Maria Fuxensi connubio prodiisse nullo fundamento scripsit Olhagarius.

X. LUCRETIA MONFERRATENSIS, [c] *Guillelmi Marchionis filia notha*, BARTHOLOMÆO DE CARRETO *a patre conjugio sociata est, prædio Sangeorgiano in Marchionatu Monferratensi in dotem concesso.*

IX. BONIFACIUS PALÆOLOGUS, Guillelmo fratre absque virili prole defuncto, Marchionatum Monferratensem obtinuit, quo demum investitus est a Friderico III. Imperatore anno MCCCCLXXXVII. obiitque anno MCCCCXCI. Bis nuptias iniit, ac primum quidem cum HELENA DE BROSSIA, Elizabetæ Guillelmi fratris uxoris sorore: deinde cum MARIA, de cujus familia minime consentiunt scriptores. [d] Quippe Cominæus, Belcarius, Orbinus, cæterique fere qui ejus meminere, Stephani Cæci Serviæ Despotæ filiam fuisse ajunt. Sansovinus vero filiam Magni Scander-Begi. [e] At Benvenutus Singeorgius Monferratensis Cancellarius, qui eadem qua illa vixit ætate, filiam fuisse commemorat Argentinæ, Stephani Despotæ Serviæ ex filia Arianitæ uxore, filiæ. Addunt iidem Benvenutus & Belcarius ab Imperatore Friderico nobilissimæ istius matronæ affinis suæ procuratas cum Bonifacio Marchione nuptias.

Filii Bonifacii Paleologi Marchionis Montisferrati ex Maria altera conjuge.

XI. GUILLELMUS PALÆOLOGUS, Marchio Montisferrati.

JOANNES-GEORGIUS PALÆOLOGUS, Marchio Montisferrati.

a *Olhagarains. Chieza. Duchesn. in hist. Castilion. l. 5. c. 6. August. du Pat.*
b *Benvenut.*
c *Benvenut.*
d *Vide Despot. Servia.*
e *Benvenut. fol. 489.*
f *Discorso &c.*

XI. GUILLELMUS PALÆOLOGUS, Marchionatus Montisferrati investituram obtinuit ab Imperatore Maximiliano anno MCCCCXCIV. Post patris mortem in minoribus constitutus annis, sub matris tutela vixit: qua extincta anno MCCCCXCV. [g] Constantinus Comnenus, Stephani Serviæ Despotæ uxoris frater, Mariæque avunculus, a publicis Comitiis delectus est, qui Marchionatum Monferratensem regeret, quoad is sui juris fieret. Obiit Guillelmus IV. Oct. an. MDXVIII. Uxorem porro duxerat ANNAM ALENCONIAM, Renati Alenconii [h] Ducis ex Margareta Lotharena filiam: cujus connubii exarata instrumenta 11. Sept. anno MDVIII. Hanc marito superstitem vixisse, licet alii secus scripserint, colligitur ex bonorum paternorum divisione ab ea cum Francisca Alenconia Longævillæ Ducissa sorore facta an. MDXXXI. *I Edit. Paris. pag. 253.*

Sed & Saluciensis Episcopus in Bonifacii Marchionis filii tutela supremo Comitiorum Imperii judicio Joanni-Georgio Palæologo ejusdem patruo prælatam fuisse exerte scribit. Guillelmi monetas argenteas aliquot inspeximus, in quibus ejus arma seu insignia exarantur in scuto quadripartito, in cujus prima parte est biceps aquila coronata, in secunda Hierosolymitani & Aragonensis regnorum bipartita insignia: in tertia Ducatuum Saxoniæ & Barri bipartita pariter arma; in quarta denique Palæologorum, quibus omnibus superfunditur scutulum, Monferratensis seu Saluciensis Marchionatus insignia præferens.

Liberi Guillelmi Palæologi Marchionis Montisferrati ex Anna Alenconia.

XII. BONIFACIUS PALÆOLOGUS, Marchio Montisferrati.

XII. MARIA PALÆOLOGINA, Friderico Gonzagæ Mantuæ Duci desponsa, quam cum is vilis scorti artibus ducere distulisset, vel etiam renuisset, ex mœrore statim post interiit.

MARGARETA PALÆOLOGINA eumdem FRIDERICUM Mantuanum Ducem conjugio sibi copulavit. Utrique vero Monferratensis Marchionatus, si Joannem-Georgium Palæologum Marchionem adhuc superstitem, absque prole mascula mori contingeret, ab iis possidendi, investituram concessit Carolus V. Imperator, tabulis ultimo Decembris die, anno MDXXXII. descriptis: cum Marchioni nulla tum liberos procreandi spes esset.

XII. FLAMINIUS PALÆOLOGUS, *Monferratensis nothus, occurrit in adversariis Domini* [k] de Villars *sub annum* MDLIV. *quem ex ratione temporis, quo vixit, Gulielmi aut Bonifacii Marchionis filium fuisse licet conjicere.*

XII. BONIFACIUS PALÆOLOGUS, matris tutelæ impubes relictus, in Marchionatus Montisferratensis possessionem inductus fuit diplomate ejusdem Caroli Imperatoris anno MDXXII. Obiit ex equi lapsu in hastiludio, vel, ut alii tradunt, inter venandum, uxore nondum ducta, VI. Junii, vel secundum [m] quosdam, mense Martio, anno MDXXX.

XI. JOANNES-GEORGIUS PALÆOLOGUS, [n] Castra Montiglii & Morani ex testamento paterno primum obtinuit. A primæva ætate Clericatum amplexus, Abbas Commendatarius

g *Vide Stemma Arianitarum.*
h *Sammarthani.*
i *Chieza.*
k *Memoire du sieur de Villars p. 463.*
l *Leander. Rhamnusius.*
m *Guazzo.*
n *La Chieza in hist. Pedem.*

Locedii dictus est, moxque Casalensis urbis electus Episcopus. Sed mortuo Bonifacio Marchione ex fratre nepote, Monferratensem adeptus Marchionatum, depositio Clericali habitu, nulli tamen Ecclesiastico Ordini initiatus, JULIAM ARAGONIAM, [a] Friderici Regis Neapolitani filiam conjugio sibi adjunxit, Carolo Imperatore has nuptias conciliante. Verum cum in urbe Casalensi, quo Julia pervenerat, harum pararentur ceremoniæ, [b] Marchio, qui temperatione corporis fluxa ac imbecilla erat, ob quam Ordini Ecclesiastico addictus fuerat, in febrim incurrit, ex qua, nondum consummato matrimonio, interiit ultimo Aprilis die, anno MDXXXIII. Exortis post ejus obitum pro Marchionatus Monferratensis successione Ducem inter Sabaudiæ, Saluciensem Marchionem, & Ducem Mantuanum gravibus controversiis, solemni Caroli V. Imperatoris judicio III. Novembris anno MDXXXVI. Margaretæ ex fratre nepti, Friderici Mantuani Ducis uxori, adjudicatus est.

Edit. Paris. pag. 254.

DE CÆTERIS PALÆOLOGIS, quorum stirps incerta.

OCCURRUNT præterea apud Byzantinos aliosque scriptores, Palæologi complures, quorum ex genuina Paleologorum gente extitisse quosdam, cæteros ex inita cum illustrissima familia affinitate, id sibi arrogasse cognominis licet asserere. Horum nomina, prout sparsim collegimus, ne quid videamur omisisse quod ad gloriam ejusce gentis conducit, hoc loco delibabimus, servato temporis, quo quisque vixit, quantum in nobis erit, ordine.

N. PALÆOLOGUS, [c] Magnus Papias, circa an. MCCCXXII.

JOANNES PALÆOLOGUS, [d] Comes Stabuli, Protostratoris frater, anno MCCCXXII.

ANDRONICUS PALÆOLOGUS, [e] Stratopedarcha, Apocauci Magni Ducis gener, obiit circa an. MCCCXLV.

ALEXIUS PALÆOLOGUS, [f] an. MCCCXXVI.

JOANNES PALÆOLOGUS, [g] Aulæ Primicerius sub Joanne Palæol. Imp.

THOMAS PALÆOLOGUS [h] sub an. MCCCXLIII.

CONSTANTINUS PALÆOLOGUS, [i] Protosebastus, an. MCCCXLIII.

GEORGIUS PALÆOLOGUS [k] sub an. MCCCXLV.

MICHAEL PALÆOLOGUS [l] sub an. MCCCXLV.

ANDRÆAS PALÆOLOGUS, [m] Mensæ Præpositus, sub an. MCCCXLV.

PAULUS PALÆOLOGUS, Patriarcha Constantinopolitanus in Charta, ni fallor, jure suspecta in Historia Anconensi.

MANUEL PALÆOLOGUS, [n] cognomento *Jagrus*, an. MCCCCXXXVII. MCCCCXLIX.

PHILES PALÆOLOGUS, Protostrator.

MARCUS PALÆOLOGUS *Jagrus*, Protovestiarius, deinde Protostrator, an. MCCCCXXX.

GREGORIUS PALÆOLOGUS [p] *Mamonas*, Mamonæ Magni Ducis filius, an. MCCCCXVIII.

PALÆOLOGUS [q] *Lachynes* an. MCCCCXX.

ALEXIUS PALÆOLOGUS [r] *Examplacon*, Canicleo Præfectus, cujus filiam Helenam uxorem duxit Phranzes Protovestiarius, auctor Chronici editi a Pontano.

THEOPHILUS PALÆOLOGUS, [s] vir militaris rei peritissimus, & Græcarum disciplinarum scientissimus, obsessa ab Mahumete urbe, pluribus ex Turcis suapte manu obtruncatis, non tam victus, quam vincendo fatigatus, inter hostium cadavera occubuit.

DEMETRIUS PALÆOLOGUS DERMOCATTA, [t] in Epistola Thomæ Palæologi Despotæ Moreæ.

DEMETRIUS PALÆOLOGUS, [u] in urbis obsidione ultima fortiter se gessit. *pag. 255.*

NICEPHORUS PALÆOLOGUS, [x] Demetrii gener.

GEORGIUS PALÆOLOGUS [y] an. MCCCCLVII.

SGOUROMALLES PALÆOLOGUS. [z]

PALÆOLOGUS, [A] cognomento *Graitzas*.

THOMAS PALÆOLOGLS [B] *Gidus*, cujus filius Amurathes Beglerbegus Orientis an. MCCCCLXIX. in prælio occubuit contra Ussuncasanem, ex illustri, ait Laonicus, Palæologorum gente ortus.

PALÆOLOGUS, [C] Arcis Salmenicæ Præfectus, sub an. MCCCCLX.

NICOLAUS PALÆOLOGUS, [D] Malvagiæ Præfectus, quam adversus Muchemetum tueri non potuit, Venetis vendidit.

PALÆOLOGUS [E] *Grizzlus*, vir magnanimus, Muchi in Morea dominus, Venetias profectus, equitumque Magister creatus, statim moritur.

MEZITES, [F] Vizir Bassa, ex gente Palæologa natus, Rhodum obsidet anno MCCCCLXXXI.

a *Rhamnusius de bello CP. p. 270.*
b *M. Guazzo.*
c *Cantac. l. 1. c. 26.*
d *Idem l. 1. c. 27.*
e *Idem l. 1. c. 27. 30. 39. l. 3. c. 36. 41. &c.*
f *Idem l. 1. c. 53.*
g *Idem l. 3. c. 32.*
h *Idem l. 3. c. 36. 41.*
i *Idem l. 3. c. 42.*
k *Idem l. 3. c. 79.*
l *Idem l. 3. c. 93.*
m *Idem l. 3. c. 93. 94. l. 4. c. 15. p. 233. E. R.*
n *Phranz. l. 2. c. 11. l. 3. c. 2. 3. 24.*
o *Idem l. 1. c. 9.*
p *Idem l. 2. c. 8.*
q *Idem l. 1. c. 38.*
r *Ducas c. 23. 28.*
s *Phranz. l. 2. c. 17. Allat. de Georg. p. 425.*
t *Pranz. l. 3. c. 11. 15. 16. Pius II. in Europa c. 7. Laon. l. 8. p. 262. E. R. Cambin. p. 151, Leon. Chius p. 367.*
u *Turco Gr. p. 343.*
x *Pranz. l. 3. c. 11.*
y *Ibid.*
z *Idem l. 3. c. 23. 25.*
A *Idem l. 3. c. 25.*
B *Ibid.*
C *Idem l. 3. c. 30. Hist. Polit. p. 24. Laon. l. 8. p. 288. E. R.*
D *Laon. l. 9. p. 318. E. R.*
E *Spandug. p. 193.*
F *Idem p. 192. 193.*

DEMETRIUS PALÆOLOGUS, EMANUEL PALÆOLOGUS, & MANUEL PALÆOLOGUS, a Trichas, Milites, expugnata a Turcis urbe, in Franciam profecti, a Carolo VII. Rege quædam stipendia obtinuere anno MCCCCLIV.

CONSTANTINUS PALÆOLOGUS, b an. MDLXX.

ANNIBAL PALÆOLOGUS c circa anno MDLXX. cui uxor Melissendis de Leziniano Cypria.

LEZINIANUS PALÆOLOGUS, d Annibalis filius, Capitaneus Venetorum in urbe Trevisana an. MDLXXXVI.

DEMETRIUS PALÆOLOGUS, & PHILIPPUS e filius, Cyprii an. MDLXX.

Extant, inquit Theodosius Zygomalas, *hodieque Constantinopoli domus quædam paucæ Palæologorum* CONSTANTINI & MANUELIS *fratrum germanorum, & aliæ plus minusve decem ex una quaque familia, quibus mediocres opes suppetant, aut etiam certæ artes studio sunt. Sane Cantacuzenorum & aliorum homina audiuntur; præterea Mamalarum, & Notaradarum, quorum plerosque Peloponnesus habet; Latinorum item, Muzalonum, Batazidarum, Diplobatazidarum, Asaneorum, Chrysolodarum, Lascaridarum, Eugenicorum aliorumque, de quibus singulis scriptu difficile. Horum major pars redimunt vectigalia regia, publicanorumque munere fungentes, annua tributa varii generis exigunt, eoque modo quidam ditescunt, alii vero miseriis conflictantur.*

PALÆOLOGORUM f nomine familiam adhuc extare testatur Guilletierius nuperus scriptor. Tradit insuper Sansovinus EUDÆMONOJOANNUM familiam, quæ ex Peloponneso, ubi plurima prædia possidebat, hac provincia a Turcis expugnata, in Cretam insulam transiit, Venetorumque obsequio se addixit, ex Palæologorum gente per masculos ortam. Sed cum ejusce rei nullum proferat argumentum, vel probationem, scriptori alias parum accurato fidem prorsus adhibendam minime velim.

Meminit denique Franciscus Baronius a Manfredis g Panormitanæ familiæ, Palæologorum cognomine insignis, traditque e Peloponneso profectam sub annum Christi MCCCCXXX. in Italia primum, ac deinde in Sicilia Panormi sedem fixisse, jussuque Alphonsi Regis ejusce familiæ in Sicilia auctores deposita Palæologorum nomenclatura, ne in eos, ut Græcos, Latinorumque hostes gravius aliquid perpetrarent insolæ. *Vassallos* in posterum sese appellasse. Unde forsitan suspicari liceat duplici appellatione donatos, priusquam e Morea excederent, dictosque Vatatzas Palæologos: quam priorem appellationem in Vassallorum postea commutarint.

a *Comput. Matth. Beauvaiset an. 1454. 145. Philelph. l. 15. ep. 14.*
b *Turco Gr. p. 407.*
c *Stepb. de Lezin. p. 97. 98.*
d *Idem.*
e *Idem.*
f *Turco Gr. p. 91.*
g *In Athenis p. 83. & 158. l. 2. Sansov. in Chronol. p. 175.*
h *In Majestate Panormit. l. 5.*

XLII.

FAMILIA
PALÆOLOGORUM BISSIPATORUM.

INTER nobiles illos ex Græcis viros, qui post expugnatam a Turcis Constantinopolim in Franciam, afflictorum exulumque Principum tutum asylum, concesserunt, memoratur potissimum GEORGIUS PALÆOLOGUS DE BISSIPATO, Miles, cognomento Græcus, qui, quantum conjectare licet, paternam ad Dishypatos, maternam vero originem ad Palæologus referebat: cum iste apud Græcos invaluisset usus, ut familiarum illustrium, quarum affinitate gloriarentur, cognomina, gentis suæ cognominibus præponerent. Certe *Bissipatorum*, seu potius *Dishypatorum* familia apud Byzantinos inter nobiliores maxime celebratur, quæ nomen fortean traxerat a nescio quo bis Consule, seu Ordinario, seu Codicillari, *qui bis Consulatus adipisci meruerat insignia*, ut est in Novella Theodosii & Valentiniani de Honoratis: quemadmodum Petronius Maximus, qui Consulatum bis gesserat sub Valentiniano, *vir gemini Consulatus* dicitur Prospero Tironi: vel potius ab aliquo qui Dishypati Magistratum gesserat, cum observare sit supremos in civitates Italicas ab Imperatoribus Constantinopolitanis missos Judices, vel Præfectos, hacce dignitatis nomenclatura donatos. a Quippe *Riccardum Judicem & Augustalem Dissipatum* legimus in tabulis Gauffridi Comitis Cannensis in Italia, Alexio Comneno imperante exaratis: præterea Joannem filium *Ursi Imperialis Dissipati*, in aliis anni MCLXXVIII. Guillelmo Siciliæ Rege regnante scriptis: ex quibus docemur Græcanicarum dignitatum nomina diu apud Italos & Siculos servata, etiam longe post exactos Græcos, quæ in familiarum cognomina postea transiere, quod & in Protonobilissimorum gente Italica licet advertere. b Dishypaterum vero dignitatem eamdem quæ olim Dictatoris in Romana Republica fuisse, videntur innuere Suidas & Lexicon Græcum MS. ex Bibliotheca Regia. Ex Dishypatorum porro familia nonnulli recensentur apud scriptores Byzantinos, *Thomas Dishypatus*, apud c Auctorem incertum post Theophanem sub Leone Bardæ filio: *Dishypatus* alter sub Alexio Comneno in d Jure Græco-Romano: e *Georgius*, *Dishypatus* Lector Ecclesiæ Sophianæ: f *Georgius Dishypatus*, Archiepiscopus Thessalonicensis sub Theodoro Lascari, apud Pachymerem: *Manuel Dishypatus*, sub ann. MCCCCXXXVII. pater forte Georgii cujus meminimus, apud g Phranzem: denique *David Dishypatus* qui scripsit contra Barlaamum & Acindynum sub Joanne Palæologo, cujus liber asservatur in h Bibliotheca Regia. *Georgius* igitur de *Bissipato* ex hac Dishypatorum gente, ex paterna; ex materna vero origine, ex Palæologorum illustri familia ortus, cum cæteris nobilibus exulibus, post expugnatas a Turcis Græcorum Imperii provincias

a *Ughell. in Ital. sacra to. 7 p. 411. 1071.*
b *Suidas. Lexicon MS. cod. 2063.*
c *Author incert. p. 440. E. R.*
d *Jus Gr. Rom. p. 288.*
e *Nicet. in Andr. l. 1. n. 11.*
f *Pach. l. 1. c. 11.*
g *Phranz. l. 2. c. 11.*

Edit. Paris. pag. 257.

omnes, in Franciam venit: ubi perhumane acceptus a Rege Ludovico XI. ob præstita in bellis obsequia, variis donatus est beneficiis. [a] Quippe Consiliarium & Cambellanum regium creavit, & diplomate XXVI. Julii an. MCCCCLXXIII. eidem & hæredibus Domum dominicam Burdigalæ ad Lumberiarum castrum sitam, in qua morari posset, concessit. Alio postea diplomate in castro Bosci Vicecomitis exarato ultimo Novembris anno MCCCCLXXIV. Vicecomitatus Augensis proventus dominicos dedit: in quibus quidem tabulis Lexoviensis Capitaneus indigitatur. [b] Jus præterea, uti vocant, naturalitatis, seu cæterorum Francorum prærogativam indulsit diplomate ad Plessiacum juxta Turones scripto mense Novembri anno MCCCCLXXVII. & in Cameræ Computorum Parisiensium acta relato V. Januarii sequentis. [c] Quo quidem anno MCCCCLXXVII. prædium *de Tracereux* in agro Bellovacensi ab Antonio de Pinconio, seu *de Piquigny*, Milite, comparavit, in eoque fortunæ suæ sedem constituit. [d] Nec multo post receptis a Rege Lexoviensi Capitaneatu, commodisque Augiensibus, vice compensationis, & in augmentum dotis nuptialis, (ex quo colligitur Rege procurante conjugio illigatum,) LXXX. libris Turonensibus annuis in Pontis Audomari dominio percipiendis donatus est tabulis Atrebati scriptis IX. Aprilis anno MCCCCLXXVIII. Vidimus denique Diploma aliud Ludovici XII. Regis, in quo Georgius dicitur missus fuisse a Ludovico XI. Rege cum duobus bellicis minoribus navigiis, singulis septem vel octo doliorum capacibus, & militibus trecentis, in insulam Viridem, (quæ forte eadem quam hodie Caput viride vocant) ut inde species aliquas adveheret, corporis sui valetudini idoneas ac necessarias, & ad Honflorium ea navigia conscendisse. Ejus porro uxor, non ex Fuxensi familia fuit, quod velle videtur [e] Scoherus, cui imposuit male exaratum illius nomen. Fuit enim illa MARGARETA DE POIX, filia Domini Sercellarum, qui ad Vicecomites Picei seu de *Poix*, in Picardia, natales suos referebat. Hanc perperam Georgio, Georgii filio, adscribit Louvetus. Ex hoc conjugio nati *Georgius* iste secundus, *Guillelmus*, & *Antonia de Bissipato*, qui quidem Georgii liberi in Margaretæ *de Poix* matris tutela erant anno MCCCCXCIX. ut docet ejusce anni Diploma, quod asservatur in Camera Computorum Parisiensi. *Georgius Palæologus de Bissipato*, Miles, Georgii prioris filius primogenitus, prædium paternum *de Tracereux* a patre comparatum obtinuit, superstesque erat anno MCXXI. [f] Hujus filia & hæres *Antonia de Bissipato*, Domina *de Tracereux*, nuptias iniit cum [g] *Goberto de Asperomonte* Milite, Tullini in Regiestensi agro Domino, ex quibus prognata *Helena*, Joannis *de l'Isle* Domini *de Marivaux*, Equitis Torquati ac Parisiensis Gubernatoris conjux. [h] *Guillelmus* vero *Palæologus de Bissipato*, Georgii prioris filius secundogenitus, Eques Torquatus, Dominus *de Hanaches*, *de Blicourt* & *de Mazis*, Vicecomes Falesiensis in Neustria, Cambellanus, unusque ex centum Regiis Nobilibus, vir utriusque linguæ peritissimus, in oppugnatione Bononiæ Italicæ interemptus est anno MDXI. [i] Uxor ei fuit *Ludovica de Villiers*, Antonii *de Villiers*, Domini *de l'Isle-Adam*, ex Agnete *de Molin*, filia, quæ marito superstes, Jacobo *d'O*, Militi, Domino *d'Avennes*, *de Baillet*, & *de Franconville au bois*, iteratis nuptiis copulata est sub annum MDXIV. [k] Ex Guillelmo vero nata filia unica *Helena Palæologina de Bissipato*, uxor Joannis *de la Mark*, Equitis Torquati, centum militum Cataphractorum Capitanei. Bissipatorum porro familiæ pro insignibus adsignat Scoherus Scutum cæruleum, in quo crux aurea duplex, Patriarchalem vulgo dicimus, elisa ac decurtata, cum binis stellulis perinde aureis ad superioris brachii latera, & lunula argentea sub ipsius crucis inferiori stipite, effingitur.

a *Memoriale Camera Comput. Paris. sign. O. fol. 96.*
b *7. Regestum chartar. Camera Comput. Paris. fol. 32.*
c *Louvetus in Nobilitate Bellovacensi.*
d *Memoriale signat. P. fol. 190.*
e *Scober. in Genealog. Croyaca p. 40.*
f *Sammarthani to. 2. hist. Stemm. Franc. p. 906.*
g *Louvet. Pater Anselmus in Stemm. Asperimontis famil.*
h *Crucimanius in Biblioth. Gall.*
i *Hist. Castilion. p. 577.*
k *Scobier. Sammarth.*

XLIII.

pag. 258.

FAMILIA CANTACUZENORUM.

CANTACUZENORUM gentis nobilitatem prædicant passim scriptores Byzantini, qui cæteras totius Orientis familias antiquitate generis, nataliumque splendore longe præcelluisse ultro fatentur. Ita præsertim sensit [a] Spanduginus, qui ut Palæologis Cantacuzenos anteponeret, eam invaluisse scribit sua ætate apud Græcos opinionem, a duodecim Franciæ Paribus fuisse progenitos. Quod potissimum adnotare visum est, ut vel inde appareat quanti habuerint Græci Palatinos Francicos, uti vocantur, quorum fama, etiam cum anilibus fabellis, quibus tot eorum præclare gesta a Poetis & historicis vulgaribus, seu Romanis deturpata sunt, ad eos pervenit. Quod ex [b] Laonico præterea colligimus, qui in ea Historiæ suæ parte, quam peculiari commentario illustravit [c] Marquardus Freherus, Heroum nostrorum gloriam & facinora prædicare non abnuit. [d] Ducas, cujus historiam habemus præ manibus, de Joanne Cantacuzeno Imperatore verba faciens, a Spandugino allata confirmat: quo loco scribit, flagrantibus inter utramque domum, Palæologorum scilicet & Cantacuzenorum, de rerum summa, Imperiique auctoritate decertantem, controversiis, bellisque civilibus, quæ Turcis ex Asia in Europam trajiciendi, ac denique Orientalis principatus reliquias penitus exscindendi occasionem præbuere, pleroque e Græcis in Joannis Cantacuzeni transiisse partes, cum ob egregiam fortitudinem, in re militari peritiam, cæteraque animi dotes præclaras, tum ob generis nobilitatem, ut qui ab antiquis Heroibus gentis suæ originem, natalesque arcesseret. Quibus sane verbis vulgi opinionem, quam ex Spandugino attigimus, videtur respexisse. Deniq; Georgius Pachymeres Cãtacuzenos proprio epitheto NOBILES appellat. Horum tamen ante Alexii Comneni Imperatoris tempora mentionem fieri non video, sub quo floruit.

a *Spandugin. p. 185.*
b *Laon. l. 2. p. 57. E. R.*
c *Freher. in Orig. Palat. c. 1.*
d *Ducas c. 5. 7.*

CAN-

r CANTACUZENUS, s ille, cujus nomen hactenus ignotum manet, qui ab eodem Augusto classi Præfectus, Laodiceam, quam Græcis abstulerat Tancredus Boemundi Antiocheni Principis ex sorore nepos, obsidione cinxit. Sed Tancredi subsidio veniente Boemundo, recessit. Ejus præterea opera usus est Alexius bello Dalmatico adversus eumdem Boemundum, in quo ex Francis nostris spolia aliqua retulit sub annum MCVII. Hujus forte filius, aut ex filio nepos,

JOANNES CANTACUZENUS, t qui post edita bellis contra Servios & Hungaros, Manuele Comneno imperante, præclara fortitudinis specimina, in eo quod Græcos inter & Cappadociæ Turcos commissum est prælio sub an. MCLXXIV. interemptus est. u Huic uxor fuit MARIA COMNENA, Andronici Comneni Sebastocratoris filia, ipsiusque Imperatoris Manuelis neptis.

MANUEL CANTACUZENUS, x Joannis filius, y cum ab eodem Augusto una cum Andronico Angelo in Turcos Asiaticos cum imperio missus fuisset, tanta cum animi fortitudine, ac cum singulari sese gessit prudentia, ut unus fere totos in se irruentes hostes exceperit, sustinueritque, Græcis, qui collegæ ignavia fugæ se dederant, repressis. z Sed ex aliqua offensa a Manuele in carcerem postea conjectus, ab iis a quibus captus fuerat, excæcatus est, licet nullum super hoc interceßisset Imperatoris præceptum, qui id graviter tulit. Præclaras viri dotes prædicat Cinnamus.

Edit. Paris. pag 259.

JOANNES CANTACUZENUS, Manuelis fortean filius, vir, inquit a Nicetas, procera statura, forti animo, & voce magna, sed ob audaciam & arrogantiam fere perpetuo adverso Marte pugnavit, b ab Andronico Comneno Tyranno oculis perinde privatus est, quod fratri uxoris suæ Constantino Angelo per carceris, ubi ex levi aliqua culpa detinebatur, custodem salutem dixisset: c uxorem quippe duxerat sub an. MCLXXXVI. IRENEM, Andronici Angeli filiam, ac Isaacii & Alexii Imperatorum sororem, d ab Isaacio vero post adeptam Augustam dignitatem, Cæsar dictus, adversus Ulachos seu Bulgaros cum copiis, cæcus licet, missus, dum incaute agit ac temere, ab hostibus interceptus, deletus est. e Superstes etiamnum erat Alexio Angelo imperante, sub quo filiis suis imperium asserere in animo habuit.

THEODORUS CANTACUZENUS, f ex Constantinopolitanis proceribus fuit, qui Andronico Comneno tyrannidem arripienti fortiter obstitit, unaque cum Isaacio Angelo postmodum Imperatore Nicæam Bithyniæ se se recepit, ubi dum ab Andronico obsidetur, facta eruptione, viriliter pugnans interemptus est ann. MCLXXXIII. Incertum porro an is Joannis prædicti frater fuerit, quod ratio temporis videtur suadere.

ANDRONICUS CANTACUZENUS, g ab Isaacio Imperatore missus est, ut Friderico Germanico Imperatori in sacram expeditionem per Græcorum terras pergenti commeatum resque necessarias præberi curaret, sub annum Christi MCLXXXIX.

MICHAEL CANTACUZENUS, h cum aliquot Græcis Proceribus, Alexio Angelo in fratrem Isaacium insurgenti, tyrannidemque invadenti favit, eumque Imperatorem appellavit. Alexio sanguine junctum fuisse prodit Nicetas: unde conjicere licet Joannis Cantacuzeni ejusdem Alexii fratris filium fuisse.

I. MANUEL CANTACUZENUS, i Magnus Pincerna, & Thracensium Thematis seu provinciæ Dux ac Præfectus, a Joanne Vatatze Imperatore in Genuenses, qui Rhodum insulam sibi asseruerant, cum copiis missus est sub ann. MCCL. k Vivebat adhuc Michaele Palæologo imperante. Hunc Joannis Cantacuzeni avum fuisse existimaverim, quo casu, filii ejus fuere

II. N. CANTACUZENUS, Joannis Imperatoris pater, &

II. N. CANTACUZENUS, cujus filius fuit Nicephorus Cantacuzenus, quem l idem Joannes Patruelem suum appellat. m Meminit præterea sub hæc eadem tempora *Manuelis Cantacuzeni*, qui Chumni filiam uxorem duxit, cui etiam Strategopuli dat cognomen.

II. N. CANTACUZENA, n mater Joannis Angeli, Thessaliæ Præfecti, quem Joannes patruelem suum, & Manuelis filii avunculum vocat.

II. N. CANTACUZENUS, o ab Andronico seniore Imperatore annos natus XXII. Peloponneso Præfectus, octennio post obiit. p Uxorem duxerat THEODORAM PALÆOLOGINAM, quam q CANTACUZENAM Joannes filius, & r Nicephorus Gregoras interdum nuncupant: s ac Joannes quidem θεῖαν, amitam Andronici Palæologi Junioris fuisse ait: alibi vero Tarchaniotam Michaelis Palæologi Imperatoris sororis filium, ejusdem t Theodoræ fuisse θεῖον, seu patruum. Unde conjicere est Theodoram filiam fuisse Michaelis Tarchaniotæ & Marthæ Palæologinæ Michaelis sororis, & ex materna origine Palæologinam appellatam. u Obiit VI. Januarii anno MCCXLII. Ejus modestiam, liberalitatem, prudentiam, cæteraque animi dotes commendant iidem Gregoras & Joannes filius.

Liberi N. Cantacuzeni ex Theodora.

III. JOANNES CANTACUZENUS Imperator, de quo mox.

III. NICEPHORUS CANTACUZENUS x Sebastocrator, Adrianopoli & adjacenti urbi regioni a fratre præfectus est. *pag. 260.*

III. N. CANTACUZENA, y uxor CONSTANTINI ACROPOLITÆ, Magni Logothetæ, filii Georgii Acropolitæ Magni perinde Logothetæ, cujus habetur Chronicon. Is porro Constantinus z aliquot orationes in Sanctorum festa conscripsisse dicitur.

III. JOANNES CANTACUZENUS IMPERATOR, A Magni Papiæ primum, deinde Magni Domestici dignitate donatus est ab Andronico Ju-

a *Anna l.11.c.3.p.334.339.391.392.394. E.R.*
b *Cinnam. l.3.n.9. Nicet. in Man. l.2.n.7. l.6.n.4.*
c *Cinnam. l.6.n.13. Nicet. in Man. l.3.n.2.*
d *Cinnam. l.6.n.13.*
e *Nicet. in Man. l.6.n.8.*
f *Cinnam. ibid.*
g *Nicet. in Isaac. l.1.n.6.*
h *Idem in Alex. Man. F. n.14.*
i *Nicet. Balsamon in Nomocan.*
k *Nicet.*
l *Nicet. in Alex. l.2.n.5.*
m *Nicet. in Alex. Man. fil. n.18. in Andr. l.1.n.2.*
n *Nicet. in Isaac. l.2.n.3.*
o *Nicet. in Isaac. l.3.n.8.*
p *Aerop. c.48.*
q *Pach. l.6.c.13.*
r *Cantac. l.2.c.8. l.3.c.22.*
s *Id. l.3.c.20.*
t *Cantac. l.2.c.6. l.3.c.53.64. l.4.c.4.*
u *Cant. l.1.c.17.*
x *Id. l.1.c.25.28.*
y *52.*
z *Gregor. l.11.p.374. E.R.*
A *l.2.c.25.*
B *l.1.c.12.*
C *Cantac. l.3.c.36.*
D *Cant. l.4.c.33.42.*
E *Pach. l.6.c.25. Cantacuz. l.1.c.14.*
F *Allat. de Georg. p.354.355.*
G *Gregor. l.8.p.208. E.R.*

niore Imperatore, cui adeo charus fuit, [a] ut Imperii collegam sibi adsciscere cogitaverit, morienſque filiis ſuis impuberibus tutorem delegerit: quo quidem ſibi demandato munere minus fideliter defunctus, Imperatorum nomen ipſemet arripuit, [b] cum æque tuliſſet repulſam ſe paſſum ab Anna Sabauda Auguſta de Joannis Junioris Imperatoris filii cum Helena filia ſua ineundis nuptiis. [c] Didymotichi igitur appellatus & coronatus Imperator, Annæ & filio Joanni bello illato, [d] Conſtantinopolim tandem proditione cepit VIII. Januarii anno MCCCXLVII. ac tum reconciliatus cum Anna & Joanne, deſponſata eidem Joanni filia Helena, una cum iis Imperator rurſum proclamatur VIII. Februarii ſequentis, [e] & in Blachernarum templo coronatur XIII. Maii, Anna & Joanne præſentibus, quibus in acclamationibus ex pactis conventis poſtpoſitus eſt, [f] JOANNES ANGELUS COMNENUS PALÆOLOGUS CANTACUZENUS appellatus. [g] Sed haud multo poſt utrique prælatus, primus nominari cœpit, hinc novi rurſum inter ſocerum & generum excitati motus, donec tandem vel coactus, vel ultro ac ſponte cedens Cantacuzenus (quod ultimum ipſemet aſſerit) [h] in Manganorum Monaſterium, Monachi accepto habitu, ac JOASAPHUS nominatus, indeque in Batopedii Sacrimontis Monaſterium ſeceſſit ſub annum MCCCLV. Flagravere bella hæc civilia per quinquennium, extremamque cladem labaſcenti jam Orientalium Imperio intulere, dum uterque Imperator, ac Cantacuzenus præſertim, Aſiaticos Turcos in auxilium evocant, & in Europam tranſmittunt, data inſuper in uxorem a Cantacuzeno in ſtrictioris fœderis argumentum Orchani Turcorum Sultano filia Theodora. De Cantacuzeni obitus tempore nihil hactenus certi ſcriptum legimus, niſi quis fidem adhiberi velit [i] Lambecio, neſcio quo auctore, ſcribenti extinctum XX. Nov. an. Mundi juxta Græcos MMMMMMDCCCCXIX. Chriſti MCCCCX. quod a vero procul abeſt, ſi quo primum in aula Conſtantinopolitana notus haberi cœpit, tempus ſpectetur: [k] id conſtat, anno MCCCLXXV. adhuc fuiſſe ſuperſtitem. Ejus in rebus gerendis prudentiam, in re militari peritiam, animique fortitudinem, mire prædicat Nicephorus Gregoras. In diſciplinis vero ac humanioribus perinde ac ſacris litteris eruditionem teſtantur varii ab eo ſcripti libri, maximeque ii quos præ manibus habemus Commentarii contra ipſum Gregoram, qui interdum paulo ſibi iniquior viſus eſt, dum Joannis generi tuetur partes, & ad ſui defenſionem conſcripti, ubi res ab Andronico Palæologo Juniore, & a ſe tum rerum miniſtro, tum Imperatore geſtas eleganti ſtylo, tametſi diffuſior, complexus eſt. [l] Eidem uxor fuit IRENE, Andronici Azanis Protoveſtiarii filia, Joannis Azanis, Bulgariæ Exregis & Romaniæ Deſpotæ, ex Irene Palæologina Michaelis Palæologi Imperatoris neptis: [m] quæ monachicam vitam amplexo conjuge, in Marthæ Monaſterium pariter ſeceſſit, ſanctimonialis effecta, & EUGENIA nominata.

Liberi Joannis Cantacuzeni Imperatoris ex Irene Azanina.

IV. MATTHÆUS CANTACUZENUS Imperator, de quo mox.

IV. THOMAS CANTACUZENUS [n] Senderovum contra Sultanum Amurathem tuitus eſt. [o] Vivebat etiamnum anno MCCCCLVIII.

IV. MANUEL CANTACUZENUS, [p] a Joanne patre Imperatore, Deſpota creatus, mox Miſitræ ſeu Spartæ Dux efficitur anno MCCCXLIX. [q] Obiit ipſo Paſchatis feſto anno MCCCLXXX. [r] Huic filiam Joannis Leziniani, poſtmodum Regis Armeniæ, filiam in uxorem deſponderat pater, Andronico Juniore Palæologo adhuc ſuperſtite: [s] verum reſciſſis pactis nuptialibus, Liberi Serviani proceris filiæ copulatus eſt. [t] Eo extincto Theodorus Palæologus Joannis Imperatoris filius Spartæ dominium a patre obtinuit. *Edit. Pariſ. pag. 261.*

IV. ANDRONICUS CANTACUZENUS [u] Conſtantinopoli ex peſte obiit ſub an. MCCCXLVIII.

IV. MARIA CANTACUZENA [x] nupta NICEPHORO DUCÆ Deſpotæ & Acarnaniæ Principi, Joannis Deſpotæ filio, ex Angelorum familia.

IV. THEODORA CANTACUZENA, [y] a patre uxor data eſt ORCHANI Turcorum Sultano, Bithyniæ, Phrygiæ ac Paphlagoniæ Principi, quem in ſuas jam partes pertraxerat. Peractæ nuptiæ menſe Januario anno Chriſti MCCCXLVII.

IV. HELENA CANTACUZENA, uxor JOANNIS PALÆOLOGI Imperatoris. [z] Videtur ſcribere Cantacuzenus ipſe tres tantum ſibi fuiſſe filias.

IV. MATTHÆUS CANTACUZENUS, [A] a patre nulla quidem nominatim dignitate donatus eſt, ſed honore tamen ſupra Deſpotas elatus, ita ut primus ab Imperatore eſſet: quem honorem primus Palæologorum Imperator Michael propter filium Porphyrogenitum Conſtantinum invenerat. [B] Unde fallitur Ducas, qui tum Deſpotam appellatum ſcribit. [C] Redintegrata rurſum cum Joanne genero diſcordia, Matthæum filium Imperatorem dixit Cantacuzenus pater, & in Blachernarum æde a Philotheo Patriarcha coronari curavit anno MCCCLV. [D] Quo quidem anno celebrata Græcorum Synodus contra Palamitas, cui cum patre ſubſcripſit, hocce in ea titulo donatus, MATTHÆUS IN CHRISTO DEO FIDELIS IMPERATOR ET MODERATOR ROMANORUM ASANES CANTACUZENUS. Unde maternum cognomen ſibi indidiſſe colligitur. Sed hac appellatione haud diu eſt potitus: [E] quippe Joannes Palæologus hoc ipſo anno recepta Conſtantinopoli, ac Cantacuzeno ultro cedente, dum proxime adeptam tueri nititur dignitatem, a Palæologo captus, in Lemnum inſulam, deinde in Peloponneſum relegatus & cuſtodiæ mandatus eſt. Dimiſſo tamen patris ſuaſione Imperatoris titulo, libertati redditus eſt, Deſpota in poſterum appellatus. Obiit patre ſuperſtite. [F] Uxorem duxerat IRENEM PALÆOLOGINAM, filiam Demetrii Palæologi Deſpotæ, Andronici Senioris Imperatoris filii. Nuptiæ magno apparatu celebratæ Theſſalonicæ. [G] Quidam ſcribunt Matthæum duxiſſe

a *Cant. l. 2. c. 9. Greg. l. 9. Ducas c. 5.*
b *Ducas c. 5. & ſeq. Greg. Cantac.*
c *Cant. l. 3. c. 26. 27. Ducas c. 6.*
d *Cant. l. 3. c. 100. Ducas c. 9. 10. Laonic. l. 1. Jo. Villan. l. 2. c. 28. 34. 74. 75. Thwrocz. in Sigiſm. c. 8.*
e *Cant. l. 4. c. 4.*
f *Id. l. 4. c. 14.*
g *Synod. Palamit. p. 138. 170.*
h *l. 4. c. 42. 45. Simon Archb. Theban. Carm. in Jo. Cantacuz. apud Allat. de Simeon. p. 203.*
i *Lambec. ad Codin. p. 210. E. R.*
k *Vvad. an. 1394. n. 1375.*
l *Cantac. l. 2. c. 9.*
m *Cantac. l. 4. c. 42.*
n *Ducas c. 30.*
o *Phranz. l. 3. c. 22.*
p *Cant. l. 3. c. 32. l. 4. c. 4. 5. Phranz. l. 1. c. 13.*
q *Chron. Venet. Byz. p. 196.*
r *Cantac. l. 4. c. 13. Laon. l. 1. p. 24.*
s *Cant. l. 3. c. 31. 48.*
t *Phranz. l. 1. c. 15.*
u *Cantac. l. 4. c. 8.*
x *V. Stemma Angel.*
y *Cantac. l. 3. c. 95. l. 4. c. 4. Ducas c. 9. Laon. l. 1. p. 15. E. R.*
z *L. 3. c. 32.*
A *Cant. l. 4. c. 5.*
B *Ducas c. 10.*
C *Cant. l. 4. c. 35. 36. 37. 38.*
D *Pſeudoſyn. Palamit. apud Combefiſ. to. III. Auctarii Bibl. Græc. Patr. p. 177. & apud Gretzer. ad Cantac. p. 933.*
E *Cant. l. 4. c. 42. 45. 46. 47. 49.*
F *Cantac. l. 2. c. 8. l. 3. c. 22. l. 4. c. 45. Phranz. l. 1. c. 13.*
G *Spandug. p. 188. Luccarus p. 56. Orbinus p. 276.*

RUSNAM, filiam Wcaſcini, vel potius ſororem Stephani Duſciani, Imperatoris, ſeu Regis Serviæ, qui hujuſce conjugii gratia univerſam Albaniam filiæ in dotem conceſſerit: præterea Matthæum ut ſe in ejuſdem provinciæ poſſeſſione firmaret, quos ſuſpectos habebat proceres, in Peloponneſum relegaſſe, & exegiſſe Romani Pontificis Legatos, idque totius poſtmodum Albaniæ excidii cauſam fuiſſe. Verum hæc incertæ omnino videntur fidei, niſi Matthæus Ruſnam duxerit poſt abdicatam Imperatoriam dignitatem: nam iſtius connubii non meminit Cantacuzenus pater; quod non ſiluiſſet, ſi cum ſcribebat, peractum fuiſſet. Subdit denique Luccarius, Ruſna gravida a conjuge relicta, Regem Serviæ fratrem inde ſe Imperatorem appellandi occaſionem arripuiſſe, tamquam futuri fœtus ſororis legitimum tutorem: quod etiam in dubium venire ſuo loco oſtendimus.

Liberi Matthæi Cantacuzeni Imperatoris ex Irene Palæologina.

v. JOANNES CANTACUZENUS, [a] Deſpotæ dignitate donatus fuit a Joanne Palæologo Imperatore, poſt abdicatam a Matthæo patre Imperatoriam dignitatem ſub annum MCCCLVI.

v. DEMETRIUS CANTACUZENUS, [b] Sebaſtocrator, eadem qua frater Joannes tempeſtate dictus eſt a Joanne Palæologo Imperatore.

v. GEORGIUS CANTACUZENUS, de quo mox.

v. THEODORA CANTACUZENA, [c] Matthæi primogenita filia, educata cum avia Irene Imperatrice in Marthæ Monaſterio, quo illa ſe poſt abdicatum a Joanne Cantacuzeno Imperium receperat. *Edit. Pariſ. pag. 262.*

v. HELENA CANTACUZENA, uxor DAVIDIS COMNENI Imperatoris Trapezuntini.

v. IRENE CANTACUZENA nupſit [d] GEORGIO BRANCOWITZIO, Serviæ Deſpotæ. Meminit Laonicus alterius Irenes Cantacuzenæ, Ludovici Aragonenſis Soulenſis Comitis, qui ea ætate vixit, conjugis. Binos filios, Joannem ſcilicet & Demetrium, totidemque filias Matthæo adſcribit Joannes Cantacuzenus pater. Joannem & Demetrium omittit Orbinus, Georgium tantum commemorans, & binas natas, quos ex Ruſna procreatos liberos ſcribit.

V. GEORGIUS CANTACUZENUS, [e] cognomento *SUCHETAI*, ut obſervat Spanduginus, magnus ſua ætate bello dux, & ex natalium nobilitate ac ſplendore celebratiſſimus. Hunc Helenæ Cantacuzenæ Davidis Trapezuntini uxoris fratrem fuiſſe dicunt idem Spanduginus [f] & Luccarius ſub annum MCCCCXL. ſed vereor ne ex temporis, quo ille vixit, ratione, Matthæi ex filio nepos potius cenſendus ſit; cum præterea Luccarius Joannem Georgii patruum videatur innuere, unde Demetrii filius fortean fuerit.

Liberi Georgii Cantacuzeni.

VI. MANUEL CANTACUZENUS, [g] qui propter claritatem famæ, generiſque nobilitatem paucos in Græcia pares habuit, inquit Spanduginus, Meſſeniaco tractui in Laconia aliquamdiu imperavit. Dein cum a Thoma Palæologo Peloponneſi Principe bello impeteretur, cum Albanis fœdus iniit, quorum ope adjutus Thomam & ejus fratrem Demetrium aggreſſus, in Peloponneſum deſcendit. Sed controverſiam diremit Mahumetes Sultanus, Peloponneſo in jus ſuum redacta. Cum quo Manuel poſtmodum pactus, XXV. millium ducatorum penſionem obtinuit. Sed cum ſibi a Sultano metueret, in Hungariam conceſſit, ubi vitæ reliquum exegit. Uxorem duxerat MARIAM, cui CLUCHIÆ nomen Albani impoſuere, poſtquam in Manuelis conjugis fidem conceſſerunt, eo etiam GHIN Cantacuzeno appellato.

VI. ANNA CANTACUZENA, uxor STEPHANI Ducis S. Sabæ,

CCANTACUZENI ALII *pag. 263.* *incertæ originis.*

MANUEL CANTACUZENUS [h] Protoſtrator anno MCCCCXX. neſcio an idem cum Manuele Georgii filio.

DEMETRIUS CANTACUZENUS, [i] floruit in aula Conſtantinopolitana ſub eumdem annum MCCCCXX. [k] & in urbis expugnatione fortiter pugnans interiit cum Nicephoro Palæologo genero.

JOANNES CANTACUZENUS, [l] magnus ſua tempeſtate bello dux, Conſtantinum Palæologum, cum Conſtantinopolitani Imperii reliquiarum poſſeſſionem adiit, anno MCCCCXLIX. comitatus eſt. [m] Hunc Corinthi gubernatorem fuiſſe ait Phranzes anno MCCCCXLV. & MCCCCLII. Hos forte a Matthæi filiis, Joanne & Demetrio, quorum nominibus donantur, prognatos liceat conjicere.

CANTACUZENUS STAUROMETES, [n] Zetuni in agro Theſſalonicenſi Præfectus an. MCCCCXXV.

CANTACUZENUS, [o] Lucæ Notaræ Magni Ducis gener, una cum ſocero a Mahumete interfectus eſt poſt expugnatam urbem. Crebra porro hujuſce Notaræ occurrit mentio apud [p] Scriptores, qui de poſtrema Urbis expugnatione ſcripſerunt. Filius is fuit Nicolai Notaræ, Interpretis dignitate donati, viri opibus potentis ſub Manuele Palæologo Imperatore. Ab hoc prodiere filii duo, quorum alter in quodam contra Turcos prælio interiit: alter Lucas Notaras Magnus Meſaſon, ſub Joanne

a *Cant. l. 4. c. 49.*
b *Cantac. ibid.*
c *Cantac. l. 4. c. 45.*
d *Vide Hiſt. Francobyz. l. 4. n. 43.*
e *Spandug. p. 189.*
f *Luccar. in Annal. Raguſ. p. 93.*
g *Spandug. p. 192.*
h *Phranz. l. 1. c. 39.*
i *Phranz. l. 1. c. 39. 40.*
k *Id. l. 3. c. 11. 15. Laon. l. 1. p. 26.*
l *Spandug. p. 189.*
m *Phranz. l. 2. c. 19. l. 3. c. 39.*
n *Ducas c. 28.*
o *Ducas c. 40.*
p *Duc. c. 31. 107. 148. 166. 177. Phranz. l. 3. c. 11. 18. Allata de Georg. p. 397. 409.*

Palæologo, deinde Magnus Dux, seu classium Præfectus, sub Constantino ultimo Imperatore, cum quo urbis obsidioni interfuit: post cujus expugnationem, cum Mahumetem adiisset, thesauros omnes ultro exposuisset, ab eo una cum duobus filiis capite truncatus est. Hujus filia Anna Venetias concessit, ejusque adhortatione in eadem urbe excusum Magnum Etymologicum a Nicolao Blasto Cretensi anno Chr. MCCCCXCIX. uti ad ejusdem libri calcem annotatur. Hunc Notaram Generum, id est affinem, Imperatoris vocat Allatius.

DEMETRIUS CANTACUZENUS, Dux fortissimus, Florentinis militavit, obiitque anno MDXXXVI. Pisæ sepultus in æde S. Dominici, cum duplici epitaphio, Græco uno, Latino altero, quod hic damus:

En Cantacusinus jacet hic Demetrius Heros,
Martis bonos, Graii gloria magna soli.
Æacides alius, Pylius quoque & alter Ulixes,
Florentinorum præsidiumque Ducis.
P. MAR. MDXXXVI.

Superpositus cernitur insignium gentilitiorum clypeus, in quo efficti bini leones erecti, ac inter se frontibus commissi, arborem prioribus pedibus sustinentes.

Sequens epitaphium aliud, quod Romæ in æde S. Mariæ de Ara-Cæli legitur, ostendit Cantacuzenorum familiam circa ea ferme tempora in Cyprum insulam trajecisse. [a] *C. Cantacusinę Floridi Cypriæ nobilissimæ priscis matronis quovis laudis genere comparandæ, uxori concordissimæ & suavissimæ, vixit annos* VIII. *menses* X. *cum ea sine lite, Hector Lengles Cypriæ nobilitatis tenues reliquiæ, amisso exilii unico solamento, infeliciss. & sibi posuit anno* MDV. VI. *Non. Jul.*

ANTONIUS CANTACUZENUS, [b] a quo emptum Zonaræ historiæ Codicem MS. scribit Wolphius an. MDLIV. Huic tres filii fuere, Constantinus, Georgius, & Manuel Cantacuzeni.

DEMETRIUS CANTACUZENUS [c] vixit sub Selimo Sultano.

MICHAEL CANTACUZENUS, [d] ut est in Turco-Græcia, ære alieno ex parte liberatus, patruus Peloponnesiorum illorum, nunc Regis Turcarum negotiatorem, πραγματία, agit, id est ut sexagenis ducatorum millibus quotannis res in aulam necessarias, & pelles pretiosissimas Moscoviticas emat. Postea an. MDLXXV. rei salariæ per Turciam Præfectus, tandem Sultani jussu strangulatus fuit in civitate Anchialo III. Mart. an. MDLXXVIII. *Edit. Paris. pag. 264.*

CANTACUZENORUM [e] in Græcia domus duæ supersesse dicuntur: una Anchiali, ubi idem Michael Cantacuzenus magnificas ædes habuit, cujus filius anno MDLXXVI. nuptias celebravit cum quodam ex antiqua Rau iorum familia: altera domus Peræ adhuc superest. Ex postrema fuit.

GEORGIUS CANTACUZENUS, [f] a quo Acropolitæ historiam emisse se scribit Georgius Douza.

a *Schrader. in Monum. Ital. p.* 152.
b *Vvolph. in præf. ad Zonar. Crusius p.* 203. *Turco-Gr.*
c *Malaxus p.* 158.
d *Turco-Gr. p.* 224. 269. 274.
e *Turco-Gr. p.* 497.
f *Douza in Itin. CP. p.* 70. 71. *& in Not. ad Logoth.*

FAMILIÆ DALMATICÆ, SCLAVONICÆ, TURCICÆ:

SEU

SERIES GENEALOGICÆ AC HISTORICÆ Regum & Toparcharum Dalmatiæ, & Sultanorum Turcicorum, ſub Imperatoribus Conſtantinopolitanis.

LOGICE:

ARMA ET INSIGNIA

REGNI DALMATIÆ

REGNI CROATIÆ

REGNI SERVIÆ



REGNI RASSIÆ

STEPHANI REG. ET IMP. SERVIÆ

REGNI BVLGARIÆ



REGNI BOSINÆ



DESPOTARVM SERVIÆ

DVCVM SANCTI SABÆ

COMITVM CHELMENSIVM



BALSARVM IOM ZENTÆ



CERNOVICHIORVM

NICOLAI ALTOMANNI



CASTRIOTORVM

BOCCALIORVM



REGES ET TOPARCHÆ DALMATIÆ

& Sclavoniæ sub Imperatoribus Constantinopolitanis, quorum series & Stemmata hic describuntur.

I. Dalmatiæ in varias Provincias divisio.
II. Reges Dalmatiæ & Serviæ, secundum Constantinum Porphyrogenitum.
III. Reges alii Dalmatiæ & Serviæ.
IV. Familia Vucassini Regis Serviæ.
V. Reges Dalmatiæ & Croatiæ.
VI. Reges Bulgariæ.
VII. Reges Bulgariæ, post redintegratum Regnum.
VIII. Reges Bosinenses.
IX. Despotæ Serviæ & Rasciæ.
X. Duces Spalatenses.
XI. Duces sancti Sabæ.
XII. Comites Chelmenses.
XIII. Toparchæ Zentæ.
XIV. Dragazensis Familia.
XV. Toparchæ & Duces Joanninæ.
XVI. Duces Montis nigri.
XVII. Comites Uscienses.
XVIII. Familia Cattriotorum.
XIX. Stemma Spanorum.
XX. Boccaliorum Familia.

Familiis Dalmaticis accenseri præterea possunt Arianitarum Comnenorum, Ducaginorum, & Angelorum Drivastensium Familiæ, quas in Stemmatibus Byzantinis perstrinximus.

FAMILIÆ TURCICÆ.

I. Primi Sultani Turcici.
II. Sultani Iconienses.
III. Othomanidæ Sultani.

Hanc porro Commentarii istius genealogici partem hic edere non statueram, uti monitum in Præfatione; sed cum Byzantinæ Historiæ lucem non modicam allaturam monuissent viri eruditi, idque pateretur voluminis qualiscumque moles, mutato consilio, una cum Familiis Augustis Constantinopolitanis hanc typis mandari passus sum haud invitus.

I.

DALMATIÆ

IN VARIAS PROVINCIAS DIVISIO

sub Imperatoribus Constantinopolitanis.

COMPLECTEBATUR olim [a] Dalmatia, vigente scilicet Imperio Constantinopolitano, oram istam maritimam, quæ a Dyrrachii confiniis, & ab Antibari, ad montes usque Istriæ protenditur: in latitudinem vero, regiones illas omnes quæ ab eadem ora maritima ad Danubium fluvium porriguntur. A variis deinde populis culta & habitata fuit, iisque varia nomina sortitis, plerisque Slavis qui inclinante Imperio has pervaserunt provincias, in hisce aliquot constitutis subinde Toparchiis.

Harum prima [b] DIOCLEENSIS fuit, ab urbe *Dioclea* nomenclatura donata, quam a Diocletiano primo ædificatam quidam perperam dixere; cum constet stetisse ante Diocletianum, qui, ut ait [c] Aurelius Victor, oppido nomine Dioclea ortus, ante quam Imperium sumeret, Diocles inde appellatus est, quod & testatur [d] Lactantius. Diocleæ vero Parietinæ ad Scutaricum lacum etiamnum visuntur. Complectebatur Diocleensis provincia omnem hunc tractum, qui a Dyrrachii confiniis ad Terbuniæ, seu Trebinæ, principatum extenditur: ex continenti vero usque ad Serviæ montes sese porrigebat: [e] cui quidem tractui Croatiæ Rubeæ nomen quidam adscribunt.

[f] TERBUNIÆ Principatus a Cataro oppido, quod & *Decaterai* appellabant, ubi Diocleensis Toparchiæ fines erant, ad Ragusium usque protendebatur, [g] a continenti Serviæ montanis adjacens. Illius urbs præcipua, & a qua nomen sumpsit, *Terbunia* olim, nunc *Trebigna* dicitur: in quo etiam tractu stat *Risenum* oppidum. Regionis istius incolas *Canalitas* appellatos auctor est Constantinus Porphyrogenitus.

[h] ZACHLUMORUM deinde sequebatur principatus, qui a Ragusio ducens initium, ad Orontium usque flumen tendebat: qua parte Paganis conterminus erat, ad continentem vero Serviæ. Nomen porro sortitus est a monte *Chlum*, ita dictus, quasi tractus Chlumo monti subjacens.

[i] Ab Orontio fluvio incipiebat PAGANIÆ provincia, porrigebaturque ad Zerinam fluvium. Sic autem appellata, quod a populis culta fuerit infidelibus, quos Slavi *Paganos* sua lingua nuncupabant. Dicta præterea fuit a Romanis *Arenta*, seu *Narenta*, & præter complura oppida quæ a Porphyrogenito recensentur, complectebatur insulas aliquot, *Curzolam* scilicet, *Brazzum*, *Meladam*, &c.

[k] Exin subsequitur CROATIA, quæ secundum oram maritimam ad Istriæ montana, & ad *Albunum* oppidum excurrebat. Dictus vero is tractus *Croatia Baptizata*, ad Majoris Croatiæ discrimen, quam *Albam* vocabant, & quæ longe post hanc Christo nomen dedit. In eo sunt oppida etiamnum nota, *Spalatum*, *Sebenicum*, *Jadera*, *Nona*, & aliquot alia.

[l] SERVIA deinde cæteros omnes tractus qui hosce principatus inter & Bulgariam interjacent, complectebatur: in cujus continentis meditullio A complura a Constantino recensentur oppida, quorum nomina nullam cum oppidorum quæ ab hodiernis Geographis ibi statuuntur nominibus affinitatem fere habent: [m] tametsi recens scriptor aliter videatur sentire. In eo tamen tractu Bosinensem, quem *Bosnam* appellat, complectitur Constantinus. *Edit. Paris. pag. 270.*

Dalmatiæ fines ac partitiones paulo aliter hisce verbis recenset Andreas Dandulus, [n] ubi de Suetopolo Rege Dalmatiæ: *Est autem Dalmatia*, inquit, *prima provinciarum Græciæ, quæ habet ab Oriente Macedoniam, ab Occasu Istriam, a Meridie mare Adriaticum, & insulas Liburnicas, & a Septentrione Pannoniam, quæ est pars Mysiæ. A plano itaque Dalmatiæ usque Istriam Croatiam Albam vocavit, & a dicto plano usque Dyrrachium Croatiam Rubeam, & versus montana a flumine Drino usque Macedoniam, Rasiam; & a dicto flumine citra, Bosnam nominavit.* Et mox: *Moderni autem maritimam totam vocant Dalmatiam: Montana autem Croatiam.*

Jam vero provinciæ istæ omnes Romanorum imperio ab olim paruere, ad quas regendas Præfectos mittere consueverant. Dalmatiam præ cæteris coluit [o] Diocletianus Augustus, quod in ea, uti diximus, natales excepisset, hancque, maxime vero partem illam quæ maris adjacet littoribus, Roma deductis coloniis, incolarum frequentia nobilem fecit, [p] qui & inde Romani appellati, quod Latinum sermonem diu servarint. Sed & in ea complura exstruxit vel certe instauravit auxitque oppida, atque in iis Diocleam & Spalatum, alia vero palatiis majoribusque ædificiis adornavit.

Verum pleræque ex iis provinciis ab Avaribus, seu Hungaris, Slavis, Croatis, aliisque populis septentrionalibus subinde pervasæ sunt, qui transmisso Danubio factis in eas excursibus, illas omnes fere tandem occupavere, præter aliquot nempe maritima oppida, quæ Constantinopolitanorum Augustorum imperium aliquandiu agnovere. Quæ quidem barbararum gentium irruptiones initium dedere variis principatibus, qui in Dalmatia diu perstiterunt, quorum præcipui extitere Servienſis & Croatiensis. Prior deinde Bosinensi originem dedit, aliisque toparchiis, quæ ex harum inclinatione sensim enatæ sunt, quarum historiam in hocce opere breviter describendam suscepimus, ut ex ea Byzantinæ, cum qua plurimam habet affinitatem, lux quædam affulgeat: cum absque hoc præsidio lectori haud omnino promptum sit a barbaris istis nominibus, quæ in ea haud semel occurrunt, se se facile expedire. His adjunximus Bulgariæ Regum seriem historicam, tum quod vicinos Serviæ & Dalmatiæ tractus ii possederint, & cum eorum principibus bella gesserint, tum etiam quod in Byzantina passim occurrant: ad quam quidem colluſtrandam ne in hacce Genealogices parte quidpiam desit, Turcicorum præterea Sultanorum, ac præsertim Iconiensium, penes quos ejusce gentis diu perstitit principatus, quorumque crebrior apud Byzantinos scriptores mentio occurrit, stemmata subdidimus.

a *Constant. Porphyrog. de Adm. Imp. c.30.*
b *id.c.29.30.p.35.73.94.112. Scylitzes p.576. E.R.*
c *Victor Epit.*
d *Lact. de Mortib. persecut. c.9.19.*
e *Orbinus p.204.*
f *Const.p.94.111.*
g *id.c.34.*
h *id.c.30.33.p.94.109.*
i *id.c.30.36.*
k *id.c.30.31.*
l *id.c.30.32.*
m *Lucius lib.1. Hist. Dalm.c.13.*
n *Andr. Dandul. in Chron. MS. an.854.*
o *Constant.c.29.*
p *Vviii. Tyrius l.2. cap.27.*

II.

REGES SERVIÆ ET DALMATIÆ.

DE origine & initiis Serviæ & Dalmatiæ principatuum, ut perinde de tempore quo a Constantinopolitanorum Augustorum Imperio avulsi sunt, haud constans est inter scriptores sententia. Id dumtaxat observant, qui Rerum Byzantinarum historiam litteris mandarunt, Avares seu Hungaros has non semel compilasse provincias, Mauricio & Heraclio imperantibus: atque ita incolis fere viduatas, redactasque in solitudinis speciem, a Croatis tandem partim occupatas, a quibus Dalmatiæ & Croatiæ deinceps constitutæ Toparchiæ, de quibus seorsim agimus: partim a Servis, populis ita appellatis qui ultra Danubium habitabant, illorumque pars erant quos Slavos vulgo nuncupant. Tradit [a] Constantinus Porphyrogenitus, Servios Dalmaticos duxisse originem a Serviis, quos Albos dicebant, quique pagani erant, ac eas incolebant regiones quæ Turciæ, Alemanniæ, quam Franciam vocat, & Magnæ Croatiæ conterminæ erant, *Boiki* dictas, sicque appellatos, quod Imperatoribus in militaribus eorum expeditionibus servierint, & obsequium impenderint. Neque ab hac sententia omnino discedit [b] Willelmus Antistes Tyrius: licet aliter sentiant [c] nonnulli rerum Dalmaticarum scriptores, nomenque istud ortum velint a Slavico *Srbska*, quo regionem illam quam incolebant Slavi, indigitabant, unde Σερβίαν Græci, seu Serviam postmodum formarunt. Quæ vero populos istos in Imperii provincias transeundi, easque pervadendi, causa impulerit, sic exequitur idem Porphyrogenitus.

Edit. Paris. pag. 271.

I. [d] Cum duobus fratribus obtigisset Serviorum principatus, alter sumpta populi parte dimidia Heraclium Imperatorem adiit, a quo benigne exceptus, tractum, quem cum gente sua incoleret, in Thessalonicensi Themate seu provincia obtinuit, in qua Serviam urbem condidit: aliquanto vero post, mutato consilio, id ultro etiam concedente Imperatore, trajecto Danubio in patriam rediere; rursumque pœnitentia ducti per Belegradi Præfectum, ab Heraclio postularunt aliam sibi assignari regionem; cumque ea quæ nunc Servia dicitur, & Pagania, & quæ Zachlumorum vocatur, præterea Terbunia, & Canalitarum regio, quæ Romanæ ditionis erant, propter Avarum excursiones desertæ essent, expulsis inde veteribus incolis, (Avares quippe anno XVIII. Mauricii ad XL. oppida expugnarant in hisce regionibus, uti narrant [e] Theophylactus Simocatta & Cedrenus) has facile ab Imperatore impetrarunt, a quo etiam ad Christianum cultum sunt traducti, evocatis Roma a quibus Baptismi Sacramenta accepere presbyteris. Extincto porro eo Principe qui primus hasce provincias ab Imperatore Constantinopolitano obtinuerat, successit filius, mox nepos, & cæteri qui ab eo deinceps orti, donec tandem aliquot post annos,

II. BOISESTHLAVUS, seu BOLESLAUS, principatum obtinuit, quem excepere

III. RODOSLAVUS, deinde

IV. PROSOGOES, & post eum

V. BLASTEMIRUS, ad cujus usque tempora pax inter Bulgaros & Servios hactenus intercesserat. At regnante Blastemiro Presiamus Bulgarorum Rex, Servios sibi subdere cupiens, in illos bellum movit: in quo tantum abfuit ut sit aliquidpiam consecutus, ut copias suas fere omnes amiserit. Unde colligimus Blastemirum vixisse sub Basilio Macedone circa annum DCCCLXX. quo imperante regnavit Presiamus. Blastemiro quatuor extitere filii, *Muntimirus*, *Stroimirus*, *Goinicus*, & [f] filia nupta Grainano, Belæ filio, Jupano, seu Præfecto principatus Trebinensis, quem genero, sub Serviæ Regum clientela, in solidum dedit Blastemirus. Ex hoc conjugio natus Phalimirus, pater Tzutzemiri Trebinensis Principis.

VI. MUNTIMIRUS, STROIMIRUS, & GOINICUS, paternum principatum inter se partiti, a Bulgarorum Rege Michaele Borise, qui acceptum a patre in ea quam contra Servios susceperat expeditione ulcisci dedecus statuerat, bello petiti, ita fortiter se se gesserunt, ut Bulgaros variis in præliis fuderint, capto præterea Blastemiro Michaelis filio, quem, pace tandem cum Bulgaris consecuta, ad patrem honorifice remiserunt, datis viæ sociis Borena & Stephano Muntimeri filiis, qui salvum & incolumem deducerent. At externis liberi fratres, mutuo inter se intestinis bellis grassati sunt, donec Muntimirus solus principatum obtinuit, fratribusque in Bulgariam amandatis, Petrum Goinici filium apud se retinuit, qui postea in Croatiam fugit. Ex Muntimiro nati tres filii, *Prieslavus*, *Borena*, seu *Branus*, & *Stephanus*,

VII. PRIESLAVUS patri demortuo in principatum successit. At anno insequenti

VIII. PETRUS, seu PETRISLAVUS, Goinici filius, qui in Croatiam concesserat, Prieslavum patruelem bello adortus, duobus fratribus in Croatiam fuga elapsis, principatum obtinuit, hunc que per viginti annos possedit, Leone Philosopho imperante. Triennio vero post Branus motis contra Petrum armis, superatus, captusque, luminibus ab eo orbatus est. Clonimirus, Stroimiri filius, nihilo meliori usus fortuna, capta licet Dostinica, Serviæ oppido, a Petro in prælio fusus ac cæsus est. Pacem cum Symeone Bulgariæ Rege primum coluit, cujus etiam filium in Baptismo suscepit. Verum grave postea inter utrumque principem ortum est bellum, a Michaele Zachlumorum Toparcha excitatum; qui cum accepisset Leonem Magistrum Dyrrachii Præfectum consilia agitasse cum Petro, quo ad Imperatoris partes & obsequium illum pertraheret, Symeoni statim significavit id potissimum peragi, ut Petri & Turcorum auxiliis adjutus Imperator Bulgariam bello aggrederetur. Quo accepto nuntio, Symeon coactis copiis, Theodorum Sigritzen, & Marmaen, una cum Paulo Brani Principis, quem excæcarat Petrus, filio, iis præfecit, qui sub fœderis specie captum Petrum in Bulgariam abduxerunt, ubi & in carcere vitam finivit.

pag. 272.

IX. PAULUS, Brani filius, Muntimiri nepos, arreptum Serviæ principatum post captum Petrum triennio obtinuit. Huic Romanus Lacapenus Zachariam Prieslavi filium, quem in rebus adversis ad se confugam in aulam receperat, oppositit; qui Serviam cum exercitu ingressus, a Paulo fusus captusque, in Bulgariam relegatus est. At postmodum moto inter Servios & Bulgaros bello,

X. ZACHARIAS, a Bulgaris & Græcis adjutus, Servianum principatum adeptus est nec multo

a *Lib. de Adm. imp. cap. 32.*
b *Tyrius l. 20. c. 4.*
c *Lucius in Notis ad Dioclеatem.*
d *Const. cap. 32.*
e *Lib. 7. c. 10. Cedren. pag. 399. E. R.*
f *Const. Porph. c. 34.*

post Romano Lacapeno, a quo potissimum auxilia acceperat, posthabitis Bulgaris, totum se addixit, & in ea quam contra Bulgaros suscepit idem Imperator militari expeditione, eidem non modo militavit, sed etiam hos aggressus, prælio fudit, missis ad Romanum cæsorum Ducum capitibus. Qua strage ultra modum irritatus Symeon, ingentem cogit exercitum, Zachariam bello petiturus, qui tanti apparatus fama perculsus, continuo in Croatiam fuga elabitur. Consentientibus vero, vel certe haud repugnantibus regionum Jupanis, seu Præfectis,

XI. TZEESTHLAVUS, Clonimiri filius, qui ex stirpe regia erat, a Bulgaris Rex in speciem constituitur: nam cum Tzeesthlavum ad proximum Serviæ oppidum adduxissent, eoque advenissent proceres Principem suum, post exacta a Bulgaris sacramenta, excepturi, Bulgari, & Tzeesthlavum, & proceres omnes in vincula conjectos, in Bulgariam abduxerunt; deinde facta in Bulgariam irruptione, regionem omnem ita vastarunt, ut absque incolis remaneret, abductis in captivitatem majoris ac infimi ordinis hominibus. Inde Croatiam cum copiis ingressi, quo similem in ea provincia desolationem inferrent, a Croatis omnino deleti sunt ac profligati. Tandem post annos septem Tzeesthlavus Presthlavo Bulgariæ metropoli ubi detinebatur, cum aliquot aliis fuga elapsus, in Serviam venit, in qua vix homines quinquaginta invenit, absque uxoribus, venatione victitantes. His adjunctus, Græcorum Imperatoris per nuntios imploravit auxilium, obsequium quale priores principes Græcis impenderant in posterum pollicitus. Quo consecuto ad eum passim confluentibus Serviis, qui in Croatia, Bulgaria, aliisque vicinis regionibus morabantur, & ab Imperatore ex urbe, quo complures Bulgarica vitata rabie confugerant, cum muneribus missis, regionem sensim ad pristinam incolarum frequentiam, reduxit, Græcorum cæteroquin præsidio tutus, quorum clientelæ patrum exemplo sese totum addixit. At sublato Romano Lacapeno Imperatore, ab hac clientelari servitute in plenariam se libertatem asseruerunt, uti narrat Scylitzes. a

Ita porro Serviani Principatus initia & origines, primorumque qui ei imperarunt Principum seriem commemorat Constantinus Porphyrogenitus, qui hac in re multo majorem fidem meretur, quam Diocleates ille Presbyter, cujus Historia Dalmatica circumfertur, qui circa annum MCLXX. floruit, cum Constantinus ea ferme qua Tzeesthlavus Serviæ Princeps ætate vixerit, scilicet circa an. DCCCCI. Principum enim Dalmatiæ ac Serviæ series longe alia est apud Diocleatem, nomina etiam, & ab iis acta prorsus diversa. Quod inde accidisse putaverim, quod Dalmatiæ continentis, & Dalmatiæ maritimæ, interdum etiam Croatiæ Principes confuderit: nam qui a Porphyrogenito hic recensentur continentis; qui vero a Diocleate & a Maruliano scriptore, maritimæ Toparchæ videntur fuisse. Verum cum nullus alius rerum Dalmaticarum scriptor habeatur, qui primos istos Servianos Principes recensuerit, horumque seriem & gesta, donec apud Byzantinos scriptores horum mentio primum occurrat, exaraverit, haud abs re erit, si quæ ille quacumque ratione de iis commemorat, adhibita interdum legitima censura mutuemur. Sed priusquam id agatur, præstat quorum mox dedimus principum seriem, stemmatis indicem Lectori ob oculos proponere.

a Pag. 379. Edit. Paris. pag. 273.



III.

PRIORUM DALMATIÆ ET SERVIÆ REGUM AC PRINCIPUM SERIES ALTERA.

NON magnopere mirandum, si in rerum Dalmaticarum & Servianarum recitandis primordiis non omnino consentiunt scriptores Byzantini cum Dalmaticis ipsis ac indigenis scriptoribus, & si in Principum nomenclaturis persæpe inter se dissideant: præterquam enim quod in peregrinis illis nominibus exarandis peccare solent Byzantini, accidit interdum, ut duplici nomine donarentur Principes, patrio altero & cum terminatione genti familiari, altero vero secundum Christianorum usum. Atque id causæ fuisse fere existimaverim, cur historiæ Dalmaticæ scriptor Presbyter Diocleates, quæ in annum MCLXI. desinit, cum Porphyrogenito non prorsus conveniat: cum fieri possit, ut uterque de iisdem Principibus sub diversis appellationibus sermonem instituerit; tametsi, ne quid dissimulem, nullam scriptor ille videtur feciſſe mentionem rerum ac bellorum quæ a Porphyrogenito narrantur. Verum quocumque modo sese res habeat, en ecce damus priorum istorum Serviæ Principum, ut hanc ille descripsit, ab ipsis Gothis sumpto initio, seriem & historiam: nam eorum quorum meminere scriptores Byzantini, & nomina & gesta agnoscere haud arduum nobis erit, cum ad ea tempora pervenerimus.

I. SUELADUS Gothis septentrionalibus, seu Avaribus, vel Hunnis cum imperio præerat ea ipsa tempestate qua Romanis & Græcis Anastasius. Huic tres extitere filii, *Brusius* qui in principatum successit, *Totius*, & *Ostroilus*. Hi duo posteriores, secundum gentis morem, adipiscendæ gloriæ ac famæ avidi, coactis immensis copiis, patriis excedentes finibus, in Pannoniam seu Hungariam progressi, hanc facile subjugarunt. Transgressa deinde Templana, (regione mihi incognita) in Dalmatiam profecti, provinciæ istius Principem, seu potius Imperatorium Præfectum, prælio fuderunt, qui duobus acceptis vulneribus Salonam fuga concessit, Rege præterea, seu Præfecto Istriæ cum eo pugnante interfecto. Partis hisce fratres victoriis, copiisque inter se divisis, Totius in Italiam & in Siciliam transmisit, ubi, ea direpta ac vastata, fato tandem concessit, uti a S. Benedicto prædictum fuerat. [a] Hunc Totium Totilam alii vocant, Gothorum nempe Regem, quem Ildibaldi Gothorum Regis ex fratre, Theudis vero Visigothorum Regis ex sorore nepotem, fuisse auctor est [b] Procopius, qui ejus gesta pluribus persequitur.

II. OSTROILLUS, seu OSTROIVOUS, vel *Odrillus*, uti appellatur ab [c] Andrea Dandulo, Dalmatia, Illyrico & Mysia inferiore, seu Bosinensi provincia occupatis, sedem Imperii in Prevalitana regione, quæ pars est Macedoniæ, constituit: [d] Scardonam & Salonas evertit: deinde *Sveuladum* filium ad subjugandas provincias quæ ad Septentrionem erant, misit. At Justinianus Imperator per nuntios edoctus Ostroillum cum paucis copiis domi remansisse, cum ingenti exercitu eum adortus, prælio inito fudit ac interemit. Dalmatiam ea tempestate, ut & Salonam occupasse Gothos, scribit pariter [e] Procopius. Hanc prius occuparat Marcellianus, Aetio olim famiA liaris, provincialibus ad defectionem pertractis. [f] In eam deinde penetrantes hanc ceperunt Gothi, Salonis etiam expugnatis. Contra hos missus a Justiniano Mundus anno imperii IX. cum Gothis quos obvios habuit præliatus, iis acie victis, Salonas recepit.

III. SUEULADUS, seu uti ab aliis appellatur, SEVUDILAVUS, percepta patris clade, magnis itineribus in Bosinensem provinciam pervenit, ubi non inventis Græcorum copiis quæ in patriam redierant, uti speraverat, quæ ab iis occupata fuerant nullo negotio recepit. Ita Diocleates. At [g] Procopius scribit post acceptam a Gothis in Dalmatia cladem, Asinarium, Grippam, aliosque Duces in Dalmatiam venisse: iisque ad Salonas progressis, occurrisse cum exigua manu Mauricium Mundi filium, & commisso acri inter eos certamine, hinc Gothorum primarios fortissimosque, illinc Romanos fere omnes cum Mauricio cecidisse: Mundum deinde dum ad filii necem ulciscendam progreditur, prælio inito vitam pariter amisisse. Exhinc Grippa Salonas recipit: contra quem missus a Justiniano Constantianus Sacri stabuli Comes, has rursum capit, ut & reliquam Dalmatiam & Liburniam, Grippa cum Gothis septimo post captas a Romanis Salonas die inde movente, & Ravennam redeunte. [h] Verum haud multo post Asinarius & Uligisalus coacto circa Suaviam (Savum fluvium forte) & conscripto exercitu, in Liburniam & Dalmatiam rursum exscensu facto, Salonas, sed frustra obsident, Constantiano has fortiter defensante; quas longe postea eodem imperante Justiniano in Romanorum potestate fuisse docet idem Procopius. [i] Sed oppida alia interea obtinuisse in Dalmatia Gothos, ex eo colligimus, quod Justiniano Dalmatia & Sicilia cedere ii obtulerint. Ex quibus satis perspicitur non modo a Gothis, quos alii Hunnos & Avares vocant, vastatam & occupatam Dalmatiam ante Mauricii & Heraclii tempora, sed & Ducum, qui eo copias transmiserunt, nomina Procopiana cum iis quæ ab Presbytero Diocleate recensentur minime convenire, tametsi in gestis haud omnino dissideant. Scribit porro Diocleates Sueuladi regnum a Valdevino oppido, quod Vinodum hodie dicunt, usque ad Peloviam, vel Peloviatam porrectum, [l] complexumque Bosinam, Dalmatiam, Croatiam, Valachiam, & Poloniæ partem. Obiit ille anno principatus XII. cum Christianos, qui maritima Dalmatiæ incolebant, dire vexasset.

IV. SELIMIRUS Suelado parenti in principatum successit, quem per XX. vel secundum alios, per annos XII. obtinuit, Christianis benignius habitis. [m] Scribit Petrus Luccarius in Ragusina Historia Scutarium oppidum, quod Scodram postea appellarunt, occupasse, in eoque sedem suam constituisse, ac ut Regem Dalmatiæ sese inscribere ei liceret a Justiniano per legatos postulasse, quod ille abnuerit: unde a Græcis, ut & posteri, Comites ac Domini Zentæ dumtaxat appellati, provinciæ nempe, a fluvio ejusdem nominis sic nuncupatæ, quæ Dulgense, Drivastense, Scutaricum, Dagnense, aliaque oppida nonnulla com-

Edit. Paris. pag. 274.

a *Tb. Archid. in Hist. Salonit. c. 6. Marcus Marulus in Hist. Dalmat.*
b *Procop. lib. 2. de Bello Goth. c. 29. 30. lib. 3. c. 2.*
c *Andr. Dandul. an. 874.*
d *Marulus p. 304. Procop. lib. 1. de Bello Goth. c. 7.*
e *lib. 1. de Bello Vandal. c. 6.*
f *lib. 1. de Bello Goth. c. 5.*
g *lib. 1. de Bello Goth. c. 7.*
h *id. l. 1. c. 16.*
i *l. 2. c. 10. l. 3. c. 40. l. 4. c. 21. 23. 26.*
k *id. l. 4. c. 24.*
l *Marc. Marulus.*
m *P. Luccari l. 1. de gli Annali di Rausa.*

plectitur. Addit denique Selimirum Istoki, quem Græci Sabatium vocant, Justiniani (non vero Justini, uti ait) patris sororem in uxorem duxisse. Nec scio an fides haberi debeat eidem scriptori, tradenti Lechum, Cechum, & Russum Selimiri uterinos fuisse fratres, quorum alter Poloniæ, alter Bohemiæ, tertius denique Russiæ Regum stirpibus initia dederint.

V. ULANDAUS, vel BLADINUS, Selimiri filius; Principatum, quem pacate rexerat, ad *Radmirum* filium moriens transmisit. Quidam scripsere, eo in Dalmatia imperante, Bulgaros patriis sedibus una cum liberis egressos, Chryso Chagano, seu Principe, ea regione quam Silodusiam dicunt, ac Macedonia expugnatis, transiisse in Latinorum provincias, quos, inquiunt, Romanos, posteriori vero ætate *Mavrovulasios*, id est Nigros Latinos appellabant. Unde existimare licet Dalmatiæ maritimæ incolas indigitari, quam Roma deductis incolis frequentavit Diocletianus, ut ex Porphyrogenito supra docuimus, eosque esse quos inde forte [a] Morlachios modo nuncupamus, qui scilicet Dalmatiæ oras maritimas incolunt. Addunt Bulgaros istos ab Imperatore Constantinopolitano bello identidem petitos, quos cum expugnare, locisque quæ occupaverant propellere haud potuisset, pacto cum iis fœdere, in iis permanere tandem concessit, ubi oppida & castra munitissima excitarint. Sed & Uladanus ob eorum fortitudinem hos bellis irritare & aggredi veritus, tum etiam quod ex eadem qua ille gente ortum ducerent, pacem cum illis composuit. Quæ quidem ab iis auctoribus enarrata, videntur aliquatenus quo Uladanus vixit tempus indicare. Transierunt enim Bulgari primo in Dalmatiam [b] sub Anastasio Dicoro, sub quo in Illyricum facta irruptione Romanos fuderunt, quod ad annum cccccxcix. & dii. refert [c] Marcellinus Comes. Alia deinde per Duces suos cum Bulgaris istis Dalmaticis bella gessit Justinianus anno imperii xii. & xiii. in quibus, cum varia fortuna primo pugnatum esset, tandem fusi sunt Romani, quibus sese adjunxerat Acumus, gente Hunnus, quem Illyrici Regem Cedrenus, Theophanes vero per Illyricum Magistrum militiæ fuisse, & a Justiniano e sacro fonte susceptum ait, quem in prælio captum ii abduxerunt. Ex quibus sane saltem eruitur, hasce regiones Dalmatiæ conterminas a Regibus ex Hunnorum, vel Gothorum gente, proindeque longe ante Heraclium fuisse possessas. Acumum autem eumdem esse cum Uladeno nolim asserere.

Edit. Parisi. pag. 275.

VI. RADMIRUS, Uladani filius, princeps plus æquo ambitiosus, arrogantiaque immodicus, ita Christianos divexavit, ut intra montana se se recipere coacti in iis munitiora loca incoluerint, ab ejus feritate securi. Quæ quidem Christianorum divexatio sub quatuor proximis ejus successoribus, quorum reticentur nomina, perduravit. Radmirus vero absque liberis decessit.

VII. VIII. IX. X. SUETMIRUS, quatuor istis principibus, e quorum stirpe erat, in Servianum principatum successit, in Christianos longe benignior & æquior. [d] Eo imperante Thessalonicæ vixit Constantinus Philosophus Leonis Patricii filius, vir in sacris litteris apprime eruditus, qui complures in Cossariensi provincia & in Bulgaria ad Christianam fidem traduxit. Is porro Romam pergens, quo a Sthephano summo Pontifice evocatus fuerat.

XI. BUDIMIRUM, Suetmiri successorem adiit, quem perinde Christo initiavit, ac baptismo donavit, SUETOPELEKI, id est lingua Slavica, *pueri sancti*, indicto nomine. *Suetopolim* vocat [e] Andreas Dandulus. Constantinum hunc sacram Scripturam in Latinam linguam vertisse ajunt, peculiaresque ab eo repertos characteres, quorum usum etiamnum servant Slavi. [f] Hujus filios Cyrillum & Methodium præterea nominant, qui complures in Europa Slavicas gentes pariter ad Christianum cultum converterunt: [g] at viri docti Constantinum eumdem esse cum Cyrillo non ita pridem docuere. Subdit deinde Presbyter Diocleates, revocatis qui in Montes confugerant Christianis, requisitoque & Stephani PP. & Michaelis Imperatoris consilio, Budimirum regni sui confinia definivisse, instituisse Archiepiscopatus & Episcopatus, [h] quorum series habetur apud Innocentium III. PP. & alios, præterea Banatus & Jupanias. Sed Diocleatem perperã hæc omnia perturbasse constat, cum quæ de Suetopeleko & Cyrillo narrat, ad Suetopelekum Moraviæ Ducem, quem Sphendoplocum [i] Porphyrogenitus, Zuentibolkum Annales Francorum nominant, referri debere ostenderunt iidem viri doctissimi, & Joannes Lucius, huicque inscriptam Joannis VIII. PP. Epistolam CCXLVII. ubi Sfentopulcrum vocat, ut Epistolam proximam Methodio: quæ quidem circa annum DCCCLXXX. contigisse certum est, ante quod tempus pridem e vivis excesserat Budimirus, quem XVII. Martii mortuum vult Diocleates, anno Imperii XL. & in Diocleensi Ecclesia sepultum. Ita quæ de prioribus istis Servianis Principibus ille commemorat, admodum incerta sunt, sed cum alius non extet Rerum Dalmaticarum scriptor antiquior, etsi indubitata iis quæ tradit præstari non debeat, non tamen fides omnis est deroganda.

XII. SFETOLICUS Budimirum patrem in principatu excepit, mortuusque est anno XII. principatus. Huic successit

XIII. ULADISLAVUS filius, qui in foveam inter venandum lapsus vitam amisit. [k] Hunc ajunt Ragusium occupare conatum, qua tempestate Ragusinæ Reipublicæ initia adscribunt.

XIV. TOMISLAVUS, vel POLISLAVUS, frater & Uladislavi successor, cum Hungarorum Rege Attila vario eventu bella gessit, quem & crebrius fugavit. Regnavit annis XVII. relictis aliquot liberis, quos inter extitit.

XV. SEBESLAVUS, qui in principatum successit: [l] quamquam non desunt qui unicam Tomislavo filiam superfuisse volunt, Sebeslavi matrem. Eo regnante Scodram seu Scutarium obsidione cinxere Græci, vel ut alii scribunt, Gothi, quos inde abscedere coegit. Eum esse principem par est credere, quem SEDESCLAVUM Comitem Slavorum vocat [m] Joannes VIII. PP. ea Epistola, qua illum rogat ut salvum conductum præstet legatis suis, quos ad Bulgarorum Regem Michaelem mittebat. Nescio an ille sit Sedesclavus, de quo ita Andreas Dandulus sub an. DCCCLXXIX. *Per hos dies Sedesclavus ex progenie ..... Imperiali præsidio Dalmatiæ Ducatum arripuit, filiosque Demegei exilio misit: quem non multo interjecto tempore Branimirus occidit, & Ducatum ejus accepit.* Obiit anno principatus XXIV. duobus filiis gemellis superstitibus. Horum alter fuit.

pag 276.

XVI. RABISVOIUS, vel RASBIVOIUS, vel denique MILIVOIUS: alter vero ULADIMIRUS. Paternis invicem ditionibus divisis, Rabisvoius partem maritimam, Uladimirus Surbiam & regiones Macedoniæ confines obtinuit. Uladimiro uxor fuit Hungariæ Regis filia, quo

a *Jo. Luc. l. 6. c. 5.*
b *Zonaras pag. 46. 47. E. R.*
c *Marcell. Com.*
d *Joan. VIII. R. Epist. 247. Andr. Dandul. A. 854.*
e *Loc. cit.*
f *Lucius pag. 439. Duret. in Hist. linguar. pag. 742.*
g *Bollandini socii ad 9. Mart. in S. Cyrillo.*
h *Innoc. l. 2. Epist. p. 452. Thom. Archid. Salon. c. 12. Andr. Dand.*
i *De Adm. Imp. cap. 40.*
k *Luccarius l. 1.*
l *Marc Marul.*
m *Epist. 176.*

connubio inter utramque gentem pax firmata. Rabiſvojo anno VII. principatus extincto, Uladimirus hunc in ſolidum per XX. annos rexit. Huic filius & ſucceſſor fuit

XVII. CHARANIMIRUS, vel CARAMIRUS, aut CANIMIRUS, quo regnante Croati Albi ab eo defecerunt, cumque is bellum in rebelles moviſſet, in prælio vitam amiſit in Chelmi vel Cliuni campeſtribus.

XVIII. TUARDOSLAVUS, vel TUERDISLAVUS, recepto paterno principatu, pacate vixit, eique abſque liberis mortuo ſucceſſit ex ſorore nepos

XIX. OSTRIVOJUS, [a] qui regnaſſe dicitur annis XXII. Huicque

XX. TOLIMIRUS filius, qui regnavit annis XI.

XXI. PRIBISLAVUS, Tolimiri filius, a ſubditis & proceribus, in quos immani crudelitate ſævierat, interemptus eſt, ejus cadavere in fluvium conjecto. At

XXII. CREPIMIRUS filius parentis necem ultus eſt, Boſinenſis Bani copiis adjutus, ſumpto ex homicidis condigno ſupplicio. Eo regnante Alemanni expugnata Iſtria in Croatiam tranſiere, cum quibus commiſſo prælio, hos e finibus ſuis expulit Crepimirus: pax deinde inter eos pacta, qua Suetorado filio Alemannorum Ducis, Imperatoris ut ajunt, cognati, filia in uxorem data, regnavit annis XX. menſe I.

XXIII. SUETORADUS, vel SUETOZARUS, parenti ſucceſſit, Princeps pius ac manſuetus, huicque filius

XXIV. RODOSLAVUS, vel RADOSLAVUS, paternæ pietatis virtutiſque imitator: qui cum Croati Albi defeciſſent, Belico quodam duce, ingentem exercitum conſcripſit, cujus partem alteram ſibi retinuit, alteram dedit Ciaslavo filio, deletiſque tandem rebellibus, Rodoſlavus captivos ſuos omnes liberos dimiſit, Ciaſlavus vero quos ex hoſtibus ceperat, in ſervos militibus diſtribuit. Qua re offenſi Rodoslavi milites, ad Ciaslavum tranſierunt, qui eorum ſuaſionibus parentem, facta defectione, regno expulit. Rodoslavus vero Romam conceſſit, ubi altero cum nobili Romana matrimonio junctus, ex ea *Petrislavum*: is vero ex nobili pariter Romana Paulimirum Regem Dalmatiæ procreavit. Rodoslavus denique in æde S. Joannis Lateranenſis humo conditus fuit.

XXV. CIASLAVUS, aliis SEISLAVUS, cognomento APOSTATA, cum aliquamdiu pacate regnaſſet, tandem commiſſi in patrem ſceleris pœnas dedit. Cum enim Chiſum, vel Kiiſum, quem [b] alii Udislavum vocant, Hungarorum ducem in prælio interemiſſet, ejus uxor, ingentis animi mulier, audita mariti cæde, magna militum vi a Pannonum Rege impetrata, in Serviam deſcendit, comprehenſumque in caſtris circa Sirmium Ciaslavum, captivum abductum, naribus auribuſque truncatum, deinde in Savum fluvium cum vinculis projici juſſit, univerſa ejus ſtirpe proceribuſque captis ſimili ferme ſorte pereuntibus. Scribit Diocleates exinde Dalmatiam abſque Rege manſiſſe, proviaſque a Jupanis ſeu Præfectis gubernatas, quibus tributa ſolita penſitabant ſubditi: *Tycomilum* præterea Ciaslavi generum Raſſiæ, tum imperaſſe, Magni Jupani dignitate dumtaxat contentum: nec multo poſt,

XXVI. PALIMIRUM, cognomento BELLUM, Rodoslavi ex filio Petrislavo nepotem, Roma in Dalmatiam cum quingentis hominibus veniſſe, conſtructiſque aliquot caſtris, & in iis, ſecundum quoſdam, Raguſino, Trebinam conceſſiſſe, ubi a Dalmatis in Regem acceptus & coronatus eſt. At vetus Rerum Dalmaticarum ſcriptor a Marco Marulo editus, ait Rodoslavum percepta filii familiæque ejus internecione, Roma in Dalmatiam reverſum, inter oræ maritimæ accolas manſiſſe, Croatis cæterum omni injuria remiſſa; huic interea natum filium COLOMANUM, qui poſt patris obitum conſenſu omnium regnum ſuſcepit, paternarum virtutum æmulum, cui in pace defuncto ſucceſſit CHRISMERIUS filius, Princeps perinde naturæ dotibus inſignis: cui, cum annos XXXI. ille regnaſſet, ſuffectus eſt ZUINIMERUS, qui cum coacto ſubditorum concilio hos ad Hieroſolymitanam expeditionem cum cæteris Chriſtianis ſubeundam invitaret, orta ſubito ſeditione ab iis interfectus eſt, poſt cujus necem Bela Hungarorum Rex Dalmatiæ provincias occuparit. Quæ quidem ab hoc ſcriptore relata mendo haud carent, cum Chriſmerius, ſeu Creſimirus, & Zuinimirus Croatiæ, non vero Dalmatiæ maritimæ Reges fuerint: deinde idem Zuinimirus aliquot ante noſtrorum in Terram ſanctam expeditionem annis vixerit, mortuuſque fuerit, uti in Croatiæ Regum ſerie videre erit. Ut porro ad Diocleatem revertamur, tradit ille Saracenos poſt interfectum Ciaslavum, e Sicilia cum ingenti claſſe in Dalmatiæ oras maritimas exſcenſum feciſſe, deſtruxiſſeque oppida fere omnia quæ littoribus adjacebant, incolis interea in montana & continentem ſeſe recipientibus, qui Saracenis e Dalmatia excedentibus in patriam reverſi, civitates ab iis deſtructas rurſum inſtaurarint, atque Paulimirum Roma evocarint. Saracenorum iſtius in Dalmatiæ oras maritimas excurſionis mentio occurrit apud Rerum Byzantinarum ſcriptores e fere omnes, qui ex Africa in Siciliam profecti, haçque expugnata, in Dalmatiæ maritima exſcenſum fecere, & Bugova, Raſa, & Cataro oppidis captis, Raguſium regionis præcipuam civitatem obſidione vallarunt: quam ut cætera oppida cepiſſent, niſi Imperator Baſilius Macedo, cujus opem Dalmatæ imploraverant, claſſem Niceta Orypha Patricio Duce eo ſtatim miſiſſet, cujus ſola apparatus fama perculſi, inde excedentes in Apuliam tranſierunt, ubi Barim oppidum ceperunt, quod iis demum abſtulit Ludovicus II. Imperator, cum in Italiam cum magno exercitu venit. Scribit porro Porphyrogenitus, Raguſinam obſidionem, cæterorumque oppidorum expugnationem contigiſſe ſub Michaele Auguſto Theodoræ filio, ac priuſquam miſſi a Dalmatis auxilii expetendi gratia legati Conſtantinopolim adveniſſent, cæſum a Baſilio Macedone Michaelem anno DCCCLXVII. qui continuo Nicetam cum claſſe eo miſerit. Græcorum porro jugum paulo antea excuſſerant Dalmatæ, eodem imperante Michaele, ejus ſocordiæ captata occaſione: qua tum tempeſtate Croati, Servii, Zachlumi, Terbuniatæ, Canalitæ, Diocletiani & Rendani, peculiares dominos ſibi ſelegere, quibus parerent: quod ipſum fere accidiſſe poſt Ciaslavi interitum obſervat Diocleates, ita ut hac in re ſaltem fides ei derogari haud debeat. At poſt acceptum a Baſilio contra Saracenos auxilium, Græcorum ſeſe addixere patrocinio, ejuſdemque Auguſti, a quo etiam im-

Edit. Pariſ. pag. 277.

a *Marc. Marul.*
b *Marulus p. 301.*

c *Conſt. Porph. in Baſilio c. 38. 39. lib. de adm. Imp. cap. 29. l. 2. de Themat. Scylitz. pag. 576. 577. Zonar. Glyc. &c.* E. R.

petrarunt ut ab iis quos elegerant principibus regerentur, [a] qui quidem ut supremos dominos Imperatores Constantinopolitanos agnoscerent; sed & Sacerdotes & Presbyteri a quibus Christianæ religionis cultum, quem ex iis plerique hisce in bellis ac patriæ desolationibus deseruerant, edocerentur, missi a Basilio, uti docemur a Leone Imperatore Basilii filio. Jam vero saltem ex his percipimus, horum quæ hactenus de Dalmatiæ Principibus ex Diocleate commemoravimus, pleraque ad Dalmatiæ maritimæ, non vero ad Serviæ Toparchas pertinere, cum alii essent Serviani a Dalmaticis, qui quidem Dalmatici non diversi fortasse fuerint ab iis qui Croatiæ simul & Dalmatiæ Principes appellati sunt, de quibus suo loco agimus. At ut ad Paulimirum revertamur, is, uti attigimus, in Dalmatiam profectus ab omnibus in Principem admissus est, præterquam a Gliutomiro Rassiæ Jupano, qui ex Tichomili prosapia erat, & solemniter Trebinæ Ascensionis die festo in Regem fuit coronatus. Rassianum vero Jupanum bello adortus, hunc ad Limum fluvium fudit, eoque haud multo post a suis interfecto, Rassiam invasit. Hungaris etiam ad Sirmium deletis, cum iis pacem iniit, ea conditione, ut Savus fluvius utriusque principatus confinia divideret. Obiit Trebinæ, in Ecclesia S. Michaelis humo conditus.

Edit. Parif. pag. 278.

XXVII. TIESCEMIRUS, Paulimiri filius posthumus, septimoque post ejus mortem die natus, Princeps a Dalmatis est proclamatus. Verum huic & matri fidem soli fere servavere Trebunienses & Ragusini, cæteris, ac Rassianis præsertim qui ex genere Tichomili erant proceribus ab eo deficientibus. Huic mater Cidomiri Croatiæ Albæ Bani filiam in uxorem dedit, ea qua *Predemirum* & *Crescimirum*, quem Croatiæ Banum deinceps fuisse ajunt, quod suo loco discutiendum reservamus, procreavit. Prevalitanum Banum in acie fudit ac interfecit, quo etiam in prælio accepto lethali vulnere haud multo post interiit.

XXVIII. PREDEMIRUS, vel PRELEMIRUS, parentis principatum excepit. Scribit Diocleates eo regnante, Petro Bulgarorum Rege extincto, Græcorum Imperatorem Bulgariam invasisse, suoque subjugasse imperio. At cum Symeonem post Petrum regnasse deinceps innuat, qui Symeonis filius fuit, perspicui anachronismi jure argui potest, hincque pater quæ fides adhibenda scriptoris istius narrationibus. Ne tamen quidquam intactum ex iis quæ commemorat reliquatur, ut censuram adhibere cuivis liceat, cætera prosequemur. Ait igitur Græcos subacta Bulgaria, Rassiam invasisse, ejusque Banum cum Pigna & Radigrado filiis, filiaque PRECHUALA, in Onogostensem Jupaniam, ubi tum degebat Predemirus, fuga sibi consuluisse. Qui quidem Prechualæ forma succensus, hanc in uxorem a patre obtinuit, ea conditione, ut opem ad recuperandum principatum sibi conferret, quem deinceps Servianis Principibus obnoxium possideret. Quo pacto inito, Onogostensem Comitem Radigradum uxoris fratrem dixit, Græcisque deinde a Rassianis ejus artibus interemptis, socero provinciam restituit. Quatuor ex uxore liberos procreavit Predemirus, *Hralimirum*, *Boleslavum*, *Draghislavum* & *Sueladum*, quibus principatus suos ita distribuit, ut Hralimirus Zentam cum suis Comitatibus, Boleslavus Trebinam cum suis Comitatibus, Draghislavus Chernaniam & alios Comitatus, Sueladus denique regionem quam Latini Submontanam, Slavi vero Podgoriam vocant, cum suis perinde Comitatibus obtinerent. Obiit denique Predemirus admodum senex, sepultusque est Rassiæ in æde S. Petro sacra. [b] Extant Joannis PP. VIII. scriptæ an. DCCCLXXIX. Ind. XII. Epistolæ ad Branimirum, & ad Sacerdotes & populos Branimiro subjectos, quos hortatur ut quam Romanæ Sedi subjectionem polliciti erant, constanter adimplerent: & ut permittat Branimirus Legatum suum epistolam ad Bulgarorum Regem deferre. Qui quidem Branimirus alio loco Barnimerus gloriosus Comes videtur appellari, quem ratio temporum suadet eumdem esse forte cum Predimiro Serviæ Jupano. Ejus porro filii cum laxatis licentiæ frænis imperio per libidinem & crudelitatem abuterentur, horum subditi Legetum & Legeti filios, qui tum in Croatia [c] morabantur, quique ex Crescimiri, Predemiri fratris, stirpe erant evocarunt, a quibus una cum liberis omnibus sunt interfecti, præter Silvestrum Boleslavi filium, qui Ragusium, unde orta erat illius mater Siva, fugit, ubi flagrantibus bellis istis civilibus uterque aliquamdiu mansit.

XXIX. LEGETUS igitur una cum filiis Predemiri provinciis imperavit, exstructoque ad Catarensem Sinum castro, in loco quem Trajectum vocant, in eo sedem delegit. At haud multo post Legeto, filiisque omnibus peste extinctis,

XXX. SYLVESTER, Rodoslavi filius, qui Ragusium cum matre confugerat, a Dalmatis Princeps electus est. Vir cætera pius, ac justitiæ amans, quique legum codicem condidit. Ab eo etiam insulas Giupanam, Mezum & Calamatam comparasse Ragusinos tradit Petrus Luccarius. [d]

XXXI. TUGOMIRUS Sylvestro patri in principatum successit, qui ut ait Diocleates, ea vixit tempestate qua Regnum Bulgaricum iniit Samuel, hoc est circa annum DCCCCLXXXV. unde quæ de Petro supra ex eo diximus, falsa esse constat. Pogoritzum castrum ædificavit, initoque cum Narentanis fœdere, in Illyricum facta excursione, Chelmensem regionem, quam S. Sabæ Ducatum exinde vocarunt, vastavit.

XXXII. HRALIMIRUS, Luccario [e] KFALIMIRUS, Tugemiri filius, Pontem ad Cognizam excitavit, ut & aliquot castra. Sororem Nicolao Vienazensi Bano in uxorem dedit. Est autem Vienaz castrum in Bosina ad fluvium Varbasensem. Obiit Eleci, relictis tribus filiis, *Petrislavo*, *Draghimiro*, & *Miroslavo*, quibus provincias suas distribuit, Zenta Petrislavo, Trebina & Chleuna Draghimiro, & Podgoria Miroslavo concessis.

XXXIII. PETRISLAVUS, Miroslavi fratris, qui in Baltensi, seu Scutarensi lacu submersus interiit nullis superstitibus liberis, hæreditatem adiit, sepultusque Gazeni in Ecclesia Deiparæ. *pag. 279.*

XXXIV. ULADIMIRUS Petrislavo in principatum successit, quem bello adortus Samuel Bulgarorum Rex, vastata Dalmatia, per traditionem captum, Preslavæ aliquamdiu detinuit. Sed mox libertati dato principatum restituit, pacta insuper in conjugem filia CASSARA, dotisque vice Dyrrachio oppido concesso cum adjacenti regione, quod recens Græcis abstulerat. Samuele dehinc extincto, Joannes Uladislavus, qui in Bulgariæ principatum Gabrieli Samuelis filio successerat, evocatum ad se benevolen-

a *Leon. Tact. cap. 18. §. 102.*
b *Epist. 184. 185. 284. 285.*
c *Vide Reg. Croatiæ. Petr. Luccar. l. 1. p. 6.*
d *Lib. 1. f. 7.*
e *Petr. Luccar. l. 1. p. 9.*

tiæ ſpecie Uladimirum contra datam fidem capite truncari juſſit XXII. Maii. Hanc perinde inſignem Bulgari perfidiam memorat Scylitzes ad annum MXV. Ind. XIII. aitque a Davide Bulgarorum Archiepiſcopo accepta fide in Bulgariam tranſiiſſe Uladimirum. At Diocleates Baſilii Bulgaroctoni Imperatoris ſuaſu hanc perpetraſſe ſcribit. Utcumque ſit, videtur Scylitzes [a] Uladimirum non Serviæ imperaſſe innuere, ſed Trymaliæ, & Serviæ vicinis regionibus. Fuit porro Uladimirus Princeps juſtitiæ, pacis, ac virtutis ſtudioſus, eodem auctore Scylitze, cujus etiam pietatem mire commendat Diocleates, ſcribens aliquot ab eo ſuperſtite & mortuo patrata miracula. Ejus uxor conjugem imitata pie pariter vixit, eoque extincto in monaſterium conceſſit. Uladimiri funus Ceanum principatus metropolim adductum in Eccleſia Deiparæ humo conditum eſt, ubi, uti diximus ejus ſepulchrum miraculis inclaruit. At perpetrati ſceleris noxam haud multo luit Bulgarus, ab Angelo, ut ferunt, ad Dyrrachium, quod obſidione cinxerat, interfectus anno MXVII. Ind. XV. Hanc urbem in Uladimiri, ſeu potius Dalmatarum poteſtate fuiſſe ſcribit Diocleates: at Scylitzes [b] Græcis tum paruiſſe exerte memorat, ejuſque Præfectum, cum obſeſſa eſt, Nicephorum Patricium Pegonitam nominat.

XXXV. DRAGHIMIRUS, Uladimiri patruus, & HRhalimiri Regis filius, avitas provincias poſt Bulgari interitum recuperaturus in Dalmatiam profectus eſt: cumque Catarum perveniſſet, a civibus in æde ſacra, quæ S. Gabrielis rupi inædificata eſt, miſere interemptus eſt. Uxor, Gliutomiri Magni Raſſiæ Jupani filia, mortuo conjuge, in Raſſiam, indeque, parentem mortuum edocta, in Boſinam, cum matris fratribus & filiabus duabus conceſſit: quo in itinere in loco quem Bruſnum vocant, in Drinenſi Comitatu filium *Dobroslavum* enixa eſt.

XXXVI. DOBROSLAVUS, aliquamdiu in Boſina educatus, inſidiarum metu, a matre Raguſium perductus eſt: ubi adultus factus, Samuelis Bulgariæ Regis neptim in uxorem ſibi adſcivit, quinque ex ea procreatis filiis *Michaele*, *Goislavo*, *Sagancio*, *Rodoslavo*, & *Predemiro*. Fuſis interim ac deletis variis in præliis Bulgaris, mortuoque ad Dyrrachium Ladislavo Rege, non modo Bulgaricas omnes provincias, ſed & Raſſiam, Boſinam ac Dalmatiam, quas ille invaſerat, in poteſtatem redegit Baſilius. Tradit vero Scylitzes [c] tum primum Serviam in Imperatorum Conſtantinopolitanorum jus veniſſe ſub Michaele Paphlagone: aitque anno Chriſti MXXXVI. Indict. IV. regnum iſtud, quod hos ut ſupremos Dominos poſt Romani Lacapeni mortem agnoſcere deſierat, jugumque excuſſerat, rurſum Imperio fuiſſe conjunctum. Verum haud multo poſt Dobroslavus, quem Boiſthlavum, ſeu Boeslavum vocant idem Scylitzes & Zonaras, [d] & Stephani præterea nomen habuiſſe tradunt, cum Conſtantinopoli, ubi provinciis ſuis exutus morabatur, clam exceſſiſſet, conciliatis ſibi Dalmatis & Serviis, utramque provinciam invaſit, pulſo inde Theophilo Erotico, cæſiſque ab incolis Græcis omnibus. Imperator vero comparato ingenti exercitu, eidemque Præfecto Harmenopulo, [e] Zentanam provinciam ingreditur, Dobroslavum, ſeu Stephanum, priuſquam vires animumque collegiſſet, oppreſſurus. At is, filiuſque Rodoslavus, coactis raptim copiis, obviam progreſſus, Harmenopulum ad Vuranam prælio A fundit deletque. Quo quidem in certamine cum fortiter ſe geſſiſſet Rodoslavus, Kezcanam Jupaniam in accepti beneficii gratiam ei conceſſit parens. Sed & ſub idem tempus fermę accidit, ſ ut Dobroslavus navim quæ ad Imperatorem Michaelem Paphlagonem, Theſſalonicæ tum degentem, magnam auri vim vehebat, turbine correptam, & ad Illyrici littora impulſam expilaret; quam cum repeteret Michael, id pro nihilo habenti Dobroslavo bellum rurſum indicit, miſſo Georgio Probata ſpadone, qui in Serviæ locorum difficultates & invias convalles incaute illapſus, toto amiſſo exercitu ægre evaſit. Conſtantino Monomacho Imperium deinde adepto, bellum Romanos inter & Servios acrius renovatur, Serviis Romanorum vicinas ſibi pro- *Edit. Pariſ.* B vincias incurſantibus ac deprædantibus: quorum *pag.* 280. impatiens Monomachus, adſcitis in armorum conſortium Raſſiæ Jupano, Boſinenſi Bano, & Gliutovido Semiidræ filio Chelmenſi Jupano ac Principe, coactoque LX. militum millium exercitu, eidem Dyrrachii præfectum præficit, quem Curſilem Diocleates, Scylitzes [g] vero Michaelem Patricium Anaſtaſii Logothetæ filium nominat. Is in Servios progreſſus, ut erat rei bellicæ prorſus inſcius, copias ſuas verſus Antibarim itineribus accliviibus, aſperis, ſalebroſis, & ita auguſtis eduxit, ut ne bini quidem ſimul ire equites poſſent, Serviis dedita opera cedentibus, & intrare eum ſinentibus, neque de reditu ſollicitus, neque juſto præſidio anguſtias occupans, campeſtria direptionibus incendiiſque vaſtavit: ut porro ſatis prædæ captivorumque partum, tempus reducendi exercitum putavit, anC guſtias qua redeundum erat a Serviis occupatas animadvertit, a quibus ingenti clade profligatur, cæſis ad XL. millia, ſeptemque ducibus, reliquis per ſaltus ac ſilvas montium diſſipatis ac fugientibus, quos inter fuit ipſe Michael. Cladem [h] hanc ad Catarenſem Sinum accidiſſe ait Diocleates, anno ſcilicet I. Monomachi, Chriſti MXLIII. Indict. X. Gluitovidum deinde ad Zermizam, cæteroſque deinceps Banos ac Jupanos variis præliis fudit Dobroslavus, regnumque firmavit, Græcos ſubinde ſemper laceſſens. Scribit Petrus Luccarius bis nuptias iniiſſe Dobroſlavum; ac ex priore quidem uxore duos procreaſſe filios, qui patrem a ſecundis nuptiis avocare fruſtra conati ſunt, quas ille cum NEDA, ſeu DOMINICA, Regis Bulgariæ filia, Raguſii D contraxit: cui tum civitati Dalmatiæ Regni inſignia conceſſiſſe ajunt, *avulſa* ſcilicet *tria Leonum capita aurea in campo cæruleo*. Obiit Prapretnæ, ubi morabatur, in æde S. Andreæ ſepultus. Poſt ejus exceſſum diviſæ fuere illius provinciæ inter filios: *Goislavo* & *Predemiro* Trebinenſis, & Griſpulenſis tractus, *Michaeli* Prapretnenſis, Cermenizenſis, & Obliquenſis, *Rodoslavo* denique Jupaniæ Lucenſis, Padlugienſis, & Cucevenſis cum Budua obtigere, dum interim mater ſupremo jure hiſce omnibus imperaret provinciis, quarum non Reges, ſed Chnefonos, id eſt Comites ſeſe inſcribebant. Goislavo a Trebinenſibus interfecto, Donanekum ii ſibi in Principem elegere. At

XXXVII. MICHAEL, quem Dalmatæ *Michagliam*, Scylitzes *Michaelam* vocant, expugnata E Trebina, captoque ac variis tormentis excruciato & morte mulctato Donaneko, fratris necem ultus, matreque e vivis erepta, Serviæ in ſolidum Rex ab omnibus eſt proclamatus, a Monomacho, icto cum eo fœdere, Protoſpatharii honore donatus, & in album ſociorum ac amicorum Imperii adſcriptus eſt, ſub annum ML. [k] Ex prioribus Michaelis nuptiis ſeptem nati filii, *Uladimirus*, *Prieſtavus*, *Ser-*

a *Scylitz.* p. 170. E. R.
b *Scylitz.* p. 712. E. R.
c *Scylitz* 739.
d *Scyl.* pag. 745. E. R. *Zonar.* pag. 197. E. R.
e *Diocleat.*
f *Scylitz.* p. 745. E. R.
g *Scylitz.* p. 754. E. R. *Diocleat.*
h *Scylitz.* p. 754. E. R. *Zonar.* pag. 197. E. R. *Luccaril.* 1.
i *Scylitz.* p. 789. E. R.
k *Diocleat.*

glus, *Deria*, *Gabriel*, *Miroslavus*, & *Bodinus*: cum vero ditionibus suis tot inter filios partitis ac distributis, singulorum partes hæreditarias modicas fore prospiceret, Rodoslavo fratri Zentanam provinciam abstulit, filioque Uladimiro dedit. Priore exstincta conjuge, Imperatoris Constantinopolitani cognatam superduxit, ex quo altero conjugio enati *Dobroslavus*, *Priaslavus*, seu *Petrislavus*, *Nicephorus*, & *Theodorus*, qui superstite patre improles obiere, præter Priaslavum, cui Rassiam donavit, ex quo natus Bodinus, qui Bulgariæ Rex deinceps est appellatus. Bulgari quippe Græcorum imperii ac dominationis pertæsi, defectione palam inita, Michaelem in sui auxilium evocarunt, Bodino nepoti (Constantinum præterea, filiumque Michaelis vocat [a] Scylitzes, ut & Joannes Lucius) Regiam coronam polliciti. Statim vero atque Bodinus Bulgariam est ingressus, non modo Rex est [b] acclamatus communi populorum consensu, sed etiam Græcorum Imperatoris Michaelis Ducæ copias delevit ac profligavit, captis eorum ducibus, [c] quos inter fuit Longobardopulus, cui Servianus Princeps Michael filiam deinde in uxorem dedit, ac ingentem exercitum e Longobardis & Servianis conflatum commisit, opem laturum Bodino, a Græcis acrius impetito. Id porro accidit anno MLXXIII. Moritur interea Michael, regni annis XXX. exactis in SS. Sergii & Bacchi æde sacra tumulo conditus, filiis ex priore conjugio eo superstite, pariter extinctis, ex quibus Uladimirus liberos procreavit, de quibus suo loco agemus. Michaelis meminit [d] Sabellicus, ut & [e] Gregorius VII. PP. cujus prostat scripta ad eum Epistola super enata inter Spalatensem & Ragusinum Archiepiscopos controversia. Sed & leguntur Alexandri II. summi Pontificis Epistolæ aliquot, quarum altera Petro Dioclensis atque Antibarensis Ecclesiæ Archiepiscopo pallium mittit anno MLXII. altera Dalmatiæ Ecclesias ab impudicitia Clericorum expurgare conatur. Unde conficit [f] Baronius Serviam ea tempestate Romanam, non vere Græcanicam Ecclesiam agnovisse. Mortuo denique Michaeli in Regnum Servianū successit ejus frater.

Edit. Paris. pag. 281.

XXXVIII. RODOSLAVUS, si qua fides Diocleati Presbytero, tradenti præterea Bodinum fratris ex filio, ut ait, nepotem, quem ex Græcorum carcere liberaverat, in eum defectionem molitum, utque erat pacis quietisque amans, regno ultro cessisse, Trebinæque reliquum vitæ exegisse, cum imperasset annos XVI. sepultumque in Ecclesia S. Petri de Campo. Huic adscribit idem scriptor præter quatuor filias, filios octo, *Branislavum*, *Grandislavum*, *Grislavum*, *Dobroslavum*, *Ilsalimirum*, *Stanihnam*, *Cocciaporem*, & *Pizinekum*: Branislavo vero ejus filio sex perinde filios, Predihnam, Petrislavum, Draghihnam, Tuardislavum, Draghillum, & Grubassam.

XXXIX. BODINUS, quem etiam *Constantinum* appellatum tradit [g] Scylitzes, a quo, ut diximus, Michaelis filius dicitur, Bulgariæ Rex patre superstite appellatus, [h] vix regnum istud adeptus, a Saronita, quem Michael Ducas Imperator cum ingentibus copiis in eum miserat, in prælio captus, Constantinopolim perductus est, ubi in Monasterio S. Sergii aliquamdiu detentus, Antiochiam Isaacio Comneno Duci custodiendus missus est. Rodoslavus patruus, hac re cognita, Venetorum quorumdam artibus e carcere elapsus, ad patruum profectus, ab eo Grispulum & Buduam obtinuit. Is vero regio nomine excidisse indignatus, in patruum facta defectione insurgit, qui ut erat pacis studiosus, regno ultro cedens, Trebinam concessit, ubi A vitæ quod reliquum erat exegit. Ita quidem Diocleates. At i Scylitzes exerte scribit Michaelis parentis opera e carcere a Venetis eductum Bodinum, post patrem Serviæ imperasse, suaque adhuc ætate, & cum scribebat, imperare. Sed & neque alibi sibi constat Diocleates: ait enim, ut & [k] Petrus Luccarius, Bodinum Michaelis ex filio Prieslavo nepotem fuisse: alio vero loco tradit Bodinum cum noverca & ejus filiis, fratribus suis consanguineis in Rodoslavum defectionem molitum: unde conficeretur Bodinum filium fuisse Michaelis, quem ex priore illius conjugio natum dixit. Quinetiam Michaelis ex altero matrimonio filios eo superstite obiisse tradit, quibus sese contra Rodoslavum Michaelis successorem adjunxerit. Deinde qua ratione Rodoslavo regni XVI. anni adscribi possint, non plane video, cum anno MLXXIII. Michael adhuc supereset, & Bodinus, ita scribente [l] Anna Comnena, Dalmaticas provincias cum filio Michaele regeret, imperante Nicephoro Botaniata, hoc est circa annum MLXXX. & quinquennio post Dyrrachium Roberto Guiscardo Normannorum duci extorserit, si eidem Diocleati fides hac in re præstanda. Ex quibus confici posse videtur Rodoslavum, siquidem in Servia regnaverit, paucis Regnum illud annis, atque adeo Bodino Antiochiæ adhuc detento, obtinuisse, quamquam ejus liberationem Michaeli patri adscribunt Byzantini scriptores. [m] Bodinus itaque Serviæ regnum adeptus, Zentam ingreditur, hancque Rodoslavi filiis adimit: verum Antibarensis Archiepiscopi interventu pax inter agnatos redintegrata, iisque a Bodino restitutæ quas abstulerat provinciæ. Exhinc Rassia occupata, hanc in duas Jupanias divisit, quarum alteram Belcano, alteram Marco, vel Mauro, nobilioribus ex aula proceribus, eorumque posteris, sub hominii conditione concessit: deinde in Bosinam pergens, expugnatam Comiti Stephano regendam dedit: ita quidem Diocleates. Is est porro VOLCANUS, cujus mentio in [n] Annæ Comnenæ Alexiade non semel occurrit, qui Alexium Imperatorem ejusdem Annæ parentem bello impetiit & cui deinceps icto cum eo fœdere, ex fratre aut sorore nepotes Uresim, seu Urosium, & Stephanum Volcanum in obsides dedit. Sed & eum esse Volcanum arbitror, qui Buscanus, vel Busclavus appellatur in [o] vita S. Romualdi ab Hieronymo Pragensi scripta. [p] Nec multo post Bodinus, Apuliæ Ducis Roberti Guiscardi morte percepta, Dyrrachium Normannis, qui urbem Alexio facta obsidione abstulerant, ereptum eidem Augusto mox restituit. [q] Anna vero Comnena secretis artibus, clandestinisque commerciis illud parentem sibi comparasse scribit. [r] JACHINTÆ deinde uxoris impulsu, feminæ arrogantis ac ambitiosæ, quam Archirizzi, seu potius Argyri nobilis Barensis filiam fuisse ajunt, quamque sub mensem Octobrem an. MLXXXI. desponsarat, Brandislavum cum Predinha filio, & Grandislavum Rodoslavi filios, qui Scutarium, illius invisendi gratia venerant, in carcerem conjecit. [s] Quo quidem accepto nuntio, fratres alii similem veriti injuriam, Ragusium sese receperunt, quo Bodinus continuo pergens, urbem obsidione circumdedit sub an MLXXXII. At fortiter pugnando illi restitere, Cossaro reginæ amasio, vel, ut alii volunt, fratre interfecto: cujus quidem cladis, mortisque, ut vindictam sumeret, conjugi persuasit, ut tres principes quos in carcere detinebat capite mulctaret, quod ad Ecclesiam S. Nicolai juxta Ragusium, cæteris fratribus & ex eorum familia agnatis in urbe obsessis spectantibus peractū, cujus postmodum facinoris pœnitudinem mœroremq; sum-

a *Scylitz. p. 851. E. R.*
b *Vide Reges Bulgaria.*
c *Scylitz. p. 80. E. R. Zonar. pag. 228. E. R.*
d *Decad. 1. l. 3. pag. 79.*
e *Gregor. VII. PP. l. 5. ep. 12.*
f *Baron. an. 1602. n. 96. an. 1068. n. 4. & cap. Si quis amodo dist. 31.*
g *Scylitz. p. 851. E. R.*
h *Bryennius lib. 3. n. 1. 3.*
i *Scylitz. p. 853. E. R.*
k *Pietro Luccari lib. 1. pag. 14.*
l *Anna Comnena lib. 1. pag. 40. E. R.*
m *Diocleat.*
n *Anna Comn. l. 7. 9. &c.*
o *Vita S. Rom Abb. cap. 8. apud Bol. 7. Febr.*
p *Andr. Dandul. in Chron. MS.*
q *Anna l. 6.*
r *Vide Famil. Argyror. Italic.*
s *P. Luccari.*

mum teſtatus eſt Bodinus. Tandem poſt flagrantia per ſeptem annos inteſtina bella, iidem principes cum a Raguſinis ſibi timerent, in Apuliam profecti, inde Conſtantinopolim in aulam Imperatoris Alexii conceſſerunt: cum interea Bodinus Raguſium expugnare deſperans obſidionem ſolviſſet, excitato haud procul caſtro, quo urbem intercluderet. [a] Apud ſcriptores porro qui Hieroſolymitanas ſeu Chriſtianorum in Terram ſanctam expeditiones litteris mandarunt, crebra occurrit Bodini mentio, iis potiſſimum locis, quibus ut Boemundum, Salernitanum, deinde Antiochenum Principem, Scutarii ſeu Scodræ exceperit, cum emenſa Sclavonia, Conſtantinopolim perrexit, quo cæteri ex Francis primates jam pervenerant. Superſtitem adhuc anno MC. teſtantur aliquot veteres tabulæ. Regnavit vero anno XXVI. ſepultuſque eſt in Monaſterio SS. Sergii & Bacchi. [b] Scribit Georgius Beatillus eam apud pleroſque obtinere opinionem, Epitaphium quod Græcis Jambis in Cathedrali Barenſis civitatis ædę ſacra conſcriptum legitur, eſſe Jaquintæ Bodini uxoris; hiſce porro verſibus concipitur:

Εκφύσις σίρξασα τὼ ἀγνωσίαν,
Καὶ, Γνῶθι σαυτὼ, καὶ Διδασκε τὼ φύσιν,
Ἀδυρον ἄνω τῇ φθορᾷ σωπμείλω.
Εἰ γὰρ τὰ λαμπρὰ, κ᾽ τὰ σεμνὰ τ᾽ βίε
Πρὸς χεῖρ᾽ ἀπαντᾷ, κ᾽ τὰ τελευτᾷ πρὸς τέφραν,
Πῶς ἐφρονῶς, τάλαινα, τῇ τέφρᾳ μέγα,
Ὡς ὑδὲ σαυτὼ, ὥσπερ ἃ δανεμένω;

Ex Jaquinta quatuor procreaſſe filios Bodinum ſcribunt, *Michalam*, ſeu *Michaelem*, *Georgium*, *Archirizzum*, & *Thomam*.

XL. MICHAEL, cujus meminiſſe videtur [c] Anna Comnena, quo loco ait, Roberto Guiſcardo adhuc ſuperſtite, Bodinum & Michaeliam Dalmatarum exarchos fuiſſe, parente extincto, principatum ſtatim arripuit. Verum Principum ex regia ſtirpe cæde, reginæque Jaquintæ crudelitate permoti populi, ejus ſe proclamationi opponentes, captum in carcerem compegerunt, e quo haud multo poſt evadens Raguſium conceſſit. Interim

XLI. DOBROSLAVUS, hujuſce nominis II. Rodoslavi filius, in Regem eligitur: qui cum ex vitæ rerumque gerendarum ratione ſuis pariter eſſet intolerandus, Conſtantinopolim ad cæteros Dobroslavi filios, quo ſaluti ſuæ conſulentes confugerant, uti monuimus, clam ii miſere legatos, qui Regiam dignitatem offerrent. Illi autem re cum Imperatore in conſilium adhibita, Dyrrachium pervenerunt, ubi Goislavus uxorem duxit, ſedemque conſtituit cum nepotibus. Interea Cocciapor, Goislavi frater, in Raſſiam profectus, inito cum Volcano provinciæ iſtius Jupano fœdere, in Dobroslavum verſus Scutarium cum valido exercitu contendit: ubi commiſſis invicem copiis ad fluvium Moraciam Dobroslavus fuſus, captuſque eſt, & in Raſſiam abductus. Hac parta victoria uterque Princeps Zentanam regionem, ac potiorem Dalmatiæ partem occupavit, Volcano in Raſſiam ſe recipiente, in Zenta vero ſedem ſuam conſtituente Cocciaporo. Verum haud diu tenuit inter Principes concordia ac ſocietas, Volcano mortem Cocciaporo moliente, qui ut ejus vitaret inſidias, in Boſinam conceſſit, ubi in quodam prælio interiit. Interea Dalmatæ Regem ſibi conſtituerunt.

XLII. ULADIMIRUM II. ejuſdem nominis, Uladimiri I. filium, & Michaelis nepotem, qui, ut erat miti ac manſueto ingenio, Principes ex ſtirpe regia, quos bella iſta civilia ab aula ſecluſerant, ſtatim revocavit, benigneque excepit. Uxorem duxit Vocani Raſſiæ Comitis filiam, qui rem gratam genero fore arbitratus, Dobroslavum Regem libertate donatum ad eum remiſit. At ille veritus ne ſibi regium auferret diadema, Dobroslavum in carcerem compegit, in quo quoad ille vixit detentus eſt. Jaquinta denique Bodini Regis vidua Catari Uladimirum veneno ſuſtulit, Dobroslavo præterea captivo excæcato & caſtrato, ne conſiliis ſuis obſiſteret, qui poſtea libertate donatus in monaſterio SS. Sergii & Bacchi reliquum vitæ exegit, in quo etiam humo traditus eſt Uladimirus. Exinde

XLIII. GEORGIUS, Bodini & Jaquintæ filius, Serviani regni poſſeſſionem adiit circa annum MCXV. Altero vero regni anno, Branislavi liberi carceri ſe trudendos edocti, ad patruum Goiſlavum confugiunt, præter Grubeſſam, qui a Georgio detinetur. Aliquanto deinde poſt tempore in Albaniam ingentem exercitum mittit Joannes Comnenus Imperator, cui Calojoannem Cumanum præficit, quem cum ipſo Imperatore ejuſdem nominis, (nam & Calojoannes perinde vulgo appellatur) confundere videtur Diocleates. Goislavi porro & nepotum adjunctis copiis Calojoannes Georgium prælio inito fundit deletque, ipſeque Georgius Obliquum fugere compellitur. Calojoannes victoria potitus, Scutarium venit, eoque expugnato, Grubeſſam e carcere educit, Regemque conſentientibus Dalmatis appellat. Meminere Nicetas & Cinnamus [d] hujuſce Joannis in Servios expeditionis, videnturq; credere non modo ipſummet hanc ſuſcepiſſe Imperatorem, ſed & ob rupta a Serviis fœdera, capto ab iis Raſo oppido, bellum iſtud ſuſceptum: traduntque iis tandem ſuperatis ac debellatis, captivorum ingentem turbam in Orientem traduxiſſe, & in Nicomedienſi provincia, uberrimis agris aſſignatis, collocaſſe, Serviis ad colendam deinceps pacem adactis.

XLIV. GRUBESSA in Regem proclamato, Georgius ne in illius manus incideret veritus, obliquo in Raſſiam fuga ſibi conſuluit. Jaquinta vero ejus mater in Catarenſi civitate capta, Conſtantinopolim miſſa eſt, ubi vitam exuit. Sed vix annum regni ſeptimum exegerat Grubeſſa, cum Georgius, magno ex Raſſia comparato exercitu, in Dalmatiam deſcendit, commiſſoque cum hoſte in Antibaris campeſtribus prælio, Grubeſſa fortiter pugnans interficitur, e ſepulcroque deinde in æde S. Georgii Antibarenſi, vel ut alii volunt, ad lacum Scutaricum ſita conditus. Sic

XLV. GEORGIUS regnum recepit. At veritus ne Pradinha & Draghillus, Grubeſſæ fratres, qui poſt fraternam cladem e Dalmatia exceſſerant, & Draghinha frater tertius qui in Raſſia morabatur, ubi ex conjuge tres filios ſuſceperat, Rodoslavum, Labanum, & Gradimirum, novi aliquid in ſe rurſum molirentur, hos in aulam ſuam evocavit, boniſque omnibus quæ poſſederant redditis, benigne deinceps cum iis egit. Draghillus in Podgoriam miſſus, Onogoſtum alioſque Comitatus expugnavit. Quibus quidem rebus bene geſtis, Georgii benevolentiam ita ſibi conciliavit, ut eo etiam impellente in Raſſiam quæ defecerat tranſire conſtituerit: qua ad fidem priſtinam reducta, libertateque donato Uroſio, quem Draghinha in cuſtodiam conjecerat, Raſſiæ Jupaniam Draghillo conceſſit: eodem Draghinha interea Cercomanum fugiente. At Georgius Draghilli fratriſque potentiam ſuſpectam tum habens, & ne ſibi regnum adimerent timens, Draghillum & Michaelem Uladimiri filium in carcerem conjicit. Cujus quidem rei accepto nuntio, Draghinha, cum Parvoſco, Grubeſſa, Neemane & Siroko filiis Raguſium fugit. Eadem ratione ſaluti ſuæ conſuluere Draginha & filii. Interea Manuelis Imperatoris Conſtantinopolitani copiarum Dux, quem Pirigordum nominat Diocleates, Principum Servianorum calamitate permotus, novo ac majori coacto exercitu cum iis in Georgii provincias expeditionem movet, potiorique harum parte uſque ad Varaniam & Antibarim occu-

Edit Pariſ. pag. 282.

pag. 283.

a *Raymund. de Agiles pag. 139. Order. Vital. l. 9. p. 724. Vuill. Tyr. l. 2. cap. 17.*
b *Lib. 2. hiſt. Barenſ.*
c *Anna l. 1. p. 40. E. R.*
d *Nicetas in Joan. n. 5. Cinnam. l. 1. n. 5.*
e *Pietro Luccari p. 17.*

pata; majores longe feciſſet progreſſus, niſi ab Imperatore fuiſſet revocatus, quem ad Dyrrachiũ uſque comitatus eſt Draghinha. Rex interim ultra modum Principũ ſucceſſibus offenſus, Draghillo & Michaeli nepoti oculos erui jubet. Ipſe deinde Obliquum caſtrum, quo ſe receperat Uroſius, arctiſſima obſidione cingit, cujus quidem nuntium patruis Dyrrachii morantibus continuo perferendum curat. Re cum Alexio Contoſtephano, Manuelis Imperatoris [a] ex ſorore nepote, qui in Dyrrachii præfecturam Pirigordo ſucceſſerat, communicata, Alexius confecto ingenti exercicu, Regem, priuſquam conſilii ſui ad eum nuntius perveniſſet, adortus, prælio fundit deletque, caſtra diripit, Rege ad Cerminizam caſtrum fugiente. Quæ quidem accepta a Georgio clades ſubditos ad defectionem concitavit. Primi vero & velut anteſignani Catarenſes, deinde Raſſiani, Draghinham Regem proclamarunt. At Georgius quo eorum manus furoremque vitaret, in montana fugit: ſed tandem in Oboleno caſtro captus, Conſtantinopolim ab Alexio perductus, ea in urbe vitam finiit. Uxorem duxerat Pologenſis Principis [b] ſororem, cui in eum principatum poſt ejus obitum ſucceſſit.

XLVI. DRAGHINHA, Princeps ſumma prudentia, pietate, aliiſque naturæ dotibus præditus, ab omnibus in Regem delectus, regnum per undecim annos pacate rexit, ſepultuſque eſt in monaſterio SS. Sergii & Bacchi, procreatis ex uxore *Rodoslavo*, qui parenti in principatum ſucceſſit, *Ivaniiko*, ſeu *Joanne* & *Uladimiro* filiis. Hic porro, & circa ea tempora, mire confuſa eſt horum principum hiſtoria, maxime apud Byzantinos ſcriptores, dum de Servianis agunt. Quod inde eveniſſe exiſtimaverim, quod de horum nominibus minime inter ſe conveniant, neque cum Dalmatis ipſis, qui Servianorum Principum hiſtoriam ſcripto mandarunt: deinde quod Reges Serviæ cum Banis ac Jupanis vicinarum regionum, ut Raſſiæ & Boſinæ, quibus ſupremo fere jure imperabant, plerumque confundant, quos generatim Dalmatas Principes ac Toparchas indigitant: ac denique quod Diocleates hiſtoriæ Dalmaticæ ſcriptor præcipuus nulla ferme temporum aut annorum nota res commemoret, quæ unica fax eſt hiſtoriæ, quod objectum etiam Saxoni Grammatico, lectiſſimo alias Rerum Danicarum ſcriptori, omnibus notum.

Edit. Pariſ. pag. 284.

XLVII. RODOSLAVUS III. patri in principatum Servianum ſucceſſit, Regioque abſtinuit, Comitis titulo dumtaxat contentus. Ajunt Conſtantinopolim Manuelis Imperatoris conveniendi ac inviſendi gratia veniſſe, cui ingentis pretii munera obtulerit, benigneque ab eo exceptum, id etiam conſecutum, ut ditionibus omnibus quas parens poſſederat, frui tuto in poſterum liceret; quas quidem cum fratribus deinceps rexit, bellis cæteroquin civilibus divexatus. Tradit quippe presbyter Diocleates, cujus ad ea tempora deſinit hiſtoria, quoſdam proceres, quibuſcum ſimultatem dudum exercuerat Rodoslavus, ab eo palam defeciſſe, adduxiſſeque Deſſam filium Uroſii, cui Zentam & Tribuniam dedere, Radislavo dumtaxat & fratribus maritima regione a Cataro uſque ad Scutarium remanente, belliſque interea diuturnis ac infeſtis inter utrumque principem flagrantibus. Qui porro principes ii fuerint, qui a Rodoslavo defectionem ſunt moliti, videntur indicare [c] Joannes Cinnamus & Nicetas Choniates. Tradunt quippe Manuele Comneno Imperatore in bellis Siculis contra Rogerium Regem occupato, in Græcos arma moviſſe, adſcitis in ſui auxilium Alemannis & Hungaris: ipſum vero Imperatorem omiſſo Rogerio, in Archijupanum, qui belli auctor fuerat, cum valido exercitu ſtatim contendiſſe, qui cum ſe viribus imparem animadverteret, intra montana ſeſe receperit, Manuele interea in urbem redeunte. Anno deinde proximo, cum a Geiza Hungarorum Rege Dalmatis ſubmitti auxilium accepiſſet, in Dalmatiam rurſum pergit Imperator, poſtque varios conflictus, ac vaſtatas direptaſque provincias, tandem Archijupanus, quem BACCHINUM nominant, in Manuelis caſtra ſupplicis habitu venit, a quo & veniam & delictorum impunitatem conſecutus, eidem reconciliatus eſt: quod accidit circa annum MCLII. [d] Cinnamus vero belli iſtius cauſam Dalmatæ cuidam adſcribit, cujus ſe nomen ignorare ait, & ejus fratri Belſæ vel Beluſæ, (quibus vocibus Belum expreſſit) utrique apud ſuos clariſſimo. Belus porro Archijupani ſororem in uxorem duxerat, atque utroque oculo privatus, incertum a quo, in Hungariam conceſſerat, apud Geizam Regem magno in honore habitus, ut qui a pueris cum illo enutritus fuerat: qui ut beneficiorum acceptorum gratiam penderet, Dalmatiam ei ſubditurum ſe, obnoxiamque redditurum eſt pollicitus. Verum ut res admodum intricata & nebulis involuta expediatur ac explicetur, unde orti hi principes, qui a Rodoslavo primum defecere, & qui in Serviano principatu ei ſucceſſere, horum generis origo paulo altius videtur repetenda. [e] Gliubomirus, Stephani Græci presbyteri (ex Lucenſi tractu in Chelmenſi Comitatu oriundi, ſeu ut aliis placet, in Tucheglienſis Boſinæ oppidi Eccleſia Curionis officio fungentis, filius, tantam in bellicis expeditionibus fortitudinis & experientiæ famam adeptus eſt, ut Chelmenſis princeps Tarnovenſis regionis Jupanũ conſtituerit, quæ etiamnum ejus nomen inde ſervat. Ex eo natus filius Uroſius, qui paternis inſiſtens veſtigiis, datiſque haud vulgaribus virtutis militaris argumentis, a Georgio Serviæ Rege in paterna præfectura confirmatus eſt, cui cum variis in occaſionibus operam ſuam contuliſſet, a Draghinha Rege in prælio captus, in Raſſiam abductus eſt, ubi tamdiu eſt detentus, donec hancce provinciam in ſuam poteſtatem redegit Georgius, uti ſupra diximus. Is porro eſt Uroſius ſeu Uroſcus, quem [f] rerum Hungaricarum ſcriptores Banum & magnum Serviæ Comitem appellant, cujus filiam Helenam in uxorem duxit Bela, cognomento Cæcus, Hungariæ Rex, Belæ Serviæ Bani ſororem, quem [g] Otho Friſingenſis & Guntherus Geiſæ II. Regis avunculum vocant. Ita ut Bela iſte Servianus non alius fuerit ab eo quem Beluſem nominat [h] Cinnamus, & Primislavi & Deſſæ fratrem facit, quique magni Serviæ Jupani ſororem in conjugio habuit. Is vero luminibus orbatus, uti jam attigimus, in Hungariam ſeſe recepit, ac deinde Geizam Regem, a quo benigne exceptus fuerat, in Manuelem Imp. qui in Servianum Jupanum affinem arma commoverat, concitavit: ipſe perinde interdum copiis Hungaricis iis in bellis præfectus, uti narrat [i] Cinnamus. Deſem, quem Rodoslavo ſucceſſiſſe volunt, Uroſii filium, Gliubomiri nepotem fuiſſe ajunt Orbinus & Luccarius: unde cum Deſæ, Primislavum & Uroſium fratres dicat [k] Cinnamus, conſequens videtur tres hoſce principes Uroſii filios fuiſſe. Horum quidem fratrum primogenitus

XLVIII. PRIMISLAVUS Serviam obtinuit, Manueli Imperatori aliquatenus obnoxius; a quo cum defeciſſet, ſupremo jure imperare volens, parum abfuit quin principatu ab eo exueretur: veniam enim conſecutus, priſtinam dignitatem retinuit: qua haud multo poſt, rurſum in rebellionem prolapſus, privatus eſt, cui præficitur *pag. 285.*

XLIX. BELUSES ſeu BELA, [l] illius frater, conceſſo tamen ab Imperatore, Primislavo nonnullis prædiis ad vitæ neceſſaria idoneis. Bela vero haud diu principatu potitus, illius inſignia depo-

a *Nicet. in Man. l. 4. c. 1. Cinnam. l. 5. n. 8.*
b *Luccari p. 17. 18.*
c *Cinnamus l. 3. n. 6. 7. & 9. Nicetas lib. 2. n. 6. 7. l. 3. n. 1.*
d *Lib. 3. n. 7.*
e *Orbinus. Luccarius.*
f *Thwrocz. c. 63. 65.*
g *Otho Friſing. lib. de Geſt. Frider. c. 32. Gunter. lib. 6. Ligur.*
h *Cinnamus lib. 3. n. 7. 11.*
i *Cinnamus l. 3. n. 11.*
k *Cinnamus l. 5. cap. 5.*
l *Idem Cinnamus.*

fuit; patrioque excedens solo in Hungariam venit, ubi tandem mortem obiit.

L. DESES, seu DESSA, Belæ minor natu frater, ei suffectus est a Manuele, cum Dendræ regioni, quæ Næsso vicina est, tum imperaret, hac conditione, ut Manueli deinceps obnoxius obsequium præstaret; Dendramque Romanis traderet. Ita quidem [b] Cinnamus, qui alio loco scribit Dalmatas cum Uresim seu Urosium dejecissent principatu, eique, Imperatore inscio, fratrem subtituissent, veritos ne in se illius arma concitaret, utrumque fratrem, Urosium & Desem, Constantinopolim adduxisse, ut qui ex iis principatum obtinere deberet, decerneret Imperator, quem ille Urosio adjudicavit: unde videretur, priusquam Deses Serviæ Archijupanus diceretur, eamdem obtinuisse dignitatem Urosium fratrem. Tradunt rerum Dalmaticarum scriptores Dessam a Rodoslavo defecisse, quod supra attigimus, ac Zentam & Trebinam cæteraque illius provincias expugnasse, præter regionem mari adjacentem, Catarumque oppidum, usque ad Scutarium; ex quo gravia ac diutina inter utrumque principem exarsere bella, Dese interim Chelmensi tractui, & Zentæ superiori usque ad Catarum imperante. Sed & narrant [c] Nicetas Choniates & [d] Cinnamus Desem, posthabitis cum Manuele initis pactis, Dendram regionem denuo occupasse, Manuelemque, cum Hungaros circa annum MCLXXIII. aggrederetur, in Serviam descendisse, ut Desem pariter bello appeteret; qui Imperatoris arma veritus, in illius castra cum iis quas habebat copiis concessit, a quo benevole exceptus, & honore dignatus est. At cum Hungaris favere se palam ille ostendisset, a Manuele primum in custodia in castris habitus, post dies aliquot Constantinopolim missus est, & in Palatio inclusus. Desem ajunt fuisse in Catholicam religionem propensiorem, quam statuerat in suis ubique provinciis obtinere, ni subditorum in se odium concitare fuisset veritus. Quinetiam observant Meledensem insulam, quæ a Chelmensi pendet Toparchia, Monachis quibusdam concessisse, qui in ea Deiparæ Monasterium in lacu exstruxerint, quod quidem ad annum MCLI. referunt. Sed vereor ne illud sit quod ædificatum circa annum MCXXII. memorat [e] Leo Ostiensis, scribens ea tempestate Savinum Dalmatarum nobilissimum Ecclesiam Deiparæ sacram ad Ragusium Casinensibus Monachis concessisse: quippe insula ista eidem adjacet civitati. Desem principatum rursum recuperasse par est opinari, cum humo conditum Trebinæ in Ecclesia S. Petri de Campo tradant scriptores. Huic tres filios iidem adsignant, *Neemanem*, *Miroslavum*, & *Constantinum*, principes prudentia & militari virtute præstantes. Sed & illius fortasse filia fuerit, quam Leonardo, Vitalis Michaelis Venetorum Ducis filio, in uxorem dedit Stephanus Hungariæ Rex, quam [f] Dandulus filiam fuisse ait Dessæ Ducis.

L I. NEEMAN, quem Dalmatæ NEMAGNAM vocant, illiusque fratres, Rasciam & Zentam inferiorem, ingenti coacto exercitu, expugnarunt, Rodoslavo, & Joanne seu Juanisco fratre inde expulsis, quibus sola Catarensis urbs remansit. Quo quidem in bello Borichii Bosinensis Bani, cujus filiam uxorem duxerat Neeman, vel potius Miroslavus, copiis adjutus est. Borichio quippe filius ac successor fuit Culinus, vel ut præferunt [g] Innocentii III. Epistolæ, Bacilinus, vel potius Banculinus, in quibus mentio fit matrimonii initi a Miroslavo cum Bani istius Bosinensis sorore, ubi is Miroslavus Chelmensis appellatur. Rodoslavus vero Ragusium sese contulit, civibusque in suas partes allectis, Miroslavum aliquoties fudit. Inde Dyrrachium profectus, Manuelem Imperatorem adjutorem perinde habuit. Is enim Theodorum Padiatem cum copiis confestim misit, qui Neemanem, quem [h] Nicetas Stephanum Neemanem vocat, Croatorum & Cararorum dominatum sibi vindicantem aggrederetur; qui cum in montana primo se recepisset, veritus ne alium sibi ille principem in Servia substitueret, tandem supplex in illius castra venit, fidem in posterum Imperatori pollicitus, quam minime tamen servavit: quamprimum enim a finibus suis recessit Manuel, Serviæ statum suo arbitratu exemplo immutavit. Hanc autem Manuelis expeditionem ad annum MCLXVII. refert; Antistes Tyrius. Scribit [k] Cinnamus Neemanem tanto perculsum fuisse pavore, *Edit. Paris. pag.* 286. ut cum missis ad Imperatorem legatis veniam non obtinuisset, ipse ad illius tribunal venerit, capite aperto, nudatis usque ad cubitum manibus, fune a cervice pendente, gladiumque manibus tenens, principi sese ita dederit, ut quod vellet de se statueret; iisque Manuelem commotum, delictorum veniam indulsisse. [l] Luccarius vero in Ragusinorum gratiam quibuscum & Neemano simultas erat, hancce suscepisse expeditionem Imperatorem commemorat. Eadem ferme tempestate in Rasciam cum fratribus transiit Neeman, deletoque ac profligato in prælio ad Pistrinam Uladimiro, altero Rodoslavi fratre, qui hanc provinciam obtinebat, illius dominium adeptus est, ut & postea Zentæ superioris. [m] Uladimirus gravi ac lethali vulnere in eo prælio accepto, Ragusium fugit, ubi haud multo post e vivis excessit, & in æde sacra sanctæ Mariæ ad Pilas, quæ tum a Græcis monachis tenebatur, sepultus fuit. Exhinc Magni Jupani, seu, ut Græci efferunt, Archijupani, dignitatem & titulum usurpavit, & in adeptæ istius victoriæ memoriam, Pistrinæ regni sedem constituit, quod a successoribus deinceps observatum. Miroslavus & Constantinus Chelmensem provinciam obtinuere, fratri Neemani cæterum obnoxii, quem ut dominum supremum ii agnovere. Cum Ragusinis rursum controversias exercuerunt circa annum MCLXXVII. [n] Neemanes porro, cum in Rascia moraretur, Fridericum I. Imperatorem per hosce tractus transeuntem excepit, & in Syriam tendentem, Nissi, seu ut habet Arnoldus Lubecensis, Nicææ, (Naissum vocant Bryennius & Cinnamus) excepit, eique hominium præstitit. Tradunt sacræ istius Friderici Expeditionis scriptores, obvios illum habuisse tres fratres, Neemanem, Chrazimirum, & Mechillavum, Magnos Serviæ & Rasciæ Comites, qui haud ita pridem hasce Græcis Augustis abstulerant provincias. [o] Anno deinde proxime sequenti, ab Isaacii Angeli Imperatoris, qui Rodoslavo favebat, copiis ad fluvium Moravam commisso prælio deletus est: [p] quibus quidem durantibus cum Rodoslavo bellis, Constantinus frater nulla relicta prole e vivis excessit, ut & frater Miroslavus, unico superstite filio Andrea, [q] cum paulo ante Miroslavus cum Neemane fratre concordiam abrupisset, & a Ragusinis Duce Michaele Bobalo fusus fugatusque in Serviam sese recipere fuisset coactus. Miroslavi Comitis præterea mentio habetur in [r] Epistola Alexandri III. Pontificis Maximi ad Regem Hungariæ Belam scripta, propter pecuniam quam is Spalatensi Archiepiscopo abstulerat. [f] Extinctis igitur fratribus, in Principem elegere Chelmenses Petrum Comitem, ex eadem ortum provincia, quam ille summa prudentia nulli

a Lib. 3. num. 9.
b Nicetas in Man. l. 4. n. 4.
c Cinnam. l. 5. n. 8. 9.
d Leo Ost. l. 4. cap. 82.
e Dandul. in Chron.
f Innoc. III. lib. 11. Epist. p. 490. edit. Venet. & apud Odoric. Rainald. an. 1202. n. 8.
g Nicet. lib. 5. n. 4. Luccari l. 1. p. 26.
h Vvil. Tyr. l. 20. c. 4.
i Cinnamus lib. 6. n. 11.
k Luccarius.
l Luccarius.
m Chron. Reichersp. & Godefrid. Mon. ann. 1189. Tageno Patav. p. 7. Arnold. Lubec. lib. 3. c. 29. Expedit. Asiat. Frid. I. tom. 5. Canisii.
n Nicet in Isaac. l. 3. n. 4.
o Arnold. Lub. l. 2. c. 2. 4.
p Luccarius.
q Ughell. tom. 7. Ital. sacr. p. 1306.
r Thom. Archid. in hist. Salon. cap. 29. 30. 31.

obnoxius pacate rexit, licet non semel a Bosinæ & Croatiæ Banis bello appetitus. [a] Hunc quidam Perdicam vocant, ac Glichomiri, quæ vox Slavis Pacis amatorem sonat, filium fuisse ajunt. Ob hæresim tamen quam amplexus est, vulgo infamatur. Miroslavi uxorem in Bosinam ad fratrem remisit, obiitque circa an. MCCXXXIV. [b] Extitere porro Neemani filii duo, *Thiomilus*, & *Symeon*.

LII. THIOMILUS, vix anno imperavit, ut tradit Orbinus, post quem

LIII. SYMEON, frater, quem Græci scriptores STEPHANUM vocant, Serviam, Dalmatiam, Diocliam, Trebinam, & Zachlumiam obtinuit; primusque Regem Rasciæ se dixit, ut auctor est idem [c] Orbinus. Scribit [d] Nicetas, a quo exerte Stephanus, & Neemanis Triballorum Principis filius nuncupatur, Isaacium Angelum Imperatorem eidem in uxorem dedisse EUDOCIAM, ex Alexio fratre, postmodum Imperatore, neptim: eumque haud diu principatu potitum, cum in Papycii montis monasterio Monachum induisset, filio *Stephano* regnum excipiente. Is ex priore conjugio natus fuerat, ut & *Vuchsanus*, vel *Vultanus*, aut *Vulcus*, & *Rascus*. [e] Horum postremus monachicam pariter vitam amplexus, summa vixit opinione sanctitatis, & a Serviis in Sanctorum numerum relatus, S. Sabæ nomine, quod Monachus factus assumpsit, summa religione colitur: cujus corpus palam comburi jussit Bassa Sinanus an. MDXCV. Alii Eudociæ conjugium Stephano Neemani, cognomento Crapalo, quem Thiomili filium fuisse volunt, adscribunt. Vixit porro Symeon annos quinquaginta.

LIV. STEPHANUS, Symeonis filius, Princeps prudentia, judicii maturitate, & animi magnitudine ac fortitudine præ cæteris præstitit. [g] Cum Græcis, & cum Bulgarorum Rege Joanne Asane, qui provincias Servianas vastaverant, pacem composuit: & extinctis Rodoslavo Comite & Juanisco fratre, nullis a quibus bello posset impeti idoneis relictis liberis, regnum pacate administravit. [h] Petrum Chelmensem Comitem aggressus, prælio fusum, ea provincia expulit, quam *Radoslavo* Juniori filio dedit. [i] Andream Miroslavi filium, & agnatum, Papoæ, seu Paponi, Maritimæ, & Stagni Jupanum constituit: mortuoque Radoslavo filio Comitatum Chelmensem eidem concessit. Atque ex eo orti cæteri Chelmenses Comites, quorum seriem infra describimus. At paulo aliter de hac re scribit [k] Luccarius, tradens Stephanum exacto Petro, quem Perdiccam vocat, forte pro *Petrislavo*, uti Petri nomen efferunt Slavi, Radoslavo Petri uterino fratri dedisse, assignatis interea Petro ad vitæ subsidia, Raguſinorum interventu, Dobaro & Nevesigna oppidis. [l] Ad Innocentium III. Summum Pontificem scripsit Stephanus, & per nuntios eidem supplicavit, ut in terram suam Legatum dirigeret, qui eam ad obedientiam Ecclesiæ Romanæ reduceret, & regni sibi diadema conferret. Verum Hungariæ Rex, cum quo & Stephano bellum tum intercedebat, Innocentium ab hac sententia dimovit, fugatoque Stephano & amoto, Vulcum fratrem in illius locum substituit. Scribit [m] Nicetas, qui expulsi a Vulco Stephani meminit, postquam Symeon parens in Papyrium montem secessit, EUDOCIAM novercam eum despondisse, & ex illa liberos procreasse: ac deinde divulsa mari-

Edit. Paris. pag. 287.

tali concordia, uxore adulterium Stephano, ebrietatem marito & aliarum mulierum consuetudinem objiciente Eudocia, Stephanum, barbarico prorsus facinore, Eudociam omni vestitu spoliatam, sola tenui interula relicta, eaque undique præcisa, ut vix pudendas partes tegeret, ita dehonestatam quo libitum esset abire finisse. Rei tam atroci in principe femina interfuit Volcus, & cum objurgata fratris inhumanitate nihil impetrasset, hanc Dyrrachium perducendam curavit. Quo casu cognito pater filium lectica & ornamentis muliebribus missis, in ædes suas recepit. Illa vero Alexio Ducæ, cognomento Murtzuphlo, Imperatori postmodum, ac deinde eo extincto Leoni Sguro Corinthi Domino nupsit. [n] In Ecclesia sancti Petri Rasiæ sepultum fuisse ajunt Stephanum, regnasseque annos XXVIII. unde conjicere licet eum esse Stephanum, qui regnum Serviæ obtinebat anno MCCXX. uti mox dicemus.

LV. VULCUS, seu VULCANUS, [o] Stephanum fratrem principatu & patria exegit, Hungariæ Regis copiis adjutus, qui continuo Innocentium III. PP. per nuntios rogavit, ut ad Ecclesiæ Romanæ obedientiam Serviam reduceret, eique significarent haud gravate passurum, si salvo in temporalibus jure suo, Vulcus Regalem susciperet ab Apostolica Sede coronam. Cujus postulationi annuens Pontifex, Archiepiscopum Colocensem hujus executioni negotii commisit. Sed res per biennium saltem inacta permansit, ut idem Pontifex testatur in ea Epistola quam ad Regem Hungariæ scripsit anno MCCIV. ex qua licet conjicere Vulcum regnum Serviæ invasisse circa annum MCCI. vel MCCII. quod præterea firmare videntur [p] Epistolæ aliæ ejusdem Pontificis. Atque hæc quidem ita accipienda videntur, non quod Vulcus, seu Vulcanus tum primo regio titulo donatus fuerit, sed quod ab ipso Pontifice regio diademate insigniri expetierit. [q] Leguntur enim ejusdem Pontificis scriptæ ad Vulcanum Epistolæ anno MCXCVIII. & MCXCIX. in quibus Dalmatiæ & Diocliæ Rex indigitatur. Ex his porro ad Vulcanum, & ad Præsules Dalmaticos Epistolis, ipsius Regis rogatu, S. Sedis Apostolicæ Legatos mississe Innocentium colligimus, qui & Regem in Apostolica doctrina confirmarent, & quicquid reformandum invenirent reformarent. Eodem tenore ad Vulcani conjugem, & ad Stephanum Magnum totius Serviæ Jupanum, qui littera S. designatur, illiusque uxorem scripsit Innocentius, unde docemur Neemanis ditiones inter duos hosce fratres fuisse divisas ex quibus Serviam Stephanus cum Magni Jupani Dalmatiam & Diocliam cum Regis titulo ac dignitate Vulcanus possederint: cum Regium nomen ante exactum fratrem obtineret Vulcanus. [r] Sed & priusquam divelleretur fratrum concordia, ad eumdem Pontificem scripserat uterque Princeps anno MCXCIX. quibus Apostolicæ Sedi subdere se vehementer exoptare significarat. De rebus a Vulcano gestis nihil præterea a scriptoribus traditum observavimus, ut & si diu vixerit regnaveritque. At si Stephanus XXVIII. annis imperaverit, uti volunt, ditiones suas quibus a fratre exutus fuerat rursum recuperasse dicendum est, [s] eumque esse Stephanum Magnum Serviæ & Rasciæ Jupanum, qui destinatis ad Romanam Sedem apocrisiariis impetravit ab Honorio III. Summo Pontifice, ut Legatum mitteret, a quo ritu solemni coronaretur, primusque Serviæ Rex diceretur. [t] Legitur exinde Stephani ad eumdem Pontificem Epistola, in qua ita inscribitur: *Stephanus Dei*

a *Luccar. p. 30.*
b *Thom. Archid. c. 33.*
c *Orbinus.*
d *Nicet. in Alex. lib. 3. n. 7. Acrop. c. 5.*
e *Joan. Tomeus Marnavitius in vita S. Sabæ Romæ edita an. 1630.*
f *P. Luccari pag. 29.*
g *Acta Innocent. III. p. 67.*
h *Luccari p. 30.*
i *Orbin.*
k *Luccar. p. 30.*
l *Acta Innoc. III. p. 65. 68. Rainald. an. 1204. n. 46.*
m *Nicet. in Alex. l. 3. n. 7.*
n *Orbin.*
o *Acta Innoc. p. 68. Rainald. an. 1204. n. 46.*
p *Innoc. III. l. 6 epist. 18. Rainald an. 1202. n. 9.*
q *Innoc. lib. 1. epist. 330. 331. ed. t. Veneta.*
r *Innoc. lib. 2. ep. p. 490. 491.*
s *Thom. Archid. in Hist. Salonit. c. 26.*
t *Honor. III. l. 4. epist. 681. apud Rainald. an. 1220. n. 37.*

gratia Serviæ, Diocliæ, Tribuniæ, Dalmatiæ, atque Ochlumiæ Rex coronatus. Unde vero simile est Vulcani fratris ditiones suis deinceps adjunxisse dominiis, eo, ut par est credere, e vivis sublato. Hanc vero Epistolam ad Honorium scripserat, qua suam erga Romanam Sedem observantiam, regnumque illius se protectioni subjicere velle significaret. Scribit [a] Andreas Dandulus Stephanum Henrici Danduli Venetorum Ducis neptim in uxorem duxisse, illiusque suasu ejurato schismate, obtinuisse a Summo Pontifice, ut ab illius Legato Rex renuntiaretur & coronaretur. Cæterum Vulci, seu Vulcani, vel ut a Slavis effertur, Vuchi, Vulhsani, & Vuchuci nomen, lupum sonat.

Edit. Paris. pag. 288.

LVI. NEEMAN II. seu NEMAGNA, cognomento CRAPULUS, Stephani filius, Rex Serviæ a Patriarcha Pistrinæ die Paschatis festo solemniter coronatus est, assumpto in ea ceremonia, STEPHANI nomine, quod a successoribus deinceps usurpatum. Unde illius esse sigillum conjicere est, quod a [b] Joanne Lucio refertur, in quo scriptum legitur, CΦPAΓI GTEΦANOT MEΓAΛOT ZOTΠANOT TOT NEMANIA. Princeps cætera morum probitate, ac erga Deum pietate insigni. Is arrepta civilium in Bulgaria flagrantium bellorum occasione, magnam regni istius partem expugnavit. [c] Sed & Græcis amplas regiones, Hungaris vero Sirmiensem provinciam abstulit, quam ea tempestate obtinebat Uriza, nobilis ex regio sanguine Hungara, quam in Serviam primo abductam, Ragusinorum precibus, domum remisit. [d] Regnavit an. XXII. huicque successit.

LVII. STEPHANUS filius, [e] Pachymeri URESIS, vel UROSCUS, aut denique UROSIUS dictus, qui mortuo parente Serviæ Rex coronatus, pacate satis vixit, recti ac justi observantissimus. Joannem Angelum Patrarum & Dyrrachii Ducem, Michaelis Epiri Despotæ filium nothum, Zentam cum numeroso exercitu ingressum, ad Scutarium prælio inito profligavit ac cepit. Sed haud multo post inter utrumque principem pax composita, cujus conditio præcipua fuit, quod neuter alterius provincias deinceps invaderet. [f] Uxorem duxit HELENAM, ex Francia, ut volunt, ortam, quam complura in Servia oppida instaurasse, monasteriisque in iis excitatis, insigne pietatis ac magnificentiæ monumentum reliquisse [g] Barletus commemorat. [h] Vivebat etiamnum illa conjugi superstes an. MCCLXXXVIII. MCCXCI. & MCCCV. Serviæ regnum una cum *Stephano* & *Urosio* filiis, administrans. His addit Orbinus Stephani Regis filium alterum *Pridislavum* Serviæ Archiepiscopum.

LVIII. STEPHANUS, ut auctor est [i] idem scriptor, a quo etiam, ut a Luccario, DRAGUTINUS nuncupatur, in parentem bellum movit, eoque in prælio interfecto, Serviæ regnum invasit. Sed mox tam atrocis admissi sceleris pœnitens, in monasterium concessit, relicto Urosio fratri regno. [k] Regis titulo donatus legitur jam ab anno MCCLXXI. patre adhuc superstite, filiamque Stephani IV. Regis Hungariæ uxorem duxerat, quam Elizabetham vocat [l] Luccarius. Tradit [m] auctor coætaneus, obiisse Stephanum anno MCCCVII. ejusque filium *Uladislavum* statim postea ab Urosio in carcerem conjectum. At de anno mortis Stephani haud invicem conveniunt Luccarius & Orbinus, qui sæpe hos duos fratres confundunt, quorum obitum alter ad annum MCCCVI. alter ad ann. MCCCIX. refert. Fatendum certe apud supra laudatum scriptorem annum MCCCVII. scribi: sed ex consequentibus evidens est reponendum ann. MCCCXVII. Habuit præterea Stephanus filium alterum *Constantinum*, de quo infra agimus.

LIX. [n] UROSIUS, cognomento SANCTUS, a Slavis vulgo MILUTINUS nuncupatus ob animi mansuetudinem morumque facilitatem, fratri in regnum Serviæ successit. Scribit Orbinus fratrem Stephanum, cum ab Urosio seu Milutino, quem primogenitum fuisse ait, in hæreditatis paternæ partem eam obtinuisset regionem, quæ Hungariæ, & Mazowæ ac Savo fluviis est contermina, ab eo defecisse, regiumque nomen usurpasse, ex quo provincia ista Stephani Regis terra deinceps appellata fuerit: Milutinum vero miti ingenio principem, pacisque ac quietis studiosum, id æquo tulisse animo, nec fratri obstitisse, cum interim ipse excitandis monasteriis ac ædibus aliis sacris vacaret. [p] Sed hac in re hallucinatum Orbinum alias a nobis ex [p] Pachymere observatum, ex quo Stephanum non alium fuisse a Dragutino ostendimus, qui cum patre adhuc superstite Regis Hungariæ filiam in uxorem duxisset, videretque se regni ferendo oneri haud parem, ut qui naturali pedum vitio claudicaret, minusque firma esset valetudine, deformi cæterum nec liberali facie ac corporis habitu, regni partem, in qua pacate vitam exigeret, eam nempe quam diximus Hungariæ confinem, sibi cum regio titulo retinuisse; alteram vero Urosio fratri, quem Uresem vocat idem Pachymeres, concessisse, ea conditione, ut post ejus excessum ad filios suos reverteretur. [q] Atque hinc discimus cur Regio uterque titulo donetur in Nicolai IV. summi Pontificis scripta an. MCCLXXXVIII. ad eorum matrem Helenam Epistola, in qua Stephanus prior nominatur. Proinde Stephanus ille, quem Stephani seu Urosii Regis Serviæ quartogenitum fuisse innuit, non diversus est a Dragutino. [r] Is est porro Urosius, cognomento Milutinus, Serviæ Rex, qui anno MCCCVIII. cum Carolo Vadensi Comite Constantinopolitano Imperatore pactum inlit anno MCCCVIII. quo militares copias ad imperii recuperationem ei subministraturum se se obstrinxit, oblata insuper in uxorem Carolo illius filio, filia sua unica *Zariza*, quam ex ELIZABETA conjuge susceperat. [s] In Ragusinos ob Lagustam insulam, quam a Neemane Rege, cognomento Crapalo, ii obtinuerant, bellum suscepit, ipsumque Ragusium, ut [t] quidam volunt, obsidione cinxit. [u] Anno vero MCCCXVIII. gravi ac intestino alio bello divexatus fuit, procerum plerisque ab eo defectionem molitis, quos inter extitere Musachius Clissaniæ Comes, Andreas Musachius Albaniæ regni Marescallus, Theodorus Musachius Protosebastus, Ladislavus Cononicus Dioclea & Albaniæ Maritimæ Comes, Rasciæque Barones alii, qui vicinos Serviæ principes in suas traxere partes, in iisque Philippum Tarentinum principem, Regem Hungariæ Carolum, & Mladienum Bosinensem Banum. [x] Sed & anno MCCCXX. prælio deletus est a Carolo Hungariæ Rege, ac provinciis fere omnibus exutus, præterquam oris Macedoniæ maritimis, tandemque pace composita, Urosius Hungarorum Regem ut supremum dominum agnoscere coactus est, & ejurato schismate Romanam religionem amplecti, [y] cum longe antea, an. scilicet MCCCIII.

pag. 289.

a *Andr. Dandul. in Chron. MS. an. 1215. Sansov. in Venet. l. 13. p. 233.*
b *Jo. Lucius pag. 256.*
c *Lucarius lib. 1.*
d *Orbin.*
e *Pachym. lib. 5. c. 6.*
f *Hist. Franco-Byz. l. 7. n. 3.*
g *Barlet. l. 3. p. 9.*
h *Rainald. an. 1303. n. 58. 59.*
i *Orbin. Luccarius.*
k *Rainald. an. 1271. n. 31. Pachym. l. 5. c. 5. l. 10. c. 30.*
l *Luccarius p. 38.*
m *Michas Madius c. 5.*
n *Pachym. l. 5. c. 6.*
o *in Hist. Franco-Byzant. l. 7. n. 3.*
p *Pachym. l. 5. c. 6. l. 9. c. 30.*
q *Wadding. an. 1282. n. 11.*
r *Hist. Franco Byz. l. 7. n. 2.*
s *Orbin.*
t *Gonzaga in Annal. Min. in provinc. Ragus. con. 1.*
u *Joan. XXII. tom. 1. Epist. secret. 57. 571. 573. 162. apud Rainald. an. 1318. n. 35. Hist. Franco Byz. l. 7. n. 19.*
x *Joan. XXII. Epist. comm. 977. apud Rainald. an. 1320. num. 1. 2. 3. Joan. Villan. l. 9. c. 175.*
y *Bened. XI. Epist. 125. apud Rainald. an. 1303. n. 56.*

hanc se amplecti velle per epistolas significasset Benedicto XI. summo Pontifici. [a] Qua ferme tempestate Franciscum de Salomone, Castellani de Salomone Tarvisini Episcopi fratrem, Militari cingulo donavit, ut docet Tabula Tarvisii in Italia muro sacrarii ædis Majoris appensa, hisce verbis: MCCCIV. *die* XXV. *Martii Franciscus de Salomone fuit per excelsum principem & DD. Orosium Regem Rasiæ Militari cingulo donatus*. Sed & is varia ad ædem S. Nicolai Barensis misit donaria anno MCCCXIX. incertum vero an post sedata intestina illa de quibus egimus bella, & post pacem cum Hungaris pactam; unde saltem licet conjicere a Romanæ religionis cultu haud fuisse prorsus alienum ea tempestate, cum ædes illa S. Nicolai Catholicorum Romanorum esset. Id porro testatur Tabula alia in eadem æde, hisce verbis concepta: *Anno Domini* MCCCXIX. *mense Junii, indictione* VI. *Urosius Rex Rassiæ & Diocleæ, Albaniæ, Bulgariæ, ac totius maritimæ, de Culfo Adriæ a mari usque ad flumen Danubii magni, præsens opus altaris yconam magnam argenteam, lampades & candelabra magna de argento fieri fecit ad honorem Dei & Beatissimi Nicolai, ejus * hærede astante Decatera filio Dorislave fideli & experto a prædicto Rege deputato. Et nos Rugerius de Invilio Protomagister, & Robertus de Barulo Magister in omnibus præfatis opus de prædicto mense incæpimus, & per totum mensem Martium anni sequentis, Christo favente, fideliter complevimus*. Urosium eodem anno obiisse ait [b] Nicephorus Gregoras, quo Svvetislavus Bulgariæ Rex [c] quem e vita excessisse an. MCCCXXIII. constat. At [d] coætaneus scriptor mense Nov. an. MCCCXXI. extinctum exerte tradit. Quinquies nuptias iniisse Urosium scribunt [e] Georgius Pachymeres, & Nicephorus Gregoras, ac primo quidem cum nobile fœmina cujus nomen reticent, quam legitimam Urosii conjugem vocant, quæ non alia est ab ELIZABETA illa, cujus mentio fit in pacto quod ille anno MCCCVIII. cum Carolo Vadensi Comite confecit, cum cætera quæ deinceps contraxit matrimonia pro illegitimis fere habita sint, ut qui Elizabetam dimiserit ac repudiavit, ut Joannis Angeli Patrarum ac Blachiæ Ducis filiam conjugio sibi adjungeret. [f] Qua quidem altera conjuge perinde remissa, Terteris Bulgariæ Regis filiam, & Azanis sororem in tertiam uxorem accepit: sed & hanc pari levitate dimisit, ut Eudociam, Andronici Palæologi Senioris Imperatoris sororem, ac tum ex Joanne Comneno Imperatore Trapezuntino viduam duceret: quæ tum ei oblata est ab Andronico fratre, cum accepisset Elizabetam legitimam Urosii uxorem nuper fatis functam, proindeque persuasum haberet alteras & tertias ejusdem Urosii nuptias pro contubernio ac pellicatu haberi debere. [g] Verum hocce abnuente conjugium Eudocia, SIMONIDEM postremam filiarum, tum dumtaxat quinquennem despondit, quam ille in Serviam statim abduxit. Id peractum circa annum MCCCIII. ex Pachymere colligitur: [h] qui quidem, ut & Nicephorus Gregoras, immensam auri vim, exhaustis imperii ærariis, genero contulisse Irenem Monferratensem novæ nuptæ matrem commemorat. At Urosius quadragenario major cum puella octo annos nata congressus, ita matricem ejus læsit, ut fœtum nullum edere posset: unde mater cum spe, quam in liberis ex hoc conjugio procreandis posuerat, excidisset, ingentibus donis Urosio persuadet, ut alterum ex uxoris fratribus principatus hæredem institueret, Demetrium, aut Theodorum Marchionem, quorum alter nondum ex ephebis excesserat, alter in Longobardia jam liberos susceperat. Verum Demetrius eo primum, ac deinde Theodorus cum magnis opibus missi, locorum asperitate insolita offensi, re infecta domum rediere. Simonis vero accepto matris haud multo post mortis nuntio, [i] Polim venit, ut ejus exequiis interesset, quo cum perveniisset, conjugem rursum conveniendi consilium abjecit. [k] At ille tam diutina uxoris absentia offensus, legatos in Urbem misit, qui bellum minarentur, nisi uxor quamprimum ad se reverteretur. Quare Imperator generi minis territus, filiam statim remisit, annum ætatis alterum & vigesimum tum agentem. Id porro accidit circa annum MCCCXX. [l] Urosio paulo post extincto, rursum illa in urbem reversa, in Pegano Monasterio monachicum habitum induit. Ex prædictis patet Orbini, Stephano Serviæ Regi, Urosio pariter nuncupato, Urosii, de quo agimus, filio notho, has quatuor uxores adscribentis, ac filium cum patre perperam confundentis, hallucinatio. Constat enim Urosium, qui anno MCCCIII. Simonidem despondit, eumdem esse qui anno MCCCXX. obiit. Et certe regni quod illi attribuit tempus, quod XXXV. aut XL. annorum fuisse ait, congruit, cum circa an. MCCCLXXXVIII. regnare cœperit. Scribit [l] Luccarius tumulo mandatum Urosii corpus in æde S. Stephano sacra in Sueccianensi Castro: indeque translatum Sophiam, & in Ecclesia S. Marinæ reconditum, ubi sua adhuc ætate extitisse testatur, illudque non semel oculis usurpasse, pectorisque pilos adhuc visos. Fecit porro monasteriorum ab eo conditorum numerum, quem ad XLVIII. excurrisse volunt, ut sancti titulo vulgo donaretur: in quibus unum fuisse ajunt quod in urbe Hierosolymitana exstruxit cum monachicis claustris, S. Michaeli sacrum, quod anno MDXC. adhuc supererat. Quod vero ad Urosii liberos spectat, scribit Gregoras nullam ex Patrensis Ducis filia, ac Terteris sorore, & ex Simonide procreasse sobolem. At pactum initum MCCCVIII. cujus meminimus, exerte docet *Zarizam* ex Urosii cum Elizabeta conjugio natam, quæ quidem Elizabeta legitima conjux in eo dicitur, quod aliæ quas deinceps iniit nuptiæ, pro spuriis censerentur, ut quæ superstite adhuc Elizabeta essent contractæ. [m] Huic præterea extitit filia altera, *Neda* appellata, Bulgariæ Regi nupta, & filius nothus *Stephanus*, quem singulariter diligebat. At cum accepisset in se conspirationem moliri, eo in carcerem conjecto, visus aciem ardente pelvi infirmavit, ac deinde Constantinopolim relegavit. Scribit auctor coævus id peregisse Urosium Reginæ uxoris suasionibus, quod videtur referre ad an. MCCCXVII.

LX. [n] ULADISLAVUS, Stephani Regis filius, e custodia post Urosii patrui mortem eductus, Rex Serviæ appellatur, qua in dignitate haud pacate vixit, Constantino fratre bellum movente, regiumque diadema sibi deberi asserente, in quo quidem dissidio populi in diversas partes discessere. Sed tandem Constantinus a fratre captus, patibulo primum affixus, in duas partes deinde dissectus est: quæ quidem immanis Principis crudelitas fecit, ut ab illius subditis evocaretur Stephanus, Urosii Regis filius nothus, qui tum exul Constantinopoli morabatur, qui cum in Serviam confestim perveniisset, ab omnibus Rex est proclamatus, fugato interim Uladislavo, ac Sirmium sese recipiente, ubi a Stephano captus, in carcerem conjectus, in eo reliquum vitæ miserabiliter exegit. [o] Tradunt Rerum Hungaricarum scriptores Uladislavum Transsylvaniæ Voevodam filiam nuptum dedisse filio Stephani Serviæ Regis, & Voevodam a Gentile Montefiorensi, Cardinali,

Edit. Paris. pag. 290.

a *Bucbelatus in Hist. Tarvisina pag. 252.*
b *Gregoras l. 8. pag. 219. 221. E. R.*
c *Cantacuz. l. 1. c. 35.*
d *Michas Madius in hist. c. 16.*
e *Pachym. l. 9. c. 30. Gregor.*
f *Pachym. l. 9. c. 30. 31. 32. lib. 10. c. 10.*
g *Pachym. Greg. Cantac. l. 1. c. 7. 21.*
h *Pachym. l. 10. c. 9. Niceph. Greg. l. 7. pag. 169. E. R.*
i *Gregor. l. 8. p. 206. E. R.*
k *idem p. 252.*
l *Luccarius.*
m *Michas Madius c. 12. Orbin.*
n *Michas de Barbazan. in Hist. c. 12.*
o *Thuvrocz. l. 2. c. 89. Bonfin. dec. 2. lib. 9. p. 396.*

& Sedis Apoſtolicæ Legato, ſacris fuiſſe interdictum anno MCCCVIII. quod iſtud confeciſſet conjugium cum Principe Græcanico ſchiſmate implicato. Unde vero admodum ſimile eſt filium iſtum Stephani Uladislavum eſſe, qui Uroſio in regnum ſucceſſit.

LXI. STEPHANUS, Uroſii filius nothus, Rex Serviæ inauguratus eſt anno MCCCXXII. vel ſequenti: a qui ut ſeſe adverſus hoſtes domeſticos muniret, arreptumque regium diadema fortius tutaretur, Philippum Tarentinum Principem in ſuas partes allicere eſt conatus, filia ejus Blanca in uxorem expetita, oblatoque in imperii Conſtantinopolitani recuperationem auxilio. Sed & ne ejuſmodi conſiliis obſiſteret religionis quam profitebatur uterque Princeps, diverſitas, Romanam amplecti ſe exoptare ſignificavit, Principem enixe rogans, ut partes ſuas erga Joannem XXII. Summum Pontificem interponeret, ut Legatum mitteret fidei ſuæ profeſſionem excepturum. Pontifex vero Bertrandum Brunduſinum Epiſcopum alioſque aliquot delegavit, qui & Stephani profeſſionem excipe- *Edit. Pariſ. pag. 291.* rent, eique legitimationis neceſſaria diplomata conferrent, ut & regnum ipſe poſſidere, filiique in illud ſuccedere poſſent, cum is ex illegitimo contubernio eſſet natus: *Quem*, inquit Pontifex, *ſicut accepimus, quondam Oroſius Serviæ Rex pater ejus conjugatus genuit de ſoluta*. Stephanus porro in Joannis litteris Uroſcus, vel Oroſius nuncupatur. Sed effectu caruere Stephani conſilia: quę in ann. MCCCXXIII. referuntur. b Bellum exinde in Michaelem Straſcimirum Bulgariæ Regem movit, quod Nedam ſororem, ex qua is liberos procreaverat, dimiſiſſet, ut Theodoram Palæologinam, Swetislavi Bulgariæ Regis viduam, ac Michaelis Palæologi Junioris Imperatoris filiam, duceret. c Comparato igitur ingenti exercitu, adſcitiſque exterorum, atque in iis mille Francorum copiis, in Bulgariam movit, prælioque inito Straſcimirum fudit cepitque, qui quarto poſt die ex vulneribus interiit. Initum porro hoc prælium menſe Junio anno MCCC... in Raſſiæ confiniis verſus Ternovam. *Stephanus*, cognomento *Duſcianus*, & *Vucſanus*, id eſt Eleemoſynarum largitor, ſeu munificus ac liberalis, Stephani Regis filius, ita in eo prælio fortiter ſe geſſit, ut utriuſque Zentæ præfecturam ultro ei pater concederet. d Verum junior iſte Princeps, qui tum ætatis primum & vigeſimum annum attigerat, veritus ne parens ex altero quod cum MARIA PALÆOLOGINA, Joannis Palæologi Cæſaris filia, & Michaelis Palæologi Imperatoris nepte, anno MCCCXXVI. inierat conjugio, annos tum natus quinquaginta, natis filiis regni ſucceſſionem tranſcriberet, quod metuebat prævertit, capto inter venandum patre, & in caſtro Sueciano cuſtodiæ mandato. Scribit Gregoras Servianos proceres hujus defectionis fuiſſe auctores præcipuos, qui captum Regem, invito filio, in carcerem primo conjectum, deinde ſuffocarunt: quod quidem accidit circa annum MCCCXXXIII. Illius corpus tumulo datum in monaſterio S. Salvatoris Scoſnæ in Deciana, quod is ædificaverat. Fallitur porro Orbinus, cum Stephano regni annos xx. adſignat. Ex priore uxore, quam Sueſtilavi Bulgariæ Regis ſororem fuiſſe ait idem ſcriptor, natus *Stephanus* ille *Duſcianus* in regno ſucceſſor: ex altera vero nati etiam aliquot liberi, in quibus fuit *Siniſcianus*, Simon Cantacuzeno dictus, ex quo orti Joanninæ Duces aliquot, quorum ſeriem infra damus.

LXII. STEPHANUS, cognomento DUSCIANUS, Princeps ob liberalitatem & munificentiam potiſſimum celebratus, cæteriſque animi & corporis inſtructus dotibus, quæ Regem præſertim decent, ac inter præcipuos ſuæ ætatis Duces præſtantiſſimus, e bellum geſſit cum Hungaris ac cum Græcis, ſed & f cum Turcis, quos aut per ſe, aut per copiarum ſuarum præfectos ſępius fudit ac profligavit. g Mortuo Juniore Andronico Palæologo Imperatore, facta in Macedoniam irruptione hanc penitus vaſtavit: deinde Joannis Cantacuzeni, qui ſe Imperatorem proclamari paſſus fuerat, partibus ſeſe adjunxit, copiis non modicis adjuvit, h exactumque tandem imperii finibus, in Servia excepit. i Sed mox Joannis Palæologi Imperatoris in eumdem Cantacuzenum Joannis ſocerum partes amplexus eſt. k Flagrantibus interea civilibus iſtis inter Græcos bellis, Acarnaniam, Macedoniam, & Theſſaliam invaſit, oppidaque univerſa in ſuam poteſtatem redegit, unica excepta Theſſalonica, ac tum demum Romanorum & Serviorum Imperatorem ſe appellavit, ſummoſque ac eoſdem qui in aula Conſtantinopolitana obtinebant inſtituit Magiſtratus. l In iis Serviæ Sebaſtocratorem Decanum, Magnum Logothetam Goicum, Deſpotam Oliverium, Cæſarem Præbulum, Guilbum denique de Cataro Comitem Camerarium dixit. m Sub idem etiam tempus Ordinem Militarem ſub titulo S. Stephani inſtituit, quem præ cæteris Raguſinorum Legatis qui illius coronationi intererant, contulit. Uroſium denique filium Regem renuntiavit. Scribunt alii Imperatorium titulum non alia de cauſa uſurpaſſe Stephanum, quam quod tutor eſſet poſthumi naſcituri ex filia *Ruſna*, quam Matthæo Cantacuzeno, qui a patre Joanne Cantacuzeno fuerat in Imperatorem coronatus, in uxorem dederat. At ſi verum ſit inauguratum in Imperatorem Stephanum anno MCCCXL. non video quomodo fides præſtari debeat hiſce ſcriptoribus, cum exceſſiſſe Matthæum conſtet poſt annum MCCCLV. n Exin cum Alexandro Bulgariæ Rege, o cujus ſororem RAGOSNAM ab Orbino & Luccario, a Græcis vero ſcriptoribus HELENAM nuncupatam, uxorem duxerat, bellum ſuſcepit: qua ferme tempeſtate p a Ludovico Hungariæ Rege bello pariter eſt laceſſitus, qui cum haud magnos proceſſus ageret, Belgradum ad Danubium caſtellum, quo Serviorum excurſus comprimeret, excitavit anno MCCCXLIII. In Stephanum deinde Boſinenſem Banum, qui dum in Macedonia moraretur, fines ſuos invaſerat, vaſtaveratque, arma movit, ac illius provincias eſt depopulatus. q Veneti vero, cum quibus concordiam exercuerat, & a quibus fuerat in Nobilium Venetorum catalogum admiſſus, ac Raguſini pacem inter utrumque Principem conciliare ſunt aggreſſi: at filiam unicam Elizabetam cum Chelmenſi Comitatu dotis nomine nuptum dare Uroſio Stephani filio abnuente Bano, bella deinceps inter utrumque Principem perſtitere. Elizabeta vero nupſit poſtea Ludovico Hungariæ Regi. Cum igitur hanc pro filio in uxorem obtinere non potuiſſet, Nicolaum Bucchinum Nobilem Catarenſem ac ejus Protoveſtiarium Legatum in Franciam miſit anno MCCCLI. qui alteram ex Regis Joannis filiabus in uxorem filio depoſceret: at quod Græcanicam profiteretur religionem, repulſam paſſus eſt. Erga Romanam tamen ſe propenſiorem deinceps teſtatus fuerat, miſſiſque ſub annum MCCCLIV. ad Innocentium VI. Summum Pontificem nuntiis id profeſſus eſt, de Græcis conqueſtus, qui conſiliis ſuis continuo adverſarentur, ſubditoſque ad ea amplectenda avocarent, Baptiſmi & Confirma- *pag. 292.*

tio-

a *Joann. XXII. to. 3. Epiſt. ſecret. p. 263. 264. apud Rainald. an. 1323. n. 15. & ſeq.*
b *Gregoras l. 9. pag. 319. E. R. Luccarius l. 2. p. 48. 49.*
c *Cantacuz. l. 2. c. 21. 25.*
d *Nicepb. Gregor. l. 8. p. 262. E. R. Cantac. l. 1. c. 43.*
e *Cantac. l. 2. c. 25.*
f *Orbin.*
g *Cantac. l. 3. c. 12.*
h *Cantac. l. 4. c. 44. Phranz. l. 1. c. 15.*
i *Cantac. l. 4. c. 33.*
k *Cantac. l. 3. c. 87. l. 4. c. 4. 15. 16.*
l *Epiſt. Innoc. VI. PP.*
m *Luccarius.*
n *Cantac. l. 3. c. 61. 68. 69. l. 4. c. 21. 22.*
o *id. l. 3. c. 43. 44. 52. 56.*
p *Orbin. Luccar.*
q *Cantacuz. l. 4. c. 18. 21.*

tionis Sacramenta a Latinis Sacerdotibus ac Episcopis collata iterari debere persuadentibus. [a] Litteras scripsit ad Regem Summus Pontifex, & ad Juanniscum Serviorum Patriarcham, ad Archiepiscopos & Episcopos, & ad Serviæ proceres, quibus illos adhortabatur, ut quod tam pie ac sancte decreverant, firmiter adimplerent. [b] Sed & ad Regem, Petrum Thomasum Carmelitam, qui postmodum Constantinopolit. Patriarcha dictus est, Legatus missus, qui Christianam & Romanam religionem stabiliret, & quæ ad eam spectant auctoritate Apostolica definiret. Sed tum dolosa Regis mens detecta, palamque patuit non tam Romanæ religionis affectu, quam declinando bello Hungarico cum Pontifice per suos nuntios egisse, præsertim cum Petro Serviam ingresso, subditis, sub excæcationis pœna, Romanorum Missis interesse prohibuerit. [c] Pontifex igitur accepto & perspecto Stephani consilio ad bellum in eum suscipiendum Hungarorum Regem impulit, Venetosque, qui strictius cum Stephano fœdus inierant, adversus Hungaros, quod pleraque Dalmatiæ oppida quæ Venetorum erant ii expugnassent, dimissa quam cum Serviis inierant societate, ad pacem cum Ludovico conficiendam manus darent: scriptæ autem hæ litteræ anno MCCCLVI. [d] At paulo antea, anno scilicet MCCCLII. Tartaris Serviam cum immenso exercitu ingressis, in sui auxilium Hungariæ Regem evocaverat, illiusque adjutus copiis, commisso utrinque prælio, primum hos fudit. At cum ii militum numero longe præstarent, hostium castra obtinuere: non ausi tamen ulterius progredi, victoriaque uti, propter annonæ inopiam, & aeris intemperiem a Serviæ finibus recedere coacti. [e] Denique cum Græcos bello petiturus cum octoginta militum millibus in Thraciam pergeret, in oppido Deaboli febre correptus, obiit XVIII. Decembris, anno MCCCLVI. cum vix ætatis quintum & quadragesimum attigisset, regnassetque annos XXIII. Illius corpus conditum in æde S. Michaeli sacra ad Pistrinam oppidum, quam is ædificaverat. Scribit [f] Philippus de Mazeriis, qui hac ætate vixit, Stephanum Regem *inter omnes homines mundi suo tempore majorem fuisse corpore, & terribilem facie*. [g] Cæterum parem in S. Nicolaum Barensem, ac Stephanus pater, avusque Urosius, venerationem testatus est, ut ex ejus diplomate Ragusii anno MCCCXLVI. exarato colligitur, in quo ita inscribitur, *Stephanus Dei gratia Romaniæ, Sclavoniæ & Albaniæ Imperator*. Jam vero existimari posset, Stephanum alteram ex Joannis Cantacuzeni Imperatoris filiabus duxisse in uxorem, cum tradat [h] Phranzes exactum Constantinopoli Joannem ad generum Serviæ Regem concessisse: verum præterquam quod [i] ipsemet Cantacuzenus tres dumtaxat sibi extitisse filias, quarum suo loco meminimus, exerte significat, constat vocem γαμβρὸς apud Græcos, ut vocem *gener* apud Latinos, sæpe affinem, interdum sororium significare. Et revera Matthæus Cantacuzenus, Joannis filius, Stephani sororem duxerat, eoque nomine Joannes Stephano affinitate junctus erat.

LXIII. UROSIUS, Stephani & Helenæ Bulgaræ filius unicus, paternis ditionibus in solidum successit, Imperatorisque perinde ac ille titulum sibi adscripsit, licet [k] Siniscianus patruus Joanninæ Dux & Acarnaniæ dominus Serviæ regnum jure sibi deberi assereret: atque inde exortum grave inter utrumque bellum, quo quidem flagrante, neutrius partes amplexa Helena Urosii mater, ut quæ neutri fideret, complura eaque validis præsidiis munita oppida sibi retinuit, clam fovens Urosium inter & Stephanum simultates, quę nascenti isti imperio extremũ tandẽ exitium peperere. [l] Quippe Nicephorus Angelus Despota, arrepta civilium Serviæ motuum occasione, Thessaliæ potissimam partem occupavit, favente Helena, ejusque ducta in uxorem sorore. Sed & provinciarum præfecti, oppidorum contra hostes firmandorum prætextu, sensim a Principis imperio sese subducentes, non jam ut Regem, sed ut superiorem dominum suspiciebant, cum ejus se non subditos, sed vassallos dumtaxat appellarent. [m] In aula porro primas tum partes obtinebant ex Chelmensi Comitatu orti proceres Vucascinus Despota, ejusque frater Ugglieska Margnaucichius, & Voisavus Usciensis Comes, Voini filius, qui tanta apud Urosium gratia ac auctoritate valebant, ut Despotam Vucascinum Regem ille dixerit, imperatoria sibi, cui regia obnoxia erat, retenta dignitate, & repudiata postea SLAVA uxore, Vulcaici Valachiæ Vaevodæ filia, ELIZABETAM Voisavi Comitis filiam duceret. Atque immoderatus ille Urosii in hosce proceres favor, cæterorum æmulationem ac invidiam accendit, qui præfecturas sibi demandatas supremo jure identidem sibi asseruerunt, quos inter extitit Lazarus Comes, illiusque gener Vukus Brancovichius, qui vicinas Hungariæ provincias obtinebant, quas vulgo Regis Stephani vocant. [n] Nicolaus Altomanus eam invasit regionem, quam tenebat Voisavus patruus cum viveret. Balzæ liberi utramque Zentam usque ad Albaniæ fines obtinebant. Voihna Cæsar, cujus meminit o Cantacuzenus, & Ugglieska gener, pari perinde modo regiones quæ Romaniæ adjacent usque ad Thessalonicam occupavere. Atque hi quidem proceres omnes, cum parum sibi invicem fiderent, Urosio, quo cum Vucascinus agebat, persuasere ut ab eo sese subduceret, atque ut hosti nimium potenti bellum inferret. Inito igitur invicem prælio, fusus Urosius captusque & in Serviam abductus est, quem cum Vucascinus percepisset fugam meditari, Ragusiumque se conferre velle, hunc clava ferrea in illius caput impacta interfecit ann. MCCCLXVIII. Corpus ejus reconditum in vico Scaireniko, vel Sciareniko, in Scopiensi districtu. [p] Post ejus mortem Elizabeta uxor regni administrationem excepit. Helena vero Urosii mater, quæ hosce omnes in Servia motus ac civilia bella excitarat & foverat, fęmina feroci & arroganti animo, & Catholici ac Romani ritus hostis infensissima, [q] mortuo filio, in monasterium coacta concessit, in quo tot scelerum vix pœnitens miserandam efflavit animam anno MCCCLXXI.

Edit. Paris. pag. 293.

Stephano Neemani Dusciano Serviæ & Rassiæ Imperatori pro armorum insignibus adsignat Maurus Orbinus scutum in duas potissimum partes distributum, quarum superior quadripartita. Parte quidem priore Bulgariæ, altera Slavoniæ, tertia Bosinæ, quarta denique Macedoniæ regnorum insignia exhibet. Pars scuti inferior perinde quadripartita. Parte priore Dalmatiæ, altera Serviæ, tertia Croatiæ, quarta demum Rassiæ regnorum insignia repræsentat. Inter tertiam & quartam in imo scuto describuntur Primordiæ insignia. Quatuor hisce partibus scutum gentis Cotromannorum,

a *Extant apud Bzov. & Vvadding. an. 1354.*
b *Philipp. de Maneziis in vita S. Petri Thomasi c. 3. n. 17. Joan. Carmessonius in vita eiusd. Thomæ c. 5.*
c *Vvadding. an. 1356.*
d *Matth. Villan. l. 2. c. 71.*
e *Cantacuz. l. 4. c. 43.*
f *in Vita S. Petri Thomasi c. 3. n. 20.*
g *Anton. Beatillus in hist. S. Nicol. l. 6.*
h *Phranz. l. 1. c. 13.*
i *Cantac. l. 3. c. 32.*
k *Cantac. l. 4. c. 43.*
l *Cantac. ibid.*
m *Laonic. l. 1. p. 18. E.R.*
n *Vide Comites Uscienses. Leunc. l. 1. p. 16. E.R. Leuncl. Pand. num. 54.*
o *Cantac. l. 4. c. 44. 45.*
p *Cantac. l. 4. c. 44. 50.*
q *Orbin. p. 62.*

ut duabus denique majoribus ſcuti partibus ſcutum gentis Neemanicæ inſternitur.

Ac Bulgariæ quidem regni inſignia leonem in pedes erectum & coronatum præferunt.

Slavoniæ, tres canes venaticos.

Boſinæ, claves decuſſatas, quibus ſuperſtat ſcutum lunula & ſtella inſignitum, Vide Leunclav. in Pand. Turc. n. XII.

Macedoniæ, leonem in pedes erectum.

Dalmatiæ, tria avulſa leonum capita aurea coronata, 2.1. in campo cæruleo.

Serviæ, crucem cum quatuor igniariis, quæ *fuſilia* dicimus.

Croatiæ, ſcutum viginti teſſellis argenteis & puniceis interſtinctum.

Raſſiæ, tres equi ferreas ſoleas inverſas, 2.1.

Primordiæ, brachium armatum cum gladio.

Cotromannorum, quatuor faſcias tranſverſarias, quibus leo in pedes erectus inſternitur.

Neemanicæ denique gentis, aquilam bicipitem ad ſingula capita coronatam, alis expanſis, duobus ſub alis lilliis deſcriptis.

IV.

FAMILIA VUCASCINI

REGIS SERVIÆ.

Edit. Pariſ. pag. 294.

VUCASCINUS CEONICHIUS, cum Cralis ſeu Regis Serviæ ab Uroſio obtinuiſſet dignitatem, hanc eo extincto ſervavit. In oppido Hlieuno natales excepit, *Margnæ* & *Margnavæ* filius, qui ex inferioris ordinis nobilitate, ad ſummam in Stephani Serviæ Imperatoris aula, illius favore, evectus eſt potentiam, una cum *Vucaſcino*, *Uggliesca*, & *Goico* filiis. Vucaſcinus & Uggliesca, quorum alterum Cralis, id eſt Regis, alterum Ungleſii nomine fere ſemper donat Laonicus, cæteris ſuæ ætatis proceribus auctoritate & animi fortitudine præſtiterunt: ac præſertim Uggliesca, qui qua valebat bellica experientia Theſſalonicam ad extremum adductam diſcrimen, ad tributum ſibi perſolvendum tandem adegit, Turcis variis in præliis cætera deletis. Vucaſcinus Magni Stephani Imperatoris Pincernæ, alter vero Protoſpatharii dignitate functi ſunt. Tractus iſtius qui a Pherrarum oppido ad Danubium uſque protenditur, præfecturam iis tradidit Stephanus, cujus, eo mortuo, dominatum in ſolidum arripuere. Uterque porro eo potentiæ venit, ut Comes Lazarus & Jupanus Nicolaus Altomanus concepta ex immenſa hac auctoritate invidia, ad eam penitus convellendam Uroſio in ſuas partes conciliato, bellum iis inferre perſuaſerint. Atque ii utrumque fratrem cum validis copiis adorti, fuſi ac deleti ſunt, Lazaro turpiter fugiente, Altomano vix necis evadente periculum, ac Uroſio denique capto, & in Serviam abducto, ubi tandem a Vucaſcino clava in caput impacta interemptus eſt, uti ſupra commemoravimus. [b] Mortuo Uroſio, Vucaſcinus & Uggliesca, cum accepiſſent Solimanum infeſtis in ſe ſignis cum LXX. armatorum millium exercitu adventare, coactis ad XXX. millia militum copiis obviam proceſſere, Thraciamque ingreſſi, vaſtatis agris, compluribuſque nullo fere reſiſtente expugnatis oppidis, tandem cum Solimano manus conſerunt, quo in prælio cæſa ad XXX. Turcorum millia, ad Koſovi planitiem. [c] At cum ſpoliis onuſti in Raſciam redirent, Solimanus, qui intra montana cum aliquot copiis delituerat, incautos fortiter aggreſſus, oppreſſit ad Caſtellum Ciarnomanum in Thracia, vel uti refert Laonicus, in Cermianenſi tractu: Vucaſcino & Uggliesca cæteriſque e ſuis fugam arripere coactis, quorum potior pars, ipſique Uggliesca & Goicus in Mariza fluvio ſunt demerſi. Vucaſcinus vero tranſmiſſo fluvio cum ad oppidum Caramanlium circa fontem ex immodico curſu captandæ quietis gratia reſideret, a Nicolao Harſoevichio, vel Harſcia, puero honorario, ingentis pretii, quam ad collum illi deferebat, catenæ aureæ inhiante, interemptus eſt. Illius corpus ad ſanctum Demetrium in Suſcizam Raſciæ oppidum perlatum, juxta Uroſii Regis poſtremi tumulum reconditum eſt: Uggliesca vero ac Goici cadavera minime reperta ſunt. Poſt hanc cladem, quæ accidit XXVI. Septembris die, anno MCCCLXXI. Turci nullo obſiſtente Raſciam ingreſſi ac depopulati ſunt, pleriſque procerum iis ſeſe adjungentibus, quibus alias reſiſtendo haud pares erant, quos inter fuere Dragazes & Conſtantinus, Zarci Deanovichii filii, qui primas obtinebat in Vucaſcini & Uggliesca aula. Vucaſcinus vero quatuor habuit filios, *Marcum*, *Juaniſcum*, *Andreaſcum*, & *Mitraſcum*; ac natas duas, *Ruſnam* nempe, quam Matthæo Cantacuzeno nuptam ajunt, quod jure in dubium vocari poteſt; & *Militzam*, Georgii Balzæ Zentæ Principis conjugem. Atque hi quidem liberi in parentis principatum eo extincto ſucceſſere, quo tamen diu pacate frui haud paſſi ſunt proceres alii. Quippe Lazarus Comes, Piſtrinam & Novobardum agroſque circumvicinos; Nicolaus Altomanus ditionibus ſuis confinia; Balzæ ex ſorore nepotes Priſcienum locaque adjacentia; ac denique Turci quæ in Thracia ac Romania poſſidebant, invaſerunt. Ita bonis ſuis fere omnibus exuti Vucaſcini liberi, Sultani partes amplexi ſunt, pacto annuo tributo, præter Juaniſcum, qui in Zentam conceſſit, & haud multo poſt cum Balza Georgii fratre in prælio cum Turcis anno MCCCLXXXIII. interemptus eſt. MARCUS, cognomento Craglievichius, Caſtoriam, Locrida & Argos in Peloponneſo, ſub Turcorum tutela obtinuit. [d] Huic uxor fuit HELENA, Clapeni proceris Græcanici filia, quæ cum ob ſolutiorem pudendamque vitam a Marco fuiſſet dimiſſa, Caſtoriam venit, urbemque Balzæ tradidit, eo in conjugem aſſumpto, quam Marcus cum Turcicis copiis fruſtra deinceps recipere conatus eſt. Periit ille tandem in Sultani Bajazetis comitatu, eo in bello, quod adverſus Myrzem Valachiæ principem geſſit, ad Chraglienum Valachiæ oppidum. Illius corpus tumulatum fuit in Monaſterio Blaciani, ſeu Bullacini, juxta Scopiam. MITRASCUS pariter pro Turcis pugnando, nulla ſuperſtite prole interiit. Ex ANDREASCO horum fratre natus DOMINICUS MONSCILUS, pater COJÆ Muſachorum principis, & HELENÆ, Stephani Coſſaciæ Ducis S. Sabæ uxoris. Ita extincta prorſus Vucaſcini familia, illinſque diſſipatus principatus, quem arrepta per ſcelus tyrannis excitaverat. Vucaſcino pro armorum inſignibus, regni ipſius Serviæ inſignia adſignat Orbinus, *Crucem ſcilicet, quam planam dicunt, cum quatuor igniariis, vel litteris B. ad ſingula areæ latera, habente in centro aquilam coronatam cum alis expanſis.* *pag. 295.*

a *Orbin. Lucarius p. 58.*
b *Laonic. l. 1. p. 19. 20. E. R.*
c *Hiſt. Acutheis an. 1366.*
d *Orbinus p. 290. Luccarius l. 2 p. 72.*

V.

REGES DALMATIÆ ET CROATIÆ.

DALMATIAM varias in provincias, ſeu Toparchias, diſpertitam fuiſſe ac diſtributam, jam ſupra docuimus. Harum unam Croatiam Baptizatam appellavere Græci, quæ a populis illis primum fuit occupata & expugnata, qui Croatiam Albam & Magnam dictam incolebant, Serviorum, Turcorum, Patzinacitarum, & Francorum, vel Alemannorum ditionibus conterminam, a Mari Pontico xxx. dierum itinere diſtantem. Croatia vero Baptizata cis Savum extitit, porrigebaturque verſus oras maritimas, a Zetina fluvio qui ad Brazzum inſulam, quæ Brettanis Stephano nuncupatur, in mare illabitur, uſque ad Iſtriæ montana. Complectebatur complura oppida, atque in iis Salonam, ex cujus ruinis excitatum poſtea Spalatum volunt, Scardonam, Sebenicum, Belgradum, Jaderam, ſeu Zaram, Nonam, aliaque aliquot: quæ quidem regio Dalmatiæ nomenclatura vulgo hodie innoteſcit.

I. [a] Croati vero, quos ita nuncupatos ajunt voce Slavica, quæ *terram multam poſſidentes* ſonat, iſtam Dalmatiæ partem occupaverunt, imperante Heraclio. Nam cum Avares, ſeu Hungari tranſmiſſo Danubio haſce invaſiſſent provincias, Croatis, qui tum in Romanorum partes conceſſerant, evocatis, eorumque opera exactis Avaribus, hanc Dalmatiæ partem incolendam conceſſit idem Auguſtus: qua quidem tempeſtate PORGA Croatis imperabat. Tum quippe quinque fratres CLUCAS, LOBELUS, COSENTZUS, MUCHLO, & CHROVATUS, cum TUGA & VUGA ſororibus, & ingenti contribulium numero, finibus ſuis excedentes, has Dalmatiæ maritimas oras ingreſſi, Avaribus, commiſſo prælio, partim ſuſis, partim in ſuas partes tranſire coactis, iſtius effecti provinciæ domini, principatum conſtituerunt diverſum ab eo unde primo erant orti, electo Principe, qui ad ſummum Croatiæ Principem legatos in obſequii argumentum ſubinde mittere conſueverat, Imperatoribus Conſtantinopolitanis ratione clientelæ cæterum obnoxii. Iis igitur poſt debellatos Avares conceſſa hac provincia, Epiſcopos & Sacerdotes miſit Heraclius, a quibus Chriſtianos ritus edocerentur. Ex quo Croati deinceps Baptizati appellati, ad Croatorum Alborum, a quibus prodierant, diſcrimen, qui longe poſtea Chriſtianam religionem amplexi ſunt. Minor porro fuit Croatorum Baptizatorum quam Alborum potentia, propter aſſiduos Turcorum, Patzinacitarum & Turcorum, quibus continuo divexabantur, incurſus.

II. Enimvero Francos in has Dalmatiæ oras maritimas non ſemel excurriſſe docent Annales noſtri: ab ipſo enim fere Francici imperii exordio, ſtante ſcilicet prima Regum ſtirpe, horum imperium ad Pannoniam uſque porrigebatur, quod teſtantur noſtrorum crebræ in Avares, qui Dalmaticæ & Pannoniæ confinia incolebant, militares expeditiones, ac præſertim Theodeberti Regis ad Juſtinianum [b] Epiſtola, qua ſciſcitanti Imperatori quibus in provinciis regnaret, reſpondet, *ad Danubium & limitem Pannoniæ* ditiones ſuas porrigi. Sub altero vero Regum Stemmate complura in

Edit. Pariſ. pag. 296.

A Dalmatiæ maritimis occupaſſe oppida eoſdem Francos in iiſdem Annalibus noſtris leginus, eoque nomine cum Imperatoribus Conſtantinopolitanis geſſiſſe bella. [c] Narrant quippe Carolum M. ſub an. DCCCVI. excepiſſe in Theodonis villæ Palatio Villericum & Beatum Venetorum Duces, Paulum Jaderenſem Ducem, & Donatum ejuſdem urbis Epiſcopum, Dalmatarum legatos, & cum iis, quæ Duces hoſce, Venetoſque ſpectabant, res compoſuiſſe. Unde ii forte provincias iſtas pariter irruperant, aliquotque ceperant oppida, in quibus fuit Jadera, cum alia poſſiderent Franci, cætera vero Croati qui Conſtantinopolitano Imperatori ſuberant. Quæ quidem ut reciperet Nicephorus Imperator, claſſem, cui Nicetam Patricium præfecit, eodem anno adornavit. Is vero anno ſequenti Venetias appulſus, inducias ad
B proximum menſem Auguſtum cum Pipino Italiæ Rege pepigit, indeque Conſtantinopolim reverſus eſt. Biennio poſt rurſum claſſem comparavit Nicephorus, Paulo Cephaleniæ inſulæ Rectore præfecto, qui Venetias perveniens, Comaculam, ſeu Comachium inſulam, cujus arcem tenebant Franci, cum parte exercitus fruſtra aggreſſus, Venetias ſeſe recipere coactus eſt, Francis fortiter arcem propugnantibus: quo cum perveniſſet, actum rurſum cum Pipino de pace: at cum Villerium & Beatum Venetorum Duces Græcis favere, proditionemque moliri animadverteſſet Pipinus, ſtatim receſſit, annoque proxime ſequenti Venetias obſidione vallavit ac cepit, unaque ambos Duces: adducta deinde claſſe in Dalmatiæ oras ut oppida alia expugnaret, obvium habuit Paulum, qui cum claſſe perinde Græcanica, ne quid in Dalmatia tentaret, obſervabat. Verum haud
C multo poſt inter Nicephorum & Carolum pax eſt ſancita anno DCCCVIII. in Aquiſgranenſi palatio. Pacti iſtius meminit [d] Conſtantinus Porphyrogenitus, quo Francorum principi, qui Italiæ Regnum obtineret, annuo vectigali penſitando ſe ſe obligaſſe Venetos ſcribit. Interceſſere præterea deinceps noſtrorum cum Græcis pro Dalmatia negotiationes aliæ. [e] Nam anno DCCCXVII. Nicephorum Legatum ad Ludovicum Pium miſit Leo Imperator, qui de finibus Dalmatarum, Romanorum & Sclavorum ageret, fœduſque inter utramque gentem componeret: Sed cum res peragi abſque Cadolao Marcæ Forojulienſis & finium Dalmatiæ præfecto, miſſus illico Albigarius Unrochi nepos, qui una cum eo controverſias omnes dirimeret: qua quidem tempeſtate BORNA iſtius Dalmatiæ partis Dux erat. Illius porro dignita-
D tem varie efferunt [f] Annales noſtri: interdum enim Timotianorum & Guduſcanorum, interdum Dalmatiæ nude, interdum denique Dalmatiæ atque Liburniæ Ducem vocant. Unde colligere eſt iſti Dalmatiæ parti imperaſſe, in qua ſita ſunt quorum meminimus oppida, quæ in Liburnia extare conſtat. Cum vero Borna Bulgarorum, & Liudeviti Pannoniæ inferioris, quæ provincia Savo & Dravo fluviis includitur, Sclavonia & Poſegenſis Comitatus hodie nuncupata, dimiſſa ſocietate, in Ludovici partes tranſiiſſet, in Liudevitum qui ab eo defecerat, armis infeſtis contendit: cui ad ſe venienti occurrens, in prima congreſſione a Guduſcanis de-

a *Conſtant. de Adm. Imp. c.30.31. Bonfin.*
b *Tom.1. Hiſtor. Franc. p.862.*
c *Annal. Franc. an.806. 807. 809.810. 811.817. Chron. Martian. lib. 2.c.8. Andr. Dandul. MS.*
d *Conſt. Porph. cap.28.*
e *Annal. Fr. hoc an.*
f *Eginhard. Annal. an.818.819.821.*

fertus, auxilio Prætorianorum suorum protectus evasit. Periit in eo prælio Dragomosus socer Liudeviti, qui in exordio defectionis relicto genero Bornæ se adjunxerat. Guduscanos domum regressos rursum Borna subegit, ac Liudevitum, qui cum valida manu Dalmatiam ingressus ferro & igne cuncta devastaverat, tandem suis regionibus coegit excedere, tribus hostium millibus interfectis, pluribusque captis. Quod quidem accidit anno DCCCXIX. Exin Borna in Franciam venit, & ab Imperatore Ludovico, qui tum Aquisgrani morabatur, subsidia impetravit, quibus adjutus cum Liudevito vario eventu pugnavit annis DCCCXX. & DCCCXXI, quo quidem postremo anno extincto Borna,

III. LADISLAVUS, vel LADUSCLAVUS, nepos, a Dalmatis, Imperatore consentiente, in Ducem est electus, [a] Anno sequenti Ludovicus in Liudevitum ex Italia exercitum misit, cujus adventu territus, Siscia civitate, quæ in Croatia est, relicta, ad Sorabos qui Dalmatiæ partem obtinebant, fugiendo se contulit, & uno ex eorum ducibus interfecto, illius civitatem in suam redegit ditionem. [b] Inde relictis Sorabis, cum in Dalmatiam ad Liudemullum Bornæ Ducis avunculum perveniisset, ipsius dolo est interfectus anno DCCCXXIII. [c] Atque hæc Dalmatiæ pars Principibus paruit, Francorum Principum clientelæ obnoxiis, a quibus postea defecerunt. Cum enim in Croatos ea immanitate grassarentur, ut lactentes pueros interemptos, canibus objicerent lacerandos, Croati occisis qui ab iis submittebantur ducibus jugum excussere. Franci vero missis ingentibus in Croatos copiis, gesto per septennium bello, tandem a Croatis penitus deleti sunt, Cotzili eorum Duce interfecto. Tum vero liberi ac sui juris facti, missis ad summum Pontificem nuntiis, Christianos ritus petierunt edoceri, sacroque baptismate donati sunt: (cum ii forte ad Paganismum rediissent,) qua quidem tempestate,

Edit. Paris. pag. 297.

IV. PORINUS Croatorum principatum obtinebat. Ita rem narrat Porphyrogenitus, tametsi qua hæc peracta sint tempestate minime dicat: subdens Croatorum deinde regionem in duodecim Jupanias seu præfecturas fuisse divisam, quarum nomina recenset. Ex principibus vero Croatorum qui post Porinum hosce tractus rexere, memoratur

V. [d] MISLAVUS, seu, ut ab Andrea Dandulo appellatur, MUYSCLAVUS, cujus mentio est in quodam Tirpimiri privilegio, in quo Ecclesiis multa contulisse bona dicitur. Hunc Veneti scriptores MUIUM vocant, regnasseque volunt sub Petro Gradonico Venetorum Duce, qui anno Ducatus sui tertio, Chr. DCCCXXXIX. (quippe creatus anno DCCCXXXVI.) cum navali exercitu in Dalmatas pyratas ac Narentanos Adriaticum mare infestantes profectus, pacem cum eodem Muisclavo firmavit, ut scribit idem Dandulus. Tamislavus videtur appellari ab Archidiacono Spalatensi. Sed hæc ante hunc annum accidisse oportet, cum

VI. TIRPIMIRUS Croatorum Dux indigitetur [e] in eo privilegio ex Archiepiscopatus Spalatensis Tabulario eruto, dato *Regnante in Italia piissimo Lothario Francorum Rege per indictionem* XV. *sub die* IV. *Non. Maii*, hoc est an. DCCCXXXVII. quo cujusdam Monasterii erectio continetur. Unde præterea conficitur Italiæ Regibus tum etiam Croatiæ principes paruisse. Tirpimiro successit

VII. CRESIMIRUS filius, cujus meminit [f] Porphyrogenitus, [g] *Majoris* cognomine donatus, in Cresimiri Regis abnepotis litteris: quem excepit filius

VIII. DIRCISLAVUS, qui Miroslavus dicitur [h] eidem Porphyrogenito, qui cum regnasset annos IV. a Pribunio Bano interfectus est; obortis deinde magnis in Croatia motibus. [i] Filius Cresimiri majoris nuncupatur in iis, quarum meminimus, litteris, quæ Pribunam ei successisse declarant, qui non alius est a Pribunio, de quo Porphyrogenitus. [k] Charta fundationis ædis S. Michaelis ad amphitheatrum Salonense ædificatæ, regnasse Dircislavum innuit anno M. Ind. XIII. docetque præterea regio titulo tum insignitum, cum primus hunc sibi arrogarit, ut auctor est [l] Archidiaconus Spalatensis, a quo deinceps in posteros dimanarit. Sed & cum in eo diplomate præponantur anni imperii Basilii & Constantini Imperatorum, inde videtur posse colligi, Constantinopolitanos Augustos ut superiores dominos tum agnovisse, quod & astruit [m] Andreas Dandulus. Is enim in Petro Ursеolo II. Venetorum Duce, sub annum DCCCCXCVII. scribit mortuo Tirpimiro Rege Croatorum, inter filios MURCIMIRUM & SURIGNAM cupiditate regnandi ortam contentionem schisma magnum in illa regione generasse: Murcimirum tamen regnum tandem obtinuisse, multaque intulisse damna maritimis Dalmatiæ civitatibus: eaque de causa Venetos, Basilii & Constantini Imperatorum, quibus Croatiæ Reges ea tempestate jure clientelæ obnoxii erant, evocatos, civitates a Regia ista tyrannide liberasse, ac tum primum ex Ducibus, Petrum Ursеolum Ducem Dalmatiæ sese inscripsisse. Addit præterea Surignam, qui a fratre Regio depulsus fuerat throno, in castris Venetorum militasse, dato in obsidem filio Stephano, cui Dux filiam Hicelam in conjugem tradidit. Murcimiri & Surignæ aliam mentionem fieri apud cæteros rerum Dalmaticarum scriptores non advertimus: nisi Murcimirus idem fuerit quem alii Cresimirum vocant.

IX. PRIBINNA, seu PRIBUNIUS, Banus, interempto Dircislavo, Croatorum regnum arripuit: idem forte qui [n] in veteribus tabulis Pribinna Gussichius appellatur. Huic successit *pag. 298.*

X. GODEMIRUS, ut est in Crescimiri Regis supralaudato diplomate, in quo, ut & Pribunna, potentissimus Banus, non vero Rex nuncupatur: ac sub iis quidem accidere bella illa intestina, quorum meminit Porphyrogenitus, Dircislavi fratribus avitam dignitatem tuentibus, [o] *Svvetslavo* scilicet, *Cresimiro*, & *Goislavo*, qui secundum istud diploma, Croatiæ una imperarunt. Sed unicus deinceps

XI. [p] CRESIMIRUS, Croatiæ & Dalmatiæ Rex indigitatus legitur, [q] ut ex Cresimiri alterius nepotis litteris anni MLXIX. & anni MLXXII. docemur, quibus Madio cognato & filio ejus Dabranæ aliquot prædia ad Jaderam donat. Regnavit porro Cresimirus circa annum MXVIII. [r] quo Jaderam aliasque Dalmatiæ maritimas civitates quotidianis incursibus inquietasse legitur: Ducemque Venetiarum Ottonem Ursеolum missa classe, hosce coercuisse, fugatis Croatis. Sed & scribunt [s] Scylitzes & Zonaras Imperatorem Basilium Porphyrogenitum post profligatos ac penitus deletos Bulgaros anno MXIX. Croatiam deinde in jus suum redegisse, duosque fratres qui ei imperabant, con-

a *Annal. Franc. an. 822.*
b *ibid. Annal. an. 823.*
c *Const. de adm. Imp. c. 30.*
d *Joan. Lucius l. 2. c. 1. 2. p. 62.*
e *Jo. Luc. l. 2. c. 2.*
f *Const. cap. 31.*
g *Jo. Lucius p. 76.*
h *Const. c. 31.*
i *Lucius p. 76.*
k *Id. p. 79.*
l *Archid. Spalat. c. 23. p. 321.*
m *Andr. Dandul. an. 997.*
n *Luc. p. 99.*
o *Luc. p. 76.*
p *Jo. Luc. p. 71.*
q *id. p. 91.*
r *Andr. Dand. in Chr. MS.*
s *Scylitz. p. 717. E. R. Zonar. pag. 181. E. R.*

cessisse Constantinopolim, ubi Palatinis dignitatibus donati fuere; in Sermonem vero Nestongi fratrem Sirmiensem dominum, qui Græcorum potestati subjicere se recusaverat, missum cum exercitu Constantinum Diogenem, qui colloquii specie in castra sua evocatum, contra datam fidem interemit: obsessoque postmodum Sirmio, urbem dedere Sermonis uxorem coactam, Constantinopolim pariter adductam, nobili Græco rursum conjugio copulatam: Constantino Diogene Croatiæ & Sirmiensis tractus præfecturam exinde obtinente. a Lupus Protospatha Croatiam expugnatam a Bojoanne, quem Bugianum vocat, videtur indicare, scribens anno MXXIV. in Croatiam descendisse cum exercitu, cepisseque uxorem Cosmici, eamque Constantinopolim amandasse. Ex quibus conjicere est binos istos fratres non alios fuisse a Cresimiro & Suestilavo, aut Goyslavo, cum præterea Cresimirus Imperialis Patricius ab Archidiacono Spalatensi appelletur, quem ille ait regnasse anno MXV. Neque forte alius fuerit Cosmicus a Cresimiro, cujus in principatum successit

XII. b STEPHANUS filius, Croatiæ Rex etiam dictus. Verum quando is potissimum, & quot annos regnaverit, non tradunt scriptores. Id dumtaxat ex iis docemur,

XIII. c CRESIMIRUM III. qui etiam PETRUS interdum appellatur, Stephani filium, Croatiæ & Dalmatiæ Regem anno MLIX. inscribi in veteribus Tabulis, quæ Principis istius in Monasterium S. Chrysogoni Jaderense, in quo sancti istius Martyris corpus servatur, & in Monasteria SS. Cosmæ & Damiani, S. Joannis Evangelistæ, S. Thomæ, aliaque intra regni fines sita, beneficia ac liberalitates recensent. d In binis Diplomatibus mentio fit *Cichæ* Cresimiri sororis, quæ Deiparæ monasterii Jaderensis ab ea conditi prima Abbatissa fuit, quorum postremum exaratum est anno MLXXII. quo ejusdem monasterii ædes sacra dedicata fuit. e At post annum MLXXIII. de eo silent cæteræ veteres Tabulæ, adeo ut conjicere liceat hac ipsa tempestate desiisse esse in vivis, f eumque esse Cresimirum Croatiæ Regem, qui in ædis S. Stephani Salonensis cœmeterio humo conditus dicitur, ubi Reges Reginæque Croatiæ humari consueverant. Hanc porro ædem, & Deiparæ sacram alteram Salonæ ædificatam a Regina Helena ajunt, atque Spalatensi Ecclesiæ subdidisse.

g XIV. SLAVISO deinde Croatiæ Rex in aliquot veteribus Spalatensis Ecclesiæ monumentis occurrit, in quibus controversiarum mentio fit, quas exercuit cum Lubomiro fratre, Petro Bano, & Sarubba Jupano, pro donationibus aliquot eidem Ecclesiæ a Lubomiro factis, quæque a Suinimiro Rege, de quo mox acturi sumus, deinceps firmatæ sunt. Unde colligere licet post Cresimirum III. & ante Suinimirum regnasse. h Sed & admodum vero simile eum esse Croatiæ Regem, qui anno MLXXV. ab Amico Comite Nobili Normanno captus dicitur in veteri Diplomate & in vita Joannis Traguriensis Episcopi Romæ a Joanne Lucio edita, quem Amicetem nuncupat Anna Comnena, & de quo multa olim congessimus in i Notis ad ejusdem Annæ Alexiadem. Eo quippe anno

XV. DEMETRIUS, cognomento SUINIMIRUS, Croatiæ & Dalmatiæ Rex tunc primum indigitatur. k Bani dignitatem habuisse anno MLXXIII. docet Cresimiri III. Regis diploma, quod in Deiparæ ædis sacræ Jaderensis archivo asservatur. l Sed an is ex Croatiæ Regum stemmate ortum duxerit, dubitare licet, cum quæ illius meminere veteres Tabulæ, nec Cresimiri nec Slavizi filium minime dicant: m quin potius in diplomatis anni MLXXVIII. inscriptione, hanc industriæ suæ dignitatem videtur adscribere, hisce verbis concepta: *Ego Suinimir qui & Demetrius, gratia divinitus collata subministrante, & sagacis vigore scientiæ vere cælitus cooperante, Rex totius Croatiæ, simulque Dalmatiæ, &c.* Statim atque Regni diadema est consecutus, summi Pontificis gratiam sibi conciliare studuit, captataque Michaelis Ducæ Imperatoris socordiæ ac ignaviæ occasione, Græcorum jugum excussit, nemini deinceps obnoxius. Hactenus quippe supremam in Croatiæ regnum potestatem servarant Constantinopolitani Augusti, a quibus provinciæ istius principes regium excipere solebant diadema, cum eo interim præfectos & magistratus mitterent, qui Reges in officio continerent, invigilarentque ne quid in Augustorum jura committeretur. n Id colligere est potissimum ex adscriptis Croatiæ Regum diplomaribus inscriptionibus, quæ Imperatorum regni annos fere semper præferunt, & Rectorum seu Magistratuum Constantinopoli submissorum nomina, ubi totius Dalmatiæ Gubernatores ii fere semper inscribuntur. Quinetiam probabile admodum videtur Crescimirum III. primum fuisse ex iis qui Græcis parere deinceps abnuerit, post Constantini Ducæ Imperatoris excessum. o Eo enim imperante in Crescimiri Diplomatibus illius imperii anni inscribebantur: post annum vero MLXVII. quo is obiit, Imperatorum nomina desiisse describi animadvertere est, p præsertim ex ejusdem Crescimiri diplomate an. MLXIX. q Verum utcumque se se res habeat, constat Demetrium Croatiæ & Dalmatiæ Regem in æde S. Petro sacra Salonæ ritu solemni corona regia donatum a Gebizone S. Bonifacii monasterii Abbate, Apostolicæ Sedis Legato, IV. Octob. anno MLXXVI. Continent præterea istius coronationis acta, quæ inter Gregorii VII. summi Pontificis epistolas habentur, clientelam, seu hominium quod eidem Gregorio tum præstitit Demetrius, cui etiam CC. auri Byzantios quotannis pensitaturum se spopondit. Sed & ante hanc inaugurationem, non Regis, sed Ducis dumtaxat Croatiæ atque Dalmatiæ titulo donabatur Demetrius, hoc est Bani, quo sub Crescimiro III. insignitus legitur, uti supra innuimus: r qua etiam Croatiæ Ducis dignitate donatur in Diplomate ante illius coronationem eodem anno exarato; quod quidem quæ jam attigimus firmat, ex stirpe Regia non fuisse Demetrium, cum in eo denique non legitima parentum successione, sed cleri & populi electione ad eam dignitatem perveniisse dicatur. s Extat ejusdem Gregorii Pontificis epistola, qua Vezelinum ab impetendo Demetrio, quem in Croatiæ Regem constituerat, avocare conatur. Demetrius porro, t ut Rerum Hungaricarum scriptores volunt, Geizæ & Ladislai Hungariæ Regum sororem, Belæ Regis cognomento Pii filiam, in uxorem duxit: quæ HELENA in conjugis diplomate anni MLXXVIII. cujus mox meminimus, nuncupatur. Nullam ex ea procreasse prolem auctor est u Spalatensis Archidiaconus. x Quidam scripsere a subditis fuisse interemptum, quod ad militarem in Terram sanctam expeditionem secum suscipiendam eos esset adhortatus. At cum anno demum MXCVI. sacra hæc

Edit. Paris. pag. 299.

a *Lupus Protosp. an. 1024.*
b *Jo. Luc. pag. 75.*
c *Jo. Luc. pag. 76. 77. 96. 97. 100. 101. 103. 104. 147.*
d *id. pag. 98. 102.*
e *id. p. 85.*
f *Thom. Archid. Spalat. cap. 16. p. 325.*
g *Luc. pag. 85.*
h *Vita Joan. Tragur. Episc. Joan. Luc. l. 2. c. 10.*
i *pag. 287. 289. 290.*
k *Jo. Luc. pag. 85. 100.*
l *id. p. 85.*
m *id. p. 98.*
n *Thom. Archid. c. 13. Luc. p. 76. 79. 96. 100. 103.*
o *Luc. p. 76. 96. 97. 98. 100. 103.*
p *id. p. 101.*
q *Gregor. VII. l. 7. epist. 4.*
r *Luc. pag. 86.*
s *Greg. VII. l. 7. ep. 4.*
t *Thvvrocz. l. 2. c. 17. 56. Bonfin. dec. 2. l. 3. 4.*
u *Thom. Archid. Spalat. c. 17.*
x *Marc. Maral. p. 309.*

Christianorum in Saracenos bella contigisse constet, vix est ut fides iis adhibeatur scriptoribus. [a] Sed & ex Demetrii Tabulis, adhuc superstitem fuisse anno MLXXXVII. colligitur. [b] Scribunt alii Winicho ex nobili Lapsanorum genere orto filiam in uxorem dedisse. [c] Luccarius vero sepulcro mandatum ait in S. Antonii æde sacra Bichiayensi in insula Metaburensi, in qua, uti scribit, Croatiæ Reges tumulo condi solebant. Licet scriptorum plerique Demetrium Regum Croatiæ postremum fuisse velint, contrarium tamen eruitur ex [d] Diplomate, cui nulla quo exaratum est anni nota adscribitur, in quo

XVI. STEPHANUS Croatorum & Dalmatarum, successorque Zuinimiri nuper defuncti inscribitur: ex quo quidem nihil aliud licet eruere, quam quod ex veterum Regum stirpe fuerit, ac Crescimiri III. filius, cum patrem, avum, & abavum hocce regnum possedisse innuat. Sed brevi istud possedisse constat, cum in Hungariæ Regum jus statim postea transierit.

XVII. [e] Tradunt quippe Thwroczius, Bonfinius, cæterique rerum Hungaricarum scriptores, Zuinimiro absque prole extincto, ejus uxorem, cum a conjugis inimicis male fuisset accepta, S. Ladislai Hungariæ Regis fratris auxilium expetiisse, qui cum validis copiis Croatiam ingressus, hanc suæ penitus potestati submisit: cum is præterea regnum istud ad se jure hæreditario, ut Zuinimiri agnatum proximum, pertinere contenderet. [f] Orbinus vero Ladislao Croatiam obtigisse ait, ex eo quod cum Crescimiri filia inierat conjugio. Volunt alii Zuinimirum, cum liberis careret, regnum suum uxori concessisse, quæ in Ladislaum fratrem jura sua transmiserit. Scribit denique [g] Spalatensis Archidiaconus, mortuo Zuinimiro, graves inter regni proceres excitatos in Croatia motus, horumque alterum, qui ab aliis pessime acceptus fuerat, in Hungariam concessisse, persuasisseque Ladislao ut horum tumultuum captata occasione in hasce descenderet provincias, hasque ut ditionibus suis contiguas, proindeque sibi accommodas, invaderet, quod ille tandem peregit. At priusquam maritima Dalmatiæ oppida expugnaret, in Hungariam confestim reverti, ob nuntiatam Scytharum irruptionem, coactus,

Edit. Paris. pag. 300.

XVIII. [h] ALMUM interea, Geysæ fratris primogeniti filium, Croatiæ Regem constituit: quod quidem anno MXCI. accidisse ex aliquot veteribus Tabulis colligitur. Eadem vero tempestate Veneti, Venetorumque Duces, Dalmatiæ Duces se inscripsere, ex Alexii Comneni Imperatoris Constantinopolitani, uti volunt ejusce gentis historici, concessu, & cum is cum Normannis nostris Italicis bellum gereret, in auxiliorum ab iis sibi præstitorum gratiam. Constat autem Ladislaum oppida dumtaxat in Croatia Mediterranea expugnasse, & pleraque ex maritimis in Venetorum fuisse possessione, cum tamen unde iis obtigerint haud omnino planum sit ac exploratum. Ex quo non desunt qui ea post Zuinimiri obitum invasisse & expugnasse contendant, seu quod obortis inter Croatiæ proceres intestinis dissidiis, ea invadendi occasionem captarint, seu quod ab Hungaris excidium iis immineret, Venetorum tutelam sint amplexati. Scribunt alii complura in maritimis hisce Dalmatiæ regionibus jam antea possedisse oppida Venetos, in iisque Polam, Belgradam, Jaderam, Sebenicum, & Spalatum: quæ quidem a Petro Ursеolo Duce fuerant expugnata, cum in Slavos Narentanos, qui mare Adriaticum excursionibus suis infestabant, tributis a navigantibus in eo mari exactis, expeditionem susceperit. Addunt præterea complura alia de Croatorum Regibus, quæ nulla nituntur verisimilitudine, adeo ut hæc prorsus incerta existimare liceat. [i] Id sane constat Vitalem Falierum, primum ex Venetorum Ducibus Dalmatiæ Ducem se inscripsisse, ex Alexii, ut attigimus, concessione; proindeque admodum vero esse simile, ea tempestate maritima ejusmodi Dalmatiæ oppida in Venetorum venisse potestatem. Ex quibus eam esse forte rationem conjicere est, cur Ladislaus Croatiæ dumtaxat, non vero Dalmatiæ Rex, inscriptus legatur, cum

XIX. [k] CALOMANUS Dalmatiam demum occuparit, Almo fratre, Hungariæ regno, quod Ladislai patrui testamento sibi delatum fuerat, ultro cedente. Calomanus enim Ladislai in Croatia & Dalmatia victorias prosecutus, in hasce provincias cum valido exercitu descendit, & quæ expugnare ille non potuerat oppida, in suam redegit potestatem. [l] Scribunt quidam deletum cæsumque in ea expeditione Petrum Dalmatiæ Regem in Petergozdensibus montibus. Cujus quidem Petri Regis nulla fit apud [m] Spalatensem Archidiaconum mentio; sed ex eo quod post historiam descripsit diplomate, discimus Croatos, percepto Calomani in Croatiam adventu, ad prælium sese parasse: Calomanum vero missis ad Croatos Legatis, Hungarorum amicitiam, suamque illis obtulisse protectionem, quod illi amplexati fuerint, iis ex pacto invicem inito Regi sese dedentibus. Tum vero solemni ritu Croatiæ & Dalmatiæ Rex in Belgradensi ad mare oppido coronatus est Calomanus, cujus quidem Dalmaticam expeditionem ac inaugurationem ad annum MCII. videtur referre vetus Diploma. [n] Tradunt rerum Venetarum scriptores, initas exinde Calomanum inter & Venetos confœderationes adversus Normannos Italicos, qui Hadriaticum mare excursionibus suis oraque Dalmatiæ maritimas infestabant. Sed haud multo post diremptа utriusque gentis concordia, [o] Calomano in Venetos arma movente, quo in bello Spalatum obsidione vallatum expugnavit, Jaderam vero deditione accepit anno MCV. ut docent vetus Inscriptio ad Deiparæ Jaderensis monasterii Campanarium, & aliquot ejusce ævi Tabulæ. Ex aliis colligimus Calomanum in Dalmatia moram exegisse an. MCVIII. & MCXI. quibus Traguriensis oppidi incolarum, & Arbensis Ecclesiæ privilegia rata habuit & confirmavit.

XX. [p] Extincto Calomano anno MCXIV. Veneti plera que ex iis quæ in Dalmatia amiserant, oppida recepere. Horum quippe Dux Ordelafus Falierus, inito cum Alexio Comneno Imperatore fœdere, sub mensem Augustum anno MCXV. in Dalmatiam descendit, Jaderam, præter arcem, & Belgradum cepit, & sub mensem Majum subsequentem, Joanne Comneno & Henrico Imperatoribus adjuvantibus, Jaderensem arcem, Spalatum & Tragurium per deditionem accepit. [q] Discimus præterea ex Tabulis anni ejusdem MCXVI. Belgradense oppidum in Venetorum venisse potestatem, ut ex aliis anni MCXVIII. Arbensem urbem. Cum denique accepisset Falierus in Dalmatiam reversos Hungaros, eo cum classe perrexit, prælioque inito interfectus fuit anno MCXVII. [r] Expugnata vero, ut diximus, Belgrada, Croatiæ &

a Luc. p. 446.
b Luc. pag. 106.
c Luccar. l. 1. p. 15.
d Luc. l. 2. c. 11.
e Thwrocz. & Bonfin. loc. cit.
f Orbin.
g Tho. Areb. c. 17.
h Luc. p. 106.
i Andr. Dandul. in Chr. MS. an. 1084. Sansovin. in Venet.
k Thom. Archid. c. 17.
l Thwrocz. l. 2. c. 62. Andr. Dandul. an. 1111.
m Thom. Archid. Spalat. post cap. ult.
n Andr. Dandul. an. 1111.
o Thom. Archid. Vita B. Joannis Episc. Tragur. p. 36. 36.
p Andr. Dandul.
q Luc. p. 119.
r Id. p. 119. 122.

Dalmatiæ Ducem tum primum sese inscripsisse Fallerum docent ejusdem Ducis diplomata: quod a cæteris Venetorum Ducibus diu deinceps servatum. [a] Quidam tradunt ex iis aliquot postmodum recepta ab Hungaris oppida, Venetis in Terræ Sanctæ expeditionibus occupatis: adduntque Dominicum Michaelem Ducem, ex Syria reversum, ob controversiam ortam inter Venetos & Joannem Comnenum Imperatorem, quod Venetis indulta a decessoribus privilegia, & Dalmatiæ possessionem bulla aurea confirmare renuisset, quasdam insulas Græcis abstuliisse, indeque transiisse in Dalmatiam, & Tragurio, Spalato, & Belgrada, quæ quidem oppida ceperant Hungari, expugnatis, Jaderam veniisse, & ab incolis ut dominum exceptum. Scribit [b] Th Wroczius Hungariæ Regem Stephanum paulo ante in Dalmatiam veniisse circa annum MCXXIII. Archidiaconus vero Spalatensis Belgradense oppidum a Venetis ea tempestatem dirutum ait, ejusque Episcopum Scardonam translatum. Addunt alii præterea captum etiam a Venetis Sebenicum. Porro circa ea tempora, imperante scilicet Friderico I. legimus Conradum Dachovvensem Comitem, ex Bavaria oriundum, Ducem Croatiæ & Dalmatiæ sese inscripsisse; sed quo titulo, fateor mihi incompertum. [c] Interfuit porro Conradus ille expeditioni & obsidioni Mediolanensi, obiitque Bergomi in Italia anno MCLIX. [d] Bertholdus pariter, qui eumdem Imperatorem in sacram expeditionem comitatus est, Dux Dalmatiæ, seu Meraniæ indigitatur in ejusdem expeditionis Historia. At si Meranensis Ducatus idem censeri debeat cum Merensi provincia, Bohemiæ confini, uti vult [e] Goldastus, non video quid commune habeat cum Dalmatia. Sed horum nævorum nodos solvent alii. [f] Enimvero Serviæ Rex Neeman, Venetos inter & Hungaros dissidiorum arrepta occasione, Croatiam & Catarensem provinciam sibi asserere est conatus. At Manuel Imperator Theodorum Padiatam eo confestim cum exercitu misit, cujus percepto adventu, recessit Neeman. [g] Mox idem Manuel motis in Venetos ipsos & Hungaros armis, Croatiam & Dalmatiam invadere constituit, misso cum validis copiis cognato Joanne Duca, a quo expugnata ad LVII. oppida, in iisque Tragurium, Sebenicum, Spalatum, Scardona, Ostronizza & Salona, iisque præfecto Nicephoro Chalupha: quæ quidem Manuelis expeditio circa an. MCLXIX. contigit, vel saltem post annum MCLXVII. quo Stephanus Hungariæ Rex Sebenici adhuc dominus audiebat, cujus oppidi incolarum privilegia diplomate suo confirmat. [h] At aliæ anni MCLXXI. Tabulæ Spalatum in Manuelis potestate, & Constantinum Sebastum regnorum Dalmatiæ & Croatiæ rectorem fuisse docent; quam quidem dignitatem obtinebat etiam anno MCLXXIV. huicque successisse præterea Rogerium, qui Sclavoniæ Ducem se inscribebat anno MCLXXX. quo Manuel e vivis excessit. Istud porro suscepit bellum Manuel in Belæ generi gratiam, Stephani III. Hungariæ Regis, cui deinceps succesit, fratris, cum hasce provincias eaque oppida ex hæreditaria successione ad Belam pertinere contenderet. Stephanus vero hæc recipere sibique asserere conatus est, capto eo qui hisce regionibus a Græcis præfectus fuerat. [i] Meminit Andreas Dandulus, ut & cæteri rerum Venetarum scriptores, horumce oppidorum a Manuele expugnatorum; scribuntque ex iis aliquot recuperasse Venetos. [k] Et certe testatur vetus Diploma in eorum fuisse potestate Tragurium anno MCLXXIV. [l] Sed & Jaderam annis MCLXVII. MCLXXIV. MCLXXIX. & MCLXXX. possediisse evincunt horum annorum Tabulæ. At anno proxime sequenti a Venetis defecere Jaderenses, seseque & urbem Belæ dedidere, cui, ut est vero simile, cætera quæ in Dalmatia & Croatia expugnaverant oppida reddita sunt, cum is Hungariæ regnum est consecutus post fratris decessum, extincto etiam Manuele. [m] Tragurium quippe illius fuisse anno MCLXXXII. prodit exerte anni istius Diploma a Joanne Lucio allatum. Gravia porro ac diutina pro Dalmatia inter Hungariæ Reges & Venetos, variis subinde pactis induciis, summorum Pontificum opera procuratis intermissa, interceserе bella, quibus durantibus, quædam a Venetis recepta sunt in Dalmatia oppida. Inter hæc dissidia

Edit. Paris. pag. 301.

XXI. ALMERICO filio Dalmatiæ & Croatiæ provincias concessit Bela pater, qui quidem Almericus harum se dominum inscribebat an. MCXCIV, ut ex ejusce anni [n] actis docemur, quorum initium hisce verbis conceptum legitur apud Baronium: *Apud Tynum regnante domino nostro Bela Serenissimo Rege Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ atque Ramæ, & Almerico filio super Dalmatiam & Croatiam, &c.* [o] Veneti interea Jaderam Francis adjuvantibus expugnaverunt anno MCCIII. eversis civitatis mœnibus, ne in posterum cives ad defectionem prolaberentur, uti pluribus narrant Villharduinus, aliique istius Constantinopolitanæ expeditionis scriptores. Almericus cum post patris obitum ad Hungariæ perveniisset Diadema, Dalmatiam & Croatiam

XXII. ANDREÆ fratri concessit; quas quidem provincias sub Sclavoniæ Ducis titulo possedit, quo insignitus legitur sub annum MCXCVIII. [p] quibus quidem ditionibus Chelmensem adjunxit tractum. Hungariæ [q] deinde Rex factus, oppidorum Dalmatiæ privilegia confirmavit. Spalatum veniisse anno MCCXVII. & magnifico apparatu in ea civitate exceptum, scribunt historici.

pag. 302.

XXIII. [r] CALOMANUS deinde filius hisce pariter provinciis sub eadem Sclavoniæ Ducis dignitate a patre donatus est, quarum adhuc annis junior adiit possessionem, Spalati magnifice etiam exceptus. [s] Eo regnante Tartaris Hungariam vastantibus ac depopulantibus, Andreas & Calomanus in Dalmatiam sese receperunt, Spalatum primo, mox Tragurium & in proximas insulas secedentes. [t] Qua quidem tempestate defecere rursum Jaderenses a Venetis, a quibus haud multo post sunt expugnati, [u] Calomanus vero a Tartaris interfectus fuit.

XXIV. [x] BELA IV. Hungariæ Rex, præfectos in Dalmatiam deinceps misit, qui se Sclavoniæ totius Banos inscribebant, quos inter recensentur *Ladislaus* sub annum MCCXLV. & *Stephanus* sub ann. MCCLI. Croatia porro & Dalmatia bellis diu vexata exinde legitur, dissidiis Venetos inter & Hungaros exortis, maxime vero proceribus populisque invicem dissidentibus. Nam Croatiæ magnates Hungarorum dominatus impatientes, Banos elegere quibus parerent, [y] quos inter recensentur RADCHO, seu RADICUS, quem STERCONEM nominant alii, & PAULUS filius,

a *Andr. Dandul.*
b *Tvvrocz.*
c *Otho Frising. l. 1. de Gest. Frid. c. 25. Radevic. l. 3. c. 29. l. 4. c. 14. Guntber. l. 7. p. 163.*
d *Histor. Exped. Frid. p. 62. 64. 66.*
e *Tom. 2. Rer. Aleman. p. 199.*
f *Nicet. in Man. l. 5. c. 4.*
g *Cinnamus. Andr. Dandul. in Chron. MS. Paul. Morosin. l. 4. p. 114. Sabell. Dec. 1. l. 7. Thom. Archid. c. 20. 22.*
h *Lucius p. 128. 132. 158.*
i *Andr. Dandul. Sabellic.*
k *Jo. Lucius p. 133.*
l *Id. p. 139.*
m *Id. p. 140.*
n *Baron. an. 1169.*
o *Villhard. &c.*
p *Lucius pag. 119.*
q *Thom. Archid. c. 26.*
r *Thom. Archid. cap. 31.*
s *Id. c. 37. 38. 39. 40. Dand. an. 1242.*
t *Chron. Andr. Danduli.*
u *Id. c. 43.*
x *Jo. Lucius pag. 178.*
y *Luccar. p. 45.*

qui hac donati leguntur dignitate, Carolo in Hungaria, & Urosio sancto in Servia regnantibus. [a] Atque is quidem Paulus, qui Croatorum Banus & Bosinæ Dominus inscribebatur, pleraque Croatiæ oppida suæ subdidit potestati, Chelmensi præterea adjuncta regione. Sed & capta Servianorum dissidiorum occasione, regnum istud cum valido exercitu ingressus, a Rege tandem excedere coactus est. [b] Eo regnante Jadera tertium a Venetis defecit, & Paulo Bano filiisque se dedidit sub mensem Martium an. MCCCXI. At extincto anno sequenti Paulo, MLADINUS filius patri in Banatum successit. Is Jaderam contra impugnantes Venetos, adjuvantibus Catalanis, viriliter tutatus est anno MCCCXIII. Sed Jaderenses haud multo post, assentiente Mladino, Venetis se subdidere, hac conditione, ut urbis suæ præfectos eligere sibi liceret, qui a Duce confirmarentur. Qua tempestate, Spalatum, Tragurium, Sebenicum, & Nonam Venetis se subdidisse scribit [c] Andreas Dandulus. Nec diu pactis stetit Mladinus, qui rupto cum Venetis inito fœdere, Jaderenses ad defectionem rursum impulit, qui exinde in Reipublicæ formam gubernari cœpere. [d] Qua tempestate *Paulus Croatorum Banus, Comes Jadræ, Princeps Dalmatiæ, & secundus Bosinensis Banus* inscribebatur. [e] Sed & GREGORIUS, Pauli Bani frater, oppidorum maritimorum Dalmatiæ Comitatum obtinebat, unde *Comes maritimus* vulgo indigitabatur: [f] cui quidem successit GREGORIUS alter, qui Dalmatiæ oppidorum Comitis deinceps titulo donatus est, quem a summo Pontifice Bonifacio VIII. est consecutus, cum ab eo Sebenicensis est institutus Episcopatus: quo quidem titulo insignitur in Tabulis anni MCCCXV. sed postea nude Dalmatiæ Comes dictus est. Unde accidit ut Nona, Scardona, Sebenicum, Clissa, & Almissus, quæ Croatiæ oppida hactenus censita erant, pro Dalmaticis una cum Tragurio & Spalato haberentur. Paulus igitur Banus mediterranea & maritima obtinebat oppida, ut & Mladinus filius, qui superstite adhuc parente Bani dignitate gaudebat, eoque titulo Spalatensium privilegia firmavit. Atque ii, Paulus scilicet & Mladinus, pro maritimorum oppidorum supremis dominis semper sunt habiti, cum Dalmatiæ Comites utili dumtaxat dominio fruerentur. [g] Cum igitur Mladini Bani in immensum excrevisset potestas, tanta in subditos ferocia ille sæviit, ut Tragurii & Sebenici incolæ, pactis invicem firmatis, ab eo & fratribus molita defectione, Venetorum tutelæ ultro se submitterent. Ex [h] Joannis XXII. PP. Epistolis, in quibus Croatorum & Bosinæ princeps inscribitur, docemur, Tragurienſe oppidum obsidione vallasse an. MCCCXVII. At cum adjacentes Sebenico regiones vastare esset aggressus, defecere confestim ab eo totius provinciæ proceres, coactisque copiis tanta vi eum sunt prosecuti, ut Gregorium fratrem ad Regem Hungariæ opis implorandæ causa mittere primum, ac ipsemet deinde illum convenire fuerit coactus, a quo tandem in custodiam datus est: Tragurienſibus interea & Sebenicensibus Venetorum copiis adjutis, Almissum & Scardonam expugnantibus. [i] Extant ejusdem Joannis XXII. Pontificis ad Mladinum scriptæ litteræ, quibus eum adhortatur, ut a Croatiæ & Bosinæ finibus hæreticos exigat, generisque nobilitatem & orthodoxæ religionis cultum prædicat. In aliis anni MCCCXXI. mentio agitur Monasterii Clarissarum ab istius principis matre in Scardonensi diœcesi exædificati. [k] Jam vero inter præcipuos qui a Mladino defecere proceres, extitere Gregorius Chriaci filius, Corbaniæ Comes, Stephanus Bosinensis, Michalovichii, Zuprianovichii, Neliptius Gnini & Cetinæ Comes, & Paulus Mladini frater. [l] Neliptius Gregorium Dalmatiæ Comitem delevit cepitque. [m] Ex Mladino, vel ex filio, ortus *Senco*, qui complura in Chelmensi tractu obtinebat prædia, & a Bosinensi Rege Tvvartko cum aliis Bosinensibus proceribus defecit. Huic duo extitere filii, *Radikus Seuconichius*, & *Bielakus*, qui in Ragusinorum Nobilium Catalogum una cum patre relati sunt, vivebantque anno MCCCCIII. Radicus vero uxorem duxit Mariam filiam Georgii Balzæ Zeutæ domini. *Edit. Paris. pag.* 303.

[n] Intestinis hisce flagrantibus dissidiis pleraque ex Dalmatiæ & Croatiæ maritimis oppidis sese dedidere Venetis, qui in ea præfectos subinde mittebant, servatis cætera civium privilegiis. Verum cum qui a Mladino defecerant proceres, sævitia pariter in subditos grassarentur, evocavere ii in subsidium Hungaros. [o] Carolus vero Hungariæ Rex Mladino in custodiam acto, in Dalmatiam Banos subinde cum copiis militaribus mittebat, seu præfectos, qui in plerisque oppidis Regem ut supremum dominum agnosci curarent. Primus ex iis missus, statim post custodiæ mandatum Mladinum, BANOVICHIUS Banus, cui succedere NICOLAUS, & MIHACUS.

[p] LUDOVICUS deinde, qui in regnum Hungariæ Carolo Regi successerat, perceptis Dalmatiæ & Croatiæ procerum factione excitatis motibus, in eos exercitum misit, Nicolao totius Sclavoniæ Duci præfecto: qui cum descendisset in Croatiam, magnates bello primum profligatos ad obsequium Regi Banisque qui ab eo mitterentur, præstandum adegit, oppidis arcibusque ac munitionibus præcipuis in Hungarorum possessione perstantibus, cum cætera oppida obtinerent Joannes Neliptius, Comitis, tunc extincti, filius, Chriachi, aliique viri nobiles. [q] Id porro accidit anno MCCCXLIV. sequenti venit ipse Ludovicus in Croatiam cum centum equitum millibus, cujus adventum edocti Jaderenses, a Venetis statim defecere, a quibus priusquam eo venirent Hungari, obsidione vallati sunt, qui post diutinam obsidionem tandem oppidum in ipsius Hungarorum exercitus conspectu expugnarunt. Ludovicus interim continuata quam susceperat militari expeditione, Venetis Sebenicum, Tragurium, Nonam, Jaderam & alia quæ ad hasce oras maritimas obtinebant oppida abstulit, [r] hostique acriter adeo institit, ut oblatas pacis conditiones Franciſci Carrarienſis, tum Patavii Principis, (quibus se se opposuisse contra ait Caresinus,) persuasu recipere fuerint coacti, quarum præcipua fuit, ut omni in Dalmatiam juri renuntiarent, a Rege vero quæ is in Tarnisino tractu Venetis expugnarat oppida reciperent; [s] quod sancitum solemni pacto VIII. Augusti die an. MCCCLXXXI. ex quo abstinuere deinceps Duces Veneti Dalmatiæ & Croatiæ Ducis titulo.

[t] Confecto hocce fœdere, Dalmatiæ & Croatiæ cum Bani titulo EMERICUM BUBELUM præfecit Ludovicus, qui hac dignitate donatus legitur anno MCCCLXXXII. quo idem Rex obiit, XII. Septembris die. STEPHANUS deinde LAZCHOVICHIUS, qui Vayvoda extiterat Transsylvaniæ, Ba-

a *Lucius p.* 202.
b *Madius c.* 6.
c *Dandul. an.* 1312.
d *Lucius p.* 203.
e *Id. pag.* 201.
f *Id. p.* 202. 203.
g *Madius c.* 17. 18. 19.
h *Vvadding. an.* 1317. *n.* 60. 1321. *n.* 44. *in Regesto an.* 1317. *n.* 25. 1318. *num.* 5. 1319. *n.* 69. 1321. *n.* 14.
i *Rainald. an.* 1318. *n.* 35. 1319. *nu.* 14. *Vvadd.* 1321. *n.* 14.
k *Madius c.* 17.
l *Madius c.* 33.
m *Lucius pag.* 213. *Vide Reges Bosinæ.*
n *Thvvrosz. in Lud. c.* 6. *Bonfin. dec.* 2. *l.* 10.
o *Lucius l.* 4. *c.* 15. *Madius c.* 22. 28.
p *Hist. obsid. Iadr. l.* 1. *c.* 4.
q *Ibid. l.* 2. *c.* 7. *l.* 2. *c.* 9.
r *Thvvrocz. c.* 25. 26. *Bonfin. Sabell. Vvadd.* 1356. *n.* 6. 8. 9. 10. *Philipp. de Mazeriis in Vita Petri Thome c.* 9.
s *Hist. Cortus. l.* 11. *c.* 11. *Raphanus de Caresinis.*
t *Luc. p.* 247.
u *Luc. pag.* 248.

Banus Croatiæ & Dalmatiæ conſtituitur ab Elizabeta Ludovici Regis uxore vidua, & illius filia Maria, qui Jaderam venit 1. Auguſti anno MCCCLXXXIII. [a] cui ſucceſſit THOMAS, S. Georgii Comes, qui in idem acceſſit oppidum XV. Maii anno MCCCLXXXIV.

[b] Regnante vero Maria, Sigiſmundi poſtmodum Imperatoris uxore, gravioribus agitata fuit tumultuum procellis Hungaria, quibus flagrantibus, tametſi Caroli Neapolitani Regis, qui Hungariæ regnum ad ſe pertinere profitebatur, partes non ſecuta ſint palam Dalmatiæ oppida, plerique tamen harum provinciarum proceres huic favere. [c] Dalmatiæ JOANNEM CHUS in Banum præfecit Sigiſmundus, [d] cui ſucceſſor datus JOANNES HORWATHUS, qui cum a Sigiſmundo defeciſſet, ab eo captus, morte mulctatus eſt. Poſt funeſtum deinde ad Nicopolim prælium, Sigiſmundo ab Hungariæ proceribus in cuſtodiam miſſo, Ladislaus Neapolitanus Rex, Caroli Regis filius, cui ii diadema detulerant, hujuſce regni poſſeſſionem aditurus, in Dalmatiam deſcendit. At libertatem conſecuto Sigiſmundo, Ladislaus in Italiam reverſus eſt. [e] Tradunt iſtorum temporum ſcriptores, primos fuiſſe in Dalmatia Jaderenſes, qui Ladiſlai partes amplexati ſint, quos ſecuti etiam fuerant Hervoja Magnus Boſinæ Voivoda, & Oſtoja Boſinenſis Rex. Idipſum egere Spalatenſes, Tragurienſes, & Sebenicenſes anno MCCCCII. Hervojæ impulſu, qui hiſce oppidis & proximis inſulis Ladislai vexilla erigi curavit. Quod potiſſimum confecit, poſt fuſas, quas in Dalmatiam miſerat, copias, captumque earum Ducem PAULUM BISTENUM, Croatæ Banum. In quorum quidem ſibi impenſorum obſequiorum gratiam, Hervojæ Spalatenſem Ducatum conceſſit Ladislaus, uti pluribus deinceps narrabimus. [f] Tradunt quidam poſt redactam hacce ratione Dalmatiam Jaderam veniſſe Ladislaum, in eoque oppido Hungarorum creatum Regem: At cum is in Neapolitano regno variis aliis motibus diſſipandis vacaret, idoneaque ad ſervandas Dalmatiæ civitates ſubſidia Hervojæ mittere non potuiſſet, ſed & ipſe Hervoja domeſticis aliis in Boſina componendis rebus occuparetur, dimiſſo Ladislao, cum Sigiſmundo pactus eſt. Sigiſmundus igitur, hacce arrepta occaſione, Dalmatarum animos ita ſibi rurſum conciliavit, ut illos ad defectionem impulerit: [g] ſola Jadera Ladislai partes conſtantius ſecuta, qui cum Urbem adverſus Hungaros tueri ſe haud poſſe adverteret, hanc II. Martii die, anno MCCCCIX. centum millium ducatorum pretio Venetis vendidit: cujus quidem oppidi poſſeſſionem ii deinceps adiere XXXI. Julii ſequentis, invito ac omnino renuente Neapolitanorum præſidio. Exinde Sebenicenſes Venetis pariter ſeſe dedidere XXX. Octobr. die, anno MCCCCXII. cujus quidem Sebenicenſium defectionis accepto nuntio Sigiſmundus, Hugolinum de Auria Genuenſem, Amiratum, cum valida claſſe eo miſit, qui ſtatim poſtea inducias pactus eſt cum Venetis: quibus finitis, rurſum inter Hungaros & Veneros bellum inſtauratum. Petrus Loredanus miſſus cum claſſe a Venetis Corzolam, Brazzam & Pharam inſulas expugnavit XXII. Junii anno MCCCCXX. Sebenicenſium deinde exemplum ſecutis Tragurienſibus, Spalatenſibus & Catarenſibus, tota hæc Dalmatiæ ora maritima in Venetorum conceſſit poteſtatem, præter Raguſium & Vegliam. Tandem pax inter Venetos & Sigiſmundum pacta anno MCCCCXXXIII. poſt cujus exceſſum Almiſſenſes ſeſe pariter Venetis dedidere, anno MCCCCXLIV. quibus etiam Viſſechi arcem, Turcorum potentiam veritus Ladiſlaus, Stephani Ducis ſancti Sabæ filius, anno MCCCCLXXV. ac Vegliam denique Joannes Franchipanus ejuſdem oppidi Comes anno MCCCCLXXX. tradidere. Dum hæc aguntur, Hungariæ Reges Dalmatia licet exuti, in eam jus avitum ſervavere, [h] adeo ut Ladislaus, Ludovici XI. Franciæ Regis & Maximiliani ſuaſionibus, a Venetis quæ ii in hacce provincia occupaverant oppida ſibi reſtitui poſtulaverit. Sed & Croatiæ, Dalmatiæ & Sclavoniæ Bani dignitatem ſervarunt, qua donatus legitur ſub an. MCCCCLIV. & MCCCCLV. [i] Ulricus Comes Cilei, Ottenburgii & Zagoriæ, [k] cujus ſigillum duo ſcuta exhibet, quæ tenet Angelus, in quorum altero tres effictæ ſunt ſtellæ.

Edit. Pariſ. pag. 304.

Croatiæ provinciæ Armorum inſigne fuit ſcutum argenteis & rubris teſſellis 20. interſtinctum, ſeu ut more noſtro loquamur, *eſchiqueté d'argent & de gueules de 20. pieces*.

a *Paulus de Paulo.*
b *Careſinus.*
c *Hiſt. Cartuſ. lib. 11. c. 12.*
d *Thuvrocz. Bonfin.*
e *Modius.*
f *Lucius p. 260.*
g *Lucius l. 5. c. 5.*
h *Bembus lib. 10. Hiſt. Veneta.*
i *Vvad. an. 1455. 10.*
k *Original.*

FAMILIÆ DALMATICÆ COMITUM BRIBIRIENSIUM in Croatia Stemma.

Vide Jo. Lutium lib. de Regno Dalmat. c. 9.

Stephanus Subich de Lika Comes Bribirienſis.

Stepco Comes Tragurienſis, totius Sclavoniæ Banus, anno 1251. — *Gregorius* Spalatenſis Comes, an. 1229.

Joachimus Banus Sclavoniæ & Comes Spalatenſis, an. 1271. — *Gregorius* Comes Almiſſæ, Tragurii & Sebenici, an. 1282. — *Mladinus* Comes Tragurii & Spalati, an. 1282. — *Paulus* Comes Spalati, anno 1275. Banus Boſinæ, obiit an. 1311. — *Nicolaus* Banus Dalmatiæ & Croatiæ an. 1275. — *Marcus.*

Mladinus Banus Maritimæ 1282. Banus Boſinæ anno 1292. Comes Jaderæ, Princeps Dalmatiæ, & ſecundus Banus Boſinæ an. 1311. — *Georgius II.* Comes Almiſſæ & oppidorum maritimorum, 1292. 1298. Comes Dalmatiæ, 1303. 1329. ob. 1332. uxor *Helena.* — *Gregorius.* — *Paulus* Comes Tragurii 1315. Banus, 1336. Comes Oſtrovizæ 1343. — *Georgius*, an. 1340.

Paulus. — *Georgius.* — *Mladinus* junior Comes Scardonæ, 1303. Comes Cliſſæ, 1333. ob. 1348. uxor *Lelca.* — *Deodatus.*

Edit. Pariſ. pag. 305.

COMITUM TRININII OPPIDI, quod hodie Knin dicunt, Stemma.

Iſan.

Georgius, an. 1284.

Neliptſius, vel *Nelipezius* Comes Trininii & Spalati, an. 1343. ob. an. 1344. uxor *Uladislava Suadichia.* — *Juan*, ſeu *Joannes.*

Joannes, cui uxor *Margareta.* — *Conſtantinus* Comes Clavæ an. 1337. 1343.

Joannes Comes Cetinæ, Cliſſi & Ramæ, an. 1410. ux. *Elizabet*, an. 1420. — *Neliptius*, 1374. Caſtellanus Scardonæ, 1388.

CORBAVIÆ IN CROATIA COMITUM Stemma.

Curiachus, ſeu *Chriachus*, Comes Curbaviæ.

Gregorius an. 1326. — *Budislaus* an. 1326. — *Paulus*, 1326.

Gregorius, 1343. — *Thomas* an. 1387. — *Budislaus*, 1380. & 1387.

VI.

SERIES HISTORICA ET GENEALOGICA

REGUM BULGARIÆ.

[a] A Scandinavia, unde in Pomeraniæ maritima migrarint, ortos primum Bulgaros, tradit Franciſcus Irenicus, contra veterum auctoritatem, qui longe aliter de primis hujuſce gentis ſedibus ſcripſerunt: quippe [b] Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus, & ex eo [c] Theophanes, incoluiſſe primo regiones illas Mœotidi Paludi conterminas commemorant, juxta Cophinum fluvium, qui is videtur quem Copam nuncupant Tabulæ Geographicæ: qui quidem Tanai licet proximus ſit, non tamen ab ejus fluvii & Ateli confluentibus ducit originem, uti ſubdit idem Theophanes; qui præterea ait adjacentem, quæ ad ortum eſt, regionem Magnam Bulgariam vocitatam [d] idque nominis inde conſecutam, quod ſeſe porrigeret circa Volgam fluvium, [e] qui idem eſt cum Atelo, ſeu Edelo, fluviorum quotquot ſunt in partibus ſeptentrionalibus maximo, quique in Caſpium mare illabitur, quo ferme loco oritur Copa fluvius. Patzinacitis vicinos fuiſſe Bulgaros auctor eſt [f] Porphyrogenitus, qui ſcilicet eos tractus incolebant, quos Danapris & Danaſtris fluvii permeant, quorum alter eſt quem *Dnieper* vocant, ſeu Boryſthenes. At tum demum haſce incoluere provincias, quæ a prima eorum habitatione longe diſtant, cum prolata dominatione, armorumque vi ac fortitudine imperium ad Danubium uſque produxerunt. Onogunduros primo vocitatos [g] alibi ſcribit idem Porphyrogenitus, voce Hunnica: unde a Theophane Hunnogundo Bulgari interdum appellantur.

I. Bulgarorum in Oriente tum primum auditum nomen ſub Anaſtaſio, quo imperante [h] Thraciam variis incurſionibus vexarunt, fuſo ac deleto exercitu in eos miſſo anno CCCCXCIX. & DII. [i] Quas quidem excurſiones ut deinceps cohiberet, murum ab ora maris ad Selymbriam uſque excitavit Anaſtaſius. [k] Inde in Illyricum eadem tempeſtate tranſeuntes, Sirmium expugnarunt, quod haud multo poſt cepit Italiæ Rex Theodoricus, ipſis prælio profligatis ac fugatis. Bulgaris tum imperabat LIBERTES, quem BUSAM vocant [l] Sigebertus & Conradus Abbas Uſpergenſis, qui Bulgarorum Regis titulum ei adſcribunt. Toti denique terrarum orbi tum ſe formidandos præbuiſſe tradit [m] Senator.

Edit Pariſ. pag. 306.

II. [n] Ejuſmodi in imperii provincias excurſus rurſum aggreſſi ſunt ſub Juſtiniano, ac tranſmiſſo Danubio, Ducibuſque VULGERO & DRAGGONE, quos regio titulo [o] quidam donant, in Mœſiam & Scythiam facta irruptione, in Thraciam pervenerunt: ubi Acumus, gente Hunnus, ac copiarum in Illyrico Præfectus, hos primis prœliis fudit. At hi ſtatim poſtea reſumptis animis, Juſtiniani exercitus penitus profligarunt, ipſo Acumo aliiſque ducibus captis, & ſecum abductis. Id porro accidit anno DXXXVIII. Aliquanto deinde interjecto tempore, anno ſcilicet DLXI. rurſum Danubio tranſmeato, ad Conſtantinopolis uſque ſuburbana pervenerunt, ipſumque Galatæ oppidum: captumque Sergium Patricium, qui copiarum in Africa Dux fuerat, diſtraxerunt. [p] At Beliſarius, cui jamjam præſenio fatiſcenti exercitus præfectura a Juſtiniano demandata fuerat, prælio ſubactos Danubium repetere coegit. Agathias, qui hujuſce Bulgarorum cladis meminit, Cotrigurios vocat, Nicephorus Conſtantinopolitanus & Theophanes Contragos, qui iidem cum Bulgaris prorſus cenſentur. Addit idem Agathias Bulgaros non modo ultra Danubium fugatos a Juſtiniano, ſed etiam miſſum in eos Germanum, a quo duobus prœliis, terreſtri altero, altero maritimo, in Cherroneſo profligatos. [q] Capti porro in hiſce occaſionibus, in Armeniam & Lazicam translati ſunt, pleriſque in Imperatoris copias tranſeuntibus.

[r] Bulgarorum exinde nulla ferme mentio occurrit apud ſcriptores, uſque ad annum DCXL. quo inter Avares, Chunnos vulgo nuncupatos, & Bulgaros de ſummo imperio, quod utrique ſibi deberi contendebant, grave bellum exortum eſt. At profligatis demum Bulgaris, novem horum millia cum uxoribus & liberis in Pannoniam ſeſe receperunt, quamdam regionem quam incolerent, a Francorum Rege Dagoberto ſibi dari enixe poſtulantes. Ii porro in Bavariam tranſmiſſi, quo hibernum tempus ibi exigerent, donec commodior iis tractus incolendus concederetur, a Bavaris Regis præcepto omnes jugulati ſunt, præter DCC. qui cum uxoribus & liberis in Marcam, ſeu fines, Vuinidorum cum eorum duce conceſſerunt, ubi cum Vuallaco provinciæ iſtius duce annos aliquot tranſegere.

III. [s] CHROUATUS deinde, ſeu COURATUS, Bulgarorum Rex indigitatus legitur ſub Conſtantino Pogonato, qui cum morti ſe proximum videret, teſtamento filiis ſuis quinque præcepit, ne ſeorſim a ſe invicem habitarent, quo Imperium communi concordia ſtabilirent. At illi paternis mandatis neglectis, paulo poſt ſejuncti ſunt, adeo ut ſuam quiſque populi partem abduceret. Horum primogenitus

IV. [t] BATHAJAS, vel BATBAJAS, vel denique BAJANUS, uti a Nicephoro appellatur, ex parentis præcepto patrio in ſolo conſtitit. Secundus CONTRAGUS tranſmiſſo Tanai horum ex adverſo ſedes poſuit. Quartus trans Iſtrum penetrans in Pannonia, fœdere cum habitatoribus inito, domicilium collocavit. Quintus in Ravennatem Pentapolim delatus, ac Romanorum vectigalis factus eſt. [u] Cujus quidem nomen cum minime prodat Nicephorus, facile mihi in animum induxerim eum eſſe ALZECONEM Bulgarorum ducem, qui in Italiam venit ſub Grimoaldo Longobardorum Rege, cum copiis ex ſua gente conflatis, cui terras circa Beneventum habitandas conceſſit, quarum is Gaſtaldus ſeu Præfectus conſtitutus eſt, ubi etiamnũ ii degebant Pauli Warnefridi ævo, hoc eſt Carolo M. imperante. Tertius vero ASPARUCH nomine, Danaprin & Danaſtrin flumina trajiciens, ad Danubium conſedit, ubi locum idoneum occupavit, qui eorum lingua Oglus appellatur,

a *Irenicus lib. 6. c. 32.*
b *Nicepb. in Brev. p. 100. 1. ed.*
c *Theopb. p. 297. Jornand. de Reb. Get. c. 5.*
d *Paul. Jov. de Legat. Moſcov. p. 124. 125.*
e *Hiſt. Dalmat. p. 207. Nicepb. Gregor. l. 1. p. 18. E.R.*
f *De Adm. imp. c. 5. & 37.*
g *Lib. de Them. p. 81.*
h *Marcell. Com. p. 46. 48. Theopb. p. 123. E.R. 137. Diac. l. 15. p. 429. Sozom. l. 9. c. 5. Zon. p. 46. E.R.*
i *Zonar. p. 48. E.R.*
k *Ennod. in Paneg. Theoder. p. 296. Senator l. 8. ep. 21. & in Chr. Hermi. Contract. an. 502. Marian. Scot. an. 504.*
l *Sigeb. & Uſperg. an. 487.*
m *Lib. 8. ep. 10.*
n *Theopb. p. 184. Cedren. p. 371. Sigeb. an. 539.*
o *Paul. Diac. l. 10. p. 460.*
p *Victor Tunn. p. 132. Agath. l. 5. Cedren. p 386. E.R.*
q *Theopb. p. 185. E.R.*
r *Fredeg. cap. 72. Geſta Dagob. c. 28. Aimoin. l. 4. c. 24.*
ſ *Nicepb. Brev. p. 100. E.R. Theopb. p. 297. E.R. Anaſt. p. 113. E.R.*
t *Idem.*
u *Paul. Vvarnefr. l. 5. de Geſt. Langob. c. 19.*

acceſſu difficilem, & hoſtibus inexpugnabilem, cujus anteriora ſitus aſperitate & paludibus munita ſunt, poſteriora præruptis rupibus ac ſalebris tamquam muro vallantur. Hacce ratione diviſa Bulgarorum gente, Chazari ex Berylia profecti, quæ Sarmatis vicina eſt, tranſductis copiis ultra Euxinum mare, Bajanum in ſuam poteſtatem redactum, ſtipendiarium fecere. Conſtantinus vero poſtquam comperit a Bulgaris qui ad Danubium habitabant, Romani Imperii limitem vaſtari, militaribus copiis in Thraciam perductis, adornataque inſuper claſſe, ad retundendos illorum impetus progreditur. At Bulgari equeſtrium ac navalium copiarum multitudinem conſpicati, ad munimenta ſua ſeſe primo receperunt. Inter hæc Imperatore ex pedum dolore curandæ valetudinis gratia ad urbem Meſembriam delato, copiarum præfectura ducibus ſuis commendata, fugere Imperatorem conſeſta fama percrebuit, quo nuntio, falſo licet, conſternati Græci fugam arripiunt, fugientium terga acrius prementibus Bulgaris. [a] Inde tranſmiſſo Danubio ad Varnam caſtra metantur Bulgari: Sclavinorum gentem quæ illic in propinquo degebat, in poteſtatem redigunt, hiſceque progreſſibus alacriores facti, Thraciæ oppida ac loca omnia populari non ceſſant, donec Imperator annua penſitatione promiſſa pacem cum iis facere cogitur. Id porro accidit anno DCLXXIX. vel ſequenti, ſecundum Sigebertum. [b] Nec diu perſtitit inita cum Bulgaris pax: Juſtinianus quippe Conſtantini filius Sclavos ac Bulgaros ſubditurum ſe facile ratus, hanc diſſolvit anno DCLXXXVII. & ſequenti, motis in illos armis, obviam ſibi factos aliquot prœliis fregit, quos dum incautius conſequitur, ab iis, cum ſe intra montana & aſpera loca recepiſſent, interceptus, vix fuga mortis vel captivitatis periculum evaſit.

Edit. Pariſ. pag. 307.

V. [c] TERBELIS, ſeu TARBAGL, uti ab Orbino nuncupatur, hiſce principibus in Bulgariæ regnum ſucceſſit. Hujus ope imperium, quod invaſerat Apſimarus, recepit idem Juſtinianus, capta Conſtantinopoli anno DCCVI. qui Terbelim in urbem evocatum omni honore & munificentia proſecutus, Cæſaremque appellatum, ad conſeſſum admiſit, ac poſtremo infinitis donatum muneribus in patriam remiſit. [d] Perſtitit diu Conſtantinopoli Tribunal illud, in quo cum Imperatore conſidens, una cum eo adoratus eſt, habita etiam ad populum oratione. [e] Verum ut nullius erat fidei Juſtinianus, biennio poſt rupto fœdere quod ſolemniter adeo cum Bulgaro pactus fuerat, motis in eum armis, prœlio ſuperatus turpi fuga ſibi conſuluit. [f] Quod quidem bellum duravit etiam ſub Philippico, quo imperante Bulgari facta in Thraciam irruptione Conſtantinopoleos confinia depopulati ſunt. [g] Leone deinde Iſauro Imperium adepto, Artemius, quem throno dejecerat, ad Terbelim confugit, a quo & copiis & pecunia impetratis, ad Conſtantinopolim uſque pervenit. At cum Bulgari viderent hunc admittere nolle Byzantios, ipſi hoſti tradiderunt icto cum Leone fœdere. Id porro accidit anno DCCXX. Terbelim circa Iſtrum ea tempeſtate regnum ſuum poſſediſſe declarat omnino [h] Nicephorus Conſtantinopolitanus, ut & [i] Paulus Warnefridus. ASANER Terbeli patri ſucceſſit, ſi [k] Mauro Orbino fides præſtanda, narranti ab eo devictos Arabes, ex iiſque cæſos XXII. millia hominum, quam cladem ad annum DCCXVII. refert Theophanes, quo Terbelis adhuc ſuperſtes erat: addit Orbinus Mediam & Armeniam iiſdem Arabibus bello ereptam Leoni Imperatori reſtituiſſe, a quo Regis titulum deinde conſecutus fuerit, huicque ſucceſſiſſe DOBRUM. Sed longe aliter de Terbelis ſucceſſoribus ſcribit Sigebertus, quo auctore eidem Principi ſucceſſit

VI. [l] CORMES, qui idem videtur cum eo quem CRIMUM vocat [m] Suidas, COMERSIUM vero [n] Theophanes, regnaſſeque dicitur ab eodem Sigeberto anno DCCXXVII. At quomodocumque ſeſe res habeat, [o] ſub horum principum altero, (Dabræ id adſcribit Orbinus) Bulgari bellum movere in Copronymum, quod is tributa ſibi pendere renuiſſet, vaſtatiſque Thraciæ agris, ad longos uſque muros verſus Selymbriam progreſſi, occurrente Imperatore, commiſſoque prœlio, in fugam conjecti ſunt, pluribus ex iis interfectis. Ingentibus deinde terra marique copiis contra eoſdem profectus eſt Juſtinianus, claſſeque quingentarum navium numero ad Iſtrum applicuit, ac vaſtatis Bulgarorum finibus, acieque fuſis hoſtibus, tandem pax compoſita, Bulgaris in obſides proprios liberos tradentibus. Aliter belli illius eventum commemorat Theophanes, ſcribens Bulgaros victoria potitos, & anno DCCLX. Leonem Patricium & Leonem Logothetam, qui in ipſos miſſi fuerant, ad Veregavenſes anguſtias prœlio profligaſſe.

VII. [p] TELESIS, ſeu TELEUTZAS, uti a Zonara nuncupatur, factione populi ad regium Bulgarorum pervenit diadema. Cum enim ſuorum principum, quos [q] ſanguinis jus ad ſupremam dignitatem hactenus extulerat, dominatum ferre non poſſent, cæſo eorum Rege anno DCCLXIII. Teleſim, qui tum annum ætatis XXX. attigerat, principem ſibi præficiunt, arrogantem hominem, & juvenili audacia ferocem, qui ut præclaræ de ſe conceptæ exiſtimationi ac famæ reſponderet, in Græcorum fines facta irruptione cuncta vaſtavit. Conſtantinus vero comparata claſſe per mare Euxinum ingentem equitatum in Iſtrum immittit, interim dum ipſe cum alio exercitu ad Anchialum proficiſcitur, cui obvius factus cum Slavinorum auxiliis Teleſis commiſſo prœlio, victus in fugam vertitur XXX. Junii anno DCCLXIII. Bulgari Teleſis clade cognita, hunc per ſeditionem opprimunt, &

VIII. [r] SABINO, Cormeſii genero Imperium deferunt, qui ſimul atque rebus potitus eſt, pacem ab Imperatore per Legatos expetiit. At Bulgari veriti ne hocce pacto in Græcorum traderentur ſervitutem, iiſque ſubderentur, in Sabinum conjurarunt, qui horum inſidias metuens, cum uxore & liberis, arrepta fuga, ſe ad Imperatorem recepit. Interea

pag. 308.

IX. [s] PAGANUS Bulgariæ Rex ab iis conſtituitur, qui mutatis animis legatos de pace acturos ad Imperatorem deſtinant: ipſeque poſtmodum Paganus fide accepta ad Imperatorem Conſtantinopolim venit, quibus exceptis cum aſſedente Sabino cum alia multa, tum odium illud in Sabinum exprobraſſet, pacem tandem eis conceſſit. Hæc acta anno DCCLXIII. Ind. I. auctor eſt S. Nicephorus. At Theophanes & Cedrenus ſcribunt pacem in ſpeciem dumtaxat tum pactam, cum interim in Bulgariam copias miſiſſet Imperator, a quibus agri paſſim direpti ac vaſtati. At bellum iſtud alterum a Conſtantino ſuſceptum tradit idem Nicephorus ſub an DCCLXV. Ind. III. quod Umaro, quem Sabinus Ducem præfecerat, Imperio exuto, Toctum genere Bulgarum, Bajani fratrem, ejus loco ſubſtituiſſent, hoſque duos fratres fuſos cæſoſq; fuiſſe ab

a *Sigeb. an. 680.*
b *Theoph. p. 303. E. R.*
c *Nicepb. Cp. p. 126. 131. E.R. Theoph. p. 312. 313. E.R. Cedren. p. 445. E.R. Zon. p. 78. 80. E.R. Suid. Herman. Contr. an. 705. Paul. Diac. l. 6. Iliſt. Long. c. 31. Sigeb. an. 700. 703. 705. Hiſt. Miſc. l. 20. p. 620.*
d *Anaſtaſ. in Joan. VIII. Codin. de Orig. p. 62. ed. Meurſ.*
e *Theoph. p. 314. E.R. Cedr. Zon. &c.*
f *Theoph. p. 320. E.R.*
g *Theoph. p. 355. E.R. Cedren. p. 452. E.R. Zonar. p. 83. E.R.*
h *pag. 127. 1. ed.*
i *l. 6. de Geſt. Lang. c. 47.*
k *Orbin. p. 407.*
l *Sigeb. an. 727.*
m *Suidas.*
n *Theoph. p. 421. E.R.*
o *S. Nicepb. pag. 205. E.R. Theoph. pag. 360. 362. E.R.*
p *S. Nicepb. p. 212. E.R. Theoph. pag. 363. 364. E.R. Zon. p. 80. E.R.*
q *Leg. ἐξ Σεπρᾶς pro ἐξ Ξερρᾶς apud S. Nicepb. ut eſt apud Theoph.*
r *S. Nicepb. p. 216. E.R. Theoph. pag. 364. E.R. Petr. Diac. l. 21. p. 696. Sigeb. an. 762.*
s *S. Nicepb. p. 216. E.R. Theoph. pag. 367. E.R. Cedr. p. 465. E.R.*

Imperatoris copiis, ducemque alterum, quem Campaganum vocat, cum Varnam fugisset, a famulis suis fuisse interfectum: quo in bello magna Bulgariæ pars a Græcis igne vastata atque hostiliter populata est. [a] Sequenti anno, instructa classe bis mille ac sexcentorum navigiorum, in Bulgarorum fines expeditionem suscepit, cujus magna parte, orta subito tempestate, dissipata & ad littus allisa, Constantinopolim redire coactus est.

X. TELERICUS, seu uti a Theophane nuncupatur, TSERIGUS, Pagano in Bulgariæ regnum successit circa annum DCCLXXI. [b] Imperator instructa perinde classe in hunc arma movit, cumque ad Varnam perveniisset, subito correptus pavore fugam meditabatur, [c] cum Bulgari, ejus adventu cognito, Græcorumque vires veriti, Legatos misere, qui de pace agerent, qua statim ab Imperatore impetrata, domum is rediit. Verum sub mensem Octobrem ann. DCCLXXIII. Ind. XI. cum accepisset Telericum duodecim millia militum coegisse, quo Berzeriæ incolas captivos abduceret, ut incautum opprimeret, ingentem exercitum collegit, tamquam in Arabas moturus, quem statim in Bulgaros convertit, iisque in fugam versis, captivisque innumeris abductis, in urbem victor reversus est. [d] Telericus vero a suis se proditum, suaque consilia Imperatori ab iis detecta persuasus, ut ex iis vindictam sumeret, sequenti anno ad Imperatorem e regno excedere, ad eumque se recipere statuisse scribit, ut qui populis sibi subditis haud fideret, rogatque ut si quos sibi amicos haberet, quibus consilium suum tuto posset aperire, fidemque habere, sibi rescriberet. Imperator, fraude Bulgari non perspecta, horum nomina statim conscripsit, quos ita cognitos variis affectos supplicijs interemit. Cujus quidem rei accepto nuntio Constantinus, eo dolore ac furore perculsus est, ut haud multo post interierit, cum bellum in Telericum rursum instaurare pararet, anno DCCLXXV. [e] At quod se agere tum velle finxerat Telericus, id demum perficere coactus est sub Leone Copronymi filio. Nam biennio post, cum subditorum vereretur insidias, ad Leonem confugit, a quo Patricii dignitate donatus est; cumque deinde illius suasionibus baptismum excepisset, Irenes uxoris agnatam in uxorem accepit.

XI. CARDAMUS, post Telerici abscessum, a Bulgaris Regiam dignitatem consequitur. [f] In hunc arma movit Constantinus Irenes filius anno DCCLXXVIII. Ind. I. nullo successu. Sequenti deinde cum in Cardamum bellum instauraret, ab eo fusus est & deletus, plerisque ducum cæsis vel captis. [g] Verum anno DCCLXXXI. cladem hanc ultus est Leo, fugato Cardamo, a quo per legatos provocatus fuerat, si tributo subdi renueret. [h] Scribit præterea Theophanes Nicephorum Imperatorem Bulgaris bellum inferre statuisse, sed ab eo dimotum consilio, deprehensa quorumdam conjuratione: quod accidit sub an. DCCCVII.

XII. CRUMUS, vel CRUMNUS, uti a Constantino Porphyrogenito, seu CRUMAS, uti in Francorum Annalibus indigitatur, ea tempestate Bulgaris imperare cœpit, ut docet [k] Sigebertus, qui hoc ipso anno DCCCVII. illius primo meminit. [l] Biennio post in Græcorum provincias facta irruptione, Sardicam expugnavit, & ex iis sex millia prælio fudit. Nicephorus vero, comparato confestim exercitu ut Bulgarorum conatibus resisteret, subito perculsus terrore, rebus infectis domum rediit. [m] Neque tamen ejusmodi hostium irruptiones comprimendi consilium abjecit: coacto quippe sub ann. DCCCXI. ingenti exercitu, Julii mensis XX. die, [n] Bulgariam ingressus, in eum Crumum adduxit metum, ut Imperatorem de pace conveniret, qua denegata, Imperator ulterius progressus, aliquot prælijs primo victor evasit. Quibus quidem acceptis cladibus Crumus rursum Nicephorum de pace sollicitat: qua itidem denegata, necessitate, ut dici solet, in virtutem conversa, animoque ex desperatione adaucto, vias omnes qua hostibus transeundum erat, concædibus obstruit, deinde valido in eos facto impetu, tantam infert stragem, ut cæsus sit omnis Græcorum exercitus, ipso Nicephoro inter mortuos reperto. Commissum hoc prælium XXV. Julii, Indict. IV. in quo fere tota Græcanica nobilitas periit. At [o] Menæa videntur hanc Græcorum cladem referre ad XXIII. Julii, quo ii ἀνάμνησιν, seu memoriam celebrant Christianorum qui in eo prælio interempti sunt a Bulgaris, Nicephoro imperante. Crumus Nicephori caput a cætero avulsum corpore suspendit, facto deinde ex ejus calvaria poculo, argento circumvestito, quo Bulgarici deinceps Reges in solemnioribus epulis uterentur. [p] Neque meliori usus est fortuna Nicephori successor Michael Rhangabe: nam cum anno DCCCXII. accepisset Crumum Debeltum oppidum obsidione vallasse, & cum copiis profectus sub XVII. Julii, ad Tzulum usque pervenisset, exortis inter duces militesque dissidiis, Bulgari in Thraciam & Macedoniam facta statim irruptione, hasce provincias tuto depopulati sunt, expugnatis aliquot præterea oppidis. [q] Sequenti anno Crumus de pace Michaelem per legatos convenit, petitque pactum rursum firmari, quod Græcos inter & Bulgaros sub Comerso Rege firmatum fuerat, quo utriusque gentis imperii confinia, tributumque quod a Græcis Bulgaris pensitandum erat, definiebantur; transfugis utrimque redditis. Hisce conditionibus a Michaele denegatis, Crumus in Thraciam venit sub mensem Decembrem, & capto primum Debelto, Mesembriam expugnat. [r] Mense Februario insequenti Michael in Crumum profectus, cum suorum clade recessit: mox ad Adrianopolim cum Bulgaris prælio commisso sub XXII. Junii, ea animi abjectione se gessere Græci, ut ad primum copiarum concursum pedem statim retulerint, ipseque Imperator fugam capessere, ac defectionem aliquam veritus, diademate Leoni Armenio ultro cedere coactus fuerit, cui alias ejusce cladis causa adscribitur, fugam consulto arripienti, ut populorum odio hacce ratione in Michaelem concitato, viam sibi ad supremam dignitatem pararet. [s] Interim Crumus ad Constantinopolim usque pervenit, factisque ad Portam Auream sacrificiis urbem obsidione vallavit, dirutis ac incendio absumptis, quæ in urbis confiniis erant, palatiis & ædibus sacris, hoc potissimum exulceratus, quod contra fidem datam, sub colloquii specie, se opprimere tentasset Imperator. Dimissa deinde Constantinopolis obsidione, Adrianopolim expugnavit, innumeris in Bulgariam abductis captivis. Exhinc proximo anno DCCCXV. Avarum & Slavorum ingentem compa-

Edit. Paris. pag. 309.

a *S. Nicepb. pag. 227. E. R. Theoph. pag. 368. E. R. Cedr. pag. 466. E. R. Diac. l. 22. p. 714. E. R.*
b *Sigeb. an. 771.*
c *Theoph. p. 376. E. R. Cedren. pag. 467. E. R. Diac. l. 2. p. 714. Anast. pag. 154. E. R.*
d *Theoph. p. 377. E. R. Cedr. p. 467. E. R. Zonar. p. 91. E. R.*
e *Theoph. p. 380. E. R. Cedr. p. 468. E. R. Sigeb. an. 778.*
f *Theoph. p. 394. E. R. Cedr. p. 472. E. R. Zon. p. 96. E. R. Diac. l. 23. p. 741. Anast. p. 163. E. R.*
g *Theoph. p. 397. E. R. Ced. Zon. Diacon. p. 744. Anast. p. 165. E. R.*
h *Theoph. p. 408. E. R.*
i *Const. Porphyr. continuator l. 1. n. 5.*
k *Sigeb. an. 807.*
l *Theoph. p. 410 E. R.*
m *Theop. pag. 415. 416. E. R.*
n *Symeon Logothetа in Leone Armenio n. 8. 10. 11. Zon. Cedr. Diac. l. 24. Vita Caroli M. & Annal. Franc. an. 812. Sigeb. an. 810. VV. Tyrius l. 2. c. 4. Menæa ad 24. Dec. in S. Nicolo monacho.*
o *Menæa 23. Jul.*
p *Theoph. p. 420 E. R.*
q *Theoph. p. 422. E. R. Cedr. p. 486. E. R.*
r *Theoph. p. 424. E. R. Sigeb. an. 813. Nicet. Paphlago in S. Ignat. init.*
s *Continuator Porphyr. l. 1. n. 6. Auctor incert. post Theoph. p. 431. 432. 433. 434. E. R. Leo Grammat. p. 445. 446. 458. E. R. Const. in Basil. c. 4. Annal. Franc. an. 813. Menæa 22. Jan.*

ravit exercitum, quo denuo Constantinopolim obsideret, ad quam jam pervenerat, cum consilia ista abrupit mors illius repentina, sanguine per os, nares & aures erumpente, atque ita extremum spiritum emittente. [a] Funibus strangulatum a subditis scribunt Menæa, quæ Basilii Imperatoris nomen præferunt. [b] Scylitzes vero & Theophanis Continuator a Leone Imperatore in prælio deletum Crumum tradunt, non indicato cæterum loco in quo commissum fuerit: tametsi probabile sit id tum accidisse, cum Crumum oppressurus cum copiis urbe egressus, pactis cætera induciis, in incautos Bulgaros irruit.

XIII. [c] DOUCOMUS Bulgaris post Crumum imperavit: cui haud multo post extincto, successit

XIV. [d] DITZENGUS, seu Tzocus, Princeps feroci ac crudeli animo, qui Manuelem Adrianopolitanum Archiepiscopum, complureſque Christianos interemit, quorum memoriam agunt Græci sub XXII. Januarii. Is cum cæcitatem incurrisset, a suis interfectus est.

XV. MORTAGON post Ditzengum Bulgarorum regnum est consecutus. MUTRAGON appellatur a [e] Porphyrogenito in Basilii avi vita: OMORTAG vero ab [f] Eginhardo & Hermanno Contracto. [g] In Christianos pariter, qui fidem abnegare renuerant, immaniter sæviit, interfectis iis, atque ipso Debeltensi Archiepiscopo Georgio. [h] Inducias cum Leone Armenio ad annos XXX. pactus est: & Michaeli Balbo, a quo Thomas defecerat, quique Constantinopolim obsidione vallaverat, commodum auxilio venit, ac tyrannum commisso prælio fudit an. DCCCXXI. [i] Triennio deinde post, ad Ludovicum Pium Imperatorem legatos misit, qui & fœdus inter utrumque principem peragi, & utriusque Imperii terminos definiri postularent. Sed in Ludovici comitatu diu morati, tandem re infecta dimissi sunt ann. DCCCXXVI. cum nuntius venisset Bulgarum interemptum fuisse, vel certe regno abactum a quodam e proceribus; licet de hac re nihil quidpiam certi adhuc constaret. Vero tamen simile est eum, a quo Mortagon interemptus, quique ei successisse dicebatur, fuisse

Edit. Paris. pag. 310.

XVI. BALDIMIRUM, seu ULADIMIRUM, Crumi ex filio nepotem, & Simeonis, qui post Borizem regnavit, parentem. Quippe sub Imperatore Theophilo, qui imperium sub anni DCCCXXIX. exitum accepit, regnasse traditur a [k] Leone Grammatico. [l] Proinde is censeri debet, qui in superiorem Pannoniam, neque Francis, neque ipso Balderico Forojulienſi Duce, cui harum provinciarum demandata erat præfectura, obsistentibus, anno DCCCXXVIII. irrupit: unde postmodum Baldericus ab Imperatore dignitatibus omnibus suis est exutus.

XVII. BOGORIS in regnum Bulgaricum successit, tametsi quo anno nihil quidpiam certi traditum apud scriptores. Unde etiam incertum manet an Bogoris sit, an vero Uladimirus, in quem arma movisse Lotharium Imperatorem tradit [m] Anonymus in libro de Miraculis S. Faronis. [n] Missorum præterea a Bulgaris legatorum ad Germaniæ Regem Ludovicum sub an. DCCCXLV. mentio est in Francorum Annalibus, etsi de causa sileant. Id demum constat Bogorim tum primum apud Byzantinos scriptores memorari Michaele Theophili filio imperante, [o] cui, cum ob puerilem ætatem sub Theodoræ matris tutela imperium administraret, bellum per feriales indixit Bogoris, quibus cum Theodora, virili fœmina animo, audax dedisset responsum, mutato consilio pristina cum Græcis pacta instauravit. [p] Michael vero adultior factus, cum accepisset Bulgaricas provincias ingenti fame premi: has terra marique aggredi constituit. At Bogoris militari Græcorum apparatu territus, quo imminentem Bulgariæ tempestatem averteret, legatos ad Michaelem misit, qui non quasvis dumtaxat admissurum pacis conditiones, sed etiam Christianam religionem cum universa Bulgarorum gente amplexurum se pollicerentur. [q] Qua quidem amplificandæ Christianitatis, Deoque conciliandæ barbaricæ nationis captata occasione, cum Bulgaris pristina fœdera firmavit, Bogorimque & præcipuos e Bulgarica nobilitate proceres baptismo initiari curavit, Michaelis indito Bogori nomine. Aliter alii Bulgarorum ad Christianam fidem conversionis causam referunt: [r] Scylitzes quippe & Zonaras scribunt Bogoris sororem, quæ a Græcis nescio quo casu capta Constantinopolim perducta fuerat, ac Christianam edocta religionem, & amplexa, cum Theodosio Caphara nobili Byzantio commutata fuerat, domum reversam, fratrem ad amplectendam pariter Christianorum fidem induxisse, cujus mysteria ac instituta prius a Caphara edoctus fuerat, seu a Paulo Presbytero Romano, uti scribit [s] Anastasius. Verum ut in re politica periculosa res est religionis immutatio, id palam aggredi minime ausus est: donec pestilentiæ Bulgariam corripientis arrepta occasione, subditi, ut Christianorum Deum in hac publica calamitate invocarent, baptismoque initiarentur, persuasit, cum primus ipse baptismum excepisset ab Archiepiscopo ab Imperatore submisso, a quo Michaelis nomine donatus est. Exhinc renovata Græcos inter & Bulgaros pristina fœdera, quibus Theodora & Michael filius, Bogori, qui nimia locorum angustia presso sibi aliquid terræ concedi per Legatos postulaverat, ea regione quæ usque ad Debeltum protenditur, tum inculta fere ac deserta, ultro cesserunt, cui deinde Zagoræ seu Exegoræ, uti alii efferunt, nomen indidere. Atque inde a nonnullis [t] scriptoribus Zagoræ vel Exagoræ Reges interdum appellatos Bulgariæ principes legimus. [u] Alii hanc Zagoræ donationem Justiniano Rhinotmeto adscribunt, factamque volunt Terbeli, in impensæ sibi opis mercedem. [x] Scylitzæ de Bulgarorum ad Christianam fidem conversionis causa consentanea tradunt Francorum Annales, qui rem ad annum DCCCLXVI. referunt, subduntque cum ex hac religionis mutatione procerum ac subditorum odium sibi conflasset Bogoris, & ab iis intra palatium & regni Metropolim fuisset obsessus, invocato Christi nomine, cum XLVIII. dumtaxat ex iis qui una ei nomen dederant, singulis cereos ardentes manu deferentibus, sicque Regem præcedentibus, portis egressum obviam tumultuanti multitudini: quibus conspectis, subito pavore correpti rebelles, cum urbem totam igne exardentem suis imminere capitibus, & ab anterioribus quibus ii insidebant equo-

a *Menæa Basil. 52. Jan.*
b *Scilitz. p. 487. E. R. Porphyr. Continuat. l. 1. n. 13.*
c *Menæa Basil. 22. Jan.*
d *Ead. Menæa.*
e *in Basil. c. 4.*
f *in Annal. Fr.*
g *Menæa Basil. 22. Jan.*
h *Scylitz. p. 505. E. R. Zonar. p. 111. E. R. Continuator Theoph. c. 1. n. 17. 18.*
i *Eginhardi Annal. an. 814. 825. 826. Thegan. c. 32. Vita Lud. Pii &c.*
k *Leo Gramm. p. 458. E. R.*
l *Eginhard. Ann.*
m *Tom. 3. Hist. Franc. p. 421.*
n *Annal. Franc. Metens. an. 845.*
o *Scylitz. p. 540. E. R. Contin. Theoph. l. 4. n. 13.*
p *Leo Grammat. p. 462. E. R.*
q *Nicetas Paphlago in Vita sancti Ignatii p. 696. edit. 1618.*
r *Scylitz. p. 539. 540. E. R. Zonar. p. 125. E. R. Continuat. Theophanis l. 4. n. 14. 15. Symeon Logothetа in Michaele n. 22. 23. 24.*
s *Anast. in Præfat. ad 8. Synod.*
t *Nicet. in Alex. Comn. l. 3. n. 2. Nicepb. Gregor. l. 5. p. 93. E. R. Sanut. l. 1. part. 5. c. 1.*
u *Cedren p. 446. E. R. Jel. p. 176. Leunel. Pand. n. 33.*
x *Annal. Franc. Bertin. an. 865. 866. Sigeb. an. 865. Nicol. in Resp. ad Bulg. c. 17. Scylitz p. 541. E. R. Zonar. p. 125. E. R.*

rum pedibus percuti sibi viderentur, in fugam conversi sunt, ex iis LII. cæsis, aliis inlæsis abire permissis. a Tum vero ad Ludovicum Germaniæ Regem, quocum fœdus jam contraxerat, Legatos misit, Episcopum & presbyteros sibi mitti postulans, quas debita veneratione suscepit. b At cum eo jam perveniisse Episcopos a Pontifice Romano missos, & prædicando & baptisando universos fere Bulgaros ad Christum convertisse accepissent, concessa a Rege licentia, reversi sunt. c Bogoris vero filium suum, & proceres complures Romam direxit, & arma quibus indutus fuerat, cum de rebellibus victoriam reportavit, cum aliis donis S. Petro transmisit: consulto interea Nicolao summo Pontifice super aliquot circa fidem & sacramenta dubiis. Quæ cum rescisset Ludovicus Italiæ Imperator, a Nicolao Bulgarici Regis arma, aliaque donaria sibi transmitti expetiit, quæ partim in Beneventana regione tum commoranti per Arsenium misit Nicolaus, cum de aliis se erga Ludovicum excusasset, d Refertur porro ab Anastasio Bulgarica ista ad Nicolaum legatio in mensem Augustum, Indict. XIV. quæ cadit in annum Christi DCCCLXVI. a quo quidem summo Pontifice missos Episcopos & Clericos summa reverentia exceperit, cum ejusdem ad Bulgarorum consulta CVI. responsis, in Conciliorum collectione & alibi non semel editis, e in quibus statuit idem Pontifex, ut equinæ caudæ vice, quam inter bellica insignia ac vexilla deferebant, crucis in posterum figuram deferrent. At præclara illa Bulgarorum in Romanam Sedem observantia ac veneratio haud multo post labem accepit. f Nam licet in œcumenico Concilio Constantinopoli coacto anno DCCCLXIX. mota inter Græcanicam & Romanam Ecclesiam controversia, cui ii subdi deberent, nullo medio ad Romanam Sedem Bulgaricam Ecclesiam pertinere deinceps debere fuisset statutum, Hadriano II. tamen summo Pontifice Patriarcham in Bulgaria constituere recusante, ac Archiepiscopum qui illius fungeretur vice, in dies mittere procrastinante, g Græcanicam ii amplexi sunt, Basilii Imperatoris suasionibus: dimissisque presbyteris Romanis, Archiepiscopum Theophylactum accepere, ab Ignatio Patriarcha & Imperatore sibi missum. Orto deinde palam Photii factione inter Græcos & Romanos schismate, h Græcorum partes amplexati sunt Bulgari, atque adeo ipsius Photii, a quo fidei professionem accepit Bogoris, cui libellum de Conciliis œcumenicis etiam nuncupavit idem Photius: cum inde Bulgarorum Regem abducere, & ad Romanam Ecclesiam revocare frustra tentasset Joannes VIII. Pontifex, ut variæ ejusdem ad Bogorim scriptæ testantur i Epistolæ. Singulari tamen studio ac pietate Christianam fidem, quoad vixit, coluit Bogoris, cujus quidem argumentum illud præsertim est, quod, k uti Rerum Francicarum Annales produnt, post perceptam baptismi gratiam, per diem regiis indutus ornamentis coram populo procederet, nocte vero sacco vestitus, latenter Ecclesiam intrans, super pavimentum ipsius basilicæ, substrato dumtaxat cilicio prostratus in oratione jaceret. l Sed & divino monitus oraculo, ac superna inspiratione, dimissa regia potestate, comaque capitis deposita, & in Monachum attonsus, filium natu majorem Regem constituit. At ille longe a paterna pietate moribusque degener, totum se ebrietati ac comessationibus dedens, subditos recens Christo initiatos ad gentilitatem revocare conatus est.

Edit. Paris. pag. 311.

Quod ut rescivit pater, divino accensus zelo sacrum habitum deposuit, resumptoque militiæ cingulo ac cultu regio, in filium arma resumpsit, captumque & oculis exutum carceri mancipavit: ac deinde convocatis subditis omnibus, filium juniorem Regem constituit, interminatus coram omnibus similia passurum, si in aliquo a recta Christianitate deflecteret. Quibus ita gestis, deposito cingulo, & resumpto sanctæ religionis habitu, ad Monasterium regressus, in sancta conversatione reliquum vitæ tempus exegit, mortuusque est post annum DCCCXCVI.

XVIII. m PRESIAMUS Bulgariæ exinde Rex memoratur, quocum & Blastimiro Serviæ principe bellum intercessit, in quo suorum cladem passus est Presiamus: huic successit

XIX. n MICHAEL cognomento VORIZES, vel BURICHIUS, filius, qui cum a parente acceptam in bellis Servicis cladem ulcisci statuisset, Blastimiri filios, qui paternam hæreditatem inter se partiti erant, aggressus, non meliori usus est fortuna, ab iis deletus, capto insuper *Blastimiro* filio, ac duodecim Voevodis, quos ut redimeret, pacem cum Serviis componere coactus est. Atque hi quidem sub Basilio Macedone regnavere, ut ex Porphyrogenito colligere licet: unde Presiamum Bogoris filium, cujus nomen minime produnt Annales nostri, alterum fuisse par est credere, quem abdicato primogenito Regem constituit.

XX. o SYMEON, Uladimiri Regis olim Bulgariæ filius, Michaeli in idem regnum sufficitur. p Is Constantinopoli a pueritia educatus, litteras Græcas ita apprime edoctus fuerat, ut Semigræcus vulgo indigitaretur. Exhinc dimissis disciplinarum studiis, in monasterium secessit: captataque postmodum paterni regni recuperandi occasione, abdicato monachico habitu, purpuram induit. q Ac primo quidem firmatis cum Servianis principibus pristinis fœderibus, cum Leone Philosopho Imperatore grave deinde bellum suscepit, cui levior causa occasionem dedit, aliquot mercatoribus ob vectigalia & portoria male acceptis, sub annum DCCCLXXXVIII. r Leo vero coactis copiis, Procopium Crenitam, & Curticium Armenium iis præficit: commissoque in Macedonia prælio, victores evadunt Bulgari, captivis, truncatis prius naribus, ad Leonem remissis. s Qua quidem injuria mirum in modum exacerbatus Imperator, allectis in belli socios Hungariæ vicinis, & ad Danubium habitantibus Turcis, quos t alii Avares vocant, & a Bulgarorum societate divulsis, cum iis ea conditione pacisci tur, ut in Bulgariam ab una parte irrumperent, interim dum duce Nicephoro Phoca ab altera Bulgaros aggrederetur. Bulgari accepto ejusce iniți a Græcis cum Turcis fœderis nuntio, excursiones ad Constantinopolim usque faciunt, vastatis agris omnibus. Græci vero missis continuo navibus, Turcos seu Avares in Bulgariam ultra Danubium immittunt, u quam ii ingressi, frustra obsistentibus Bulgaris, qui catenas ad Danubii ostia navium egressum prohibituras tetenderant, Simeonem, qui dimisso Phoca, horum conatus repressurus advenerat, tribus prœliis profligant, eo vix ad Dorostolum seu Dristram fuga elapso. x Tum vero hisce fracti

pag. 312.

a *Annal. Fr. Bert. & Met. Annal. Fr. Regino an. 866. 867. 868.*
b *Ann. Fr. Fuld. an. 867.*
c *Annal. Franc. Bertin. an. 866.*
d *Anastas. in Nicol. I. p. 219. 229. Nicol. I. ep. 70.*
e *Nicol. in Resp. ad Consulta Bulgar. c. 33.*
f *Guill. Bibl. in Hadr. II. p. 230. 233.*
g *Constant. in Basil. c. 65. Gesta Innoc. III. p. 52.*
h *tom. 5. antiq. lect. Canis. 1. part. p. 163.*
i *Jo. VIII. Pp. Ep. 75. 76. 77. 78. 174. 175. 176. 189. 192. 287. 298.*
k *Annal. Fr. Met. an. 868.*
l *iid. Annal. Regino, Sigeb. an. 868. 869.*
m *Constant. de adm. Imp. c. 32.*
n *Idem Const.*
o *Constant. de adm. Imp. c. 32.*
p *Luitpbr. l. 3. c. 8.*
q *idem Const. Luitbpr. l. 1. c. 2. Leo Gram. p. 477. E. R.*
r *Symeon Logoth. in Michaele n. 3. Scylitz. p. 595. E. R. Zon. p. 142. E. R. Anonym. in Leone n. 9. 20. Vita S. Luca Thaumat. n. 54.*
s *Constant. de adm. Imp. c. 51. p. 196. c. 40. p. 323. l. 1. de Them. p. 36. Leo in Tract. c. 18. §. 43.*
t *Annal. Fr. Fuld. an. 895.*
u *Constant. p. 196.*
x *iid. Annal.*

cladibus Bulgari, veterem Regem Michaelem seu Bogorim, a quo primum ad Christianæ religionis veritatem fuerant conversi, adeunt, inquirentes quid sibi quo ab imminenti periculo evaderent salvi, consuleret. Ille indicto triduano jejunio, actaque de illata Christianis injuria pœnitentia, Dei opem implorandam præmonuit. Quo peracto, ac oblata per Leonem Chœrospactam Leonis Imperatoris nuntium repudiata pace, certamine rursum cum Turcis seu Avaribus inito, pugnantibus acerrime ambabus partibus, Bulgaris tandem cedit victoria, nec tamen incruenta, cum ex iis cæsa fuerint equitum viginti millia; cum nec tum Turcis seu Avaribus auxilia submittere potuisset Leo Imperator. Qua adepta victoria Symeon elatus, [a] non aliter pacem admissurum ab Imperatore oblatam, nisi receptis Bulgaris captivis, profitetur; quam ille tandem conditionem admittit, iis omnibus domum dimissis. Bellum istud gestum anno DCCCXCV. memorant Annales Francorum Fuldenses. [b] Tradunt ii præterea Imperatorem Arnulfum suos ad Bulgaros & eorum Regem, quem ex patris nomine Uladimirum vocant, perperam Laudomirum ibidem appellatum, ad renovandam pacem missos nuntios sub mensem Septembrem anno DCCCXCII. tum etiam ut ne Maravanis hostibus suis auxilium subministrarent. [c] Neque tamen diu perstitere Græcos inter & Bulgaros peracta pacta, Symeon quippe non omnes sibi remissos captivos questus, tum etiam arrepta Nicephori Phocæ mortis occasione, [d] qui consiliis suis, & ne in imperii provincias irrumperet hactenus obstiterat, bellum in Leonem instauravit. Leo vero collecto undique ingenti exercitu, huic Catacalonem & Theodosium Patricium Protovestiarium præficit, qui commisso ad Bulgarofugum prælio; magna suorum cum clade, prorsus profligati sunt ac deleti, interempto ipso Theodosio, de cujus nece acerbissimum dolorem testatus est Imperator. [e] Verum pax inter utrumque principem rursum redintegrata: extincto que Leone, ad Alexandrum fratrem missi a Symeone legati, qui novis pactis hanc firmarent, qui cum ab eo contumeliosissime & cum acerbis minis fuissent excepti, Symeon bellum in Alexandrum apparavit, quo statim mortuo, in Constantinum impuberem, Leonis filium, ejusque tutores invicem alias discordes Imperium recidit. [f] Qua nacta Symeon occasione, recta cum universis copiis Constantinopolim contendit, & sub mensem Augustum circa annum DCCCXII. urbem obsidione cingit, castris ad mediterraneos muros locatis. At Symeon urbis potiundæ spe ob ejus firmitatem & præsidia destitutus, pace utcumque confecta, præclarisque muneribus donatus, domum rediit, haud certis tamen conditionibus, quarum ratione bellum rursum instauratum, Bulgaris subinde in Romanorum provincias irrumpentibus, agrosque depopulantibus. Quinetiam Adrianopolim obsidione vallavit Symeon, cepitque, Pancratuca Armenio Præfecto pecuniis ab eo corrupto, urbem prodente, mense Septembri, Indict. III. anno DCCCXIV. Sed hanc haud multo post a Symeone recepere Græci, exsoluta non modica auri quantitate. Cum denique junioris Augusti tutores Bulgaros omnino exscindere statuissent, pace cum Saracenis composita, Leonem Phocam Scholarum Domesticum, aliquotque alios duces, cum terrestri exercitu in Bulgariam mittunt, interim dum Romanus Lacapenus classe comparata hostes versus Danubium aggrederetur, Leonique auxilio esset, si indigeret. Commisso deinde ad Acheloum castellum, uti Scylitzes & Anonymus Combefisianus, seu fluvium, uti vocat Leo Grammaticus, prælio, VI. Augusti die; seu XX. uti habet idem Leo, Indict. V. anno DCCCCXVII. Bulgari primo fugantur: sed mox Græci ex falso Leonis Domestici necis sparso rumore, subito pavore perculsi, a fugentium consecutione destitere, inconditis ordinibus retro cedentes. Quod ut ex sublimi loco Symeon, qui cum suis ordinatim recesserat, animadvertit, confestim in Romanos conversus, in eos irruit, hosque fugat, terga iis dantibus, pluribus captis, vel interemptis, atque in iis, præcipuis ex ducibus, Leone Mesembriam interea fuga elapso. [g] Qua parta victoria, recta Constantinopolim obsessurus contendit. Sed ejus consiliis ac conatibus obstitit Leo Domesticus, qui fugati exercitus reliquias collegerat, ad Catasyrtas commisso prælio, in quo victor evasit. [h] Exhinc Symeon in Græcorum agros factis subinde excursionibus, & Michaele Mauroleone, qui Bulgaros exploraturus missus fuerat, ad eumdem Catasyrtarum locum interempto, Adrianopolim vallo circumducto obsidione cingit, qua ex rei frumentariæ penuria capta, domum recedit. [i] Sub annum denique DCCCCXXVIII. Constantinopolim rursum obsidere constituit: utque rem facilius conficeret, Fatlumum Saracenorum Ægyptiorum Sultanum in suas partes pertrahere conatus est, ut dum ipse terra, navali ille classe urbem pertentaret. [k] At licet ea Symeonis consilia Romani Lacapeni, tunc Imperatoris, arte fuissent dissipata ac elusa, versus Constantinopolim tamen copias suas eduxit, vastatisque Macedoniæ & Thraciæ agris, castris ad Blachernas positis, Peganum templum ædificiaque urbi circumposita incendio consumpsit, arboresque ipsas excidit. Tum proposita utrinque pace, mutuoque Symeonis & Constantini Imperatoris frustra ad Cosmidium acto colloquio, rebus infectis Symeon domum rediit, populatis in reditu ac incendio fere consumptis Græcorum provinciis. [l] Nec diu huicce expeditioni superstes fuit: cum enim a Croatis & Serviis intra montium angustias fuisset deletus, haud multo post ex morbo in Bulgaria obiit XXVII. Maii, Indict. V. (non XV. uti habet Scylitzes) an. Chr. DCCCCXXXII. [m] Bis nuptias iniit, ac ex priore quidem uxore prodiit *Michael*, quem in Monachum attondit. Ex altera, quæ soror fuit Georgii Surzubuli, quem & tutorem liberis suis Symeon constituit, nati *Petrus*, qui patri in Regiam dignitatem successit, *Joannes*, & *Michael*, quem *Benjaminum* vocat Anonymus Combefisianus. [n] Addunt Luithprandus & Albericus alium præterea Symeonis filium *Bajanum*, qui adeo didicisse artem magicam ferebatur, ut ex homine lupum & quamcumque aliam vellet feram faceret. [o] Sed & testatur Joannes Asanes Bulgariæ Rex in epistola ad Innocentium III. PP. Symeonem, Petrum, & Samuelem, Bulgariæ perinde Reges, *coronam imperii & patriarchalem benedictionem a sanctissima Dei Romana Ecclesia, & ab Apostolica, ac Sede Principe Apostolorum Petro* accepisse. Descripsit denique [p] Cardinalis Baronius Nicolai Patriarchæ Constantinopolitani ad Symeonem exaratas aliquot epistolas.

Edit. Paris. pag. 313.

XXI. PETRUS Bulgariæ Rex, Symeonis filius, [q] statim atque diadema excepit, Turcis, Serviis, Croatis, viciniisque aliis populis, qui superstite Symeone, quem *fortem bellatorem* fuisse ait [r] Luithprandus, intra fines suos sese continuerant, bellum undique minitantibus, quo iis terrorem

a *Leon. Tactica c.* 18. §. 45.
b *Annal. Fr. Fuld. an.* 892.
c *Leo Gram. p.* 478. E. R. *Scylitz. p.* 579. E. R.
d *Luithpr. l.* 3. c. 7.
e *Scyl. p.* 608. E. R. *Zonar. p.* 146. E. R. *Leo Gramm. p.* 488. E. R. *Sym. Logoth. in Alex. n.* 3.
f *Scyl. p* 611. E. R. *Leo Gram. p.* 490. 491. 492. E. R. *Zon. p.* 148. E. R. *Anonym. Combefis. n.* 8. 10. *Symeon Logoth. in Porphyr. n.* 5. 10.
g *Scylit. p.* 614. E. R. *Luitbpr. l.* 3. c. 7.
h *Leo Gram. p.* 497. E. R.
i *Scyl. p.* 651. E. R.
k *Leo Gram. p.* 499. 500. 501. E. R. *Scyl. p.* 620. 622. E. R. *Anonymus in Lacapeno n.* 8. 15.
l *Scyl. p.* 625. E. R. *Leo Gram. p.* 502. E. R.
m *Scyl. p.* 625. 627. E. R. *Anonym. in Lacapeno n.* 22.
n *Luithpr. l.* 3. c. 8. *Alberic. in Chr. MS. an.* 967.
o *Acta Innoc. III. PP. p.* 54.
p *Baron. in Append. ad to.* VIII.
q *Leo Gram. p.* 502. 503. E. E. *Scyl. p.* 625. E. R. *Zon. p.* 152.
r *Luitbpr. l.* 1. c. 2.

rorem incuteret, comparato valido exercitu, in potentiores hostes Græcos parata susceptaque expeditione, in Macedoniam descendit. Sed audito Imperatorem Romanum Lacapenum in se cum copiis proficisci, habito cum suis consilio, Græcos, pace iis proposita, sibi conciliare, hancque nuptiarum fœdere firmare constituit. [a] Qua quidem per Monachos primo, tum per utriusque gentis proceres, composita, Petrus Constantinopolim venit, & a Romano Lacapeno perhonorifice exceptus, MARIAM ex Christophoro Cæsaris filio neptim in uxorem duxit. Nuptiæ magno apparatu celebratæ VIII. Octobris die, Indict. XV. an. DCCCCXXXII. in Pegana Deiparæ Ecclesia, sacra faciente Patriarcha Stephano: cui quidem novæ sponsæ tum IRENES nomen impositum tradit [b] Luithprandus, quod per eam inter Bulgaros & Græcos pax sit firmissima constituta. [c] Sub idem ferme tempus in Petrum Joannes frater, unaque cum eo nonnulli alii procerum potentiores conjurationem ineunt: qua statim detecta Joannes verberibus mulctatus in carcerem detruditur, cæteri capite mulctati. At Lacapenus Joannis Monachi, quem sub firmandorum fœderum, vel, ut alii volunt, commutandorum captivorum prætextu ad Petrum miserat, artibus, Joannem e carcere eductum Constantinopoli excepit, cui, monastico habitu exuto, opes peramplas uxoremque ex Armenia oriundam dedit. [d] Michael vero alter Petri frater, Bulgarici pariter imperii cupiditate ductus, castello munito occupato, multos ex Bulgaris in suas partes induxit, qui extincto interea Michaele, in Græcorum provincias irrumpentes, & per Macedoniam, Strymonemque & Græciam profecti, ac obvia quæque populati, Nicopolim tandem occuparunt, in eaque urbe tamdiu subsederunt, donec posteris temporibus variis bellis a Græcis subacti sunt. [e] Mortua deinde Irene, Petrus pacis fœdera cum Nicephoro Phoca Imperatore renovavit sub annum DCCCCLXIII. *Borise*, seu *Edit. Paris. Bucrischio*, & *Romano*, quem & *Symeonem* avi nomine appellatum scribit Scylitzes, in obsides datis, qui mortuo patre in Bulgariam remissi sunt, ut Davidis, Moysis, Aaronis, & Samuelis, quos Comitopulos, seu Comitis filios vocabant, repressis motibus, diadema reciperent, uti mox narrabimus. [f] Interim Nicephorus sub annum Imperii IV. Chr. DCCCCLXVII. Ind. X. cum Petrum per litteras esset adhortatus, ut Turcis Istrum trajicere, & in Græcorum agros irrumpere molientibus, obsisteret, id variis adhibitis prætextibus denegavit, qua quidem repulsa offensus Nicephorus, per Calocyrum Chersonesi Principis filium, quem Patriciatus dignitate exornaverat, Sphendoslavum Russiæ Principem, munerum officiorumque pollicitationibus ad bellum Bulgaris inferendum sollicitat. Russi vero obsecuti, sub Augustum mensem Indict. XI. in Bulgariam impressione facta, complura oppida ac castella solo adæquant, prædaque ingenti potiti, eodem modo, atque etiam aliquanto durius anno proxime insecuto Bulgaros tractant: [g] quibus in bellis capti a Russis Borises, & Romanus, Petri filii. Tum ii locorum commoditate & amœnitate capti, neglectis quæ cum Nicephoro pepigerant fœderibus, expugnatas hostium provincias, ipso incitante Calocyro, qui si ab ipsis Imperator designaretur, Bulgaria eis cessurum pollicitus fuerat, sibi vindicare constituunt. Quibus acceptis Russorum consiliis, Joannes Zimisces, qui in imperium Nicephoro successerat, copias colligit, iisque Bardam Sclerum, cujus sororem legitimo sibi adjunxerat matrimonio, præficit. Russi vero adscitis in auxilium Patzinacitis, Turcis Hungaris, ipsisque quos jam devicerant Bulgaris, conflato immenso exercitu ad CCCVIII. virorum millia, Æmum egressi, in Thraciam incendiis ac vastationibus, grassantur, castris ad Adrianopolim locatis, prælii occasionem præstolati. At Bardas qui numero longe se inferiorem noverat ut qui vix duodecim millium exercitum haberet, arte, cum vi nequiret, debellandos hostes putavit, quos in insidias subinde pertractos, partim delevit, victoriam ultra protracturus, nisi ab Imperatore fuisset revocatus, & in Asiam missus contra Bardam Phocam, Leonis Phocæ, Nicephori Imperatoris fratris, filium, qui Imperatoriam dignitatem usurpaverat. [h] Anno insequenti imperii Zimisce II. Christi DCCCCLXXI. sub vernum tempus, Zimisces ipse in Russos expeditionem suscipit, transitoque Æmo monte, ad Persthlavam Bulgariæ metropolim castra metatur; qua tum in urbe morabatur Calocyrus, qui percepto Græcorum adventu fugam arripuit, & in Sphendosthlavi castra pervenit. Expugnata Persthlava,

XXII. [i] BORISES, seu, ut ab aliis nuncupatur, BURICHUS, Petri tum demortui filius, cum uxore & liberis in ea urbe inventus est, quem perhumaniter accepit Imperator, Bulgariæ Regem compellans, hunc ut & cæteros captivos proceres Bulgaros liberos, quo quique vellent abire permittens, cum non ad eos subigendos, sed ad liberandos captivos bellum se movisse, soloque Russos hostium habere numero palam diceret. Inde cum ad Dorostolum, ubi castra habebat Sphendosthlavus, pervenissent Zimisces, variisque prœliis hostes profligassent, tandem postulatam ultro a Sphendosthlavo pacem confirmat, qua liber in patriam per Græcorum agros reditus Russis concessus est. Hac fausta ac felici peracta expeditione, reversus Imperator, in triumphantis modum Urbem ingressus est, equo albo vectus, præeunte quadriga, quam quatuor equi perinde albi trahebant, cui Bulgaricas Regum vestes imposuit, supraque has imaginem Deiparæ, ut quæ Urbis tutelam gereret. Ut porro in forum pervenit, actis pro parta victoria Christo ac Deiparæ gratiis, in conspectu populi, Bulgarici regni insignibus Borisen exuit, coronaque Bulgarica in æde Sophiana suspensa, hunc Magistri dignitate donavit, atque ita in palatium reversus est. [k] Romanum vero Borisæ fratrem a Josepho Cubiculario virilibus postea privatum scribit Scylitzes. At simul atque diem extremum clausit Zimisces, a Romanis seu Græcis defecere Bulgari, evocato Borise, qui Constantinopoli clam cum fratre digressus, dum Græco habitu per sylvam quamdam transit, a quodam Bulgaro, Græcum esse rato, interfectus est: Romanus vero frater incolumis evasit, & aliquanto post in Urbem rediit. Deficiente igitur Petri Regis stirpe, rerum summam detulere Bulgari quatuor fratribus, quorum supra meminimus, DAVIDI, MOYSI, AARONI, & SAMUELI, quos Comitopulos vocabant, quod filii essent cujusdam Comitis inter Bulgaros potentissimi. Horum David statim obiit: Moses Serras oppugnans, saxo a muro ictus periit. Aaronem Græcorum rebus, ut ferebatur, faventem frater Samuel cum sobole interfecit, solo Uladosthlavo, seu Uladislao, qui & Joannes vocitabatur, ejus filio erepto a Rodomiro Samuelis filio, quem & Romanum vocabant.

a *Scyl. & c. Const. de Adm. imp. c. 12. p. 31. Anon. in Lacapeno n. 22. 23.*
b *Luitbpr. l. 3. c. 9. & in Legat.*
c *Leo Grammat. p. 505. Scyl. p. 627. E. R. Anonym. n. 28.*
d *Scyl p. 627. E. R. Anonym. n. 29.*
e *Scyl. p. 646. 706. E. R.*
f *Scyl. p. 660. E. R. Zonar. p. 163. E. R.*
g *Scyl. p. 666. E. R. Zonar. p. 167. E. R.*
h *Scyl. p. 671. E. R. Zonar. p. 169. E. R.*
i *Scyl. p. 673. 682. E. R. Zonar. p. 169. E. R.*
k *Scyl. p. 694. E. R.*

XXIII. SAMUEL, qui & MOCRUS ab [a] Anna Comnena & aliis appellatur, vir bellicosus ac quietis impatiens, [b] Græcorum copiis adversus Sclerum occupatis, Thraciam, Macedoniam, Thessaliam, & Peloponnesum incursionibus vexavit, captis compluribus oppidis, ipsaque expugnata Larissa, ex qua S. Achillei ejusdem urbis olim Episcopi reliquias Prespam, ubi Regiam statuerat, transtulit. [c] Ut primum vero a bellis civilibus se expedit Imperator, Gregorium Taronitam in Macedoniam cum exercitu mittit, eique dat in mandatis ut & Thessalonica validis præsidiis munita, Samuelis excursiones coerceret; qui ut eo pervenit, cum misisset Asotam filium, quo hostium multitudinem exploraret, in eorum insidias ille incidit; qua re cognita Gregorius dum illico ad ferendum auxilium festinat, hostiumque manibus filium eripere conatur, a Bulgaris ipsemet circumventus, fortiter pugnans interficitur. Hac ducis clade intellecta, Nicephorus Uranus mittitur, qui collectis exercitus reliquiis, Samuelem, qui jam Thessalica Tempe & Peneum amnem transmiserat, & per Isthmum Corinthiacum etiam in Peloponnesum grassabatur, ad Sperchium fluvium incautum opprimit, profligato omni ejus exercitu, ipso vero & Romano filio in Bulgariam evadentibus, cum inter mortuorum cadavera aliquandiu delituissent. Id gestum circa ann. DCCCCXCV. Indict. VIII. [d] Vix Samuel domum redierat, cum ecce nova calamitate rursum afflictatur: cum enim Asoti Taronitæ tum captivi amore ejus filia flagrans, mortem se sibi conscituram minaretur, nisi eo marito potiretur, hanc Asoto in matrimonium collocat, quem cum filia nuptiis confectis Dyrrachium mittit, urbis & circumvicinæ regionis præfectura ei demandata. Quo cum ille perveniisset, uxore in suam prius sententiam traducta, conscensis navibus ad Imperatorem confugit, a quo Magistri honore donatur, Dyrrachio, eo procurante statim postea in Græcorum potestatem concedente. Exhinc per Philippolim in Bulgariam irruptionem fecit, aliquot destructis circa Sardicam castellis. Anno vero M. Ind. XIII. rursum ingentem exercitum in Samuelem mittit Basilius, ducibus Theodorocano Patricio & Nicephoro Xiphia Protospathario, qui capta majore ac minore Persthlauva atque Pliscouva victores domum rediere. Insequenti anno ipsemet per Thessalonicensem agrum copias in Bulgariam traduxit, captisque Berrhœa, Serviis & Vodena, Thessalonicam rediit. [e] Anno deinde MII. Indict. XV. Vidynum oppidum, per octo menses oppugnatione tracta, vi capit: cumque ad urbem Scopias accederet, Samuelem trans Axium seu Bardarium fluvium incautius agentem circumventum in fugam conjicit, Scopias Romano Petri Bulgarorum Regis filio ac Borisæ fratre urbem Imperatori tradente, a quo Patricii & Præpositi dignitate, & Abydensis oppidi præfectura donatur. Quibus Basilius peractis, cum frustra Pernicum oppugnasset, Constantinopolim est reversus. Nullus exinde annus effluxit, quin aliquid in Bulgaros tentaret: [f] sed præcipua ac glorioſa illa fuit, quam anno MXIV. Indict. XII. suscepit expeditio, cujus percepto nuntio, aditus Bulgariæ omnes muniit atque intercepit Samuel, quos cum expugnare desperaret Basilius, Nicephorus Xiphias, Philippopolis tum Præfectus, cum exercitus parte per montem Balabistam sub XXIX. Julii de superiori loco subito ingenti cum strepitu Bulgaros a tergo adoritur, qui cum re insperata perterriti fugerent, Imperator defensoribus vacuum septum diruit, ac fugientes insequitur. Multi tum Bulgari occisi, multo plures capti. Ipse Samuel ægre evasit filii opera, irruentes fortiter eo repellente, patremque equo impositum in castellum Prilapum abducente. Captivis Bulgaris, qui fuisse ad XV. millia feruntur, oculos erui præcepit Imperator, singulisque centuriis unoculum præfici, quibus ductoribus ad Samuelem missi. Quo ille spectaculo consternatus & exanimatus, biduo post ex dolore interiit, [g] XV. Septembris subsequentis. Præter Gabrielem, qui parenti in principatum successit, extitere Samueli liberi alii, quos inter fuit [h] *Trojanus*, pater uxoris Andronici Ducæ, Joannis Cæsaris, Michaelis Imperatoris fratris, filii, præterea quatuor filiæ, quarum altera *Ecatherina* Isaacio Comneno Imperatori, altera *Cossara* nuncupata, Uladimiro Dalmatiæ Regi uxores datæ: duæ denique aliæ post expugnatam Bulgariam Constantinopolim adductæ sunt, quarum altera [i] *Maria* Zostæ dignitate est donata.

Edit. Paris. pag. 315.

XXIV. [k] GABRIEL, quem præterea RADOMIRUM & ROMANUM interdum vocant scriptores, natus captiva quadam Larissæa, in Bulgariæ regnum parenti successit; cui quidem licet animi magnitudine ac fortitudine haud cederet, longe tamen qua ille valebat prudentia inferior erat. Statim vero atque rerum summam capessivit, Nestoritzam procerem Bulgarum cum exercitu versus Thessalonicam misit, quem Theophylactus Botaniata, ejusdem urbis Præfectus, filio suo Michaele comitatus, pugna congressus fudit. Ac Basilius quidem castra ad Bulgariæ angustias tum oppugnabat, cum Theophylactus parta hac victoria ad eum venit: quem confestim Imperator hostes rursum aggredi jubet, qui incautus in eorum insidias incidens, prorsus deletus cæsusque est hac clade nuntiata, post expugnatum Melenicum, ultra progredi non ausus Basilius, domum revertitur. [l] Sub initium Veris in Bulgariam rursum copias educit, Vodene castellum a Gabriele interceptum recipit, tum ædificatis ad Angustias castris, Thessalonicam redit: ubi cum degeret, supervenit Gabrielis legatus, qui obsequium fidemque Imperatori polliceretur: qui quidem dolo id agi suspicatus, Xyphiam & Constantinum Diogenem, qui in Thessalonicæ præfectura Botaniatæ successerat, in Moglevorum regionem cum exercitu mittit: qui hanc, urbemque primariam Romanorum potestati subdiderunt. Nec multo post Basilio Mosynopoli agenti nuntiatur Gabrielem a Joanne, qui & Uladislavus dicebatur, Aaronis filio, quem ipse neci aliquando subtraxerat, cum venatum exiisset, interfectum fuisse XXIV. Octobris anno MXV. cum regnasset annum I. mensem I. dies IX.

pag. 316.

XXV. [m] JOANNES, dictus etiam ULADISLAVUS, Aaronis Samuelis fratris filius, [n] Gabriele Basilii Imperatoris impulsu, ut tum ferebatur, interfecto, regnum Bulgariæ adeptus, legatos ad eum statim misit, qui & decessoris necem, & obsequium fidemque in posterum pollicerentur. Idem postea præstitere Bulgarici proceres, missis pariter legatis, qui se subditos Imperatori faterentur. [o] Interim ejusmodi pactis aurea Bulla ab Imperatore firmatis, Joannes coacto exercitu in Serviam & Dalmatiam, cujus Regem Uladimirum Samuelis generum in Bulgariam fraudibus allectum paulo antea interfecerat, expeditionem suscipit, & Onogoscia, Risano, Cataro, Rosa, Burgoque & adjacentibus Ragusinæ civitatis regionibus direptis vasta-

a *Anna Comn. p.* 101. 371. E. R.
b *Scyl. p.* 695. E. R. *Zonar. p.* 175. E. R.
c *Scylitz. p.* 701. 702. 703. 704. E. R.
d *Scyl. p.* 703. E. R.
e *Scyl. p.* 705. E. R.
f *Scyl. p.* 707. E. R. *Zonar. p.* 180. E. R. *Tzetz. Chil.* 10. *v.* 187. 220.
g *Scyl. p.* 702. E. R. *Anonym. Barens. & Lupus Protosp. an.* 1015.
h *Bryenn. l.* 1. *c.* 2. *l.* 3. *c.* 6.
i *Scyl. p.* 716. E. R.
k *Scyl. p.* 707. E. R. *Zonar. p.* 180. E. R. *Anon. Barens. Lupus Protosp.*
l *Scyl. p.* 709. E. R.
m *Scyl. p.* 709. E. R.
n *Lupus Protosp. an.* 1016.
o *Petr. Luccarius lib.* 1. *Annal. Ragus. p.* 9.

tisque, in Bulgariam redire cogitur, cum accepisset Basilium novum in se bellum parare. [a] Is enim certior factus omnem hunc apparatum a Joanne factum, non tam ut Dalmatis, quam ut Romanis bellum inferret, ejus consilia præverterе constituit, ac in Bulgariam instaurato itinere, Ostrouvo, Soscoque adjacentibus agris, campestribusque Pelagonia depopulatis, ad Achridem Bulgariæ Regiam progressus, quotquot Bulgaros cepit, iis oculos effodi jussit. Inde ad Dyrrachium profectus, quod eam urbem post neci datum Uladimirum per duces suos Joannes oppugnaret, in Bulgaros rursum movere coactus est, accepta suorum ad Achridem clade, Goniatze & Oresta Protospathario, quos cum manu militum hic reliquerat, in insidias ab Ibatze nobili & spectatæ virtutis Bulgaro pertractis ac cæsis. In Pelagoniam igitur reversus Imperator, Ibatzamque persecutus, Thessalonicam, indeque Mosynopolim venit, misso interea ad Strumpitzæ oppugnationem Davide Arianita, qua capta, Triaditzam & Bojon castellum per Xyphiam expugnavit: indeque Constantinopolim rediit mense Januario an. MXVI. Indict. XIV. [b] Quo quidem anno rursum versus Triaditzam contendit, hacque frustra obsessa, Mosynopolim redit, ibique quiete refectis copiis, appetente Vere Bulgariam ingreditur, missis in Pelagoniæ campestria Davide Arianita & Constantino Diogene, progressusque ad Castoriam, urbe frustra tentata, instaurata prius Berrhœa, in Joannem contendit, quem haud procul cum copiis abesse acceperat, misso cum parte exercitus Constantino Diogene. Quod ut rescivit Joannes, in insidias pertractos Romanos continuo invadit, quibus opportune succurrit Imperator. Cujus adventu territi Bulgari, fugam statim capessunt, Ecce Cæsar, (quo loco Scylitzes ait, βίζατε Τζαίζαρ, Galli dixissent, *Voici*, vel *Veci Cesar*, quasi vox hæc Gallica, uti ab Aurelianensibus pronuntiatur, apud Bulgaros tum obtinuerit,) quibus fusis ac profligatis, pluribusque factis captivis, atque in iis Joannis patruele, ad Vodena, indeque Byzantium revertitur IX. die mensis Januarii anno MXVII. Ind XV. [c] Joannes Græcorum copiis in sua redeuntibus, ad oppugnandum Dyrrachium proficiscitur, initoque prælio, interficitur, incertum a quo, (ab Angelo necatum scribit auctor Historiæ Dalmaticæ) cum imperasset Bulgaris annos II. menses V. Atque hac quidem Joannis nece per Nicephorum Pegenitam Dyrrachii præfectum accepta, Imperator statim in Bulgariam movet, cumque ad Adrianopolim & Seras venisset, venere præcipui e Bulgaris, ultro se & oppida dedentes, in quibus Cracras XXXV. castella, & Dragumuzus Strumpitzam, atque ita alii cætera Bulgariæ oppida Basilio tradiderunt, mox David Bulgariæ Archiepiscopus, cum litteris MARIÆ Joannis Regis morte viduæ promittentis se sub propositis conditionibus Bulgaria cessuram. Bulgaris proceribus variis aulæ Constantinopolitanæ dignitatibus donatis, pactisque cum Maria initis, ipse Achridem, caput totius Bulgariæ, proficiscitur, quam ingressus, repertos in ea Regios Thesauros congiarii vice in milites suos erogat, eidem urbi præfecto Eustathio Daphnomele Patricio, cum valido præsidio. Inde in castrum concedens, excepit ad se adductam Mariam cum filiis tribus & sex filiabus. Habebat etiam ea secum spurium Samuelis filium, & duas filias Radomiri, filii Samuelis, ac filias quinque, quorum alter oculis orbatus fuerat a Joanne, quo is tempore Radomirum Samuelis filium, ejusque uxorem, & generum Bladomirum interfecit.

Edit. Paris. pag. 317.

Erant præterea Mariæ filii alii tres, qui in montes Ceraunicos sese receperant: quos inter extitit *Prusianus*, qui ut & fratres alii duo diutina fracti obsidione tandem Imperatori se dediderunt, quos ille humaniter exceptos, Prusianum Magistri, reliquos Patricii dignitate donavit. [d] At Prusianus, Theodoræ, Zoes Imperatricis sororis in Romanum Argyrum conspirationi faviisse deprehensus, in monasterium primo trusus, deinde luminibus privatur; mater vero in exilium acta. [e] Alter ex fratribus Aaron, Baspracaniæ, seu Mediæ sub Constantino Monomacho Præfectus est circa annum MXLIV. initiumque dedit nobili apud Byzantinos familiæ, quæ Aaronis nomen servavit, cujus meminit in Alexiade [f] Anna Comnena. [g] Cum denique universa Bulgaria Basilii subiisset imperium, solus Ibatzes, seu Ivatzes, ei sese opposuit, coactis copiis, captisque aliquot castellis. Sed tandem captus, oculis est exutus. Hac illustri exacta expeditione, partisque victoriis, Constantinopolim reversus Basilius, urbem per Auream Portam triumphantis specie ingressus, corona aurea cristata redimitus, præeuntibus Maria, Samuelis filiabus, & reliquis Bulgaris, in æde Sophiana gratias ob concessam victoriam egit. Id peractum anno Mundi juxta Græcos MMMMMMDXXVII. Christi MXIX. Ind. II. [h] Exinde Bulgari in Mysiam inferiorem ultra Danubium translati fuere, eorumque quas citra fluvium habitabant provinciæ Patzinacitis concessæ a Constantino Monomacho, postquam illas in suam potestatem redegisset. Atque hinc discimus cur [i] Albertus Aquensis scribat sua tempestate, circa annum MXCVI. Bulgariam fuisse a Patzinacitis habitatam. Tradit præterea [k] Ademarus Cabanensis Basilium voto se obligasse Deo, Monachum futurum, si Græcis gentem Bulgarorum subderet, profligatisque exinde iis, habitum monasticum Græca figura subter indutum in reliquum omni vitæ suæ tempore a voluptate & carnibus abstinentem, & imperiali schemate extrinsecus fuisse circumdatum: postea vero Iberiam subjugasse. Ex hac porro Bulgarica victoria illustre deinceps Bulgaroctoni cognomen Basilio mansit.

Bulgaria deinde, illa scilicet quæ citra Danubium jacet, a Ducibus cœpit administrari, [l] quorum primus, ni fallor, fuit CONSTANTINUS DIOGENES, Sirmii Præfectus, Romani Diogenis pater: [m] qua etiam dignitate donatus legitur BASILIUS, sub Constantino Monomacho. Michaele vero Paphlagone imperante, rursum defecere Bulgari. Quippe

XXVI. [n] PETRUS, cognomento DELEANUS, nescio cujus Constantinopolitani incolæ servus, ex urbe profugus in Bulgariam venit, ubi filium se Romani & Samuelis nepotem, vel, ut ait Zonaras, Aaronis Samuelis fratris nothum filium se jactitando; Bulgaros nuper subactos, libertatisque appetentes facile concitavit, a quibus statim in Regem est proclamatus, interfectis omnibus quotque in iis regionibus reperti sunt Græcis. Quo quidem Bulgarorum defectionis accepto nuntio, Basilius Synadenus Dyrrachii Præfectus, confestim ejus loci copias in Deleanum eduxit, occurrendum ratus priusquam hoc incendium vires sumeret. Sed Basilio a Dermocaita ad Imperatorem tamquam affectatæ tyrannidis reo delato, & in custodiam dato, ipse Dermocaita eidem suffectus, & in Bulgariam præfectus, rebus male gestis, a Bulgaris fusus est & fugatus. Interim alia exorta est factio, quibusdam

a *Scylitz. p. 710. E.R.*
b *Scylitz. p. 711. E.R.*
c *Scylitz. p. 712. E.R.*
d *Scylitz. p. 723. E.R. Zonar. p. 183. E.R.*
e *Scylitz. p. 771. E.R.*
f *Anna lib. 13. p. 377. E.R.*
g *Scylitz. p. 714. E.R.*
h *Nicepb. Greg. l. 1. p. 19. E.R. Voill. Tyrius l. 2. c. 4.*
i *Albert. Aq. l. 1. c. 19.*
k *Ademar. Cabanens. p. 169. to. 2. Bibl. Labbei.*
l *Scyl. p. 721. E.R. Zon. p. 182. 219. E.R.*
m *Scilitz. p. 778. 771. E.R. Zonar. p. 207. E.R. Glycas.*
n *Scyl. p. 745. E.R. Zon. p. 191. 192. E.R.*

XXVII. [a] THIOMIRUM, seu THOECOMIRUM, Regem eligentibus; cujus quidem regnum haud diu stetit. Nam Deleani artibus, a quo per litteras ad potestatis societatem invitatus fuerat, a populo lapidibus obrutus est. Is solus omnem nactus potestatem, versus Thessalonicam cum copiis contra Imperatorem contendit, qui nescio quo pavore correptus, incomposito agmine in urbem continuo rediit, omnibus impedimentis, ac quicquid erat auri atque argenti relictis, iisque commendatis Manueli Ibatzæ Bulgaro, qui Græcis tum merebat, & Cubiculario cuidam Eunucho ea secum adducere & sequi jussis: quibus ii acceptis, ad Deleanum transierunt. Exhinc Deleanus, capto per Caucanum Dyrrachio, Græcos duce Antymo ad Thebas delet, & Nicopolitanam regionem, ipsamque Naupactum in jus suum redigit. Interea anno MXL. sub mensem Septembrem,

XXVIII. ALUSIANUS Patricius, & Theodosiopolis Præfectus, Aaronis secundus filius, ex quadam offensa clam urbe egressus, ad Deleanum se confert, a quo benigne comiterque excipitur. Is vero veritus, ne ad ipsum potius, ut erat Regio ortus sanguine, inclinarent Bulgari, consortem, ut præ se ferebat, Imperii adscivit, ac cum exercitu XL. millium militum ad oppugnandam Thessalonicam misit, cui tunc præerat Constantinus Patricius, Michaelis Paphlagonis Imperatoris patruelis: at Præsidiarii apertis portis Bulgaros improvisa impressione perterritos in fugam conjecerunt, in qua cecidere amplius quindecim millibus hostium, captique haud pauciores, S. Demetrio Thessalonicensibus præire ac pro urbe decertare palam conspecto. Hac accepta clade Deleanus & Alusianus, cum alter de altero sinistra suspicatus, hic ob rem male gestam, ille proditionem interveniisse opinatus, invicem diffiderent, Alusianus socium antevertendum ratus, ad convivium invitat, crapulaque & ebrietate capto oculos eruit, nemine Bulgarorum persentiente, indeque Mosynopolim ad Imperatorem profugit, a quo Magistri dignitate donatur. Ipse vero Michael Imperator per Thassalonicam in Bulgariam venit, comprehensumque Deleanum Thessalonicam mittit: hinc in interiora pergens, capto Ibatza, universam Bulgariam in potestatem redigit, rebusque compositis, datoque provinciæ Præfecto, Constantinopolim revertitur, ubi sumpto prius habitu monachico, haud multo post obiit mense Decembri, Indict. IX. anno MXLI. Alusiani porro istius filius fortasse fuit Samuel Alusianus Vestarcha, cui uxor fuit soror Eudociæ Dalassenæ, Constantini Ducæ Imperatoris conjux. Jam vero inter Bulgariæ Præfectos, qui Ducum titulo donari ut antea consueverant, recensentur præ cæteris NICEPHORUS CARANTENUS, DAMIANUS DALASSENUS, & NICEPHORUS BRYENNIUS, qui hac dignitate insigniti leguntur Michaele Duca imperante: sub quo Bulgari rursum defecere, electo in Regem

XXIX. CONSTANTINO BODINO, Michaelitzæ Serviæ Regis filio, qui a Saronita captus, Constantinopolim perductus est. A Venetis deinde pretio exsoluto libertati datus, Serviæ postmodum imperavit. Sub Alexio Comneno eamdem Bulgariæ Ducis dignitatem obtinuit [b] NICETAS, quem Albertus Aquensis & Antistes Tyrius Nikitz, Thwroczius vero Nicetam vocant, quique ab Hungaris in prælio captus, libertatem postea est consecutus. Is est Nicetas, qui præcipuam Christianorum exercitus partem, cui ad expeditionem Hierosolymitanam pergenti præerat Petrus Eremita, profligavit. Nicetæ suffectus dux alter, quem idem [c] Albertus GUZH nuncupat, qui Guillelmi Pictavensis Comitis copiis eam suscipientibus expeditionem transitui aliquandiu obstitit. Mansit denique Romanorum annexa imperio exinde Bulgaria usque ad Isaacii Angeli imperium, sub quo tandem omnino est abstracta, trium fratrum defectione, ut deinceps sumus dicturi.

Edit. Paris. pag. 318.

a *Idem.*
b *Scyl. p. 829. E. R.*
c *Scyl. p. 851. 852. E. R.*

d *Albert. Aq. l. 1. c. 8. 9. 10. 11. 12. Vuill. Tyrius l. 1. c. 19. Thwrocz. l. 1. c. 50. 57.*
e *Albert. Aq. l. 8. c. 34.*

VII.

SERIES ALTERA REGUM BULGARIÆ post instauratum regnum.

XXX. PERSTITIT, uti diximus, in Imperatorum Constantinopolitanorum potestate Bulgaria [a] usque ad Isaacium Angelum Imperatorem, sub quo Bulgari angustiis & castellis freti, quæ plurima habebant præruptis saxis ædificata, cum etiam Græcorum potentiam parvi penderent, abacti per vim pecoris & quarumdam exactionum occasione aperte defecerunt. Defectionis istius principes extitere duo ex illa gente, & [b] ex Regio sanguine fratres, PETRUS, & ASAN, qui ne sine causa res novas moliri viderentur, Imperatorem Cypselli agentem conveniunt, ut in Græcorum legiones admitterentur, sibique prædium exigui reditus ad Hæmum montem assignaretur, enixe rogantes. At ii cum repulsa injuriaque dimissi, domum redeunt, palamque deficiunt, Bulgaris in suas partes arte pertractis: cum enim rei difficultate territi defectioni manus dare utcumque ii renuerent, fratres ut popularibus suis eum metum adimerent, ædem sacram S. Demetrio Martyri ædificarunt, in eamque multos dæmoniacos utriusque sexus coegerunt, qui furore quodam correpti, Deo visum esse proloquerentur, ut gens Bulgarorum excusso Græcorum jugo libertatem consequeretur, eaque de causa Demetrium Martyrem, relicta Thessalonica, Romanorumque tutela, ad ipsos perveniisse, adjutum id opus. Qua Bulgari arte delusi, fratribus se *pag. 319.* se adjungunt, Petro puniceis calceis Regioque diademate donato. Tum vero diviso invicem Imperio Asan in regni consortium venit. [c] Nicetas & [d] auctor expeditionis Asiaticæ Friderici I. Imperatoris, præcipuam auctoritatem Petro videntur adscribere, quam Asani tribuit exerte [e] Acropolita. Vario porro Bulgaros inter & Græcos pugnatum est eventu. Nam Græci Bulgariam ingressi ac populati, cum in castella & urbes, quæ pleræque in Hæmo erant, præsidia introducere liceret, supplicum incolarum decepti verbis recesserunt, posthabito alias Basilii Bulgaroctoni consilio, quod in Sosthenii monasterio affixisse ajunt, si quando Bulgari denuo novis rebus studerent, suum

a *Nicetas in Isaacio l. 1 n. 4. 5. 6.*
b *Gesta Innocentii III. PP. p. 67.*
c *Nicet. l. 1. n. 5.*

d *Exped. Asiat. Frider. I. p. 61.*
e *Acrop. c. 12.*

exemplum imitandum esse, & provinciam, castris in ea positis, peragrandam ei qui bellum cum illis gesserit. [a] Isaacius quippe missis subinde inexpertis ducibus, iisque fusis ac fugatis, Petrus & Asan quod reliquum erat Græcorum e Bulgaria facile abegerunt. Tum vero finibus suis egressi, in Thraciam versus Philippopolim & Berrhœam factis excursibus, agros omnes depopulati sunt. [b] Cum porro Fridericus I. Imperator per Romaniam iter fecit, in sacram expeditionem profectus, Petrus qui & Calopetrus appellabatur, & una cum fratre Asane in Bulgaria imperabat, Legatos ad illum Adrianopoli tum degentem misit, qui Græciæ sibi imponi ab eo diadema rogarent, illiusque auxilio contra Græcorum Imperatorem cum XL. millibus Bulgarorum venturum suo nomine pollicerentur. At Fridericus, qui proritandos Græcos haud censebat, Legatis cum honestis responsis dimissis, iter propositum confecit. [c] Neque vero feliciori eventu in Bulgaros sese gessit Alexius Angelus Isaacii fratris successor: nam cum frustra eos de pace sollicitasset, quo excursiones Bulgarorum depopulationesque coerceret, exercitum collegit, quem Asan perinde fregit, fugavitque, capto ipso duce Isaacio Sebastocratore. [d] Verum haud diu partæ victoriæ superstes Asan fuit, statim postea a Juanco, seu Joanne nobili Bulgaro, quem [e] Acropolita illius patruelem fuisse ait, interemptus. [f] Scriptor vero Anglicus veste Imperatoria veneno infecta induta periisse fama tum vulgatum tradit, quod ad annum MCLXXXIX. videtur referre. Regnavit porro Asan annos IX. ut auctor est [g] Nicetas, *Joanne & Alexandro* relictis filiis.

XXXI. [h] PETRUS, Bulgariæ in solidum imperavit, post fratris necem, quam ultus est, Juanco qui Trinovum occuparat, fugato, & Constantinopolim concedere coacto. Neque diu pariter postea vixit Petrus, eo a quodam e suis similiter occiso.

XXXII. JOANNES, quibusdam CALOJOANNES, Villharduino JOANNITZAS, Innocentio denique Pontifici III. JOANNITIUS appellatus, [i] Petro fratri Bulgariæ Regi, vel Imperatori successit, quem ille adjutorem laborum, regnique participem assumpserat. Is haud parvo tempore apud Græcos obses fuerat, cum Imperator Isaacius secundum in Bulgaros arma movit, sed fuga elapsus domum redierat. Statim atque regni diadema suscepit, Summorum Pontificum tutelam protectionemque aucupari studuit, Græcanico ejurato schismate, Ecclesiæ Romanæ ritus amplexari se velle testatus, [k] missisque eum in finem Romam Legatis anno MXCVII. [l] Sed & postea erga Innocentium III. acrius institit, ut Patriarcham suis in ditionibus institueret, & Cardinalem mitteret, a quo ritu solemni coronaretur, Symeonem, Petrum, & Samuelem decessores suos coronam & benedictionem Apostolicam a sancta Romana Ecclesia excepisse jam olim exponens. [m] A quo quidem instituto Joannem avertere non semel conatus est Constantinopolitanus Imperator, eum se corona donaturum, missurumque Patriarcham pollicitus: at posthabitis Græcis a sententia abduci non potuit. [n] Innocentius igitur Joannem Capellanum, S. Sedis Apostolicæ Legatum ad eum misit, ut & Trinovitanum Archiepiscopum Pallio donaret, Bulgariæ totius Primatem instituteret, Regesque coronandi jus in posterum ei adscriberet. [o] Joanne deinde consentiente instituti Metropolitani duo Episcopi Presthlauvæ & Vueleſvudi. [p] Denique Innocentius, quo Regis satisfaceret flagitationi, ad eum misit Leonem tit. S. Crucis Cardinalem, Sedis Apostolicæ Legatum, cum sceptro, corona, & vexillo cruce & Ecclesiæ clavibus insignito, jure insuper intra regni fines cudendi monetam armis suis insignem concesso. [q] Leo igitur Trinovum pervenit XV. Septembris die, anno MCCIV. Trinovitanum Archiepiscopum in Bulgariæ Primatem consecravit VII. Novembris S. Jacobo festo die, ac postridie Joannem in Bulgariæ & Valachiæ Imperatorem solemniter coronavit. Quibus exactis sub XV. ejusdem mensis diem e Bulgaria profectus est, Romam reversurus. Non hic porro Joannis Regis gestis bellicis describendis immorabor, neque enatis subinde cum Hungariæ Rege, Franciſque nostris, qui Constantinopolitanum Imperium invaserant, controversiis, cum hæc pluribus pridem a nobis exarata sint [r] in Historia Franco-Byzantina. Id tantum annotasse in præsens sufficerit, [s] mortuum Joannem in obsidione Thessalonicensi anno MCCVII. & ut tum fama ferebat, interemptum fuisse a S. Demetrio urbis Patrono. De uxore vero ac liberis silent scriptores. Nam quod [t] Bzovius ex Bulgariæ Patriarchæ ad Innocentium [u] Epistola colligit, Joannem Romam filium misisse, quo latinas litteras addisceret, ex [x] alia ejusdem Regis ad ipsum Pontificem evanescit, ex qua satis percipitur missos Romam parvulos duos, Joannis Regis filios haud fuisse. [y] Id certe constat Joanni filiam extitisse, quam Vorylas successor Henrico Flandrensi Constantinopolitano Imperatori in uxorem dedit.

Edit. Paris. pag. 320.

XXXIII. [z] VORYLAS, interdum [A] PHRORYLAS appellatus, Joannis ex sorore nepos, extincto avunculo, Bulgariæ regnum invasit, utque usurpationem suam fortius stabiliret firmaretque, SCYTHIDEM materteram, ejusdem Joannis sororem, uxorem duxit. [B] Verum non ea est usus felicitate qua Joannes, tum in bellis quæ contra Francos nostros gessit, a quibus fusus est ac profligatus anno MCCVIII. neque in usurpata contra fas regia potestate tuenda. Quippe

XXXIV. [C] JOANNES ASAN, hoc postremo nomine vulgo donatus ab historicis, ejus patruelis, Asanis Regis filius, qui Voryla regnum arripiente in Russiam fugerat, coactis ibi aliquot militaribus copiis, Bulgariam ingressus, fuso primum Voryla, regnique maxima parte occupata, hunc Trinovi, quo se receperat, per septennium obsedit. Cujus urbis incolæ tam diutinæ obsidionis, bellique labore defatigati, tandem ultro se Asani dedidere; Voryla inter fugiendum capto, oculisque exuto, & carceri mancipato. [D] Controversias bellaque exercuit cum Theodoro Angelo Epiri Principe, quem prælio fudit anno MCCXXX. captumque luminibus pariter orbavit. Verum haud multo post, pace invicem composita, illius filiam in uxorem accepit. [E] Exhinc sub annum MCCXXXIV. cum Joanne Vatatze Græcorum Imperatore fœdus iniit, cujus filio filiam suam tum nu-

a *Nicet. in Isaac. l. 1. n. 6. l. 2. n. 1. l. 3. n. 3. 4. 8.*
b *Exped. Asiat. Frider. l. p. 73.*
c *Nicet. in Alex. l. 1. n. 4.*
d *Nicet. in Alex. l. 1. n. 5.*
e *Acrop. c. 12.*
f *Radulf. de Diceto in imag. hist. n. 1189.*
g *Acrop. c. 13. 20. Alberic. MS. an. 1230.*
h *Nicet. in Alex. l. 1. cap. 5. 6. Vide Stemma Angelor.*
i *Nicet. in Alex. l. 1. n. 6.*
k *Innoc. III. l. 6. Ep. 142. apud Rainald. an. 1203. n. 20.*
l *Idem Innoc. l. 2. pag. 560. l. 3. Ep. 115. 116. apud Rainald. an. 1201. n. 33. Gesta Innoc. p. 50. 52. 69. 71.*
m *Innoc. l. 6. Ep. 142.*
n *Gesta Innoc. pag. 55.*
o *Gesta Innoc. p. 57. Raynald. an. 1204. n. 28. & seqq.*
p *Gesta Innoc. pag. 57. 58. 59. Bzovius 1204. n. 16. 1205. n. 14.*
q *Gesta Innoc. pag. 71.*
r *Hist. de l'Empire de C. P. sous les Empp. Francois l. 1. 2.*
s *Acropol c. 13. Alber. an. 1206. Stauracius de Miracul. S. Demetrii apud Allat. ad Acrop. p. 234.*
t *Bzovius an. 1205. 24.*
u *Gesta Innoc. pag. 71.*
x *Ibid. pag. 70.*
y *Hist. Franco-Byz. l. 2. num. 11.*
z *Acrop. compend. cap. 12.*
A *Acrop. hist. c. 12.*
B *Hist. Franco Byz. l. 2. num. 7. Dautreman. in Constantinopoli Belg. l. 5. c. 1. n. 1.*
C *Acrop. c. 13. 20.*
D *Hist. Franco-Byzant. l. 3. n. 16.*
E *Ibid. l. 3. n. 19. 20. 21. 22.*

ptum dedit: annoque sequenti uterque Princeps Constantinopolim, quam Franci nostri obtinebant, Joanne Bryennensi, qui *Imperatoris* titulo gaudebat, urbem tuente, obsidione circumdedit, a quibus, duobus conflictibus, Bulgari Græcique fusi sunt ac fugati. [a] Neque diu stetit Asanis & Theodori concordia, Asane Francis sese adjungente: cum quibus, ut erat homo instabilis, rursum inita fœdera statim dissolvit. [b] Quæ quidem animi levitas Andreæ Hungariæ Regis bellum in Asanem convertit, ad quod suscipiendum a Gregorio IX. Summo Pontifice fuit potissimum impulsus, cujus quidem qualis fuerit eventus, ex scriptoribus haud liquet. [c] Obiit Asan Junio mense an. MCCXLI. relictis ex utraque, quam duxit, uxore, aliquot liberis. [d] Prior fuit MARIA, ejusdem Andreæ Hungariæ Regis filia, non vero Belæ IV. uti scripsit Pistorius, a quo perperam Anna appellatur, [e] quæ sub an. MCCXXXVII. fatis concessit. [f] Tradit ejusce ævi scriptor, Andream ex Hierosolymitana expeditione per Bulgariam redeuntem, detentum fuisse ab Asane, nec dimissum, donec fide interposita filiam nuptum sibi daturum esset pollicitus. Ex hac nati *Calomanus*, qui in regnum successit, filiusque alter, qui eodem anno quo mater obiit; [g] *Helena*, Theodoro Lascari, postmodum Imperatori, Joannis Vatacii filio nupta, & [h] *Thamar*, cujus meminit Acropolita. Extincta Maria, alteram sibi adscivit conjugem, [i] IRENEM, Theodori Angeli Thessalonicensis Imperatoris filiam, ex qua procreati *Michael*, qui post Calomanum Bulgariæ regnum obtinuit, natæque duæ, *Theodora* & *Maria*. [k] Acropolita, qui harum meminit, haud sibi videtur constare, cum has ita loco altero, & quam Theodoram hic, *Annam* alibi appellet. [l] Maria vero cum Mytze, qui Bulgarorum Rex fuit, matrimonio juncta fuit. [m] Habuit præterea Asan filiam notham *Mariam*, quam Manueli Comneno, Theodori Angeli Epiri Despotæ fratri, copulavit.

XXXV. CALOMANUS, vel CALAMANUS, uti ab Acropolita nuncupatur, familiari Hungariæ Regum familiæ nomenclatura, unde ob matrem ex ea ortam illi accesserat, [n] parenti in regnum successit annos vix natus XII. [o] Obiit vero haud multo post anno MCCXLV. non sine propinati veneni suspicione.

XXXVI. MICHAEL ex secundo Asanis ortus conjugio, fratre extincto regnum Bulgariæ adiit: [p] ut vero vix pueritiam tum excesserat, hac captata occasione Joannes Vatatzes Græcorum Imperator indicto Michaeli bello, complura quæ in Thracia & in Thessalia obtinebat oppida expugnavit: [q] quæ ille post Vatatzæ obitum facile recepit, [r] bello interim vario eventu inter Michaelem & Theodorum Joannis filium flagrante. [s] Tandem pax inter utrumque composita, Uro Russiæ Principe, cujus filiam uxorem duxerat Michael, hanc conciliante. [t] Interemptus fuit a Patruele Calomano versus Trinovum sub annum MCCLVII. [u] Eo regnante in Bulgariam irrupisse Tartaros scribit Aithonus.

Edit. Paris. pag. 321.

XXXVII. [x] CALOMANUS II. Alexandri filius, Asanis Bulgariæ Regis nepos, mortuo Michaele regnum invasit, ducta in uxorem ejusdem Regis vidua, quod haud diu obtinuit: Urus enim Russiæ princeps cum valido exercitu generi necem ulturus in Bulgariam venit, expugnatoque Trinovo, filiam secum abduxit. Calomano vero dum fuga sibi consulit, a Russis interempto,

XXXVIII. MYTZES, [y] qui MARIAM Michaelis sororem uxorem duxerat, Bulgariæ Rex statim proclamatur: cum ea tempestate Anchialum, Sozopolim, Agathopolim, Canstrisium, aliaque oppida dominii jure obtineret. Verum ut molli remissoque erat animo, nec militaribus innutritus exercitiis, in Bulgarorum incidit contemptum, qui illius pertæsi imperii, Constantinum Techum Regem dixere. Hic vero Trinovum, in quod se receperat Mytzes, confestim obsedit, urbeque expugnata, Mytzem cum uxore & liberis Mesembriam concedere coegit, unde postmodum Theodorum Lascarim Græcorum Imperatorem adiit, & Mesembria ei tradita, aliquot circa Trojam & Scamandriam ab eo prædia obtinuit, in quibus vitæ reliquum exegit. Hanc porro oppidorum commutationem ad Michaelis Palæologi tempora videtur referre [z] Pachymeres; quippe, ut is scribit, Mytzes regnum recuperare conatus est, ex eoque Techum exegit, & intra Stenimachum, oppidum Græcorum, quo se receperat, obsedit: at Michaele Techo auxilio veniente, Mytzes Mesembriam sese recepit, ibique aliquamdiu regnavit. Demum fœdere cum Michaele inito, quæ tenebat oppida Michaeli tradidit, is vero Joanni Asani Mytzæ filio Irenem filiam in uxorem concessit.

XXXIX. [A] CONSTANTINUS, Techi filius, a Bulgaris Rex proclamatus, ut electionem suam connubio aliquo illustri, ac potentis Principis amicitia firmaret, [B] IRENEM, seu uti a Nicephoro Gregora nuncupatur, THEODORAM, filiam Theodori Lascaris Imperatoris ex Helena Bulgariæ Regis Joannis Asanis filia, in uxorem expetiit. [C] Erat ea tempestate Constantinus alteri conjugio illigatus, quo soluto, uxorem in illius quod cum ejus filia initurus esset, securitatem, ad Theodorum misit. [D] Irene vero Constantino nupta, cum accepisset Joannem Lascarim fratrem a Michaele Palæologo pessime acceptum, ac usurpato Imperio, oculis privatum fuisse & in carcerem conjectum, conjugem ad bellum contra usurpatorem suscipiendum impulit, Azatino Iconiensi Sultano ad id præterea Constantinum incitante. Is igitur cum XX. millium Scytharum exercitu Thraciam ingressus, hancque depopulatus, Michaelem fugere coegit, demumque Sultanum, qui Æni captivus servabatur, libertate donavit. Irene seu Theodora extincta, [E] MARIAM CANTACUZENAM, Eulogiæ Michaelis Palæologi Imperatoris sororis filiam, in alteram conjugem accepit, ex eaque *Michaelem* procreavit, quem in Regem coronari, superstite conjuge, curavit mater. Aliquanto vero postea tempore, cum in Lachanam, qui coactis militaribus aliquot copiis, Bulgariæ agros depopulabatur, Constantinus exercitum eduxisset, commisso invicem prælio, Constantinus interimitur.

a *Ib. l. 4. n. 2. 3.*
b *Ib. n. 6. 7.*
c *Acrop. c. 39. Ph. Mouskes. Alberic. an. 1241. Hist. Franco-Byzant. l. 4. n. 25.*
d *Acrop. c. 31. 33. Epist. Andreæ Reg. in Gest. Dei p. 1193. Ph. Mouskes. Rainald. an. 1238. 12.*
e *Hist. Fr. Byz. l. 4. n. 4.*
f *Thom. Archid. in Hist. Sal. c. 26.*
g *Ibid. l. 4. n. 2. 4.*
h *Acrop. c. 39. 50.*
i *Hist. Fr. Byz. l. 4. n. 4. Acrop. c. 38. 39. 45.*
k *Acrop. c. 38. 39.*
l *Gregor. l. 2. p. 45. Pachym. l. 5. c. 5.*
m *Acrop. c. 25. 26. 38.*
n *Acrop. c. 39. 40. 43. 44.*
o *Acrop. c. 43. Hist. Fr. Byz. l. 4. n. 25. 33.*
p *Hist. Fr. Byz. l. 4. n. 33.*
q *Acrop. c. 54.*
r *Id. c. 55. & seq. Gregoras l. 3. p. 39.*
s *Acrop. c. 62.*
t *Id. c. 73.*
u *Aithon. c. 21.*
x *Acrop. cap. 73.*
y *Pachym. l. 5. c. 5. l. 12. c. ult. Nicepb. Gregor. l. 2. cap. 43.*
z *Pachym. l. 5. c. 5.*
A *Acrop. cap. 83. Pachym. l. 5. c. 5.*
B *Pachym. l. 2. cap. 26. l. 5. cap. 3. l. 6. cap. 5.*
C *Greg. l. 3. p. 44. 45. E. R.*
D *Gregor. l. 4. pag. 71. E. R.*
E *Gregor. l. 5. p. 93. E. R. Pachym. l. 5. c. 3. l. 6. cap. 1. 2. 4.*

XL. LACHANAS, [a] seu, ut id effertur nominis a Slavis, LAHANAS, [b] a Bulgaris CORDUCUVA cognominatus, qui infima stirpe progenitus natalium defectum animi magnitudine compensabat, cæso ac profligato Constantino, Bulgariæ regnum invasit, & MARIAM CANTACUZENAM, illius viduam, uxorem duxit. [c] Cumque ad universum Constantinopolitanum Imperium conquirendum, magno ad id facto copiarum militarium apparatu, se accingeret, Michael Palæologus, quo imminentem tempestatem averteret, huic Joannem Asanem generum, Mytzæ qui Trojæ obierat, filium, opposuit: [d] quod ut rescivit Lachanas, Tartaros ac Scythas Septentrionales sibi devinciendos ratus, in Tartariam profectus, ab eorum Rege Noga in convivio occiditur. Atque ita

XLI. JOANNES ASAN Rex proclamatus, Bulgariam facile obtinuit: [e] Maria interim Lachanæ uxore cum filio Michaele, quem ex Constantino genuerat, Constantinopolim concedente. Verum haud diu prospera usus est fortuna; [f] quippe Terter, qui natales a Comanis arcessebat, vir cæterum animi magnitudine insigni, facta defectione, regno Asanem pellere constituit: quem ut in suas partes traheret, sororis ei conjugium obtulit: hac ille accepta conditione, uxorem quam antea duxerat, cum liberis ex ea susceptis Nicæam misit, Asanisque sororem iterato matrimonio sibi adjunxit. Asan denique ut generum majoribus beneficiis cumularet, vel, ut scribit Pachymeres, Michael ipse Palæologus, Despotæ dignitate Terterem donavit. Verum tot collata a socero bona, ad arripiendam tyrannidem Terteris animam validius accenderunt, cognita cæteroquin Asanis stoliditate ac levitate. Asan vero ut Terteris, quem vitæ suæ insidiari perceperat, vitaret insultus, Michaelem Palæologum Imperatorem socerum Constantinopolim velle se invisere finxit, factoque itineris apparatu, quotquot potuit thesauros secum abduxit: [g] quo cum pervenisset, a Michaele benigne exceptus, & Romaniæ Despotæ dignitate donatus, in eadem urbe tandem obiit, cum illustri admodum Græcanicæ familiæ dedisset originem, Asanum nomenclatura, cujus stemma post exactam Regum Bulgarorum seriem perstringemus. Sub altero porro postremorum Regum Bulgariæ, Stephanus Hungariæ Rex, [h] qui biennio dumtaxat regnavit, a mense scilicet Majo an. MCCLXX. ad mensem Julium an. MCCLXXII. Bulgariam invasisse & expugnasse [i] dicitur, hancque Hungaricis Regibus vectigalem feciisse, ex quo ille & successores, præsertim vero [k] Ladislavus V. Stephani ejusdem filius, Reges Bulgariæ inscripti leguntur, ut Serviæ Reges pariter simili de causa sese appellasse constat.

Edit. Paris. pag. 322.

XLII. GEORGIUS TERTER, Joanne Asane excedente, regnum Bulgariæ statim invasit, [l] ejusdemque sororem, ex qua filiam genuerat, [m] postmodum Milutino Serviæ Regi nuptam, Constantinopolim remisit, priore, quam Nicæam amandaverat, revocata uxore. [n] Hunc Nicolaus IV. Summus Pontifex ad amplexandam Romanam Ecclesiam adhortatus est sub an. MCCXCI. scriptis eum in finem ad Helenam Serviæ Reginam litteris. [o] Eo regnante Scytharum seu Tartarorum, qui ultra Danubium habitabant, Rex Noga, facta in Bulgariam irruptione, hanc occupavit, pulso Tertere, qui aliquandiu in Adrianopolitana urbe latuit, cum Imperator Andronicus Palæologus Senior auxilia ei submittere non esset ausus, ne Tartaros in Thraciam ipsam pertraheret. [p] Terteris filiam Michaeli Angelo, Cotruli cognominato, ac Despotæ, nuptam memorat Pachymeres. Pulso igitur Tertere,

XLIII. [q] SMILTZES a Noga Bulgariæ Rex constituitur, regnumque obtinuit quoad ille superstes fuit. Noga vero e vivis exempto, illius filius & successor Tzachas hunc regia dignitate exuere constituit, quo Suvestislavum Terteris filium, cujus sororem in uxorem duxerat, in paternam potestatem restitueret. At cum jam potiorem Bulgariæ partem obtinuisset, Suvestilavus, qui Tartaro principi haud fidebat, verebaturque ne ab eo tandem male acciperetur, cum etiam opibus valeret, ducta in uxorem ENCONA, Mancusi, qui a Pantaleone divite mercatore adoptatus fuerat, filia, Tzacham intra Ternovum interceptum interfecit. [r] Smiltzæ porro uxor fuit filia Constantini Palæologi, Michaelis Imperatoris fratris. [s] Filiam vero habuit Eltimero, Terteris Regis fratri nuptam, a quo Rodoslavus nobilis Bulgarus, qui ab Andronico Sebastocratorica dignitate donatus fuerat, prælio deletus fuit.

XLIV. [t] SUVESTISLAVUS, seu ut a Græcis scriptoribus appellari solet, SPHENDOSTHLAVUS, ut Bulgariæ Rex est proclamatus. Terterem patrem, qui ab Imperatore Andronico captus detinebatur, redditis aliis captivis Græcis proceribus, libertate donatum in Bulgariam revocavit. Neque tamen in pristinam regiam dignitatem eum restituit, sed in libera custodia in oppido nescio quo vitam agere privatam permisit, quam agens tandem obiit. [u] Expeditione deinde sub annum MCCCIII. in Andronicum suscepta, adversus Turcos tum bellum gerentem, Imperator Michaelem filium cum exercitu adversus Suvestislavum misit, quo in bello Bulgari aliquot ad Hæmum montem oppida oppugnarunt. [x] Verum pax inter utrumque Principem haud multo post composita, Suvestislavo THEODORAM ejusdem Michaelis filiam in uxorem accipiente, [y] utque ad hoc conjugium perveniret, pactis quæ antea de ducenda Joannis Ducæ Patrarum Despotæ filia inierat, irritis factis. [z] Obiit ex morbo sub annum MCCCXXIII. Suvastislavo soror fuit, quæ priori conjugio Stephano notho Serviæ Regi, altero deinde Michaeli Cotruli ex Angelorum gente, nupsit. Cotrules vero uxorem antea duxerat Michaelis Palæologi Imperatoris filiam.

XLV. GEORGIUS TERTER II. Suvestislavi Regis ex priore conjuge filius, eidem in regnum succedit. [A] Moto deinde in Græcos bello, Philippopolim militari præsidio destitutam capit, ad Adrianopolim usque facta excursione. Vicissim vero junior Andronicus Imperator Bulgariam ingressus, agros depopulatur, mortuoque statim postea Georgio, Philippopolim recipit, aliis præterea Bulgarorum oppidis expugnatis. *pag. 323.*

XLVI. [B] BOESILAVUS, Georgii patruus, ac Suvestilavi filius, qui ea tempestate in castris militabat Andronici, ad quem se receperat, ac-

a *Orbin. p. 463.*
b *Pachym. l. 6. c. 3. 7. 8.*
c *Gregoras l. 5. p. 94. E. R.*
d *Pachym. l. 5. c. 5. l. 6. cap. 4. 6. 9. 19.*
e *Gregoras l. 5. pag. 95. E. R. Pachym. l. 6. c. 8.*
f *Pachym. l. 6. c. 8. 9.*
g *Pachymer. l. 7. cap. 20.*
h *Stero an. 1270. 1272. Suffrid. an. 1272.*
i *Thuvrocz. l. 2. c. 77. Bonfin. dec. 2. l. 8.*
k *Odoric. Raynald. an. 1279. 31. 1280. 8. 9. Lucius l. 4. hist. Dalm. c. 12.*
l *Pachym. l. 6. c. 8. 9. l. 7. c. 20.*
m *Id. l. 9. c. 27.*
n *Wadding. an. 1291. 9. 13. Raynald. an. 1291. 38. 39. 40.*
o *Pachym. l. 7. cap. 26.*
p *Id. l. 11. cap. 19.*
q *Pachym. l. 9. cap. 26.*
r *Pachym. l. 11. c. 18.*
s *Pachym. l. 9. c. 26. l. 11. cap. 18. 27. 28. l. 12. c. 13.*
t *Pachmy. l. 9. c. 26.*
u *Pachym. l. 11. c. 18. Cantacuz. l. 2. cap. 26.*
x *Pachym. l. 12. cap. ult. Nicepb. Gregor. l. 8. p. 197. E. R. Cantacuz. l. 1. c. 21. 22. Phranz. l. 1. c. 10.*
y *Pachym. l. 7. c. 7.*
z *Nicepb. Greg. c. 8. p. 221. E. R. Cantacuz. l. 1. cap. 5. Nicepb. Greg. l. 6. p. 140. E. R.*
A *Cantacuz. l. 1. c. 35. 36.*
B *Cantac. l. 1. c. 3.*

cepta nepotis morte, complura Bulgariæ occupavit oppida, quæ ultra sese dedidere, tamquam regni justiori hæredi, atque Andronici Imperatoris assensu Bulgariæ Despotam se inscripsit. At

XLVII. [a] MICHAEL STRASCIMIRUS, Strascimiri, seu, ut a Græcis scriptoribus appellatur, Streantzimiri filius, Vidini, quod vetus fuit Viminacium, Præfectus, quippe a Bulgaris & Comanis trahebat originem, cum in Regem fuisset electus a proceribus, a quibus Trinovum regni metropolim, & quod reliquum erat Bulgariæ oppidorum acceperat, confecto exercitu in Boesilavum movit, & in Græcos, qui post Georgii Terteris mortem complura expugnarant Bulgariæ oppida, quorum pleraque recepit, fugato etiam Boesilavo, qui cum a suis desertus esset, Constantinopolim ad Imperatorem Andronicum tandem concessit. [b] Tum vero Michael THEODORAM PALÆOLOGINAM, ex Svestislavo viduam, junioriscque Andronici Imperatoris sororem, uxorem duxit. Peractæ hæ nuptiæ sub annum MCCCXXIV. Bulgaris ac Græcis pacem conciliarunt. [c] Ut porro has conficeret Michael, uxorem NEDAM, seu, ut interdum nuncupatur, DOMINICAM, Urosii Serviæ Regis filiam, ex qua liberos aliquot, [d] atque in iis *Sismanum* & *Joannem* susceperat, dimisit. Quod quidem gravi cum Stephano Reginæ fratre bello originem dedit. [e] Flagrantibus vero inter Græcos Principes bellis domesticis, senioris Andronici contra juniorem partibus in speciem favisse visus est, submissis auxiliis. [f] Sed ex eventu nihil aliud se quærere prodidit, quam ut ex hisce dissidiis occasionem captaret Constantinopolitanum invadendi imperium, quod de jure ob uxorem sibi deberi contendebat. Pacem tamen cum juniore Andronico confecit, in mutuo deinde ad Sozopolim & Anchialum congressu firmatam. [g] Exhinc cum Serviæ Regem in se copias apparare accepisset, hunc prævertere constituit; & cum quindecim millium exercitu Bulgariam versus Hæmum montem ingressus est, interim dum Constantinopolitanus Imperator alia via hanc aggrederetur. Stephanus cum se a duobus potentissimis Principibus bello peti videret, cum Bulgaris acie primum dimicare statuit, incautumque, missis tum ad pabulationem militibus, aggressus, prælium cum iis commisit, in quo Michael lethali accepto vulnere, triduo post obiit. Initum hoc prælium mense Julio, eo anno quo Solis eclipsis XI. ejusdem mensis contigit. Hac parta a Stephano victoria, Græci confestim domum sese recipiunt. [h] Interea Bulgari insigni clade perculsi, quo Stephani gratiam sibi conciliarent, ac imminentem regno averterent calamitatem, Theodora & liberis exactis ac pulsis, ejusdem Regis sororem Nedam, priorem Michaelis uxorem, ejusque liberos revocant, regni data administratione, qua tamen haud diu est potita. [i] Nam extincto Stephano, duo ex potentioribus Bulgariæ proceribus, Raxinus Protovestiarius, & Philippus Logotheta, conflata seditione, Theodoram e Bulgaria exegere, quæ cum liberis ad Stephanum Duscianum Serviæ Regem nepotem inde se contulit. Id porro peractum aliquot annis post senioris Andronici mortem, [k] quæ accidit anno MCCCXXXII.

XLVIII. [l] ALEXANDER, Mihaelis Regis Bulgariæ ex Strascimiro fratre nepos, Rex a Bulgaris post Nedæ excessum constituitur. [m] Laonicus videtur hanc dignitatem Serviæ Regis opera consecutum innuere; quod sane a [n] Petro Luccario diserte firmatur, scribente præterea Regem Alexandrum in istius beneficii gratiam, Stephano Dusciano Serviæ Regi ad annuam XII. canum venaticorum & totidem falconum præstationem, sese obstrinxisse, insuperque XII. millia equitum suo sumptu præbiturum, & in posterum ut superiorem dominum facta clientelari professione agniturum pollicitum. [o] Statim igitur atque Rex dictus fuit, juniorem Andronicum bello impetiit, quod haud multo post sopitum, [p] pace inter utrumque principem compolia, ac *Michaelis Asanis*, Regis filii, cum Maria Palæologina Imperatoris filia, nuptiis firmata. [q] Controversiam præterea exercuit cum Belauro patruo, qui oppida nonnulla invaserat. [r] Sed & Michaelis Strascimiri Regis ex priore cum Neda conjugio editos filios Sismannum & Joannem exagitavit, quorum postremus in Serviæ Regis aulam cum matre concesserat: alter vero ex Tartaria, post Andronici junioris mortem Constantinopolim venerat. Cum enim missis ad Joannem Palæologum Imperatorem legatis, Sismanum sibi tradi, sub belli interminatione, postulasset, is in Joannis aula diutius morari haud tutum sibi esse ratus, in Ludovici Tarentini Neapolitani Regis aulam transiit, ea deinceps usus fortuna, quam [s] alibi descripsimus. [t] Joanne vero Sismanum Bulgarico Principi primum denegante, pene inter utrumque bellum exortum: verum eo excedente, pristina renovata sunt fœdera. [u] Flagrantibus deinde Joannem Imperatorem inter & [x] Cantacuzenum bellis civilibus, Joanni favit, novem ab eo oppida in opis præstitæ mercedem consecutus. Ei pariter controversia fuit cum Stephano Duscano, qui ejus sororem Helenam uxorem duxerat. Obiit Alexander, secundum [y] Luccarium, anno MCCCL. vel juxta [z] Orbinum, anno MCCCLIII. [A] Uxorem primis nuptiis duxerat, cujus nomen & familiam subticuere scriptores, ex qua *Michaelem* & *Strascimirum* procreavit. At nescio cujus Judeæ, quæ ob aliquam controversiam eũ convenerat, eximia forma captus, baptismo prius initiatam, prioreque in castello quodam inclusa, hanc sibi adjunxit uxorem, [B] ex quo altero matrimonio nati deinde tres filii, *Sismanus*, *Asan*, vel *Asegna*, & tertius, cujus nomen excidit. Cum illa vero alterum ex priore matrimonio Alexandri filium veneno sustulisset, ne pari scelere in alterum grassaretur, Strascimirum cum matre ab aula semovit, Vidinensis oppidi præfectura ei demandata. Tametsi filii istius veneno sublati nomen qui hæcce tradidit, haud prodat Orbinus, probabile tamen videtur esse [C] Michaelem *Asanem*, quem parens Bulgariæ Regem coronari curaverat, cuique Mariam Palæologinam Andronici junioris Imperatoris ex Anna Sabauda filiam uxorem dederat. Quidam scripsere inter liberos regnum divisisse Alexandrum; ac Vidinum cum aliquot adjacentibus Danubio oppidis dedisse Strascimiro: Preslavum Asani cum vicinis Thraciæ castellis; ac Sismano denique Ternovum, Slavizam, Vurazam, & Sophiam.

XLIX. STRASCIMIRUS vero longius se ab aula quasi exulem conspicatus, alteriusque parentis conjugii liberos haud passus sibi præferri, ab eo palam deficit, Regemque Bulgariæ se inscribit.

Edit. Paris. pag. 324.

a *Cantacuz. l. 1. c. 36. 37.*
b *Cantac. l. 1. c. 39. 42. 55.*
c *Cantac. l. 3. c. 2. Gregoras l. 9. p. 301. E. R.*
d *Cantac. l. 3. c. 2. 7.*
e *Cantac. l. 1. c. 57. 58.*
f *Id. l. 2. c. 3. 5.*
g *Cantac. l. 2. c. 21. Niceph. Greg. l. 9. p. 319. 320. E. R.*
h *Cantac. ibid.*
i *Cantac. l. 2 c. 26.*
k *Cantac. l. 2. c. 28.*
l *Cantac. l. 2. cap. 26. Niceph. Greg. l. 9. p. 322. E. R.*
m *Laonic. l. 1. pag. 25.*
n *P. Luccar. l. 2. pag. 52.*
o *Cantac. l. 2. c. 26. 27.*
p *Cantac. l. 2. cap. 34.*
q *Id. c. 27.*
r *Id. l. 3. c. 2.*
s *Hist. Franco-Byz. l. 8. n. 21.*
t *Cantac. l. 3. cap. 10. 14.*
u *Id. l. 3. c. 29. 56. 66. 69. 89. l. 4. cap. 22. 33.*
x *Id. l. 3. cap. 66.*
y *Luccar. p. 52.*
z *Orbinus p. 472.*
A *Orbin. p. 740.*
B *Orbin. p. 472.*
C *Cantac. l. 2. c. 14. 24. 34. Niceph. Gregor. l. 11. p. 384. E. R.*

[a] At Ludovicus Hungariæ Rex ob exortam aliquam controversiam, conscripto valido exercitu, in Bulgariam descendes: expugnatis Strascimiri ditionibus, captum illum, ac in Hungariam abductum, in Gomnecho, seu Gemlecho castello, quod Sagabriæ Archiepiscopi erat, includit, proceri Hungaro tradita Vidini Præfectura. Tandem post duodecennium libertatem Vidinumque consequitur, a Ludovico, fidelitatis in posterum præstito sacramento. Binæ porro extitere Strascimiro filiæ, quarum altera *Dorothea* Tuvarko Bosinensi Bano ac Regi nuptum est data.

L. [b] SISMANUS Alexandro patri in Bulgariæ regnum successit. MARCUS a [c] Phranze nuncupatur. CRAJOVICHII [d] Paulus Jovius, CRATEVICHII vero cognomen tribuit Leunclavius. [e] De regni successione bellum ei fuit cum Strascimiro, prælioque inito, Assegna, seu Asan Sismani frater vitam amisit. [f] Inter hæc domestica dissidia, Sultanus Amurathes I. misso in Bulgariam, Scachia duce, valido exercitu, maximam regni partem occupavit, profligato ac deleto Sismano. Pace tandem cum Turcis composita Sismanus filiam Amurathi uxorem dedit. [g] Bajazethus deinde Amurathis filius ac successor, quod Bulgarici regni supererat, expugnavit, Sigismundo Imperatore Rege Hungariæ frustra de Sultano querente, quod

a *Thuvrecz. in Lud. c. 33. Bonfin. Dec. 2. l. 10. Vvadd. ann. 1366. n. 16. 1369. 11.*
b *Laonic. l. 1. p. 23. E. R.*
c *Phranz. l. 1. c. 18.*
d *Paul. Jovius in Amurath. Dresler. Leuncl.*
e *Orbin.*
f *Annal. Turc. p. 13. Phranz. l. 1. c. 15. Laon. l. 1. p. 23. E. R.*
g *Pranz. l. 1. c. 19. 29.*

A cum fœdus invicem intercederet, Bulgariam clientelæ jure Hungarico regno obnoxiam invaderet. Quod quidem dissolvendæ paci, infaustoque ad Nicopolim prælio sub an. MCCCXCVI. in quo deletus Christianorum exercitus, occasionem præbuit. [h] Nonnulli scriptores Bulgariam in Turcorum potestatem venisse volunt sub an. MCCCLXXIV. ac interpræliandum Sismanum interfectum. [i] Scribunt alii, Sismano a Bajazeto in prælio capto, quo vitam parenti servaret, filium Mahumetanam religionem amplexum: [k] quem postea variis in bellis exercituum, sed & provinciarum Præfectura donavit Sultanus. [l] Habuit præterea Sismanus filiam alteram Andronico Palæologo Joannis Imperatoris filio primogenito nuptam. [m] Videtur porro scribere Laonicus, Sismanum Judæam illam, cujus supra meminimus, uxorem duxisse, quod [n] alii parenti adscribunt. [o] MARIAM Lazari Serviæ B Despotæ filiam Sismano uxorem fuisse tradit Luccarius: ex hacque natam filiam, quam Andronico Palæologo matrimonio copulavit: ex qua quidem contracta affinitate Sismanus Andronici consilia adjuvit, cum parentem aliquamdiu Constantinopoli detinuit, Bulgaris militibus commissa illius custodia.

Bulgariæ Regibus pro armorum insignibus leonem adsignat Maurus Orbinus.

h *Dresler.*
i *Leuncl. l. 5. Hist. Musulm.*
k *Ducas c. 21. p. 60. 62.*
l *Laonic. l. 1. p. 23. E. R. Phranz. l. 1. c. 18.*
m *Laonic. ibid.*
n *Orbin.*
o *Luccar. l. 2. p. 58.*

Edit. Paris. pag. 325.

ASANINA FAMILIA
a Bulgaricis Regibus orta.

JOANNES ASAN Bulgariæ Rex, regno a Joanne Tertere exactus, Constantinopolim ad Michaelem Palæologum Imperatorem, cujus filiam IRENEM uxorem duxerat, concessit, ibique tandem vitam finivit, dato nobilissimæ inter Constantinopolitanas Familiæ, in varias postmodum stirpes dispartitæ, initio. Joanni porro hi qui subsequuntur extitere liberi.

Michael Asanes. *Cantac. pag. 145. 160. Gregor. pag. 285. 286. 288.*	Andronicus Asanes Protovestiarius. *Cantacuzenus pag. 404. 405. Gregoras pag. 254. 255. 275. 286. 288. Wadding. 1350. 3.*	Constantinus Asanes. *Cantacuzen. pag. 175. 176. 407. Gregoras pag. 290.*	Isaac Asanes, *Cantacuzenus pag. 75. 76. 412.*	Maria Asanina Rogerio Catalano nupta. *Pachymeres lib. 11. cap. 12. Gregoras pag. 53. Montaner. cap. 199.*	Theodora Asanina Manuelis Tagaris uxor. *Cantacuzenus pag. 59.*	N. Asanina Michaelis Angeli ux. *Pachymeres lib. 8. cap. 4.*	

Joannes Asanes Sebastocrator. *Cantacuzenus pag. 404. 433. 436. 475. 720. Wadding. anno 1349. 6. anno 1350. 3.*	Manuel Asanes Sebastocrator. ux. Anna Synadena. *Cantacuz. p. 404. 433. 436. 652. 720. Wadding. ibid.*	Irene Asanina Joannis Cantacuzeni Imp. uxor.

Andronicus Asanes, *Cantacuz. pag. 484. 870.*

Occurrunt nonnulli alii ex hac Familia viri nobiles, apud Rerum Byzantinarum sub extrema secula scriptores: atque in iis,

Isaacus Asan sub annum MCCCCXX. apud Phranzem lib. I. c. XXXIX.

Paulus Asan, cujus filiam uxorem duxit *Demetrius Palæologus* Despota, Constantini postremi Imperatoris frater an. MCCCCXLI. apud eumdem Phranzem l. II. c. XVII. l. III. c. XXII.

Matthæus Asan, Pauli filius, qui Corinthum, cujus Præfecturam habebat, Turcis prodidit ann. MCCCCLVIII. Obiit ut & filia an. MCCCCLXVII. Phranz. l. III. c. VII. XXII. XXIX. Hist. Polit. p. 18. 20. Laon. lib. IX.

Demetrius Asan, oppidi in Peloponneso Præfectus sub ea tempora memoratur a Laonico lib. IX.

Asan Zacharias Centerio Achajæ Princeps hoc cognomine, ex quadam cum Asanina contracta affinitate donatus a Phranze l. II. c. IX. De eo pluribus egimus in Histor. nostra Franco-Byzantina.

Alexander Asan, Imperatoris Constantinopolitani affinis, an. MCCCCLXX. apud Doutremannum in Constantinopoli Belgica.

Demetrius Asan & *Michael Asan*, post expugnatam a Turcis Constantinopolim in Italiam concesserunt, ubi adhuc superstites erant anno MCCCCLV. de quorum nobilitate testatur Philelphus lib. XII. epist. pag. mihi 263.

Andreas Asan vivebat sub Euthymio Patriarcha. Vide novam Biblioth. Labbei pag. 100.

VIII.

BOSSINENSES BANI AC REGES.

Edit. Paris. pag. 326.

[a] GEOGRAPHIS examinandum relinquimus, an regio quæ BOSSINA vel BOSNA hodie dicitur, a Bessis, inferioris Mysiæ populis, qui eam inhabitarint, appellationem acceperit; an vero, quod longe videtur probabilius, a Bosna fluvio, quo irrigatur, quique a Smartnizæ montis radicibus ortus, in Savum tandem delabitur. Observare dumtaxat sufficerit Bosinæ regionis nomenclaturam videri haud tam recentis ævi, cum illius meminerit [b] Constantinus Porphyrogenitus, a quo Bosona appellatur, & intra veteris Serviæ regni, cujus olim pars fuit, terminos constituatur.

I. BUDIMIRUS, [c] qui & SWETOPELEKUS dictus, primus Dalmatiæ ac Serviæ Rex Christianus, in ditionum suarum in provincias partitione, Surbiam, quæ ad Septentrionem jacet, in duas divisit regiones, quarum alteri quæ a Drino fluvio versus Occasum, ad Pinum montem protenditur, Bosniæ, alteri Rassiæ nomen dedit. In his porro provinciis Præfectos instituit, quos BANOS nuncupavit, quibus GIUPANOS, vel ZUPANOS, qui Comitum vice erant, submisit; ex quo Bani ipsi, MAGNI ZUPANI, & scriptoribus Græcis ac Latinis MEGAJUPANI crebrius appellantur. Atque hi quidem procedente tempore, excusso Dalmatiæ Regum jugo, provinciarum, quibus præfecti erant, supremum adepti sunt dominium. At

II. CRESCIMIRUS, Predemiri Regis frater, & Tiescimiri Regis filius, armis superato, & in Hungariam fugato Bosinensi Bano, Bosinæ dominus effectus, Croatiam, Albam vocitatam, quam ex Cidomiri avunculi successione recens erat consecutus, eidem adjunxit.

III. STEPHANUS, Crescimiri filius, in Bosinæ ac Croatiæ principatus successit. Cum Ragusinis magna animi consensione vixisse, iisque, in obsequiorum sibi variis in occasionibus præstitorum mercedem, [d] castrum Brenum cum adjacenti agro, Granosam, Omblam, Satonum, vel Malsium contuliisse Crescimirum, tradunt rerum Ragusinarum scriptores. Addunt præterea post illius obitum civilibus bellis ac intestinis Bosinam laborasse, quibus durantibus, uxor MARGARITA, Ragusium cum Thesauri parte venit, crucisque Dominicæ particulam cum aliis sanctorum reliquiis in S. Stephani ædem sacram intulit. Sed & ibidem ædem aliam sacram excitavit in S. Margaretæ patronæ titulum ac nomen, in qua sepulturæ locum delegit. Horum porro intestinorum tumultuum auctor fuit

IV. LEGETUS, Stephani filius notus, qui Bogoslao, seu Boleslao affini, Predemiri Serviæ Regis filio, Trebinæ educatus, puellam, quam LOVAISAM seu LUDOVICAM vocant, uxorem duxerat, liberis septem ex ea deinceps susceptis. Legetus vero in Predemiri liberos, qui subditorum odium incurrerant, rebellione instituta, totius Bosinæ principatum una cum filiis invasit. Nec diu injusta usurpatione potiti; iis enim omnibus lue pestifera extinctis,

V. WCMIRUS, [e] Stephani ex alia, quam Margarita, conjuge filius, Bosinæ ac Croatiæ provincias recuperavit. Scribit Luccarus Bogoslaum agnatum, qui idem est cum Boleslao Predemiri filio, ex offensa quadam a Wcmiro accepta, cum decem millium militum exercitu, in Bosinam irruptione facta, Ragusium contendisse, & a Ragusinis Margaritam, quæ eo confugerat, sibi reddi postulasse, idque iis abnuentibus, urbem obsidione cinxisse, circumjacentibus agris interea vastatis; indeque tandem accepta pecunia ab obsidione discessisse.

VI. CRESCIMIRUS II. Wcmiro fratri successit, quem quidem eumdem esse licet existimare, quem [f] Veneti scriptores MURCIMIRUM vocant, quique circa annum DCCCCXCIV. & MXV. Croatiæ regnum obtinebat, quod Suringæ fratri, qui idem perinde cum Wcmiro censeri debet, abstulerat. *pag. 327.*

[g] Certum quippe pleraque horum nominum apud rerum istarum historicos esse depravata, cum in iis commemorandis minime invicem conveniant, prætereaque tradat [h] Sabellicus Murcimirum hunc a quibusdam HRESCIMIRUM appellari, quæ quidem appellatio eadem est cum Murcimiri nomine. Quod vero scribit [i] Orbinus Crescimiro unicam supersuisse filiam, quam Hungariæ Regi nuptum dederit, ex eaque affinitate Bosinæ Reges sese indigitasse deinceps Hungaricos Principes, vix fidem apud plerosque obtinebit: cum, præterquam quod incertum prorsus conferi debet ejusmodi conjugium, de quo silent scriptores Hungarici, id tituli tum primum sibi arrogasse Hungariæ Reges constet, cum varia in Bosina oppida occuparunt, Dalmatiæ ac Croatiæ Principes effecti. Qui porro Crescimiro in Bosinam statim successerint, non tradidere, opinor, scriptores. Id ex [k] Luccaro dumtaxat docemur, Bodinum Serviæ Regem, moto in Bosinæ Banum bello, eoque fugato, ac ditionibus suis expulso, Bosinam dedisse

VII. STEPHANO: quod quidem accidit circa annum MXXC. quo vivebat Bodinus. Stephanum excepit

VIII. TWARTKUS, Bosinensis Banus, quo, ut & Borichio regnantibus, Bosina Serviæ Regi suberat, quem ut supremum agnoscebant dominum: deinde idem

IX. BORICHIUS, [l] Cinnamo BORITZIUS, scriptoribus vero Latinis BORITIUS, nomenclatura in Regum Hungaricorum gente sat familiari, vulgo nuncupatus. Is a Ragusinis, orta nescio qua invicem controversia, bello fusus mense Septembri anno MCLIV. cum iis haud multo post pacem composuit. Geisæ II. Hungariæ Regi cum copiis adfuit eo bello, quod cum Manuele Comneno Imperatore Constantinopolitano gessit, & cum Belgradam, quæ a Græcis detinebatur, recuperavit, LAVIZAM, Thomasci Vukmirichii, magni suo ævo bello Ducis, filiam in uxorem sibi adscivit.

X. CULINUS, seu CULIENUS, Banus, Borichio in eam dignitatem successit, [m] qui in aliquot [n] Innocentii III. PP. Epistolis BACILINUS perperam nuncupatur, in [o] aliis vero rectius BAN CULINUS. [p] Vivebat ille jam ab an. MCLXXI. Tradunt scriptores, initio principatus pium admodum fuisse ac religiosum, atque adeo Romanæ religioni & Apostolicæ Sedi impensius addictum: sed postmodum Patarenorum, quæ eadem est cum Valdensi, amplexum hæresim, una cum uxore, & sorore, Miroslai Chelmensis Comitis, Neemanis Serviæ Regis fratris, tum vidua, Rex Hungariæ

a *Bonfin. dec. 2. l. 10. Petro Luccari l. 1. pag. 16. Dandul. Carlo Virgiliese l. 3. de Venedi. Gobelin. l. 11. comment. Pii II. PP. p. 331. Lud. Tubero l. 5. pag. 103.*
b *De adm. Imp. c. 32.*
c *Vide supra in Regibus Servia.*
d *Luccari l. 1. p. 5.*
e *Orbini p. 346.*
f *Thomas Archid. cap. 14. 16. Andr. Dandul. in Urseolo.*
g *Paolo Moresini l. 4.*
h *Sabell. Dec. 2. l. 4. Bonfini Dec. 2. l. 4.*
i *Orbini*
k *Luccari l. 2. p. 10. Cinnam. l. 3. n. 7.*
l *Cinnam. l. 3. n. 19.*
m *Innoc. III. l. 2. Epist. 490.*
n *l. 3. Ep. 2.*
o *Luccari p. 31.*
p *Orbini.*

cui clientelæ jure erat obnoxius, ſummum Pontificem adire coegit, ut ſuper opinionibus, quas profiteri dicebatur, ejus examen ſubiret, quod ii ſtatim executi. [a] At cum fictam eſſe horum converſionem accepiſſet Innocentius III. eaſdemque non modo hæreſes profiteri, ſed & hæreticos, qui Spalato & Tragurio nuper fuerant exacti, ſuas in ditiones recepiſſe, ad Emericum Hungariæ Regem ſcripſit circa annum MCC. ut ſub bonorū amiſſionis ac etiam proſcriptionis pœna hæreſim dimittere, hæreticoſque ex ditionibus ſuis pellere Banum cogeret. [b] Quod Emericus continuo perfecit, miſſis per Culini filium, qui tum in aula morabatur, conceptis ſub certis pœnis mandatis, quibus hæreſim abjurare, hæreticoſque abigere jubebatur. Neque tamen hiſce in regionibus, quæ jam altius radices egerat, avelli potuit Patarenorum hæreſis, [c] fruſtra obtinentibus ſummis Pontificibus ac Hungariæ Regibus. [d] Ut controverſiam quam cum Petro Chelmenſi Comite, & cum Stephano Serviæ Rege habuit, dirimerent partes ſuas interpoſuere Raguſini, pacemque inter eos compoſuere anno MCC. [e] Occurrit etiam Culini iſtius mentio in Ladislai Hungariæ Regis diplomate anni MCCCCVI. apud Joannem Lucium in Hiſtoria Dalmatica: cujus quidem Culini annorum XXXVI. regnum fuit, [f] ſub quo tanta extitit rerum omnium ubertas ac copia in Boſinæ provinciis, ut qui ſimilem vellent denotare abundantiam, proverbii vice vulgo dicerent, *Jam ad Culini tempora redimus*. Neque tamen hæretica iſta, quam diximus, pravitate ita infecta fuit Boſina, quin veræ religionis in ea ſcintillæ quaſi ſub cinere ſervarentur. Nam

XI. ZIBISCLAO, quem [g] Annalium Eccleſiaſticorum Continuator Boſinæ Banum indigitat, gratulatus eſt Gregorius IX. PP. ſcripta ad eum [h] epiſtola anno MCCXXXVI. quod inter pravas, quæ in Boſinenſibus regionibus tum obtinebant opiniones, intemeratam, una cum matre, Catholicæ Eccleſiæ fidem ſedulus conſervaret; verum cum altius jam, uti diximus, radices in iis egiſſet hæreſis, quam ut facile convelli poſſet, ea de cauſa in Boſinam arma movere, ad id a ſummis permoti Pontificibus, coacti ſubinde Reges Hungarici. Legimus quippe biennio poſt Calomanum Sclavoniæ Ducem ac Galiciæ Regem, (eſt autem Galicia Hungariæ provincia, Ruſſiæ contermina, unde in Epiſtolis ejuſdem [i] Gregorii Ruſſiæ Rex indigitatur) Belæ IV. Hungariæ Regis fratrem, magna militum ſtipatum caterva Boſinæ provinciam ingreſſum, hanc occupaſſe, ac pulſis inde hæreticis, fidem inſtauraſſe Catholicam. Neque tamen ita abacti, ut novas vires interdum ſumeret hæreſis. [k] Quod quidem Innocentium IV. PP. permovit, ut Coloczenſem Epiſcopum rogaret, ut hæreticis in Boſina extirpandis curam adhiberet. Exin

XII. NINOSLAUS [l] Boſinæ Banus indigitatur anno MCCXLIV. qua quidem tempeſtate Spalatenſibus ſeſe adjunxit, eo in bello quod contra Tragurienſes geſſerunt: unde Hungarorum arma in ſe concitavit.

Scribit Orbinus, Culini ſucceſſoribus, ut & Boſinenſibus in Regem Hungariæ rebellantibus, comparato magno exercitu in Boſinam irrupiſſe eumdem Regem, duce quodam Germano, Cotromano dicto, oppidiſque ac regionibus omnibus expugnatis, eidem Cotromanum præfeciſſe cum Bani dignitate ac titulo, Boſinamque conceſſiſſe, & liberis, ſub clientelæ onere: diuque in ejus familia Boſinam perſtitiſſe, quæ inde Cotromanorum appellata de eorum nomine fuerit, uſque ad Boſinæ Banum, quem STEPHANUM vocat. Ut porro quod hac in re, nullo quod ſciam vade, affirmat Orbinus nolim convellere vel impugnare, ita neque ut certam, tametſi admodum vero proximam, ſtatuere auſim conjecturam, Cotromanum iſtum eumdem eſſe cum Calomano, vel Calamano, cujus ſupra meminimus, qui Boſinam poſſedit, ex quo ad Reges Hungariæ devoluta ejus nomine inſignita provincia fuerit [m] In ea enim conventione quam Rex Hungariæ Stephanus cum Ottocaro Bohemiæ Rege iniit anno MCCLXXI. Bela Stephani frater, Dux Machowiæ & Boſnæ indigitatur. Cum porro nulla ex uxore, Ottonis Brandeburgenſis Marchionis filia, quam anno MCCLXXIII. duxerat, prole ſuſcepta obiiſſet, idem dignitatis titulus ad STEPHANUM fratrem, deinde ad LADISLAUM Stephani filium, rediit, [n] qui in Diplomate anni MCCLXXX. Ducatus ſui Boſinenſis meminit, ut ea tempeſtate hæreſi fœdati. In alio denique ejuſdem anni, Elizabeta, Ladislai mater, *Major Regina Hungariæ*, *Duciſſa de Machow & de Boſna* inſcribitur. Neque tamen Boſinam in ſolidum obtinebant Hungari, cum pars quædam ad Serviæ Regem ſpectaret, [o] uti docemur ex Epiſtola quadam Nicolai IV. PP. anni MCCXCI. Neque præterea conſtat, an illam proprii, uti dicimus, nomine poſſederint hac tempeſtate Hungari, cum alii, quam ex ea gente, circa ea tempora Boſinenſes Bani legantur. Quippe

XIII. [p] PAULUS Stepconis Dalmatiæ & Croatiæ Bani filius, non modo in parentis dignitatem ſucceſſit, ſed & Servienſem Banatum, regnante Uladislao Hungariæ Rege, comparaſſe dicitur. Quinetiam Gregorius, Stephani frater, pleraque Dalmatiæ maritima oppida occupavit, ex quo Comes maritimus primo, deinde Dalmatiæ Comes appellatus eſt, uti alio loco a nobis obſervatum. Is ſucceſſorem habuit Gregorium, cognomento Magnum, Pauli Bani filium ſecundogenitum. Unde Paulus præpotens princeps ſuo ævo habitus, ut qui mediterraneas, filius vero maritimas Dalmatiæ regiones obineret. Fœdus iniit cum Corbavienſibus Comitibus, coegitque anno MCCLXXXIV. Scardonæ incolas ſibi ac URSÆ conjugi aliquot reddi agros oppido vicinos. Sed & tamquam Banus complura Arbenſibus indulſit privilegia, dato diplomate Scardonæ anno MCCCVII. in quo *Paulus Banus Croatorum*, *& Dominus Boſnenſis* inſcribitur.

XIV. MLADINUS, Pauli filius, [q] Princeps Croatorum & Boſinæ, ſuperſtite Paulo, adhuc inſcriptus legitur in aliquot diplomatibus anni MCCII. quem quidem titulum ſervavit [r] quouſque ab Hungariæ Rege Carolo captus eſt circa annum MCCCXXII. [s] Ex quibus evidenter patet, quod ab Orbino de Stephano, ex Cotromanorum gente, Boſinenſi Bano, anno MCCCX. extincto, narratur, incertæ prorſus eſſe fidei. Verum longe vero proximius videtur,

XV. STEPHANUM, qui MLADINO ſucceſſit, eum eſſe qui Stephanus Boſinenſis indigitatur a Madio, fuiſſeque dicitur ex Boſinenſibus ac Croatenſibus Proceribus, qui in Mladinum rebellarunt anno MCCCXXII. proindeque, quemadmodum cæteri ex iiſdem Croatiæ magnatibus hujuſce provinciæ oppida occupavere, ita & Stephanum Boſinæ principatum ſibi aſſeruiſſe, licebit conjicere. Addit idem Orbinus habuiſſe Stephanum inter cæteros liberos *Stephanum* in principatu ſucceſſorem, *Miroſlavum* cognomento *Conſtantinum*, *Uladislaum* Twartki Boſinæ Regis patrem, *Danizam*, & *Catharinam*, Andreæ Chelmenſis Comitis ex filio nepoti nuptam.

Edit. Pariſ. pag. 328.

pag. 329.

a *Innoc. III. l. 3. Epiſt. apud Raynald. an. 1200. n. 46.*
b *Innoc. III. l. 5. Ep. 110. l. 6. Ep. 140. l. 7. Ep. 112.*
c *Honorius III. PP. l. 9. Ep. 328. 329.*
d *Luccari.*
e *Lucius l. 5. c. 4.*
f *Orbini.*
g *Rainald. an. 1236. n. 67.*
h *lib. 10. Ep. 183.*
i *Gregor. IX. l. 12. Ep. 53. 352. 353.*
k *Innoc. IV. PP. l. 4. Ep. 55. l. 5. Ep. 626.*
l *Thom. Archid. in Hiſt. Salon. c. 47.*
m *. . . . an. 1271. n. 31.*
n *Id. an. 1280. n. 9.*
o *Id. an. 1291. n. 43.*
p *Lucius l. 4. de reg. Dalmat. c. 13.*
q *Lucius ibid.*
r *Madius c. 17. 18.*
s *Orbini. Luccari l. 2. p. 45. Madius cap. 17.*

XVI. [a] STEPHANUS, Stephani Bani filius primogenitus, paternam hæreditatem adire aggressus, a populis, qui ne quid in privilegia sibi pridem indulta tentaret, verebantur, impeditus est: unde tempori cedens, Ragusium recessit cum Elizabeta matre, binis fratribus, & sorore Daniza, quæ Romam peregrinationis gratia profecta, in eadem urbe vitam finivit, sepultaque in æde sacra Minervensi, cum hoc epitaphio, HIC JACET DIANA ILLYRICA. Verum Stephanus Ragusinorum auxilio adjutus, Bosinensis principatus possessionem adeptus, Banus a Bosinensibus omnibus admissus est, quos summa rexit prudentia ac animi moderatione, haud minus hostibus formidandus. Chelmensem Comitatum quem usurpaverant, Branivoensibus eripuit, cujus quidem provinciæ Comitem sese inscribebat anno MCCCXXVI. hocce titulo, *Liber Princeps & dominus Bosnæ, Vesoræ, Salæ, & plurium aliorum locorum, atque Chelmi Comes*. Huic bellum deinceps intulit Stephanus Serviæ Imperator, qui Bosinam valido cum exercitu ingressus, vastatis dumtaxat agris, domum recessit. Amicitiam cum Hungariæ Rege Carolo unice coluit, [b] & Ludovico Regi cum copiis adfuit, cum is Zaram obsedit anno MCCCXLV. & cum in rebellantes Croatas expeditionem paravit, & [c] *Elizabetham* filiam primogenitam, quam ex priore conjuge susceperat, quæque in ejusdem Regis matris aula & comitatu educata fuerat, despondit. At cum celebrandarum nuptiarum gratia in Hungariam transire pararet, morte est præreptus anno MCCCLVII. Corpus ejus in æde sacra Fratrum Minorum Milescevi in Bosina ab eo excitata reconditum est. [d] Elizabeta vero celebratis postmodum pactis nuptiis, obiit anno MCCCLXXXVII. Novogradi, ubi detenta fuerat; ejus cadaver Zaram delatum. [e] Alteram præterea habuit filiam, *Dragam* nomine, quæ in Hungaria cum sorore morabatur anno MCCCLXXXIII. Sub Stephano porro viguit Patarenorum hæresis, quam ut deleret, non semel eum commonuit Joannes XXII. PP. [f] scriptis Epistolis anno MCCCXXV. quibus Stephanum & Elizabetam conjugem adhortabatur, ut serio profligandæ, & a Bosina abigendæ hæresi curas suas commodaret: Regemque præterea Hungariæ Carolum, cui clientelæ jure obnoxius erat princeps, ut eum ad id peragendum impelleret. [g] Similibus epistolis eumdem Stephanum ursit Benedictus XII. anno MCCCXL. [h] Sed & Fratres aliquot Minores eo misit Clemens VII. anno MCCCXLIX. qui hæreticos concionibus confutarent, & ad verum cultum reducerent, impetrata ad id Stephani facultate, cum is Græcorum religionem profiteretur, ubi non modicos egisse progressus testantur scriptores.

XVII. THWARTKUS, Uladislai filius, patruo in Bosinæ principatum successit, [i] annos tum natus XXII. quem primo summa animi moderatione rexit, matris, singularis prudentiæ fœminæ, consiliis adjutus. Quod quidem Pauli Culizichii, vel Clussichii, affinis, ex Cotromanorum, ut ajunt, familia, invidiam excitavit, qui cum provinciam ab adolescente ac muliere gubernari ferre non posset, ab eo defecit, Banumque se appellavit. At Thwartkus comparato exercitu, Paulum adortus, Usora expugnata, ipsum in prælio cepit, captumque in custodiam perpetuam dedit, in qua vitam is tandem exuit. A Ludovico deinde Hungariæ Rege, quasi hostem devictum gratulaturo, in aulam suam evocatus, ab eo primum benigne exceptus est. At cum is abitionem pararet, Ludovicus Chelmensem Comitatum, quem Elizabetæ uxoris jure ad se pertinere contendebat, ab eo repetiit, nec abire permisit, quin sibi redderetur, quod ille tandem peregit, accepta permutationis vice Narona, cum agro qui inter ejusdem nominis fluvium & Zetinam interjacet, & castellis Imota & Novo. Cum adhuc in Hungaria moram ageret, Ladislaus, Purchia, & Wkus, Dabisciæ filii, qui regiones aliquot circa Drinam fluvium in Bosina & in Usora, & Senco Mladini filius, ex Zagora seu Bulgaria oriundus, qui eam Chelmensis tractus partem possidebat, quæ a maris littoribus ad Nevesinium & Cognizium protendebatur, cum Walachis, & Dabiscia, Miroslai Stephani Bosinæ Bani filio notho, ac Naronæ domino, VUCHICUM Twartki Bani fratrem, Bosinensem Banum renuntiarunt. At Twartkus comparatis confestim copiis, dissipatisque rebellibus ac factiosis, fratrem Bosina abegit, qui in Hungariam ad Ludovicum Regem profectus est. Ludovicus porro frustra tentata fratrum reconciliatione, Bano hanc prorsus abnuente, Vuchico copias militares commendavit. Quod quidem gentis utriusque concordiam turbavit. Ladislao interea, & Wko fratre captis, Ladislao oculos erui jussit Twartkus, alterum in custodiam tradidit: Purchia vero in Hungariam fugit. Exin in nothum Dabisciam movit, eoque agris suis exuto, Chelmensem Comitatum prætergressus, Senconis ditiones depopulatus est. Qui cum Ragusium fugisset, eo contendit cum exercitu: at ille accepto hoc nuntio, ad Nicolaum Altomanum Uscien sem Comitem concessit. Tandem pax inter Twartkum & Senconem composita, cui prædia aliquot circa Nevesinium a Twartko assignata. Id porro actum anno MCCCLXVIII. quo Twartkus Ragusium venit, [k] ubi splendido a Ruguinis apparatu exceptus est. Enimvero Mladinum Senconis istius parentem, eum esse arbitror Mladinum Bosinensem Banum, cujus mox meminimus. At Twartkus graviter ferens, quod Senconem excepisset, Altomano bellum intulit, in quo vitam amisit Altomanus, captis ac expugnatis ejus ditionibus, uti alibi narrabitur. Harum igitur, & Georgii ac Balzæ Zentæ principum provinciarum accessione potentior factus Twartkus, totque hostibus superatis ferocior, Regium titulum sibi asserere cogitavit, exploratoque hac super re Ludovici sententia, habitoque consensu, solemni apparatu a Milescevensis monasterii Metropolitano in loci æde sacra corona donatus est anno MCCCLXVI. & STEPHANUS MYRCES appellatus. Supremum tamen Bosinensis regni dominium, quoad vixit, sibi reservavit Ludovicus: unde Summi Pontifices Urbanus V. & Gregorius II. [l] quoties de Bosinensibus convellendis hæreticis agebant, litteris suis conveniebant Ludovicum, ut hac in re partes suas interponeret. Pacifice porro vixit deinceps Twartkus, ac prospere regnavit: mortuo enim Ludovico, Chelmensem Comitatum recuperavit: Juaniscum, seu Joannem, Banum viribus suis juvit adversus Hungaros; Spalatum, Tragurium, & Sebenicum iisdem extorsit, Turcosque Bosinam ingressos fudit & delevit. Obiit anno MCCCXCI. Bis vero nuptias iniit, ac primo quidem cum DOROTHEA, filia Strascimiri Vidinensis Imperatoris, Alexandri Bulgariæ Regis filii, quæ in Reginæ Hungariæ aula tum versabatur. Extincta illa absque prole, JALLIZAM, nobilem Bosinensem, altero conjugio sibi sociavit, quæ nullis pariter relictis liberis vita defuncta est. At ex VUCOSAVA concubina *Twartkum* filium notum suscepit, qui Bosinense regnum postea est adeptus.

XVIII. STEPHANUS DABISCIA, Miroslavi, vel Mirosavi, Stephani Bosinensis Bani fratris, filius nothus, Twartko in solidum successit. Ragusium clandestinis commerciis sibi asserere frustra conatus est. [m] Uxor ei fuit ZUJETIZA, in veteri Diplomate HELENA

Edit. Paris. pag. 330.

a *Luccari p. 45.*
b *Bonfin. dec. 2. l. 10.*
c *Thuvrocz. in Lud. c. 6. 51.*
d *Paulus de Paulo, in Memoriali.*
e *Idem.*
f *Rainald. an. 1325. num. 28. 1327. num. 48. Vvadd. an. 1325. n. 1. 2. 3. 126. num. 4. 5. 6. 7.*
g *1340. n. 6. 7. 8.*
h *Thuvrocz. cap. 46.*
i *Orbini. Luccari.*
k *Vide Reges Croatiæ. Rainald. an. 1318. n. 35.*
l *Vvadd. an. 1368. n. 2. 3. 1372. n. 31. 33. Joan. Lucius p. 257.*
m *Jo. Lucius pag. 258.*

nuncupata, ex Nelipensium in Croatia Comitum gente, cujus suasionibus impulsus, in Croatiam cum copiis militaribus venit, Gregorio & Ladislao Chriachis, Nelipensium Comitum hostibus bellum moturus, vastatisque aliquot castellis, ac direptis agris, domum reversus haud paulo post vita excessit an. MCCCXCVI. [a] Uxor mortuo conjuge, nullaque ex eo suscepta prole, monasterium ingressa, in eo vitam pariter finivit.

XIX. TWARTKUS SCURUS, Twartki Regis filius nothus, post Dabisciæ mortem Bosinensis Rex est renuntiatus: hac quidem dignitate haud diu potitus. Nam

XX. [b] OSTOJA CHRISTICHIUS, Pauli Christichii ex Jablanovichiorum familia, cum in vulgus sparsisset Twartkum non fuisse revera Twartki Regis filium, sed suppositititium, potiorem Bosinensis regni partem eo prætextu occupavit. Twartkus vero Turcorum viribus adjutus, partem etiam recepit, utroque interea Bosinæ Regem se se inscribente, mutuisque bellis vexante. Ostoja vero Ragusinorum agros diripuit anno MCCCCXII. [c] qui Hungariæ Regis Sigismundi, & Spalatensis Ducis Harvojæ opem eo in bello imploraverant. Intestinæ porro ac civiles istæ discordiæ Bosinensibus provinciis maximas clades intulere. Tandem cum in procacitatem effusus nobilibus fœminis inferret injuriam, in eum rebellavere Bosinenses, &

XXI. [d] STEPHANUM OSTOICHUM, seu OSTOJAM, in Regem elegere anno MCCCXV. cum quo statim in Ostojam fœdus iniit Thwartkus Scurus. Is nempe Turcorum ope fultus, quibus viginti ducatorum millia in annum tributum erat pollicitus; cum decem equitum millibus in Bosinam venit, oppidaque aliquot cepit. Tandem post complura inita prælia, res a Bosinæ proceribus ad concordiam adducta, ea conditione, ut partitis invicem provinciis regium singuli titulum servarent. Id actum anno MCCCCXXII. Obiit haud multo post Stephanus celebs. Ostoja vero anno MCCCCXXXV. duxerat ille in uxorem GRUBAM, [e] quam dimisit, ut JALLIZAM, Harvojæ Spalatensis Ducis viduam, sibi copularet, a qua Dalminium in dotem accepit. *Radivojus* Ostojæ filius, in Turcorum Sultani aula, cui obses a patre datus fuerat, morabatur, cum parens obiit; copiisque aliquot impetratis in Bosinam venit, & a Twartko Scuro profligatus, Ragusium concessit, ubi ejusce Reipublicæ nobilibus est adscriptus. Pace deinde cum Twartko composita, aliquot ab eo prædia in Chisielavoda consecutus est. Tandem vix plena ætate mortem obiit ex nimio cum glacie vini potu. Twartkus denique JELLINAM, ex Jablenovichiorum familia, quæ in Bosina, ex longe illustrioribus habita est, uxorem sibi adscivit, ex qua nullam suscepit prolem, mortuus anno MCCCCXLIII. Is autem in aliquot Diplomatibus anni MCCCCXXXV. [f] *Stephanus Duertho Dei gratia Rex Bosnæ* inscribitur; quibus nominibus ac titulis donatur etiam a Luca Waddingo. Nestoriana perinde ac decessores hæresi infectus, ad Basileense Concilium Legatos suos mittere renuit.

XXII. STEPHANUS THOMASCUS, seu THOMAS, Pauli Jablenovichii filius, extincto Twartko, a Bosinensibus proceribus Rex continuo acclamatur. Cumque esset Manichæus, ac proinde necdum baptizatus, abjurata hæresi, baptismum excepit a Joanne Carvajalo S.R.E. tit. S. Angeli Cardinale. [g] Sed & Manichæos omnes qui verum cultum una amplecti abnegarent, regno exegit anno MCCCCLIX. [h] Huic Eugenius PP. coronam obtulit, & Pontificales Ecclesias in Bosina voluit erigere. Renuit ille, ne Turcorum in se odium provocaret, cum præterea novus Christianus esset, nec Manichæos adhuc regno expulisset. [i] In ea quæ a Christianis Principibus adversus Turcos inita est confœderatione (quibus viginti quinque millium aureorum tributum quotannis pendebat, ex quo in Bosinam cum valido exercitu irrumpens Amurathus II. hac pacta conditione recesserat) nomen dare Thomam hortatus est Calistus III. PP. scriptis ad eum litteris, in quibus Stephanus appellatur, nomenclatura cæteris Bosinæ Principibus communi, uti scribit Gobelinus. Atque iis adjungere se velle primum finxit, missis postea ad Pium II. Calisti successorem Legatis. Verum in alterum mutatus virum, Turcorum partes statim amplexus, cum Sultano Mahometo II. qui Jaiczæ aliorumque Bosinæ oppidorum explorandorum gratia venerat, agnitusque ab eo deinceps fuerat, spiritualem quamdam fraternitatem, dimisso libero, contraxit juravitque. [k] Quo cognito, ira succensus Hungariæ Rex Matthias, Stephanum filium, & Radivojum fratrem, religionis specie, in eum concitavit, a quibus in lecto strangulatus est in Bielaxensi agro, cum in Croatiam venisset Vukmano Croatiæ Bano bellum illaturus. Ii vero, sparso in vulgus rumore, morbo familiari mortuum Regem, corpus ejus in ædem S. Joanni sacram Sutieskensem, in qua humo mandari solebant Bosinenses Principes, deferri cum pompa curarunt. Uxor CATHARINA, Stephani Cossacia, S. Sabæ Ducis filia, conjugis accepto nuntio, Mahometum in Bosinam evocavit, quo condignum de parricidis supplicium exigeret. At ille hac captata invadendi regni occasione, in Bosinam cum validissimis copiis descendit, ac primo quidem anno agros vastasse, captivosque abduxisse contentus, domum rediit. At Regina Turcorum agnitis consiliis, e Bosina excessit, Stagnumque, tum Romam venit, ubi & obiit XXV. Octob. an. MCCCCLVIII. annorum LIV. nata, & in æde sacra Deiparæ de Ara cæli humo condita, ubi diplex ejus epitaphium legitur, alterum Latina, Sclavonica alterum lingua exaratum. Utrumque cum tumuli descriptione, ipsiusque Reginæ effigie & armorum insignibus, dedit nuperus Ciaconii in Cardinalium historia Continuator & Illustrator. Latinum vero hic dumtaxat describimus, hisce verbis conceptum: *D.O.M. Catharinæ Reginæ Bosnensi, Stephani Ducis S. Sabæ sorori, ex genere Helenæ & domo Principis Stephani natæ, Thomæ Regis Bosnæ uxori, quantum vixit annorum* LIII. *& obdormivit Romæ anno Domini* MCCCCLVIII. *die* XXV. *Octobris.* [l] *Monumentum ipsius sumptibus positum.* Romanæ religioni impensius addictam fuisse testantur Historici. Ex Thomæ cum Catharina conjugio nulla proles prodiisse dicitur. Nam *Stephanum* successorem ex illegitimo cum VOJACCIA concubitu natum volunt scriptores, ut & filium alterum, qui cum annos XIV. natus, matrem ad Meledanam ædem sacram, in qua summæ apud Bosinenses venerationis Deiparæ imago colitur ac servatur, votivæ peregrinationis gratia comitatus venisset, ibi mortuus, in Monasterio Ordinis sancti Benedicti humo conditus est, cum hocce epitaphio, *Hic jacet filius Thomasci Regis Bosnæ.*

XXIII. STEPHANUS, parenti in Bosinense regnum successit, quem morbo familiari, uti diximus, mortuum in vulgus disseminavit. At fraude ab honorario puero detecta, Turcos qui parricidium ulciscerentur, evocavit Catharina conjux. Stephanus interea Nicolai Modrusensis Episcopi ac Pontificii Legati suasionibus cum [m] Mahumeto

Edit. Paris. pag. 331.

pag. 332.

a *Luccari l. 2. p. 72.*
b *Luccari l. 2. p. 77.*
c *Lucius l. 5. hist. Dalm. c. 4.*
d *Luccari l. 3. p. 80. 84.*
e *Luccari p. 82.*
f *Vvadding. an. 1432. n. 14. 1435. n. 12. & seq. Luccari l. 3. p. 90.*
g *Volaterr.*
h *Gobelin. l. 11. p. 297.*
i *Gobelin. l. 3. Comm. Pii II. Laonic. l. 5. p. Vvadd. an. 1457. n. 45. 46.*
k *Luccari l. 3. p. 107.*
l *Vvadd. an. 1250. n. 60. 1458. n. 34.*
m *Gobelin. l. 11. p. 297. 311.*

fœdus rupit, negato consueto tributo, illiusque cum insolenti responso dimissis Legatis, coactisque a decessoribus immensis thesauris in virium ac potestatis speciem ostensis, si ab iis bello impeteretur. Ea contumelia mirum in modum permotus Sultanus, proximo anno cum centum & quinquaginta millium equitum exercitu, præter pedites, Bosinam ingressus, Bobazium, munitissimum in monte situm oppidum, quodque Bosinæ regni caput fuit, a Radace olim Manichæo, deinde Christianum mentito, per proditionem recepit. Tum evocatus Bassa Mechmetus cum coactis ex Europa copiis fugientem Regem secutus, Jaicza, quo se cum thesauris contulerat, abiisse invenit, eumque magnis itineribus consecutus, in castello Clutio clausit, & arcta cinxit obsidione. Ille quarta demum die fame & siti coactus, sese cum omni thesauro, quem quinque Reges tot annis congregaverant, fidei Bassæ credidit, quem Sultanus ad se ductum multa spe demulcens, facile induxit, ut oppida quæ in sua potestate restiterant reddi juberet, plura & meliora a se denique expectaturus. Scribitur Præfectis arcium, ut claves munitionesque tradant: parent omnes, atque ita octo ferme dierum spatio amplius septuaginta natura & arte munitissima oppida in manus hostium pervenere. Regi paucis post diebus contra fidem datam caput abscissum, & cum eo alti sanguinis plerique in Blagajensi agro necati, quos inter extitit Radivojus Regis frater. [a] De Regis morte varii varia tradunt: quidam enim ad Mahometem deductum, datum fuisse illius præceptori, natione Persæ, a quo capite truncatus fuerit: alii vivum cute exutum, alii stipiti alligatum sagittis confossum fuisse scribunt. Verum authentica [b] Pauli II. PP. Bulla, quam viro clarissimo Antonio Vionio Herouvallio, ut multa alia, debemus, ipsius manu interemptum docet: cumque quædam ex quibus horum temporum historia possit illustrari contineat, hanc describere non gravabor.

Paulus Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio nostro LUDOVICO FRANCORUM REGI *Christianissimo sal. & Apost. Bened.* PLACUIT *omnipotenti Deo ad se evocare sanctæ memoriæ Pium prædecessorem nostrum, cujus morte intermissa est expeditio quam magno animo pro fidei defensione parabat. Nos autem qui divina dispositione in ejus locum assumpti sumus, debiti nostri esse intelligimus periculis Christianorum occurrere, Catholicam fidem tueri, & ad defensionem nobis commissi gregis omne studium animumque convertere. Verum quia sine divino auxilio nihil valet humana imbecillitas, ad Dei nostri clementiam recurrentes, illum quotidianis precibus & sacrificiis exoramus, ut viam nobis ostendere dignetur, & modum quibus immanissimi hostis potentia conteratur. Licet enim omnipotens Deus sine ullo humano præsidio inimicorum suorum potentiam conterere possit, fideles tamen suos ob id sibi cooperari vult, illos in persecutionibus & pressuris exercens, ut zelum probet & excitet Christianorum, & juxta Apostolum qui probati sunt manifesti fiant. Unde licet ærarium nostrum magnis prædecessoris nostri expensis exhaustum, multisque debitis gravatum invenerimus, omnia tamen auxilia præstare decrevimus, quæ secundum vires & facultates nostras erogare poterimus. Et quia magna est & crescit in dies inimici potentia, & hostis acerrimi vigilantia non sinit diu quiescere, cui sine magno Christianorum conatu obsisti non potest, & non habet Apostolica Sedes unde tanta conquirat subsidia, nisi Christiani Reges & Principes opem ferant. Nuper nacti oportunitatem Oratorum Italiæ Principatuum, qui fere uno tempore ad præstandam nobis obedientiam concurrerunt, tractavimus cum ipsis Oratoribus Principum Italiæ, tamquam proximioribus imminenti periculo, ut saltem hoc primordio impetum illius, si quomodo libet fieri potest, reprimamus, donec spatium detur Christianis potentatibus, ut vires conferant, & ad commune incendium extinguendum communibus opibus consiliisque concurrant. Scimus namque Italiam sine externis præsidiis ad tantam belli molem sustinendam nullo modo sufficere. Quapropter tuam Celsitudinem per viscera misericordiæ Dei nostri requirimus & hortamur, ut memor debiti, quo Catholicæ fidei & Deo teneris, ea subsidia ad hanc sanctam expeditionem præstare non differas, quæ propter amplitudinem regni tui, & tuæ potentiæ magnitudinem ferre potes: certo sciturus cum id facies, non tam Hungaris, aut Italiæ, vel cæteris finitimis populis auxilia præbere, quam te ipsum, regnum tuum, & creditos tibi populos ab hoste defendere. Nam nisi hostis a finitimis Christianorum finibus arceatur, facile illis, quod Deus avertat, occupatis, ad reliquas Christianorum provincias transibit, quod plures admodum Reges ac provinciæ expertæ sunt, quæ dum Græcis reliquisque finitimis succurrere neglexerunt, sensim hostem in penetralibus exceperunt, & non arcentes vicinum incendium, ipsi per incuriam conflagrarunt. Tanta enim acerrimo hosti dominandi cupido incessit, ut nihil gratius ei sit, nihil avidius quam sanguinem fundere Christianorum, Reges & Principes interficere atque dolere, sicut Bosnæ Regem cruentus hostis propria manu truncavit, & alios plures Reges extinxit. Id enim studet, ut solus ipse dominus & Princeps nominetur. Tuam, insuper Serenitatem hortamur, ut ea quæ in hac re facere intendit, & quæ sibi de ratione belli gerendi oportuna videbuntur, nobis significet. Tuum enim consilium, tuumque judicium supes bis libenter intelligemus. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarn. Dom.* MCCCCLXIV. VIII. *Id. Janu. Pontificatus nostri anno* I. JOANNES DE TARTARINIS. *Edit. Paris. pag. 332.*

Id ipsum de Regis morte firmat Pius II. PP. in Bulla alia anni MCCCCLXIII. qua Christianos adhortatur, ut Turcorum obsistant conatibus: [c] *In Bosna*, inquit, *Regem, qui salutem pactus se se dederat cum patruo suo, Mahumetes ipse humano sanguine insatiabilis, sua manu, ut fertur, jugulavit.* Stephani Regis uxor MARIA, Lazari Serviæ Despotæ filia, seu ut alii volunt, soror, dum perdito regno, viroque capto ab hostibus, furorem Turcorum fugitat, in manus Pauli Sclavoniæ Bani pervenit, a quo tamquam hostis esset captiva est retenta, thesauris omnibus quos secum adduxerat direptis, quamvis ad eum quasi hospitem declinasset. Cujus perfidiæ ac violati hospitii pœnas tandem persolvit Banus, a Turcis, dum agrum suum vastantibus occurrit, circumventus & occisus. Maria ejus manibus elapsa, una cum matre in Hungariam, Catharina vero Rodoslai Paulovichii soror, [d] ac Radivoi Regis fratris uxor, cum Gliubescia filio, aliisque Bosinensibus proceribus Ragusium venere.

[e] Nec multo post, rebellionem meditati Bosinenses, atque in primis Jaiczenses, Turcicis præsidiariis militibus, ut quidam volunt, jugulatis; quorumdam Fratrum Minorum suasionibus Hungariæ Regi Matthiæ se dedidere [f] an. MCCCCLXVII. qui Mahumetum ab urbis obsidione depulit, tametsi postea in ejus potestatem illa venerit. Rem paulo aliter narrat Bonfinius: qua tempestate nescio quis in ejusdem Matthiæ aula morabatur NICOLAUS, Bosinensis Regis titulo donatus, qui una cum Laurentio filio Duce, Matthiæ cum Beatrice Aragonensi nuptiis interfuit; cujus quidem Laurentii crebra in Hungariæ Regum historia fit mentio sub eodem Matthia & Ladislao, & quem Bonfinius sub an. MCCCCLXXXIII. [g] *Tyronem audacissimum, in aula Matthiæ regis semper altum, eidem charum æque ac filium semper habitum* scribit. Ut porro is in rebellionem prolapsus fuerit, quæve ejus fuerint in Hungaria & Sclavonia ditiones ac oppida, plu-

a *Leunclav. Bonfin. dec 3. l. 10. p. 534.*
b *Ex Camera Comput. Paris.*
c *Regest. Memorial. Camera Comput. Paris. sign. M. f. 38. Gobelin.*
d *Luccari p. 109.*
e *Bonfin. Dec. 3. l. 10. p. 534.*
f *Wadding. an. 1467. n. 11. Ranzan. Ind. 31. Bonfin. dec. 4. l. 3. p. 570.*
g *Bonfin. p. 570. 577.*

ribus idem scriptor commemorat. [a] Jam vero ille idemque est, qui in Descriptione coronationis ac nuptiarum Annæ Fuxensis cum Ladislao Hugariæ, Poloniæ, & Bohemiæ Rege, Venetias missus fuisse dicitur a Ladislao, una cũ aliis proceribus ac prelatis, ut Annam exciperent, deducerentq; in Hungariam: quam quidem in solemni in Albam regalem ingressu comitatus est Dux id. XXIX. Sept. an. M.....

a *Discours M.S. de la Ceremonie du Sacre & du mariage d'Anne de Foix, avec Ladislas Roy de Hongrie &c. par Bretages Heraud d'armes d'Anne de France & Duchesse de Bretagne.*

IX.

DESPOTARUM SERVIÆ ET RASCIÆ
Stemma Genealogicum.

I. PRIBAZIUS CHREBELANOVICHIUS, Nobilis ac Baro Rasciensis, *Lazari* primi Serviæ Despotæ pater, vixit sub Stephano Serviæ Rege ac Imperatore.

II. LAZARUS, sive ELEAZARUS, BULCOVITZIUS, [a] Leunclavio cognominatus, a [b] Luccaro & aliis GREBAGLIANOVICH; KATUNAR DE VITANNIZA, ET DE KOSORICHI, Pribazii, non vero Stephani Serviæ Regis, uti vult [c] Ducas, filius, [d] variis sub eodem Stephano dignitatibus ac ministeriis functus, copiis, quas in Bosinam adversus Stephanum Cotromanum Regem misit, præfectus est, [e] Eam Serviæ partem, quæ Savum & Danubium contingit, cujusque metropolis est Simendria, seu Semenderia, quam Sphenderoviam Græci, Zendrevv Hungari vocant, sub Urosco postremo Serviæ Rege occupavit; cujus quidem regionis non Regem se aut Cralem, sed Despotam dumtaxat inscripsit, quo forte titulo ab Urosco, vel certe ab Imperatore Constantinopolitano donatus fuerat. [f] Nicolaum Altomanum Usciensem Comitem, qui Bosinensis regni partem usurpaverat, Ludovici Hungariæ Regis, quocum, quamdiu ille superstes fuit, amicitiam coluit, viribus adjutus profligavit. At Ludovico extincto, Belgradum, quod a Stephano Rege extructum fuerat, cepit ac evertit, insuper regione quæ inter Savum & Sanctum Demetrium in Sirmiensi agro sita est, occupata. [g] Exin ab Amurathe Sultano bello appetitus, eoque in Serviam ingenti copiarum apparatu adventante, [h] cum se resistente imparem cerneret, ad dolos se se convertens, quemdam e Serviæ proceribus instruit, qui defectionis specie Sultani tentorium ingressus, eumdem pugione transfossum interfecit. Scribunt alii Amurathum cæsum in eo prælio, quod hoc ipsomet tempore actum est, in quo Lazarus ab hostibus captus, ab iisdem in Amurathi tentorio, ubi ejus corpus sanguine adhuc madidum aderat, in partes concisus est & dilaceratus. [i] Tradit vero Laonicus in prælio interiisse Lazarum: quod actum est ad Cassoviam XV. Junii anno MCCCLXXXIX. in quo ingens Serviorum ac Rascianorum Christianorum numerus perlit. [k] Corpus ejus Ravanizam delatum, in præclara æde sacra marmore ubique exornata reconditum est, ubi non ita pridem visebatur aureo panno involutum. [l] Lazaro uxorem fuisse filiam Joannis Cantacuzeni, quem e Græcia pulsum in Servia exceperat, tradit Phranzes: de quo quidem conjugio dubitare licet, cum de filia ista sua fileat omnino, quo loco liberos suos recenset, [m] idem Cantacuzenus: cum probabile aliunde sit hanc cum Georgii Despotæ filia perperam confundi, qui Cantacuzeni ex filio neptim duxit, uti mox docemus: [n] præterea quæ constet Lazari uxorem fuisse MELIZZAM, Uglieschæ Margnaucichi filiam, quæ mortuo conjuge, Turcorum tuitioni cum duobus filiis se se commisit, quo adversus Wkum Brankovichium generum sese utcumque tutaretur.

Edit. Paris. pag. 333.

Liberi Lazari Despotæ Serviæ.

III. STEPHANUS Serviæ Despota, cujus elogium mox præstringitur.

III. WKUS BUKOVITZIUS, [o] eximia vir animi magnitudine, Stephani fratris copiis militaribus præfectus, eo bello, quod contra Georgium Brankovitzium ex sorore nepotem gessit, ab eodem fusus est ac deletus XXV. mensis Novembr. anno MCCCCII. exinde quod congrua ad vitam dignitatemque tuendam haud sibi a fratre darentur graviter ferens, ad Sultanum concessit, a quo aliquot in Romania agros ac prædia, præterea triginta millium pugnatorum exercitum, Auranosco duce; obtinuit, cum quo Serviam ingressus, hanc populatus est mense Martio anno MCCCCIX. Tandem pace inter fratres composita, Wko quamdam agri partem ad Danubium & Novobardum contulit Stephanus. At paulo post bello inter Solymannum & Musam, Bajazeti filios, exorto, Solymanni partes amplexus, a Musa in prælio captus gladio percutitur.

III. MARA, de qua agetur in sequentibus.

III. [p] JELENA, vel HELENA, nupsit filio Nicolai de Gara Nandorpani, proceris Hungari, Sirmiensis Bani, qui deinde Comitis Palatini dignitate auctus est ab Hungariæ Rege Ludovico, cujusque historiam pluribus commemorant [q] Thwroczius, Bonfinius, aliique rerum Hungaricarum scriptores. Fuit is Nicolaus pater Joannis & Nicolai de Gara, qui Sigismundo Regi, quem in carcerem conjecerant subditi Hungari, libertatem asseruerunt. Ex horum altero prodiit Ladislaus de Gara, regni Palatinus, & inter proceres Hungaricos præcipuus, qui Matthæo Corvino regnante vixit. [r] Helena vero marito extincto, SANDAGLIO HANICHIO, Vaivodæ Helmensi, iterum conjugio nexa est.

III. DESPOENA, [s] aliis MARIA appellata, nuptias iniit, ac primo quidem cum SISMANNO, quem Odrysiorum Laonicus, Bulgarorum Luccarus, Moldaviæ Regem alii vocant; deinde cum

a *Leuncl. Pand. n. 46. 54.*
b *Lucari.*
c *Ducas c. 3.*
d *Luccari l. 2. p. 58.*
e *Leuncl. Pand. n. 93.*
f *Orbini p. 4. 284. 311.*
g *Ducas c. 3. Laonic. l. 1. p. 27.*
h *Phranz. l. 2. c. 27. Annal. Turc. an. 1390. Froissart. 3. vol. cap. 23. Luccari l. 2. p. 68.*
i *Laon. l. 2. p. 31.*
k *Orbin.*
l *Phranz. l. 1. c. 13.*
m *Cantac. l. 3. c. 32.*
n *Orbini. Luccari.*
o *Orbini. Luccari.*
p *Orbini p. 312. Luccari l. 3. p. 68.*
q *Thuvrocz. in Maria c. 1. 8. in Sigism. c. 1. 9. 10. Bonfin. &c.*
r *Luccari.*
s *Orbin.*

GEORGIO STRASCIMIRO BALZA, utriusque Zentæ domino.

III. WCOSANA [a] nupsit MILOSCO CHOBALICHIO, viro nobili ex Tientisćto oppido versus Novipazarum orto, quique in Lazari Despotæ aula fuerat educatus. Illum fuisse scribunt Orbinus & Luccarus, qui Amurathum in tentorio interfecit, quem [b] Laonicus Milas pariter vocat, cuique Barletus & Leunclavius Cabilickii, vel Kabilovitzii, cognomen adscribunt. Verum solus ex scriptoribus quos legerim, Lazari generum fuisse auctor est Orbinus, in cujus gratiam vitam profuderit, a Turcis hoc ipsomet momento cæsus & in partes discerptus.

Edit. Paris. pag. 335.

III. MILIEVA, [c] una fuit ex BAJAZETHI I. Turcorum Sultani conjugibus, cui a Milizza matre in uxorem est data, cum auxilium adversus generum ab eo expetiit. MARIAM vocat [d] Ducas, subditque in Temiris una cum marito potestatem venisse, a quo pessime habita, postridie conjugis mortis obiit anno MCCCCII.

III. STEPHANUS BUKOVITZIUS, Serviæ, post patris obitum, Despota dictus, [e] cum Sultano Bajazetho, Amurathi filio, in gratiam redire statim curavit, concessa tum ab ipso, tum a matre in conjugem sorore, & pacto in posterum tributo. [f] Bello exinde cum Temire suscepto, Sultanum comitatus, in prælio quo ille captus est, tanta animi virtute ac prudentia se se gessit, ut Solimannum Bajazethi filium primogenitum periculo subriperet. Sed & [g] eumdem pariter Solimannum secutus est eo bello quod cum fratre Musa gessit, cujus antea partes erat amplexus: qui quidem post Solimanni mortem, quo sibi illatam a Stephano injuriam ulcisceretur, Serviam facta irruptione vastavit. [h] At haud multo post Stephanus Mahumeto Musæ fratri alteri, qui ab eo desciverat se se adjunxit, a quo Musa deletus, captusque est ac strangulatus an. MCCCCXIV. In gratiam, sibi impensi a Stephano subsidii, cujus oppida aliquot suis vicina, quibus provincias suas adaugeret, concessit, [i] Amuratho denique Sultano renuntiato, legatos misit, qui ob adeptam supremam dignitatem suo nomine gratularentur, fœdusque cum illo componerent. [k] Cum Georgio Brankovitzio ex sorore nepote gravia gessit bella ab anno MCCCCII, cumque pleraque Serviæ occupasset provincias, tandem cum eo pacem confecit. [l] Obiit ex podagra, nullis relictis liberis, anno MCCCCXXI. [m] Scribunt alii mortuum anno MCCCCXXV. coram uxore EUGENIA CANTACUZENA, humoque conditum Fruscæ, in paterno tumulo, Ascensionis dominicæ die festo. Sed vereor ne hanc Eugeniam cum successoris conjuge confundant. [n] Porro Stephanus fere semper a Græcis scriptoribus aliisque Lazarus, patris nomine, appellatur, ex quo erroris occasio nata apud plerosque.

VIII. MARA, vel MARIA, aut MARO, uti vocatur a [o] Duca, Lazari Serviæ Despotæ ex Melizza conjuge filia, WKUM BRANCOVITZIUM, nobilem Rascienſem, virum præclaris animi ornatum dotibus, in conjugem habuit. Huic parentem adsignat [p] Orbinus Brancum de Mladieno, quem Placidam videtur appellare [q] Laonicus non uno loco, quique in turbido Serviæ regni post Stephani mortem statu, provincias, quarum illi commendata fuerat præfectura, supremo jure sibi asseruit, Locridem scilicet & Prilepensem tractum, quibus adjunxit deinde Tricam vel Tricalam, & Castoriam Dalmatiæ oppida, quæ eodem usurpationis titulo possederat Nicolaus Altomanus. [r] Wkus vero Brankovitzius prælio ad Cassowiam una cum socero interfuit, & cum majori copiarum parte se se incolumis domum recepit, haud absque suspicione occulti cum Amuratho pacti initi, vel quo ejus certe benevolentiam sibi conciliaret, ut soceri aliquando provincias Turcorum fultus subsidio invaderet, quod socero demum extincto perfecit, potiori Serviæ parte occupata. Verum socrus Milizza certis conditionibus, quarum meminimus, Turcorum adepta auxilium, generum a pervasis ditionibus expulsum, aliquot oppidis agrisque ad vitam pro dignitate sustendandam necessariis contentum esse coegit. Quidam scribunt, cum a Turcis bello captus fuisset, libertate deinceps donatum in patriam rediisse, nec multo post fato functum, non sine propinati a socru veneni suspicione. Tradunt alii, cum ex Philippopolitana urbe, in qua a Musa Bajazethi filio captus detinebatur, se se subduxisset, ad Georgium Balzam sororis maritum venisse, qui exprobrata ad Cassowiense prælium perfidia, ei caput amputari præceperit.

Filii Vuki Brankovitzii ex Maria uxore.

IV. GEORGIUS WKOVITZIUS, Wki Brankovitzii filius primogenitus, [s] in Bajazethi Sultani comitatu, prælio, in quo a Temire captus est, interfuit; ex quo aufugiens, Constantinopolim venit. Obiit Stephano Serviæ Despota patruo adhuc superstite, filiis duobus ex conjuge susceptis, [t] quorum alter *Joannes* a scriptoribus appellatur, quibus Georgius Despota patruus oculos eruit, quo Serviæ possessionem sibi securiorem longe præstaret, quam fratris primogeniti liberi sibi jure potuissent vindicare.

IV. GEORGIUS Serviæ Despota, de quo mox.

IV. LAZARUS BVVKOVITZIUS, WKUS a Luccario appellatus, Solymanni, bello quod contra Musam gessit, partes secutus, ab eodem Musa captus, Philippopoli capite truncatus est. *pag. 336.*

IV. GEORGIUS BRANKOVITZIUS, seu WKOVITZIUS, uti ab aliis indigitatur, [u] Zentæ Dominus a Stephano avunculo dictus, cum eo gravia ac diuturna bella gessit: quo extincto, Serviæ Despota, non tamen absque controversia, dictus est. [x] Amurathus quippe Stephano absque prole mortuo ditiones ejus omnes ad se pertinere contendit. Quo vero jure id assereret, non tradunt scriptores: qui enim matris jure, quam Milievam Stephani sororem fuisse volunt, Servianum principatum sibi vindicasse tradidere, manifesto errant, cum nullos ex Milieva liberos susceperit Bajazethus, etsi id Reineccius scripserit, uti recte ab [y] Orbino observatum. Unde si quodpiam hac in re jus habuerit Sultanus, existimari illud debet quod res quasvis potentiori adjudicat; quæ quidem apud Turcos maxime sententia semper invaluit. Amurathus igitur legatos ad Georgium misit, qui quod decreverat exponerent. At Despota

a *Orbini. Luccari.*
b *Laon. l. 1. p. 27. E. R.*
c *Orb. p. 235. 380. Luccari p. 88.*
d *Ducas c. 4. 17. 30.*
e *Ducas c. 4.*
f *Ducas c. 16.*
g *Ducas c. 19. Laon. l. 4. p. 91. E. R.*
h *Laonic. l. 4. p. 94. 96. 97. E. R.*
i *Ducas c. 29.*
k *Orbini p. 321.*
l *Ducas c. 29.*
m *Luccari l. 3. p. 87.*
n *Ducas cap. 29. Laonic. lib. 4. pag. 94. E. R. Bulialdi ad Ducam pag. 251.*
o *Ducas c. 30.*
p *Orbin. p. 319. 357.*
q *Laonic. l. 1. p. 27. l. 4. p. 94. E. R.*
r *Orbin.*
s *Orbini p. 320.*
t *Luccari l. 3. p. 87.*
u *Orbini p. 295. 321. Luccari l. 2. p. 87. 89.*
x *Ducas c. 30. Orbini p. 24.*
y *Orbini p. 325.*

pota Sultanum placavit, data in conjugem sorore, ac Serviæ parte in dotem concessa. Ita pace inter utrumque principem composita, Amurathus Stephano potestatem fecit Sinderovienſe construendi oppidum, vulgo *Svvendrevv* appellatum a S. Andrea, uti docet [a] Leunclavius. Id actum anno MCCCCXXXV. quo quidem Joannes Palæologus Imperator Despoticæ dignitatis insignia Georgio per legatos misit, quique præterea coronam capiti imponerent. [b] Neque tamen contracta ejusmodi nuptiarum affinitas tyranni animum emollivit: Triennio enim post Sinderoviam sibi tradi expetiit, quod cum abnuisset, valido cum exercitu in Serviam venit, ac Sinderoviam obsidione circumdedit, & ad deditionem compulit. Similem fortunam secuta sunt cætera Serviæ oppida. Sinderoviam tuebatur Georgius filius primogenitus cum Thoma Cantacuzeno avunculo, atque is cum in Sultani venisset potestatem, Adrianopolim missus est, ubi frater ejus alter Stephanus servabatur, nec multo post uterque oculis ferro candenti admoto visu privantur, quasi defectionem parassent, & ad parentem, [c] qui cum Lazaro filiorum postremo, quem perperam hoc loco Stephanum vocat [d] Laonicus, in Hungariam concesserat, proficisci decrevissent. Sed & in eo falli constat eumdem scriptorem, cum tradit utrumque fratrem in tyranni jus venisse, non post Sinderoviam, sed post expugnatam Belgradam. [e] Complura quippe in Hungaria oppida obtinebat Despota, quæ pro Belgrada, cum Alberto II. Austriæ Duce ac Hungariæ Rege, vel, ut alii volunt, cum Sigismundo commutaverat. Postremum hoc oppidum obsidione perinde circumsedit Amurathus ann. MCCCCXXXIX. nullo tamen successu, Hungaris viriliter urbem defendentibus. [g] Anno porro consequenti Hungari duce Joanne Hunniade magno apparatu Danubium transmisere, tantumque terroris inculsere Sultano, ut induciis ultro expetitis, Despotæ omnia oppida sua restituerit, ac utrumque denique filium remiserit. [h] Neque tamen ditionum integram possessionem adiit Despota, cum partem sibi retinuisset, partem etiam proceribus qui in hac expeditione militaverant, concessisset Hunniades: Verum annis aliquot interjectis instauratum rursum bellum Amurathum inter & Hungaros, qui memorabili illo ad Varnam prælio fusi ac profligati x. Decembr. anno MCCCCXLIV. in quo interfectus Rex Udislaus, & fugere coactus in Serviam Joannes Hunniades, ubi a Despota detentus, nec libertate donatus, donec oppida quæ occupaverat sibi restitueret. Ati Thvvroczius a Walachiæ Vaivoda, non vero a Serviæ Despota detentum scribit. [k] Addit Æneas Silvius Hunniadem statuisse rursum cum Turcis confligere, ejusque consilia ad Amurathum clam detulisse Despotam, qui novi inde hostilis apparatus certior factus, Hungaros antevertit, & altero prælio fudit. [l] Quod porro copias suas adversus Turcos Hungaricis adjungere renuisset Despota, bellum illi indixit, postque Hungarorum ad Rigomezaviam cladem, Hunniades in Hungariam fugiens, Sinderoviæ a Despota rursum detinetur, a quo libertatem est consecutus, obside dato filio. At in Hungariam redux Hunniades, in Despotam denuo arma movit, expugnatisque primum quotquot in Hungaria possidebat oppidis, in Serviam transiit, quam totam expugnasset, nisi remisso continuo filio Ladislao, plerique Hungaricorum procerum partes interposuissent suas, ac in Despotæ favorem ferocientem victoris mitigassent animum. At moleste ferens elapsum ac redditum Ladislaum, Despotam aggreditur Amurathus, cui statim subsidio venit Hunniades, Turcis ex Serviæ provinciis expulsis anno MCCCCXLIX. [m] Exinde Mahometus Amurathi successor, rebus prospere sibi ubique succedentibus, ac expugnata Constantinopoli, mirum in modum elatus, Despotam statuit invadere, quantumvis pactum exsolvisset tributum, bellumque eodem quo parens prætextu indixit, cum Serviam ad se pertinere omnino contenderet. Sinderoviam igitur & Belgradam obsidione circumdedit anno MCCCCLIV. quæ quidem oppida cum expugnare non potuisset, vastatis ac direptis agris Adrianopolim reversus est. [n] Despota interea rursum in Hungariam ac inde in Austriam transiit, frustraque a Ladislao Rege auxilio implorato, domum rediit, ubi Belgradæ Præfectum per solitas insidias interceptum interfecit. Michael vero Zilugus, ejusdem Præfecti frater, qui simile periculum incurrerat, structis pariter insidiis, circa Danubii ripas iter facientem cepit, vulnere in manu accepto. Denique persoluto redemptionis pretio liber factus, haud multo post obiit anno MCCCCLVII. vel, ut aliqui volunt, superiore, nonagenario major: ejus cadaver Krievariceæ humo conditum. Scribit [o] Æneas Silvius, Georgium fuisse *grandævum senem, & dignum veneratu, si recta de religione sensisset, plurimamque fuisse in eo sermonis auctoritatem, & corporis majestatem*. [p] Bis nuptias inierat, ac primo quidem cum sorore Joannis Comneni Imperatoris Trapezuntini: ex qua nata, præ cæteris liberis, *Maria*, nupta Amuratho Turcorum Sultano: [q] deinde cum IRENE CANTACUZENA, Matthæi Cantacuzeni filia, & Joannis Cantacuzeni Imperatoris nepti, quæ eodem quo conjux anno obiit ex veneno a Lazaro filio propinato. ANNA a Luccario appellatur.

Edit. Paris. pag. 337.

Filia Georgii Despotæ Serviæ ex N. Comnena.

V. [r] MARIA, ex priore parentis conjugio nata, ab eo uxor data est anno MCCCCXXXV. AMURATHO Turcorum Sultano, eo pacto quod cum Georgio iniit, uti supra indicavimus. [s] Auctor Italicus Gestorum Scanderbegi editus a Sansovino cum aliis rerum Turcicarum scriptoribus, ut & Historiæ politicæ scriptor, quem sequuntur Geuffreus, Reineccius, & alii, perperam Irenem Cantacuzenam hanc appellant, subduntque contra melioris notæ [t] scriptorum auctoritatem, matrem fuisse Mahumeti Sultani: cum Phranzes aliique nullam ex isto conjugio natam prolem Mahumeto consentiant. Tradit porro idem Phranzes extincto Mahumeto Constantinopolim concessisse: Constantinum denique Palæologum, postremum Constantinopolitanum Imperatorem, hanc in uxorem expetiisse, licet quinquagenariam, quas quidem illa nuptias recusarit, cum perpetui in posterum cœlibatus votum emisisset. Kratovi in æde S. Michaelis ejus jacere ossa auctor est Petrus Luccarius.

a *in Pand. n. 99.*
b *Ducas c. 30. Laonic. l. 5. p. 130. Æneas Silv. hist. Bohem. cap. 55. 56. in Europa cap. 4. 5. 6. Thuvrocz. in Alberto cap. 36. pag. 139. 145. Volaterran. l. 8. p. mihi 162. Barlet. l. 1. 3. 4. Luccari l. 3. p. 93. Orbini p. 326.*
c *Pius II. PP. in Europa c. 4.*
d *Laonic. l. 5. p. 130.*
e *Laon. ib. Ducas c. 30. Thuvrocz. in Sigismund. c. 20. p. 135.*
f *Bonfin. dec. 3. l. 3. Ranzan. Ind. 23. Leunclav. Pand. n. 100.*
g *Ducas cap. 32. Thuvrocz. in Uladisl. cap. 40. 41. Luccari lib. 3. pag. 93.*
h *Pius II. in Europa c. 4. 5. 6. Thuvrocz Bonfin. Ranzan.*
i *Thuvrocz. p. 152. 153.*
k *Pius II. PP. in Europa c. 6.*
l *Thuvrocz. p. 155. 158.*
m *Ducas c. 42.*
n *Phranz. l. 3. c. 20. 22. Laon. l. 8. pag. 220. E. R. Thom. Eberdoff. in Annal. Austr. Cambin. l. 2. pag. 154. Volaterr. p. 244. Pius II. in Europ. c. 5. Orbini p. 340. Luccari p. 102.*
o *Pius III. in Europa c. 5.*
p *Phranzes l. 3. c. 2.*
q *Spandug. p. 189. Leunclav. Pand. n. 96. Orbini pag. 325. Luccari l. 3. p. 102.*
r *Ducas c. 30. Laonic. l. 5. p. 129. E. R. Pius II. c. 4. Cambin. l. 2. p. 193. Leuncl. Pand. n. 96.*
s *pag. 181. 275. Hist. Polit. p. 18.*
t *Laonic. Spandug. Leunclav. Orbin. Luccar. l. 3. p. 103. Phranzes l. 3. c. 2. 3.*

Liberi alii Georgii Serviæ Despotæ.

v. GEORGIUS, vel [a] GREGORIUS, uti a quibusdam appellatur, Sinderoviam adversus Amurathi vires aliquandiu tutatus, urbe tandem capta, in ejus venit potestatem, oculorumque lumine ab eo est privatus, uti supra narravimus. [b] Ultima parentis voluntate hæres præcipuus institutus, ac Despota Serviæ dictus est, sub matris tutela. Sed paternis provinciis haud diu potiri passus est Lazarus Brankovitzius frater tertiogenitus, qui matre veneno extincta, ac Servia occupata, Georgium cedere coegit. [c] Is vero ad Mahumethum Sultanum sororis conjugem venit, frustraque implorata ope, ut qui Serviam invadere haberet in animo, quod postea confecit, in Hungariam recessit, ubi quorumdam sui juris oppidorum, quæ Joannes Hunniades Turcis bello extorserat, possessionem adiit. Cumque ibi moraretur, Beatrix Aragonensis Hungariæ Regina, Matthiæ Regis conjux, ELIZABETAM ex sorore neptim, Angilberti Balsensis primi Nardorum in regno Neapolitano Ducis filiam, quæ tum in illius erat Comitatu, Georgio in uxorem dedit, ex qua nullam prolem suscepit. Verum nothos aliquot habuisse produnt [d] historici, quos inter fuit quidam *Joannes*. Georgius vero in Hungaria vita decessit.

v. STEPHANUS, de quo mox.

v. LAZARUS Serviæ Despota, de quo post fratrem Stephanum agetur.

v. [e] CATHARINA, quam CANTACUZENAM, de matris cognomine appellat Æneas Sylvius, [f] Ulrico II. Cilei (quæ urbs est ad Savum) Comiti conjux est data. [g] Is porro filius fuit Friderici Cilei Comitis, qui uxorem ex Croatiæ Comitibus ortam necavit, Veronicæ concubinæ, cum qua stupri consuetudinem exercebat, & quam Friderici pater Hermannus fluvio postea demersit, fatuis amoribus irretitus. Perperam vero scripsit [h] Spanduginus fratrem fuisse Friderici Austriaci Imperatoris, [i] cujus erat patruus. Albertus quippe Austriæ Dux uxorem duxerat Elizabetam Bohemiæ reginam, filiam Sigismundi Imperatoris ex Barbara Hermanni Ciliensis Comitis, qui Ulricianus fuit, filia. [k] Ulricus denique a Ladislao Joannis Hunniadis filio in urbe Belgrada interfectus fuit an. MCCCCLVII. unica relicta filia [l] Catharina, extincto fratre Lazaro, Serviæ Despotatus partem frustra vindicavit.

Edit. Paris. pag. 338.

v. ELIZABETA, a quibusdam MILIZZA appellata, ALEXII SPANI, Nobilis Albani conjux, [m] a scriptore Italico Gestorum Scanderbegi, soror Lazari & fratrum fuisse dicitur.

V. [n] STEPHANUS BUKOVITZIUS, vel BRANKOVITZIUS, Georgii Serviæ Despotæ frater alter, simili qua ille calamitate afflictus est, excæcatus ab Amuratho, uti supra diximus. Post parentis mortem, Mahometo in Serviam magno armorum apparatu expeditionem parante, in Albaniam se se recepit, ubi filiam Arianitæ Comneni, Dyrrachii, Aulonis, aliorumque in Dalmatia oppidorum domini, in uxorem recepit. Hanc ANGELINAM Orbinus, Petrus vero Luccarius THEODORAM vocant.

Liberi Stephani Bukovitzii ex Theodora uxore.

VI. [o] WKHS Bonfinio LUPUS appellatus, magnus bello dux, Mathiam Corvinum Hungariæ Regem secutus, Turcos, qui in Carinthiam & Croatiam irruperant, acie fudit, prædamque iis abstulit: in cujus egregii facinoris mercedem a Rege Friesicam castellum obtinuit. Nothum fuisse scribit [p] Luccarius.

VI. [q] GEORGIUS, Serviæ Archiepiscopus: hujus meminit Volaterranus, ut & idem Luccarius.

VI. [r] JOANNES Despota, pater *Mariæ* uxoris Ferdinandi Frangipani, ex quo conjugio nati Stephanus Comes Modrusæ, & Catharina nupta Nicolao Bano Sdrinensi, seu Sirmiensi.

VI. ANGELINA BRANKOVITZIA, *Mariæ* Montisferrati Marchionissæ mater. [s] Scribit Benvenutus Sangeorgius ex Comitibus Blandratensibus, Ordinis S. Joannis Hierosolymitani Miles, ac Guillelmi Marchionis Montisferrati Cancellarius, in ejusdem Marchionis historia, ex Stephani cum Arianitæ filia, cujus nomen reticet, conjugio, natam filiam Angelinam, quæ, inquit, fuit mater Mariæ, matris Guillelmi Montisferrati Marchionis, qui tum in vivis erat: *Che fu madre de Madama Maria, madre del presente signore Guilielmo Marchese di Monferrato*. Verba sunt scriptoris, qui in Aula Monferratensi tum vivebat, cui proinde longe potior fides habenda, quam [t] Philippo Comineo, viro extero, aliisque tradentibus Mariam Bonifacii Marchionis Montferratensis uxorem Stephani Brankovitzii filiam fuisse, tametsi Mariæ Stephani filiæ conjugis nomen & familia in incerto adhuc maneant.

V. [u] LAZARUS BRANKOVITZIUS, vel BUKOVITZIUS, tertius Georgii filius, Serviam invasit, pulso & exacto fratre Georgio, qui ad Mahometem Turcorum Sultanum, auxilii expetendi gratia, venit, a quo repulsam est passus. Inde enim captata præclaram hanc provinciam sibi asserendi occasione, ingenti copiarum militarium apparatu in Serviam irrupit. Cujus adventu terrore simul ac mœrore perculsus Lazarus, qui aliunde hac injusta usurpatione subditorum odium incurrerat, haud multo post vitam exuit, [x] mense Decembri anno MCCCCLVIII. [y] Uxorem porro duxerat mense Octob. an. MCCCCXLV. HELENAM PALÆOLOGINAM, Thomæ Moreæ Despotæ filiam; cujus quidem favore conjugii Lazaro Despotæ titulum ac dignitatem indulsit Joannes Palæologus Imperator, Helenæ patruus. Obiit illa exul VII. Novembris mensis anno MCCCCLXXIV. cum paulo ante mortem, ut Græci fere omnes solent, vestem induisset monachicam.

a *Luccarii. 3. p. 102.*
b *Spandugin. p. 193.*
c *Pius II. in Eur. c. 5. Spandugin.*
d *Bonfin. dec. 3. l. 10. p. 534.*
e *Pius II. Pp. in Eur. c. 5. Bonfin. p. 495. Volaterr. l. 8.*
f *Orbini p. 324. Spandug p. 193. Luccari l. 3. p. 92.*
g *Pius II. c. 1. & 21.*
h *p. 193.*
i *Thuvrocz. p. 137. 140. 143. Volaterr. l. 8.*
k *Æneas Silv. Epist. 266. Thuvrocz. p. 165. Bonfin. Orbin. & al.*
l *Pius II. Spand.*
m *pag. 275.*
n *Ducas c. 30. Orbini p. 326.*
o *Orb. p. 342. Bonfin. dec. 3. l. 10. p. 534.*
p *Luccari l. 3. p. 102.*
q *Volaterr. Luccar. p. 102.*
r *Volat. Orbini p. 342.*
s *Benvenut. Sangeorg. in Hist. Monferrat. MS. in Bibl. Duc. Sabaud. f. 489.*
t *Phil. de Comines lib. 7. cap. 5. lib. 8. cap. 9. Belcar. l. 5. cap. 24. Orbini pag. 341.*
u *Spandug. Orbin.*
x *Phranzes l. 2. c. 22.*
y *idem l. 2. c. 19. l. 3 c. 20. 22. 26. 30. Leonic. l. 7. p. 180. E. R.*

Edit. Pariſ. pag. 339.

Filiæ Lazari Brankovitzii ex Helena Palæologina.

VI. MARIA, ſuperſtite parente, [a] STEPHANO Boſinæ Regi matrimonio copulatur: qui quidem ſocero extincto Serviæ principatum invaſit, eo haud diu potitus, Mahometo Sultano & Serviam & Boſinam armis expugnante, uti ſuo loco a nobis obſervatum.

VI. MELIZZA, [b] a matre dum exul Raguſii moraretur, uxor data eſt LEONARDO Tocco, Cephaloniæ Comiti, ac Artæ Deſpotæ.

VI. IRENE, [c] a matre pariter nuptum data JOANNI CASTRIOTO, S. Petri in Galatina Duci, Magni Scanderbegi filio, ut in Caſtriotorum familia inferius dicemus.

a *Laonic. l. 9. p. 243. E. R. Bonfin. dec. 3. l. 10. p. 534. Spandug. p. 195.*
b *Spandug. p. 197. Orbini p. 340.*
c *Leander. Albert. Sanſovin. p. 300. Barlet. l. 11. Orbini.*

X.

DUCES SPALATENSES.

SPALATUM Dalmatiæ urbem celeberrimam, Aſpalathum [a] Conſtantino Porphyrogenito, [b] aliis Spalatrum dictam, ex Salonæ ab Attila everſæ ruinis conditam exiſtimant plerique ſcriptorum, Willelmi Tyrii, Thomæ Archidiaconi Salonenſis, & Hungaricorum ſcriptorum auctoritate fulti. Sed præterquam quod pro certo haberi debet, Salonam ac Spalatum una ac ſimul poſt Attilæ tempora periitiſſe, auctor eſt idem Conſtatinus Spalatum a Diocletiano Imperatore, ac proinde longe ante Attilæ tempora conditum fuiſſe, quam quidem urbem magnificis Palatiis, [c] quorum rudera ſua adhuc ætate ſupererant, ut & noſtra, adornaverit, ex quo Spalatum, voce ex Latina *Palatium* detorta fuerit appellatum. Verum omiſſis Spalati originibus, conſtat extremis ſæculis aliquanto tempore in Reipublicæ formam gubernatum, civibus Poteſtates ac Comites eligentibus a quibus regerentur, ſub Regum Hungariæ tamen, ac Venetorum deinde ſupremo imperio. [d] Verum cum Spalatini invicem diſſiderent, Nobiles primo expulere anno MCCCCXXCVIII. [e] Cumque in reipublicæ gubernatione rurſum diſcreparent, Ladislao Neapolitano Regi, cum in Dalmatiam exſcendit, inde Hungarici regni coronam excepturus, ſe ſe dediderunt. Ladislaus vero Spalatum, cum quatuor inſulis, Brazza, Lezina, Corzula & Liza, Harvojæ vendidit.

[f] HARVOJA, ſeu HERVOJA WKCICH, filius *Wkaz Chervatnich* & nobilis fœminæ Raguſinæ ex Luccarica gente, Boſnenſis Protogeron fuit, ac dominus Jaizæ, ſeu Jaiczæ, præcipuæ ac munitioris fere totius Boſinenſis regni arcis, cujus non ſemel meminit Laonicus. [g] Is porro ſub annum MCCCCI. *Magnum ſe Vaivodam Regni Boſinenſis ac Vicarium Generalem Regum Uladislai & Oſtojæ* inſcribebat. Quo poſtremo quidem nomine complura Tragurii, Sebenici, aliorumque oppidorum, quæ Hungaris in Dalmatia parebant, privilegia incolis indulſit anno MCCCCII. Spalati deinde dominium adeptus, Ducis ejuſdem urbis, & inferiorum partium Comitis, titulum ac dignitatem ab eodem Ladislao obtinuit miſſis in inſulas, quas una comparaverat, Præfectis. Grave cum Sigiſmundo Imperatore ob levem offenſam bellum geſſit anno MCCCCXIII. cum antea maxima animi conſenſione uterque vixiſſet, initoque cum Turcis fœdere, Boſinenſe regnum cum validis copiis ingreſſus, Boſinæ Rege ad Conſtantienſe Concilium, in Sigiſmundi, cujus partes ſequebatur, comitatu, tum profecto. Quo quidem percepto nuntio, Sigiſmundus lectum exercitum, cui Ludovicum Garam alioſque duces præfecit, in Harvojam miſit, a quo Hungari deleti ſunt ac profligati. [h] Obſervant hiſtorici, tum primum Boſinam ingreſſos Turcos, ex hacque victoria occaſionem captaſſe Mahometum in Boſina ſuperiori Sangiacum ſeu Vicarium conſtituendi, IKACHUM nomine, cui Regis titulum impertiit. Qui quidem Ikachus cum a Sigiſmundo in prælio fuſus ac interfectus fuiſſet, ea rurſum regni pars in Boſinenſium Regum poteſtatem venit. Harvoja interim Turcorum deſtitutus auxiliis, cum bello, quod aggreſſus fuerat adverſus hoſtes potentiſſimos ſuſtinendo imparem ſe cerneret, mœrore ac deſperatione confectus, [i] in oppido Cotorio, quod jure hæreditario poſſidebat, obiit menſe Septembri anno MCCCCXV. quo porro hoſti infenſiſſimo inſultaret Oſtoja Boſinenſis Rex, dimiſſa conjuge legitima, JELLIZZAM, Harvojæ conjugem ſibi matrimonio copulavit. Exin Spalatenſes morte Ducis ſui percepta, pulſo urbis præſidio, rurſum in libertatem ſe ſe aſſeruerunt: Raguſini vero, icto cum Sigiſmundo fœdere, tres ex inſulis quas Harvojæ tradiderat, Brazzam ſcilicet, Lezzinam, & Corzulam ab eo comparaverunt. [k] Ex Harvoja porro nati filius unicus *Balza*, & *Maria* a matre Stephano Scimracovichio, in quem univerſa Harvojanæ familiæ dignitas ac ſplendor tranſiit. Habuit præterea idem Harvoja fratrem *Draaghiſcam*, cujus mentio occurrit in Diplomate anni MCCCCI. Tandem denique Spalatum cæterorum Dalmatiæ maritimorum oppidorum fortunam ſecutum, Venetorum imperio ſe ſe ſubmiſit XXVIII. Junii anno MCCCCXX. uti alio loco a nobis eſt obſervatum.

pag. 340.

a *Conſtant. de adm. Imp. 29. 30.*
b *Thomas Archid. in hiſt. Salon. c. 4. 10. Thuvrocz. p. 25. Bonfin. dec. 3. l. 6. p. 87. Vuill. Tyr. l. 2. c. 17.*
c *Joan. Sponius in Itin. to. 1. p. 103.*
d *Hiſt. a Cutbeu c. 3.*
e *Thom. Archid. Salon. paſſim Orbin. p. 366. & ſeqq.*
f *Luccari l. 4. p. 80. Lucius l. 1. de Regn. Dalm. c. 4. Gio. de Ravenna nell' Chr. di Hervoia Haruvatich Duca di Spalato. Thuvrocz in Sigiſm. c. 16. Bonfin. dec. 3. l. 3. p. 397.*
g *Luc. l. 5. c. 4.*
h *David. Chrytrens l. 3. Thuvrocz in Sigiſm. c. 18. Bonfin. dec. 3. l. 3.*
i *Luccari l. 3. p. 82.*
k *Lucius l. 5. c. 4. Luccar. p. 82.*

XI.

DUCES SANCTI SABÆ.

DUCATUS a ſancti Sabæ, magnæ olim amplitudinis, ut qui ad duodecim itinerarios dies porrigebatur, ad Ortum Novipazaro, ad Occaſum Zetinæ fluvio, & Raguſino dominio confinis, Boſinenſis regni primum pars fuit: eaque regio, quam a *Zachlumitis* habitatam diximus, qui Laonico *Conduerges*, vel *Condugeres*, dicuntur, ex quo [b] Petrus Luccarius *Chuduergiam* huncce tractum vocat, eumdem eſſe ait cum Chelmenſi, ac Ducatu S. Sabæ; qui *Hertzegovina* vulgo appellatur, voce ex Germanica *Hertzog*, quæ Ducem ſonat, confecta, quod a [c] Principibus poſſideretur, qui hac dignitate donarentur. Horum originem & natales ad quemdam nobilem

I. WK, cognomento HRANA, ſcriptores referunt, qui ex Comite Rudinenſi natus dicitur circa an. MCCCXVII. Hic cum in Serviæ Regis Stephani Neemanis Comitatum veniſſet, ab eo benigne exceptus, cum ob militarem fortitudinem, tum ob præclaras animi dotes quibus decorabatur, in obſequiorum deinceps mercedem, non minimam agri portionem quæ Retinenſi Comitatui adjungeretur, ab eodem obtinuit. Interfectus fuit anno MCCCLIX. a quodam ex agnatis Branci Raſſiloglichi, quem in jurgio interemerat. Huic filius fuit

II. WTLAKUS, qui a paternis virtutibus moribuſque haud degener, Twarki, primi Boſinæ Regis, gratiam promeritus, Vaivodæ dignitate donatus eſt. Exin copiis, quas ille anno MCCCLXXXIX. in Lazari Serviæ Deſpotæ auxilium miſit, Præfectus, prælio ad Caſſowiam inito fortiter cum Deſpota pugnans, a Turcis deletus eſt; periculoque elapſus in patriam aufugit. Rurſum exercitus Dux a Twarko delectus, Turcos eoſdem, qui in Boſinam irruperant, binis præliis fudit. In quorum obſequiorum impenſorum gratiam, univerſam regionem, quæ ſancti Sabæ Ducatus appellatione poſtmodum donata eſt, ab eodem Rege obtinuit, quo ſub extremum vitæ tempus conceſſit, filiis quatuor ex conjuge relictis, hiſce nominibus, [d] *Scandagl*, *Wkaz*, *wk*, & *Wchich*, quorum duo poſtremi interfecti ſunt ab agnatis Pauli *Radicnovichti*, proceris Boſinenſis, quem idem Wk interemerat.

III. SANDAGL, SANDAIL, vel SANDAL, uti a [e] Laonico appellatur, cognomento HRANICH, copiis militaribus, ut parens, præfectus eſt ab Oſtoja Serviæ Rege, a quo Primus Vaivoda dictus, cum valido exercitu contra Sigiſmundum Hungariæ Regem miſſus eſt an. MCCCCX. & ab eo primum fuſus, acceptam cladem inſigni victoria ſarcivit, deletis ac profligatis conſequenti anno iiſdem Hungaris, eorumque duce Sacholio Joanne circa Mazoviæ confinia. Quam quidem ob victoriam non modo magnam apud Boſinenſes famæ exiſtimationem, ſed & ab ipſo Rege nova beneficia promeruit, agris ac prædiis donatus, quibus Ducatum non modice adauxit. Ab eodem Oſtoja denique auxilio miſſus eſt anno MCCCCXIV. Deſpotæ Serviæ Stephano adverſus Muſam Bajazeti Turcorum Sultani filium. Obiit anno MCCCCXXXV. non ſine propinati veneni ſuſpicione, nullis ex [f] MARIA Conſtantini Mazarechi neptis, quæ haud diu marito ſuperſtes fuit, ſuſceptis liberis.

Edit. Pariſ. pag. 341.

A Laudatur paſſim apud ſcriptores ob præclaras animi dotes.

IV. STEPHANUS Wkaſii ex Catharina filius, patruo in S. Sabæ Ducatum ſucceſſit. [g] Familiæ *Hrana*, vel *Hrarach*, in *Coſſacia* cognomen mutavit, quod, ut volunt, natus eſſet in quodam loco *Coſſac* appellato; ſed ut ſcribit Luccarius, provinciæ, cui imperabat, ſancti Sabæ Ducatus nomen impoſuiſſe primum, cum Ducis dignitatem a Friderico IV. Imperatore obtinuiſſet. [h] Simultates graves ac diuturnas ob ANNAM uxorem, Georgii Cantacuzeni filiam, cum Raguſinis exercuit, quæ a marito, qui cum nobili Florentina ſtupri commercium exercebat, deſpicatui habita, cum filio Ladislavo Raguſium ſe ſe contulerat. Cum enim & uxorem & filium ab iis ſibi reddi poſtularet, id non modo abnuerunt, ſed copiis militaribus in eorum gratiam coactis, Ladislavum præfecere, a quo fuſus parens, Mahumetum Turcorum Sultanum adiit, auxilium ab eo expoſtulaturus, dato obſide filio altero *Stephano*. Mahumetes lecto exercitu, legatos ad Raguſinos miſit, qui Stephani Ducis uxorem repeterent. Illa vero accepto legationis iſtius nuntio, veritaque ne Sultanus in filii provincias irruptionem faceret, in Italiam ſe ſe recepit. [i] Duce Stephano interea fatis functo, diſſidii domeſtici occaſione captata, in Ducatum copias eduxit Sultanus, vaſtatiſque agris, oppidis etiam aliquot captis, cum metropolim expugnare non potuiſſet, reverſus eſt. Ita rem memorat Laonicus. [k] At Luccarius & Orbinus de belli cauſa Ducem inter & Raguſinos, Laonico non conſentiunt. Ajunt quippe ſuſceptum a Raguſinis ob arcem, quam *Soko* appellant, & ad ſe pertinere contendebat Stephanus; ſed & propter ſalinaria quædam tributa, quæ in ſuis ille ditionibus adauxerat, & ab ipſis exigebat Raguſinis, cum ſtatum & ab antiquo fixum vectigal pro ſale qui exportaretur, pendi debere contra ii aſſererent. Accidit præterea ut hoc ipſo ferme tempore quo orta hæc controverſia, Ladislaus filius parentis vitæ ſolutioris ac pravorum morum pertæſus, quique uxorem Marini Martiani, Ruſani Principis, filiam ſibi abſtulerat, ab eo receſſit, occupatiſque aliquot munitis oppidis, Raguſium venit anno MCCCCL. ubi parentis vitæ pravam rationem, ac cauſam, quæ ut ab eo recederet impulerat, in Senatu publice expoſuit. Senatus porro ſatisfactionis in vectigalis augmento denegatione alias offenſus, auxilium Ladislavo pollicitus eſt. Bello interea exardeſcente, Raguſini ac Ladislaus, qui Ducis copias proprios in agros attraxerant, ne quid gravius accideret, ad Mahumetem & Ladislaum Hungariæ Regem legatos miſere, ut ſuas partes interponerent, ac diſſidia componerent. Firmato itaque horum principum interventu, inter parentem & filium ac Raguſinos pacto ann. MCCCCLII. [l] Stephanus Ladislavum filium in gratiam recepit, conceſſis, quibus honorifice vitam exigere poſſet, aliquot oppidis ac prædiis. Ex quo uterque princeps, ac Raguſini, ſumma cum animorum conſenſione deinceps vixere. Quin & Raguſini Stephanum & liberos in Reipublicæ ſuæ nobilium atque adeo civium catalogum admiſerunt. Obiit Dracevizæ, haud procul a Caſtronovo, an. MCCCCLXVI. ANNAM CANTACUZENAM, cujus meminimus, primis nuptiis, hacq; extincta, HELENAM, quam alii BARBA-

a *Orbin. pag.* 389. *Leunclav. in Pand. n.* 95. *Luccar. l.* 1. *de gli armati di Rauſa. Laonic. l.* 5.
b *Luccar. p.* 96.
c *Lud. Tubero.*
d *Orbini p.* 382.
e *Laonic. l.* 5. *p...*
f *Luccari l.* 3. *p.* 90.
g *Lucar. p.* 97.
h *Luccar. p.* 96. *Laonic. l.* 5. *&* 10. *p... Spandugin. Leunclau. Pand. n.* 162. *Ludov. Tubero l.* 5. *Eomment. ſui temp. p.* 114.
i *Laonic. l.* 10.
k *Luccar. l.* 3. *p.* 96.
l *Gobelin. l.* 11. *p.* 311.

RAM vocant Vulcaſcini Servię Regis ex filio Monſcilio neptim, denique quamdam CÆLIAM, ſibi adjunxiſſe tradunt ſcriptores. Perperam porro ſcribunt alii VOISSAVAM Magni Scanderbegi filiam duxiſſe, quæ non Stephani Ducis S. Sabæ, Sed Stephani Ducis Montiſnigri uxor fuit, ut ſuo loco docemus. Jam vero ex priore Stephani Ducis S. Sabæ conjugio tres filii prodiere, *Ladislaus*, *Wlaticus*, & *Stephanus Coſſacia*: præterea *Catharina*, a patre Thomæ Boſinenſi Regi uxor data, & *Maria*, Joanni Zarnoevichii Zarnagoræ domino nupta. *Stephanus* filiorum poſtremus, cum Mahometo a patre obſes datus eſſet, in tributi cui ſeſe obſtrinxerat ſecuritatem, ejurata Chriſtiana religione, [a] Turcicam amplexus, & *Achmet* dictus, *Fati*, Achmetis Sultani filiam in uxorem obtinuit, ex qua Mahometum & Achmetem, præterea Humam, vel Humunam, Kameram, & Gumeram, filias genuit, uti ſcribit Flavius Comnenus. Unde Tuberonis & Pauli Jovii error pateſcit, Ladislavum, ut acceptam a patre injuriam vindicaret, Mahumetiſmum amplexum fuiſſe ſcribentium.

V. LADISLAVUS, & WLATKUS, [b] Stephani Coſſaciæ S. Sabæ Ducis filii, paternam hæreditatem invicem partiti, Ladislavus Ducatus S. Sabæ ſuperiorem, Wlatkus inferiorem partem cum Caſtellonovo obtinuere. Verum uterque ſorte ſua haud diu potiti, ab Heſſo Bego Bajazetis II. exercituum duce ditionibus ſuis exacti, Raguſium, hinc in Arbenſem inſulam, apud Zarnoticchios, conceſſere, ubi Wlatkus vitæ finem fecit. [c] Ladislavus vero in Hungariam deinde tranſiit, Ducis S. Sabæ titulo ſemper donatus, in hæcce verba concepto: *Duca Primorſchi, Signor di Hum, & Guardiano del Sepolcro del beato Sava.* Leunclavius & aliquot alii ſcriptores, poſt Laonicum, qui Ladislavum Sandalii nomenclatura perpetuo donat, dum belli inter Stephanum Ducem & Raguſinos cauſam ac hiſtoriam enarrant, addunt Mahometem accepta Stephani, in cujus gratiam ac auxilium exercitum coegerat, mortis nuntio, in Ducatum cum totis viribus irrupiſſe, Ladislavum vero Venetias fugiſſe, ac deinde in Hungariam profectum, ibi fato functum. Mahumetes vero Ducatu potitus, Wlatko, Ladislavi fratri, Volaccam, Caſtellum novum, aliaque aliquot caſtella ſub tributi conditione ad vitæ neceſſaria conceſſit. [d] Quæ quidem, extincto Mahomete, Bajazetus ſucceſſor eripuit, Wlatko in inſulam Arbam fugiente, ubi obierit. Aliter denique Spanduginus cauſam commemorat cur Ladiſlavus Raguſium conceſſerit, aitque non a matre ad id inductum, ſed pravæ parentis vitæ pertæſum una cum uxore eo ſe recepiſſe.

Enimvero a Ladislao, familiam, quæ Balzæ; a Wlatko vero, quæ COSSACIÆ, vel COSSAZZÆ nomen retinuere, profectam ſcribit Flavius Comnenus: quarum poſterior Venetiis inter eas quas Nobiles vocant, locum obtinet, cujuſque ſtemma ex eodem Flavius hic damus.

Edit. Pariſ. pag. 342.

a *Luccar. l. 3. pag. 109. Flavio Angelo.*
b *Orbini.*
c *Laonic. l. 10.*
d *Spandug. pag. 200.*

STEPHANUS S. Sabæ Dux, Nobilis Venetus, uxorem duxit HELENAM, quam ei abſtulit pater.

LADISLAUS ux. ANNA CANTACUZENA.

STEPHANUS ux. HELENA.

WLATICUS cogn. *Coſazza*,

CATHARINA ux. THOMÆ Regis Boſinenſis.

PETRUS cogn. *Balza*, ux. QUIRINA Nobilis Veneta.

MUSTAPHA Begus, Mahometanus.

HUMINA. GUMERA.

JOANNES *Coſazza*, Nobilis Venetus, uxor NEOPHITA *Coſcia*, Nobilis Vicentina, obiit an. 1637.

MATTHÆUS *Balza*.

AMURATH, al. ACHMET.

WLATICO *Coſazza*, Nob. Venet. ux. THADÆA, Nob. Breſciana.

ISABELLA ux. POMPEII *Avogadri*, FLORENTIA ux. Ludov. Piſani, Nob. Veneti.

SAVA ux. PAULI *Boldu* Nobil. Ven.

STEPHANUS.

FERDINANDUS *Coſazza*, Nob. Venet. ux. FAUSTINA, filia Sebaſtiani Bonrizzi.

NICOLAUS *Balza*.

MUSTAPHA. ALLI. MEHEMET.

JOANNES *Coſazza*, Nob. Venet. ux. ELIZABETA *Zorzi*, Nob. Venet.

HORATIUS. SILVIUS. STEPHANUS. HECTOR.

FERDINANDUS *Coſazza*, interfectus.

GEORGIUS. PAULUS. STEPHANUS. CATHARINA. MARIA.

WLATICUS *Coſazza*, Nobilis Venetus. MARIA.

ELIZABETA, ux. ANGELI *Zorzi*, Nob. Veneti.

Cozzarum Venetorum inſignia tres faſcias tranſverſarias rubeas cum crucicula perinde rubea in ſuperiori parte, in area argentea præferunt.

XII.

Edit. Paris. pag. 343.

COMITES CHELMENSES.

IN Serviæ Regum ſtemmate obſervatum ſupra, Neemanem Regem duos habuiſſe fratres, MIROSLAVUM, & CONSTANTINUM, qui Chelmenſem Comitatum poſſederunt ſub clientelæ conditione. Miroslavo ſucceſſor fuit ANDREAS filius, Comes Chelmenſis, ſeu provinciæ, [a] quam *Zachulmiam* vocat Conſtantinus Porphyrogenitus. Hic cum benignioris eſſet ingenii ac indolis, pacisque amantior, pleraſque quas poſſidebat regiones amiſit. Iſtas quippe, quæ infra montana adjacent, in quibus ſunt Neveſium, Debarum, Grecka, aliaque oppida, occuparunt Boſinenſes Reguli. Aliam Chelmenſis Comitatus partem, quæ ultra citraque Naronam fluvium protenditur, [b] uſque ad Zetinenſem Comitatum, præterea Biſzam & Lecam, aliaque vicina oppida Petrus Comes, ac deinde Domini alii Croatiæ invaſere: ita ut nihil aliud Comiti Andreæ ſuperfuerit, præter Popovum, cum ora maritima, & Stagnenſi oppido. Legitur Diploma ejuſdem Comitis Andreæ an. MCCXLI. continens pactum, quod cum Gargano Spalatenſi Poteſtate iniit. [c] Humo conditus fuit in Deiparæ templo Stagnenſi, aliquot ſuſceptis liberis, quos inter fuit WLATCUS, magnæ ſpei adoleſcens, qui pauco tempore patri ſuperſtes obiit; PETRUS Chelmenſis Comes, & alius qui pater fuit *Wcoſavæ*, Barbi de Cruce nobilis Raguſini conjugis. Cæteri eorum fratres ac nepotes in eodem dumtaxat Chelmenſi Comitatu Popovum & oram maritimam poſſedere. Qua quidem tempeſtate IGINIUS, Nelipezzi Comitis frater, e Croatia in Chelmenſem Comitatum facta irruptione, Biſzam, Lucum, ac Stagnum occupavit. Extincto Ignio, manſit Chelmenſis Comitatus abſque Comite, regionis proceribus nullum ſupremum agnoſcentibus dominum, donec fratres quatuor, MICHAEL, DOBROVOJUS, BRANCUS, & BRAICUS [d] pauperis cujuſdam nobilis, nomine Branivoi, ex Barga, Chelmenſis provinciæ oppido, oriundi, filii, qua armorum vi, qua indigenarum conciliata benevolentia, Comitatum omnem Chelmenſem ſibi aſſeruere, producta deinceps a Zetina fluvio ad Sinum Catarenſem dominatione. Sed & PETRUM Comitem, Andreæ Comitis filium, & NICOLAUM ac TOLLENUM Petri filios, qui Popovum cum ora maritima obtinebant, clientelæ obſequium ſibi profiteri coegerunt. Prælio etiam inito, Raſſiæ Zupanum fuderunt. Verum cum inſolentius ſeſe erga vicinos gererent, Stephanus Boſinenſis Banus, indicto iis bello, Chelmenſem Comitatum adortus, pleraque regionis oppida in ſuam redegit poteſtatem, quatuor iſtis fratribus interim ditionibus ſuis exutis, ac miſere pereuntibus. Sic univerſus Chelmenſis Comitatus Boſinenſis Bani juris deinceps fuit, præter Popovum, & oram maritimam, quæ PETRO TOLLENOVICHIO, Andreæ Comitis pronepoti, adhuc parebant: qui cum Boſinenſi Bano fidei clientelam præſtare abnuiſſet, ejus arma in ſe concitavit, & ab eo captus, interfectus eſt. Verum Stephanus haud multo poſt NICOLAO, Petri patruo, & Andreæ Comitis ex filio nepoti, CATHARINAM ſororem in uxorem conceſſit, cum Popono oppido, quo ex conjugio nati BOGHISCIA, & LADISLAUS NICOLICHIUS. [e] Mortuo deinde Stephano, THUARCUS ex fratre nepos, & in Boſinenſi regno ſucceſſor, Chelmenſem Comitatum obtinuit.

Chelmenſium Comitum armorum inſigne fuit brachium nudatum, haſtile ſeu lanceæ manubrium tenens.

a *lib. de Adm. Imp. c. 33. Lucius lib. 4. c. 4.*
b *Orbin.*
c *Lucius in Not. ad Thom. Archid. Hiſt. Saloni. c. 36.*

d *Giovan. di Ravenna nelle Chr. di Harvoia. Duca di Spalato.*
e *Orbin.*

XIII.

Edit. Paris. pag. 344.

COMITES ZENTÆ.

REGIO, quam in Dalmatia ZENTAM [a] vocant, quæque Comitatus deinceps titulo donata legitur, a fluvio ejuſdem appellationis, a quo rigatur, nomenclaturam accepit. Dividitur in ſuperiorem & inferiorem, oppidaque complectitur, Duglam, Drivaſtum, Scutarium, Dagnum, Podgorizam, & aliquot alia caſtella. Serviæ vero Regibus paruit, donec peſſum euntibus regni rebus, Uroſco poſtremo Rege imperante, ſed & poſt ejus interitum, quidam ex Albaniæ proceribus cognomento BALSA, ut vir erat audacia ac fortitudine animi præditus, hanc ce provinciam invaſit, ſuiſque in poſterum hæredibus aſſeruit. [b] Hunc Orbinus ex indigenis nobilibus Albaniæ natum dixit: verum Balſæ cognomen, & quæ iſti familiæ adſcribuntur inſignia, ſtella nempe aurea in campo rubeo, ſatis declarant, ex Italia, ubi ſub Andegavenſibus regni Neapolitani Regibus ſumma apud principes auctoritate ac dignitatibus fulſit, in haſce oras perveniſſe, cum Reges iidem in Dalmatiam eſcenderunt, ac Dyrrachium, vicinaque alia oppida expugnarunt, traductis eo familiis Francicis, ſeu Franco-Neapolitanis: unde Albani proceres a Francis ortum ſe ducere palam profitebantur, indeque accidit ut inter Albanos & Gallos mutuus interceſſerit ſemper animorum conſenſus, iique non ſemel in Regum noſtrorum copias militares relati legantur. [c] Quinetiam non defuere qui nobiliſſimam in Sebuſianis Balmenſem gentem a Balſis Albanis ortam dixerint, tametſi ea opinio nullo nitatur fundamento, & a Guichenono jure refellatur. Illuſtrem porro Balſarum gentem e Provincia Gallica cum Carolo I. Siciliæ Rege profectam, & in Neapolitano regno ſedes fixiſſe, Ducatuſque ac Comitatus inſignes poſſediſſe, teſtantur qui de Familiis Neapolitanis commentarios ſcripſerunt, ac præ cæteris præter Philibertum Campanilum, Ferrandus Marranus Gardiæ Dux, qui tamen hujuſce Albanicæ Balzanæ ſtirpis haud meminit. Comitum Zentæ ex ea hiſtoriam cum copioſe ſatis pridem deſcripſerimus in [d] hiſtoria Franco-By-

a *Conſtant. Porph. de adm. Imp. cap. 30. Pietro Luccari l. 1. annal. di Rauſa. Lucius l. 1. Regn. Dalm. c. 13.*
b *Orbin.*
c *Jean Bapt. Buſon en l'eraiſon fun. du Marquis de S. Martin. Guichenon. in ſtemmate Balmenſi Montiſrevellenſi. Duca della Guardia nelle famiglie di Napoli.*
d *lib. 8. c. 34. 35. 36.*

zantina, supervacuum esset hanc rursum hic reducere: verum cum gentis istius stemma ad horum temporum notitiam necessaria sit, haud absurdum forte erit, si illius brevem dumtaxat indicem ob oculos lectorum proponamus.

BALSA Zentæ Princeps ac Dominus.

STRASCIMIRUS Zentæ Princeps, an. 1368.

GEORGIUS Zentæ Princeps, ob. an. 1379.

BALSA, Comes Zentæ, Dyrrachii Princeps. 1. ux. *Caninæ*, filia Belgradi Despotæ. 2. vidua Marci filii Vucascini Regis Serviæ.

GEORGIUS STRASCIMIRUS, Comes Zentæ, uxorem duxit *Despœnam* filiam Lazari Serviæ Despotæ, tum viduam Sismanni Moldaviæ Principis.

GOICUS, & IVANISCUS obiere superstite patre.

BALSA Comes Zentæ, obiit anno 1421.

N. filia nupta *Radico Sancovio.*

XIV.

DRAGASENSIS FAMILIA in Serviæ Regno.

Edit. Paris. pag. 345.

I. ZARCUS DEANOVICHIUS, [a] Provinciæ Macedoniæ, quæ Axio fluvio irrigatur, præfectus est a Stephano Serviæ Imperatore, in cujus aula primas tenuit. Quo quidem Imperatore factis functo, cum plerique procerum, cui provinciarum ac civitatum præfecturas commendaverat, has sibi asseruissent in solidum, Zarcus perinde, illius quam gubernandam susceperat, dominium usurpavit. Huic liberi præ cæteris fuere *Dragases*, *Constantinus*, & *Theodora*, priore conjugio Zarco Meressichio: altera, Georgio Ballæ Zentæ Domino, copulata.

II. [b] DRAGASES parenti in principatum successit, quem, ut scientia militari facile omnes tunc temporis ita anteibat, ut nulli prudentia haberetur secundus, bello adortus Albanos & Bulgaros, non mediocriter adauxit. [c] Verum Amurathus in Macedoniam facta irruptione, provinciam cui Dragases imperabat, in potestatem recepit, impositoque tributo Principem sub se stipendia facere jussit, equitum eidem concessa manu non modica.

III. CONSTANTINUS, cognomento DRAGASES [d] fratris principatum adeptus, Turcici Sultani partes primum sectatus est, a quo tandem defecit, strictiori inito cum Manuele Palæologo Imperatore fœdere adversus Bajazetum, qui utrique, dum una in Pherrensi oppido colloquerentur, bellum se illaturum minatus fuerat. Atque ut fortiori sibi vinculo Manuelem astringeret, ac defectionis socium haberet, filiam eidem in matrimonium collocavit, ex quo natus deinde Constantinus Palæologus, ob matrem Dragases cognominatus, postremus Græcorum Imperator. [e] Initæ porro hæ nuptiæ paulo ante prælium ad Nicopolim.

a *Laonic. l. 1. p. 14. ed. Reg.*
b *Laon. l. 2. f. 42. E. R.*
c *Idem l. 1. p. 19.*
d *Laonic. l. 2. p. 42. E. R. Phranzes l. 1. c. 19.*
e *Hist. Polit. p. 8. Theodor. Zygomal. Epist. 96.*

XV.

DUCES JOANNINÆ, AC ÆTOLIÆ DOMINI.

I. SINISSA, sive ut a [a] Joanne Cantacuzeno appellatur, SIMON, Stephani Nothi Serviæ Regis ex Maria Palæologina filius secundogenitus, primus Servensis regni confusionibus, bellisque civilibus, quibus labefactatum deinceps fuit, initium dedit. Stephanus cognomento Dulcianus, Imperator ac Rex Serviæ, occupata potiori Macedoniæ parte, Joanninam oppidum, quod recentiores Jagninam dicunt, cum Acarnania, quam Nicephoro Ducæ abstulerat, fratri Siniissæ contulit, cujus quidem oppidi Ducem sese ille inscripsit. Extincto Stephano, cum proceres, ac provinciarum oppidorumque Præfecti, demandatas sibi præfecturas quasi in solidum, Principi vix obnoxii, usurparent, ut collabentis regni, cui potiundo longe plus juris erat, ut ex Regia ipsa orto familia, partem aliquam sibi adsereret, collecto ex Græcis Albanisque exercitu, in Zentam exscensum fecit, ac Scutarium circumsedit. Verum cum ex loci situ validius esset oppidum, quam ut expugnari posset, illudque ab ejus Præfecto egregie defenderetur, ab obsidione discedere coactus est. Exin a suis destitutus, a quibus nec sat amplis opibus pollere crederetur, neque esse ea animi magnitudine ac prudentia, quæ ad istius momenti res peragendas necessaria esse videbatur, in patriam rediit, ibique excessit, binis relictis filiis, *Duca* & *Stephano*, & nata *Angelina*, de qua infra verba faciemus. Joannina porro in Spatarum Albanensium familiam deinceps concessit, uti a nobis alias observatum in [b] Historia nostra Franco-Byzantina.

II. DUCAS, cum ad eam ætatem perveniisset qua arma indueret, varia in expeditionibus bel-

a *Cantacuz. l. 4. c. 43.*
b *l. b. 8. n. 36.*

licis animi ac virtutis militaris ſpecimina edidit, quæ quidem dotes ſubditorum gratiam & benevolentiam ei conciliarunt: qua fretus, in Raſciam cum validis copiis trajicere ſtatuit. Sed veritus ne ſocer, quem Clapenum vocat Orbinus, Græcorum procerum viribus tunc temporis potentior, & quocum diffidebat, ſuis obſiſteret conſiliis, ne in illius manus incideret, curam omnem adhibuit. At Clapenus, vir Græcanicis fraudibus inſtructiſſimus, nulliuſque fidei, quorumdam Epiſcoporum ac monachorum interventu, qui nihil metuendum a ſocero, ſacramento etiam interpoſito, ſpoponderant, Caſtoriam evocatum, apprehendit, propriiſque ipſe manibus oculos genero avulſit: quem in eam deinde Græciæ partem, quæ Moreæ ſeu Peloponneſo ac Eubœæ inſulæ opponitur, ubi & frater Stephanus morabatur, amandavit. Ex qua quidem rerum tum peractarum ſerie, colligere licet Clapenum illum, eum eſſe quem Laonicus & [a] Chronicon Veneto-Byzantinum Ducam Epicernum vocant, qui anno MCCCXCVII. in oppido Neapoli, quod Romaniæ dicunt, morabatur, ubi

Edit. Pariſ. pag. 346.

III. STEPHANUS frater tum etiam degebat. Conſtat enim Ducam ac Stephanum ditiones ſuas in Theſſalia poſſediſſe, unde proximum vero eſt, hos fuiſſe proceres, quibus Dimicam, Pharſalica, potioremque Theſſaliæ partem, quæ Epicerno iſti parebant, ademit Bajazetes Sultanus, uti narrat Laonicus. [b] Ajunt porro Stephanum uxorem duxiſſe filiam Franciſci Maſſaræ, aliorumque in ea ora maritima, quæ Eubœæ inſulæ obverſa eſt, oppidorum Domini.

IV. ANGELINA, Ducæ & Stephani ſoror, ac Siniſſæ filia, *Thomam*, Prilupi Ætoliæ vicinarumque aliquot regionum Deſpotæ filium, in conjugem habuit. Fuit porro PRILUPUS iſte e Serviæ proceribus, [c] ob animi fortitudinem a ſcriptoribus celebratus, PREALIMPUS a Joanne Cantacuzeno, PRIALUPUS a Laonico appellatus, qui cum a Stephano Serviæ Imperatore Ætoliæ ac Theſſaliæ præfectus fuiſſet, harum provinciarum, illo extincto, aliorum procerum exemplo, dominationem in ſolidum uſurpavit. Spatam nobilem Albanum Artæ & Acarnaniæ dominum, a Carolo Tocco Cephaloniæ inſulæ domino bello petitum, copiis adjuvit. Cui quidem Spatæ generis affinitate conjunctus erat, ſeu is Prilupi, ſeu Prilupus Spatæ filiam in uxorem habuerit. Deceſſit porro Prilupus ſuperſtite Uroſco Serviæ Rege, relicto filio Thoma, Angelinæ conjuge, cui, dum Servia bellis civilibus exarderet, Ætoliam ademit Nicephorus Ducas Deſpota. [d] Angelina deinde cum cujuſdam Inici *Davalos*, nobilis Neapolitani, gente Hiſpani, adoleſcentis, qui a Prilupo parente eo bello quod pro Spata geſſerat, [e] captus, in Artenſi oppido detinebatur, amore flagraret, & cum eo ſtupri conſuetudinem exerceret, adulterum ad conjugis necem impellit. Quo perpetrato ſcelere, ad rerum gubernationem pervenit, ille omnibus, præterquam mulieri, inviſus. Atque hujus quidem ſceleris ultio divina haud diu dilata: *Prialupus* quippe, Thomæ & Angelinæ filius, ad Moſem Turcorum Sultanum, ut auxilium contra Carolum Acarnaniæ principem peteret, profectus, captus eſt, oculique ejus eruti. [f] Ita Laonicus: at Orbinus Inicum a Prilupo privigno excæcatum tradit, cum id minime, a quo accepit, ſcribat Laonicus, qui ut verum fatear, hoc loco ut & in aliis pleriſque non omnino plana & expedita commemorat. Addit poſtremo idem Orbinus Angelinam, filio vel eo caſu vel præ ætate, rerum adminiſtrationi minus idoneo, Cephaloniæ inſulæ domino iterum nupſiſſe, qui ſumma prudentia uxoris provincias rexit, & a Turcorum invaſionibus tutas ac incolumes, quamdiu vixit, ſervavit. [g] Erat ille ex familia Toccorum, de qua pluribus egimus in Hiſtoria noſtra Franco-Byzantina.

a *Laonic. l. 2. p. 35. E. R. Chron. Veneto-Byz. poſt Duc. Hiſt. p. 197.*
b *Laonic. l. 2. p. 35. E. R.*
c *Cantacuz. l. 3. c. 69. l. 4. c. 19. 43. Laonic. l. 2. p. 14. l. 4. p. 112. E. R.*
d *Cantacuz. l. 4. c. 43.*
e *Laonic. lib. 4. p. 112. E. R.*
f *Orbin. p. 271.*
g *lib. 8. num. 25. & ſeq.*

XVI.

DUCES MONTISNIGRI, ſeu *de Montenegro.*

pag. 347.

STEPHANUS DE MARAMONTE, [a] Zarnagoræ Dominus, nobilis Apulus ex Maramontenſi gente in regno Neapolitano, cujus non ſemel meminit Scipio Ammiratus, uti vult Orbinus, [b] quamquam Flavius Comnenus Dalmatam indigenam fuiſſe ſcribat, cum in aulam Balzæ Zentæ Domini, Georgii Straſcimiri filii, & cognati, trajeciſſet, ab eo Montiſnigri dominium obtinuit, quod quidam Ducatus titulo donant. Hujus porro ſuaſionibus cum Balza pacis ac induciarum fœdera, quæ cum Venetis pepigerat, violaſſet, horum arma in ſe concitavit, quo durante bello, in Raſſiam ad Deſpotam avunculum profectus, Stephano dominia ſua tuenda commendavit. Verum Balza in hoc itinere mortuo anno MCCCCXXI. Zenta dimiſſa, in Apuliam conceſſit, qua quidem captata occaſione Veneti, Zentam cum valido exercitu ingreſſi, hanc in poteſtatem ſuam redegere, cum interim Serviæ Deſpota bello Venetos adortus, non modicam provinciæ iis partem ademiſſet. Flagrantibus deinde Venetos inter ac Servios bellis, Zentani Maramontem evocarunt, qui in Zentam appulſus anno MCCCCXXIII. Georgium, cui Zentam commendaverat Stephanus Deſpota avunculus, [c] bello appetiit, receptiſque compluribus oppidis, in ea fortunæ ſuæ ſedem fixit, ubi VOISAVAM, Magni Scanderbegi filiam, in conjugem obtinuit, & ex ea liberos aliquot ſuſcepit, ſcilicet *Joannem & Georgium*, qui Zarnovichii, vel de Cernovighio cognomen aſſumpſerunt; & *Voiſſavam* Lucæ Ducagino nuptam.

JOANNES ZARNOVICHIUS, Montiſnigri Dux, a Turcis ſuſus ac interfectus eſt, in eo prælio, [c] quod initum eſt in Campo Cimouſchenſi in Zenta circa an. MCCCCL. *Petrus* ejus filius Conſtantinopolim a Turcis tranſmiſſus, ac circumciſus, Scander, id eſt Alexander, appellatus eſt.

GEORGIUS ZARNOVICHIUS, Joannis frater, ad Raguſinos confugit, relicto Stephano . . . . . in Zarnagora, ubi ſeptimus extitit hujuſce regionis dominus, quam familia iſta per

a *Orbin. p. 294.*
b *Amminat. tom. 2. p. 234. 257. E. R. Luccar. l. 3. p. 85 86. Hiſt. noſtræ CP. l. 8. n. 138.*
c *Orbini p. 388. Luccar. pag. 99.*
d *Lucear. p. 32.*

per XCIII. annos poſſedit, ab anno ſcilicet MCCCCXXIII. uſque ad annum MDXVI. quo in Turcorum poteſtatem venit.

Porro ditionibus ſuis exacti a Turcis Cernovichii, Venetias conceſſerunt, ubi eorum deinceps familia inter ejuſce Reipublicæ nobiles locum obtinuit; cujus ſtemma ex Flavio hic deſcribimus.

STEPHANUS CERNOVICHIUS, poſtremus Zarnagoræ & Montis nigri dominus.

JOANNES CERNOVICHIUS Dux Montis nigri, Nobilis Venetus. ux. CATHARINA ORIA. *Paulus Jovius in Bajazete II.*

GEORGIUS CERNOVICHIUS. *Horum non meminit Flavius.*

VOISSAVA Lecæ Ducagini uxor.

GEORGIUS CERNOVICHIUS, Nobilis Venetus.

CONSTANTINUS CERNOVICHIUS Nobilis Venetus. ux. N. CONTARENA. Nobilis Veneta.

SALOMON CERNOVICHIUS, in Hungaria obiit.

HELIAS CERNOVICHIUS. ux. HELENA filia Muſai Topiæ.

JOANNES CERNOVICHIUS, Nobilis Venetus. ux. ORSETA VALERESSA, Nobilis Veneta.

VETOR, vel VICTOR CERNOVICHIUS, Nobilis Venetus. ux. HELENA CALBA, Nobilis Veneta.

CONSTANTINUS CERNOVICHIUS.

JOANNES CERNOVICHIUS Nobilis Venetus, an. 1621.

Cernovichiorum Venetorum inſignia aquilam bicipitem auream coronatam, cum alis expanſis in campo rubeo præferunt.

Nicolaum porro quemdam Cernovichii, ut & Angeli Flavii cognomen, Duciſque Montiſnigri, alioſque ridiculos titulos aſſumpſiſſe innuimus in Angelorum familia Dalmatica. *Edit. Pariſ. pag. 348.*

XVII.

USCIENSES, ſeu *DE USCIZ*, in Dalmatia Comites.

I. VOINUS Comes Uſcienſis tanta apud Uroſcum cæcum Serviæ Regem auctoritate valuit, ut non Chelmenſis modo Comitatus, Raguſienſi agro undique contermini, præfecturam, ſed & dominium ab eo in ſolidum obtinuerit. Huic tres extitere filii, *Thomas*, *Voiſavus*, vel *Uladislaus*, & *Altomanus*, qui paternam hæreditatem invicem diviſere, præterea *Voiſava* filia, Braikonis Branivoi Chelmenſis Vaevodæ uxor.

II. VOISAUS, ſeu ULADISLAUS, cognomento VOINOVICHIUS, vir ſceleratus ac ſchiſmaticus, eam paternæ hæreditatis partem obtinuit, quæ Raguſinis proximior erat, cum quibus crebra ac continua bella geſſit, maxime an. MCCCLX.[a] Uroſci poſtremi Serviæ Regis, ſeu Imperatoris benevolentiam adeo ſibi conciliaverat, ut dimiſſa legitima, Uladislai filiam *Eliſabetam* ſibi in adjungeret in uxorem. Uladislao anno MCCCLXVI. extincto,

III. NICOLAUS ALTOMANUS, ſeu, ut in Gregorii IX. PP. Epiſtolis indigitatur, [b] ALTAMANICHIUS, Altamani, qui fratre Uladislao ſuperſtite obierat, filius, patrui principatum invaſit, *Dobrovojo* & *Stephano*, Uladislai filiis, una cum matre in carcerem conjectis, ac tandem veneno extinctis. Cum Raguſinis anno MCCCLXXI. bellum geſſit, deinde cum Lazaro Serviæ Deſpota, cui, ſub mutui congreſſus ſpecie, necem inferre conatus eſt: at re fruſtra tentata, ac irrita, Lazarus icto cum Hungariæ Rege, ac Tuarko Boſinenſi Bano fœdere, cum valido exercitu in illius ditiones impetu facto, Nicolaum captum excæcavit, quod accidit an. MCCCLXXIV. quo demum mortuo, Georgius Balza Zentæ dominus, provincias Trebinenſem, Canalenſem, & Dracevizenſem, ditionibus ſuis conterminas, invaſit. At Boſinenſis Banus Tuarkus, qui cæteras occupaverat, Georgio deinceps haſce tres provincias ademit. Cæterum fuit Altomanus ex iis proceribus, qui Serviæ regnum peſſum dederunt, dum ſinguli poſt mortem Stephani Regis provincias ſibi demandatas tamquam proprias uſurpavere, ſimili uſi omnes fortuna.

Uſcienſibus Comitibus inſignia vulgo adſcribunt canterium cum tribus aquilis coronatis ac expanſis. Apex, ſimilis aquila.

a *Orbin. Lucar. p. 62.*

b *Vadding. an. 1372. n. 31.*

XVIII.

CASTRIOTORUM FAMILIA.

QUANTUM ſplendoris Caſtriotorum genti Albanæ Magnus ille Alexander, ſeu Scanderbegus, Alexandro Magno, cui unicus non ſuffecit orbis, virtute militari ac rerum geſtarum gloria vix inferior, attulerit, nemo in ſequioris ætatis hiſtoria paululum verſatus ignorat. Ejus natales qui a remotiori ſtipite eruere conati ſunt, tametſi perilluſtres in Albania fuiſſe in confeſſo ſit, non abſque fabulis id confecere, cum certa in ejuſmodi aſſerendis Stemmatibus deſint monumenta, quæ, vel poſterorum incuria, vel bellorum quæ haſce provincias depaſta ſunt, calamitate periere. Ne quid tamen in re quantumvis obſcura omittatur, incertis interdum uti licet argumentis, qualiacumque illa ſint quæ ab auctoribus qui rem ex profeſſo tractarunt, ſuggeſta leguntur, in quibus libitum erit lectori ut & nobis de iis judicium interponere. Atque ut Stemmatis Caſtriotorum initium ducatur,

Edit. Pariſ. pag. 349.

I. CONTANTINUS CASTRIOTUS, cognomento MESERECHUS, Æmathiæ & Caſtoriæ Princeps, vel Dominus, memoratur a Flavio Comneno, qui eum obiiſſe ait anno MCCCXC. hujus filius,

II. GEORGIUS CASTRIOTUS, Æmathiæ, Umeneſtriæ, & Caſtoriæ Princeps, ab eodem Flavio indigitatur.

III. JOANNES CASTRIOTUS, Georgii filius, eorumdem in Albania oppidorum dominus extitit, ſeu Crojæ, ut auctor eſt [a] Petrus Luccarius: ex quo præterea docemur, Caſtriotorum gentem a Caſtratenſi oppido, quod in Aſenſi pago, haud procul a Drilone fluvio, conſtructum conſpicitur, denominatam. Celebratur Joannes Caſtriotus a rerum ſui temporis ſcriptoribus ob animi magnitudinem, & egregiam in re militari experientiam, [b] ut qui Amurathi Turcarum Sultani vires diu ſuſtinuerit; quibus tamen cedere tandem eſt coactus, filiis quatuor in fidei obſides ad eum tranſmiſſis. Huic uxor fuit VOISAVA, Pologi Domini filia. Eſt autem Pologum oppidum in Macedoniæ & Bulgariæ confinibus. Ex ea novem liberos ſuſcepit, maſculos quatuor, natas quinque. [c] Ac filios quidem, *Repoſſium*, Ameſani Begi, cui Amurates ſummam rei militaris in Scanderbegum patruum credidit, parentem, *Staniſſam*, *Conſtantinum*, & *Georgium*, Scanderbegum deinde appellatum. Joannis filiæ fuere *Jalla*, vel *Angela*, [d] Goici & Georgii Streſſi mater, *Angelina* Uladem[i] Golemi, Arianitæ Comneni fratris, uxor: *Ulaika* Joanni Muſako nupta: *Mara*, quæ ut auctor eſt Barletus, Stephano Cernovichio, ſeu, ut alii volunt, Conſtantino nupſit: & *Mamizza*, [e] quæ a fratre Scanderbego Muſaco Topiæ, qui in prælio contra Turcos interfectus eſt, uxor data eſt.

IV. GEORGIUS CASTRIOTUS, SCANDER-BEGI, id eſt Domini Alexandri, ab Amurathe Sultano, cum ejus juſſu eſt circumciſus, nomenclatura donatus eſt. Animi magnitudo, & ſumma qua valuit rebus in omnibus, ac militaribus præſertim, prudentia, cæteræque quibus adornabatur virtutes, virum eduxere ad Regiam uſque dignitatem; Albaniæ enim ac Epiri Rex appellatur, Turcis in Albaniam ſæpius cum validis copiis irruentibus non obſtitit modo, validiſſimi aggeris inſtar torrentem ſiſtentis, ſed & hos crebrius fudit, ex iis inſignia adeptus tropæa. Obiit anno MCCCCLXIII. ſecundum Italicum geſtorum illius ſcriptorem; [f] juxta vero Barletum XVII. Januarii anno MCCCCLXVII. annos natus LXIII. regni XXIV. Corpus humo conditum in æde ſacra S. Nicolai Lyſſenſi, vel Aloſſienſi. Uxorem duxerat DONICAM, ſeu ANDRONICAM, Arianitæ Comneni, Budareſci & Terrænovæ in Albania Principis, ſive Domini, ex altera uxore filiam, ex eaque liberos præ cæteris ſuſcepit, *Joannem Caſtriotum* Ducem S. Petri in Galatina, & *Voiſſavam* Stephani Maramontis, [g] Ducis Montis nigri, conjugem.

V. JOANNES CASTRIOTUS, mortuo parente, occupatiſque a Turcis Albaniæ & Epiri provinciis, ad Ferdinandum Neapolitanum Regem conceſſit, a quo Ducatum S. Petri in Galatina obtinuit. [h] Uxorem duxit IRENEM, Lazari Brancovitzii Serviæ Deſpotæ ex Helena Palæologina filiam, ex qua præ cæteris liberos ſuſcepit, *Ferdinandum* Ducem S. Petri, *Georgium Caſtriotum*, cognomento Scanderbegum, mortuum anno MDXL. Ferdinandi Caſtrioti parentem: *Conſtantinum Caſtriotum* Eſſernienſem Epiſcopum, cujus ſepulcrum viſitur in æde ſacra S. Mariæ nova, cum hacce inſcriptione: [i] *Conſtantinus Caſtriotus hic tegitur, ſanguine & cognatione Regum ac Cæſareæ clarus, morum candore inſignis, dignitate Pontifex Eſſernienſis, dum probe vivit, intempeſtive moritur. Andronica Cominata paterna avia nepoti optimo poſuit.* Habuit præterea Joannes Caſtriotus filiam *Mariam*, quæ obiit anno MDLX.

VI. FERDINANDUS CASTRIOTUS, Dux S. Petri in Galatina, uxorem duxit N. filiam Bonifacii de Aquaviva, [k] primi Ducis Nardenſis, ex eaque liberos procreavit *Achillem*, *Fridericum*, *Alphonſum*, *Paulum*, *Joannem* & *Ferdinandum*, qui abſque liberis obiere, præterea *Irenem Caſtriotam*, quæ Ducatum S. Petri in familiam Sanſeverinam tranſtulit, ducto in conjugem [l] Petro-Antonio Biſiniani Principe, ex quo conjugio nati Berardinus Biſiniani Princeps, abſque liberis mortuus, & Victoria Ferdinandi Capuani Termolenſis Ducis uxor. *pag.* 350.

Ex eadem [m] Caſtriotorum Neapolitanorum gente extitere Duces Ferrandinæ in eodem Regno. Harum quippe provinciarum hiſtorici tres hoc cognomine fratres recenſent, quorum primogenitus JOANNES CASTRIOTUS Ferrandinæ Dux fuit, alter ALPHONSUS, Marchio Atripaldæ, tertius denique FERDINANDUS Marchio civitatis S. Angeli.

[n] JOANNES CASTRIOTUS, primus Ferrandinæ Dux, uxorem duxit JOANNAM, Honorati Cajetani Trajectenſis Ducis ac Fundenſis Comitis filiam: quibus ex nuptiis nata filia unica *Maria*, Ducatus Ferrandinæ, ac Comitatuum Co-

a P. Luccari l. 3. p. 56.
b Fatti di Scanderbeg. p. 272.
c Volaterr. l. 8.
d Barlet. d. l. c. 5.
e Barlet. l. 8. p. 230.
f Fatti di Scanderb. pag. 298. Barlet. Jacq. de Lavardin. l. 12. cap. 13. Duca della Guardia p. 78.
g Orbin. p. 386.
h Fatti di Scanderb. p. 300.
i Schrader. Ughell. to. 6.
k Ammirato tom. 2. famigl. Neap. p. 32.
l Campanile p 98.
m Antonio Termino dei tre ſeggi di Napoli p. 48.
n Carlo de Lelis l. 1. p. 222.

vertini, Galatolæ, Vegliæ, & Leverani hæres. Uxor vero Joanna mortuo conjuge alterum superduxit Joannem Berardinum de Aquaviva de Aragonia, secundum Ducem Nardensem.

ALPHONSO CASTRIOTO Atripaldæ Marchioni uxor fuit CAMILLA DE COSAZA, ex qua *Antonium* & *Joannem* procreavit.

FERDINANDUS CASTRIOTUS, S. Angeli Marchio, conjugio nexus est cum CAMILLA CAPUANA, Petri Andreæ Comitis filia, quibus ex nuptiis prodiere *Joanna* & *Hippolyta*. Alphonsus vero Castriotus Mariæ ex fratre Joanne neptis tutor factus, hanc filio primogenito Antonio in conjugem dedit: Marchionissam vero Civitatensem neptim alteram ex Ferdinando fratre, Joanni Castrioto filio secundogenito, qui cum ad parentem veniisset, aeris intemperie, nulla relicta prole obiit, ipso parente biennio post extincto.

ANTONIUS CASTRIOTUS, Ferrandinæ Dux absque liberis perinde interiit in ipso ætatis flore, in quodam jurgio Venetiis interfectus, cum uxor eo superstite vitam exuisset. Tradunt scriptores Italici ingenio fuisse arroganti ac superbo, licet cætera magnificum, unde dicebatur extitisse *Giovane illustre altieramente nato*. Ducatus vero Ferrandinæ eo mortuo ad Regem Neapolitanum rediit.

Recensentur perinde aliquot alii ex eadem Castriotorum familia nobiles, ac a Bosio quidem,

[a] FRATER ANTONIUS CASTRIOTUS, Marchionis Atripaldæ filius, Miles Hospitalarius, qui vixit an. MDLXV.

[b] HIPPOLITA CASTRIOTA, Hectoris Montaquilæ uxor, apud Carolum de Lelis.

JOANNELLA CASTRIOTA, uxor Octavii Capacii nobilis Neapolitani, Annibalis Capacii, Marciani & Locuniani domini, filii, [c] apud Ammiratum.

Meminit præterea Rocchus Pirrus BERNARDI CASTRIOTI, Comitis Galatinæ & Capertini, parentis Joannis Castrioti, [d] qui Mazarensis in Sicilia Episcopus fuit circa an. MCCCXXCV. & in Regno Neapolitano Locumtenens generalis sub Regina Joanna IV. Ferdinandi I. filia.

Sed & in Codice MS. in quo familiæ nobiles Venetæ describuntur, mentio fit Castriotorum ex Albania, quorum alter JOANNES DERBICHIUS in Reipublicæ consilium admissus, Crojam Venetis concessisse dicitur: huicque adscribitur pro insignibus aureum brachium a dextra parte proficiscens, ensem tenens, cujus capulus aureus, acies vero lunulam argenteam in inferiori parte trajicit.

Castriotis vero Albanensibus & Neapolitanis vulgo pro insignibus adsignant bicipitem aquilam cum alis expansis nigram in campo aureo. [e] At Barletus campum rubeum statuit, quo casu, aurea forte aquila fuerit.

a *tom. 3. pag. 551.*
b *Carolo de Lelis l. 1. p. 349.*
c *Ammirato to. 2. p. 234.*

d *in Notit. Eccl. Mazar. Capacio nel foreſtiere p. 148.*
e *Barlet. lib. 2. c. 5. p. 34.*

XIX.

Edit. Paris. pag. 351.

SPANORUM IN ALBANIA STEMMA.

AUCTOR est rerum a magno Scanderbego gestarum scriptor anonymus, constantem fuisse apud Albanos opinionem, Spanorum gentem ex Hispania, atque adeo ex magni Theodosii familia, duxisse originem. Id tametsi apud vulgus dumtaxat forte obtinuerit, inde saltem conficitur perillustres semper habitos Spanorum natales, quorum aliunde præclare gesta personant passim ac prædicant harum provinciarum historiæ. [b] Meminit Joannes Cantacuzenus SPANOPULI cujusdam, qui magistratum gessit sub Andronico Palæologo Imperatore, ac forte ex eadem familia fuerit, cum dictio πουλος, quæ minuendi vim habet, familiarum nominibus sæpe apud Græcos addi soleat. Spanorum porro utcumque stemma hic delibamus, initio potissimum ducto ab iis temporibus, quibus paulo certior videtur scriptorum fides.

ANDREAS Dux Drivastensis, obiisse dicitur an. 1366. quod si ita est vix potuerit fuisse Michaelis pater.

MICHAEL, ab aliis PETRUS appellatus, SPANI cognomen primus assumpsit. ob. an. 1465. IRENE. Huic 1. uxor fuit AGNES, Pologi domini filia, Voisavæ Magni Scanderbegi soror. 2. uxor N. *Vide Gesta Scanderbegi p. 274.*

1. ANDREAS SPANUS Dux & Comes Drivastensis, uxor. duxit AGNETEM Arianitæ Comneni filiam. Ab eo prognatos Angelos quidam volunt, quorum Stemma hic contexetur.
2. ALEXIUS SPANUS, ux. MILIZZA, filia Georgii Brankovitzii Serviæ Despotæ.
2. PETRUS.
2. PAULUS.
3. MICHAEL.
2. JOANNES.
2. HERNON.
2. MARTINUS.
2. AGNES.

ALEXANDER SPANUS, ux. ELIZABET DE MOLORIA, Nobilis Patavina.

MARCUS SPANUS, ux. NICOLA BRIANA, Nobilis Veneta,

BLASIUS SPANUS, ux. CATHARINA CONTARENA, filia Sigismundi, Nobilis Veneti.

ANGELINA, ux. STEPHANI Ducis Pologi. ADRIANA uxor JOANNIS MICHAELIS, Nobilis Veneti.

LUCIA, uxor PETRI ANGELI, Ducis Drivasti.

MARCUS SPANUS, uxor CATHARINA DE FERRARIIS, Patavina.

ALEXIUS SPANUS.

CORNELIA nupta JOANNI PAULO AB HOROLOGIO.

a *Fatti di Scanderbeg p. 275.*
Famil. Dalmat.

b *lib. 3. c. 15.*

XX.

BOCCALIORUM FAMILIA.

CUm in hac lucubratione nobis id potiſſimum conſilii ſit, ut non ævi dumtaxat medii, atque adeo Byzantinam, ſed & interdum noſtratem adornemus hiſtoriam, ſi offerat ſe ſe occaſio, Boccaliorum gentem in Albania nobilem hic deſcribemus eo lubentius, quod ex ea prodierit a CONSTANTINUS BOCCALUS, ſeu BOCCALI, a Franciſco I. Rege Francorum Militari ſancti Michaelis torque donatus. Hujus parens NICOLAUS BOCCALIUS a Turcis ditionibus ſuis exactus, cum univerſa familia ad Venetos conceſſit, in quorum exercitibus diu merult. Uxorem duxit CATHARINAM, Arianitæ Comneni filiam, Conſtantini, cujus alibi meminimus, ſororem, ex qua præ cæteris *Monolium & Conſtantinum Boccalium* ſuſcepit, qui in tenera adhuc ætate ad Conſtantinum Comnenum patruum, Sanctæ Sedis Capitaneum Generalem, ſe ſe recepere. *Edit. Pariſ. pag. 352.* Ab eo deinde miſſi ſunt in Franciſci I. aulam, qui Conſtantino præfecturam quadraginta militum levis armaturæ, & Regii Ordinis militarem torquem conceſſit. Hinc ad Bonifacium Monferratenſem Marchionem cognatum tranſiere, ubi cum aliquandiu moram traxiſſent, Marolius a Marchione in Maximiliani Imperatoris aulam miſſus, eidem quamdiu vixit militavit: Conſtantinus vero in Italia moratus, in bellis, quæ ibidem geſta ſunt, præclare factis inclaruit, ea bellicæ virtutis exiſtimatione, ut Magnus Hetruriæ Dux Friderici Bozolenſis ex familia Gonzaga ex fratre aut ſorore neptini in conjugem ei dederit. Exin Carolum V. Imperatorem ſecutus, bello Parmenſi, & Romæ expugnationi una interfuit. A Venetis deinde accitus, copiis aliquot militaribus præfectus, mox ab Urbini Duce, qui ſummus eorum Dux delectus fuerat, legatus factus, in bellis Mediolanenſibus operam navavit. Tandem in ejuſdem Reipublicæ obſequio vitam cum morte commutavit, quatuor ex conjuge ſuſceptis ac relictis filiis, *Leonida* ſcilicet, *Jacobo* qui puer obiit, *Manalio*, & *Franciſco-Maria*. Atque hic poſtremus Urbini Ducis, a quo in Baptiſmo ſuſceptus fuerat, nomine donatus, in Regnum Neapolitanum miſſus eſt, ut Theodori Boccalii, cui ob impenſa ſibi obſequia complura contulerat prædia Carolus V. hæreditatem exciperet. LEONIDAS BOCCALIUS Venetis militavit, ac tandem nulla ducta uxore fatis conceſſit. NICOLAUS denique BOCCALIUS Venetis pariter ſe ſe addixit.

Boccaliorum inſignia ſunt bini leones invicem commiſſi, enſem una tenentes.

a *Raſcelli nelle impreſe p. 458.*

I.

Edit. Paris. pag. 353.

STEMMA
TURCICORUM SULTANORUM.

CUM de Turcorum origine, deque primis eorum Sultanis sat multis disseruerimus in Notis ad Nicephorum Bryennium & Annam Comnenam, ea hic repetere fuerit inutile, cum id præterea nobis præsertim consilii sit Sultanorum A dumtaxat Iconiensium seriem exhibere, quorum crebra est apud rerum Byzantinarum scriptores mentio, qui cum a primis Sultanis Turcicis genus ducant, eorum Stemma, licet a nobis alias in iisdem Notis editum, hic rursum describendum duximus.

DEGACUS Nobilis Turcus, vir animo præcellens.

SALGEUCUS Aithono, SADOC, Tyrio SELUC, a Turcorum Rege deficit. Moritur anno natus 107.

MICHAEL cum Muchamudo Sultano militare abnuisset, ab illo in carcerem conjectus est. Inde cæteri Turci rebellandi captata occasione complura in Chorosana oppida expugnant.

N. frater Michaelis.

CUTLUMUS, a quo Sultani Iconienses orti.

ABUTALIB MAHOMET, cogn. *Tegralbec*, Græcis scriptoribus *Tangrolipex*, Aithono *Dogrissa* dictus, deleto Masgudo Sultano, M. Sultanus acclamatur an. Chr. 1057. moritur 1063.

DAVID.

SIRUSES, idem forte qui ASPAM *Scylitz.* pag. 473. *E.R.* ubi Tangrolipecis frater dicitur.

IBRAHIM cum in fratrem rebellasset, ab eo superatus, neci datus est ann. 1058. *V. Not. ad Bryenn.*

CHEDIGA Caimbemrillæ Bagdatensis Caliphæ uxor.

GUEDADOLDULUS ALBA ARSELANUS, Tyrio *Belfet & Belfezof*, Aithono *Apsasalem*, Græcis *Asan* & *Axan*, Turcorum Sultanus, Romanum Diogenem Imp. delet capitque. Interficitur anno 1071.

MARUBILUS dum Sultaniciam dignitatem post fratris necem occupare nititur, a Malcosa nepote deletur & capitur an. 1073.

ASAN ἀλδιφόντης Tangrolipecis Scylitzæ pag. 770. 771. 774. *E.R.* periit in prælio.

DARSIANUS, aliis *Cassianus*, & *Asan*, Antiochiæ Sultanus, Tyrio nepos Belsetof dictus,

SANSEDONIAS. BULDAGIS. N. filia.

GELALOLDULUS MASCOSAS, seu *Mecsibai*, Aithono *Melecta*, seu *Molecsa*, M. Turcorum Sultanus moritur an. 1097. æt. 37. *Tapares* Annæ dicitur. *Vide Notas.*

NISUS in fratrem arma movet an. 1084.

TAGEOLDULUS NISUS Damascum exacto Isaco invadit, dumque Sultaniciam ambit dignitatem post fratris excessum, a Belciaroco nepote interficitur anno 1097. *Tutuses* dicitur Annæ. *Vide Notas.*

MUHAMED, seu MECHEMUD, annos natus 5. Sultanus inauguratur, rerum potiente Berchana matre. A fratre Belciaroco pellitur.

BELCIAROCUS, Annæ *Purgiaruch*, pulso Mechemud fratre, Sultanatum invadit. Moritur an. 1104. æt. 34.

MAHOMETUS GUIATOLDINUS Belciarocum delet, & Sultanus proclamatur. Moritur an. 1117.

SANGER, seu SANGIAR, Muhamedi frater.

REDOUAN, cogn. *Phacherolmelic*, Aleppi Sultanus, moritur anno 1113. *Ginaholdes* dicitur *Fulcherio* l. 2. c. 1. patris nomine.

SANSOLMALUCUS DECAGUS nupta Damascum fratri nobili eripit anno 1095. Arabi. Emesam capit an. 1102. Moritur an. 1103. *E.R.* *Vide Notas ad Ann. p. 329. Not. E.R.*

N. filia nupta Damascum fratri nobili eripit anno 1095. Arabi. Emesam capit an. *Anna p. 178.* *Vide Notas ad Ann. p. 329. Not. E.R.*

GELALOLDULUS an. 14. natus, patre extincto, Sultanus acclamatur: nec multo post a Mahumeto in ordinem redigitur.

ISMAEL. *Anna p. 324 E.R.*

MECHAMUD patri in Sultanatu sufficitur.

TAGEOLDULUS Aleppi Sultanus, cogn. *Acharsis*, seu *Abarasis* interficitur.

SULTAN-SA Aleppi post fratrem Sultanus, anno 1114.

N. filia nupta *Balado* Aleppi Sultano. *Vide Orderic. Vital. p. 825. 826.*

II.

SULTANI ICONIENSES.

Edit Paris. pag. 354.

IN eam Asiæ partem, quæ Cappadociam & Lycaóniam contingit, tùm primum excursiones feciſſe Turci leguntur, cum Romano Diogene imperante, bellis domeſticis ac inteſtinis univerſum flagraret Romanum ſeu Græcanicum Imperium; quorum captata occaſione, maximas pervaſere & expugnavere provincias & civitates. Diogenes vero quo rapidum huncce torrentem coerceret, prælio congreſſus, ab iis captus eſt. Exhinc Turcorum Sultanus nepotibus & agnatis haſce expilandas provincias tradidit, conceſſis ingentibus copiis; ita ut quæ bello compararent, ſub hominii conditione retinere ac poſſidere iis jiceret.

I. [a] CUTLUMUS, Magni Belciaroci, ſeu Tangrolbeci, Turcorum Sultani patruelis, primus apud ſcriptores occurrit ex iis qui potiorem Asiæ partem Græcis ademerunt. Quinetiam probabile eſt, eum eſſe qui Diogene Imperante Iconium expugnaverit. Nicephorus Bryennius, Scylitzes, & Zonaras variis in locis illius bellicas expeditiones attigere: [b] narrantque ut cum in Asia compluribus partis victoriis, captiſque urbibus ac provinciis, ſummam ſibi paraſſet auctoritatem, Turcorum ſupremum imperium ſibi aſſerere conatum, coactumque Sultanum, penes quem erat, Chalipha partes ſuas interponente, univerſa Asia ei ceſſiſſe. Huic PTOLOMEI nomen tribuit El-Macinus, ut a me alias obſervatum in Notis ad Bryennii hiſtoriam: qui quidem præ cæteris, quos ad quinque fuiſſe ſcribit [c] Scylitzes, liberis, *Solymanum* & *Mazourium* filios ei adſcribit.

II. SOLYMANNUS, [d] Cutlumi, ſeu Ptolomæi filius, perperam ab [e] Aithono Aſpaſalemi Sultani, qui non alius eſt a Sultano Albo Arſelano, nepos; ut ab [f] Antiſtite Tyrio Sultani Belſetoſi, qui idem eſt cum Aſpaſalemo, pariter nepos fuiſſe dicitur, [g] potiorem Bithyniæ partem, ipſamque Nicæam, in qua Imperii ſedem conſtituit, expugnavit. Quod quidem tum accidit, cum poſt Romanum Diogenem & ejus ſucceſſores, inteſtinis motibus res Græcorum laborarunt. [h] Idem & Antiochiam Græcis abſtulit, [i] & Serfoldum Alepenſem Dominum; qui eandem ſibi aſſerere civitatem conabatur, prælio fudit ac interfecit anno MLXXXIV. Anno vero proxime ſequenti, bello appetitus a Tageoldulo, quem Tutuſem nuncupat Anna Comnena, Gelalolduni Sultani fratre, quique poſt Serfoduli necem Alepum invaſerat, Damaſci & Muſelæ principe, Solymannus una cum ipſa urbe Antiochia vitam amiſit, ab eo cæſus ac deletus.

[k] APELCHASEMUS, quem Solymannus ditionibus ſuis præfecerat, cum Antiochiam expugnaturus profectus eſt, eo mortuo has ipſe ſibi in ſolidum aſſeruit. Græcis bellum indixit, cum quibus poſtea paciſci coactus eſt, quo ſe adverſus Puzanum tutaretur, qui a Sultano miſſus fuerat, ut eum ſolio quod uſurpaverat dejiceret, quique Nicæam obſidione vallaverat. At Apelchaſemus A cum aſſumptis theſauris ſuis ad Sultanum, quo illius iram mitigaret pergeret, in reditu interceptus a Puzani militibus ab iis ſuffocatus interiit. Interjecto vero aliquo tempore, cum Sultanus e vivis exceſſiſſet, duo Solymanni filii, qui apud eum cuſtodia detinebantur, arrepta fuga Nicæam venerunt, & a Pulchaſe, Apelchaſemi fratre, qui poſt Puzani obitum, Nicææ principatum invaſerat, benigne excepti, ditiones paternas recepe-
runt

IV. CLITZIASTHLAN, vel CLITZIESTHLAN, [l] Albufaragio KER-ASLAN nuncupatus, [m] Solymanni filius primogenitus, Sultanus proclamatus, rerum ſummam, ea Pulchaſi abrogata, Mahumeto commiſit, Græcorumque exinde provincias depopulatus eſt: cum quibus compoſito deinde fœdere, eorum in gratiam Tzachæ Turcico proceri, qui Smyrnam, Phocæam, aliquotque Ægæi Pelagi inſulas invaſerat, Alexio Comneno imperante, bellum intulit, quem ſub colloquii ſpecie in caſtra evocatum, inter comminandum interfecit. Scribit [n] Anna Comnena Tzacham generum fuiſſe, id eſt agnatum vel affinem Clitziaſthlanis: [o] alio vero loco ait Solymanni, qui Nicææ captus fuit, uxorem filiam fuiſſe Tzachæ, patris alterius Tzachæ qui in eamdem præfecturam ei ſucceſſit. Duos porro Solymanni filios paternas inter ſe partitos ditiones par eſt opinari, atque adeo Clitziaſthlanem reſervata ſibi Lycaonia, Imperii ſui ſedem Iconii conſtituiſſe; Nicæa vero & Bithynia Solymanno fratri ceſſiſſe, qui [p] Tudebodo Solymanni ſenioris filius dicitur, & quem [q] Guillelmus Tyrius cum filio ejuſdem nominis videtur confundere. [r] Conſtat enim obtinuiſſe Nicæam Solymannum, cum a noſtris eſt expugnata anno MXCVII. in qua uxor & duo filii adoleſcentes capti ſunt, quorum alterum Marchibanum nuncupat [s] Ordericus Vitalis, qui poſtea in ſingulari cum Boemundo certamine interfectus fuit. [t] Et ſane apud Annam Comnenam legimus Clitziaſthlanem in hiſce regionibus tum egiſſe, cum noſtri ad obſidendam Antiochiam ſunt profecti. *pag. 355.*

V. CLITZIASTHLAN II. ejuſce nominis, prioris Clitziaſthlanis filius, Imperii ſedem Iconii pariter conſtituit, uti teſtatur eadem [u] Anna. Bellum etiam cum Græcis geſſit: [x] tandemque a Maſuto fratre notho interfectus fuit, qui ejus ditiones ac principatum ſtatim invaſit. Saiſanem ſæpius appellat [y] Anna, de qua voce ad ejuſdem Alexiadem quædam congeſſimus, [z] ſatiſque a priore Clitziaſthlane diverſum fuiſſe indicat, ſcribens in ætatis flore fuiſſe, cum eſt interfectus, quod accidit circa annum MCXVI.

VI. AMASUTUS, Clitziaſthlanis I. filius nothus, Gazi Turcomannorum Principis, cujus parens a Clitziaſthlane II. interfectus fuerat, viribus copiiſque adjutus, Iconienſem principatum Sultanique dignitatem adeptus eſt. [B] Aliquot cum Daniſmane ſeu Taniſmane Cappadociæ Sultano,

a *Vide Not. ad Bryenn. l. 3. n. 16.*
b *Zonar. p. 230. E. R.*
c *Scylitz. p. 861. E. R.*
d *El-macin. p. 293. 294.*
e *Aithon. c. 15.*
f *Tyrius l. 3. c. 1.*
g *Aithon. c. 15.*
h *Anna l. 3. p. 95. E. R. El-Macin. p. 293.*
i *El-Macin.*
k *Anna l. 6. p. 168. 171. & ſeq. E. R.*
l *Albufarag. p. 312.*
m *Anna l. 6. p. 180. l. 9. p. 250. 251. E. R.*
n *Pag. 250. 313. 322.*
o *Anna l. 11. p. 321. E. R.*
p *Tudebod. p. 783.*
q *Lib. 3. c. 10.*
r *Albert. Aq. l. 2. c. 36. 37. Tyr. l. 3. c. 10.*
s *Orderic. l. 10. p. 798.*
t *Anna l. 11. p. 318. E. R.*
u *Anna l. 15. p. 460. E. R.*
x *Ead. l. 15. p. 480.*
y *Pag. 429. 431. 478.*
z *Pag. 475.*
A *Anna l. 15. p. 480. E. R.*
B *Nicet. in Joan. num. 5. Cinnam. lib. 1. num. 6. lib. 2. num. 7. Tyr. l. 1 4. 6. 3. l. 18. c. 27.*

& Noradino Sultano ſimultates exercuit. [a] Bellum etiam geſſit cum Joanne & Manuele Comnenis Imperatoribus, quibus complura in Aſia abſtulit oppida. Inter liberos Maſuti recenſentur a ſcriptoribus potiſſimum [b] *Clitzieſthlan* Iconienſis Sultanus, [c] *Saniſanus* Gangræ & Ancyræ princeps, præterea filiæ aliquot, [d] atque in iis uxor Jagupazanis, cui Amaſiam & Ancyram cum Cappadocia dedit Maſutus, [e] altera nupta Daduni, cui Cæſaream & Sebaſtam conceſſit: [f] tertia denique, quam *Cameronem* vocat [g] Phranzes, Joanni Comneno, Andronici Imperatoris fratri primogenito, matrimonio collocata.

VII. CLITZIASTHLAN III. Iconienſis Sultanus, [h] cum Jagupaſane ſororis marito bello appetitus, ab eo primum fuſus eſt. At Jagupaſane mortuo, ejus ditiones pervaſit, ut & Dadunis nepotis, [i] ac Saniſani denique fratris. [k] Exinde Manuelem Imperatorem prælio adortus, ejus copias ita profligavit, ut poſt hanc acceptam cladem nullam animi lætitiam deinceps teſtatus fuerit. Commiſſum porro hoc prælium, ſecundum [l] Antiſtitem Tyrium & Steronem, anno MCLXXVI. [m] ſecundum vero Robertum de Monte & Trivettum an. MCLXXVIII. tradentes præterea anno proxime ſequenti cladem hanc ultum Manuelem, adepta inſigni ex Sultano victoria, de qua tamen ſilent Græci ſcriptores. [n] Extincto Andronico Tyranno, Sultanus in Imperii fines facta impreſſione, complura cepit oppida, qua tum tempeſtate ſeptuagenario major fuiſſe dicitur. [o] Ex Matthæo Pariſio diſcimus fidem Chriſtianam amplecti in animo habuiſſe, eumque in finem ad Alexandrum III. ſummum Pontificem litteras dediſſe, cui ille præclaram reſcripſit epiſtolam, quæ apud eumdem Pariſium deſcripta legitur. Is præterea ſubdit clam deinde baptiſmum excepiſſe; quod uxoris, quam Chriſtianam fuiſſe teſtatur Nicetas, conſiliis factitaſſe licet conjectari. [p] Scribit vero Otto a S. Blaſio Sultanum Legatos ad Fridericum I. miſiſſe an. MCLXXIX. qui cum eo fœdera ſancirent, illiuſque filiam in uxorem expeterent, quam ſi impetraret, Chriſtianam religionem amplexurum cum omni ſua gente pollicerentur: Imperatorem vero ægre id conceſſiſſe, quod eam unice diligeret: ſed illam mortem obiiſſe antequam nuptiæ celebrarentur. [q] Is porro fuit Sultanus, qui Conradi Imperatoris & Ludovici VII. Francorum Regis, per ejus ditiones tranſeuntium, cum Hieroſolymitanam expeditionem ſuſceperunt, potiorem copiarum partem delevit ann. MCXLVII. [r] Sequenti vero, Raimundi Pictavini Antiocheni principis audita morte, in principatum Antiochenum facta impreſſione, plura caſtra cepit. [s] Obiit haud multo poſt deletum Manuelem, relictis aliquot liberis, atque in iis *Caichoſroe*, qui in Sultanicam ſucceſſit dignitatem: *Maſuto*, cui in hæreditatis ſortem Amaſeam dedit, Ancyram, Doryleum, aliaque Ponti oppida: *Coppatino*, quem Melitenæ, Cæſareæ, & Coloneæ, quam Texaram poſtea appellarunt, Principem conſtituit: & *Rucratino*, qui Aminſum, Doceam, & alia maritima oppida obtinuit.

Edit. Pariſ. pag. 356.

VIII. CHAICHOSROES [t] Iconienſi tractu cum Lycaonia & Pamphylia a patre donatus, [u] ex matre Chriſtiana natus fuit, quam filiam Toloſani Comitis fuiſſe, nullo licet fundamento ſcribit Nicolaus Trivettus: ex quo a fratribus odio habitus, ab iis bello eſt appetitus, ditionibus ſuis ſpoliare eum conantibus. [x] Imperatori Friderico I. in Terram ſanctam per ejus provincias tranſeunti ſeſe oppoſuit, miſſo cum copiis filio *Meleco*, quem prælio fudit Fridericus, ita ut Iconio excedere coactus fuerit Chaicoſroes. [y] Exinde cum Alexio Angelo Imperatore bellum geſſit: ſed mox icto cum eo fœdere, Conſtantinopolim ipſemet venit, opem ab Alexio petiturus adverſus Rucratinum fratrem, qui Coppatini fratris poſt ejus mortem invaſis ditionibus, Iconium ſibi pariter aſſerere conabatur: quod tandem perfecit, exacto Caichoſroe, qui ad Leonem Armeniæ Principem conceſſit. Sed cum a Leone minime fuiſſet admiſſus, ob contractum ab eo haud ita pridem cum Rucratino fœdus, Conſtantinopolim profectus eſt. [z] Narrant nonnulli rerum Anglicarum ſcriptores, Gallici Regis Legatos Conſtantinopoli redeuntes anno MCLXXXVIII. retuliſſe Sultanum filio ſuo Sultani Saladini filiam in uxorem collocaſſe, filiamque ſuam nuptum dediſſe ejuſdem Saladini filio: adduntque Iconienſis Sultani filium, quem *Kutepez* vocant, uxorem Saladini filiam interfeciſſe. [A] Videntur alii Saladini generum *Melecum* appellare, atque ita *Kutepez* idem fuerit cum Meleco.

IX. RUCRATINUS, ſeu, uti ab [B] Abulfaragio appellatur, RUCNODDINUS, [C] Iconienſem principatum adeptus eſt circa annum MCC. Cum Alexio Imperatore primum amicitiam & ſocietatem coluit. Sed cum accepiſſet ab eo ſubmiſſos Chaſios, ſeu Aſſaſſinos, a quibus interficeretur, rupto fœdere, bellum Græcis indixit, eorumque eſt provincias depopulatus. [D] Brevi porro Sultanica potitus eſt dignitate, extinctus enim anno MCCIII. vel ſequenti. Nam poſt expugnatam a Francis Conſtantinopolim an. MCCIV.

X. CHAICHOSROES frater Iconium obtinebat, ditioneſque ſuas receperat. [E] Acropolita porro eumdem eſſe qui JATHATINUS præterea nuncupatur, perſpicue oſtendit, ſcribens hunc Sultanum cum a fratre principatu exactus fuiſſet, Conſtantinopolim conceſſiſſe, & ab Alexio Angelo Imperatore benigne exceptum, [F] ejurato Mahumetiſmo Chriſtianam religionem amplexum, & ab Imperatore deinceps, more tum recepto, in filium adoptatum. Expugnata poſtmodum a noſtris Urbe, cum Alexio fuga elapſus eſt, acceptaque fratris morte, mutata & ementita veſte, Iconium venit, captoque juniore fratris filio, Sultanus rurſum eſt renuntiatus. [G] Statim porro cum Theodoro Laſcari, qui Nicæam invaſerat, fœdus pepigit: ſed mox captata bellorum, quibus res Græcorum conflictabantur, occaſione, Attaliam, quæ ab Aldobrandino quodam Italo poſſidebatur, obſidione vallavit, quam ille Cypriorum adjutus copiis ſolvere coegit. Ita quidem Nicetas: at [H] Acropolita Attaliam in Sultani veniſſe poteſtatem videtur innuere, ſcribens in ea urbe excepiſſe Alexium Imperatorem, in ejuſque gratiam coegiſſe exercitum in Theodorum Laſcarim, qui Imperatoriam dignitatem nuper arripuerat, commiſſoque invicem certamine Sultanum ipſius Theodori manu percuſſum vitam amiſiſſe.

a *Nicet. in Joan. n. 5. 6. in Man. l. 1. n. 1. Cinn. l. 2. n. 7.*
b *Nicet. in Man. l. 3. n. 5.*
c *Cinnam. l. 5. n. 3. l. 6. n. 13. 14.*
d *Nicet. in Man. l. 3. n. 5. 6. Cinn. l. 5. n. 3.*
e *Nicet. ibid.*
f *Nicet. in Man. l. 1. n. 20.*
g *Phranz. l. 1. n. 23.*
h *Nicet. in Man. l. 3. n. 5. 6. Cinn. l. 2. n. 5.*
i *Cinn. l. 5. n. 13.*
k *Nicet. l. 6. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Vincenc. Belv. l. 31. c. 150.*
l *Tyr. l. 21 c. 12. Stero an. 1176.*
m *Rob. de Monte & N. de Trivetto an. 1179.*
n *Nicet. in Iſaac. l. 1. n. 4.*
o *Matth. Paris p. 78. 81. Epiſt. Alexan. III. PP. apud Petr. Bleſenſ.*
p *Otto a S. Blaſio c. 25.*
q *Tyr. l. 16. c. 19. Odo de Diogilo.*
r *Tyr. l. 17. c. 10.*
s *Nicet. in Iſaac. l. 1. n. 4. in Alex. l. 2. c. 2. l. 3. n. 4.*
t *Nicet. in Alex. l. 3. n. 4.*
u *Nicet. ib. Trivett. an. 1174. 1182.*
x *Nicet. in Iſaac. l. 3. n. 6. 7. Tageno Patav. p. 13. Expedit. Aſiat. Frid. I. p. 84. 89. 91. Epiſt. edita ab Urſtiſio p. 561. Hiſt. Hieroſ. p. 1160. 1161. Arnold. Lubec. l. 2. c. 9. Chron. Reichersp. Godefr. Man. an. 1188. 1189.*
y *Nicet. in Alex. l. 2. n. 5. l. 3. n. 4.*
z *Radulph. de Diceto p. 641. 642. Hoved. p. 649.*
A *Hiſt. Hieroſ. p. 1161. Chron. Reichersp. p. 279.*
B *Georgius Abulfarag. p. 282.*
C *Nicet. in Alex. l. 3. n. 4. 6.*
D *Abulfarag.*
E *Acrop. c. 9.*
F *Abulfarag. p. 282.*
G *Nicet. in Bald. n. 10.*
H *Acrop. c. 9. 10. Greg. l. 1. p. 12. 14. E. R. Jac. de Vitriaco l. 3. p. 1142.*

XI. KUTEPEZ, vel MELEC, vel denique, ut ab [a] Abulfaragio nuncupatur, EZZODDINUS CAICAW, patri in Sultanicam dignitatem succeſſit. In Myralimi, Saladini filii, gratiam, qui a Saphadini filiis ditionibus ſuis pulſus fuerat, exercitum conſcripſit. Obiit ſub annum MCCXIX. Damiatam noſtris obſidentibus. Scribit [b] Jacobus a Vitriaco in Chriſtianos ea fuiſſe animi propenſione, ut hos ſibi in corporis cuſtodes allegeret: ſed & tum famam fuiſſe Chriſto nomen dediſſe, baptiſmumque excepiſſe.

XII. [c] AZATINUS, ſeu ALATINUS, Icoñienſis Sultanus, exhino legitur. ALADINUM KAICOBADUM nuncupat [d] Abulfaragius, ſcribitque mortuo fratre, a quo in cuſtodiam in caſtro Menshar ad Euphratem datus fuerat, a Militibus inde eductum, ad Sultanicam tandem evectum dignitatem, cum cætera fratri ſuperſtites eſſent liberi impuberes, rebuſque gerendis haud tum idonei. Addit præterea præclaris animi virtutibus fuiſſe adornatum principem, reſque Turcorum, quæ Chaichoſrois filiorum ſimultatibus ac diſſidiis dilapſæ ac profligatæ ferme fuerant, in priſtinum reſtituiſſe ſtatum. [e] Sed & Chriſtianam religionem amplexari voluiſſe teſtantur miſſæ per Gabram Legatum anno MCCXXXV. ad Gregorium IX. Summum Pontificem Epiſtolæ, quibus & in Terræ ſanctæ recuperationem non modicum auxilium, & fœdus ſe cum Chriſtianis Principibus, uti cum Friderico II. Imperatore jam peregerat, componere pollicitus eſt. In ea vero quam ad Pontificem ſcribit Epiſtola, ita inſcribitur: *Alatinus magnus Soldanus Iconii, & Poteſtas omnium terrarum per orientem & ſepentrionalem plagam exiſtentium, & Magnæ Cappadociæ.* Auctor eſt [f] Vincentius Bellovacenſis Sultanum Iconienſem, percepto Tartarorum acceſſu, matrem & ſororem ad Conſtantem, Haitonis Armeniæ Regis filii, regni Vicarium & Bajulum, ſecuritatis gratia miſiſſe, cum is præterea ejus eſſet vaſſallus, Conſtantem vero contra fidem datam in manus Tartarorum tradidiſſe: hacque perfidia irritatum Sultanum, in Armenia irrupiſſe, obſidioneque vallaſſe Tarſum oppidum: qua durante, ille obierit an. MCCXXXVI. & in urbe regali Satalia ſepultus fuerit, [g] cum regnaſſet annos XVIII. matre & ſorore paulo antea in itinere extinctis. Ita ille eſt Sultanus, cujus obitum ad annum MCCXXXVIII. refert [h] Albericus. Sed & forte ad eundem referri debet quod de Aladino Sultano Iconienſi ſcribit [i] Aithonus, qui Choraſminos, a quibus bello impetitus fuerat, profligavit: quod & firmatur ab [k] Abulfaragio. [l] Alatinus porro uxorem duxerat Babylonii Sultani filiam; ex quo conjugio nati duo filii, præter quos ex concubina *Gajaſadinum* filium procreavit, quem ditionum ſuarum in ſolidum hæredem inſtituit.

XIII. GAJASADINUS, ſeu, ut a [m] Pachymere nuncupatur, JAPHATINUS; ab [n] Acropolita, JATHATINUS; ab aliis AZATINUS; ab [o] Abulfaragio denique GIATHODDIN CAICOSCAW, Iconienſi a patre principatu in extremis agente Enſa in manus tradito, donatus eſt. [p] Statim atque parens deceſſit, ſeditionem moliti ſunt Coraſmini, Sultanum ex ſua gente eligere conati. Verum Sadadinus, qui ſummam rerum ſub illius patre geſſerat, Francorum, qui tum in ejus caſtris merebant, ope, in Sultanatus poſſeſſionem hunc immiſit: utque principatum firmaret, eidem perſuaſit ut parentis viduam cum duobus filiis de medio tolleret. Cumque Giaſadinum deinceps interficere atque adeo ſuffocare ſtatuiſſet, hunc ille antevertit, eo pariter interempto. [q] Gajaſadino porro imperante, Tartari in illius provincias facta irruptione cuncta ferro flammaque vaſtarunt, fuſis ipſius exercitibus, expugnatiſque oppidis: quod quidem ad an. MCCXLII. & MCCXLIII. referunt ſcriptores. [r] Iis deinde recedentibus, quidam Coterinus Sultanicam dignitatem invadere annixus, a Lambronenſi Domino cæſus eſt & deletus. [ſ] Obiit Attaliæ, ſeu Sataliæ, menſe Octobri anni MCCXLV. [t] Balduini II. Imperatoris neptim in uxorem expetiit, initis ſuper hac re aliquot legationibus, de qua copioſius egimus in hiſtoria noſtra Franco Byzantina. [u] Abulfaragius & Acropolita variis vitiis fœdatum fuiſſe ſcribunt. Tres porro ex eo nati filii, [x] *Azadinus*, ſeu *Ezzeddinus*, primogenitus, ex matre Iconienſi: *Racnoddinus*, ex matre Græci Presbyteri filia, & *Aladinus* ex parentis cum Georgiæ Regina, quam Chriſtianam fuiſſe ait [y] Pachymeres, nuptiis procreatus. Ac licet filiorum eſſet poſtremus, quia tamen ex legitimo natus erat conjugio, ſtatim atque in lucem eſt editus, in legitimum principatus hæredem a Baronibus agnoſci curavit parens. Verum patre extincto, ſuprema Rucnaddino dignitas data, Aladdino vix tum ſeptenni.

XIV. [z] RACONAD, ſeu, uti ab Abulfaragio nuncupatur, RACNADDIN, ad Iconienſem principatum, Salefadini, qui rerum tum potens erat, factione evectus eſt, cum annum ætatis undecimum attigiſſet, ex matre Græca natus, quæ etiamnum ſuperſtes erat, cum Sultanus filius eſt inauguratus. A Loſyro Turciæ Præfecto, rerum ſub parente adminiſtro, bello divexatus fuit, a quo & Saleſadinus interfectus eſt. Eo regnante Turci pacem cum Tartaris fecere, pacto annuo tributo. Azadinus Sultani frater in eum finem Sebaſtam miſſus cum Conſtantino Lambronenſi Marchione, Turciæ Mareſcallo & Bajulo: ita quidem Vincentius Belvacenſis. At [A] Albufaragius ſcribit Tartaros cum Azadini provincias expugnaſſent, Racnaddinum fratrem Sultanum dixiſſe, iiſque abeuntibus, procerum interventu, utrumque fratrem in concordiam rediiſſe, paternis invicem partitis ditionibus: ac Edzoddinum, ſeu Azadinum, Iconium & provincias occidentales: Racnaddinum vero Cæſaream & provincias orientales obtinuiſſe: Aladdino tertio fratri aliquot prædii ad vitæ neceſſaria aſſignati: monetam denique trium principum nominibus inſignitam cuſam fuiſſe, cum hiſce characteribus, EZZ. RACN. ALA. Quod quidem ad annum MCCXLVIII. refertur. [B] Aladinus vero cum ab Azadino fratre ad Tartarorum principem miſſus pergeret, in itinere moritur anno MCCLIV. *pag. 358.* Qua quidem tempeſtate Raconadum fratrem, qui Iconium invadere conabatur, captum detinuit Azadenus. At anno ſequenti a Tartaris ipſemet captus eſt, a quibus e carcere eductus Raconadus, Sultanus ab iis eſt renuntiatus.

XV. AZADINUS igitur, ſeu AZATINUS, [C] vel uti in Annalibus Turcorum appellatur, ALADINUS, Gajaſadini ex Iconienſi puella natus, ad Iconienſis dignitatem a patre evectus eſt. [D] Tartaris ejus provincias facta irruptione invadentibus, patria excedere coactus, cum uxore, liberis, matre ac ſorore ad Imperatorem Michaelem

Edit. Pariſ. pag. 357.

a *Abulfarag. p. 289.*
b *Jacob. de Vitriaco l. 3. 4. p. 1142. Vincent. Belvac. l. 31. c. 93.*
c *Acrop. c. 41.*
d *Abulfarag. p. 290.*
e *Rainald. an. 1235. n. 37. 38. 39.*
f *Vincent. Belv. l. 32. c. 29.*
g *Abulfarag. p. 312.*
h *Alberici Chron. MS.*
i *Aithon. c. 15.*
k *Abulfarag. p. 307. 308. 311.*
l *Vincent. Belv. l. 31. c. 145.*
m *Pachym. l. 13. c. 20.*
n *Acrop. c. 42.*
o *Abulfarag. p. 311.*
p *iidem. Vincent. Belv. l. 31. c. 145. Phranz. l. 1. c. 24.*
q *Abulfarag. p. 312. 314. 315. 319. Vincent. Belvac. l. 13. c. 20. Joinvil. la. Pachym. l. 13. c. 20. Acrop. c. 42. 65. Greg. l. 4. p. 71. E. R. Aiton. c. 18. to. 3. Hiſt. Fr. p. 272. Hiſt. Franc. Byzant. l. 4. n. 28.*
r *Vinc. Belv. l. 31. c. 151.*
ſ *Vinc. Belv. l. 32. c. 26. Abulfarag. p. 319.*
t *Hiſt. Fr. Byzant. l. 4. n. 29.*
u *Albufar. p. 319. Acrop. c. 41.*
x *Albufar. p. 319. Vinc. Belv. l. 32.*
y *pachym. l. 2. c. 4.*
z *Vincent. Belv. l. 32. c. 27. 28.*
A *Albufaragius p. 321.*
B *id. p. 329. 330. 331. 332. & ſeqq. 347. 359.*
C *Vincent. Belv. lib. 32. cap. 26. Abulf. pag. 319.*
D *Gregoras l. 4. p. 57. 58. 71. E. R. Pach. l. 2. c. 10 24. l. 3. c. 3. 25. l. 10. c. 25. Abulfarag. pag. 321.*

Palæo-

Palæologum concessit circa annum MccLx. tum ut ejus opem imploraret, tum ut dum pacatiores res essent, locum ubi habitaret sibi concederet. Assignata porro Oenos urbs maritima, ubi tamen, ne quid novi moliretur, custoditus est. Verum haud multo post Tartaris, a quibus Raconadus Sultanus dictus fuerat, recedentibus, clam cum Meleco filio Turcorum ope elabitur, uxore, liberisque aliis, Michaelis jussu, in custodia detentis. [a] At is priusquam Iconium perveniret, vel certe priusquam pristinam dignitatem recepisset, mortem obiit. [b] Hunc principem ferunt in Christianam religionem, quam ipsius profitebatur mater, propensiorem se testatum, adeo ut cum apud Michaelem Imperatorem ageret, in ædibus sacris Ecclesiasticis Liturgiis interfuisse dicatur; sed & excepisse baptismum famam tum fuisse, cum præterea pro certo haberetur ejus patrem Christianismum pariter fuisse amplexum.

XVI. [c] MELEC paternæ calamitatis potius quam dignitatis hæres, cum ex Imperii provinciis, una cum patre excessisset, eo mortuo, Iconiensem principatum, plerisque proceribus assentientibus, adipisci conatus est. At horum præcipuus Amur ejus inaugurationi intercessit, coactoque valido exercitu Melecum exegit, qui inde Heracleam Ponti, oppidum concessit: anno deinde proximo in Turciam reversus, deleto ac cæso Amurio & Astrato, tandem Sultanus proclamatur. [d] Verum statim cum Haly Amurii filio congressus prorsus profligatur. Post ejus obitum universus Turcorum principatus in varias toparchias divisus est, regionum ac provinciarum præfectis supremum dominium usurpantibus. [e] Ferunt ex hac Turcorum Anarchia natum formidandum Christianis Ottomanorum Imperium; quorum Stemma ex Leunclavio & aliis obiter perstringemus.

a *Gregoras l. 5. pag. 98. E. R.*
b *Gregor. l. 4. p. 67. E. R. Pbranz. l. 1. cap. 24. Pachym. l. 5. cap. 30.*
c *Gregoras & Pbranz. ibid.*
d *Pachym. l. 10. c. 25.*
e *Annal. Turc. Theodor. Spandag.*

III.

OSMANIDARUM,

seu OTTOMANORUM STEMMA.

Edit. Pariſ. pag. 359.

Soleiman Schach.

Sungurſengi. | Ertucul. *Phranz. l. 1. c. 25.* | Gundogdi.

Gundus, qui & Gundus Elp. — Agdemur. | Sarigati, qui & Aidogdi. | I. OSMAN Gazi, ſeu Ottoman, vel Othman Turcor. Sultan. obiit anno 1328. regn. an. 29. *Phranz. l. 1. c. 26. Ducas c. , Laonic. l. 1. &c.*

II. URCHAN, vel Orchan, Gazi, Nicæam cepit. ob. an. 135. regn. an. 32. *Phranz. l. 1. c. 27.* Ali Baſſa.

Soleiman Baſſa, Gerlenſis & Bolenſis Sangiacus, mortuus ante patrem menſib. 6. *Cantacuz. l. 3. c. 89. 90.* | Chaliles & alii tres filii. *Vide Cantacuz. l. 4. c. 4. 44.* | III. Sultan MURAT Chan, ſeu Amurathes I. ob. an. 1389. regn. ann. 32. *Phranz. l. 1. c. 28.*

Sicus Zelebi, cæcatus a patre. — Daut Zelebi exul apud Hungaros. *Laon. p. 26.* | IV. BAJAZET Gilderun Chan Gaſi captus a Temire 29. Jul. an. 1402. ob. an. 1403. *Phranz. l. 1. c. 29. Laon. Ducas*, &c. | Jacup Zelebi ſtrangulatus jubente fratre Bajazethe. *Laon. p. 37.*

Orthobules. *Laon. p. 96. 97.* — Zeches *V. Leuncl. n. 59.* | V. Emir SOLEIMAN regn. an. 7. regno exutus a Muſa fratre. | Muſtapha Zelebi, cæſus in prælio Temiriano. *Phranz.* | Iſa Zelebis occiſus a Muſa fratre. *Phranz.* | VI. MUSA regn. an. 4. occiſus a Muchemete fratre anno 1413. | VII. Sultan MUCHEMET Chan, regn. an. 8. ob. an. 1421 | Caſan Zelebi obſes miſſus a fratre Soleimane. | N. filia miſſa CP. cum fratre Caſaxe.

Urchan Zelebi poſt mortem patris CP. fugit. | N. filia Conſtantinopolim pariter conceſſit. | VIII. Sultan MURAT Chan II. obiit 11. Febr. an. 1451. regn. 31. ætat. 75. | Muſtapha Zelebi Nicææ necatus a fratre. *Phranz. lib. 1. cap. 32.*

Aladin Zelebi mortuus ante patrem Amaſiæ. | IX. Sultan MUCHEMET Chan II. Conſtantinopolim cepit 29. Maii 1459. ob. Nicomediæ 3. Maii an. 1481. vix. an. 70. regn. 58. | N. Zelebi natus ex Iſvendiaris Begi filia, nominatus a baptiſmo Calixtus Oſmanides.

Muſtapha Caramaniæ Begus, mortuus ante patrem. | X. Sultan BAJAZIT Chan II. obiit 23. Jun. an. 1512. regn. 31. vix. 74. | Zemi, ſeu Gemes, pulſus a fratre moritur exul in Italia. Ejus filius Chriſtianus a Soleimano occiſus.

Sinan Scach Caramaniæ Begus, ante patrem mortuus. | Alem Scach qui & Allama Scach mortuus ante patrem. | Achmet Amaſiæ Baſſa occiſus a Selime. | Muchemet Magneſiæ Baſſa, a patre veneno necatus. | Curcut Caſtamonæ & Magneſiæ Baſſa occiſus a Selime fratre. | XI. Sultan SELIM Chan I. obiit 22. Sept. an. 1520. vix. an. 46. regn. an. 8. menſ. 8. dies 8.

Muchemet Zelebi, ſtrangulatus a Selime patruo. | Aladin Zelebi, ſtrangulat. cum fratre. | Urchan Zelebi. | Murat Zelebi ad Regem Perſarum conceſſit ducta ejus filia. | Aladin Zelebi ad Sult. Ægyptium profugit. | Filii cum patruelibus necati Pruſæ juſſu Selimis. | XII. Sultan SOLEIMAN II. obiit 4. Septembris anno 1566. regnavit an. 46. vixit 76.

Muſtapha necatus in conſpectu patris a multis. — Murat Zelebi necatus avi juſſu. | Muchemet Amaſiæ mortuus ante patrem cui cariſſimus erat, anno 1544. | XIII. Sultan SELIM Chan II. ob. 13. Dec. an. 1574. reg. annos 8. 3. menſ. | Bajazit victus a Selime fratre fugit ad Perſas, ubi ſtrangulatus eſt cum 4. filiis, Omer, Murat, Selim, Muchemet. | Ziangir gibboſus Muſtapha fratre necato ſeipſum interfecit. | Chamemeria Ruſtenis Baſſæ conjux.

XIV. Sultan MURAT Chan III. ob. 18. Jan. an. 1595. vix. an. 45. regn. 20. | Muchemet, Aladin, Zangir, Abdalla, Soleiman: hos quinque fratres ſuos in ipſis auſpiciis imperii ſe præſente ſtrangulari juſſit

XV. Sultan MUCHEMET III. ob. 21. Dec. 1603. vix. an. 39. | 21. filii a fratre ſtrangulati.

XVI. Sultan ACHMET I. ob. 15. Nov. 1617. vix. 30. regn. 14. | XVIII. Sultan MUSTAPHA regn. an. 1. menſ 4. regno exactus menſe Sept. an. 1623. & in carcerem conjectus.

XVII. Sultan OSMAN ſtrangulatus a Muſtapha patruo 20. Maii 1622. regn. 4. an. 4. menſ. vix. an. 17. | XIX. Sultan MURAT Chan IV. ob. 8. Febr. ann. 1640. vix. 32. regn. 16. menſ. 6. | XX. Sultan IBRAIM Chan fratri ſucceſſit ann. natus 28. obiit an. 1649.

XXI. Sultan MUCHEMET Chan IV.

Edit. Pariſ. pag. 360.

IV.

ARMA ET INSIGNIA PRINCIPUM aliquot Turcicorum, vel certe Mahumetanorum, aut Paganorum.

VARII circumferuntur Fecialium libri Gallici MSS. in quibus deſcribuntur familiarum nobilium arma & inſignia, qui quod ſecundum provincias ea exhibeant, vulgo PROVINCIALES indigitantur. In iis habentur præterea Regum omnium, atque adeo Paganorum & Mahumetanorum principum exarata inſignia. Qui quidem libri videntur ſcripti regnante in Gallia Carolo VI. vel certe Carolo VII. qua quidem tempeſtate licet fieri poſſit ut ihorum Principum plerique eſſe deſierint, cum ſtorum toparchiæ in Turcorum Sultani, vel etiam Ægyptii, jus poteſtatemque conceſſerint, vero tamen videtur ſimile ea hauſiſſe a vetuſtioribus Fecialibus, quorum præcipuum ſemper fuit ſtudium, ſiquando apud exteras gentes peregrinarentur, Regum nobiliumque arma deſcribere. Sed utrum quæ Mahumetanis principibus adſcribuntur, Toparchiarum, an vero familiarum inſignia fuerint, haud promptum eſt definire: cum varia interdum iiſdem principibus in iſtis manu deſcriptis Fecialium libris arma adſcribi animadvertere ſit. Sed quomodocumque ſe ſe res habeat, haud abſurdum forte erit ea qualiacumque ſunt, hic deſcribere ex tribus aut quatuor MSS. Codicibus, qui penes nos ſunt, ſervato etiam Gallico idiomate, additiſque notis aliquot chorographicis & hiſtoricis, cum abſque earum ſubſidio, quæ ibi deſcribuntur Principatuum nomenclaturas perperam ſæpe exaratas haud omnino percipere liceret. Sic autem ordiuntur hæcce inſignia.

Cy enſuivent les noms d aucuns Roys Soudans.

Le Soudan de BABILONE *portoit d'or à un tourtel de ſable.* Babylonici Sultani non ſemel mentio habetur apud ſcriptores, ac præſertim apud Joinvillam pag. 27. 86. 99. Elition. Reg. cui Andreas Favinus in Theatro honoris lib. 9. alia attribuit inſignia, nempe, *d' or au chef de gueules à 2. faſces de meſme, la premiere breteſſée du coſté du chef ſeulement, & l'autre haut & bas.*

Le Soudan de DAMMERIE, (*al.* DAMMARIE) *d'or papelonnie de gueules à clochettes d'argent* (al. *d'or.*)

Le Galifre de BAVDARS, (al. BLANDAS) *d'argent à un cheval rouſſatre ſans bride.* Idem qui Chalipha Bagdatenſis, qui *le Calyphe de Baudas* nuncupatur à Froiſſarte 3. vol. cap. 74. & in Chronico veteri Flandriæ cap. 82. & *Chaliphas de Baudas* a Iacobo de Vitriaco in hiſt. Hieroſol. p. 1142. 1125. Vide Iſmaelem Bullialdum in Aſtronomia Philolaica lib. 12. p. 467. & Notas noſtras ad eundem Joinvillam.

Le Soudan de GALICE (al. DE GALACH) *de gueules à un homme nu tout droit en la moienne, tenant en ſa main dextre un glaive,* (lanceam) *enferré d'argent: en la main ſeneſtre une targe en maniere d'un cœur, & le tient par l'un des bouts, le panch dedans,* (al. *le pot par dedans.*) Videtur hic intelligi Rex Galliciæ in Hiſpania ex Maurorum gente.

Le Roy D' AFFRIQUE, (al. ANFFRIQUE,) *d'azur à deux olifans d' argent.* Peireſcianus Codex Regi *d'Anfrique* pro inſignibus adſcribit *d'argent à un lyon d'azur bandé de gueules, à douze Chaſteaux d'or ſur la bordure.* Ubi Africa dicitur ea Africæ provincia proprie dicta, cujus metropolis Africa pariter nuncupatur, de qua præ cæteris Falcandus pag. 1649. Dorronvilla in Hiſt. Lud. III. Ducis Burbon. cap. 71. & ſeqq. Froiſſart. 4. vol. cap. 13. 18. 23. Joan. Gramæyus in Regno Tunetano cap. 7. & Davitus in Africa pag. 238.

Le Roy de BAUDAS, (al. BENDAS,) *de gueules à trois couſteaux* (al. *tourteaux*) *d'argent, en la moienne un beſant d'or.* (al *de ſable.*) Videtur hic intelligi Bagdatenſis Sultanus, penes quem ſub Chalipha erat rei militaris ſumma poteſtas, uti pluribus alias a nobis obſervatum.

Le Roy de TABARIE, *d'or à trois Griffons de ſable*, Sultanus forte, qui ante expugnatam a noſtris Tyberiadem hanc obtinebat: vel potius Sultanus ille qui poſt captam a Saladino Urbem ejus præfecturam obtinuit. De Tabariæ principibus urbiſque fortuna, pluribus agimus in Familiis noſtris Hieroſolymitanis.

Le Roy D'ACOPASSE, (al. DE COPASSE,) *de gueules à trois mains d'argent.* Videtur is fuiſſe qui Æthiopiæ populis, quos *Azopart* vocat Albertus Aquenſis lib. 6. cap. 41. 46. lib. 7. c. 39. imperabat. Atropatiam regionem memorat alicubi Maginus.

Le Roy DE SURNE, ... *à trois eſtoilles d' or.* Neſcio an is ſit Rex *de Sarco*, cujus meminit Jacobus a Vitriaco pag. 1125. tametſi fatendum minus utramque convenire nomenclaturam. Poſſit etiam legi *de Surie*, quomodo Syriam vocabant noſtri.

Le Roy de NAVE *d' azur à ſix molettes d'or à ſix pointes.* *pag.* 361.

Le Roy D'ORTANIE, (al. D'ARTAMEZ.) *de gueules fretté d' argent à ſix baſtons de freteure, deſſeures des lozanges en maniere de demy compas.* Ubi forte legendum *Oranie*, ut hic innuatur Oraniæ provinciæ & oppidi maritimi ejuſdem nominis in Africa Rex, quam vulgo *Oran* dicimus, de qua Leo Africanus lib. 4. p. 198. Gramayus, Davitus, & alii.

Le Roy de BRADIGANT, *d'or à un griffon de ſable rampant.*

Le Roy de BURGIE, *de gueules à une tortue rouſſatre.* Ubi indubie legendum *de Bugie*, vel *de Bougie*; fuit enim Bugia Argerienſis regni provincia, cujus deſcriptio habetur apud Leonem Africanum lib. 4. Reges vero memorantur apud Albericum in Chron. MS. an. 1212. Froiſſart. 3. vol. cap. 2. 75. 4. vol. c. 13. 18. Oronvillam c. 71. 75. Matth. Villaneum lib. 1. c. 71. Thevet. lib. 1. c. 10. & alios.

Le Roy de LA MONTAGNE, *d'or à un ſautoir de ſable, aux deux bouts du ſautoir deſſus deux teſtes d'enfans regardant l'un l'autre & de carnation, de queveleure d'or.* Hic porro indicatur, ni fallor, *Senex*, vel *Vetulus de Montanis*, ſeu Rex Aſſaſſinorum, de quo pluribus egimus in Notis ad Joinvillam, & ad Alexiadem p. 178. E. R. & in Gloſſario in V. *Senex*.

Le Roy de GHIVONE, (al. GHIVONIE,) *d'azur à trois lievres d' argent.* Neſcio an hic intelligatur Rex Gumaniæ, legendum ſit *Cumanie*, de quo adunt Aithonus cap. 5. Joinvilla, Geſta Dei per Francos p. 285. &c.

Le Roy de THARSE, (al. DE TANSE,) *d'argent à un lievre de gueules.* Tharſiæ regnum vicinum fuit Cathaxo & Turqueſtano, ut docemur ex Aithono c. 2. Sanuto lib. 3. parte 13. c. 5. & ex antiqua Geographia, quæ deſcripta legitur to. 2. Geſtor. Dei per Franc. p. 285. *Tarſe* etiam vo.

sant superioris ævi scriptores, quam alii Tartariam, ut Froissartes 1. vol. cap. 28. 4. vol. c. 74. Chron. Flandr. c. 98. Oronvilla c. 76. Philippus *Mouskes* in S. Ludovico:

Adont fu la noviele espariſe,
Que tout li Tarſien de Tarſe
Furent iſſus de leur contrée,
Et orent Rouſie gaſtée.

Le Roy de NORGART, (al. de NOCART,) *de ſable à deux gands d'argent, les doits à contreval*. Oronvilla c. 23. Regis de *Norgales* meminit, quem cum Rege Lithuaniæ jungit: Chronicon vero Flandriæ capit. 27. Regis *de Nocheres*, Favinus in Theatro honoris pag. 1399. existimat hisce nominibus Norvegiam designari. At iste de quo hic agitur, videtur fuisse in Africa.

Le Roy de MAROK, (al. de MAROLES) *d'or à trois roües de ſable traüées* (i. *troüées*) (al. *royées*) *de gueules*. Froissart. 4. vol. c. 18. 19. 23. Chronicon Flandr. c. 82. & alii scriptores hujusce regni meminerunt, cujus descriptionem habet Leo African. lib. 2.

Le Roy de RUBIT, (al. de MERIE,) *de gueules à une coignée d'argent*. Forte leg. de *Nubie*. Nubia vero Ægypti provincia notissima.

Le Roy de PERSE, *d'or à un ſerpent ſans aisles, à la queüe tortillée*, (al. *tortue*,) *ayant une langue de gueules*. Persicorum Regum historiam & seriem contexuit Bazarrus.

Le Roy de TURQUIE, *d'argent à trois teſtes de Turcs, loüées de touailles d'argent, traïant une langue de gueules*. Turchiæ nomenclatura Turquestanum in Asia regnum, cujus meminere Aithonus c. 3. Sanutus lib. 3. part. 13. c. 5. Geographia antiqua to. 2. Gesta Dei p. 285. Froissart 3. vol. c. 22. & Geographi passim, illiusque Reges hic intelligi liceret existimare ex similitudine nominum: sed facile mihi persuaserim Iconiensem sultanum potius designari, quem Turcorum Sultanum vulgo indigitant scriptores.

Le Roy de CHALEBY, (al. GALEBY,) *de gueules au Croiſſant d'argent, à la molette d'azur à ſix pointes ſur le Croiſſant*. Urbem in Africa, quam *Chalbis* vocat, memorat Leo Afric. lib. 1. sed ejus urbis principem hic innui nolim asserere.

Le Roy D'ANDRONE, *d'azur bandé d'or*.

Le Roy de CORSIBLE, *d'or à trois chevrons de ſable*.

Le Roy de DAMARIS, (al. *Damarie*,) *de gueules à quatre lyons d'azur*. Historia fabulosa MS. inscripta, *le Voyage d'outremer du Comte de Pontieu*, meminit Soldani *d'Aumarie*, atque Aumariam esse insulam, sed in qua mundi plaga, non indicat. Sed & legendum forte *de Bellemarine*, cujus quidem regni ac regum mentio est apud Walsinghamum p. 180. Matth. Villaneum lib. 1. cap. 13. 50. 51. lib. 8. c. 99. lib. 10. c. 78. verum alia videtur adscribere insignia Bellemarinæ Sultano Chronicon MS. Bertrandi Guesclini:

Veez vous la baniere au champ d'or ouvré,
A un griffon rampant de gulles pointuré,
Par foy c'eſt la baniere au Roy Jenne aſé.
Qui eſt fils du fier de Belmarin nommé.

Le Roy de LEMAR, (al. LAMAR,) *d'or au croiſſant d'azur*. Apud Monstreletum 1. vol. c. 63. occurrit Rex *de Samart*. Gauterius de bellis Antiochenis p. 453. de Angustiis Saucartensibus versus Antiochiam verba facit. Denique Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 144. Sultanum de Hamera memorat. Sed vix crediderim hisce vocabulis Sultanum designari de quo hic agitur.

Le Roy Dautoris, (al. DAMPTORIS) *miparty d'argent au lyon de gueules rampant. & d'argent, à un ſerpent de ſable volant*.

Le Roy de GORIGORANDE, (al. GORIGORANDO,) *de gueules à trois pavillons d'or.*

Le Roy de GRAHARS, (al. GORBAS,) *d'azur à trois lyons paſſans*. Apud Matth. Villaneum lib. 1. c. 50. 51. lib. 8. c. 99. Regem regni *del Garbo* observo, quod Tunisensi vicinum facit: ubi etiam docet illud ipsum esse quod Bellemarinæ & Trameseni: *Buenen Re del Garbo, il qual volgarmente è detto il Reame della Bellamarina e di Tremiſi*.

Le Roy de TRAMESSON, (al. TRAMESOIN,) *tout de gueules*. Meminit Regni *de Tremecen*, vel *de Trameſſen*, seu *de Tramiſen*, Froissartes 1. vol. c. 230. 245. 2. vol. c. 81. 4. vol. c. 23. ut & Matth. Villaneus lib. 1. c. 14. Oronvilla c. 71. Leo African. lib. 4. a quo describitur, Thevetus lib. 1. cap. 8. Gramayus lib. 7. & alii a Davito laudati in Africa p. 168. a quo in Algerienſi Regno esse dicitur. *Edit. Pariſ. pag. 362.*

Le Roy de LECTO, (al. LECCO,) *d'or à deux Roys de ſable ſeans en une chaire de ſable couronnez, tenans un baſton de ſable fleuré*. Hic porro Lithuaniæ Rex intelligitur, tum paganus, quem Innocentius III. PP. lib. 13. epist. 141. *Lectiam* nuncupat: Albericus sub ann. 1228. & Sanutus lib. 1. part. 4. cap. 1. *Letoviam*: Walsingham p. 180. 343. *Letevve*, & pag. 364. *Lectio*, ut & Froissart. 4. vol. cap. 74. 78. Historia Bucicaldi 1. part. cap. 18. & Oronvilla capit. 23. ubi Regis *de Letho* Saraceni mentionem agunt. Vide Vincentium Belvac. lib. 32. cap. 3. & Andr. Favinum p. 1399. Lithuaniam porro adjunctam fuisse Poloniæ nemo nescit, provinciæ illius principe Christianam religionem amplexo, cui alter Liber Provincialis MS. pro insignibus adscribit ea quæ hodie servant Poloniæ Reges cum ejusdem regni insignibus: *Le Duc wico de Leko porte de gueules à un homme d'armes de pied en cappe, tenant une eſpée en tirant pour frapper de haut en bas toute nue, & à ſon col un eſcu d'azur à une double croix d'or à la vvaine de ſable virolée en quatre lieux d'or, & l'homme ſeant ſur un cheval d'argent, bouchié d'azur, & cloüé d'or*.

Arma alia Regum Paganorum & Saracenorum, aliorumque principum, ex Cod. MS. Peireſciano.

Le Roy D'ANFRIQUE, *d'argent à un lyon d'azur, bordé de gueules, douze chaſteaux d'or ſur la bordeure*.

Le Roy D'ALEXANDRIE, *de gueules à un lyon d'argent au double treſſe d'or en ourle, fleuré & contrefleuré de meſme*.

Le Roy de MAN, *de gueules à une tremovilliere d'argent*. In alio Provinciali MS. hæc verba legimus: *Tremeliere eſt faite de trois jambes toutes entieres, qui aux plis d'agenoux ne ſont que une, & ſe portent comme les pointes d'une molette d'esperon, & y ſont les cuiſſes, les pieds, & les eſperons*. Est porro *Marmia* Majoris Britanniæ insula, quæ reges suos habuit, quorum vetus Chronicon edidit in Britannia Camdenus.

Le Roy D'OCCIDENT, *d'argent en pié party d'or, à une croix de Patriarche de gueules fichée au pied party*.

Le Roy D'ARABE, *d'or au lyon de gueules bordé de meſme & beſantée d'argent*.

Le Roy D'ORIENT, *de ſable à un lieppart d'argent en bande couronné & navré en l'eſpaule d'or, iſſant de la bouche une croix de Patriarche de gueulles*.

Le Roy D'INDE, *de gueules à deux lyons paſſans d'argent, couronnez d'or*.

Le Roy D'EGYPTE, *d'argent à un aigle de gueules, membré de ſable, bordé de meſme, bezantée d'or*.

Le Roy de MaRROCH, *d'azur a trois rochers d'or*.

Le Roy de LUBIE, *d'or à un liepart en bende de ſable greneté d'argent, lampaſſé de gueules*.

Le Roy D'EROPE, *d'or au Croiſſant de gueules en bende.*

Le Roy de SALERNE, *d'argent à un Soleil de gueules.* Salernum in Italia a Saracenis occupatum olim conſtat.

Le Roy de MORIENNE, *d'or à trois teſtes de Mores.* Sic Mauritaniam vocat Joinvilla.

Le Roy de GRIFAIGNE, *d'argent à un griffon de ſable en bende membré de gueules.* At Liber alter Provincialis MS. Scoticus, qui penes me eſt, Regi *de Griſeine* pro inſignibus adſignat, *d'azur au griffon d'or membré de gueules.*

Le Roy de GUERNADE, *d'or à un . . . . de ſable paſſant couronné, & bordé de gueules.* Forte Granatæ in Hiſpania Rex Maurus.

Le Roy de PERCE, *bandé d'argent & d'azur, ſur le tout deux jambes de Grifon de gueules en ſauteur.* An Perſidis?

Le Roy de MAROGRE, *d'or à quatre pals de gueules.* Majoricæ Regum ab Aragonenſibus ortorum inſignia.

Le Roy de TARTE, *d'argent à un Conin de gueules en bende.* Eadem quæ Regi *de Tarſe* ſupra adſcribuntur inſignia.

Le Roy de SUESSE, *d'azur à un lyon d'or.*

Le Roy de SURIE, *de gueules à une croix d'or.*

Le Roy de SALENIQUE, *de gueules à une croix d'or entre quatre . . . . (B) d'or.* Theſſalonicæ Deſpotarum ex gente Palæologorum inſignia.

Le Roy de BAROUCIE, *d'azur à trois nefs d'argent l'une ſur l'autre, chaſtellées à tres & a mas de meſme.*

Le Roy D'IRLANDE LE SAUVAGE, *de gueules à une herpe d'or, encordée de meſme.* Inſignia Regni Hiberniæ. Alter MS. eidem Regi adſcribit *d'azur à une porte*, (al *chaſteau*) *d'or, à un cerf iſſant de ſable encorné d'or, iſſant & courant en une lande.* Sed hic videntur eſſe inſignia inſulæ Norvegicæ, quam Islandiam vocant.

Ex eodem præterea ſequentia inſignia excerpſimus.

Le Roy de GALICE, *d'azur à un galice d'or couvert en maniere d'une coupe.* Regni Galiciæ in Hiſpania inſignia.

Le Roy Depos de ROMENIE, *de gueules à l'agile d'or à deux teſtes bequé & empieté de ſenais.* Deſpotæ Romaniæ inſignia.

Le Roy de DAINE (al. DANET,) *de gueules à une teſte d'or le leopard.*

Le Roy D'INDE, *d'or à un crucifix d'azur, à deux eſcogles de meſme, l'une à dextre, & l'autre à ſeneſtre.*

Le Roy de NESSE, *d'azur à trois bandes d'argent, ſemé de cœurs de meſme.* *Edit. Pariſ. pag. 363.*

Le Roy de ROMENIE, *de gueules à trois, (forte 4.) lettres qu'on appelle d'or.* B. Palæologorum inſignia.

Le Roy de CRACOVE, (al. RANCONNE, vel TRACONIDE) *de ſable à un Roy ſeant ſur une chaire d'or, le Roy couronné d'or en chef, & en ſa main une fleur de lys d'or, ſeant gambe ſur autre.* MS. Scoticus hæc inſignia Regi *d'Iſeland* adſcribit, in area cærulea. Henricus Rebdorff. an. 1340. meminit Regis Cracoviæ, qui non alius eſt a Rege Poloniæ.

Le Roy d'ACRE, *d'argent à la croix d'or, ſemé de croiſettes ſans recroiſettées.* Regni Hieroſolymitani inſignia: captis enim Hieroſolymis Reges Acconem conceſſere, dictique aliquot ſcriptoribus Reges Acconenſes.

Le Roy de BALGNIE, *mi parti en bande d'argent & de ſable.*

ADDENDA,

& ſuis locis inſerenda.

Pagina 47. col. 1. linea 29. poſt, tradunt, *ſubde*, Cæterum Valentinianum Juniorem appellatum, eumque eſſe qui anno CCCLXVI. Gratiano Nobiliſſimo & Dagalaiſo Coſſ. XV. Kal. Febr. natus dicitur, apud Idatium in Faſtis MSS. atque adeo ipſo Codice quo uſus eſt Sirmundus, ubi *filius Auguſti Valentis* exerte appellatur, non vero Valentiniani, ut præfert editus, quique Conſulatum geſſit, vix trimulus cum Victore anno CCCLXIX. in quem Orationem XI. ſcripſit Themiſtius, nos pronuper docuit vir doctiſſimus [a] Petrus Franciſcus Chiffletius, qui Codicem ipſum Sirmundeum nobis exhibuit, ubi non alium eſſe cenſet a Galatha, uti ab aliis nuncupatur.

Pag. 55. col. 1. lin. 2. poſt, leo gradiens, *adde*, Attilæ Hunnorum Regis nummum æreum hic deſcripſimus, quod is Juſtam Gratam Honoriam, Conſtantii Auguſti ex Placidia filiam, in uxorem ſibi tradi poſtulaverit, atque adeo quidam, licet falſo, ſcribant eidem nuptum traditam, uti ſupra obſervatum. Hic autem conſpicitur Attila, uti deſcribitur a Jornande de Rebus Get. XXXV. *Capite grandiori, minutis oculis, rarus barba, canis aſperſus, ſimo naſo, teter colore, originis ſuæ ſigna referens.* Alios Attaliæ, ſed fictitios, nummos exhibuit Matthias Berneggerus in Diſquiſitione Hiſtoricopolit. de regno Hungariæ n. CCXXXVIII. CCXLIII.

Pag. 109. poſt, ſex, *adde*, erat enim [b] Continuator Theophanis ſcribens mortuum 11. Octob. die quo Michael Rhangabe Imp. dictus eſt.

Pag. 110. poſt, appellatus eſt, *ſubde*, eique inter inaugurationis ſolennia CONSTANTINI nomen inditum, uti ſcribit [c] Continuator Theophanis.

Pag. ead. poſt, delatus eſt, *ſcribe*, hunc *Sambatem* vocat [d] Symeon Logotheta, ſubditque Conſtantinum falſo a patre appellatum, & in publicis acclamationibus Leonis Conſtantini nomina edita.

Pag. eadem l. 41. poſt, ſcripſit, *ſubde*, quod quidem evidenter ex eo colligitur quod [e] Continuator Theophanis tradit filium Michaelis Balbi, Theophilum nempe, a Leone Armenio tum Imperatore e ſacro fonte filium adoptatum.

Pag. 112. col. 2. lin. 2. poſt, amandavit, *ſcribe*. Cæterum non omnino percipio quid velit [f] Symeon Logotheta, dum ſcribit Michaelem coegiſſe Baſilium Macedonem, ut abdicata Maria uxore, Eudociam in legitimam conjugem ſibi adjungeret, Theclam vero ſororem ſuam eidem Baſilio deſpondiſſe, ut privatim eam haberet: Θέκλαν δὲ ἰδίαν ἀδελφὴν προτίμωσι Βασιλίῳ τοῦ ἔχειν αὐτὴν ἰδίως.

Pag. 114. lin. 6. poſt, Florina, *ſubde*. [g] Contin. Theoph.

Pag. 119. col. 1. lin. 29. poſt, Baſilii filius, *adde*, anno Imperii ejuſdem quinto menſis Novembris die XXIII. natus [h] *lin. 45. poſt*, die XIX. *adde*,

a *in Diſſert. de S. Dionyſii ætate.*
b *lib. 1. c. 4.*
c *lib. 2. num. 1.*
d *num. 9.*
e *Contin. Theoph. lib. 1. l. 2. n. 7.*
f *num. 40.*
g *l. 3. n. 5.*
h *Symeon Logoth. in Baſil. n. 8.*

seu XXII. ut habet [a] Anonymus Combefisianus. *col.* 2. *lin.* 25. *post*, tradit: *adde*. [b] Anonymus vero Combefisianus in eodem Leone annos XXV. menses VIII. *Et lin.* 30. *post*, a Basilio, *adde*, anno Imperii Basilii V. [c]

Pag. 120. *col.* 1. *lin.* 22. *a fine post*, scriptores. *adde*. Et revera [d] Symeon Logotheta natum Constantinum anno XX. Leonis tradit. *Lin.* 18. *post*, Patriarcha, *adde*, in sancto Theophaniorum die [e] *Et post*, LIV. *adde*, vel ut habet idem [f] Anonymus.

Pag. 121. *col.* 1. *lin.* 27. *a fin. post*, dicetur, *scribe*, de Anastasii natalibus longe aliter scribit [g] Anonymus Combefisianus, aitque ex nobili ortam familia, ac Crateri fuisse filiam.

Pag. 122. *col.* 1. *post*, &, *adde*, non multo post a Polyeucto Patriarcha in sanctæ Sophiæ ambone augustali corona donatus [h]. *Edit. Paris. pag.* 364.

Pag. 124. *col.* 1. *post*, extincta, *subde*, XI. Februarii: *ibidem col.* 2. *post*, ætatis. *scribe*, Tradit [i] Anonymus Combefisianus hunc a Constantino Porphyrogenito deinceps castratum, ac Patricii & Præpositi Cubiculi dignitate donatum. *Et lin... post*, DCCCCXXVII. *subde*, Indict. X. mensis Febr. die XX. ut est apud [k] Anonymus Combefisianum.

Pag. 124. *col.* 2. *post*, Grammaticus, *adde*, [l] Anonym. Combefis. *Ibid. l.* 8. *post*, pag. 631. *adde*, [m] Anonym. in Lacapeno. *Lin.* 9. *post*, DCVII. *adde*, de Joannis Curcuæ gestis libros VIII. scripsit Manuel Protospatharius, ut auctor est [n] Anonymus in Romano Lacapeno. *Et l.* 14. *post*, DCXXX. *adde*, [o] Anonymus Combefis.

Pag. 135. *col.* 2. *lin* 32 *post*, dicitur, *subde*, nescio porro an ad aliam Eudociam referri possit spissum opus, quod servatur in Bibliotheca Colbertæa, hocce titulo, Εὐδοκίας τῆς Μακρεμβολιτίσσης Βασιλίδος Κωνσταντινουπόλεως Ἰωνία, ἤ συναγωγὴ Θεῶν, Ἡρώων τε καὶ Ἡρωϊνῶν, καὶ τῶν περὶ αὐτῶν μεταμορφώσεων, &c. πρὸς τὸ βασιλέα Ῥωμαῖον τὸ Διογένην, Νικητὴν, Τροπαιοῦχον.

Pag. 145. *col.* 1. *lin.* 32. *post*, Theodosius Melissenus, *adde*, cognomento Cassiteras [p].

Pag. 147. *col.* 2. *lin.* 11. *dele* Kal. & *scribe*, XI. die Decembris Sabbato, sub diluculum.

Pag. 167. *col.* 2. *lin.* 28. *post*, colligere est. *adde*, At auctor Catalogi MS. Imperatorum Constantinopolitanorum regnasse ait ann. IX. & dies XX. Alexium vero Murtzuphlum menses II. dies X. hoc est ad diem captæ a Francis Constantinopolis XII. April. an. MCCIV. unde conficeretur Murtzuphlum diadema occupasse demum XXII. Februarii.

Pag. 182. *col.* 1. *lin.* 22. *post*, impetraret. *scribe*, Cæterum regnasse dicitur menses IV. dies XV. in Catalogo MS. Imperatorum Constantinopolitanorum, unde conficitur parentem XVI. Augusti: siquidem Imperatorium usurpavit diadema Michael Palæologus Kal. Jan. an. MCCLIX.

Pag. 190. *col.* 2. *lin.* 12. *scribe*, MCCLIX. *Et lin.* 20. cum imperasset, *dele* reliqua, & *scribe*, annos XXIII. menses XI. dies XI. ut recte observatur in Catalogo MS. Imperatorum Constantinopolitanorum.

Pag. 193. *col.* 2. *lin.* 27. *scribe*, obiit XV. Junii.

Pag. 120. *col.* 1. *lin.* 1. *post*, dixit. Hujus porro Zoes Augustæ nuper defunctæ Photinus Protospatharius & Thematum Orientalium Dux, πρωτοπάτωρ dicitur [q] Continuatori Theophanis, qui a Michaele Balbo in Saracenos Cretenses missus a Michaele Balbo, ab iis fusus est. Neque enim id ad priorem Zoen referendum putaverim.

Pag. 122. *col.* 2. *lin* 8. *scribe*, VI. ZOE, cujus meminit Anonymus Combefisianus in [r] Porphyrogeniti Vita. *Ibid. post lin.* 9. *adde*, VI. AGATHA, cujus meminit idem [s] Anonymus.

Pag. 123. *col.* 2. *lin.* 97. *post* IX. *scribe*, seu XV. ut habet Anonymus Combefisianus.

Pag. 200. *col.* 2. *lin.* 10. Hic omissa Constantini Palæologi postremi Imperatoris imago, quam ad Dissertationem de Nomismatibus inferioris imperii delineari curavimus.

a *num.* I.
b *num.* 1.
c *Symeon Logoth. in Basil. n.* 21.
d *Anonym. Combefis. in Lecapeno num.* 17.
e *idem Logoth.*
f *num.* 54.
g *in Porph. n.* 29.
h *Anon. Combefis. in Rom. 6.*
i *num.* 40.
k *num.* 9.
l *num.* 31.
m *num.* 42.
n *num.* 41.
o *num.* 40.
p *Contin. Theoph. l.* 1. *n.* 12.
q *lib.* 2. *n.* 22.
r *num.* 40.
s *num.* 40.

INDEX
AD
FAMILIAS BYZANTINAS,
DALMATICAS, SCLAVONICAS,
TURCICAS.

Littera A *columnam primam*, B *ſecundam denotat*.

A

ADRIANUS Comnenus Protoſebaſtus. 144. a
Adrianus Comnenus Sebaſtus. 146. a
Ælatharina uxor Iſacii Comneni Imp. 143. b
Agatha Leonis Argyri uxor. 124. b. 130. a
Alexander Rex Serviæ. 252. a
Alexander Comnenus Imp. Trapezuntinus. 160. b
Alexius Angelus Comnenus Imp. 168. a
Alexius Angelus Imp. Iſaacii filius. 167. b
Alexius Branas. 175. a
Alexius Catacalo. 148. b
Alexius Comnenus. 147. a
Alexius Comnenus Dux Dyrrachii. 146. a
Alexius Comnenus Imp. 147. a
Alexius Comnenus Imp. Trapezuntinus. 159. b
Alexius Draco Comnenus. 164. a
Alexius Ducas. 139. a
Alexius Ducas Murtzuphlus Imp. *ibid.*
Alexius Ducas Philanthropenus. *ibid.* b
Alexius Laſcaris. 180. a
Alexius Moſeles gener Theophili Imp. 113. a
Alexius Palæologus Exemplacon. 206. a
Alexius Raules. 171. a
Alexius Vatatzes. 181. a
Almericus Rex Dalmatiæ. 233. b
Almus Rex Croatiæ. 234. a
Alphonſus Caſtriotus Marchio S. Angeli. 271. a
Alta dona Angela. 154. a
Aluſianus Rex Bulgariæ. 248. a
Alzeco Bulgariæ Rex. 239. b
Amedea Palæologina Regina Cypri. 204. b
Anaſtaſia filia Theodoſii Imp. 113. a
Anaſtaſia ſoror Theodoræ Aug. 79. b
Anaſtaſia uxor Conſtantini Barbati Imp. 102. b
Anaſtaſia uxor Heraclii Conſtantini Imp. 102. a
Anaſtaſia uxor Pompeii. 69. a
Anaſtaſius Conſul. *ibidem*
Anaſtaſius Imp. 68. a
Andreas Angelus. 173. a
Andreas Dux Sclavoniæ. 235. b
Andreas Palæologus Deſpota, Thomæ filius. 202. a
Andreas Palæologus, Manuelis filius. *ibidem* b
Andreas Palæologus, Menſæ Præfectus. 206. a
Andreaſcus Vucaſcini filius. 230. b
Andronicus Angelus. 166. a
Andronicus Bryennius. 148. a
Andronicus Catacalon. *ibid.* b
Andronicus Cantacuzenus. 269. a
Andronicus Comnenus. 148. a
Andronicus Comnenus Sebaſtocrator. 147. a
Andronicus Ducas. 134. b
Andronicus Ducas Proedrus. 138. b
Andronicus Ducas alter. 139. a b
Andronicus Euphorbenus. 148. b
Andronicus Laſcaris. 180. a
Andronicus Palæologus junior Imp. 193. b
Andronicus Palæologus Senior Imp. 192. a
Andronicus Palæologus Stratopedarcha. 206. a
Andronicus Palæologus Theſſalonicæ Deſpota. 198. b
Andronicus Vatatzes. 181. c
Angelina Brankovitzia mater Mariæ Montiſerrati Marchioniſſæ. 262. b
Angelina Duciſſa Joanninæ. 268. a
Angelina Stephani Deſpotæ Serviæ uxor. 262. a
Anna Alenconia. 205. b
Anna Angela Guill. de Villaharduini uxor. 171. a
Anna Cantacuzena uxor Stephani Ducis S. Sabæ. 264. b
Anna Comnena Cæſariſſa filia Alexii Imp. 147. b
Anna Comnena Theodori Laſcaris Imp. uxor. 178. b
Anna Comnena uxor Iſaacii Comneni Sebaſt. & Theodori Laſcaris Imp. 168. b
Anna Ducæna. 136. b 138. b
Anna Hungarica, Andronici Palæologi Imp. uxor. 192. b
Anna Leonis Iſauri filia, Artabaſdi Aug. uxor. 105. a
Anna Palæologina. 171. b
Anna Palæologina, Michaelis II. Imp. filia. 193. b
Anna Palæologina, Michaelis Cotrulæ uxor. 192. a
Anna Stephani filii Lacapeni uxor. 124. a
Anna Sabauda, Andronici Palæologi Junioris Imp. uxor. 194. b
Anna Theophili Imp. filia. 113. a
Annibal Palæologus. 207. a
Anſelmus de Cahieu. 179. b
Anthemius Imp. 63. b 64. a
Anthuſa. 106. a
Antigonus Domeſticus filius Bardæ Cæſaris. 114. a
Antonius Caſtriotus Dux Ferrandinæ. 271. a
Arabia Juſtini Junioris Imp. filia. 81. b
Arcadia, Arcadii Imp. filia. 57. b
Ardaburius. 64. b
Areobindus. 60. b
Areobindus Patricius. 81. a
Argentina uxor Theodori Palæologi, Marchionis Montiſerrati. 205. a
Argyri Italici. 131. b 132. a *ibid.* b
Argyrizzus. 132. b
Ariadna filia Leonis M. 64. a
Ariadna Aug. Anaſtaſii Imp. uxor. 68. a
Artabaſdus Imp. 105. a
Aſaner Bulgariæ Rex. 240. a
Aſan Rex Bulgariæ. 248. a
Aſpar Patricius. 64. b
Aſparuch Bulgarorum Dux. 239. b
Ataulphus. 58. b
Athalaricus Rex Gothorum. 76. b
Athenais. 58. a
Auguſtina filia Heraclii Imp. 101. b
Azatinus Sultanus Iconienſis. 276. a *ibid.* b
Azavina uxor Demetrii Palæologi. 297. b

B

BAduarius Juſtini Junioris Imp. gener. 81. b
Baduela Rex Gothorum.
Badurius, ſeu Baduarius, Juſtini Junioris frater. 81. a
Bagoris Bulgariæ Rex. 242. b
Baianus. 244. b

Baldimerus Bulgariæ Rex. 242. a
Balduinus III. Rex Hieros. 152. b
Balsa Comes Zentæ. 260. a
Bardanes Imp. 103. a 127. c
Bardas Cæsar. 114. a
Bardas Patricius, pater Leonis Armenii Imp. 110. a
Bardas Phocas. 125. a 126. b
Bardas Phocas Nicephori Imp. filius. 126. a
Bardas Sclerus. 129. a
Barnimirus. 223. b
Bartholomæa uxor Theodori Palæologi. 196. b
Basilina uxor Constantini Nobilissimi. 37. b
Basiliscus Imp. 64. a
Basilius Argyrus. 130 a
Basilius Bulgariæ Dux. 248. b
Basilius Comnenus II. & III. Impp. Trapezuntini. 159. b & 160. a
Basilius Leonis Armenii Imp. filius. 110. a
Basilius Romani Lacapeni filius nothus. 124. b
Basilius Sclerus. 129. a
Basilius Vatatzes. 166. a
Bathajas Bulgarorum Rex. 239. b
Bathanarius Comes Africæ. 61. b
Bela Rex Hungariæ & Dalmatiæ. 235. b
Bela vel Beluses Serviæ Princeps. 227. b
Bernarda de Brossia Marchionissa Montisferrati. 205. a
Bernardus Castriotus. 271. b
Bissypatorum familia, 207. a
Stemma. *ibid. & seq.*
Bladinus Serviæ Princeps. 22. a
Blanca Palæologina Ducissa Sabaudiæ. 205. a
Blastemirus Serviæ Princeps. 218. a
Boccalii. 272. a b
Bodinus Rex Dalmatiæ. 248. b
Boesilaus Serviæ Rex. 251. b
Boiseslhlavus Serviæ Princeps. 218. a
Bonifacius Palæologus Marchio Monferrat. 205. a
Boraides Justiniani Imp. ex fratre nepos. 82. a
Borena. 218. b
Borichus Bosinensis Banus. 254. b
Borises Rex Bulgariæ. 245. b
Borna. 231. b
Braicus Chelmensis. 266. b
Brancus Chelmensis. *ibid.*
Branimirus Comes. 223. b
Branus. 218. b
Bryenniorum Stemma. 142. b
Budimirus Bosinensis Banus. 254. a
Budimirus Serviæ Princeps. 221. b
Busa Bulgarorum Dux. 239. a

C

Caichosroes Sultanus Iconiensis. 275. a
Calamanus Lascaris. 179. b
Calomanus Dux Sclavoniæ. 235. a
Calomanus Rex Bulgariæ. 250. a
Calomanus Rex Dalmatiæ. 230. b
Cardamus Bulgariæ Rex. 241. a
Carosa Valentis Imp. filia. 47. b
Cantacuzenorum Stemma. 208. a
Catharina Regina Bosinæ. 257. b
Catharina uxor Constantini Palæologi Imp. 201. a
Catharina uxor Thomæ Palæologi. 202. a
Catharina uxor Ulrici Comitis Cilei. 262. a
Couratus Bulgarorum Rex. 239. b
Charanimirus Serviæ Princeps. 222. a
Charito filia Tiberii Imp. 85. b
Childericus Rex Francorum.
Chosroes Persarum Rex. 89. b
Chrismerius Serviæ Princeps. 222. b
Christodorus. 88. a
Christophorus Constantini Copronymi filius. 105. b
Christophorus Imp. 124. b
Chrovatus Bulgarorum Rex. 239. b
Chrovatus. 231. a
Ciaslavus Serviæ Princeps. 222. a
Clapenus. 268. a
Claudius Imp. 32. a
Cleopa uxor Theodori Palæologi. 198. b
Cleopatra filia Mauricii Imp. 89. a
Clitziasthan I. Sultanus Iconiensis. 274. b
Clitziasthan II. Sultanus Iconiensis. *ibid.*
Clitziasthan III. Sultanus Iconiensis. 275. a
Clonimirus. 218. b
Clucas Croatus. 231. a
Coia Musacorum Princeps. 230. b
Colomanus Serviæ Princeps. 222. b
Comito soror Theodoræ Aug. 79. b
Conradus Montferratensis. 166. b
Constans ex Heracliana familia. 102. a
Constans Imp. filius Constantini Magni.
Constans Lascaris. 179. b
Constantia filia Constantini M. 35. b
Constantia, seu Constantina, Licinii Imp. uxor. 33. b
Constantia uxor Gratiani Imp. 47. b
Constantina uxor Hannibaliani, deinde Constantii Cæsaris. 35. b. 37. b
Constantina uxor Mauricii Imp. 85. b
Constantinus Acropolita. 209. b
Constantinus Angelus. 166. b. 169. a
Constantinus Angelus Sebastocrator. 166. a
Constantinus Angelus Alexii Comneni Imp. gener. 165. b
Constantinus Barbatus Imp. 97. a 102. b
Constantinus Bodinus Rex Bulgariæ. 248. b
Constantinus Bulgariæ Rex. 250. b
Constantinus Carentenus. 131. a
Constantinus Castriotus. 270. a
Constantinus Catacalon. 149. a
Constantinus Chelmensis Comes. 266. a
Constantinus Comnenus Sebastus. 146. a
Constantinus Copronymus Imp. 105. a
Constantinus Diogenes. 130. b
Constantinus Diogenes Bulgariæ Dux. 247. b
Constantinus Dragazes Macedoniæ Princeps. 267. b
Constantinus Ducas Imp. 134. & 135. a
Constantinus Ducas Porphyrogenitus. 136. a
Constantinus Ducas Andronici filius. 134. a
Constantinus Ducas Porphyrog. filius Michaelis Imp. 137. a
Constantinus Ducas Proedrus. 138. a
Constantinus Euphorbenus. 148. b
Constantin. filius Constantii Chlori ex Theodora. 33. b
Constantinus Gabras. 148. b
Constantinus Jasita. 149. a
Constantinus Irenes filius Imp. 106. b
Constantinus Junior Imp. 35. b
Constantinus Lascaris. 180. a
Constantinus Macroducas. 152. b
Constantinus Magnus Imp. 33. b
Constantinus Monomachus. 122. b
Constantinus Palæologus Despota. 192. b
Constantinus Palæologus filius Michaelis Imp. 191. b
Constantinus Palæologus Imp. 200. a. 207. a
Constantinus Palæologus Protosebastus. 206. a
Constantinus Philosophus. 221. a
Constantinus Phocas. 125. b
Constantinus Serviæ Princeps. 225. a
Constantinus Theophili Imp. filius. 112. b
Constantius Chlorus Imp. 32. b
Constantius filius Constantini M. Imp. 36. a
Constantius Imp. Placidiæ maritus. 59. a
Contragus Bulgarorum Dux. 239. b
Corducuva Rex Bulgariæ. 251. a
Cormesius Bulgariæ Rex. 240. b
Cosmania Germani Patricii uxor. 83. b
Crainanus Trebinensis Banus. 218. b
Crepimirus Serviæ Princeps. 222. a
Crescimirus Bosinensis Princeps. 254. b
Cresimirus Croatiæ Princeps. 232. a

Cresimirus II. Croatiæ Rex. *ibid.*
Cresimirus III. Croat. Rex. 233. a
Crispus Cæsar. 32. a
Crispus Claudii Imp. frater. *ib.* b
Crispus Patricius Phocæ A. gener. 93. b
Crumus Bulgariæ Rex. 241. a
Culinus Bosinæ Banus. 254. b
Cyrillus & Methodius. 221. b

D

Dagalaifus. 60. b
Damiana Mauricii A. soror.
Damianus Dalassenus Bulgariæ Dux. 248. b
David Comnenus Imp. Trapezuntinus. 160. b
David filius Heraclii Imp. 101. b
Decentius Cæsar.
Delmatius Cæsar. 36. b 37. a
Demetrius Angelus Comnenus. 170. a
Demetrius Angelus Comnenus alter. 171. a
Demetrius Branas. 154. b 175. a
Demetrius Cantacuzenus Sebastocrator. 211. a
Demetrius Lascaris. 179. b
Demetrius Monferratensis. 169. b
Demetrius Palæologus Dermocaita. 206. b
Demetrius Palæologus Joannis Imperator. filius. 197. a
Demetrius Palæologus Manuelis Imper. filius. 199. a
Demetrius Palæologus Despota Andronici Imp. filius. 193. a
Demetrius Suinimirus Croatiæ Rex. 233. b
Deses Serviæ Princeps. 228. a
Despoena uxor Sismanni. 255. b
Diana Illyrica. 256. a
Direislavus Dalmatiæ Princeps. 232. b
Dishypati. 207. a b
Ditzengus Bulgariæ Rex. 242. a
Dobroinus. 266. b
Dobroslavus Serviæ Princeps. 224. a. 226. a
Dobruni Bulgariæ Rex. 240. a
Domentia Phocæ A. filia. 93. b
Domentiolus Phocæ A. frater. *ib.* a
Dominicus Monscilus. 230. b
Dominicus Silvius Dux Venetiarum. 136. b
Doncomus Bulgariæ Rex. 242. a
Donica uxor Scanderbegi. 270. b
Dorothea Bosinæ Regina. 256. b
Dragases. 267. a
Draggo Bulgarorum Dux. 239. a
Draghimirus Serviæ Princeps. 224. a
Draghina Serviæ Princeps. 227. a
Dragutinus Rex Serviæ. 230. a
Drymys Lascaris. 179. b
Ducagini. 240
Ducas Dux Joanninæ. 268. a
Dulcissimus Vigilantiæ maritus. 81. a

E

Elizabet Palæologina. 204. b
Elizabeta Alexii Spani uxor. 262. a
Elizabeta Georgii Serviæ Despotæ uxor. *ib.*
Elizabeta Guillelmi Palæologi Marchionis Montisferrati uxor. 205. a
Elizabeta Urosii Serviæ Imp. uxor. 230. b
Emanuel Comnenus. 163. b
Epicernus. 268. a
Epiphania Heraclii Imp. filia. 101. a
Epiphania Heraclii patrui uxor. 100. a
Ermenaricus. 64. b
Eucherius Stilichonis filius. 65. b
Eudæmo-Joannes. 207. b
Eudocia Aug. Theodosii Junior. uxor. 53. 58. *utrobique* a.
Eudocia Augusta Valentiniani III. uxor. *ibid.*
Eudocia Augusta Constantini Copronymi uxor. 105. b
Eudocia Augusta Michaelis Imperatoris uxor. 113. b.
Eudocia Comnena Alexii Imperatoris filia. 149. a
Eudocia Comnena Andronici filia. 168. b
Eudocia Comnena Guillelmi Ducis Montispessulani uxor. 153. b
Eudocia Comnena Zetinis uxor. 160. b
Eudocia Constantini Ducæ Imp. & Romani Diogenis uxor. 135. a
Eudocia Heraclii Imp. filia. 100. a
Eudocia Heraclii Imp. uxor. 101. a
Eudocia Neocæsarita Constantini Palæologi uxor. 192. b
Eudocia Palæologina Basilii Imp. Trapezuntini uxor. 195. a
Eudocia Valentiniani III. filia. 59. b
Eudoxia Lascaris Roberti Imperat. CP. uxor. 179. a
Eudoxus Constantini Copronymi filius. 106. a
Eugenia Cantacuzena. 260. a
Eugenius Imp. 49. b
Euphemia Anthemii Imp. uxor. 57. b
Euphemia Augusta Justini Thracis uxor. 78. a
Euphemia Leonis Imp. soror. 64. a
Euphrosyne filia Constantini Irenes filii Imperat. 112. a
Euphrosyne Romani Lacapeni uxor. 124. a
Euphrosyne Palæologina. 192. a
Eusebia Augusta Constantii Imperatoris uxor. 36. a
Eustathius Argyrus. 130. a
Eutropia Nepotiani uxor. 32. a
Eutropius Mariæ sororis Heraclii maritus. 100. a

F

Fabia Eudocia uxor Heraclii Imperatoris. *ibid.* b
Fabius Heraclii A. filius. 101. a
Fausta A. uxor Constantini M. 35. a
Faustina Augusta uxor Constantini Imperatoris. 36. b
Febronia filia Heraclii Aug. 101. b
Ferdinandus Castriotus Dux S. Petri in Galatina. 270. b
Flaccilla Arcadii Imp. filia. 57. a
Flaccilla Theodosii Magni Imperatoris uxor. 56. b
Flaccilla Theodosii Junioris Imperatoris filia. 58. a
Flaminius Palæologus. 205. b
Flavia uxor Heraclii Imp. 100. a
Flavius Heraclii A. filius. 101. a
Florus Exconsul. 100. a
Franciscus Gattiluzius. 195. a

G

Gabriel Rex Bulgariæ. 246. b
Gajazadinus Sultanus Iconiensis. 276. a
Galates, seu Gallus filius Valentis Imp. 60. *Vide in Addit.*
Galla Constantii Nobilissimi uxor. 37. b
Galla Placidia A. 53. 56. b
Gallus Cæsar, 37. b
Georgius Branas. 175. a
Georgius Bryennius. 148. b
Georgius Catacalon. *ibid.*
Georgius Cantacuzenus. 211. a
Georgius Castriotus Scanderbegus. 270. a
Georgius Comnenus Protovestiarius. 160. a
Georgius Euphorbenus. 148. b
Georgius Lacapenus. 115. b
Georgius Palæologus. 206. a b
Georgius Palæologus de Bissipato. 207. b

Georgius Serviæ Despota. 260. b
Georgius Serviæ Princeps. 226. b
Georgius Serviæ Archiepiscopus. 262. b
Georgius Straſcimirus Comes Zentæ. 267. *in indice ſtemmatis*.
Georgius Terter I. Rex Bulgariæ. 251. a
Georgius Terter II. Rex Bulgariæ. *ib.* b
Georgius Vukovitzius. 131
Georgius Zarnovichius. 268. b
Germanus Cæſar gener Tiberii Thracis Imper. 85. b
Germanus Patricius Juſtiniani ex fratre nepos. 82. a
Gisla filia Pipini Regis. 106. b
Glycerius Imp. 63. b
Godemirus Croatiæ Princeps. 232. b
Goica Vucaſſini frater. 160. b
Goinicus Serviæ Princeps 218. b
Gordia Mauricii A. ſoror. 88. a
Gorgon filia Michaelis Rhangabe Imp. 109. b
Grata filia Valentiniani A. 46. b
Gratianus Funarius. *ib.* a
Gratianus Imp. 47. a
Gregoras Ducas. 134. b
Gregoras Patricius. 100. a
Gregoria uxor Heraclii Conſtantini Auguſti. 102. a
Gregorius Comes Maritimus. 236. a
Gregorius Dalmatiæ Comes. *ib.* d
Gregorius Gabra. 146. b
Gregorius Heraclii Imperatoris frater. 100. a 103. b
Gregorius Leonis Armenii Imperatoris filius. 110. b
Gregorius Palæologus Mamonas. 206. b
Grifeorum familia Sicula. 126. b
Gruba Regina Boſinæ. 257. a
Grubeſſa Serviæ Princeps. 226. b
Guhz Bulgariæ Dux. 248. b
Guillelmus Palæologus. 203. b
Guillelmus Palæologus Marchio Monferratenſis. 204. a
Gurdia Mauricii A. affinis. 68. a

H

HAnnibalianus Rex Ponti. 36. b. 37. a.
Harvoja Dux Spalati. 261. a
Helena Angela Manfredi Regis Siciliæ uxor. 171. a
Helena Auguſta Conſtantii Imperatoris uxor. 33. a
Helena Auguſta Juliani Imperatoris uxor. 35. b
Helena Boſinæ Regina. 256. b
Helena Criſpi Cæſaris uxor. 33. b
Helena Conſtantini Porphyrogeniti Aug. uxor. 138. a
Helena de Broſſia Marchioniſſa Monferratenſis. 205. a
Helena filia Michaelis Balbi Imp. 112. a
Helena Joannis II. Regis Cypri uxor. 198. b
Helena Joannis Palæologi Imperatoris uxor. 191. & 210. *utrobique* b
Helena Juſtini Imp. neptis. 79
Helena Manuelis Palæologi Imperatoris uxor. 198. b
Helena Palæologina Lazari Deſpotæ Serviæ uxor. 202. & 262. *utrobique* b
Helena Regina Croatiæ & Dalmatiæ. 233. b
Helena Stephani Ducis S. Sabæ uxor. 230. & 264. *utrobique* b
Helena Stephani Duſciani Serviæ Imper. uxor. 232. b
Helena Vucaſſini Regis Serviæ uxor. 230
Heraclianus Comes Africæ. 61. a
Heraclius Conſtantinus Imp. 101. b
Heraclius Edeſſenus. 100. a
Heraclius filius Conſtantis Imp. 102. b
Heraclius Imp. 100. b
Heraclius Patricius. *ib.* a
Heraclius qui & Conſtans Imp. 102. a
Heraclius, ſeu Heracleonas Imp. 101. a
Hieronymus Angelus. 173. b
Hilarius Doria. 199. b
Hildericus. 55. a
Honoria. 60. a
Honorius Comes Africæ. *ib.* b
Honorius Imp. 58. a
Hralimirus Serviæ Princeps. 223. b
Hypatius. 68. b
Hypomene uxor Manuelis Palæologi Imperat. 198. b

I

JAlliſa Boſinæ Regina. 256. b
Jaquintha. 223. b. 226. a
Jaquintus Argyrus. 132. b
Jelena uxor Garæ. 259.
Jeliza Regina Boſinæ. 257. a
Jellina Regina Boſinæ. *ibid.*
Jelliza Harvojæ Ducis Spalati uxor. 263. b
Ignatius Patriarcha CP. 109. b
Joanna Barrenſis uxor Theodori Palæologi Marchionis Monferratenſis. 204
Joanna Palæologina Marchioniſſa Salucienſis. 255. a
Joanna Sabauda Andronici Palæologi Imp. uxor. 194. b
Joannes Anaſtaſii Auguſti ex fratre nepos. 69. a
Joannes Andreas Angelus. 174. b
Joannes Angelus Andronici filius. 166. b
Joannes Angelus Comnenus Ducas. 171. a. b. 172. a
Joannes Angelus Comnenus Imp. 170. a
Joannes Angelus Comnenus nothus. 171. b
Joannes Angelus Conſtantini filius. 168. a
Joannes Angelus Ducas Sebaſtocrator. 139. b
Joannes Angelus Sebaſtocrator. 166. a
Joannes Antonius Comnenus. 164. b
Joannes Aſan Bulgariæ Rex. 249. b. 251. a
Joannes Aſan Serviæ Rex. 253. a
Joannes Athalaricus filius nothus Heraclii Imp. 101. a
Joannes Branas. 175. a
Joannes Bryennius. 148. b
Joannes Cantacuzenus. 209. a
Joannes Cantacuzenus Imp. *ibid.* b
Joannes Cantacuzenus Deſpota. 211. a
Joannes Caſtriotus. 270. b
Joannes Caſtriotus Ferrandinæ Dux. *ib.*
Joannes Comnenus cognomento Craſſus. 147. a
Joannes Comnenus Imp. 149. a
Joannes Comnenus Imp. Trapezuntinus. 160. b
Joannes Conſtantinus Comnenus. 164. b
Joannes Curcuas. 129. a
Joannes Demetrius Angelus. 158. a
Joannes Deſpota Serviæ. 262. b
Joannes Ducas a Libellis Supplicibus. 139. b
Joannes Ducas Cæſar. 138. a
Joannes Ducas Logotheta. 139. a
Joannes Ducas M. Dux. 138. b
Joannes Ducas Sebaſtus. 139. a
Joannes Gabras. 148. b
Joannes Georgius Palæologus Marchio Montiſferrati. 205. a
Joannes Laſcaris. 179. b
Joannes Jacobus Palæologus Marchio Montisferrati. 204. b
Joannes Palæologus Andronici Imperatoris filius. 193. a
Joannes Palæologus Imp. 191. 200. *utrobiq;* a
Joannes Palæologus Comes Stabuli. 206. a
Joannes Palæologus Manuelis filius. 202. b
Joannes Palæologus Primicerius. 206. a

Joannes Pompeii filius. 69. a
Joannes Theodoræ Aug. filius. 80. b
Joannes Vatatzes Imp. 181. a
Joannes Vatatzes alter. *ibid.* b
Joannes Vitaliani ex sorore nepos. 83. a
Joannes Uladislavus Rex Bulgariæ. 246. b
Joannes Urseolus Dux Venetorum. 130. b
Joannes Zarnovichius Dux Montisnigri. 268. b
Joannes Zimisces Imp. 129
Joannina Belisarii uxor. 80. b
Joannitus Bulgariæ Rex. 249. a
Johannes Imp. 52. 53. a
Jolanda Palæologina. 205. a
Jolanda uxor secundi Ottonis Palæologi Marchionis Montisferrati. *ibid.* b
Josephus Bryennius. 148. b
Jovinus Imp. 53. b
Irene A. uxor Constantini Copronymi A. 106. a
Irene Aug. uxor Leonis Chazari Imp. 106. b
Irene Angela Joannis Cantacuzenui uxor. 166. b
Irene Angela Rogerii Siculi & Philippi Suevi uxor. 167. b
Irene Angela uxor Joannis Azanis Regis Bulgariæ. 170. a 250. b
Irene Cantacuzena Matthæi filia. 261. b
Irene Cantacuzena uxor Georgii Serviæ Despotæ. 211. a
Irene Comnena Alexii Angeli Imp. filia. 168. b
Irene Domentioli uxor. 93. a
Irene Ducæna, uxor Alexii Imp. 138. b
Irene Joannis Cantacuzeni Imp. uxor. 210. a
Irene Joannis Castrioti uxor. 263. b
Irene Lascaris. 179. a
Irene Manuelis Palæologi Imp. 198. b
Irene Montferratensis Andronici Palæologi Imp. uxor. 192. b
Irene Olybrii Junioris uxor. 60. b
Irene Palæologina Basilii Imp. Trapezuntini uxor. 160. & 197. utrobiq. a
Irene Palæologina Matthæi Cantacuzeni Imp. uxor. 210. b
Irene Palæologina Michaelis Imp. filia notha. 192. a
Irene Petri Regis Bulgariæ uxor. 245. a
Irene soror Bardæ Cæsaris. 114
Isaacius Ducas. 139. b
Isaacius Angelus Imp. 166
Isaacius Comnenus Alexii Imp. frater. 145. b
Isaacius Comnenus Cyprius Tyrannus. 152. b
Isaacius Comnenus Imp. 143. a
Isaacius Comnenus Joannis Imp. filius. 152. a
Isaacius Ducas Murtzuphlus. 139. b
Isaacius Exarchus Ravennensis. 113. a
Isabella Majoricana uxor Joannis Palæologi March. Monferrat. 205. b
Istochus. 221. a
Italica Patricia. 68. b
Ithamar Comnena. 171. b
Juliana Areobindi uxor. 60. b
Juliana filia Valentiniani M. 48. b
Julianus Imp. 38. a
Justa filia Valentiniani M. 48. b
Justa Grata Honoria. 59. b
Justina uxor Joannis. 83. a
Justina uxor Valentiniani M. 48. b
Justinianus Dux Orientis. 82. b
Justinianus Imp. 78. a
Justinianus Mauricii Imp. filius. 89. a
Justinianus Rhinotmetus. 103. a
Justinianus Rhinotmetus Imp. 102. b
Justinus Curopalata Imp. 78. a
Justinus Germani Patricii filius. 82. b
Justinus Mauricii Imp. filius. 89. a
Justinus Thrax Imp. 78. a
Justus Justiniani Imp. ex fratre nepos. 82. a
Justus Justini Jun. Imp. filius. 81. b

K

Kutopes Sultanus Iconiensis. 276. a

L

Lachanas Bulgariæ Rex. 251. a
Ladislavus Dux S. Sabæ. 264. b
Laduslavus Croatiæ Princeps. 232. a
Lazarus Brankovitzius Serviæ Despota. 262. b
Lazarus Serviæ Despota. 260. a
Legetus Bosinæ Princeps. 254. a
Legetus Serviæ Princeps. 223. b
Leo Angelus. 244. a
Leo Argyrus. 130. a
Leo Armenius Imp. 110. a
Leo Catacalon. 149. a
Leo Chazarus Imp. 106. a
Leo filius Constantini Imp. Irenes filii. 107. b
Leo Isaurus Aug. 104. a
Leo Junior Imp. 63. b
Leo M. Imp. *ibid.* a
Leo Phocas. 125. a
Leo Vatatzes. 181. a
Leontia A. Phocæ Imp. uxor. 93. b
Leontia Leonis M. Imp. filia. 64. a
Leontius Aug. 103. a
Lezinianus Palæologus. 207. a
Libertes Bulgarorum Dux. 239. a
Libius Severus Imp. 63. a
Licinia Eudocia Aug. Valentiniani III. uxor. 58. a 59. b
Licinius Junior Cæsar. 34. a
Liudevitus Pannoniæ Dux. 231. b
Lupicina, seu Euphemia Augusta. 78. a

M

Magna uxor Hypatii. 68. b
Magnentius Imp. 26. & 36. utrobiq. b
Majorianus Imp. 63. a
Manuel Angelus filius Joannis Angeli. 169. a
Manuel Angelus filius Isaacii Angeli Imp. 167. b
Manuel Bryennius. 148. b
Manuel Cantacuzenus. M. Pincerna. 209. b
Manuel Camytzes. 166. a
Manuel Cantacuzenus filius Georgii. 211. b
Manuel Cantacuzenus filius Joannis Imp. 210. b
Manuel Comnenus filius Isaacii Imp. 143 b
Manuel Comnenus pater Isaacii Imp. *ibid.* a
Manuel Lascaris. 179. b
Manuel Palæologus Despota. 193. a 194. b
Manuel Palæologus Jagrus. 206. b
Manuel Palæologus Imp. 296. b
Manuel Palæologus Joannis Imp. nothus. 197. a
Manuel Palæologus Thomæ filius. 202. b
Manuel Phocas. 125. b
Manuel Vatatzes Comnenus. 181. a
Mara uxor Vuki Brankovitzii. 260. a
Marcellus Justini Jun. Imp. frater. 81. a
Marcianus Anthemii Imp. filius. 57. b 64. a
Marcianus Imp. 57. b
Marcianus Justini Imp. affinis. 81. a
Marcus filius Basilisci Imp. 64. a
Marcus Palæologus Jagrus. 206. b
Margareta Isaacii Angeli Imp. uxor. 167. b
Margareta Palæologina. 203. b
Mantuani Ducis uxor. 205. b
Margareta Sabauda uxor Theodori Palæologi Marchionis Montisferrati. 204. a
Margareta Sabauda uxor Joannis Palæologi Marchionis Montisferrati. *ibid.* b
Maria Amurathi Sultani uxor. 261. b
Maria Armenia Theodori Lascaris Imp. uxor. 179. a
Maria Aug. Honorii Imp. uxor. 58. b 61. a
Maria A. Constantini Copronymi uxor. 105. b
Maria A. Constantini Irenes filii Imp. uxor. 107. a

Maria A. Leonis Isauri Imp. uxor. 105. a
Maria Cantacuzena Nicephori Ducæ uxor. 210. b
Maria Cantacuzena Regina Bulgariæ. 251. a
Maria Comnena Alexii Imp. soror. 144. b
Maria Comnena Alexii Imp. filia. 148. b
Maria Comnena Isaacii Imp. filia. 143. b. 152. b
Maria Comnena Joannis Palæologi Imp. uxor. 160. b. 200. b
Maria Comnena Nicephori Angeli Despotæ filia. 171. b
Maria Fuxensis uxor Guillelmi Palæologi Marchionis Montisferrati. 205. a
Maria Heraclii Imp. soror. 100. b
Maria Honorii Comitis Africæ uxor. 61. a
Maria Hungara Joannis Asanis Bulgariæ Regis uxor. 250. a
Maria Joannis Zimiscæ Imp. uxor. 129. b
Maria Lascaris Belæ Regis Hungariæ uxor. 179. a
Maria Mauricii Imp. filia. 89. b
Maria Michaelis Ducæ Imp. uxor. 137. a
Maria Palæologina. 205. a
Maria Palæologina Andronici Imp. filia notha. 193. a
Maria Palæologina Joannis Cæsaris filia. 228. a
Maria Palæologina Michaelis Azani uxor. 195. a
Maria Palæologina Michaelis Imp. filia notha. 250. a
Maria Palæologina Regina Bulgariæ. 250. a
Maria Petri Bulgari Regis uxor. 125. b. 245. a
Maria Regina Bosinæ. 259. b. 263. a
Maria Theophili Imp. filia. 113. a
Marianus Argyrus. 130. b
Marianus Branas. 174. b
Marianus Maurocatacalon. 149. a
Marina Arcadii Imp. filia. 57. b
Marinus. 88. a
Marinus Anastasii Imp. ex filia nepos. 68. b
Marinus Bardæ Cæsaris pater. 114
Marinus Heraclii Imp. filius. 101. b
Martina Heraclii Imp. uxor. 100. a b
Martinianus Imp. 14. a
Martinus. 100. b
Masutus Sultanus Iconiensis. 274. b
Matthæus Cantacuzenus Imp. 210. b
Matthæus Lascaris. 180. a
Mauricius Imp. 88. a
Melec Sultanus Iconiensis. 237. b
Melissenorum Stemma. 145. a
Melizza. 259. uxor Leonardi Tocchi. 263. *utrobique* b
Melus Argyrus. 131. a
Mezites Palæologus. 206. b
Michael Angelus Joannis filius. 172. a
Michael Angelus nothus. 169. b. 170 a
Michael Angelus nothus alter. 170. b
Michael Balbus Imp. III. 112.
Michael Branas. 175. a
Michael Bryennius. 148. b
Michael Bulgariæ Rex. 250. a
Michael Calaphates Imp. 122. b
Michael Cantacuzenus. 209. b
Michael Catacalon. 149. a
Michael Christophori Imp. filius. 125. b
Michael Comes Chelmensis. 266. b
Michael de Angelis. 173. b
Michael Ducas Parapinaces Imp. 137. a
Michael Ducas Protostrator. 138. b
Michael Gabras. 148. b 152. a
Michael Jazita. 149. a
Michael Lascaris. 178. b
Michael Palæologus. 206. a
Michael Palæologus Imp. 193. a
Michael Palæologus Manuelis Imp. filius. 199. b
Michael Paphlago Imp. 122. b
Michael Phocas Monachus. 125. b
Michael Porphyrogenitus, seu Methysta, Imp. 113. b
Michael Rhangabe Imp. 109. a
Michael Serviæ Princeps. 224. b 226. a
Michael Strascimirus Rex Serviæ. 252. a
Michael Stratioticus Imp. 123. b
Michael Taronita. 144. b
Michal Voryzes Bulgariæ Rex. 243. b
Milieva uxor Bajazetis I. 260. a
Militza. 230. b
Milutinus Serviæ Rex. 230. b
Miroslavus Comes Chelmensis. 266. a
Mitrascus Vucascini filius. 130. b
Mladinus Croatiæ Banus. 236. a 238. in item.
Moctus Rex Bulgariæ. 246. a
Monscilus. 230. b
Muchlo. 231. a
Muntimirus Serviæ Princeps. 218. b
Murcimirus Bosinæ Princeps. 254. b
Mytzes Bulgariæ Rex. 251. b

N

Neda Bulgariæ Regis uxor. 231. b
Neda Regina Serviæ. 252. a
Neeman Serviæ Princeps. 228. 230. a
Nepos Imp. 63. b
Nepotianus Imp. 32. a
Nice Nicetæ Patricii filia. 101. a
Nice uxor Theodosii filii Heraclii Aug. *ibid.*
Nicephorus Angelus Ducas Comnenus. 171. b
Nicephorus Artabasdi Imp. filius. 105. a
Nicephorus Botaniata Imp. 127. b. 135. b. 136. a b
Nicephorus Bryennius. 147. b 148. b
Nicephorus Bryennius Bulgariæ Dux. 248. c
Nicephorus Cantacuzenus Sebastocrator. 209. a
Nicephorus Carantenus Bulgariæ Dux. 248. a
Nicephorus Comnenus Protospatharius. 143. b
Nicephorus Constantini Copronymi filius. 106. a
Nicephorus Generalis Imp. 107. a
Nicephorus Phoca Imp. 125. b
Nicephorus Phocas Patricius. 127. b
Nicephorus Phocas. 126. a
Nicetas Bulgariæ Dux. 146. a
Nicetas Michaelis Rhangabe Imp. filius. 109. b
Nicetas Patricius Gregorii fratris Heraclii Aug. filius. 103. b
Nicolaus Altomanus, vel Altamanichius. 269. a
Nicolaus Angelus. 165. a
Nicolaus Branas. 174. b
Nicolaus Catacalon. 149. a
Nicolaus Comes Chelmensis. 266. b
Nicolaus Palæologus. 206. b
Nicolaus Rex Bosinæ. 259. b
Nicolichius. 266. b
Ninosalus Bosinæ Banus. 255. a

O

Olybrius Aug. 60. a
Olybrius Junior. *ibid.* b
Olympias Aug. Constantis Imp. uxor. 36. b
Ostoja Christichius Bosinæ Rex. 257. a
Ostrivoius Serviæ Princeps. 220. 222. a
Ostroillus Serviæ Princeps. 220. a

P

Paganus Bulgariæ Rex. 240. b
Palladius Cæsar. 60. a
Patriciolus. 64. b
Paulimirus Serviæ Princeps. 222. b
Paulus Angelus. 172. a
Paulus Bosinæ Banus. 255. b
Paulus Comnenus. 147. a
Paulus Consul. 68. a
Paulus Mauricii Aug. pater. 88. a
Paulus Mauricii Imp. filius. 89. a
Paulus Palæologus. 206. b
Paulus Serviæ Princeps. 218. b
Petrislavus Serviæ Princeps. 223. b
Petronas Patricius. 114

Petronius Imp.
Petronius Maximus Aug. 54. b
Petrus Angelus. 55. b
Petrus Bulgariæ Rex. 173. 174. a
Petrus Comes Chelmenſis. 244. 248. 249. a
Petrus Deleanus Rex Bulgariæ. 266. b
Petrus Magiſter Mauricii Aug. frater. 247. b
Petrus Mauricii Imp. filius. 88. a
Petrus Phocas Eunuchus. 89. a
Petrus, ſeu Petrislavus Serviæ Princeps. 126. a
Phalimirus. 219. in ſtemmate 218. b
Philes Palæologus.
Philippicus Imp. 206. b
Phocas Imp. 99. b 103. a
Placidia Olybrii Aug. uxor. 93. a
Placidius Valentinianus III. Imp. 60. a
lentinianus III. 53. b *Vide* Va-
Pompejus.
Porga Croatus. 68. b
Porinus Croatiæ Princeps. 231. a
Pothus Argyrus. 232. a
Præjecta Joannis uxor. 130. a
Præjecta Juſtini Junioris ſoror. 69. a
Predemirus Serviæ Princeps. 81. a
Preſiamus Bulgariæ Rex. 223. a
Prialupus. 243. b
Pribaſius Baro Raſcienſis. 268. b
Pribinna Croatiæ Princeps. 259. a
Pribislavus Serviæ Princeps. 232. b
Primislavus Serviæ Princeps. 222. a
Priſcus Attalus Imp. 227. b
Proba. 53. a
Procopia A. uxor Michaelis Rhangabe. 60. b
utrobique a 108. 109
Procopius Anthemii Imp. filius. 57. b
Procopius Tyrannus. 47. b
Pulcheria Marciani Imp. uxor. 57. a
Pulcheria Romani Argyri ſoror. 130. b
Pulcheria Theophili Imp. filia. 113. a

Q.

Quintillus Imp. 32. a

R.

Rabiſvojus Serviæ Princeps. 221. b
Raconadius Sultanus Iconienſis. 276. b
Radcho, ſeu Radicus, Croatiæ Banus. 236. b
Radmirus Serviæ Princeps. 221. a
Radomirus Rex Bulgariæ. 246. b
Ragoſna Stephani Serviæ Imp. uxor. 232. b
Ricta Michaelis Palæologi II. Imp. uxor. 193. a
Rodoslavus Serviæ Princeps. 218. 222. 225. a
Romanus Agyrus Imp. 130. a
Romanus Bulgariæ Rex. 246. a
Romanus Chriſtophori Imp. filius. 125. a
Romanus Conſtantini Lacapeni filius. 124. a
Romanus Diogenes. 133. a
Romanus Diogenes Imp. 135. b
Romanus Lacapenus Imp. 123. a
Romanus Saronita. 124. b
Romanus Stephani Lacapeni filius. 124. a
Rotrudis Caroli M. Imp. filia. 107. a
Rucratinus Sultanus Iconienſis. 275. b
Ruſna Vucaſcini Regis Serviæ filia. 230. b

S.

Saba. 229. b
Sabatius. 221. a
Sabinus Bulgariæ Rex. 244. a
Samuel Rex Bulgariæ. 246. a
Sandalis. 264. a
Sclerorum familia. 129. a
Scythis Bulgariæ Regina. 249. b
Sebaſtianus Imp. 53. b
Sebeslavus Serviæ Princeps. 221. b
Secundus Otto Palæologus Marchio Monferra-
tenſis.
Selimirus Serviæ Princeps. 203. b
Serena Stilichonis uxor. 220. b
Sergius frater Photii Patr. CP. 61. a
Simon Dux Joanninæ. 114. a
Simonis Palæologina Dragutini Serviæ Regis uxor. 267. a
193. 231. a
Siniſſa Dux Joanninæ.
Siſmannus Rex Serviæ. 267. a
Slava uxor Uroſii Serviæ Imp. 253. a
Slaviſo Croatiæ Rex. 229. b
Smiltzes Rex Bulgariæ. 233. a
Sopatra filia Mauricii Imp. 251. b
Sophia A. Juſtini Jun. Imp. uxor. 89. b
Sophia Bardæ Cæſaris ſoror. 79. b
Sophia Palæologina uxor Joannis Baſilidis Magni 114. a
Moſcoviæ Ducis.
Sophia Palæologina uxor Joannis Palæologi Imp. 202. b
200. 204. a
Sophia uxor Chriſtophori Imp. 125. a
Sophia uxor Conſtantini Scleri. 126. b
Spanorum Stemma. 171. b
Sphendoplocus. 221. b
Stauracius Imp. 108. a
Stauracius Michaelis Rhangabe Imp. filius. 109. b
Stephanus A. Romani Lacapeni filius. 124. a
Stephanus Boſinæ Rex. 257. a
Stephanus Boſinæ Princeps. 254. a
Stephanus Boſinenſis Banus. 255. b 256. a
Stephanus Bukovitzius Serviæ Deſpota. 260. 262. a
Stephanus Comnenus. 147. a
Stephanus Croatiæ Rex. 233. 234. a
Stephanus Dabiſcia Boſinæ Rex. 256. b
Stephanus de Maramonte Zarnagoræ Dominus. 268. b
Stephanus Ducas. 134. b
Stephanus Duſcianus Serviæ Imp. 232. a & ſeq.
Stephanus Dux Joanninæ. 268. a
Stephanus Dux S. Sabæ. 264. b
Stephanus Eutropii filius. 100. b
Stephanus Gabrielopulus. 172. b
Stephanus Hungarus. 152. b
Stephanus Myrces Boſinæ Rex. 256. b
Stephanus nothus Serviæ Rex. 232. a
Stephanus Oſtoichus Boſinæ Rex. 257. a
Stephanus Serviæ Rex. 229. a b 230. a
Stephanus Thomaſcus Rex Boſinæ. 257. a
Stilicho. 61. a
Straſcimirus Comes Zentæ. 367. a
Straſcimirus Rex Serviæ. 252. b
Stroimirus Serviæ Princeps. 278. b
Sveladus Serviæ Princeps. 220. a
Sveſtilaus Rex Bulgariæ. 172. b
Svetmirus Serviæ Princeps. 221. a
Svetopelakus. ibid. b
Svetopelekus. 254. a
Svetoradus Serviæ Princeps. 222. a
Sveulatus Serviæ Princeps. 220. b
Svinimirus Croatiæ Rex. 233. a
Sylveſter Serviæ Princeps. 223. b
Symbatius gener Bardæ Cæſaris. 114. a
Symeon Bulgariæ Rex. 243. b
Symeon Phocas. 125. b
Symeon Serviæ Princeps. 229. a

T.

Tamislavus Serviæ Princeps. 232. a
Taronitarum Stemma. 114 b
Telericus Bulgariæ Rex. 341. a
Teleſis Bulgariæ Rex. 240. b
Terbelis Bulgariæ Rex. ibid. a
Thecla Michaelis Balbi Imp. uxor. 112. a
Thecla Theophili Imp. filia. 113. a
Theoctiſta affinis Mauricii Imp. 88. a
Theoctiſta Gurdiæ filia. ibid. b
Theoctiſte filia Mauricii Imp. 89. a
Theoctiſtus Mauricii affinis. 88. b

Theodora Angela Conradi Monferrat. uxor. 166. b
Theodora Aug. Juſtiniani Imp. conjux. 79. a
Theodora Aug. Juſtiniani Rhinotmeti uxor. 103. b
Theodora Leonis Armenii Imp. uxor. 110. a
Theodora Aug. Romani Lacapeni Imp. uxor. 123. a
Theodora Cantacuzena Matthæi Imp. filia. 211. a
Theodora Cantacuzena Nicephori Ducæ uxor. 210. b
Theodora Cantacuzena Orchanis uxor. 210. b
Theodora Chriſtophori filii Conſtant. Coprony-mi uxor. 115. b
Theodora Comnena Alexii Imp. filia. 149. a 165. b
Theodora Comnena Iſaacii filia. 152. b
Theodora Comnena Leonis Diogenis uxor. 145. b
Theodora Conſtantini Chlori Imp. uxor. 32. b
Theodora Ducæna Conſtantini Ducæ Imp. filia. 136. b
Theodora Joannis Cantacuzeni Imperat. mater. 209. b
Theodora Joannis Zimiſcæ Imp. uxor. 129
Theodora Laſcarina Regina Bulgariæ. 250. b
Theodora Michaelis Palæologi Imp. uxor. 190. b
Theodora Palæologina Michaelis II. Imp. filia. 193. b
Theodora Porphyrogenita Aug. 122. b
Theodorus Angelus Andronici filius. 166. 169. b
Theodorus Branas. 175. b
Theodorus Cantacuzenus. 209. a
Theodorus Curopalata. 100. a
Theodorus Palæologus Andronici Jun. Imp. filius. 193. a 194. b
Theodorus Palæologus Michaelis Imp. filius. 192. a
Theodorus Tzirus Juſtiniani Imperator filius 80. a
Theodoſia Auguſt. Leonis Armenii Imp. uxor. 110. a
Theodoſius Comes. 58. a
Theodoſius Heraclii Aug. filius. 101. a
Theodoſius Jun. Imp. 57. b
Theodoſius Leonis Armenii Imp. filius. 110. b
Theodoſius M. Imp. 58. 59. a
Theodoſius Mauricii Imp. filius. 89. a
Theodoſius Placidiæ filius. 59. a
Theophano Aug. Stauracii Imp. uxor. 108. b
Theophano Michaelis Rhangabe Imperat. filia. 109. b
Theophano Nicephori Phocæ Imp. uxor. 126. a
Theophilus Imp. 112. a
Theophobus Patricius. *ibid.*
Theophylactus Michaelis Rhangabe Imp. filius. 109. a
Theophylactus Michaelis Rhangabe Imp. pater. *ibid.*
Theophylactus Patr. CP. 124. b
Thermantia Aug. Honorii Imp. uxor. 58. b
Thermantia Theodoſii M. Imp. mater. 56. a
Thiomirus Rex Bulgariæ. 248. a
Thomas Cantacuzenus Joannis Imperat. filius. 210. b
Twartcus Boſinæ Banus.
Thwartcus Boſinæ Rex. 234. b
Thwartcus Scurus Boſinæ Rex. 256. a b
Tiberius Apſimarus Imp. 257. a
Tiberius Conſtantis Imp. filius. 103. a
Tiberius Juſtiniani Rhinotmeti filius. 102. b
Tiberius Mauricii filius. 103. b
Tiberius Thrax Imp. 89. a
Tirpimirus Croatiæ Princeps. 85. a 232. a
Tollenus Chelmenſis. 266. b
Totila. 220. a
Tzeſthlavus Serviæ Princeps. 219. a
Tzutzemirus Trebinenſis Princeps. 218. b

V

Valens Imp. 47. b
Valentinianus Junior Imp. 46. a
Valentinianus M. Imp. 46. a
Valentinianus III. Imp. 59. b
Valentinianus Valentis Imp. filius. *Vide in Addit.*
Vaſſalorum Familia. 207. b
Verdena Nicephori Botaniatæ uxor. 137. b
Verina A. Leonis M. uxor. 63. 64. a
Vetranio Imp. 26. b
Ugglieſca. 230. a
Vigilantia Juſtini Imp. ſoror. 78. b
Vigilantia Juſtiniani Imp. ſoror. 81. a
Uladamus Serviæ Princeps. 221. a
Uladimirus I. Serviæ Princeps. 223. b
Uladimirus II. Serviæ Princeps. 226. a
Uladislavus Bulgariæ Rex. 231. b
Uladislavus Serviæ Princeps. 221. b
Uladislavus Serviæ Rex. 231. b
Ulatcus Comes Chelmenſis. 266. a
Voinus Comes Uſcienſis. 269. a
Voiſava Scanderbegi filia. 268. b
Voiſaus Comes Uſcienſis. 269. a
Voiſſava Stephani Ducis S. Sabæ uxor. 265. a
Vorylas Bulgariæ Rex. 249. b
Voryzes Bulgariæ Rex. 243. b
Uroſius, vel Uroſcus, Serviæ Rex. 230. a
Uroſius ſanctus Serviæ Rex. *ibid.* b
Uroſius Serviæ Imp. 230. b
Vucaſcinus Serviæ Rex. 230. a
Vucmirus Boſinæ Princeps. 254. a
Vuitices Rex Gothorum.
Vuk Hrana. 264. a
Vukichus Banus Boſinæ. 256. a
Vukoſana Miloſci uxor. 260. a
Vukus Bukovitzius. 259. b
Vukus Serviæ Deſpota. 262. b
Vulcus, ſeu Vulcanus, Serviæ Rex. 225. 229. b
Vutlacus. 264. a

X

Xene Armenia Michaelis Palæologi Imper. uxor. 193. a

Z

Zabiſclaus Boſinæ Banus. 225. a
Zacharias Serviæ Princeps. 219
Zampia Palæologina. 199. b
Zarcus Deanovichius. 267. b
Zariza Uroſii Serviæ Regis filia. 130. b
Zenonia Baſiliſci Imp. uxor. 64. a
Zoe Auguſta. 119. 122. b
Zoe Ducæna. 136. 169. a
Zoe Palæologina Joannis Baſilidis Magni Moſcoviæ Ducis uxor. 202. b
Zuentibolcus Moraviæ Princeps. 221. a
Zuietiza Boſina Regina. 256. b
Zuinimerus Serviæ Princeps. 222. b

FINIS.

CONSTANTINOPOLIS CHRISTIANA,

SEU

DESCRIPTIO URBIS

SUB IMPERATORIBUS CHRISTIANIS

Cum figuris Templi S. Sophiæ & aliis.

ACCEDUNT

ADDITAMENTA AD EAMDEM CONSTANTINOPOLIM CHRISTIANAM:

Itemque de Hebdomo Conſtantinopolitano

DISQUISITIO TOPOGRAPHICA.

LIBRI QUATUOR.

SYLLABUS,
SEU
INDEX DESCRIPTIONIS
URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ.

LIBER PRIMUS.

Præmittuntur BYZANTII *veteris Origines.*

I. BYZANTII *veteris ſitus.* pag. 11.
II. *Chryſoceras.* 13.
III. *Sinus Ceratinus.* 13.
IV. *Bosporus.* 15.
V. *Perama.* 16.
VI. *Catena.* 17.
VII. *Portus Byzantii.* 18.
VIII. *Muri veteres.* 18.
IX. *Turres.* 19.
X. *Portæ.* 20.
XI. *Acropolis.* 20.
XII. *Ædificia publica.* 20.
XIII. *Templa.* 20.
XIV. *Templa ſuburbana.* 21.
XV. *Byzantii Conditores.* 21.
XVI. *Status & fortuna Byzantii.* 23.

CONSTANTINOPOLIS

I. CONSTANTINOPOLIS CONDITOR. *p.* 27.
II. TEMPUS CONDITÆ CONSTANTINOPOLEOS. *p.* 29.
III. URBIS ENCÆNIA. *p.* 29.
IV. URBS DEIPARÆ DICATA. *p.* 32
V. URBS CONSTANTINOPOLIS DICTA. *p.* 33.
VI. SECUNDA ET NOVA ROMA. *p.* 34.
VII. PRIVILEGIA CONSTANTINOPOLIS. *p.* 36.
VIII. SEPTEM COLLES. *p.* 36.
IX. MURI CONSTANTINIANI. *p.* 37.
X. MURI THEODOSIANI. *p.* 37.
XI. MURUS BLACHERNIANUS. *p.* 39.
XII. MURI MARITIMI. *p.* 40.
XIII. TURRES. *p.* 41.
2. Turris Anemæ.
3. Turris Eugenii.
XVI. ACROPOLES. *p.* 41
1. Acropolis.
2. Cyclobium.
3. Caſtellum Theodoſianarum.
4. Caſtellum ad Blachernas.
5. Caſtrum Petrii.
6. Caſtrum ad maritimam Fori partem.
7. Caſtellum Francorum.
XIV. PORTÆ AD SINUM CERATINUM. *p.* 43.
1. Porta Eugenii.
2. Porta Neorii.
3. Porta Piſcaria.
4. Porta Carabiorum.
5. Porta Lignaria.
6. Porta Farinaria.
7. Porta Vitriaria.
8. Porta Hagia.
9. Porta Phanarii.
10. Porta Diplophanarion.
11. Porta Regia.
12. Porta Cynegii.
XV. PORTÆ MEDITERRANEAE, ſeu TERRESTRES. *p.* 45
1. Porta Xylocirci.
2. Cercoporta.
3. Porta Blachernarum.
4. Porta Gyrolimnes.
5. Porta S. Joannis Baptiſtæ.
6. Porta τῆς Ασωμάτων.
7. Porta S. Callinici.
8. Porta Charſiæ.
9. Porta S. Romani.
10. Porta Polyandrii.
11. Porta Nova.
12. Porta Quinti.
13. Porta Attali.
14. Porta Carea.
15. Porta Melandeſia.
16. Porta Aurea.
17. Porta Rhegii.
18. Porta Antiqua.

XVI. PORTÆ AD PROPONTIDEM. p. 49.
1. Porta ſeptem Turrium.
2. Porta Narli Capi.
3. Porta Pſamathi.
4. Porta S. Æmiliani.
5. Porta Contoſcalii.
6. Porta Catergolimenis.
7. Porta Ferrea.
8. Porta Urſarum.
9. Porta Achur Capiſi.
10. Porta Hodegetriæ.
11. Portula Michaelis Protoveſtiarii.
12. Porta S. Barbarę.
13. Porta Dexiocratis.
XVII. PORTUS, NEORIA, ET SCALÆ AD SINUM CERATINUM. p. 50.
1. Neorium.
2. Heptaſcalum.
3. Neorium ad ędem S. Evergetę
4. Portus ad Blachernas.
5. Portus S. Mamantis.
XVIII. SCALÆ. p. 51.
1. Scala Acropoleos.
2. Scala Timaſi.
3. Scala Calchedonenſis.
4. Scala Sycena.
5. Scala Hebraica.
XIX. PORTUS AD PROPONTIDEM. p. 52
1. Portus Novus, & Sophiæ.
2. Portus Palatii.
3. Neorium.
4. Contoſcalium.
5. Portus Eleutherii.
6. Portus Cæſarii.
XX. REGIONES. p. 54
XXI. DESCRIPTIO URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ SECUNDUM XIV. REGIONES, p. 55.
XXII. SYCÆ. p. 57.
XXIII. VICI, VIÆ, ſeu PLATEÆ. p. 60.
XXIV. FORA PUBLICA, ALIAQUE RERUM VENALIUM. p. 60.
1. Auguſtæum.
2. Milliare Aureum.
3. Horologium.
4. Diippium.
5. Forum Conſtantini.
6. Columna Porphyretica.
Palladium.
7. Forum Tauri, ſeu Theodoſii.
8. Forum Theodoſiacum.
9. Forum Theodoſiacum.
10. Forum Arcadii.
11. Forum Bovis.
12. Artopolium.
13. Amaſtrianum.
14. Battopolium.
15. Leomacellum.
16. Ceropolium.
17. Vallis fletus.
XXV. AQUAEDUCTUS. p. 71.
1. Aquæductus Adriani.
2. Aquæductus Valentis.
3. Aquæductus Theodoſiacus.
XXVI. NYMPHAEA. p. 73.
XXVII. BALNEAE, THERMAE. p. 74.
1. Thermæ Achilleæ.
2. Zeuxippus.
3. Balneum parvum ad Zeuxippum.
4. Balneæ Anaſtaſianæ.
5. Balneæ Conſtantinianæ.
6. Balneum magnum Conſtantini.
7. Balneum Κάπτρον dictum.
8. Thermæ Caroſianæ.
9. Thermę Arcadianæ.
10. Thermæ Eudoxianæ.
11. Thermæ Honorianæ.
12. Rufinianæ.
13. Balneæ Anaſtaſii, ſeu Dagiſtęi.
14. Balneæ Sophianæ.
15. Balneum Germani.
16. Magnum Balneum.
17. Balneum Magni Palatii.
18. Balneæ Helenianarum.
19. Balneæ Areobindi.
20. Thermæ Baſilicæ.
21. Balneę Blachernarum.
22. Balneę Caminiæ.
23. Balneum duplex.
24. Balneum Oeconomii.
XXVIII. CISTERNAE. p. 79
1. Ciſternę varię.
2. Ciſterna Baſilica.
3. Ciſterna Philoxenos.
4. Ciſterna Theodoſiaca.
5. Ciſterna Aetii.
6. Ciſterna Modeſtiaca.
7. Ciſterna Arcadiana.
8. Ciſterna maxima.
9. Ciſterna Aſparis.
10. Ciſterna Mociſia.
11. Diſterna Caſilicę Illi.
12. Ciſterna Coni.
13. Ciſterna ad ędem XL. Martyrum.
14. Ciſterna ad Magnauram.
15. Ciſterna Palatii.
16. Ciſterna Petrii.
17. Ciſterna Hippodromi.
18. Ciſterna Pantepopti.
19. Ciſterna Pantocratoris.
20. Ciſterna Apoſtolorum.
21. Ciſterna Mahumeti.
XXIX. CLOACAE. p. 81
XXX. LATRINAE PUBLICAE. p. 81

LIBER SECUNDUS.

I. CIRCUS, seu HIPPODROMUS. *p.* 83.
2. Portæ Circi.
3. Porticus, seu Gradus Factionum.
3. Cancelli, seu Plutei.
4. Pulpita.
5. Cochlea.
6. Tribunal Imp.
7. Velum.
8. Euripus.
9. Sphendone.
10. Obeliscus.
11. Colossus.
12. Quatuor Columnæ Hippodromi.
13. Columnæ septem.
14. Phiala Hippodromi.
15. Statuæ Hippodromi.
16. Xylocircus, seu Circus ligneus ad S. Mamantem.

II. THEATRA, AMPHITHEATRA, LUSORIA, STADIA. *p.* 87.
1. Theatrum majus & minus.
2. Amphitheatrum, seu Cynegium.
3. Lusoria duo.
4. Stadium.

III. PORTICUS. *p.* 89
1. Regia.
2. Porticus Fori Constantini.
3. Porticus Troadenses.
4. Porticus Eubuli.
5. Porticus Fanionis.
6. Porticus Domnini.
7. Porticus Argentariorum.
8. Porticus Cariana.
9. Porticus Leontii.
10. Porticus Mammiani.
11. Porticus Sigma appellata.
12. Porticus Nova.
13. Porticus Prętorii.

IV. MAGNUM PALATIUM, TRICLINIA, ET PARTES MAGNI PALATII.
1. Magnum Palatium.
2. Chalce.
3. Chrysotriclinium.
4. Triclinium Justiniani.
5. Palatium Hormisdę.
6. Triclinium Nicephori Phocæ, seu Bucoleontis.
7. Porphyra.
8. Aetus.
9. Arma.
10. Manuelites.
11. Triconchum.
12. Cęnurgium.
13. Delphicum.
14. Heptaconchum.
15. Margarites.
16. Monothyrum.
17. Pentacubuclum.
18. Stephana.
19. Secretum.
20. Trullus.
21. Andronici Triclinium.
22. Angiportus.
23. Marciani Ambulationes.
24. Daphne.
25. Purpurea Phiala.
56. Tropicę.
27. Monothyrum, *de quo num.* 16.
28. Triconchus.
29. Horti Palatii.
30. Tzycanisterium.

V. PALATIA URBANA. *p.* 100
1. Palatium Constantini M.
2. Palatium Magnaura dictum.
3. Palatium Flaccillianum.
4. Palatium Placidianum.
5. Palatium Helenę.
6. Palatium Eleutherii.
7. Palatium Blachernarum.
8. Palatium Lausi.
9. Palatium Secundianarum.
10. Palatium in Tauro.
11. Palatium Basilisci.
12. Palatium in tractu Cariani.
13. Palatium Manganorum. Philopatium.
14. Palatium Zenonis.
15. Palatium Irenes.
16. Palatium ad ędem SS. XL. Martyrum.
17. Palatium Romani Senioris.
18. Palatium Romani Junioris.
19. Palatium Irenes.

VI. TRIBUNALIA. *p.* 107
1 Tribunal novemdecim Accubitorum.
2. Tribunal in Foro Constantini.
3. Tribunal Hebdomi.

VI. DOMUS AUGUSTÆ. *p.* 111.
1. Domus Placidię Augustæ.
2. Domus Pulcheriæ Augustæ.
3. Domus Eudoxiæ Augustæ.

VII. DOMUS NOBILISSIMÆ. *p.* 113
1. Domus Nobilissimæ Arcadiæ.
2. Domus Nobilissimæ Marinæ.

VIII. PATRIARCHIUM. *p.* 113
1. Thomaites.
2. Domus Michaelitzæ.
3. Macron, seu Andron.

IX. ÆDIFICIA ALIA PUCLICA. *p.* 114.
1. Senatus.
2. Capitolium.
3. Bibliotheca.
4. Octagonum.
5. Moneta.
6. Prætorium.
7. Quæstorium.
8. Prytaneum.
9. Genicum.
10. Idicum.
11. Arca.
12. Basilica Theodosiana.
13. Basilica Illi.
14. Basilica Gunariorum.
15. Vestiarium.
16. Mangana.
17. Armamenta.
18. Armatorium.
19. Exartysis.
20. Arsenalis.
21. Carceres.
22. Stabula.

X. HORREA PUBLICA. *p.* 123
1. Horrea Constantiaca.
2. Horrea Alexandrina.
3. Horreum Theodosianum.
4. Horrea Valentiniana.
5. Horrea Troadensia.
6. Horrea olearia.

XI. PISTRINA. *p.* 124

XII. GRADUS. *p.* 124

XIII. SECRETA, SEU TRIBUNALIA JURIDICA, CIVILIA ET ECCLESIASTICA. *p.* 124
1. Secretum magni Drungarii.
2. Secreta τῆς δημοσιακῶν.
3. Asecretum.
4. Chalce.
5. Secretum Dicæodotæ.
6. Phiala.

XIV. SECRETA ECCLESIASTICA. *p.* 26
1. Secretum magni Oeconomi
2. Secretum magni Sacellarii.
3. Secretum magni Scevophylacis.
4. Secretum magni Chartophyhacis.
5. Secretum Præfecti Sacellio,
6. Secretum Protecdici.
7. Secretum majus Patriarchæ.
8. Secretum minus Patriarchæ.

XV. ÆDES PUBLICÆ JUDÆORUM ET SARACENORUM. *p.* 127
1. Synagoga Judæorum.
2. Metatum, seu Synagoga Saracenorum.

XVI. VARII URBIS TRACTUS. *p.* 126
Domus insignes Senatorum & Procerum.
1. Acropolitæ Domus.
2. Alonitzium.
3. Anemodulium.
4. Anthemii tractus.
5. Antiochi Palatium & tractus.
6. Argyropratia.
7. Armati tractus.
8. Armatii tractus.
9. Asparis ædes.
10. Barbari domus.
11. Basilidis domus.
12. Blanca.
13. Borrædii tractus.
14. Camilaucium.
15. Canatisæ domus.
16. Carpiani tractus.
17. Cæsarii tractus.
18. Caniclei tractus.
19. Carbonaria.
20. Carpiana.
21. Catabatæ.
22. Chalcopratia.
23. Chrysocamera.
24. Cilya.
25. Claudii tractus.
26. Columnæ junctæ.
27. Condobaudi ædes.
28. Contaria.
29. Cordomiti ædes.
30. Crenetissæ ædes.
31. Dagistæi ædes.
32. Deuterum.
33. Dexiocratis tractus.
34. Eleusiæ tractus.
35. Eugenii tractus.
36. Eulogii Persæ ædes.
37. Eusebii ædes.
38. Exocionium.
39. Flavianæ tractus.
40. Gainæ ædes.
41. Gallæ ædes.
42. Germani domus.
43. Harmodii tractus.
44. Hebdomum.
45. Helianæ.
46. Hexahippium.
57. Hilaræ.
48. Iberitzæ ædes.
49. Lampri ædes.
50. Malactarea.
51. Marinacii ædes.
52. Mauriani tractus.
53. Mauri tractus.

54. Maximini domus.
55. Mesomphalus.
56. Meltiadis tractus.
57. Narsis tractus.
58. Neolea.
59. Nicæ, seu Victoriæ.
60. Omphacera.
61. Oxybaphium.
62. Pardi ædes.
63. Pelargorum tractus.
64. Petri tractus.
65. Philadelphium.
66. Philippici domus.
67. Phocolistum.
68. Picridii ædes.
69. Pithecium.
70. Pittacia.
71. Porphyrogeniti ædes.
72. Posis.
73. Prasina.
74. Probi ædes.
75. Protasii tractus.
76. Psichæ.
77. Psipha.
78. Pteron.
79. Rufi tractus.
80. Scyla.
81. Sidera.
82. Smyrnium
83. Sphoracii ædes.
84 Studii ædes
85. Sybaiticum.
86. Synodi.
87. Tertium.
88. Tetrapylum æreum.
89. Topi.
90. Toxaræ ædes.
91. Triexodon.
92. Tubacæ ædes.
93. Tzaufę ędes.
94. Vigla, seu Vigilia.
95. Viglentia.
96. Urbicii arcus.
97. Zeugma.

LIBER TERTIUS.

I. ÆDES SACRÆ, ECCLESIÆ CATHOLICÆ, ORATORIA, MONASTERIA. *p.* 1.
II. ECCLESIA S. SOPHIÆ. *p.* 4.
1. Ecclesia Constantiniana.
2. Magna Ecclesia Constantiana.
3. Magna Ecclesia Theodosiana.
4. Magna Ecclesia Justinianea.
5. Prima Encænia.
6. Secunda Encænia.
7. Architecti.
8. Impensa.
9. Materia, Lateres.
10. Marmora.
11. Musivum.
12. Amplitudo.
13. Longitudo.
14. Latitudo.
15. Altitudo.
16. Porticus exteriores ad Meridiem & Septentrionem.
17. Porticus occidentales.
18. Narthex.
19. Pyramides.
20. Atrium.
21. Garsonostasium.
22. Phiala.
23. Augustęum.
24. Statua Justiniani.
25. Portę occidentales.
26. Porta orientalis.
27. Porta septentrionalis.
28. Pilę majores.
29. Trigoni.
30. Arcus.
31. Arcus septentrionalis & meridionalis.
32. Hemisphęrium.
33. Tholus, seu Trullus.
34. Altitudo Centri.
35. Casus Trulli, seu Hemisphęrii.
36. Muri obnitentes pilis.
37. Porticus inferiores.
38. Porticus superiores, seu Catechumena, vel Gynæconitides.
39. Aulæ.
40. Sedes Imperatricis.
41. Cochleę.
42. Sedes Imperatoris.
43. Coronę.
44. Pavimentum.
45. Testudo.
46. Tectum.
47. Fenestrę.
48. Lampades & Candelę.
49. Bema.
50. Concha.
51. Absida,
52. Fenestræ Conchę.
53. Mensa sancta.
54. Gradus sacrę Mensę.
55. Columnę sacrę Mensę.
56. Mare.
57. Ciborium.
58. Crateres Ciborii.
59. Lilia Ciborii.

60. Sphęra, seu Malum Ciborii.
61. Crux Ciborii.
62. Turris.
34. Pyxis.
64. Columba.
65. Vela Ciborii.
66. Synthronus.
67. Prothesis.
68. Diaconicum Bematis.
69. Conchę Occidentales.
70. Cancellus Bematis.
71. Portę sanctę.
72. Velothyra.
73. Solea.
74. Ambo.
75. Gradus Ambonis.
76. Puteus sacer.
77. Naos.
78. Clerus S. Sophię.
79. Umbilicus.
80. Baptisterium.
81. Fons Baptisterii.
82. Diaconicum.
83. Secretarium.
84. Metatorium.
85. Vestiarium.
86. Salutatorium.
87. Sceyophylacium.

LIBER QUARTUS.

I. ÆDES ALIÆ DEO SACRÆ. p. 53.
1. Evergetæ.
2. Pantepoti.
3. Pantocratoris.
4. Philanthropi.
5. Salvatoris in Chalce.
6. Salvatoris in Nosiis.
7. Salvatoris, Logothetę.
8. Salvatoris, Rhadenorum.
9. Sanctę Dynameos.
10. S. Spiritus.
11. S. Trinitatis.
II. ÆDES SACRÆ, DEIPARÆ DICATÆ. p. 55.
1. Deiparæ Amalphitanorum.
2. Deiparæ Areobindi.
3. Deiparę in Armatii tractu.
4. Deiparę, Artaces,
5. Αχειροποιητε.
6. Deiparæ Blachernarum.
7. Deiparę, Carabitzin.
8. Deiparæ, Carpiani.
9. Chalcopratiana ędes.
10. Deiparæ, Curatoris.
11. Deiparæ juxta M. Ecclesiam.
12. Deiparæ ἡ κεχαριτωμένης.
13. Deiparæ, Crystallus.
14. Deiparæ Cyri.
15. Deiparæ in Deutero,
16. Deiparæ, Diaconissæ.
17. Deiparæ ἡ Ελεούσης.
18. Deiparæ ἡ Εὐεργέτιδος.
19. Deiparæ Eugenii.
20. Deiparæ juxta ædem S. Lucę.
21. Deiparæ in Exartysi.
22. Deiparæ in Foro Constantini.
23. Deiparæ Galatæ.
24. Deiparæ Hodegetriæ.
25. Deiparæ juxta ædem Job.
26. Deiparæ, Lybis.
27. Deiparæ, Metropolitæ,
28. Deiparæ in Orphanis.
29. Deiparæ in Palatio.
30. Deiparæ Pammachariste.
31. Deiparæ Panachrantæ,
32. Deiparæ Pantanassæ.
33. Deiparæ, Patriciæ.
34. Deiparæ, Petala.
35. Deiparæ in Petrio.
36. Deiparæ Peribleptæ.
37. Deiparæ, Phari.
38. Deiparæ, Ponolytræ.
39. Deiparæ, Protasii.
40. Deiparæ, Rhabdi.
41. Deiparæ in Sigmate.
42. Deiparæ, Sphoracii.
43. Deiparæ, Vigilantii.
44. Deiparæ, Urbicii.
45. Deiparæ, Urbicii.
46. Deiparæ in Lithostroto.
47. Deiparæ juxta S. Lucam.
48. Deiparæ, Bucoliorum.
49. Deiparæ in Palatio.
III. ÆDES SACRÆ S. MICHAELI, ANGELIS ET ARCHANGELIS DICATÆ. p. 65.
1. S. Michaelis, Abacia.
2. S. Michaelis nova.
3. S. Michaelis, Ada.
4. S. Michaelis Nova in Palatio.
5. S. Michaelis in Arcadianis.
6. S. Michaelis in Æthrio.
7. S. Michaelis.
7. S. Michaelis, Chrysobalandon.
9. S. Michaelis, Pusęæ.
10. S. Michaelis, Stiri.
11. S. Michaelis in Cochilo.
12. S. Michaelis ad Portum Juliani.
13. S. Michaelis Tzeri.
14. S. Michaelis in Palatii atrio.

15. S. Michaelis, Galatæ.
IV. AEDES SACRAE SS. PROPHETIS DICATAE, quæ inde a Græcis Προφητεῖα dicuntur. p. 67
1. S. Eliæ in Petrio.
2. Esaiæ Prophetæ.
3. S. Heliæ.
4. S. Joannis Baptistę, Cintelia.
5. S. Joannis Bapt. ad Cisternam Mocesiam.
6. S. Joannis B. in Hebdomo.
7. S. Joannis B. ad Horologium.
8. S. Joannis B. Illi.
9. S. Joannis B. Vetus.
10. S. Joannis B. Monasteriolum.
11. S. Joannis B. Valentis.
12. S. Joannis B. in Petrio.
13. S. Joannis B. Probi.
14. S. Joannis B. Sphoracii.
15. S. Joannis S. Studii.
16. S. Joannis B. Taphi.
17. S. Joannis B. ædes aliæ.
18. Job.
19. Jonæ.
20. SS. Machabæorum.
21. S. Samuelis.
22. S. Zachariæ.
V. AEDES SACRAE SANCTIS APOSTOLIS DICATAE. p. 71.
1. SS. Apostolorum.
2. SS. Apostolorum in Triconcho.
3. S. Andreæ, Arcadiæ.
4. S. Andreę in Fœnili.
5. S. Andreæ, Crisęos.
6. S. Andreæ.
7. S. Andreæ ad Portam Saturnini.
8. S. Bartholomæi.
9. S. Jacobi.
10. S. Joannis Evangel. in Hebdomo.
11. S. Joannis Evangel. in Castro rotundo.
12. S. Joannis Evang. in Milio.
13. S. Joannis Evang. ad Horologium.
14. S. Joannis Evang. ad Monothyrum.
15. S. Joannis Evang. Beati.
16. S. Joannis Evang. Sphoracii.
17. S. Joannis, Arcadiana,
18. S. Lucæ Evangelistæ.
19. S. Marci Evangelistæ.
20. S. Pauli, in Palatio.
21. S. Pauli, in Orphanotrophio.
22. S. Pauli, in Latro.
23. Paulopetrium.
24. Paulinum monasterium.
25. S. Petri Apostoli, in Palatio.
26. SS. Petri & Pauli Apostolorum.
27. S. Petri juxta ædem S. Sophiæ.
28. S. Petri vetus templum.
29. S. Petri & S. Marci.
30. S. Petri Pisanorum.
31. S. Petri Sicæna.
32. S. Philippi.
33. S. Philippi. in Brephotrophio.
34. S. Thomæ Apostoli, Amantii.
35. S. Thomæ, Anthemii.
36. S. Thomæ, Modesti.
37. S. Thomæ juxta Cisternam.
VI. AEDES SACRAE SANCTIS MARTYRIBUS, CONFESSORIBUS, &c. DICATAE. p. 80
1. Abrahamii monasterium.
2. S. Acacii.
3. S. Acyndini.
4. S. AEmiliani.
5. S. Agathonici.
6. S. Alexandri Martyris.
7. Anastasii Persæ.
8. S. Anastasii, ad Aquęductum.
9. S. Antipę.
10. S. Antonii.
11. S. Artemii Martyris.
12. S. Basilii.
13. S. Bassiani.
14. S. Benedicti.
15. SS. Beniamini & Verii.
16. S. Blasii.
17. S. Callinici.
18. SS. Carpi & Papyli.
19. S. Cassiani.
20. S. Ceryci.
21. SS. Charilampi & Pantaleonis.
22. S. Christophori.
23. S. Clementis.
24. SS. Constantini & Helenę.
25. S. Constantini.
26. Constę, vel Constantis.
27. SS. Cosmę & Damiani.
28. SS. Cosmę & Damiani, Darii.
29. S. Cyriaci.
30. Cyriaci.
31. SS. Cyri & Joannis.
32. Cyri, Elebichi.
33. S. Demetrii.
34. S. Dii.
35. S. Diomedis.
36. S. Dometii.
37. S. Eleutherii.
38. S. Eudoxii.
39. S. Euphemii.
40. S. Eusebii.
41. S. Eustathii.
42. S. Francisci.
43. S. Georgii in Manganis.
44. S. Georgii, oratorium.
45. S. Georgii, Chalcidę.
46. S. Georgii, in Xylocirco.
47. S. Georgii, in Sycis.

48. S. Gregorii Theologi.
49. SS. Hesperi & Zoes.
50. S. Ignatii.
51. S. Joannis Calybitæ.
52. S. Joannis Chrysostomi.
53. S. Isidori.
54 S. Juliani, Perdix.
55. S. Juliani, Urbicii.
56. S. Juliani, juxta Forum.
57. S. Laurentii in Pulcherianis.
58. S. Laurentii.
59. S. Lazari.
60. SS. Mamantis & Basilisci.
61. SS. Manuel, Sabel & Ismael.
62. S. Menę Martyris.
63. S. Menę & Menęi.
64. S. Metrophanis.
65. S. Mocii.
66. S. Nazarii.
67. S. Nicolai, in Palatio.
68. S. Nicolai, ad Blachernas.
69. S. Nicolai, Basilidę.
70. SS. Nicolai & Augustini.
71. SS. Notariorum.
72. Omnium Sanctorum.
73. S. Panteleemonis.
74. S. Pauli Patriarchæ CP.
75. S. Petri Telonarii.
76. S. Petri, seu Valentis & Daudati.
77. S. Philemonis.
78. S. Phocæ Martyris.
79 S. Pionii.
80. S. Platonis.
81. S. Polyeucti.
82. SS. Probi, Tarachi, & Andronici.
83. S. Procopii Martyris.
84. S. Procopii, Condylion.
85. SS. XL. Martyrum.
86. SS. XL. Martyrum, in Constantianis.
87. S. Romani.
88. SS. Sergii & Bacchi.
89. S. Stephani. in Palatio.
90. S. Stephani. ad Sigma.
91. S. Stephani, Novatianorum.
92. S. Stephani, in Porticu Fori Bovis.
93. S. Stephani, juxta Placidias.
94. S. Stephani, in Aurelianis.
95. S. Stephani, ad Constantianas.
96. S. Stephani, ad Zeugma.
97. S. Stephani.
98. S. Symeonis Cyraconæ.
99. S. Thalassii.
100. S. Theodori, Carbonaria.
101. S. Theodori, Claudii.
102. S. Theodori Tironis.
103. S. Theophylacti.
104. S. Thyrsi.
105. S. Timothei.
106. SS. Timothei & Mauræ.
207. S. Tryphonis, Eubuli.
108. S. Tryphonis, Basilisci.
109. S. Victoris.
110. S. Vincentii.
111. S. Zenobii.

VII. ÆDES SANCTIS VIRGINIBUS ET MARTYRIBUS DICATÆ. *p.* 97.

1. S. Agathę.
2. S. Anastasię, Novatianorum.
3. S. Anastasiæ.
4. S. Annæ in Deutero.
5. S. Annæ in M. Palatio.
6. S. Annæ in Galata.
7. S. Aquilinæ.
8. Aristinæ.
9. S. Barbaræ.
10. S. Claræ.
11. S. Cyriacæ.
12. S. Euphemiæ ad Hippodromum.
13. S. Euphemiæ, Olybrii.
14. S. Euphemiæ in Petrio.
15. S. Euphemiæ ad Neorium.
16. S. Euphrosynæ.
17. S. Helenæ.
18. S. Hermiones.
19. S. Iæ Martyris.
20. S. Irenes juxta ædem Sophianam.
21. S. Irenes, Marciani.
22. S. Irenes Martyris.
23. S. Julianæ, in Petrio.
24. S. Julianæ, ad Strobylum.
25. S. Paraskeves.
26. S. Pelagiæ.
27. S. Photinæ.
28. S. Theclæ in Contariis.
29. S. Theclę in Blachernis.
30. S. Theclæ ad Portum Juliani
31. S. Theodotæ.
32. S. Zenaidis.
33. S. Zoes.

VIII. ÆDES SACRÆ CONDITORUM, AUT URBIS TRACTUS, VELALIO NOMINE DONATÆ. *p.* 105

1. Abibi.
2. Acœmetorum.
3. Ægyptiorum.
4. Aetii.
5. Agalmata.
6. Alexii.
7. Alypii.
8. Anthemii.
9. Monasterii ad Aquæductum.
10. Armenianorum.

11. Aſterii.
12. Auguſtæ.
13. Baſſi.
14. Bethleem.
15. Cænopolis.
16. Cajumæ.
17. Calami.
18. Calliæ.
19. Calliſtrati.
20. Calypa.
21. Cariani.
22. Catharorum.
23. Charſiæ.
24. Chiramas.
25. Chryſonice.
26. Chryſopege.
27. Creticorum.
28. Criſis.
29. Cucorobii.
30. Cyclopum.
31. Cyriotiſſæ.
32. Dalmati.
33. Damiani.
34. Danielis.
35. Deſpotarum.
36. Dexiocratis.
37. Ephori.
38. Eucratadarum.
39. Eutychii.
40. Euthymii.
41. Flori.
42. Galeſii.
43. Gaſtria.
44. Gauræ.
45. Gorgepecum.
46. Hieruſalem.
47. Homonœa.
48. Icaſiæ.
49. Joannis.
50. Joannitzæ.
51. Iſaacii.
52. M. Logariaſtæ.
53. Lycaonum.
54. Manuelis.
55. Maræ.
56. Marathonii.
57. Marci.
58. Maronii.
59. Martinacæ.
60. Matronæ.
61. Maximinæ.
62. Maximi.
63. Mecidium.
64. Metanœa nova.
65. Metanœa altera.
66. Monocaſtanum.
67. Myrelæi.
68. Myroceratum.
69. Neonis.
70. Novum Monaſterium.
71. Olympii.
72. Opænæ.
73. Palæologorum.
74. Patriarchii.
75. Picridii.
76. Procopiæ.
77. Procopiæ.
78. Procopii.
79. Pſamathi.
80. Pſarelæi.
81. Pſomathei.
82. Rabulæ.
83. Romanorum.
84. Romani.
85. Samuelis.
86. Samuelis in Sycis.
87. Severi.
88. Sicellorum.
89. Smaragdi.
90. Spoudæi.
91. Σπιδῆς.
92. Syrorum.
93. Theodori Ægyptii.
94. Theodori in Petrio.
95. Theodori.
96. Theodori.
97. Theodoti.
98. Theophanonis.
99. Theophobiæ.
100. Theoreros.
101. Tzautzæ.
102. Venantii.
103. Xylinitæ.
104. Eccleſiæ quæ ſuperſunt Conſtantinopoli.

IX. XENODOCHIA. p. 113

1. Xenodochium in Deutero.
2. Xenodochium Eubuli.
3. Xenodochium S. Joannis.
4. Xenodochium Cralis.
5. Xenodochium Lybis.
6. Xenodochium in tractu Mabriani.
7. Xenodochium Myrelæi.
8. Xenodochium Narſetis.
9. Xenodochium Samſonis.
10. Xenodochia duo alia.
11. Xenodochia ad Stadium.
12. Xenodochium Theophili.
13. Xenodochium in veteri Petrio.
14. Noſocomium ad Zeugma.
15. Noſocomium ad ædem ſanctorum XL. Martyrum.
16. Noſocomium aliud.
17. Lobotrophium Zotici.
18. Brephotrophium.
19. Orphanotrophium.
20. Gerontocomium.
21. Gerocomium in tractu Armatii.
22. Gerocomium in tractu Pſal-

mathi.
23. Gerocomium aliud.
24. Gerocomium Narſes.
25. Gerocomium Geragathæ.
26. Gerotrophia.
27. Gerocomium juxta M. Eccleſiam.
28. Gerocomium Cariani.
29. Gerocomium Florentii.
30. Gerocomium Dexiocratis.
31. Gerocomium Severi.
32. Gerocomium Anthemii.
33. Gerocomium Cyphe.
34. Ptochotrophium.
35. Pandocheum.

X. SUBURBANA CONSTANTINOPOLIS. p. 116
1. Stenum.
2. Peræa.
3. Antipera.

XI. PALATIA SUBURBANA. p. 117

XII. PALATIA SUBURBANA IN THRACIA. p. 119
1. Palatium Sophianarum.
2. Palatium Peganum.
3. Palatium ad S. Mamantem.
4. Palatium Heracleæ.
5. Palatia ad Argyram paludem.
6. Palatium Aretarum.
7. Palatium ad Aphameam.
8. Palatium Meludiani.
9. Palatium Theodoræ.

XIII. PALATIA SUBURBANA ASIATICA. p. 122
1. Palatium Calchedonenſe.
2. Hereum Palatium.
3. Palatium Jucundianarum.
4. Nicomedienſe Palatium.
5. Palatium ad Damatryn.
6. Palatium Bryantis.
7. Nymphęum.
8. Palatium Pythiorum.
9. Palatium Scutaricum.

XIV. PONS AD URBEM. p. 125

XV. MONASTERIA SUBURBANA. p. 125
1. Ἁγαθῦ.
2. S. Anthimi.
3. S. Callinici.
4. Chenolaccus.
5. Chora.
6. S. Clementis.
7. Clidii.
8. S. Cononis.
9. Conſtantini Magni.
10. SS. Coſmæ & Damiani.
11. S. Cypriani & Juſtinæ.
12. S. Cyriaci.
13. Deiparæ ad Fontem.
14. Deiparæ in Honoratis.
15. Deiparæ ἐν τοῖς Μαραναίου.
16. Deiparæ in Steno.
17. S. Domninæ.
18. Elimorum.
19. Gabrielis.
20. Galacrinorum.
21. S. Hypatii.
22. S. Irenes.
23. Laurentii.
24. Maliliæ.
25. S. Mamantis.
26. S. Mamantis in Sigmate.
27. S. Mauræ Martyris.
28. Metanœæ.
29. S. Michaelis.
30. S. Michaelis in Promoti Suburbano.
31. S. Michaelis Archiſtrategi.
32. S. Michaelis in Anaplo.
33. S. Michaelis in Mochadio.
34. Molibotum Monaſterium.
35. Novem Ordinum.
36. Oſiarum Monaſterium.
37. Pelamydum.
38. S. Phocæ.
39. Quadraginta duorum Martyrum.
40. Saccudiorum.
41. Τῶν Σπειρῶν.
42. Stauracii.
43. Taraſii.
44. S. Theclæ.
45. S. Theodori.
46. S. Theodoſiæ.
47. S. Thyrſi Martyris.

DE

DE PROXIMIS QUATUOR TABELLIS,

quæ Byzantii ſeu Conſtantinopoleos Deſcriptioni præmittuntur.

PRiuſquam Urbis Conſtantinopolitanæ deſcriptionem aggrediar, & ad eam evolvendam, ſi tanti eſt, Lector accedat, pretium operæ viſum eſt præmittere tabellas aliquot, quarum abſque ſubſidio, quæ ex variis ſubinde ſcriptoribus recenſentur, percipere haud omnino promptum ſit. Niſi enim Urbis ipſius & adjacentium locorum, ac ſuburbanorum ſitus ob oculos quaſi proponatur, vix eſt ut in perlegendo qua in parte verſetur, continuo quivis agnoſcat. Contra vero, ut ait Eumenius in Oratione pro reſtaurandis ſcholis, ubi de Tabulis geographicis verba facit, *Manifeſtius oculis diſcuntur, quæ difficilius percipiuntur auditu*, atque adeo lectione. Unde non abs re laudantur veteres illi ejuſmodi πιναχογραφίας repertores, Seſoſtris nempe Ægyptius, & ex Græcis Anaximander, Hecatæus, Democritus, Thales, Eudoxus, aliique, πιναχογραφίας ὀνυχιαίῳ πῃ τάχα τινὶ διαστήματι ἅπειρα περιελίσαντες, ut loquitur Euſtathius in Præfatione ad Dionyſii Alexandrini Περιήγησιν.

Prior igitur ex his Tabellis brevem Boſpori Thracii delineationem complectitur, qualem fere ex Dionyſio Byzantio, antiquo ſcriptore, cujus Græcæ editionis ſpem nobis olim fecerat Lucas Holſtenius, (& cujus fragmentum, qualecumque eſt, ex Codd. Vaticano & Regio mox dabimus) aliiſque ſcriptoribus adornavit Petrus Gyllius: *in qua* ſcilicet, *omnium cum nominibus locorum ſitus, ſpatia, intervalla deſcripta ſunt, quidquid ibi fluminum oritur & conditur, quacumque ſe littorum ſinus flectunt, quo vel ambitu cingit* hanc orbis partem, *vel impetu irrumpit* mare, ut iiſdem pene verbis utar quibus ipſe Eumenius. Atque hæc quidem Tabella eo potiſſimum neceſſaria viſa eſt, tum quod Byzantium, ſeu Conſtantinopolis ad Boſporiani Freti exitum occurrat, tum etiam quod pleraque ad utramque continentem loca paſſim recenſeantur a ſcriptoribus, quorum præcipuas ex veteribus nomenclaturas ſelegimus, cum cæteras apud laudatum Gyllium inſpicere cuivis liceat. Urbem porro ipſam Conſtantinopolitanam in quatuordecim diſpertitam regiones, in quas jam olim diſtributam ſub Imperatoribus Chriſtianis ſuo docemus loco, in ea Tabella deſcripſimus: ad illius veterem Honorio imperante confectam deſcriptionem accommodatam, ex ipſaque & ex Petro Gyllio concinnatam, quarum ſitus abſque hac aut ſimili tabella haud facile quivis aſſequatur.

Ejuſdem Urbis delineationem cum ſuis ædificiis exhibet altera ex MS. Bibliothecæ Regiæ Codice MCCXIV. deſcriptam; in quo continetur Chriſtophori de Bondelmontibus Florentini liber *de inſulis Archipelagi*, quem *ad Cardinalem Jordanum de civitate Rhodi miſit anno Chriſti* 1422. ut eſt in libri exordio, proinde paulo ante expugnatam a Turcis Urbem. Hanc tabellam in æs incidi, & in noſtris ad Hiſtoriam Comnenicam Commentariis edi pridem curaveramus, una cum ejuſdem Bondelmontii Conſtantinopolitanæ Urbis deſcriptione. Sed cum in ea exaranda Archetypum non omnino expreſſiſſet ſcalptor, hanc rurſum accuratiori γραφείῳ recudendam duximus; quæ quidem, craſſiori licet Minerva, & ſitum & loca Urbis exhibeat, habet tamen nonnulla, quæ ad præcipuos deſignandos tractus, ſed & percipiendos non minime conducant. Utinam ſupereſſet *Menſa* illa *argentea, forma quadrangula, deſcriptionem Urbis Conſtantinopolitanæ continens*, quam *inter cætera donaria, Romam ad Baſilicam Beati Petri Apoſtoli deferendam* teſtamento ſuo præcepiſſe Carolum Magnum Imperatorem refert Eginhardus in illius vita: cum longe accuratiorem, & in ea locorum ac tractuum ſitus, iis potiſſimum temporibus, quibus Urbs adhuc florebat, majori fide fuiſſe deſcriptos par ſit opinari.

Binas denique alias Tabellas damus, in quibus Byzantiorum exarantur cuſa olim Nomiſmata, & cum eorum vigebat Reſpublica, & cum Romanis Auguſtis parebat, ad veteris Byzantii colluſtrandas Origines, quas Urbis Conſtantinopolitanæ deſcriptioni præmiſimus, quibus ſubdidimus eorumdem Nomiſmatum deſcriptionem, notatis Gazæis ex quibus deſumpta ſunt.

Hic porro rurſum monendus Lector, inter tot Byzantinæ Hiſtoriæ ſcri-

Theodora Angela Conradi Monferrat. uxor. 166. b
Theodora Aug. Juſtiniani Imp. conjux. 79. a
Theodora Aug. Juſtiniani Rhinotmeti uxor. 103. b
Theodora Leonis Armenii Imp. uxor. 110. a
Theodora Aug. Romani Lacapeni Imp. uxor. 123. a
Theodora Cantacuzena Matthæi Imp. filia. 211. a
Theodora Cantacuzena Nicephori Ducæ uxor. 210. b
Theodora Cantacuzena Orchanis uxor. 210. b
Theodora Chriſtophori filii Conſtant. Copronymi uxor. 115. b
Theodora Comnena Alexii Imp. filia. 149. a 165. b
Theodora Comnena Iſaacii filia. 152. b
Theodora Comnena Leonis Diogenis uxor. 145. b
Theodora Conſtantini Chlori Imp. uxor. 32. b
Theodora Ducæna Conſtantini Ducæ Imp. filia. 136. b
Theodora Joannis Cantacuzeni Imperat. mater. 209. b
Theodora Joannis Zimiſcæ Imp. uxor. 129
Theodora Laſcarina Regina Bulgariæ. 250. b
Theodora Michaelis Palæologi Imp. uxor. 190. b
Theodora Palæologina Michaelis II. Imp. filia. 193. b
Theodora Porphyrogenita Aug. 122. b
Theodorus Angelus Andronici filius. 166. 169. b
Theodorus Branas. 175. b
Theodorus Cantacuzenus. 209. a
Theodorus Curopalata. 100. a
Theodorus Palæologus Andronici Jun. Imp. filius. 193. a 194. b
Theodorus Palæologus Michaelis Imp. filius. 192. a
Theodorus Tzirus Juſtiniani Imperator filius. 80. a
Theodoſia Auguſt. Leonis Armenii Imp. uxor. 110. a
Theodoſius Comes. 58. a
Theodoſius Heraclii Aug. filius. 101. a
Theodoſius Jun. Imp. 57. b
Theodoſius Leonis Armenii Imp. filius. 110. b
Theodoſius M. Imp. 58. 59. a
Theodoſius Mauricii Imp. filius. 89. a
Theodoſius Placidiæ filius. 59. a
Theophano Aug. Stauracii Imp. uxor. 108. b
Theophano Michaelis Rhangabe Imperat. filia. 109. b
Theophano Nicephori Phocæ Imp. uxor. 126. a
Theophilus Imp. 112. a
Theophobus Patricius. *ibid.*
Theophylactus Michaelis Rhangabe Imp. filius. 109. a
Theophylactus Michaelis Rhangabe Imp. pater. *ibid.*
Theophylactus Patr. CP. 124. b
Thermantia Aug. Honorii Imp. uxor. 58. b
Thermantia Theodoſii M. Imp. mater. 56. a
Thiomirus Rex Bulgariæ. 248. a
Thomas Cantacuzenus Joannis Imperat. filius. 210. b
Twartcus Boſinæ Banus. 234. b
Thwartcus Boſinæ Rex. 256. a b
Thwartcus Scurus Boſinæ Rex. 257. a
Tiberius Apſimarus Imp. 103. a
Tiberius Conſtantis Imp. filius. 102. b
Tiberius Juſtiniani Rhinotmeti filius. 103. b
Tiberius Mauricii filius. 89. a
Tiberius Thrax Imp. 85. a
Tirpimirus Croatiæ Princeps. 232. a
Tollenus Chelmenſis. 266. b
Totila. 220. a
Tzeſthlavus Serviæ Princeps. 219. a
Tzutzemirus Trebinenſis Princeps. 218. b

V

Valens Imp. 47. b
Valentinianus Junior Imp. 46. a
Valentinianus M. Imp. 46. a
Valentinianus III. Imp. 59. b
Valentinianus Valentis Imp. filius. *Vide in Addit.*
Vaſſalorum Familia. 207. b
Verdena Nicephori Botaniatæ uxor. 137. b
Verina A. Leonis M. uxor. 63. 64. a
Vetranio Imp. 26. b
Ugglieſca. 230. a
Vigilantia Juſtini Imp. ſoror. 78. b
Vigilantia Juſtiniani Imp. ſoror. 81. a
Uladamus Serviæ Princeps. 221. a
Uladimirus I. Serviæ Princeps. 223. b
Uladimirus II. Serviæ Princeps. 226. a
Uladislavus Bulgariæ Rex. 231. b
Uladislavus Serviæ Princeps. 221. b
Uladislavus Serviæ Rex. 231. b
Ulatcus Comes Chelmenſis. 266. a
Voinus Comes Uſcienſis. 269. a
Voiſava Scanderbegi filia. 268. b
Voiſaus Comes Uſcienſis. 269. a
Voiſſava Stephani Ducis S. Sabæ uxor. 265. a
Vorylas Bulgariæ Rex. 249. b
Voryzes Bulgariæ Rex. 243. b
Uroſius, vel Uroſcus, Serviæ Rex. 230. a
Uroſius ſanctus Serviæ Rex. *ibid.* b
Uroſius Serviæ Imp. 230. b
Vucaſcinus Serviæ Rex. 230. a
Vucmirus Boſinæ Princeps. 254. a
Vuitices Rex Gothorum.
Vuk Hrana. 264. a
Vukichus Banus Boſinæ. 256. a
Vukoſana Miloſci uxor. 260. a
Vukus Bukovitzius. 259. b
Vukus Serviæ Deſpota. 262. b
Vulcus, ſeu Vulcanus, Serviæ Rex. 225. 229. b
Vutlacus. 264. a

X

Xene Armenia Michaelis Palæologi Imper. uxor. 193. a

Z

Zabiſclaus Boſinæ Banus. 225. a
Zacharias Serviæ Princeps. 219
Zampia Palæologina. 199. b
Zarcus Deanovichius. 267. b
Zariza Uroſii Serviæ Regis filia. 130. b
Zenonia Baſiliſci Imp. uxor. 64. a
Zoe Auguſta. 119. 122. b
Zoe Ducæna. 136. 169. a
Zoe Palæologina Joannis Baſilidis Magni Moſcoviæ Ducis uxor. 202. b
Zuentibolcus Moraviæ Princeps. 221. a
Zuietiza Boſina Regina. 256. b
Zuinimerus Serviæ Princeps. 222. b

FINIS.

CONSTANTINOPOLIS CHRISTIANA,

SEU

DESCRIPTIO URBIS

SUB IMPERATORIBUS CHRISTIANIS

Cum figuris Templi S. Sophiæ & aliis.

ACCEDUNT

ADDITAMENTA AD EAMDEM CONSTANTINOPOLIM CHRISTIANAM:

Itemque de Hebdomo Conſtantinopolitano

DISQUISITIO TOPOGRAPHICA.

LIBRI QUATUOR.

seu XXII. ut habet a Anonymus Combefisianus. *col.* 2. *lin.* 25. *post*, tradit. *adde*. b Anonymus vero Combefisianus in eodem Leone annos XXV. menses VIII. *Et lin.* 30. *post*, a Basilio, *adde*, anno Imperii Basilii V. c

Pag. 120. *col.* 1. *lin.* 22. *a fine post*, scriptores. *adde*. Et revera d Symeon Logotheta natum Constantinum anno XX. Leonis tradit. *Lin.* 18. *post*, Patriarcha, *adde*, in sancto Theophaniorum die e *Et post*, LIV. *adde*, vel ut habet idem f Anonymus.

Pag. 121. *col.* 1. *lin.* 27. *a fin. post*, dicetur, *scribe*, de Anastasii natalibus longe aliter scribit g Anonymus Combefisianus, aitque ex nobili ortam familia, ac Crateri fuisse filiam.

Pag. 122. *col.* 1. *post*, &, *adde*, non multo post a Polyeucto Patriarcha in sanctæ Sophiæ ambone augustali corona donatus h. *Edit. Paris. pag.* 364.

Pag. 124. *col.* 1. *post*, extincta, *subde*, XI. Februarii. *Ibidem col.* 2. *post*, ætatis. *scribe*, Tradit i Anonymus Combefisianus hunc a Constantino Porphyrogenito deinceps castratum, ac Patricii & Præpositi Cubiculi dignitate donatum. *Et lin... post*, DCCCCXXVII. *subde*, Indict. X. mensis Febr. die XX. ut est apud k Anonymus Combefisianum.

Pag. 124. *col.* 2. *post*, Grammaticus, *adde*, l Anonym. Combefis. *Ibid. l.* 8. *post*, pag. 631. *adde*, m Anonym. in Lacapeno. *Lin.* 9. *post*, DCVII. *adde*, de Joannis Curcuæ gestis libros VIII. scripsit Manuel Protospatharius, ut auctor est n Anonymus in Romano Lacapeno. *Et l.* 14. *post*, DCXXX. *adde*, o Anonymus Combefis.

Pag. 135. *col.* 2. *lin.* 32 *post*, dicitur, *subde*, nescio porro an ad aliam Eudociam referri possit spissum opus, quod servatur in Bibliotheca Colbertæa, hocce titulo, Εὐδοκίας τῆς Μακρεμβολιτίσσης Βασιλίδος Κωνσταντινουπόλεως Ἰωνια, ἤ σωαγωγὴ Θεῶν, Ἡρώων τε καὶ Ἡρωϊνῶν, καὶ τῶν περὶ αὐτῶν μεταμορφώσεων, &c. ὡρὸς τὴ βασιλέα Ρωμαιὸν τὸ Διογένη, Νικητὴν, Τροπαιοῦχον.

Pag. 145. *col.* 1. *lin.* 32. *post*, Theodosius Melissenus, *adde*, cognomento Cassiteras p.

Pag. 147. *col.* 2. *lin.* 11. *dele* Kal. & *scribe*, XI. die Decembris Sabbato, sub diluculum.

Pag. 167. *col.* 2. *lin.* 28. *post*, colligere est. *adde*, At auctor Catalogi MS. Imperatorum Constantinopolitanorum regnasse ait ann. IX. & dies XX. Alexium vero Murtzuphlum menses II. dies X. hoc est ad diem captæ a Francis Constantinopolis XII. April. an. MCCIV. unde conficeretur Murtzuphlum diadema occupasse demum XXII. Februarii.

Pag. 182. *col.* 1. *lin.* 22. *post*, impetraret. *scribe*, Cæterum regnasse dicitur menses IV. dies XV. in Catalogo MS. Imperatorum Constantinopolitanorum, unde conficitur parentem XVI. Augusti: siquidem Imperatorium usurpavit diadema Michael Palæologus Kal. Jan. an. MCCLIX.

Pag. 190. *col.* 2. *lin.* 12. *scribe*, MCCLIX. *Et lin.* 20. cum imperasset, *dele* reliqua, & *scribe*, annos XXIII. menses XI. dies XI. ut recte observatur in Catalogo MS. Imperatorum Constantinopolitanorum.

Pag. 193. *col.* 2. *lin.* 27. *scribe*, obiit XV. Junii.

Pag. 120. *col.* 1. *lin.* 1. *post*, dixit. Hujus porro Zoes Augustæ nuper defunctæ Photinus Protospatharius & Thematum Orientalium Dux, φροπάπωσε dicitur q Continuatoti Theophanis, qui a Michaele Balbo in Saracenos Cretenses missus a Michaele Balbo, ab iis fusus est: Neque enim id ad priorem Zoen referendum putaverim.

Pag. 122. *col.* 2. *lin.* 8. *scribe*, VI. ZOE, cujus meminit Anonymus Combefisianus in r Porphyrogeniti Vita. *Ibid. post lin.* 9. *adde*, VI. AGATHA, cujus meminit idem f Anonymus.

Pag. 123. *col.* 2. *lin.* 97. *post* IX. *scribe*, seu XV. ut habet Anonymus Combefisianus.

Pag. 200. *col.* 2. *lin.* 10. Hic omissa Constantini Palæologi postremi Imperatoris imago, quam ad Dissertationem de Nomismatibus inferioris imperii delineari curavimus.

a *num.* 1.
b *num.* 1.
c *Symeon Logoth. in Basil. n.* 21.
d *Anonym. Combefis. in Lecapeno num.* 17.
e *idem Logoth.*
f *num.* 54.
g *in Porph. n.* 29.
h *Anon. Combefis. in Rom.* 6.
i *num.* 40.
k *num.* 9.
l *num.* 31.
m *num.* 42.
n *num.* 41.
o *num.* 40.
p *Contin. Theoph. l.* 1. *n.* 12.
q *lib.* 2. *n.* 22.
r *num.* 40.
f *num.* 40.

INDEX
AD
FAMILIAS BYZANTINAS,
DALMATICAS, SCLAVONICAS,
TURCICAS.

Littera A *columnam primam*, B *ſecundam denotat*.

A

ADRIANUS Comnenus Protoſebaſtus. 144. a
Adrianus Comnenus Sebaſtus. 146. a
Ægatharina uxor Iſacii Comneni Imp. 143. b
Agatha Leonis Argyri uxor. 124. b. 130. a
Alexander Rex Serviæ. 252. a
Alexander Comnenus Imp. Trapezuntinus. 160. b
Alexius Angelus Comnenus Imp. 168. a
Alexius Angelus Imp. Iſaacii filius. 167. b
Alexius Branas. 175. a
Alexius Catacalo. 148. b
Alexius Comnenus. 147. a
Alexius Comnenus Dux Dyrrachii. 146. a
Alexius Comnenus Imp. 147. a
Alexius Comnenus Imp. Trapezuntinus. 159. b
Alexius Draco Comnenus. 164. a
Alexius Ducas. 139. a
Alexius Ducas Murtzuphlus Imp. *ibid.*
Alexius Ducas Philanthropenus. *ibid.* b
Alexius Laſcaris. 180. a
Alexius Moſeles gener Theophili Imp. 113. a
Alexius Palæologus Exemplacon. 206. a
Alexius Raules. 171. a
Alexius Vatatzes. 181. a
Almericus Rex Dalmatiæ. 233. b
Almus Rex Croatiæ. 234. a
Alphonſus Caſtriotus Marchio S. Angeli. 271. a
Alta dona Angela. 154. a
Aluſianus Rex Bulgariæ. 248. a
Alzeco Bulgariæ Rex. 239. b
Amedea Palæologina Regina Cypri. 204. b
Anaſtaſia filia Theodoſii Imp. 113. a
Anaſtaſia ſoror Theodoræ Aug. 79. b
Anaſtaſia uxor Conſtantini Barbati Imp. 102. b
Anaſtaſia uxor Heraclii Conſtantini Imp. 102. a
Anaſtaſia uxor Pompeii. 69. a
Anaſtaſius Conſul. *ibidem*
Anaſtaſius Imp. 68. a
Andreas Angelus. 173. a
Andreas Dux Sclavoniæ. 235. b
Andreas Palæologus Deſpota, Thomæ filius. 202. a
Andreas Palæologus, Manuelis filius. *ibidem* b
Andreas Palæologus, Menſæ Præfectus. 206. a
Andreaſcus Vucaſcini filius. 230. b
Andronicus Angelus. 166. a
Andronicus Bryennius. 148. a
Andronicus Catacalon. *ibid.* b
Andronicus Cantacuzenus. 269. a
Andronicus Comnenus. 148. a
Andronicus Comnenus Sebaſtocrator. 147. a
Andronicus Ducas. 134. b
Andronicus Ducas Proedrus. 138. b
Andronicus Ducas alter. 139. a b
Andronicus Euphorbenus. 148. b
Andronicus Laſcaris. 180. a
Andronicus Palæologus junior Imp. 193. b
Andronicus Palæologus Senior Imp. 192. a
Andronicus Palæologus Stratopedarcha. 206. a
Andronicus Palæologus Theſſalonicæ Deſpota. 198. b
Andronicus Vatatzes. 181. c
Angelina Brankovitzia mater Mariæ Montiſferati Marchioniſſæ. 262. b
Angelina Duciſſa Joanninæ. 268. a
Angelina Stephani Deſpotæ Serviæ uxor. 262. a
Anna Alenconia. 205. b
Anna Angela Guill. de Villaharduini uxor. 171. a
Anna Cantacuzena uxor Stephani Ducis S. Sabæ. 264. b
Anna Comnena Cæſariſſa filia Alexii Imp. 147. b
Anna Comnena Theodori Laſcaris Imp. uxor. 178. b
Anna Comnena uxor Iſaacii Comneni Sebaſt. & Theodori Laſcaris Imp. 168. b
Anna Ducæna. 136. b 138. b
Anna Hungarica, Andronici Palæologi Imp. uxor. 192. b
Anna Leonis Iſauri filia, Artabaſdi Aug. uxor. 105. a
Anna Palæologina. 171. b
Anna Palæologina, Michaelis II. Imp. filia. 193. b
Anna Palæologina, Michaelis Cotrulæ uxor. 192. a
Anna Stephani filii Lacapeni uxor. 124. a
Anna Sabauda, Andronici Palæologi Junioris Imp. uxor. 194. b
Anna Theophili Imp. filia. 113. a
Annibal Palæologus. 207. a
Anſelmus de Cahieu. 179. b
Anthemius Imp. 63. b 64. a
Anthuſa. 106. a
Antigonus Domeſticus filius Bardæ Cæſaris. 114. a
Antonius Caſtriotus Dux Ferrandinæ. 271. a
Arabia Juſtini Junioris Imp. filia. 81. b
Arcadia, Arcadii Imp. filia. 57. b
Ardaburius. 64. b
Areobindus. 60. b
Areobindus Patricius. 81. a
Argentina uxor Theodori Palæologi, Marchionis Montisferrati. 205. a
Argyri Italici. 131. b 132. a *ibid.* b
Argyrizzus. 132. b
Ariadna filia Leonis M. 64. a
Ariadna Aug. Anaſtaſii Imp. uxor. 68. a
Artabaſdus Imp. 105. a
Aſaner Bulgariæ Rex. 240. a
Aſan Rex Bulgariæ. 248. a
Aſpar Patricius. 64. b
Aſparuch Bulgarorum Dux. 239. b
Ataulphus. 58. b
Athalaricus Rex Gothorum. 76. b
Athenais. 58. a
Auguſtina filia Heraclii Imp. 101. b
Azatinus Sultanus Iconienſis. 276. a *ibid.* b
Azavina uxor Demetrii Palæologi. 297. b.

B

BAduarius Juſtini Junioris Imp. gener. 81. b.
Baduela Rex Gothorum.
Badurius, ſeu Baduarius, Juſtini Junioris frater. 81. a
Bagoris Bulgariæ Rex. 242. b
Baianus. 244. b

Baldimerus Bulgariæ Rex. 242. a
Balduinus III. Rex Hieroſ. 152. b
Balſa Comes Zentæ. 260. a
Bardanes Imp. 103. a 127. c
Bardas Cæſar. 114. a
Bardas Patricius, pater Leonis Armenii Imp. 110. a
Bardas Phocas. 125. a 126. b
Bardas Phocas Nicephori Imp. filius. 126. a
Bardas Sclerus. 129. a
Barnimirus. 223. b
Bartholomæa uxor Theodori Palæologi. 196. b
Baſilina uxor Conſtantini Nobiliſſimi. 37. b
Baſiliſcus Imp. 64. a
Baſilius Argyrus. 130. a
Baſilius Bulgariæ Dux. 248. b
Baſilius Comnenus II. & III. Impp. Trapezuntini. 159. b & 160. a
Baſilius Leonis Armenii Imp. filius. 110. a
Baſilius Romani Lacapeni filius nothus. 124. b
Baſilius Sclerus. 129. a
Baſilius Vatatzes. 166. a
Bathajas Bulgarorum Rex. 239. b
Bathanarius Comes Africæ. 61. b
Bela Rex Hungariæ & Dalmatiæ. 235. b
Bela vel Beluſes Serviæ Princeps. 227. b
Bernarda de Broſſia Marchioniſſa Montisferrati. 205. a
Bernardus Caſtriotus. 271. b
Biſſypatorum familia, 207. a
Stemma. *ibid. & ſeq.*
Bladinus Serviæ Princeps. 22. a
Blanca Palæologina Duciſſa Sabaudiæ. 205. a
Blaſtemirus Serviæ Princeps. 218. a
Boccalii. 272. a b
Bodinus Rex Dalmatiæ. 248. b
Boeſilaus Serviæ Rex. 251. b
Boiſeſthlavus Serviæ Princeps. 218. a
Bonifacius Palæologus Marchio Monferrat. 205. a
Boraides Juſtiniani Imp. ex fratre nepos. 82. a
Borena. 218. b
Borichus Boſinenſis Banus. 254. b
Boriſes Rex Bulgariæ. 245. b
Borna. 231. b
Braicus Chelmenſis. 266. b
Brancus Chelmenſis. *ibid.*
Branimirus Comes. 223. b
Branus. 218. b
Bryenniorum Stemma. 142. b
Budimirus Boſinenſis Banus. 254. a
Budimirus Serviæ Princeps. 221. b
Buſa Bulgarorum Dux. 239. a

C

Caichoſroes Sultanus Iconienſis. 275. a
Calamanus Laſcaris. 179. b
Calomanus Dux Sclavoniæ. 235. a
Calomanus Rex Bulgariæ. 250. a
Calomanus Rex Dalmatiæ. 230. b
Cardamus Bulgariæ Rex. 241. a
Caroſa Valentis Imp. filia. 47. b
Cantacuzenorum Stemma. 208. a
Catharina Regina Boſinæ. 257. b
Catharina uxor Conſtantini Palæologi Imp. 201. a
Catharina uxor Thomæ Palæologi. 202. a
Catharina uxor Ulrici Comitis Cilei. 262. a
Couratus Bulgarorum Rex. 239. b
Charanimirus Serviæ Princeps. 222. a
Charito filia Tiberii Imp. 85. b
Childericus Rex Francorum.
Choſroes Perſarum Rex. 89. b
Chriſmerius Serviæ Princeps. 222. b
Chriſtodorus. 88. a
Chriſtophorus Conſtantini Copronymi filius. 105. b
Chriſtophorus Imp. 124. b
Chrovatus Bulgarorum Rex. 239. b
Chrovatus. 231. a
Ciaslavus Serviæ Princeps. 222. a
Clapenus. 268. a
Claudius Imp. 32. a
Cleopa uxor Theodori Palæologi. 198. b
Cleopatra filia Mauricii Imp. 89. a
Clitziaſthan I. Sultanus Iconienſis. 274. b
Clitziaſthan II. Sultanus Iconienſis. *ibid.*
Clitziaſthan III. Sultanus Iconienſis. 275. a
Clonimirus. 218. b
Clucas Croatus. 231. a
Coia Muſacorum Princeps. 230. b
Colomanus Serviæ Princeps. 222. b
Comito ſoror Theodoræ Aug. 79. b
Conradus Montferratenſis. 166. b
Conſtans ex Heracliana familia. 102. a
Conſtans Imp. filius Conſtantini Magni.
Conſtans Laſcaris. 179. b
Conſtantia filia Conſtantini M. 35. b
Conſtantia, ſeu Conſtantina, Licinii Imp. uxor. 33. b
Conſtantia uxor Gratiani Imp. 47. b
Conſtantina uxor Hannibaliani, deinde Conſtantii Cæſaris. 35. b. 37. b
Conſtantina uxor Mauricii Imp. 85. b
Conſtantinus Acropolita. 209. b
Conſtantinus Angelus. 166. b. 169. a
Conſtantinus Angelus Sebaſtocrator. 166. a
Conſtantinus Angelus Alexii Comneni Imp. gener. 165. b
Conſtantinus Barbatus Imp. 97. a 102. b
Conſtantinus Bodinus Rex Bulgariæ. 248. b
Conſtantinus Bulgariæ Rex. 250. b
Conſtantinus Carentenus. 131. a
Conſtantinus Caſtriotus. 270. a
Conſtantinus Catacalon. 149. a
Conſtantinus Chelmenſis Comes. 266. a
Conſtantinus Comnenus Sebaſtus. 146. a
Conſtantinus Copronymus Imp. 105. a
Conſtantinus Diogenes. 130. b
Conſtantinus Diogenes Bulgariæ Dux. 247. b
Conſtantinus Dragazes Macedoniæ Princeps. 267. b
Conſtantinus Ducas Imp. 134. & 135. a
Conſtantinus Ducas Porphyrogenitus. 136. a
Conſtantinus Ducas Andronici filius. 134. a
Conſtantinus Ducas Porphyrog. filius Michaelis Imp. 137. a
Conſtantinus Ducas Proedrus. 138. a
Conſtantinus Euphorbenus. 148. b
Conſtantin. filius Conſtantii Chlori ex Theodora. 33. b
Conſtantinus Gabras. 148. b
Conſtantinus Jaſita. 149. a
Conſtantinus Irenes filius Imp. 106. b
Conſtantinus Junior Imp. 35. b
Conſtantinus Laſcaris. 180. a
Conſtantinus Macroducas. 152. b
Conſtantinus Magnus Imp. 33. b
Conſtantinus Monomachus. 122. b
Conſtantinus Palæologus Deſpota. 192. b
Conſtantinus Palæologus filius Michaelis Imp. 191. b
Conſtantinus Palæologus Imp. 200. a. 207. a
Conſtantinus Palæologus Protoſebaſtus. 206. a
Conſtantinus Philoſophus. 221. a
Conſtantinus Phocas. 125. b
Conſtantinus Serviæ Princeps. 225. a
Conſtantinus Theophili Imp. filius. 112. b
Conſtantius Chlorus Imp. 32. b
Conſtantius filius Conſtantini M. Imp. 36. a
Conſtantius Imp. Placidiæ maritus. 59. a
Contragus Bulgarorum Dux. 239. b
Corducuva Rex Bulgariæ. 251. a
Cormeſius Bulgariæ Rex. 240. b
Coſmania Germani Patricii uxor. 83. b
Crainanus Trebinienſis Banus. 218. b
Crepimirus Serviæ Princeps. 222. a
Creſcimirus Boſinenſis Princeps. 254. b
Creſimirus Croatiæ Princeps. 232. a

Crefimirus II. Croatiæ Rex. *ibid.*
Crefimirus III. Croat. Rex. 233. a
Crifpus Cæfar. 32. a
Crifpus Claudii Imp. frater. *ib.* b
Crifpus Patricius Phocæ A. gener. 93. b
Crumus Bulgariæ Rex. 241. a
Culinus Bofinæ Banus. 254. b
Cyrillus & Methodius. 221. b

D

Dagalaifus. 60. b
Damiana Mauricii A. foror.
Damianus Dalaffenus Bulgariæ Dux. 248. b
David Comnenus Imp. Trapezuntinus. 160. b
David filius Heraclii Imp. 101. b
Decentius Cæfar.
Delmatius Cæfar. 36. b 37. a
Demetrius Angelus Comnenus. 170. a
Demetrius Angelus Comnenus alter. 171. a
Demetrius Branas. 154. b 175. a
Demetrius Cantacuzenus Sebaftocrator. 211. a
Demetrius Lafcaris. 179. b
Demetrius Monferratenfis. 169. b
Demetrius Palæologus Dermocaita. 206. b
Demetrius Palæologus Joannis Imperator. filius. 197. a
Demetrius Palæologus Manuelis Imper. filius. 199. a
Demetrius Palæologus Defpota Andronici Imp. filius. 193. a
Demetrius Suinimirus Croatiæ Rex. 233. b
Defes Serviæ Princeps. 228. a
Defpoena uxor Sifmanni. 255. b
Diana Illyrica. 256. a
Dircislavus Dalmatiæ Princeps. 232. b
Dishypati. 207. a b
Ditzengus Bulgariæ Rex. 242. a
Dobroinus. 266. b
Dobroslavus Serviæ Princeps. 224. a. 226. a
Dobruni Bulgariæ Rex. 240. a
Domentia Phocæ A. filia. 93. b
Domentiolus Phocæ A. frater. *ib.* a
Dominicus Monfcilus. 230. b
Dominicus Silvius Dux Venetiarum. 136. b
Doncomus Bulgariæ Rex. 242. a
Donica uxor Scanderbegi. 270. b
Dorothea Bofinæ Regina. 256. b
Dragafes. 267. a
Draggo Bulgarorum Dux. 239. a
Draghimirus Serviæ Princeps. 224. a
Draghina Serviæ Princeps. 227. a
Dragutinus Rex Serviæ. 230. a
Drymys Lafcaris. 179. b
Ducagini. 240
Ducas Dux Joanninæ. 268. a
Dulciffimus Vigilantiæ maritus. 81. a

E

Elizabet Palæologina. 204. b
Elizabeta Alexii Spani uxor. 262. a
Elizabeta Georgii Serviæ Defpotæ uxor. *ib.*
Elizabeta Guillelmi Palæologi Marchionis Montisferrati uxor. 205. a
Elizabeta Urofii Serviæ Imp. uxor. 230. b
Emanuel Comnenus. 163. b
Epicernus. 268. a
Epiphania Heraclii Imp. filia. 101. a
Epiphania Heraclii patrui uxor. 100. a
Ermenaricus. 64. b
Eucherius Stilichonis filius. 65. b
Eudæmo-Joannes. 207. b
Eudocia Aug. Theodofii Junior. uxor. 53. 58. *utrobique* a.
Eudocia Auguſta Valentiniani III. uxor. *ibid.*
Eudocia Auguſta Conſtantini Copronymi uxor. 105. b
Eudocia Auguſta Michaelis Imperatoris uxor. 113. b.
Eudocia Comnena Alexii Imperatoris filia. 149. a
Eudocia Comnena Andronici filia. 168. b
Eudocia Comnena Guillelmi Ducis Montiſpeſſulani uxor. 153. b
Eudocia Comnena Zetinis uxor. 160. b
Eudocia Conſtantini Ducæ Imp. & Romani Diogenis uxor. 135. a
Eudocia Heraclii Imp. filia. 100. a
Eudocia Heraclii Imp. uxor. 101. a
Eudocia Neocæſarita Conſtantini Palæologi uxor. 192. b
Eudocia Palæologina Baſilii Imp. Trapezuntini uxor. 195. a
Eudocia Valentiniani III. filia. 59. b
Eudoxia Laſcaris Roberti Imperat. CP. uxor. 179. a
Eudoxus Conſtantini Copronymi filius. 106. a
Eugenia Cantacuzena. 260. a
Eugenius Imp. 49. b
Euphemia Anthemii Imp. uxor. 57. b
Euphemia Auguſta Juſtini Thracis uxor. 78. a
Euphemia Leonis Imp. foror. 64. a
Euphroſyne filia Conſtantini Irenes filii Imperat. 112. a
Euphroſyne Romani Lacapeni uxor. 124. a
Euphroſyne Palæologina. 192. a
Euſebia Auguſta Conſtantii Imperatoris uxor. 36. a
Euſtathius Argyrus. 130. a
Eutropia Nepotiani uxor. 32. a
Eutropius Mariæ ſororis Heraclii maritus. 100. a

F

Fabia Eudocia uxor Heraclii Imperatoris. *ibid.* b
Fabius Heraclii A. filius. 101. a
Fauſta A. uxor Conſtantini M. 35. a
Fauſtina Auguſta uxor Conſtantini Imperatoris. 36. b
Febronia filia Heraclii Aug. 101. b
Ferdinandus Caſtriotus Dux S. Petri in Galatina. 270. b
Flaccilla Arcadii Imp. filia. 57. a
Flaccilla Theodoſii Magni Imperatoris uxor. 56. b
Flaccilla Theodoſii Junioris Imperatoris filia. 58. a
Flaminius Palæologus. 205. b
Flavia uxor Heraclii Imp. 100. a
Flavius Heraclii A. filius. 101. a
Florus Exconſul. 100. a
Franciſcus Gattiluzius. 195. a

G

Gabriel Rex Bulgariæ. 246. b
Gajazadinus Sultanus Iconienſis. 276. a
Galates, ſeu Gallus filius Valentis Imp. 60. *Vide in Addit.*
Galla Conſtantii Nobiliſſimi uxor. 37. b
Galla Placidia A. 53. 56. b
Gallus Cæſar, 37. b
Georgius Branas. 175. a
Georgius Bryennius. 148. b
Georgius Catacalon. *ibid.*
Georgius Cantacuzenus. 211. a
Georgius Caſtriotus Scanderbegus. 270. a
Georgius Comnenus Protoveſtiarius. 160. a
Georgius Euphorbenus. 148. b
Georgius Lacapenus. 115. b
Georgius Palæologus. 206. a b
Georgius Palæologus de Biſſipato. 207. b

Georgius Serviæ Despota. 260. b
Georgius Serviæ Princeps. 226. b
Georgius Serviæ Atchiepiscopus. 262. b
Georgius Strascimirus Comes Zentæ. 267. *in indice stemmatis*.
Georgius Terter I. Rex Bulgariæ. 251. a
Georgius Terter II. Rex Bulgariæ. *ib.* b
Georgius Vukovitzius. 131
Georgius Zarnovichius. 268. b
Germanus Cæsar gener Tiberii Thracis Imper. 85. b
Germanus Patricius Justiniani ex fratre nepos. 82. a
Gisla filia Pipini Regis. 106. b
Glycerius Imp. 63. b
Godemirus Croatiæ Princeps. 232. b
Goica Vucassini frater. 160. b
Goinicus Serviæ Princeps 218. b
Gordia Mauricii A. soror. 88. a
Gorgon filia Michaelis Rhangabe Imp. 109. b
Grata filia Valentiniani A. 46. b
Gratianus Funarius. *ib.* a
Gratianus Imp. 47. a
Gregoras Ducas. 134. b
Gregoras Patricius. 100. a
Gregoria uxor Heraclii Constantini Augusti. 102. a
Gregorius Comes Maritimus. 236. a
Gregorius Dalmatiæ Comes. *ib.* d
Gregorius Gabra. 146. b
Gregorius Heraclii Imperatoris frater. 100. a 103. b
Gregorius Leonis Armenii Imperatoris filius. 110. b
Gregorius Palæologus Mamonas. 206. b
Grifeorum familia Sicula. 126. b
Gruba Regina Bosinæ. 257. a
Grubessa Serviæ Princeps. 226. b
Guhz Bulgariæ Dux. 248. b
Guillelmus Palæologus. 203. b
Guillelmus Palæologus Marchio Monferratensis. 204. a
Gurdia Mauricii A. affinis. 68. a

H

HAnnibalianus Rex Ponti. 36. b. 37. a.
Harvoja Dux Spalati. 261. a
Helena Angela Manfredi Regis Siciliæ uxor. 171. a
Helena Augusta Constantii Imperatoris uxor. 33. a
Helena Augusta Juliani Imperatoris uxor. 35. b
Helena Bosinæ Regina. 256. b
Helena Crispi Cæsaris uxor. 33. b
Helena Constantini Porphyrogeniti Aug. uxor. 138. a
Helena de Brossia Marchionissa Monferratensis. 205. a
Helena filia Michaelis Balbi Imp. 112. a
Helena Joannis II. Regis Cypri uxor. 198. b
Helena Joannis Palæologi Imperatoris uxor. 191. & 210. *utrobique* b
Helena Justini Imp. neptis. 79
Helena Manuelis Palæologi Imperatoris uxor. 198. b
Helena Palæologina Lazari Despotæ Serviæ uxor. 202. & 262. *utrobique* b
Helena Regina Croatiæ & Dalmatiæ. 233. b
Helena Stephani Ducis S. Sabæ uxor. 230. & 264. *utrobique* b
Helena Stephani Dusciani Serviæ Imper. uxor. 232. b
Helena Vucassini Regis Serviæ uxor. 230
Heraclianus Comes Africæ. 61. a
Heraclius Constantinus Imp. 101. b
Heraclius Edessenus. 100. a
Heraclius filius Constantis Imp. 102. b
Heraclius Imp. 100. b
Heraclius Patricius. *ib.* a
Heraclius qui & Constans Imp. 102. a
Heraclius, seu Heracleonas Imp. 101. a
Hieronymus Angelus. 173. b
Hilarius Doria. 199. b
Hildericus. 55. a
Honoria. 60. a
Honorius Comes Africæ. *ib.* b
Honorius Imp. 58. a
Hralimirus Serviæ Princeps. 223. b
Hypatius. 68. b
Hypomene uxor Manuelis Palæologi Imperat. 198. b

I

JAllisa Bosinæ Regina. 256. b
Jaquintha. 223. b. 226. a
Jaquintus Argyrus. 132. b
Jelena uxor Garæ. 259.
Jeliza Regina Bosinæ. 257. a
Jellina Regina Bosinæ. *ibid.*
Jelliza Harvojæ Ducis Spalati uxor. 263. b
Ignatius Patriarcha CP. 109. b
Joanna Barrensis uxor Theodori Palæologi Marchionis Monferratensis. 204
Joanna Palæologina Marchionissa Saluciensis. 255. a
Joanna Sabauda Andronici Palæologi Imp. uxor. 194. b
Joannes Anastasii Augusti ex fratre nepos. 69. a
Joannes Andreas Angelus. 174. b
Joannes Angelus Andronici filius. 166. b
Joannes Angelus Comnenus Ducas. 171. a. b. 172. a
Joannes Angelus Comnenus Imp. 170. a
Joannes Angelus Comnenus nothus. 171. b
Joannes Angelus Constantini filius. 168. a
Joannes Angelus Ducas Sebastocrator. 139. b
Joannes Angelus Sebastocrator. 166. a
Joannes Antonius Comnenus. 164. b
Joannes Asan Bulgariæ Rex. 249. b. 251. a
Joannes Asan Serviæ Rex. 253. a
Joannes Athalaricus filius nothus Heraclii Imp. 101. a
Joannes Branas. 175. a
Joannes Bryennius. 148. b
Joannes Cantacuzenus. 209. a
Joannes Cantacuzenus Imp. *ibid.* b
Joannes Cantacuzenus Despota. 211. a
Joannes Castriotus. 270. b
Joannes Castriotus Ferrandinæ Dux. *ib.*
Joannes Comnenus cognomento Crassus. 147. a
Joannes Comnenus Imp. 149. a
Joannes Comnenus Imp. Trapezuntinus. 160. b
Joannes Constantinus Comnenus. 164. b
Joannes Curcuas. 129. a
Joannes Demetrius Angelus. 158. a
Joannes Despota Serviæ. 262. b
Joannes Ducas a Libellis Supplicibus. 139. b
Joannes Ducas Cæsar. 138. a
Joannes Ducas Logotheta. 139. a
Joannes Ducas M. Dux. 138. b
Joannes Ducas Sebastus. 139. a
Joannes Gabras. 148. b
Joannes Georgius Palæologus Marchio Montisferrati. 205. a
Joannes Lascaris. 179. b
Joannes Jacobus Palæologus Marchio Montisferrati. 204. b
Joannes Palæologus Andronici Imperatoris filius. 193. a
Joannes Palæologus Imp. 191. 200. *utrobiq;* a
Joannes Palæologus Comes Stabuli. 206. a
Joannes Palæologus Manuelis filius. 202. b
Joannes Palæologus Primicerius. 206. a

Joannes Pompeii filius. 69. a
Joannes Theodoræ Aug. filius. 80. b
Joannes Vatatzes Imp. 181. a
Joannes Vatatzes alter. *ibid.* b
Joannes Vitaliani ex sorore nepos. 83. a
Joannes Uladislavus Rex Bulgariæ. 246. b
Joannes Urseolus Dux Venetorum. 130. b
Joannes Zarnovichius Dux Montisnigri. 268. b
Joannes Zimisces Imp. 129
Joannina Belisarii uxor. 80. b
Joannitus Bulgariæ Rex. 249. a
Johannes Imp. 52. 53. a
Jolanda Palæologina. 205. a
Jolanda uxor secundi Ottonis Palæologi Marchionis Montisferrati. *ibid.* b
Josephus Bryennius. 148. b
Jovinus Imp. 53. b
Irene A. uxor Constantini Copronymi A. 106. a
Irene Aug. uxor Leonis Chazari Imp. 106. b
Irene Angela Joannis Cantacuzenui uxor. 166. b
Irene Angela Rogerii Siculi & Philippi Suevi uxor. 167. b
Irene Angela uxor Joannis Azanis Regis Bulgariæ. 170. a 250. b
Irene Cantacuzena Matthæi filia. 261. b
Irene Cantacuzena uxor Georgii Serviæ Despotæ. 211. a
Irene Comnena Alexii Angeli Imp. filia. 168. b
Irene Domentioli uxor. 93. a
Irene Ducæna, uxor Alexii Imp. 138. b
Irene Joannis Cantacuzeni Imp. uxor. 210. a
Irene Joannis Castrioti uxor. 263. b
Irene Lascaris. 179. a
Irene Manuelis Palæologi Imp. 198. b
Irene Montferratensis Andronici Palæologi Imp. uxor. 192. b
Irene Olybrii Junioris uxor 60. b
Irene Palæologina Basilii Imp. Trapezuntini uxor. 160. & 197. utrobiq. a
Irene Palæologina Matthæi Cantacuzeni Imp. uxor. 210. b
Irene Palæologina Michaelis Imp. filia notha. 192. a
Irene Petri Regis Bulgariæ uxor. 245. a
Irene soror Bardæ Cæsaris. 114
Isaacius Ducas. 139. b
Isaacius Angelus Imp. 166
Isaacius Comnenus Alexii Imp. frater. 145. b
Isaacius Comnenus Cyprius Tyrannus. 152. b
Isaacius Comnenus Imp. 143. a
Isaacius Comnenus Joannis Imp. filius. 152. a
Isaacius Ducas Murtzuphlus. 139. b
Isaacius Exarchus Ravennensis. 113. a
Isabella Majoricana uxor Joannis Palæologi March. Monferrat. 205. b
Istochus. 221. a
Italica Patricia. 68. b
Ithamar Comnena. 171. b
Juliana Areobindi uxor. 60. b
Juliana filia Valentiniani M. 48. b
Julianus Imp. 38. a
Justa filia Valentiniani M. 48. b
Justa Grata Honoria. 59. b
Justina uxor Joannis. 83. a
Justina uxor Valentiniani M. 48. b
Justinianus Dux Orientis. 82. b
Justinianus Imp. 78. a
Justinianus Mauricii Imp. filius. 89. a
Justinianus Rhinotmetus. 103. a
Justinianus Rhinotmetus Imp. 102. b
Justinus Curopalata Imp. 78. a
Justinus Germani Patricii filius. 82. b
Justinus Mauricii Imp. filius. 89. a
Justinus Thrax Imp. 78. a
Justus Justiniani Imp. ex fratre nepos. 82. a
Justus Justini Jun. Imp. filius. 81. b

K

Kutopes Sultanus Iconiensis. 276. a

L

Lachanas Bulgariæ Rex. 251. a
Ladislavus Dux S. Sabæ. 264. b
Ladusclavus Croatiæ Princeps. 232. a
Lazarus Brankovitzius Serviæ Despota. 262. b
Lazarus Serviæ Despota. 260. a
Legetus Bosinæ Princeps. 254. a
Legetus Serviæ Princeps. 223. b
Leo Angelus. 244. a
Leo Argyrus. 130. a
Leo Armenius Imp. 110. a
Leo Catacalon. 149. a
Leo Chazarus Imp. 106. a
Leo filius Constantini Imp. Irenes filii. 107. b
Leo Isaurus Aug. 104. a
Leo Junior Imp. 63. b
Leo M. Imp. *ibid.* a
Leo Phocas. 125. a
Leo Vatatzes. 181. a
Leontia A. Phocæ Imp. uxor. 93. b
Leontia Leonis M. Imp. filia. 64. a
Leontius Aug. 103. a
Lezinianus Palæologus. 207. a
Libertes Bulgarorum Dux. 239. a
Libius Severus Imp. 63. a
Licinia Eudocia Aug. Valentiniani III. uxor. 58. a 59. b
Licinius Junior Cæsar. 34. a
Liudevitus Pannoniæ Dux. 231. b
Lupicina, seu Euphemia Augusta. 78. a

M

Magna uxor Hypatii. 68. b
Magnentius Imp. 26. & 36. utrobiq. b
Majorianus Imp. 63. a
Manuel Angelus filius Joannis Angeli. 169. a
Manuel Angelus filius Isaacii Angeli Imp. 167. b
Manuel Bryennius. 148. b
Manuel Cantacuzenus. M. Pincerna. 209. b
Manuel Camytzes. 166. a
Manuel Cantacuzenus filius Georgii. 211. b
Manuel Cantacuzenus filius Joannis Imp. 210. b
Manuel Comnenus filius Isaacii Imp. 143 b
Manuel Comnenus pater Isaacii Imp. *ibid.* a
Manuel Lascaris. 179. b
Manuel Palæologus Despota. 193. a 194. b
Manuel Palæologus Jagrus. 206. b
Manuel Palæologus Imp. 296. b
Manuel Palæologus Joannis Imp. nothus. 197. a
Manuel Palæologus Thomæ filius. 202. b
Manuel Phocas. 125. b
Manuel Vatatzes Comnenus. 181. a
Mara uxor Vuki Brankovitzii. 260. a
Marcellus Justini Jun. Imp. frater. 81. a
Marcianus Anthemii Imp. filius. 57. b 64. a
Marcianus Imp. 57. b
Marcianus Justini Imp. affinis. 81. a
Marcus filius Basilisci Imp. 64. a
Marcus Palæologus Jagrus. 206. b
Margareta Isaacii Angeli Imp. uxor. 167. b
Margareta Palæologina. 203. b
Mantuani Ducis uxor. 205. b
Margareta Sabauda uxor Theodori Palæologi Marchionis Montisferrati. 204. a
Margareta Sabauda uxor Joannis Palæologi Marchionis Montisferrati. *ibid.* b
Maria Amurathi Sultani uxor. 261. b
Maria Armenia Theodori Lascaris Imp. uxor. 179. a
Maria Aug. Honorii Imp. uxor. 58. b 61. a
Maria A. Constantini Copronymi uxor. 105. b
Maria A. Constantini Irenes filii Imp. uxor. 107. a

Maria A. Leonis Isauri Imp. uxor. 105. a
Maria Cantacuzena Nicephori Ducæ uxor. 210. b
Maria Cantacuzena Regina Bulgariæ. 251. a
Maria Comnena Alexii Imp. soror. 144. b
Maria Comnena Alexii Imp. filia. 148. b
Maria Comnena Isaacii Imp. filia. 143. b. 152. b
Maria Comnena Joannis Palæologi Imp. uxor. 160. b. 200. b
Maria Comnena Nicephori Angeli Despotæ filia. 171. b
Maria Fuxensis uxor Guillelmi Palæologi Marchionis Montisferrati. 205. a
Maria Heraclii Imp. soror. 100. b
Maria Honorii Comitis Africæ uxor. 61. a
Maria Hungara Joannis Asanis Bulgariæ Regis uxor. 250. a
Maria Joannis Zimiscæ Imp. uxor. 129. b
Maria Lascaris Belæ Regis Hungariæ uxor. 179. a
Maria Mauricii Imp. filia. 89. b
Maria Michaelis Ducæ Imp. uxor. 137. a
Maria Palæologina. 205. a
Maria Palæologina Andronici Imp. filia notha. 193. a
Maria Palæologina Joannis Cæsaris filia. 228. a
Maria Palæologina Michaelis Azani uxor. 195. a
Maria Palæologina Michaelis Imp. filia notha.
Maria Palæologina Regina Bulgariæ. 250. a
Maria Petri Bulgari Regis uxor. 125. b. 245. a
Maria Regina Bosinæ. 259. b. 263. a
Maria Theophili Imp. filia. 113. a
Marianus Argyrus. 130. b
Marianus Branas. 174. b
Marianus Maurocatacalon. 149. a
Marina Arcadii Imp. filia. 57. b
Marinus. 88. a
Marinus Anastasii Imp. ex filia nepos. 68. b
Marinus Bardæ Cæsaris pater. 114
Marinus Heraclii Imp. filius. 101. b
Martina Heraclii Imp. uxor. 100. a b
Martinianus Imp. 14. a
Martinus. 100. b
Masutus Sultanus Iconiensis. 274. b
Matthæus Cantacuzenus Imp. 210. b
Matthæus Lascaris. 180. a
Mauricius Imp. 88. a
Melec Sultanus Iconiensis. 237. b
Melissenorum Stemma. 145. a
Melizza. 259. uxor Leonardi Tocchi. 263. *utrobique* b
Melus Argyrus. 131. a
Mezites Palæologus. 206. b
Michael Angelus Joannis filius. 172. a
Michael Angelus nothus. 169. b. 170 a
Michael Angelus nothus alter. 170. b
Michael Balbus Imp. III. 112.
Michael Branas. 175. a
Michael Bryennius. 148. b
Michael Bulgariæ Rex. 250. a
Michael Calaphates Imp. 122. b
Michael Cantacuzenus. 209. b
Michael Catacalon. 149. a
Michael Christophori Imp. filius. 125. b
Michael Comes Chelmensis. 266. b
Michael de Angelis. 173. b
Michael Ducas Parapinaces Imp. 137. a
Michael Ducas Protostrator. 138. b
Michael Gabras. 148. b 152. a
Michael Jazita. 149. a
Michael Lascaris. 178. b
Michael Palæologus. 206. a
Michael Palæologus Imp. 193. a
Michael Palæologus Manuelis Imp. filius. 199. b
Michael Paphlago Imp. 122. b
Michael Phocas Monachus. 125. b
Michael Porphyrogenitus, seu Methysta, Imp. 113. b
Michael Rhangabe Imp. 109. a
Michael Serviæ Princeps. 224. b 226. a
Michael Strascimirus Rex Serviæ. 252. a
Michael Stratioticus Imp. 123. b
Michael Taronita. 144. b
Michal Voryzes Bulgariæ Rex. 243. b
Milieva uxor Bajazetis I. 260. a
Militza. 230. b
Milutinus Serviæ Rex. 230. b
Miroslavus Comes Chelmensis. 266. a
Mitrascus Vucascini filius. 130. b
Mladinus Croatiæ Banus. 236. a 238. in item.
Mocrus Rex Bulgariæ. 246. a
Monscilus. 230. b
Muchlo. 231. a
Muntimirus Serviæ Princeps. 218. b
Murcimirus Bosinæ Princeps. 254. b
Mytzes Bulgariæ Rex. 251. b

N

Neda Bulgariæ Regis uxor. 231. b
Neda Regina Serviæ. 252. a
Neeman Serviæ Princeps. 228. 230. a
Nepos Imp. 63. b
Nepotianus Imp. 32. a
Nice Nicetæ Patricii filia. 101. a
Nice uxor Theodosii filii Heraclii Aug. *ibid.*
Nicephorus Angelus Ducas Comnenus. 171. b
Nicephorus Artabasdi Imp. filius. 105. a
Nicephorus Botaniata Imp. 127. b. 135. b. 136. a b
Nicephorus Bryennius. 147. b 148. b
Nicephorus Bryennius Bulgariæ Dux. 248. c
Nicephorus Cantacuzenus Sebastocrator. 209. a
Nicephorus Carantenus Bulgariæ Dux. 248. a
Nicephorus Comnenus Protospatharius. 143. b
Nicephorus Constantini Copronymi filius. 106. a
Nicephorus Generalis Imp. 107. a
Nicephorus Phoca Imp. 125. b
Nicephorus Phocas Patricius. 127. b
Nicephorus Phocas. 126. a
Nicetas Bulgariæ Dux. 146. a
Nicetas Michaelis Rhangabe Imp. filius. 109. b
Nicetas Patricius Gregorii fratris Heraclii Aug. filius. 103. b
Nicolaus Altomanus, vel Altamanichius. 269. a
Nicolaus Angelus. 165. a
Nicolaus Branas. 174. b
Nicolaus Catacalon. 149. a
Nicolaus Comes Chelmensis. 266. b
Nicolaus Palæologus. 206. b
Nicolaus Rex Bosinæ. 259. b
Nicolichius. 266. b
Ninosalus Bosinæ Banus. 255. a

O

Olybrius Aug. 60. a
Olybrius Junior. *ibid.* b
Olympias Aug. Constantis Imp. uxor. 36. b
Ostoja Christichius Bosinæ Rex. 257. a
Ostrivoius Serviæ Princeps. 220. 222. a
Ostroillus Serviæ Princeps. 220. a

P

Paganus Bulgariæ Rex. 240. b
Palladius Cæsar. 60. a
Patriciolus. 64. b
Paulimirus Serviæ Princeps. 222. b
Paulus Angelus. 172. a
Paulus Bosinæ Banus. 255. b
Paulus Comnenus. 147. a
Paulus Consul. 68. a
Paulus Mauricii Aug. pater. 88. a
Paulus Mauricii Imp. filius. 89. a
Paulus Palæologus. 206. b
Paulus Serviæ Princeps. 218. b
Petrislavus Serviæ Princeps. 223. b
Petronas Patricius. 114

Petronius Imp. 54. b
Petronius Maximus Aug. 55. b
Petrus Angelus. 173. 174. a
Petrus Bulgariæ Rex. 244. 248. 249. a
Petrus Comes Chelmenſis. 266. b
Petrus Deleanus Rex Bulgariæ. 247. b
Petrus Magiſter Mauricii Aug. frater. 88. a
Petrus Mauricii Imp. filius. 89. a
Petrus Phocas Eunuchus. 126. a
Petrus, ſeu Petrislavus Serviæ Princeps. 218. b
Phalimirus. 219. in ſtemmate
Philes Palæologus. 206. b
Philippicus Imp. 99. b 103. a
Phocas Imp. 93. a
Placidia Olybrii Aug. uxor. 60. a
Placidius Valentinianus III. Imp. 53. b *Vide* Valentinianus III.
Pompejus. 68. b
Porga Croatus. 231. a
Porinus Croatiæ Princeps. 232. a
Pothus Argyrus. 130. a
Præjecta Joannis uxor. 69. a
Præjecta Juſtini Junioris ſoror. 81. a
Predemirus Serviæ Princeps. 223. a
Preſiamus Bulgariæ Rex. 243. b
Prialupus. 268. b
Pribaſius Baro Raſcienſis. 259. a
Pribinna Croatiæ Princeps. 232. b
Pribislavus Serviæ Princeps. 222. a
Primislavus Serviæ Princeps. 227. b
Priſcus Attalus Imp. 53. a
Proba. 60. b
Procopia A. uxor Michaelis Rhangabe. 108. 109 *utrobique* a
Procopius Anthemii Imp. filius. 57. b
Procopius Tyrannus. 47. b
Pulcheria Marciani Imp. uxor. 57. a
Pulcheria Romani Argyri ſoror. 130. b
Pulcheria Theophili Imp. filia. 113. a

Q.

Quintillus Imp. 32. a

R.

Rabiſvojus Serviæ Princeps. 221. b
Raconadius Sultanus Iconienſis. 276. b
Radcho, ſeu Radicus, Croatiæ Banus. 236. b
Radmirus Serviæ Princeps. 221. a
Radomirus Rex Bulgariæ. 246. b
Ragoſna Stephani Serviæ Imp. uxor. 232. b
Ricta Michaelis Palæologi II. Imp. uxor. 193. a
Rodoslavus Serviæ Princeps. 218. 222. 225. a
Romanus Agyrus Imp. 130. a
Romanus Bulgariæ Rex. 246. a
Romanus Chriſtophori Imp. filius. 125. a
Romanus Conſtantini Lacapeni filius. 124. a
Romanus Diogenes. 133. a
Romanus Diogenes Imp. 135. b
Romanus Lacapenus Imp. 123. a
Romanus Saronita. 124. b
Romanus Stephani Lacapeni filius. 124. a
Rotrudis Caroli M. Imp. filia. 107. a
Rucratinus Sultanus Iconienſis. 275. b
Ruſna Vucaſcini Regis Serviæ filia. 230. b

S.

Saba. 229. b
Sabatius. 221. a
Sabinus Bulgariæ Rex. 244. a
Samuel Rex Bulgariæ. 246. a
Sandalis. 264. a
Sclerorum familia. 129. a
Scythis Bulgariæ Regina. 249. b
Sebaſtianus Imp. 53. b
Sebeslavus Serviæ Princeps. 221. b
Secundus Otto Palæologus Marchio Monferratenſis. 203. b
Selimirus Serviæ Princeps. 220. b
Serena Stilichonis uxor. 61. a
Sergius frater Photii Patr. CP. 114. a
Simon Dux Joanninæ. 267. a
Simonis Palæologina Dragutini Serviæ Regis uxor. 193. 231. a
Siniſſa Dux Joanninæ. 267. a
Siſmannus Rex Serviæ. 253. a
Slava uxor Uroſii Serviæ Imp. 229. b
Slaviſo Croatiæ Rex. 233. a
Smiltzes Rex Bulgariæ. 251. b
Sopatra filia Mauricii Imp. 89. b
Sophia A. Juſtini Jun. Imp. uxor. 79. b
Sophia Bardæ Cæſaris ſoror. 114. a
Sophia Palæologina uxor Joannis Baſilidis Magni Moſcoviæ Ducis. 202. b
Sophia Palæologina uxor Joannis Palæologi Imp. 200. 204. a
Sophia uxor Chriſtophori Imp. 125. a
Sophia uxor Conſtantini Scleri. 126. b
Spanorum Stemma. 171. b
Sphendoplocus. 221. b
Stauracius Imp. 108. a
Stauracius Michaelis Rhangabe Imp. filius. 109. b
Stephanus A. Romani Lacapeni filius. 124. a
Stephanus Boſinæ Rex. 257. a
Stephanus Boſinæ Princeps. 254. a
Stephanus Boſinenſis Banus. 255. b 256. a
Stephanus Bukovitzius Serviæ Deſpota. 260. 262. a
Stephanus Comnenus. 147. a
Stephanus Croatiæ Rex. 233. 234. a
Stephanus Dabiſcia Boſinæ Rex. 256. b
Stephanus de Maramonte Zarnagoræ Dominus. 268. b
Stephanus Ducas. 134. b
Stephanus Duſcianus Serviæ Imp. 232. a & ſeq.
Stephanus Dux Joanninæ. 268. a
Stephanus Dux S. Sabæ. 264. b
Stephanus Eutropii filius. 100. b
Stephanus Gabrielopulus. 172. b
Stephanus Hungarus. 152. b
Stephanus Myrces Boſinæ Rex. 256. b
Stephanus nothus Serviæ Rex. 232. a
Stephanus Oſtoichus Boſinæ Rex. 257. a
Stephanus Serviæ Rex. 229. a b 230. a
Stephanus Thomaſcus Rex Boſinæ. 257. a
Stilicho. 61. a
Straſcimirus Comes Zentæ. 367. a
Straſcimirus Rex Serviæ. 252. b
Stroimirus Serviæ Princeps. 278. b
Sveladus Serviæ Princeps. 220. a
Sveſtilaus Rex Bulgariæ. 172. b
Svetmirus Serviæ Princeps. 221. a
Svetopelakus. ibid. b
Svetopelekus. 254. a
Svetoradus Serviæ Princeps. 222. a
Sveulatus Serviæ Princeps 220. b
Svinimirus Croatiæ Rex. 233. a
Sylveſter Serviæ Princeps. 223. b
Symbatius gener Bardæ Cæſaris. 114. a
Symeon Bulgariæ Rex. 243. b
Symeon Phocas. 125. b
Symeon Serviæ Princeps. 229. a

T.

Tamislavus Serviæ Princeps. 232. a
Taronitarum Stemma. 114 b
Telericus Bulgariæ Rex. 341. a
Teleſis Bulgariæ Rex. 240. b
Terbelis Bulgariæ Rex. ibid. a
Thecla Michaelis Balbi Imp. uxor. 112. a
Thecla Theophili Imp. filia. 113. a
Theoctiſta affinis Mauricii Imp. 88. a
Theoctiſta Gurdiæ filia. ibid. b
Theoctiſte filia Mauricii Imp. 89. a
Theoctiſtus Mauricii affinis. 88. b

Theodora Angela Conradi Monferrat. uxor. 166. b
Theodora Aug. Juſtiniani Imp. conjux. 79. a
Theodora Aug. Juſtiniani Rhinotmeti uxor. 103. b
Theodora Leonis Armenii Imp. uxor. 110. a
Theodora Aug. Romani Lacapeni Imp. uxor. 123. a
Theodora Cantacuzena Matthæi Imp. filia. 211. a
Theodora Cantacuzena Nicephori Ducæ uxor. 210. b
Theodora Cantacuzena Orchanis uxor. 210. b
Theodora Chriſtophori filii Conſtant. Coprony-mi uxor. 115. b
Theodora Comnena Alexii Imp. filia. 149. a 165. b
Theodora Comnena Iſaacii filia. 152. b
Theodora Comnena Leonis Diogenis uxor. 145. b
Theodora Conſtantini Chlori Imp. uxor. 32. b
Theodora Ducæna Conſtantini Ducæ Imp. filia. 136. b
Theodora Joannis Cantacuzeni Imperat. mater. 209. b
Theodora Joannis Zimiſcæ Imp. uxor. 129
Theodora Laſcarina Regina Bulgariæ. 250. b
Theodora Michaelis Palæologi Imp. uxor. 190. b
Theodora Palæologina Michaelis II. Imp. filia. 193. b
Theodora Porphyrogenita Aug. 122. b
Theodorus Angelus Andronici filius. 166. 169. b
Theodorus Branas. 175. b
Theodorus Cantacuzenus. 209. a
Theodorus Curopalata. 100. a
Theodorus Palæologus Andronici Jun. Imp. filius. 193. a 194. b
Theodorus Palæologus Michaelis Imp. filius. 192. a
Theodorus Tzirus Juſtiniani Imperator filius 180. a
Theodoſia Auguſt. Leonis Armenii Imp. uxor. 110. a
Theodoſius Comes. 58. a
Theodoſius Heraclii Aug. filius. 101. a
Theodoſius Jun. Imp. 57. b
Theodoſius Leonis Armenii Imp. filius. 110. b
Theodoſius M. Imp. 58. 59. a
Theodoſius Mauricii Imp. filius. 89. a
Theodoſius Placidiæ filius. 59. a
Theophano Aug. Stauracii Imp. uxor. 108. b
Theophano Michaelis Rhangabe Imperat. filia. 109. b
Theophano Nicephori Phocæ Imp. uxor. 126. a
Theophilus Imp. 112. a
Theophobus Patricius. *ibid.*
Theophylactus Michaelis Rhangabe Imp. filius. 109. a
Theophylactus Michaelis Rhangabe Imp. pater. *ibid.*
Theophylactus Patr. CP. 124. b
Thermantia Aug. Honorii Imp. uxor. 58. b
Thermantia Theodoſii M. Imp. mater. 56. a
Thiomirus Rex Bulgariæ. 248. a
Thomas Cantacuzenus Joannis Imperat. filius. 210. b
Twartcus Boſinæ Banus.
Thwartcus Boſinæ Rex. 234. b
Thwartcus Scurus Boſinæ Rex. 256. a b
Tiberius Apſimarus Imp. 257. a
Tiberius Conſtantis Imp. filius. 103. a
Tiberius Juſtiniani Rhinotmeti filius. 102. b
Tiberius Mauricii filius. 103. b
Tiberius Thrax Imp. 89. a
Tirpimirus Croatiæ Princeps. 85. a 232. a
Tollenus Chelmenſis. 266. b
Totila. 220. a
Tzeſthlavus Serviæ Princeps. 219. a
Tzutzemirus Trebinenſis Princeps. 218. b

V

Valens Imp. 47. b
Valentinianus Junior Imp. 46. a
Valentinianus M. Imp. 46. a
Valentinianus III. Imp. 59. b
Valentinianus Valentis Imp. filius. *Vide in Addit.*
Vaſſalorum Familia. 207. b
Verdena Nicephori Botaniatæ uxor. 137. b
Verina A. Leonis M. uxor. 63. 64. a
Vetranio Imp. 26. b
Ugglieſca. 230. a
Vigilantia Juſtini Imp. ſoror. 78. b
Vigilantia Juſtiniani Imp. ſoror. 81. a
Uladamus Serviæ Princeps. 221. a
Uladimirus I. Serviæ Princeps. 223. b
Uladimirus II. Serviæ Princeps. 226. a
Uladislavus Bulgariæ Rex. 231. b
Uladislavus Serviæ Princeps. 221. b
Uladislavus Serviæ Rex. 231. b
Ulatcus Comes Chelmenſis. 266. a
Voinus Comes Uſcienſis. 269. a
Voiſava Scanderbegi filia. 268. b
Voiſaus Comes Uſcienſis. 269. a
Voiſſava Stephani Ducis S. Sabæ uxor. 265. a
Vorylas Bulgariæ Rex. 249. b
Voryzes Bulgariæ Rex. 243. b
Uroſius, vel Uroſcus, Serviæ Rex. 230. a
Uroſius ſanctus Serviæ Rex. *ibid.* b
Uroſius Serviæ Imp. 230. b
Vucaſcinus Serviæ Rex. 230. a
Vucmirus Boſinæ Princeps. 254. a
Vuitices Rex Gothorum.
Vuk Hrana. 264. a
Vukichus Banus Boſinæ. 256. a
Vukoſana Miloſci uxor. 260. a
Vukus Bukovitzius. 259. b
Vukus Serviæ Deſpota. 262. b
Vulcus, ſeu Vulcanus, Serviæ Rex. 225. 229. b
Vutlacus. 264. a

X

Xene Armenia Michaelis Palæologi Imper. uxor. 193. a

Z

Zabiſclaus Boſinæ Banus. 225. a
Zacharias Serviæ Princeps. 219
Zampia Palæologina. 199. b
Zarcus Deanovichius. 267. b
Zariza Uroſii Serviæ Regis filia. 130. b
Zenonia Baſiliſci Imp. uxor. 64. a
Zoe Auguſta. 119. 122. b
Zoe Ducæna. 136. 169. a
Zoe Palæologina Joannis Baſilidis Magni Moſcoviæ Ducis uxor. 202. b
Zuentibolcus Moraviæ Princeps. 221. a
Zuietiza Boſina Regina. 256. b
Zuinimerus Serviæ Princeps. 222. b

FINIS.

CONSTANTINOPOLIS CHRISTIANA,

SEU

DESCRIPTIO URBIS

SUB IMPERATORIBUS CHRISTIANIS

Cum figuris Templi S. Sophiæ & aliis.

ACCEDUNT

ADDITAMENTA AD EAMDEM CONSTANTINOPOLIM CHRISTIANAM:

Itemque de Hebdomo Constantinopolitano

DISQUISITIO TOPOGRAPHICA.

LIBRI QUATUOR.

SYLLABUS,
SEU
INDEX DESCRIPTIONIS
URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ.

LIBER PRIMUS.

Præmittuntur BYZANTII *veteris Origines.*

I. BYZANTII *veteris situs.* pag. 11.
II. *Chrysoceras.* 13.
III. *Sinus Ceratinus.* 13.
IV. *Bosporus.* 15.
V. *Perama.* 16.
VI. *Catena.* 17.
VII. *Portus Byzantii.* 18.
VIII. *Muri veteres.* 18.
IX. *Turres.* 19.
X. *Portæ.* 20.
XI. *Acropolis.* 20.
XII. *Ædificia publica.* 20.
XIII. *Templa.* 20.
XIV. *Templa suburbana.* 21.
XV. *Byzantii Conditores.* 21.
XVI. *Status & fortuna Byzantii.* 23.

CONSTANTINOPOLIS

I. CONSTANTINOPOLIS CONDITOR. p. 27.
II. TEMPUS CONDITÆ CONSTANTINOPOLEOS. p. 29.
III. URBIS ENCÆNIA. p. 29.
IV. URBS DEIPARÆ DICATA. p. 32
V. URBS CONSTANTINOPOLIS DICTA. p. 33.
VI. SECUNDA ET NOVA ROMA. p. 34.
VII. PRIVILEGIA CONSTANTINOPOLIS. p. 36.
VIII. SEPTEM COLLES. p. 36.
IX. MURI CONSTANTINIANI. p. 37.
X. MURI THEODOSIANI. p. 37.
XI. MURUS BLACHERNIANUS. p. 39.
XII. MURI MARITIMI. p. 40.
XIII. TURRE. p. 41.
2. Turris Anemæ.
3. Turris Eugenii.
XVI. ACROPOLES. p. 41
1. Acropolis.
2. Cyclobium.
3. Castellum Theodosianarum.
4. Castellum ad Blachernas.
5. Castrum Petrii.
6. Castrum ad maritimam Fori partem.
7. Castellum Francorum.
XIV. PORTÆ AD SINUM CERATINUM. p. 43.
1. Porta Eugenii.
2. Porta Neorii.
3. Porta Piscaria.
4. Porta Carabiorum.
5. Porta Lignaria.
6. Porta Farinaria.
7. Porta Vitriaria.
8. Porta Hagia.
9. Porta Phanarii.
10. Porta Diplophanarion.
11. Porta Regia.
12. Porta Cynegii.
XV. PORTÆ MEDITERRANEAE, seu TERRESTRES. p. 45
1. Porta Xylocirci.
2. Cercoporta.
3. Porta Blachernarum.
4. Porta Gyrolimnes.
5. Porta S. Joannis Baptistæ.
6. Porta τῶν Ἀσωμάτων.
7. Porta S. Callinici.
8. Porta Charsiæ.
9. Porta S. Romani.
10. Porta Polyandrii.
11. Porta Nova.
12. Porta Quinti.
13. Porta Attali.
14. Porta Carea.
15. Porta Melandesia.
16. Porta Aurea.
17. Porta Rhegii.
18. Porta Antiqua.

XVI. PORTÆ AD PROPONTIDEM. p. 49.
1. Porta ſeptem Turrium.
2. Porta Narli Capi.
3. Porta Pſamathi.
4. Porta S. Æmiliani.
5. Porta Contoſcalii.
6. Porta Catergolimenis.
7. Porta Ferrea.
8. Porta Urſarum.
9. Porta Achur Capiſi.
10. Porta Hodegetriæ.
11. Portula Michaelis Protoveſtiarii.
12. Porta S. Barbarę.
13. Porta Dexiocratis.
XVII. PORTUS, NEORIA, ET SCALÆ AD SINUM CERATINUM. p. 50.
1. Neorium.
2. Heptaſcalum.
3. Neorium ad ędem S. Evergetę
4. Portus ad Blachernas.
5. Portus S. Mamantis.
XVIII. SCALÆ. p. 51.
1. Scala Acropoleos.
2. Scala Timaſi.
3. Scala Calchedonenſis.
4. Scala Sycena.
5. Scala Hebraica.
XIX. PORTUS AD PROPONTIDEM. p. 52
1. Portus Novus, & Sophiæ.
2. Portus Palatii.
3. Neorium.
4. Contoſcalium.
5. Portus Eleutherii.
6. Portus Cæſarii.
XX. REGIONES. p. 54
XXI. DESCRIPTIO URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ SECUNDUM XIV. REGIONES, p. 55.
XXII. SYCÆ. p. 57.
XXIII. VICI, VIÆ, ſeu PLATEÆ. p. 60.
XXIV. FORA PUBLICA, ALIAQUE RERUM VENALIUM. p. 60.
1. Auguſtæum.
2. Milliare Aureum.
3. Horologium.
4. Diippium.
5. Forum Conſtantini.
6. Columna Porphyretica.
Palladium.
7. Forum Tauri, ſeu Theodoſii.
8. Forum Theodoſiacum.
9. Forum Theodoſiacum.
10. Forum Arcadii.
11. Forum Bovis.
12. Artopolium.
13. Amaſtrianum.
14. Battopolium.
15. Leomacellum.
16. Ceropolium.
17. Vallis fletus.
XXV. AQUAEDUCTUS. p. 71.
1. Aquæductus Adriani.
2. Aquæductus Valentis.
3. Aquæductus Theodoſiacus.
XXVI. NYMPHAEA. p. 73.
XXVII. BALNEAE, THERMAE. p. 74.
1. Thermæ Achilleæ.
2. Zeuxippus.
3. Balneum parvum ad Zeuxippum.
4. Balneæ Anaſtaſianæ.
5. Balneæ Conſtantinianæ.
6. Balneum magnum Conſtantini.
7. Balneum Κάπτρον dictum.
8. Thermæ Caroſianæ.
9. Thermę Arcadianæ.
10. Thermæ Eudoxianæ.
11. Thermæ Honorianæ.
12. Rufinianæ.
13. Balneæ Anaſtaſii, ſeu Dagiſtęi.
14. Balneæ Sophianæ.
15. Balneum Germani.
16. Magnum Balneum.
17. Balneum Magni Palatii.
18. Balneæ Helenianarum.
19. Balneæ Areobindi.
20. Thermæ Baſilicæ.
21. Balneę Blachernarum.
22. Balneę Caminiæ.
23. Balneum duplex.
24. Balneum Oeconomii.
XXVIII. CISTERNAE. p. 79
1. Ciſternę varię.
2. Ciſterna Baſilica.
3. Ciſterna Philoxenos.
4. Ciſterna Theodoſiaca.
5. Ciſterna Aetii.
6. Ciſterna Modeſtiaca.
7. Ciſterna Arcadiana.
8. Ciſterna maxima.
9. Ciſterna Aſparis.
10. Ciſterna Mociſia.
11. Diſterna Caſilicę Illi.
12. Ciſterna Coni.
13. Ciſterna ad ędem XL. Martyrum.
14. Ciſterna ad Magnauram.
15. Ciſterna Palatii.
16. Ciſterna Petrii.
17. Ciſterna Hippodromi.
18. Ciſterna Pantepopti.
19. Ciſterna Pantocratoris.
20. Ciſterna Apoſtolorum.
21. Ciſterna Mahumeti.
XXIX. CLOACAE. p. 81
XXX. LATRINAE PUBLICAE. p. 81

LIBER SECUNDUS.

I. CIRCUS, seu HIPPODROMUS. p. 83.
2. Portæ Circi.
3. Porticus, seu Gradus Factionum.
3. Cancelli, seu Plutei.
4. Pulpita.
5. Cochlea.
6. Tribunal Imp.
7. Velum.
8. Euripus.
9. Sphendone.
10. Obeliscus.
11. Colossus.
12. Quatuor Columnæ Hippodromi.
13. Columnæ septem.
14. Phiala Hippodromi.
15. Statuæ Hippodromi.
16. Xylocircus, seu Circus ligneus ad S. Mamantem.

II. THEATRA, AMPHITHEATRA, LUSORIA, STADIA. p. 87.
1. Theatrum majus & minus.
2. Amphitheatrum, seu Cynegium.
3. Lusoria duo.
4. Stadium.

III. PORTICUS. p. 89
1. Regia.
2. Porticus Fori Constantini.
3. Porticus Troadenses.
4. Porticus Eubuli.
5. Porticus Fanionis.
6. Porticus Domnini.
7. Porticus Argentariorum.
8. Porticus Cariana.
9. Porticus Leontii.
10. Porticus Mammiani.
11. Porticus Sigma appellata.
12. Porticus Nova.
13. Porticus Prętorii.

IV. MAGNUM PALATIUM, TRICLINIA, ET PARTES MAGNI PALATII.
1. Magnum Palatium.
2. Chalce.
3. Chrysotriclinium.
4. Triclinium Justiniani.
5. Palatium Hormisdę.
6. Triclinium Nicephori Phocæ, seu Bucoleontis.
7. Porphyra.
8. Aetus.
9. Arma.
10. Manuelites.
11. Triconchum.
12. Cęnurgium.
13. Delphicum.
14. Heptaconchum.
15. Margarites.
16. Monothyrum.
17. Pentacubuclum.
18. Stephana.
19. Secretum.
20. Trullus.
21. Andronici Triclinium.
22. Angiportus.
23. Marciani Ambulationes.
24. Daphnę.
25. Purpurea Phiala.
56. Tropicę.
27. Monothyrum, *de quo num.* 16.
28. Triconchus.
29. Horti Palatii.
30. Tzycanisterium.

V. PALATIA URBANA. p. 100
1. Palatium Constantini M.
2. Palatium Magnaura dictum.
3. Palatium Flaccillianum.
4. Palatium Placidianum.
5. Palatium Helenę.
6. Palatium Eleutherii.
7. Palatium Blachernarum.
8. Palatium Lausi.
9. Palatium Secundianarum.
10. Palatium in Tauro.
11. Palatium Basilisci.
12. Palatium in tractu Cariani.
13. Palatium Manganorum. Philopatium.
14. Palatium Zenonis.
15. Palatium Irenes.
16. Palatium ad ędem SS. XL. Martyrum.
17. Palatium Romani Senioris.
18. Palatium Romani Junioris.
19. Palatium Irenes.

VI. TRIBUNALIA. p. 107
1 Tribunal novemdecim Accubitorum.
2. Tribunal in Foro Constantini.
3. Tribunal Hebdomi.

VI. DOMUS AUGUSTÆ. p. 111
1. Domus Placidię Augustæ.
2. Domus Pulcheriæ Augustæ.
3. Domus Eudoxiæ Augustæ.

VII. DOMUS NOBILISSIMÆ. p. 113
1. Domus Nobilissimæ Arcadiæ.
2. Domus Nobilissimæ Marinæ.

VIII. PATRIARCHIUM. *p.* 113
1. Thomaites.
2. Domus Michaelitzæ.
3. Macron, seu Andron.

IX. ÆDIFICIA ALIA PUCLICA. *p.* 114.
1. Senatus.
2. Capitolium.
3. Bibliotheca.
4. Octagonum.
5. Moneta.
6. Prætorium.
7. Quæstorium.
8. Prytaneum.
9. Genicum.
10. Idicum.
11. Arca.
12. Basilica Theodosiana.
13. Basilica Illi.
14. Basilica Gunariorum.
15. Vestiarium.
16. Mangana.
17. Armamenta.
18. Armatorium.
19. Exartysis.
20. Arsenalis.
21. Carceres.
22. Stabula.

X. HORREA PUBLICA. *p.* 123
1. Horrea Constantiaca.
2. Horrea Alexandrina.
3. Horreum Theodosianum.
4. Horrea Valentiniana.
5. Horrea Troadensia.
6. Horrea olearia.

XI. PISTRINA. *p.* 124

XII. GRADUS. *p.* 124

XIII. SECRETA, SEU TRIBUNALIA JURIDICA, CIVILIA ET ECCLESIASTICA. *p.* 124
1. Secretum magni Drungarii.
2. Secreta τῆς δημοσιακῶν.
3. Asecretum.
4. Chalce.
5. Secretum Dicæodotæ.
6. Phiala.

XIV. SECRETA ECCLESIASTICA. *p.* 26
1. Secretum magni Oeconomi.
2. Secretum magni Sacellarii.
3. Secretum magni Scevophylacis.
4. Secretum magni Chartophyhacis.
5. Secretum Præfecti Sacellio,
6. Secretum Protecdici.
7. Secretum majus Patriarchæ.
8. Secretum minus Patriarchæ.

XV. ÆDES PUBLICÆ JUDÆORUM ET SARACENORUM. *p.* 127
1. Synagoga Judæorum.
2. Metatum, seu Synagoga Saracenorum.

XVI. VARII URBIS TRACTUS. *p.* 126
Domus insignes Senatorum & Procerum.
1. Acropolitæ Domus.
2. Alonitziun.
3. Anemodulium.
4. Anthemii tractus.
5. Antiochi Palatium & tractus.
6. Argyropratia.
7. Armati tractus.
8. Armatii tractus.
9. Asparis ædes.
10. Barbari domus.
11. Basilidis domus.
12. Blanca.
13. Borrædii tractus.
14. Camilaucium.
15. Canatisæ domus.
16. Carpiani tractus.
17. Cæsarii tractus.
18. Caniclei tractus.
19. Carbonaria.
20. Carpiana.
21. Catabatæ.
22. Chalcopratia.
23. Chrysocamera.
24. Cilya.
25. Claudii tractus.
26. Columnæ junctæ.
27. Condobaudi ædes.
28. Contaria.
29. Cordomiti ædes.
30. Crenetissæ ædes.
31. Dagistæi ædes.
32. Deuterum.
33. Dexiocratis tractus.
34. Eleusiæ tractus.
35. Eugenii tractus.
36. Eulogii Persæ ædes.
37. Eusebii ædes.
38. Exocionium.
39. Flavianæ tractus.
40. Gainæ ædes.
41. Gallæ ædes.
42. Germani domus.
43. Harmodii tractus.
44. Hebdomum.
45. Helianæ.
46. Hexahippium.
57. Hilaræ.
48. Iberitzæ ædes.
49. Lampri ædes.
50. Malactarea.
51. Marinacii ædes.
52. Mauriani tractus.
53. Mauri tractus.

54. Maximini domus.
55. Mesomphalus.
56. Meltiadis tractus.
57. Narsis tractus.
58. Neolea.
59. Nicæ, seu Victoriæ.
60. Omphacera.
61. Oxybaphium.
62. Pardi ædes.
63. Pelargorum tractus.
64. Petri tractus.
65. Philadelphium.
66. Philippici domus.
67. Phocolistum.
68. Picridii ædes.
69. Pithecium.
70. Pittacia.
71. Porphyrogeniti ædes.
72. Posis.
73. Prasina.
74. Probi ædes.
75. Protasii tractus.
76. Psichæ.
77. Psipha.
78. Pteron.
79. Rufi tractus.
80. Scyla.
81. Sidera.
82. Smyrnium
83. Sphoracii ædes.
84 Studii ædes
85. Sybaiticum.
86. Synodi.
87. Tertium.
88. Tetrapylum æreum.
89. Topi.
90. Toxaræ ædes.
91. Triexodon.
92. Tubacæ ædes.
93. Tzausę ędes.
94. Vigla, seu Vigilia.
95. Viglentia.
96. Urbicii arcus.
97. Zeugma.

LIBER TERTIUS.

I. ÆDES SACRÆ, ECCLESIÆ CATHOLICÆ, ORATORIA, MONASTERIA. *p.* 1.
II. ECCLESIA S. SOPHIÆ. *p.* 4.
1. Ecclesia Constantiniana.
2. Magna Ecclesia Constantiana.
3. Magna Ecclesia Theodosiana.
4. Magna Ecclesia Justinianea.
5. Prima Encænia.
6. Secunda Encænia.
7. Architecti.
8. Impensa.
9. Materia, Lateres.
10. Marmora.
11. Musivum.
12. Amplitudo.
13. Longitudo.
14. Latitudo.
15. Altitudo.
16. Porticus exteriores ad Meridiem & Septentrionem.
17. Porticus occidentales.
18. Narthex.
19. Pyramides.
20. Atrium.
21. Garsonostasium.
22. Phiala.
23. Augustęum.
24. Statua Justiniani.
25. Portę occidentales.
26. Porta orientalis.
27. Porta septentrionalis.
28. Pilę majores.
29. Trigoni.
30. Arcus.
31. Arcus septentrionalis & meridionalis.
32. Hemisphęrium.
33. Tholus, seu Trullus.
34. Altitudo Centri.
35. Casus Trulli, seu Hemisphęrii.
36. Muri obnitentes pilis.
37. Porticus inferiores.
38. Porticus superiores, seu Catechumena, vel Gynæconitides.
39. Aulæ.
40. Sedes Imperatricis.
41. Cochleę.
42. Sedes Imperatoris.
43. Coronę.
44. Pavimentum.
45. Testudo.
46. Tectum.
47. Fenestrę.
48. Lampades & Candelę.
49. Bema.
50. Concha.
51. Absida,
52. Fenestræ Conchę.
53. Mensa sancta.
54. Gradus sacrę Mensę.
55. Columnę sacrę Mensę.
56. Mare.
57. Ciborium.
58. Crateres Ciborii.
59. Lilia Ciborii.

60. Sphęra, ſeu Malum Ciborii.
61. Crux Ciborii.
62. Turris.
34. Pyxis.
64. Columba.
65. Vela Ciborii.
66. Synthronus.
67. Propheſis.
68. Diaconicum Bematis.
69. Conchę Occidentales.
70. Cancellus Bematis.
71. Portę ſanctę.
72. Velothyra.
73. Solea.
74. Ambo.
75. Gradus Ambonis.
76. Puteus ſacer.
77. Naos.
78. Clerus S. Sophię.
79. Umbilicus.
80. Baptiſterium.
81. Fons Baptiſterii.
82. Diaconicum.
83. Secretarium.
84. Metatorium.
85. Veſtiarium.
86. Salutatorium.
87. Sceyophylacium.

LIBER QUARTUS.

I. ÆDES ALIÆ DEO SACRÆ.

p. 53.
1. Evergetæ.
2. Pantepoti.
3. Pantocratoris.
4. Philanthropi.
5. Salvatoris in Chalce.
6. Salvatoris in Noſſiis.
7. Salvatoris, Logothetę.
8. Salvatoris, Rhadenorum.
9. Sanctę Dynameos.
10. S. Spiritus.
11. S. Trinitatis.

II. ÆDES SACRÆ, DEIPARÆ DICATÆ.

p. 55.
1. Deiparæ Amalphitanorum.
2. Deiparæ Areobindi.
3. Deiparę in Armatii tractu.
4. Deiparę, Artaces,
5. Αχειροποιητε.
6. Deiparæ Blachernarum.
7. Deiparę, Carabitzin.
8. Deiparæ, Carpiani.
9. Chalcopratiana ędes.
10. Deiparæ, Curatoris.
11. Deiparæ juxta M. Eccleſiam.
12. Deiparæ ἡ κεχαριτωμένης.
13. Deiparæ, Cryſtallus.
14. Deiparæ Cyri.
15. Deiparæ in Deutero,
16. Deiparæ, Diaconiſſæ.
17. Deiparæ ἡ Ελεούσης.
18. Deiparæ ἡ Εὐεργέτιδος.
19. Deiparæ Eugenii.
20. Deiparæ juxta ædem S. Lucę.
21. Deiparæ in Exartyſi.
22. Deiparæ in Foro Conſtantini.
23. Deiparæ Galatæ.
24. Deiparæ Hodegetriæ.
25. Deiparæ juxta ædem Job.
26. Deiparæ, Lybis.
27. Deiparæ, Metropolitæ.
28. Deiparæ in Orphanis.
29. Deiparæ in Palatio.
30. Deiparæ Pammachariſtæ.
31. Deiparæ Panachrantæ,
32. Deiparæ Pantanaſſæ.
33. Deiparæ, Patriciæ.
34. Deiparæ, Petala.
35. Deiparæ in Petrio.
36. Deiparæ Peribleptæ.
37. Deiparæ, Phari.
38. Deiparæ, Ponolytræ.
39. Deiparæ, Protaſii.
40. Deiparæ, Rhabdi.
41. Deiparæ in Sigmate.
42. Deiparæ, Sphoracii.
43. Deiparæ, Vigilantii.
44. Deiparæ, Urbicii.
45. Deiparæ, Urbicii.
46. Deiparæ in Lithoſtroto.
47. Deiparæ juxta S. Lucam.
48. Deiparæ, Bucoliorum.
49. Deiparæ in Palatio.

III. ÆDES SACRÆ S. MICHAELI, ANGELIS ET ARCHANGELIS DICATÆ.

p. 65.
1. S. Michaelis, Abacia.
2. S. Michaelis nova.
3. S. Michaelis, Ada.
4. S. Michaelis Nova in Palatio.
5. S. Michaelis in Arcadianis.
6. S. Michaelis in Æthrio.
7. S. Michaelis.
7. S. Michaelis, Chryſobalandon.
9. S. Michaelis, Puſeæ.
10. S. Michaelis, Stiri.
11. S. Michaelis in Cochilo.
12. S. Michaelis ad Portum Juliani.
13. S. Michaelis Tzeri.
14. S. Michaelis in Palatii atrio.

15. S. Michaelis, Galatæ.
IV. AEDES SACRAE SS. PROPHETIS DICATAE, quæ inde a Græcis Προφητεῖα dicuntur. p. 67
1. S. Eliæ in Petrio.
2. Esaiæ Prophetæ.
3. S. Heliæ.
4. S. Joannis Baptistę, Cintelia.
5. S. Joannis Bapt. ad Cisternam Mocesiam.
6. S. Joannis B. in Hebdomo.
7. S. Joannis B. ad Horologium.
8. S. Joannis B. Illi.
9. S. Joannis B. Vetus.
10. S. Joannis B. Monasteriolum.
11. S. Joannis B. Valentis.
12. S. Joannis B. in Petrio.
13. S. Joannis B. Probi.
14. S. Joannis B. Sphoracii.
15. S. Joannis S. Studii.
16. S. Joannis B. Taphi.
17. S. Joannis B. ædes aliæ.
18. Job.
19. Jonæ.
20. SS. Machabæorum.
21. S. Samuelis.
22. S. Zachariæ.
V. AEDES SACRAE SANCTIS APOSTOLIS DICATAE. p. 71.
1. SS. Apostolorum.
2. SS. Apostolorum in Triconcho.
3. S. Andreæ, Arcadiæ.
4. S. Andreę in Fœnili.
5. S. Andreæ, Crisеos.
6. S. Andreæ.
7. S. Andreæ ad Portam Saturnini.
8. S. Bartholomæi.
9. S. Jacobi.
10. S. Joannis Evangel. in Hebdomo.
11. S. Joannis Evangel. in Castro rotundo.
12. S. Joannis Evang. in Milio.
13. S. Joannis Evang. ad Horologium.
14. S. Joannis Evang. ad Monothyrum.
15. S. Joannis Evang. Beati.
16. S. Joannis Evang. Sphoracii.
17. S. Joannis, Arcadiana,
18. S. Lucæ Evangelistæ.
19. S. Marci Evangelistæ.
20. S. Pauli, in Palatio.
21. S. Pauli, in Orphanotrophio.
22. S. Pauli, in Latro.
23. Paulopetrium.
24. Paulinum monasterium.
25. S. Petri Apostoli, in Palatio.
26. SS. Petri & Pauli Apostolorum.
27. S. Petri juxta ædem S. Sophiæ.
28. S. Petri vetus templum.
29. S. Petri & S. Marci.
30. S. Petri Pisanorum.
31. S. Petri Sicæna.
32. S. Philippi.
33. S. Philippi. in Brephotrophio.
34. S. Thomæ Apostoli, Amantii.
35. S. Thomæ, Anthemii.
36. S. Thomæ, Modesti.
37. S. Thomæ juxta Cisternam.
VI. AEDES SACRAE SANCTIS MARTYRIBUS, CONFESSORIBUS, &c. DICATAE. p. 80
1. Abrahamii monasterium.
2. S. Acacii.
3. S. Acyndini.
4. S. AEmiliani.
5. S. Agathonici.
6. S. Alexandri Martyris.
7. Anastasii Persæ.
8. S. Anastasii, ad Aquęductum.
9. S. Antipę.
10. S. Antonii.
11. S. Artemii Martyris.
12. S. Basilii.
13. S. Bassiani.
14. S. Benedicti.
15. SS. Beniamini & Verii.
16. S. Blasii.
17. S. Callinici.
18. SS. Carpi & Papyli.
19. S. Cassiani.
20. S. Ceryci.
21. SS. Charilampi & Pantaleonis.
22. S. Christophori.
23. S. Clementis.
24. SS. Constantini & Helenę.
25. S. Constantini.
26. Constę, vel Constantis.
27. SS. Cosmę & Damiani.
28. SS. Cosmę & Damiani, Darii.
29. S. Cyriaci.
30. Cyriaci.
31. SS. Cyri & Joannis.
32. Cyri, Elebichi.
33. S. Demetrii.
34. S. Dii.
35. S. Diomedis.
36. S. Dometii.
37. S. Eleutherii.
38. S. Eudoxii.
39. S. Euphemii.
40. S. Eusebii.
41. S. Eustathii.
42. S. Franciſci.
43. S. Georgii in Manganis.
44. S. Georgii, oratorium.
45. S. Georgii, Chalcidę.
46. S. Georgii, in Xylocirco.
47. S. Georgii, in Sycis.

48. S. Gregorii Theologi.
49. SS. Hesperi & Zoes.
50. S. Ignatii.
51. S. Joannis Calybitæ.
52. S. Joannis Chrysostomi.
53. S. Isidori.
54 S. Juliani, Perdix.
55. S. Juliani, Urbicii.
56. S. Juliani, juxta Forum.
57. S. Laurentii in Pulcherianis.
58. S. Laurentii.
59. S. Lazari.
60. SS. Mamantis & Basilisci.
61. SS. Manuel, Sabel & Ismael.
62. S. Menę Martyris.
63. S. Menę & Menęi.
64. S. Metrophanis.
65. S. Mocii.
66. S. Nazarii.
67. S. Nicolai, in Palatio.
68. S. Nicolai, ad Blachernas.
69. S. Nicolai, Basilidę.
70. SS. Nicolai & Augustini.
71. SS. Notariorum.
72. Omnium Sanctorum.
73. S. Panteleemonis.
74. S. Pauli Patriarchæ CP.
75. S. Petri Telonarii.
76. S. Petri, seu Valentis & Daudati.
77. S. Philemonis.
78. S. Phocæ Martyris.
79 S. Pionii.
80. S. Platonis.
81. S. Polyeucti.
82. SS. Probi, Tarachi, & Andronici.
83. S. Procopii Martyris.
84. S. Procopii, Condylion.
85. SS. XL. Martyrum.
86. SS. XL. Martyrum, in Constantianis.
87. S. Romani.
88. SS. Sergii & Bacchi.
89. S. Stephani. in Palatio.
90. S. Stephani. ad Sigma.
91. S. Stephani, Novatianorum.
92. S. Stephani, in Porticu Fori Bovis.
93. S. Stephani, juxta Placidias.
94. S. Stephani, in Aurelianis.
95. S. Stephani, ad Constantianas.
96. S. Stephani, ad Zeugma.
97. S. Stephani.
98. S. Symeonis Cyraconæ.
99. S. Thalassii.
100. S. Theodori, Carbonaria.
101. S. Theodori, Claudii.
102. S. Theodori Tironis.
103. S. Theophylacti.
104. S. Thyrsi.
105. S. Timothei.
106. SS. Timothei & Mauræ.
207. S. Tryphonis, Eubuli.
108. S. Tryphonis, Basilisci.
109. S. Victoris.
110. S. Vincentii.
111. S. Zenobii.

VII. ÆDES SANCTIS VIRGINIBUS ET MARTYRIBUS DICATÆ. *p.* 97.

1. S. Agathę.
2. S. Anastasię, Novatianorum.
3. S. Anastasiæ.
4. S. Annæ in Deutero.
5. S. Annæ in M. Palatio.
6. S. Annæ in Galata.
7. S. Aquilinæ.
8. Aristinæ.
9. S. Barbaræ.
10. S. Claræ.
11. S. Cyriacæ.
12. S. EuPhemiæ ad Hippodromum.
13. S. Euphemiæ, Olybrii.
14. S. Euphemiæ in Petrio.
15. S. Euphemiæ ad Neorium.
16. S. Euphrosynæ.
17. S. Helenæ.
18. S. Hermiones.
19. S. Jæ Martyris.
20. S. Irenes juxta ædem Sophianam.
21. S. Irenes, Marciani.
22. S. Irenes Martyris.
23. S. Julianæ, in Petrio.
24. S. Julianæ, ad Strobylum.
25. S. Parasceves.
26. S. Pelagiæ.
27. S. Photinæ.
28. S. Theclæ in Contariis.
29. S. Theclę in Blachernis.
30. S. Theclæ ad Portum Juliani
31. S. Theodotæ.
32. S. Zenaidis.
33. S. Zoes.

VIII. ÆDES SACRÆ CONDITORUM, AUT URBIS TRACTUS, VELALIO NOMINE DONATÆ. *p.* 105

1. Abibi.
2. Accœmetorum.
3. Ægyptiorum.
4. Aetii.
5. Agalmata.
6. Alexii.
7. Alypii.
8. Anthemii.
9. Monasterii ad Aquæductum.
10. Armenianorum.

11. Asterii.
12. Augustæ.
13. Bassi.
14. Bethleem.
15. Cænopolis.
16. Cajumæ.
17. Calami.
18. Calliæ.
19. Callistrati.
20. Calypa.
21. Cariani.
22. Catharorum.
23. Charsiæ.
24. Chiramas.
25. Chrysonice.
26. Chrysopege.
27. Creticorum.
28. Crisis.
29. Cucorobii.
30. Cyclopum.
31. Cyriotissæ.
32. Dalmati.
33. Damiani.
34. Danielis.
35. Despotarum.
36. Dexiocratis.
37. Ephori.
38. Eucratadarum.
39. Eutychii.
40. Euthymii.
41. Flori.
42. Galesii.
43. Gastria.
44. Gauræ.
45. Gorgepecum.
46. Hierusalem.
47. Homonœa.
48. Icasiæ.
49. Joannis.
50. Joannitzæ.
51. Isaacii.
52. M. Logariastæ.
53. Lycaonum.
54. Manuelis.
55. Maræ.
56. Marathonii.
57. Marci.
58. Maronii.
59. Martinacæ.
60. Matronæ.
61. Maximinæ.
62. Maximi.
63. Mecidium.
64. Metanœa nova.
65. Metanœa altera.
66. Monocastanum.
67. Myrelæi.
68. Myroceratum.
69. Neonis.
70. Novum Monasterium.
71. Olympii.
72. Opænæ.
73. Palæologorum.
74. Patriarchii.
75. Picridii.
76. Procopiæ.
77. Procopiæ.
78. Procopii.
79. Psamathi.
80. Psarelæi.
81. Psomathei.
82. Rabulæ.
83. Romanorum.
84. Romani.
85. Samuelis.
86. Samuelis in Sycis.
87. Severi.
88. Sicellorum.
89. Smaragdi.
90. Spoudæi.
91. Σπιδῆς.
92. Syrorum.
93. Theodori Ægyptii.
94. Theodori in Petrio.
95. Theodori.
96. Theodori.
97. Theodoti.
98. Theophanonis.
99. Theophobiæ.
100. Theoreros.
101. Tzautzæ.
102. Venantii.
103. Xylinitæ.
104. Ecclesiæ quæ supersunt Constantinopoli.

IX. XENODOCHIA. p. 113

1. Xenodochium in Deutero.
2. Xenodochium Eubuli.
3. Xenodochium S. Joannis.
4. Xenodochium Cralis.
5. Xenodochium Lybis.
6. Xenodochium in tractu Mabriani.
7. Xenodochium Myrelæi.
8. Xenodochium Narsetis.
9. Xenodochium Samsonis.
10. Xenodochia duo alia.
11. Xenodochia ad Stadium.
12. Xenodochium Theophili.
13. Xenodochium in veteri Petrio.
14. Nosocomium ad Zeugma.
15. Nosocomium ad ædem sanctorum XL. Martyrum.
16. Nosocomium aliud.
17. Lobotrophium Zotici.
18. Brephotrophium.
19. Orphanotrophium.
20. Gerontocomium.
21. Gerocomium in tractu Armatii.
22. Gerocomium in tractu Psal-

mathi.
23. Gerocomium aliud.
24. Gerocomium Narſes.
25. Gerocomium Geragathæ.
26. Gerotrophia.
27. Gerocomium juxta M. Eccleſiam.
28. Gerocomium Cariani.
29. Gerocomium Florentii.
30. Gerocomium Dexiocratis.
31. Gerocomium Severi.
32. Gerocomium Anthemii.
33. Gerocomium Cyphe.
34. Ptochotrophium.
35. Pandocheum.

X. SUBURBANA CONSTANTINOPOLIS. p. 116
1. Stenum.
2. Peræa.
3. Antipera.

XI. PALATIA SUBURBANA. p. 117

XII. PALATIA SUBURBANA IN THRACIA. p. 119
1. Palatium Sophianarum.
2. Palatium Peganum.
3. Palatium ad S. Mamantem.
4. Palatium Heracleæ.
5. Palatia ad Argyram paludem.
6. Palatium Aretarum.
7. Palatium ad Aphameam.
8. Palatium Meludiani.
9. Palatium Theodoræ.

XIII. PALATIA SUBURBANA ASIATICA. p. 122
1. Palatium Calchedonenſe.
2. Hereum Palatium.
3. Palatium Jucundianarum.
4. Nicomedienſe Palatium.
5. Palatium ad Damatryn.
6. Palatium Bryantis.
7. Nymphęum.
8. Palatium Pythiorum.
9. Palatium Scutaricum.

XIV. PONS AD URBEM. p. 125

XV. MONASTERIA SUBURBANA. p. 125
1. Ἁγαθῦ.
2. S. Anthimi.
3. S. Callinici.
4. Chenolaccus.
5. Chora.
6. S. Clementis.
7. Clidii.
8. S. Cononis.
9. Conſtantini Magni.
10. SS. Coſmæ & Damiani.
11. S. Cypriani & Juſtinæ.
12. S. Cyriaci.
13. Deiparæ ad Fontem.
14. Deiparæ in Honoratis.
15. Deiparæ ἐν τοῖς Μαραναχίου.
16. Deiparæ in Steno.
17. S. Domninæ.
18. Elimorum.
19. Gabrielis.
20. Galacrinorum.
21. S. Hypatii.
22. S. Irenes.
23. Laurentii.
24. Maliliæ.
25. S. Mamantis.
26. S. Mamantis in Sigmate.
27. S. Mauræ Martyris.
28. Metanœæ.
29. S. Michaelis.
30. S. Michaelis in Promoti Suburbano.
31. S. Michaelis Archiſtrategi.
32. S. Michaelis in Anaplo.
33. S. Michaelis in Mochadio.
34. Molibotum Monaſterium.
35. Novem Ordinum.
36. Oſiarum Monaſterium.
37. Pelamydum.
38. S. Phocæ.
39. Quadraginta duorum Martyrum.
40. Saccudiorum.
41. Τῶν Σπειρῶν.
42. Stauracii.
43. Taraſii.
44. S. Theclæ.
45. S. Theodori.
46. S. Theodoſiæ.
47. S. Thyrſi Martyris.

DE PROXIMIS QUATUOR TABELLIS,

quæ Byzantii seu Constantinopoleos Descriptioni præmittuntur.

PRiusquam Urbis Constantinopolitanæ descriptionem aggrediar, & ad eam evolvendam, si tanti est, Lector accedat, pretium operæ visum est præmittere tabellas aliquot, quarum absque subsidio, quæ ex variis subinde scriptoribus recensentur, percipere haud omnino promptum sit. Nisi enim Urbis ipsius & adjacentium locorum, ac suburbanorum situs ob oculos quasi proponatur, vix est ut in perlegendo qua in parte versetur, continuo quivis agnoscat. Contra vero, ut ait Eumenius in Oratione pro restaurandis scholis, ubi de Tabulis geographicis verba facit, *Manifestius oculis discuntur, quæ difficilius percipiuntur auditu*, atque adeo lectione. Unde non abs re laudantur veteres illi ejusmodi πιναχογραφίας repertores, Sesostris nempe Ægyptius, & ex Græcis Anaximander, Hecatæus, Democritus, Thales, Eudoxus, aliique, πιναχογραφίας ὀνυχιαίῳ πῃ τάχα τινὶ διαζήματι ἅ ἀπείρονα περιελθόντες, ut loquitur Eustathius in Præfatione ad Dionysii Alexandrini Περιήγησιν.

Prior igitur ex his Tabellis brevem Bosphori Thracii delineationem complectitur, qualem fere ex Dionysio Byzantio, antiquo scriptore, cujus Græcæ editionis spem nobis olim fecerat Lucas Holstenius, (& cujus fragmentum, qualecumque est, ex Codd. Vaticano & Regio mox dabimus) aliisque scriptoribus adornavit Petrus Gyllius: *in qua* scilicet, *omnium cum nominibus locorum situs, spatia, intervalla descripta sunt, quidquid ibi fluminum oritur & conditur, quacumque se littorum sinus flectunt, quo vel ambitu cingit* hanc orbis partem, *vel impetu irrumpit* mare, ut iisdem pene verbis utar quibus ipse Eumenius. Atque hæc quidem Tabella eo potissimum necessaria visa est, tum quod Byzantium, seu Constantinopolis ad Bosporiani Freti exitum occurrat, tum etiam quod pleraque ad utramque continentem loca passim recenseantur a scriptoribus, quorum præcipuas ex veteribus nomenclaturas selegimus, cum cæteras apud laudatum Gyllium inspicere cuivis liceat. Urbem porro ipsam Constantinopolitanam in quatuordecim dispertitam regiones, in quas jam olim distributam sub Imperatoribus Christianis suo docemus loco, in ea Tabella descripsimus: ad illius veterem Honorio imperante confectam descriptionem accommodatam, ex ipsaque & ex Petro Gyllio concinnatam, quarum situs absque hac aut simili tabella haud facile quivis assequatur.

Ejusdem Urbis delineationem cum suis ædificiis exhibet altera ex MS. Bibliothecæ Regiæ Codice MCCXIV. descriptam; in quo continetur Christophori de Bondelmontibus Florentini liber *de insulis Archipelagi*, quem *ad Cardinalem Jordanum de civitate Rhodi misit anno Christi* 1422. ut est in libri exordio, proinde paulo ante expugnatam a Turcis Urbem. Hanc tabellam in æs incidi, & in nostris ad Historiam Comnenicam Commentariis edi pridem curaveramus, una cum ejusdem Bondelmontii Constantinopolitanæ Urbis descriptione. Sed cum in ea exaranda Archetypum non omnino expressisset scalptor, hanc rursum accuratiori γραφείῳ recudendam duximus; quæ quidem, crassiori licet Minerva, & situm & loca Urbis exhibeat, habet tamen nonnulla, quæ ad præcipuos designandos tractus, sed & percipiendos non minime conducant. Utinam supereset *Mensa* illa *argentea, forma quadrangula, descriptionem Urbis Constantinopolitanæ continens*, quam *inter cætera donaria*, *Romam ad Basilicam Beati Petri Apostoli deferendam* testamento suo præcepisse Carolum Magnum Imperatorem refert Eginhardus in illius vita: cum longe accuratiorem, & in ea locorum ac tractuum situs, iis potissimum temporibus, quibus Urbs adhuc florebat, majori fide fuisse descriptos par sit opinari.

Binas denique alias Tabellas damus, in quibus Byzantiorum exarantur cusa olim Nomismata, & cum eorum vigebat Respublica, & cum Romanis Augustis parebat, ad veteris Byzantii collustrandas Origines, quas Urbis Constantinopolitanæ descriptioni præmisimus, quibus subdidimus eorumdem Nomismatum descriptionem, notatis Gazæis ex quibus desumpta sunt.

Hic porro rursum monendus Lector, inter tot Byzantinæ Historiæ scri-

ptores, qui indicatis paginis in hac lucubratione laudantur, editiones Regias non ſemper nos ſecutos, cum ex iis aliquot ex prioribus antea legiſſe contigiſſet, nihilque fere novi in Regiis occurreret, ut lectionem repetere neceſſe haberemus. Nicephori igitur Patriarchæ Conſtantinopolitani Breviarium ex Petaviana interdum laudamus, Conſtantinum Porphyrogenitum in Vita Baſilii Imperatoris ex Allatiana, cum Combefiſiana poſterior ſectioens alias præferat, Conſtantinum Manaſſem ex Meurſiana, Nicephorum Gregoram, & Laonicum Chalcondylam ex Genevenſi; ſed & Georgii Pachymeris Hiſtoriam ex MS. codice Bibliothecæ Regiæ, in quo in libros XIII. continuos diſpertita deſcribitur, non vero in duas partes, ut in Romana editione, quarum prior Michaelis Paleologi Imperatoris ſex, altera Andronici Palæologi filii res geſtas ſeptem libris complectitur.

Sed & hujuſce libri editio ad umbilicum fere perducta erat, cum in manus meas pervenere Πατρια ΚΠ. ſeu Urbis Conſtantinopolitanæ Origines hactenus ineditæ, & a ſcriptoribus non ſemel laudatæ, ex quibus ſuas concinnavit Georgius Codinus, a Joanne Meurſio primum, tum longe auctiores a Petro Lambecio typis Regiis editas: ex quibus locos aliquot jam typis excuſos illuſtrare interdum licuit. Hujuſce libri auctoris ætatem non facile deprehendas, cum variis ſubinde temporibus confectum fuiſſe pro certo ſit: nam ſub finem ſecundæ partis, quiſquis ille ſit, videtur indicare ſe vixiſſe ſub Romano Diogene: ἰδὼν δὲ ὁ γραφεὺς ἐπὶ Θεῷ μάρτυρι τὸ σῖτον εἰς Κλαυδιάπολιν ἐπὶ τ ἀυτοκρατορίας τ Διογένους τὰς * ς' τ Αὐγούςου σωτῆρος πεποιηκότα πτερά. Et in loco laudato in Additionibus, ſub Michaele Duca ſe vixiſſe pariter profitetur. Proinde complura addita a recentioribus vero ſimile eſt, cum horum alter, loco laudato in Addit. ſub Andronico Seniore ſuperſtitem ſe eſſe innuat. Ex his igitur pleraque, ac iiſdem verbis, nec tamen omnia hauſit Codinus, quem ſub expugnatæ Urbis tempora vixiſſe conſtans eſt recentiorum ſcriptorum ſententia. Pervenere præterea in manus meas folia hactenus typis Regiis edita a piæ memoriæ Franciſco Combefiſio, viro doctiſſimo, ſcriptorum quorumdam Hiſtoriæ Byzantinæ, in quibus ſunt Continuatores aliquot Chronographiæ Theophanis & Symeonis Logothetæ, ſeu Metaphraſtæ Chronicon: quæ quidem omnia confecta iri propediem ſperamus. Ex iis quædam etiam in Additiones ſub finem Operis retulimus, ut & ex libris nuper editis, vel certe nondum lectis.

BOSPORI THRACII ET CONSTANTINOPOLIS

in XIV. Regiones divisæ

DELINEATIO.

Locorum aliquot ad utrumque Bosphori littus indicatio.

Ad littus Europæanum.

1. *S. Mamas.*
2. *Sepultura Judæorum.*
3. *Scala Sycana.*
4. *Scala Calchedonensis.*
5. *Bosporus, Promontorium.*
6. *Empolis.*
7. *Metopum Promontorium.*
8. *Diplociontum.*
9. *Parabolæ.*
10. *Estia.*
11. *Chele.*
12. *Hermæum Promontorium.*
13. *Lemocopia.*
14. *Phidalia Sinus.*
15. *Leosthenes.*
16. *Cammarodes.*
17. *Pharmacius Sinus.*
18. *Bathycolpos.*
19. *Selestinas Sinus.*
20. *Angustiæ ad Fanum.*
21. *Fanum oppidum.*
22. *Chrysorrhoas fluvius.*
23. *Aphrostatis.*
24. *Leucorum Sinus.*
25. *Lycenias.*
26. *Panium Promontorium.*
27. *Petra Cyanea.*

C. P. Christ.

Ad littus Asiaticum.

1. *Hersum Promontorium.*
2. *Portus Eutropii.*
3. *Hermagoræ Fons.*
4. *Chrysopolis, hodie Scutarium: ubi & Damalis Promontorium.*
5. *Magalon Promontorium.*
6. *Chrysoceramus vicus.*
7. *Phylaces Sinus.*
8. *Nicopolis.*
9. *Sinus Nicopolitanus.*
10. *Neocastrum.*
11. *Lycadium Sinus.*
12. *Lembus Promont.*
13. *Catangius Sinus.*
14. *Cyclaminus Sinus.*
15. *Nymphæum.*
16. *Argyronii Promontorii flexus.*
17. *Argyronium Promontorium.*
18. *Pantichium.*
19. *Coracium Promontorium.*
20. *Ampelodes Sinus.*
21. *Ancyræum Promontorium.*
22. *Petræ Cyaneæ Asiaticæ.*

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΑΝΑΠΛΟΥΣ ΒΟΣΠΟΡΟΥ.

ΕΙ μέντοι συνέβαινε τοῖς ἀταπλέκτην εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον, καὶ τὸ καλούμενον αὐτῷ στόμα, τερπνὸν ἅμα καὶ θαυμαστὸν εἶναι τὴν ὄψιν, δυχερὴς ἂν ἄλως ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις ὁ λόγος. ἀπείργασο γὰρ δὴ τὸ σύμπαν ὑπὸ τ ὄψεως ἀξιοθαύμαστον ἑαυτὸν παρεχομένης κατάτε ἐγγύτητα καὶ στενοχωρίαν τ πορθμοῦ, καὶ τὸν δι ὀλίγου τ θαλάττης πρὸς ἀμφοτέραν τὴν ἤπειρον ἐπιμιξίαν, ἐγγυβαθῆ κόλπων καὶ λιμένων ἀνάχυσιν· ὑφ ὧν οὐχ ἧττον δ' ἤπειρος ἐστιν ἡ σκιπάνη, καὶ τοῦ ῥεύματος τὸ μὲν πλέον κατιόντος· ἔστι δὲ ὅτε κατ' ἐπικράτειαν ἀνατρέφοντος, εἰσιόντων δὲ τῶν ἀκρωτηρίων τὴν περιαγωγὴν πὰρ ἀλλήλων ἀναπτυσσομένων. καὶ ἐκ τῆς κατ' εὐπορίας ἀναλυόντων τ ῥεύματος τὴν βίαν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐλάττω παρέχεται τῆς ὄψεως τὴν ἀπόασιν, ἀναγκαῖον ἔδοξέ μοι συγγράψαι περὶ τούτων ὡς τοῖς μὲν ἰδοῦσι μηδὲν ἐνδέοι τῆς ὁλοκλήρου καὶ τελειοτάτης ἱστορίας· οἱ δὲ μὴ θεασάμενοι, τὸ γοῦν ἀκηκοέναι περὶ αὐτῶν ἔχοιεν. Ἀρχὴ δὲ αὐτῷ τ τε λόγου καὶ τῆς χωρίων φύσεως πέλαγος ἐστὶν ὁ Πόντος ὁ Εὔξεινος, μεγέθει τῶν ἄλλων πλεῖσον, ὅσα μὴ πρὸς τὴν ἔξω θάλασσαν ἰσώσασθαι. μόνη δ' ὑπὲρ αὐτοῦ ἀνακέχυται λίμνη Μαιῶτις, ἣν μητέρα καὶ τροφὸν τ Πόντου κατεφήμισε λόγος εἰς παλαιᾶς μνήμης παραδεδομένης *. Ταύτης τὸ μὲν περίμετρον ἐστὶ διχιλίων σταδίων· τὸ δὲ πέρας, ποταμὸς Τάναϊς, ὅρος τῶν * δυεῖν ἡμερῶν.

* ἴσ. ος
* ἴσ. δυοῖν

URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ

DELINEATIO,

qualis extitit anno MCCCCXXII. proinde antequam in Turcorum potestatem veniſſet.

NOMISMATA A BYZANTIIS CUSA,

ærea omnia. *Tab. I.*

Horum pleraque in Originibus Byzantii veteris illuſtrantur.

ΒΤΖΑΣ. *Caput barbatum galeatum.*

ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟ ΤΟC. *Roſtrum navis.* Ex Goltzio.

ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. *Navis velis ſuis inſtructa.* Ex Regia Gaza.

ΕΠΙ ΑΙ ΠΟΝΤΙΚΟΥ ΗΡ. *Roſtrum navis, cui inſiſtit parva figura nuda haſtata.* Ex Reg. Gaza.

Caput Dianæ, cum pharetra & arcu.

ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. *Luna falcata, cum ſtella.* Ex Reg. Gaza.

Caput barbatum. (*Neptuni*) *ad collum, tridens.*

ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. *Tridens, cui implexus delphinus.* Ex Goltzio.

Hic porro in Byzantiorum Nomiſmatibus deſcriptus delphinus, fortean ſpectat quod a Dionyſio Byzantio refertur, apud Gyllium lib. II. de Boſporo Thracio cap. VII. Chalcide, Byzantio quodam inſigni Cytharœdo orthium carmen ad maris littora canente, delphinum e pelago eminentem, illius audiendi cantus cauſa progredi, eoque deſinente, mare rurſum ſubire ſolitum: Charandam vero paſtorem accolam ſive invidia atque odio in Chalcidem, ſive avaritia incitatum, ſtructis delphino ad maris oram allabenti inſidiis, ſublimem accedentem interfeciſſe, nec tamen piſcatione potitum. Chalcidem enim auditorem ſuum magnifica donaſſe ſepultura, lociſque Byzantio vicinis nomina Delphinum & Charandam impoſuiſſe, illum donantem honoris memoria, hunc ignominiæ.

Caput Bacchi, cum corona hederacea.

Poculum anſatum, ad latera, Β. Υ.

Caput Bacchi, cum corona hederacea.

ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. *Racemus.* Ex Gaza Regia, & Goltzio.

Poculum anſatum. ſupra, ΒΥ. Ex Goltzio.

ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. *Tridens, cui implexus delphinus.* Ex Goltzio.

Caput Mercurii.

ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. *Caduceus.* Ex Gaza Regia.

Caput, forte Apollinis.

ΒΤΖΑΝ. *Lyra.* Ex Gaza Regia.

Caput muliebre.

ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. *Taurus.* Ex Gaza Regia.

Caput muliebre velatum.

ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ ΕΠΙ ΘΡΑΖΩΝΟΣ. *Cornu Amalthææ.* Ex Gaza Regia.

CAESAR AVGVSTVS. *Caput nudum Auguſti.*

TVRPILIANVS III. VIR. *Luna falcata, cum ſtella.* Ex Fulvio Urſino in Famil. Roman. p. 202. 2. edit.

* ΚΑΙCΑΡ. *Caput Auguſti.*

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Luna falcata cum ſtella, ſeu cometa,* uti vult Patinus, a quo deſcribitur p. 44. Eumdem vide p. 306. Eadem ratione Byzantiis poteſt adſcribi, qua proxima a Spanhemio, uti monitum in Byzantii Originib.

* ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ. *Nummus Auguſti,* apud Goltz. in Theſ.

* ΒΤΖΑΝΤΙΟΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. *Nummus C. Cæſaris Aug.* apud Goltz. in Theſ.

ΑΥΤ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ. *Caput Trajani radiatum.*

ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ CΩΤ. *Luna cornuta, cum ſtella.* Vide Triſtanum in Trajano, & quæ annotamus in Byzantii Originibus.

ΑΥΤΟ ΤΡΑΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ ΑΥΓ. *Trajanus.*

ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. *Luna cornuta, cum ſtella.* Ex Reg. Gaza.

ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ ΕΠΙ ΤΡΑΙΑΝΟΥ. *Galea.* Ex Patino p. 186.

ΣΕΒΑCΤΗΝ CΑΒΕΙΝΑΝ. *Caput Sabinæ A. Trajani conjugis.*

ΕΠΙ ΔΙΟΔΟΡΟΥ ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. *Duæ pelamydes, in quarum medio,* ΤΟ Β. D. Vaillant. Refertur etiam ab Occone p. 243. & explicatur a Triſtano in Sabina.

ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑΝΟC ΑΥΓ. *Adrianus laureatus.*

ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. *Figura quam pharum, tædam, ſeu funale eſſe volunt, ad latera,* ΤΟ. Ε.

ΠΛΩΤΕΙΝΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ. *Caput Plotinæ A. Hadriani uxoris.*

ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ ΕΠΙ ΤΡΑΙΑΝΟΥ. *Delphinus inter duas pelamydes.* Ex Patino p. 188.

Κ. ΑΤΡΗ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. *M. Aurelius Antoninus A.*

ΕΠΙ .... ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. *Galea.* Ex Regia Gaza.

Nummum ſequentem unde huc immiſerit ſcalptor, neſcio; nam idem eſt cum proximo.

Κ. ΑΥΡΗ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. *Antoninus laureatus.*

ΕΠΙ ΔΗΜΟCΘΕΝΟΥC. *Duæ Phari, ex quarum ſuprema parte exeunt funiculi ſuſtinentes calathum florum: ſub calatho ſcript.* ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. Ex Gaza Regia. Certe ex his funiculis & florum calatho ſubodorari licet aliud fuiſſe ab eo quod vulgo Pharum, ſeu tædam eſſe volunt eruditi, quamquam quid illud ſit haud facile eſt definire.

Μ ΑΥΡΗΛΙΟC ΚΑΙCΑΡ. *Caput Aurelii A.*

ΕΠΙ ΜΕ ΜΑΡΚΟΥ ΙΕΡΟ ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. *Prora navis.* Ex Gaza Regia.

ΑΤΤ. Κ. ΛΟΥΚΙΟC ΚΟ.. *Caput Commodi Imp.*

ΕΠΙ ΦΑΥCΤΕΙΝΗC ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. *Galea.* Ex Gaza Regia.

ΕΠΙ ΑΙΛ ΠΟΝΤΙΚΟΥ ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ, *Galea.* Ex Gaza Reginæ Sveciæ.

Profert eruditus Patinus nummum alium Commodi, in cujus averſa parte Victoria ſertum Herculis capiti imponit, cum hac inſcript. ΡΩΜΑΙΩΝ ΗΡΑΚΛΕΩΝ, ubi Byzantios, quos ſequior Græcia Romæos appellavit, innui putat. Verum hæc appellatio ſequioris fuit, non prioris ſæculi. Hunc vide p. 118. & 265.

ΚΡΙCΠΙΝΑ ΑΥΓΟΥCΤΑ. *Caput Criſpinæ.*

ΕΠΙ ΑΙΛΙΟΥ ΠΟΝΤΙΚΟΥ. *Tres piſces, ſeu delphinus inter duas pelamydes.* Ex Gaza M. Ducis Hetruriæ, & Patino p. 267.

I.
BYZAC
ΔHMHTPI.
ΘΥ
ΓΑΤΗΡ
BYZANTI
ΩN
Æ II
ΕΠΙ ΑΙ ΠΟΝΤΙΚΟΥ Ρ
Æ II
Æ III
BYZANTIΩN
BY ZAN TI ΩN
B Y
Æ II
BYZANTIΩN
BY
BYZAN TIΩN
Æ III
BYZANTIΩN
B Y ZA N
Æ III
BYZAN TIΩN
Æ III
BYZANTIΩN
ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ
Æ II
CAESAR AVGVSTVS
VIR. TVRPILIANVS III.
ΑΥΤ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ
ΒΥΖΑΝΤΙΝΗ ΖΥΤΥΧΗ
Æ III
ΑΥΤΟ ΤΡΑΙΑΝΟ ΑΔΡΙΑΝΟ ΚΑΙΣΑΡ
ΒΥΖΑΝ ΤΙΩΝ
ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΕΠΙ ΤΡΑΙΑΝΟΥ
ΘΕΑ ΡΩΜΗ
ΕΠΙ ΔΙΟΔΩΡΟΥ
TO B
BYZANTIΩN
ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΑΥΓ
TO B
ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΣΕΒ
ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΕΠΙ ΤΡΑΙΑΝΟΥ
ΚΑΥΡΗΛΙΑ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΗ
ΚΑΥΡΗΛΙΑ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ
ΚΑΜΑΥΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ
ΕΠΙ ΔΗΜΟ ΘΕΝΟΥΣ
BY ZAN TIΩN
ΚΑΥΡΗΛΙΑ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΗ
ΕΠΙ ΦΑΥΣΤΙΝΗΣ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΤΙΟΣ ΚΟ
ΕΠΙ ΑΙΛΙΟΥ ΠΟΝΤΙΚΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ
ΑΚΡΙΣΠΙΝΑ ΑΥΓΟΥΣΤΑ
ΕΠΙ ΑΙΛΙΟΥ ΠΟΝΤΙΚΟΥ
ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΕΠΙΜΕΜΑΡΚΟΥ ΙΕΡΟΒ
II
I

NOMISMATUM BYZANTII CUSORUM

Tab. II.

AV. K. A. CEΠ. CEBHPOC. ΠEP. *Severus laureatus.*
EΠ APX. Γ. CAΛΛ. APICTONEITOY....
ΔOC. *Duo piſces.* BYZANTIΩN. Ex Gaza Regia.

BYZANTIΩN. *Figura muliebris ſtans, inter duas Pharos.* Ex Gaza M. Ducis Hetruriæ.

IOYΛIA AYΓOYSTA. *Julia Domna Aug. uxor Severi Aug.*
BYZANTIΩN. *Luna cornuta, cum ſtella.* Ex Gaza Regia.

ANTΩNEINOC AYΓOYCTOC. *M. Aurel. Antoninus Caracalla A. laureatus:*
BYZANTIΩN. *Duæ Phari cum ara ignita intermedia.* Ex Gaza Regia. Vide Occonem p. 382.
EΠAPX M. AY. ANTΩNEINOY BYZANTIΩN. *Figura militaris, ſiniſtra haſtam tenens, dextram porrigens figuræ muliebri, ſiniſtra cornu Amaltheæ tenenti.* Ex Gaza Regia. Vide Occonem p. 384.
BYZANTIΩN. *Figura Iſidis tenens velum navis.* Ex Gaza Regia.
BYZANTIΩN. *Racemus.* Ex Patino p. 302.
EΠI AIA. ΠONTIKOY. *Delphinus inter duas pelamydes.* Ex Patino p. 302.
BYZANTIΩN. *Luna cornuta, cum ſtella.* Ex Gaza S. Genovefæ Pariſ.
BYZANTIΩN. *Duæ Phari.* Ex Gaza S. Genovefæ Pariſ.
* ANTΩNEINIA CEBACTA. *Menſa cui impoſita patera & capeduncula. & aliud quiddam cum palmulis e patera exeuntibus, ſub menſa urceolus.* Occo p. 382. Ejuſmodi nummorum Græcanicorum typis ludos publicos denotari pridem obſervarunt Petrus Faber lib. 2. Agoniſt. c. 25. Spanhemius Diſſ. 4. p. 300. Patinus p. 12. & 352. & alii. Similis typi videre alios licet apud eumdem Patinum p. 302. 306. 319. 334. 356. 372. 375. 412. 413. 418. & in Theſauro Numiſm. p. 117. Selden. ad Marmora Arundel. p. 167. 1. ed. Spon. in Itiner to. 3. p. 183. &c. Vide præterea Mercurialem lib. 2. art. Gymnaſt. c. 5. p. 59. 61.

IOYΛ. ΠΛAYTIΛΛA CEB. *Caput Plautillæ, Caracallæ uxoris.*
EΠI APX. AI. KAΠITΩΛEINOY. BYZANTIΩN. *Figura militaris dextram porrigens figuræ muliebri.* Ex Gaza Regia.

Π. CEΠ. ΓETA. CE. *Septimius Geta A.*
EΠI CAΛΛ. APICTAINETOY. *Fœmina velum extenſum utraque manu tenens, tauro vecta. infra,* BYZANTIΩN. Ex Regia Gaza. Vide Occonem p. 392. & Patinum in Theſauro Numiſm. p. 192.
BYZANTIΩN. *Delphinus inter duas pelamydes.* D. Vaillant.

ΓETA CAVΓ. *Septimius Geta A.*
BYZANTIΩN. *Racemus.* Ex Regia Gaza.
BYZANTIΩN. *Luna cornuta, cum ſtella.* Ex Gaza Sangenovefana.
BYZANTIΩN. *Figura muliebris ſtolata & velata ſtans, dextra ſpicas, ſiniſtra facem.* Petri Harponi.
EΠI. AIA. ΠONTIKOY BYZANTIΩN. *Equus paſcens inter duas Pharos.* Ex Gaza Reginæ Sveciæ. Vide Lambecium ad Codinum p. 346.

M. OΠI. ANT. ΔIAΔOYMENIANOC. *Diadumenianus A.*
BYZANTIΩN. *Victoria ſtans, dextra ſertum, ſiniſtra palmam.* Ex Regia Gaza, & Patino p. 323. 327.

ATT. K. Γ. OTIB ΓALLOC AVG. *C. Vibius Trebonianus Gallus A. cum diademate radiato.*
NIKAIEΩN KAI BYZANTIΩN. *Duæ Phari, quas Patinus p. 398. piſces putavit: inter utramque, vox* OMONOIA. *ſub qua, ara ignita.* Ex Regia Gaza. Servatur nummus alter Valeriani Imp. in Gaza M. Ducis Hetruriæ, qui ſimilem typum & inſcriptionem præfert. Ejuſmodi porro civitatum *ὁμονοίας* præferunt nummi complures alii, apud Occonem p. 217. 220. 362. 386. 421. Patinum p. 169. & in Teſ. p. 165.

M. ATP. ANTΩNINOC ATΓ. *M. Aurel. Antoninus Elagabalus, cum corona radiata.*
BYZANTIΩN. *Imp. eques ſpiculum in captivum contorquens.* Ex Regia Gaza.

IOYΛIA MAICA AVΓ. *Julia Mæſa, ſoror Juliæ Domnæ uxoris Severi A. mater Soæmiadis, matris Elagabali A.*
BYZANTIΩN. *Delphinus inter duas pelamydes.* Ex Gaza Reg. Sveciæ.
BYZANTIΩN. *Hercules innixus clavæ cippo impoſitæ.* D. Vaillant.

IOY. COAIMIC. CEB. *Julia Soaimias, mater Elagabali A.*
BYZANTIΩN. *Dea Nemeſis.* Ex Patino p. 342. de qua Dea, idem p. 5.

AYT. K. M. ATPH. CEVH. AΛEΞANΔPOC. ATΓ. *Alexander Severus A. laureatus.*
EΠI M. ATP. ΦPONTΩNOC. KAI. AIΛ. ΦHCTOT. *Menſa cui impoſita urna, e qua emergunt duæ palmulæ, ſub menſa, urceolus. infra,* BYZANTIΩN. Ex Regia Gaza.

M. ATP. CEVH. AΛEΞANΔPOC. ATΓ. *Alexander Severus laureatus.*
ANTΩNEINIA CEBACTA. *Idem typus. infra,* BYZANTIΩN. Ex Regia Gaza.
ANTΩNEINIA BYZANTIΩN. *Urna major ex qua emergunt duæ palmulæ, in cujus medio circulo ſcript. videtur,* CEBACTA. Ex Patino p. 352. Vide Occonem p. 421. & eumdem Patinum in Gordiano Pio p. 372.
EΠI AIMI. CEBHPOT KAI IOTΛ. CEBHPAC. *Pharus, in medio nummo ſcript.* BYZANTIΩN. Ex Regia Gaza.
* BYZANT. AIM. CEBHPOT. *Victoria ſtans, dextra lauream, ſiniſtra palmam.* Occo p. 419.
EΠI ATP. COTHPIKOT. *Figura muliebris.* Ex Regia Gaza.
EΠI ΦPONTΩNOC BYZANTIΩN. *Lupus.* Ex Gaza Regia.
* EΠI ΦPONTΩNOC KAI ΔIAΦNEΩN BYZANTIΩN. *Ara cum vaſe, in quo videntur duæ palmæ enatæ.* Occo p. 420.
EΠI CEBHPOT BYZANTIΩN. *Europa cum velo tauro vecta.* Abbat. Braceſ.

IOTΛIA MAMAIA ATΓ. *Julia Mamæa, mater Alexandri Severi A.*
EΠI ΦPONTΩNOC BYZANTIΩN. *Delphinus inter duas pelamydes.* Ex Gaza Regia.
Eadem inſcriptio. Neptunus, ſeu figura nuda, dextra piſcem vel pelamydem, altera tridentem, dextro pede prora navis inſiſtente. Ex Reg. Gaz.
* *Nummus Galeni Imp. in cujus averſa parte pharus cum inſcript.* BYZANTIΩN. Servatur apud Joſeph. Magnavaccam Pictorem Bononienſem.

II

Æ I

Æ III

Æ I

I

Æ I

Æ II

I

Æ I

Æ III

I

Æ I

I

Æ I

II

Æ I

I

Æ I

I

Æ I

I

CONSTANTINOPOLIS CHRISTIANA

Edit. Paris. pag. 1.

SEU

DESCRIPTIO

URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ,

Qualis extitit sub Imperatoribus Christianis,

EX VARIIS SCRIPTORIBUS CONTEXTA & adornata.

LIBER PRIMUS.

BYZANTII VETERIS ORIGINES.

I

BYZANTII SITUS.

CUM, ut est apud Aristidem orat. in Ægæum pelagus, urbes a situ opportuno & commodo vulgo laudari soleant, *εἰς καὶ πόλεως ἂν τις ἐπαινέσειε φρόνιμον ἕδρασιν*, Byzantii veteris, maritimæ munitissimæque Thraciæ urbis, origines scripturus, ab ipso urbis situ initium ducam. Hanc porro commendant plerique e scriptoribus, atque in primis Zozimus libr. II. Κεῖται μὲν γὰρ ἡ πόλις ἐπὶ λόφου, μέρος ἐπέχουσα τοῦ ἰσθμοῦ, τὸν δὴ τὸν κολπούμενον Κέρατος καὶ τῆς Προποντίδος ἐκτελευμένου· *Nam urbs in colle sita est, ejus Isthmi partem complexa, quem Sinus Ceras seu Cornu dictus, & Propontis efficiunt.* Et Dio apud Xiphilinum in Severo: Ἡ δὲ πόλις αὐτῶν ἐν χώρῳ (f. εὐχώρῳ) πάνυ καὶ τῆς ἠπείρου ἐς τὴν δὴ μέσου σφῶν θαλάσσης κεῖται, τῇ τε ἤϊόνι ἅμα καὶ τῇ τοῦ Βοσπόρου φύσει ἰσχυρῶς παρεσκευασμένη· αὐτή τε γὰρ ἐπὶ μετεώρου πεπόλισται, φοίχουσα εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐκείνη χειμάρρου δίκην ἐκ τοῦ Πόντου καταθέουσα, τῇ τε ἄκρᾳ προσίπτει, καὶ μέρη μέν τινα εἰς τὰ δεξιὰ ἀποτρέπεται, κἀνταῦθα τόν τε κόλπον καὶ τοὺς λιμένας ποιεῖ· τῷ δὲ δὴ πλείονι φορᾶς τῷ Προποντίδα παρ' αὐτῷ τε πόλιν πολλῇ σπουδῇ χωρεῖ. *Eorum urbs sita in opportuno loco, propter continentem quam habet utrinque, & mare quod medium intercedit, loci Bosporique natura munitissima est: nam cum ædificata sit in edito loco, pertinet ad mare, quod veluti torrens fertur ex Ponto, in promontiorum labitur, flectiturque aliqua ex parte ad dexteram, ubi sinum & portus facit: magna vero ex parte, in Propontidem prope ipsam urbem, ac celerius multo defluit.* Cujus quidem vehementioris Bosspori fluxus duplicem causam affert

Polybius lib. 4. ubi etiam hæc de Byzantii ſitu Dioni ferme conſentanea commemorat: Βυζάντιοι μὲν θάλατταν εὐκαιρότατον οἰκοῦσι τόπον, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν, καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν, πάντων ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ· καὶ δὲ γῆ πρὸς ἀμφότερα πάντων ἀφυέστατον. καὶ μὲν γὰρ θάλατταν, ὅπως ἐπίκειται τῷ στόματι τοῦ Πόντου κυρίως, ὥστε μήτ' εἰσπλεῦσαι, μήτ' ἐκπλεῦσαι δυνατὸν ἄνευ τῶν ἐμπόρων τινὰ χωρὶς τῆς ἐκείνων βουλήσεως. Ἐχόντος δὲ τοῦ Πόντου πολλὰ πρὸς τὸν βίον εὐχρήστων τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις πάντων εἰσὶ τούτων οἱ κύριοι οἱ Βυζάντιοι. *Byzantii maritimam urbem incolunt, cum natura loci munitiſſimam, tum ad fertilitatem omnium rerum, quibus humana felicitas perficitur, opportuniſſimam. Ita enim in oſtio ipſius Ponti ſita eſt, ut neque ingredi negotiator quiſquam, neque egredi ſine Byzantinorum conſenſu valeat. Cum vero Pontus multa ferat ad vitam hominum commodiſſima, eorum omnium domini ſunt Byzantii.* Quo ſpectant hæc Ovidii lib. 1. Triſtium.

Quæque tenent Ponti Byzantia littora fauces,
Hic locus eſt gemini janua vaſta maris.

Et iſta Lucani lib. 9.

——— quamvis Byzantion arcto
Pontus, & oſtriferam dirimat Chalcedona curſu,
Euxinumque ferens parvo ruat ore Propontis.

Neque aliter Procopius lib. 1. de Ædific. cap. 5. Πρὸς τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ καὶ ἡ θάλασσα ἐν καλῷ τίθεται ἀμφ' αὐτὸ μάλιστα ἐγκολπουμένη τε καὶ εἰς πορθμὸν ξυναγομένη, καὶ χωροῦσα εἰς πέλαγος μέγα, ταύτῃ τε τὴν πόλιν εὐφόρητόν τε ἀφειρύστων ἐργαζομένη, καὶ σκίτας λιμένων ἡσύχιον τοῖς ναυτιλλομένοις παρεχομένῳ, τάτε εἰς δίαιταν ἄπορον, καὶ τὰ εἰς πλοῦν χρείαν εὐδαίμονα. Πελάγη γὰρ δύο ἀμφὶ αὐτῷ ὄντα, ὅτε δὴ Αἰγαῖός καὶ ὁ Εὔξεινος καλούμενος Πόντος ξυνίασιν ἀλλήλοις εἰς τὰ πρὸς ἕω τῆς πόλεως, ξυγκρουόμενα τῇ τε ῥοδίᾳ ἐπιμιξίᾳ, ταύτῃ τε ἄπορον τῇ ἰσβολῇ βιαζόμενα, καλλωπίζουσι κύκλῳ τὴν πόλιν. *Auget Byzantii felicitatem opportunitas maris: quod circum hanc urbem ita ſe terra inſinuat, in freta cogit, effunditque in vaſtum pelagus, ut ea re ad aſpectum urbs præclariſſima ſit, tranquillo portuum præſidio invitet, annonam accipiat copioſam, & rebus ad vitæ uſus commodis abundet. Duo namque maria, quibus cingitur, Ægæum videlicet ac Pontus Euxinus, ad latus urbis orientale coeunt, ſeque undis promiſcuis ſic collidunt, ut continentem diſtrahant ſua illa irruptione, & urbem amœniſſime circumplectantur.* Et lib. 4. cap. 8. Ἔτι καὶ τῆς Θρᾴκης ἡ πόλις ἐν τῷ κράτει μόνον, ἀλλὰ ἐς χωρίων φορίσηκε φύσει, τῇ μὲν Εὐρώπῃ ὥσπερ τὶς ἀκρόπολις ἐπιμβαίνουσα, φυλαττομένη δὲ τῆς διαζώσης αὐτὴν ἀπὸ τῆς Ἀσίας θαλάσσης τὸ πέρας. *Quando hæc urbs non ſolum potentia, ſed natura etiam loci Traciam antecellit, Europæ imminens arcis inſtar, ſervanſque terminum maris, quo ab Aſia pars iſta orbis dividitur.* Themiſtius orat. 16. extrema, Conſtantinopolim σωφροσύνῃ τῶν δυσὶν ἠπείροιν, Gregorius Nazianzenus orat. 32. ἑώας καὶ ἑσπερίας λήξεως οἷον σωφρόνισμα vocant. Quibus conſentanee Himerius Sophiſta orat. euchariſtica in Julianum, de eadem urbe: Σὺ μὲν Εὐρώπης ἀρχὴ, σὺ δὲ ἐς πέρας καθέστηκας· σὺ δὲ καὶ Ἀσίας τὴν ἴσην μοῖραν κεκλήρωκας. *Tu Europæ principium, tu terminus es; tu parem etiam Aſiæ partem ſortita es.* Denique Manuel Chryſoloras in Comparatione utriuſque Romæ pag. 117. in hanc ipſam ſententiam hæc ingerit: Εἰ γὰρ μηδὲν ἕτερον λέγειν ἔχομεν, ἀλλ' ἢ πρὸς ἀμφοτέρας τὰς ἠπείρους, τῷ τε Εὐρώπην λέγω καὶ Ἀσίαν, θέσις, ἀλλ' ἡ σωφέρεια τῆς τε ἀρκτῴας καὶ μεσημβρινῆς θαλάσσης, ὥστε τῇ μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, τῇδε δὲ διὰ θαλασσῶν, μᾶλλον δὲ δι' ἀμφοτέρων, ὥσπερ ἐν κοινῷ τινὶ σωδεσμῷ ἐς κλείειν αὖθις ἀπ' ἀλλήλων, ὥσπερ ἐπί πυλῶν ἑαμένῳ, τε εἰκουμένῳ, καὶ τὰ ἐπὶ ταύτης ἔθνη, τίσιν οὐκ ἂν δόξειεν μόνον χρήσιμον καὶ ὡραῖον, ἀλλὰ καὶ βασιλικὸν εἶναι; *Si nihil aliud vobis dicendum ſuppeteret, ſitus ille verſus utramque continentem, Europam dico & Aſiam, & connexio Septentrionalis & Meridionalis maris, ita ut hinc continentium, iſthinc æquorum, vel potius utrorumque beneficio orbem terrarum gentesque illius, tanquam communi quodam vinculo conjungat, rurſuſque a ſe invicem ſecludat, ipſa velut ad portus ſita, quibus, quæſo, id non utile ſolum & pulchrum, ſed etiam regium non videretur?* Sed & Conſtantinus Manaſſes pagin. 92. 1. ed.

Ἣν ἤπειρος φρουρεῖται, θάλαττα δέχεται,
Ἣπίως ἀγκαλίζονται παλάμαι τῆς Εὐρώπης,
Ἀντιφιλεῖ δ' ἐτέρωθεν τῆς Ἀσίας στόμα.

Quam terra continens fovet, & mare excipit, quam jucunde amplectuntur Europæ manus, viciſſim & illa os Aſiæ deoſculatur. Trebellius Pollio in Gallienis: *Byzantiorum civitas clara navalibus bellis, clauſtrum Ponticum.* Ducas cap. 41. πόλιν τῶν κεφαλὴ, κέντρον τῶν τεσσάρων τοῦ κόσμου μερῶν, πόλις Χριστιανῶν καύχημα, καὶ βαρβάρων ἐξάνισμος, πόλις ἄλλη παράδεισος, φυτευθεῖσα πρὸς δυσμαῖς, ἔχουσα ἔνδον φυτὰ παντοῖα βεβόντα χαρτοὺς πνευματικούς. *Urbs cunctarum urbium caput, quatuor mundi partium centrum, Chriſtianorum gloria, barbarorum exterminium; urbs paradiſus alter, omnibus plantarum ac arborum generibus, ex quibus fructus ſpirituales naſcuntur, conſitus.* Demetrius Cydonius in orat. pro Latinor. ſubſidio: Ἡ δὲ τῶν ὑπ' ἠρινὸν πόλεων εὐγαμοτάτη, καὶ ἐφ' ᾧ πάντες τῆς χαρίτων ἕνεκα ἐς τέρψεως καὶ τῆς ἄλλης πάντων ἀβροτήτος ἥλαυνον, ἤρκτο νῦν τοῖς οἰκήτορσι γίγνεσθαι. *Urbs vero longe univerſarum ſub cœlo beatiſſima, quamque omnes gratiarum ac recreandi cauſa, munificique omnis ornatus adibant, nunc incolis facta eſt carcer.* Addam poſtremo quæ de Byzantii, ſeu Conſtantinopoleos ſitu, atque adeo de aeris temperie, & agri fertilitate ſcribunt alii. Sidonius Apollinaris carm. 11.

——At tu circumflua Ponto
Europæ atque Aſiæ commiſſam carpis utrinque
Temperiem: nam Biſtonios Aquilonis hiatus
Proxima Chalcidites ſenſim tuba temperat Euri.

A Sidonio hauſit quæ in hanc ſententiam ſcribit Will. Malmesburienſis libr. 4. Hiſt. Angl. *Gratum admodum fuiſſe ferunt Imperiali animo, ut illic urbem divino juſſu fundaret, ubi & ſoli ubertas, & cœli temperies mortalium ſaluti conveniit.* Et mox: *At Conſtantinopolis circumflua Ponto, Europæ atque Aſiæ carpit utrinque libratam temperiem, quod aquilonares hiatus mulceat e proximo veniens Aſiaticus Eurus.* Robertus Monachus lib. 2. *Hæc præ cunctis aliis urbibus fœcunda eſt pingui agro, & omni marinarum divitiarum commercio.* Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus, in Epiſtola de Urbis expugnatione apud Arnoldum Lubecenſem lib. 1. cap. ult. *Hæc & ejuſmodi deliramenta—divina juſtitia noſtro miniſterio digna ultione percuſſit, & expulſis hominibus Deum odientibus, nobis ſeſe amantibus terram dedit omnium bonorum copiis affluentem, vino & oleo ſtabilitam, fructibus opulentam, nemoribus, aquis & paſcuis ſpatioſam, & cui ſimilem non continet orbis, aere temperatam.* Et Guillelmus de Baldenzel in Hodœporico ad Terram Sanctam de Conſtant. *Hæc civitas ſolemniſſima in optimo mundi loco, tam ratione aeris, quam terræ conſtructa eſt.* Audiendus denique Augerius Busbequius in Itinere Conſtantinop. *Jam ad ipſius urbis ſitum quod attinet, videtur urbi dominaturæ facta a natura ſedes. Eſt in Europa; habet in conſpectu Aſiam; Ægyptum, Africamque a dextra, quæ tamen etſi contiguæ non ſint, maris tamen, navigandique commoditate veluti junguntur. A ſiniſtra vero Pontus eſt Euxinus, & Palus Mæotis, quæ circumcirca multis gentibus habitantur, & multis undique fluminibus influuntur, nihil ut longe lateque iis in regionibus ad uſum humanum naſcatur, cujus non ſit maxima Conſtantinopolim navibus vehendi opportunitas. Ab una parte mari alluitur Propontide: ex altera portum effecit flumen, quod a ſimilitudine Cornu aureum vocat Strabo. Tertia reliquo continenti jungitur, ut*

B Edit. Pariſ. pag. 3.

C

D

E

fere peninſulæ ſimilitudinem quandam referat, & perpetuo promontorii dorſo in mare ſinumque, quem a fluvio marique eo recedente fieri dixi, excurrat. Iiſdem conſona ſcribit Petrus Gyllius in Præfat. *Conſtantinopolis ſic in peninſula ſita eſt, ut totum Iſthmum occupet peninſulanum: ex tribus enim partibus mari alluitur; neque ſolum ex ſeſe munita eſt, ſed etiam ſuos ſuburbanos longos agros iter duorum dierum, latos amplius viginti miliaria, munitos habet peninſula, quam efficiunt Pontus, Boſporus, Propontis, olim ab Anaſtaſio muro clauſam, ita fit, ut ſitus urbis duplici peninſula munitus, arcem ſe declaret totius Europæ, atque adeo principatum totius orbis præ ſe ferat, eminens in fauces Europæ atque Aſiæ. Nam præter alias felicitates immenſas hanc habet ſummam, quod mari portuoſo ex tribus partibus cingitur, a Meridie quidem Propontide, ab Oriente Boſpori freto, ab Aquilone ſinu maxime portuoſo, qui non modo claudi catena poteſt, ſed etiam ſine catena hoſtibus infeſtus eſt. Conſtantinopolis, & Galatæ muris ſtringentibus ejus latitudinem, in ſtadia paulo minus quatuor, ut & machinis & igne liquido hoſtium naves ſæpe perierint. Adde quod nihil munitius fieri poſſet, ſi accederet ars muniendi noſtra ætate uſitata, ſi quatuor portus, quos olim intra muros habebat clauſos catenis, reſtituerentur: quorum duobus antiquum Byzantium ornatum, triennium Severi obſidionem ſuſtinuit, nec niſi fame totius orbis viribus capi potuit.* Idem denique ſub finem: *Cum totius Europæ Conſtantinopolis ſit arx contra Ponticos & Aſiæ barbaros, etiamſi ſæpe deleatur, ſemper non deerit aliquis qui eam reſtituat, invitatus loci opportunitate.* Quod vero ſubdunt iidem Busbequius & Gyllius de ſitus opportunitate circa res ad vitæ uſum neceſſarias, quæ undique mari in urbem advehi poſſunt, præclare etiam deſcribitur a Socrate lib. IV. capit. XV. Αἰ γὰρ Κωνσταντινούπολις, καὶ ἄπειρα τρέφουσα πλήθη, τὰ πολλὰ ἐνδεῖται τῶν τῆς θαλάσσης ἔχειν πάντων ἐπιτηδείων τῷ προσκομιδῷ, καὶ ὅτι ὁ Εὔξεινος Πόντος παρακείμενος, ἄφθονον αὐτῇ, ἵνίκα προσδεηθῇ παρέχει τὸ σῖτον· *Conſtantinopolis enim, quamvis infinitam hominum multitudinem alat ſuſtentetque, tamen partim propter rerum ad victum neceſſariarum invectionem, quæ per mare fit, partim propter Pontum Euxinum qui ei finitimus eſt, quique frumentum, cum opus fit, abunde ſuppeditat, maxima rerum omnium copia circumfluit.* Similia habet Anonymus in vita Joannis Acacii: Πρὸς τῷ ἀγίᾳ παῖδ' ὅσα ταντα χόθεν ταῖς ὥραις φύεται, τὰ μὲν ἐξ Σκυθῶν ἐρημίας παραδόξως εἰσάγειν, καὶ Θιμισκύρας τε καὶ Ἀμαζόνων παιδίᾳ· καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν πάντα ταντα χόθεν, τὰ μὲν δι' ἀλκάδων, τὰ δὲ δι' ὀχημάτων, τὰ δὲ τρόποις παντοδαποῖς, ὡς εἰς κοινὸν καταγώγιον συρρεῖν, ὥσπερ τοὺς ποταμοὺς ὁρῶμεν αὐτομάτως συμίοντας εἰς θάλατταν· ἔνθ' ἰδεῖν ἔστιν, ὡς ἑκάλλοθι τοῖς ἑκ ἤττον κτήμασιν ἐγγείοις, ἢ ναυτικοῖς ἰσχύοντας. *Edit. Pariſ. pag. 4.* *Ad quam advehitur quidquid ſingulis tempeſtatibus naſcitur, partim ex ulteriori continente, partim ex mari, partim ex ſuperiori ac inferiori Myſia, partim ex deſertis Scytharum, atque adeo, ut ita dicam, Amazonum regionibus; & ut verbo abſolvam, omnia undequaque cum navigio, tum etiam vehiculatione, modiſque aliis omnibus, veluti in commune diverſorium confluunt, quemadmodum fluvios videmus ſua ſponte in mare delabi: ubi cernere eſt, non ut alibi, hos non minus terreſtribus poſſeſſionibus quam navalibus valere.* Byzantium etiam in regione vini copia & fama nobili, uti opinatur eruditus Sirmondus in Triplici Nummo cap. II. ædificatum indicaſſe voluiſſe Byzantios ipſos, ſatis declarant eorum nummi, qui uvam ingentem præferunt, cum inſcriptione BTZANTIΩN, atque in iis nummus ille ex Theſauro Regio, qui caput Bacchi cum corona hederacea, & in poſtica racemum, cum inſcriptione BTZANTIΩN præfert: quem quidem racemum, ut & inſcriptionem, habent alii Antonini, Caracallæ, & Getæ ex eodem Theſauro Regio. Pari forte ratione exiſtimare licet frumenti copiam, qua præſtabat Byzantiorum regio, expreſſam in nummo ejuſdem Getæ, in quo figura ſtolata ac velata ſtans, dextra ſpicas, ſiniſtra facem geſtat: ac denique rerum omnium abundantiam nummum alium ex eodem Theſauro Regio, qui altera parte caput mulieris, altera cornu Amaltheæ præfert, cum inſcriptione, ΕΠΙ ΘΡΑΖΩΝΟC ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. Denique non omittendum videtur, quod olim Pytheas, & poſt eum Hipparchus, apud Strabonem lib. II. obſervarunt, eundem eſſe parallelum, qui per Byzantium, cum eo qui per Maſſiliam ducitur.

II.

CHRYSOCERAS.

TRadit Heſychius Mileſius Byzantem in Boſporii maris promontorio urbem exædificaſſe, κ τῷ ἄκρᾳ τῆς Βοσπορίας ἀλός: Promontorium iſtud *Lygos*, poſtmodum *Chryſoceras* nuncupatum auctor eſt Solinus cap. XVI. *Promontorium Χρυσεκέρας, Byzantio oppido nobile, antea Lygos dictum.* Plinius, a quo hauſit Solinus, lib. IV. cap. XI. *Promontorium Chryſoceras, in quo oppidum Byzantium liberæ conditionis.* Martianus Capella lib. VI. *Promontorium Ceras Chryſeon, Byzantio oppido nobile.* & Ammianus lib. XXII. *Nam ſupercilia ejus ſiniſtra Athyras portus deſpectat & Selymbria, & Conſtantinopolis vetus Byzantium Atticorum colonia, & promontorium Ceras prælucentem navibus vebens conſtructam celſius turrim, quapropter Pharos appellatur. Promontorium aurei cornu,* τὸ χρυσοῦ κέρατος, apud Plinium lib. IX. cap. XV. uti præferre ſcriptos codices monet Salmaſius. De priori appellatione, ut Claudianum præteream, cui *Conſtantina Lygos* dicitur, ſic Auſonius in Urbibus:

> *Ite pares tandem memores, quod numine Divum*
> *Auguſtas mutaſtis opes & nomina, tu quum*
> *Byzantina Lygos, tu Punica Byrſa fuiſti.*

Neſcio an ad hoc Promontorium ſpectet, quod refert Athenæus lib. VIII. Stratonicum, μαχάλλω τῆς Ἑλλάδος, *alam Græciæ*, Byzantium appellaſſe; quod forte in extremo ſitum promontorio, & mari utrinque circumdatum, ſpeciem quodammodo præferat alæ, ſeu alarum cavitatis, quæ in homine eſt. Scio aliter videri Caſaubono, qui Stratonicum vult hocce verbo ſignificaſſe, ſi quis eam urbem occupaverit, ſimilem reliquam Græciam fore homini, quem aliquis ala prehenſum teneat: vel certe ea appellatione aut urbi immunditias, aut civibus ſordidum victum objeciſſe: nam cavitati alarum proprius eſt fœtor, qui τράγος dicitur. Potuit etiam reſpexiſſe ad Byzantiorum vinoſitatem, de qua Ælianus lib. III. variæ hiſt. cap. XIV. cum apud Grecos μαχάλλω αἴρειν, *alam tollere* dicantur, qui potationi indulgent, ut eſt apud Zenobium & Diogenianum in Parœm. quod qui poculum exhauriunt, ſublato brachio alas oſtendant.

III.

SINUS CERATINUS.

VErum an Promontorium, in quo ſitum eſt Byzantium, *Ceras*, & *Chryſoceras* a veteribus nuncupatum fuerit, in dubium vocat Gyllius lib. I. de Boſporo Thracio c. I. qui putat Plinium erraſſe, aliiſque errandi viam præbuiſſe, cum ait, ex ea cauſa Byzantii promontorium *Chryſoceras* appellatum, quod Thunni aſpectu ſaxi albi in littore Aſiæ ſiti repente territi, ſemper præci-

Edit. Paris. pag. 5.

piti agmine promontorium Chrysoceras petant: cum ea de causa, subdit idem Gyllius, potius sinus appellandus sit *Auri cornu*, præsertim civibus Byzantiis ita sinum suum appellantibus, e quorum numero est Dionysius Byzantius, cui potius quam Plinio fides videtur adhibenda. At quidquid dicat Gyllius, haud omnino absurdum videri debet, non modo sinum Byzantio adjacentem, *Ceras* nuncupatum fuisse, sed etiam id nominis promontorio ipsi concessum a sinus vicinitate, ita ut promontorium fuerit ipsius Sinus Ceratini, & ab eo nomenclaturam acceperit. Ut ut sit de Promontorio Byzantio, id omnino planum est, sinum ei adjunctum, *Ceras* a scriptoribus omnibus appellari, κόλπον τὸ Κερατὸς a Cedreno, etsi de nominis etymo non conveniant. Quidam enim, ut Hesychius Milesius & Procopius lib. I. de Ædif. cap. V. a Ceroessa Byzantis matre ita nuncupatum volunt, quam Io ex Jove gravidam, ad confluentes Cydari & Borbyzæ fluviorum peperisse ajunt. Hesychius: Αὐτὴ δὲ ὁρὸς τὸ καλούμενον Κέρας ἐπανελθοῦσα, καθ' ὃ Κύδαρός τε καὶ Βορβύζης συμμίσγονται, τοῖς ἐνοικοῦσι προθεσπίζοντες τὰ ἐσόμενα, παρὰ τὴ Σεμίστρη βωμόν, τῷ λεγομένῳ Κερόεσσαι ἀπέκυσε κόρῃ· ἐξ ἧς καὶ Κέρας ὁ τόπος ὠνόμασται: *Ipsa vero (Io) ad Ceras veniens, ubi Cydaris & Borbyzes confluunt, futura incolis prædicentes, ad Semestræ aram, Ceroessam dictam peperit, & ab illa Ceras locus appellatur.* Ex quibus sane Κέρας proprie dictus videtur locus, ubi uterque fluvius in sinum confluunt, cui speciem quodammodo cornuum prebent, ab ipsius sinus capite in varias partes secedentium. Procopius: Ἀμφὶ τὸν κόλπον, ὃν περ Κέρας οἱ ἐπιχώριοι Κερόεσσαν τὴν Βύζαντος μητέρα τῆς πόλεως οἰκιστοῦ ἐπωνύμως καλοῦσιν. *Circa sinum ab indigenis dictum Ceras, de nomine Ceroessæ matris Byzantis, qui urbem condidit.* Alii, inquit idem Hesychius, ab Amaltheæ cornu, propter rerum omnium copiam eo e mari influentium, dictum Ceras volunt: Οἱ δὲ τὴν τῶν καρπῶν εὐποριαν τὸ τῆς Ἀμαλθείας αἰγὸς κέρας προσηγόρευσαν· *Alii vero ob fructuum abundantiam Amaltheæ capræ cornu dictum putant.* Quo forte spectat nummus, cujus supra meminimus, ex Thesauro Regio, qui altera parte caput mulieris, altera cornu Amaltheæ præfert, cum inscriptione, ΕΠΙ ΘΡΑΖΩΝΟC ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. Alii denique, subdit idem Hesychius, μᾶλλον τῇ θέσει τῆς χωρίου τοὔνομα προσιθέασιν, *potius a loci situ nomen inditum censent*: quod scilicet sinus instar cornu cervini in multos ramos diffindatur. Strabo lib. VII. Ἐπὶ δὲ τὸ Κέρας προσοικεῖ τῷ Βυζαντίων τείχει κόλπος ἀνέχων ὡς πρὸς δυσιν ἐπὶ σταδίους ἑξήκοντα, εἰοικὼς ἐλάφου κέρατι· εἰ γὰρ πλήσειε τις κόλπου, ὡς ἂν χλάδους τινάς. *Est autem Ceras Byzantii muro conjunctum, sinus versus Occidentem ad sexaginta stadia penetrans, similis cornui cervino, quod in multos sinus, quasi in ramos finditur.* Atque eo spectasse volunt Oraculum: Argivis enim Delphicum Apollinem consulentibus de loco ædificandæ urbi opportuno, tale oraculum edidisse fertur, quod recitant Stephanus, Eustathius in Dionysii Periegesin, Hesychius Milesius, & Codinus:

Ὀλβιοι οἱ κείνῳ ἱερῷ πόλιν οἰκήσουσιν,
Ἀκτῷ Θρηϊκίῳ τ' ἐνυγρον παρά τε στόμα Πόντου,
Ἔνθα δύο σκύλακες πολιῷ λάπτουσι θάλασσαν,
Ἔνθ' ἰχθὺς ἐλαφός τε νόμον βόσκονται ἐς αὐτόν.
Felices illi, qui urbem illam sacram incolent
Ad oram Thracicam, & ad aquosi os Ponti,
Ubi duo catuli mare canum lambunt,
Piscisque & cervus simul pabulantur.

Quod quidem oraculum ita interpretati sunt Argivi, ut per binos illos catulos pelagus lambentes, fluviolos Borbysem & Cydarum, qui in sinum se effundunt; sinum vero ipsum per piscem & cervum, qui simul pabulantur, designari arbitrarentur. Nec desunt qui per piscem, Pelamydem intelligi censeant. Sunt autem Pelamydes pisces, qui Latinis *Sardæ*, ut est in Glossis Gr. Lat. e specie thynnorum, quæ in Mæotidis paludibus enatæ, vastumque Ponti emensæ pelagus, in eum sinum densis agminibus irrumpunt: (est enim Pelamys genus piscium ἀγελαῖον καὶ ἐκτοπιστικόν, ut ait Aristoteles libro de Piscibus,) ibique a ventorum & hyemis difficultatibus, quas maxime exhorrescunt, securæ, in ejus recessibus commorantes, pingues admodum evadunt: ex quarum captura ingens Byzantiis proventus oboritur, quod secus est in Chalcedonensium littore, qui δὲ μετ ἰχνους τῆς ὑποροίας ταύτης, διὰ τὸ μὴ προσπελάζειν τοῖς λιμέσιν αὐτῶν τῷ πελαμύδα. *hujus copiæ non fiunt participes, quod ad eorum portus pelamys non appellit,* ut habet Strabo lib. VII. quod etiam attigere scriptores alii, Antiphanes Comicus apud Athenæum lib. III. Oppianus lib. IV. Ἁλιευτικῶν, & Dio Chrysostomus orat. XXXIII. Præ cæteris porro ingentem ad muros Byzantios pelamydum multitudinem graphyce describit Petrus Gyllius in Præfat. ad Urbis Descript. *Piscium vero redundantia excellit Massilia, Venetia, Tarentum; sed omnia superat Constantinopolis, qua velut per portam pisces duplicis maris transeunt, neque modo per Bosporum transeunt, sed ad Byzantium feruntur, relicta Chalcedone, ut uno reti viginti navigia impleas, atque sine retibus sæpe manibus ex continenti capias, atque adeo cum verno tempore in Pontum ascendunt densi greges, jactu lapidis velut aves ferias: ex fenestris quoque urbis calathis ex corda appensis mulieres piscentur, hamisque piscatores sine esca pelamydes capiant tot & tantas, ut sufficiant toti Græciæ, & magnæ parti Asiæ Europæque.* Non mirum igitur si Βυζαντίαν θωνάδα dixit idem Antiphanes; & Archestratus apud Athenæm lib. VII. θωύνης τῆς μεγάλης μητρόπολιν Βυζάντιον argute appellavit. Sed & a pelamydibus eo turmatim confluentibus Byzantio vicinum Suburbanum Πελαμύδιον appellatum verosimile est. Hujus meminit Scylitzes in Joanne Zimisce, ut & Codinus in Orig. CP. p. 58. Quinetiam Aristoteles lib. IV. Polit. ingentem piscatorum turbam Byzantii sua tempestate fuisse observat. Atque hinc percipimus cur Pelamydes in Byzantiorum nummis effictæ toties occurrant: in nummo scilicet Sabinæ Aug. apud V. Cl. D. *Vaillant*, qui duos ejusmodi pisces præfert, cum hac inscriptione, ΕΠΙ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΤΟ ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ: in nummo Plotinæ, ex Gaza Regia, in quo Delphinus inter duos pisces effictus, cum hoc lemmate, ΕΠΙ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ: in nummo Crispinæ A. ex Archejo M. Ducis Hetruriæ, ubi iidem Delphinus & pisces efficti, cum inscriptione, ΕΠΙ ΑΙ ΠΟΝΤΙΚΟΥ ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. ut & in nummo Caracallæ, ex Thesauro Reginæ Sveciæ, cum eadem inscriptione: in nummo Getæ, & alio Juliæ Mæsæ A. ex eodem Thesauro, cum inscriptione ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ: denique in nummo Juliæ Mammeæ A. cum inscriptione ΕΠΙ ΦΡΟΝΤΩΝΟC ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. Quosdam ex iis descripsere Carolus Patinus & Ezechiel Spanheimius. Ita porro Sinum Ceratinum describit Oppianus libro laudato.

pag. 6.

Θρηΐκιος δέ τις ἐστὶν ἁλὸς μυχός, ὄντε βάθιστον
Φασὶ Ποσειδάωνος ἐνὶ κληροισι τετύχθαι.
Ἐκ τοῦ καί τε Μίλητι κικλήσκεται, ἠδέ τε λάβροι
Λίβα, ἐδ' ὑπέροπλοι ἐπιθρώσκουσιν ἀῆται.
Ἐν δ' ἄρα κευθμῶνες ὑποβρύχιοι πεφύασι
Κοῖλοι, πηλώεντες, ἀθίσφατοι, οἷς ἔνι πολλὰ
Τίκτεται, ἠβαιοῖσιν ὅσ' ἰχθύσι δαῖτας ὀφέλλει.
Ἔνθα κῆ ἀρτιγένεισι πίλναι φρώτιστα κέλευθα
Πηλαμύδων ἰσμοῖσιν· ἐπεὶ πλεῖστον ἄλλων
Εἰναλίων φέρωσαι δυσμὰς χείματος ὁρμαί.

Thracius vero est quidam maris recessus, quem profundissimum perhibent in Neptuni sortibus esse: ex quo etiam Niger appellatur, neque ipsum impetuosi admodum, neque validi invadunt venti. In

ipso autem latibula humida sunt, cava, lutosa, immensa; in quibus multa generantur, quæ piscibus exiguis cibos præbent. Ibi etiam recens natis sunt primæ viæ Pelamydum cœtibus; quoniam vehementer præ cæteris marinis horrent difficilem hyemis impetum. &c. Et vero Sinum Ceratinum *Melana* appellari vix alibi reperias; adeo ut dubitandi præbeatur occasio, an revera Ceratinum intellexerit Oppianus, an vero Melanem Sinum, qui perinde in Thracia extitit ad Melanis fluvii ostia, ubi Cherronesus in arctum stringitur, & sinum efficit, qui Μέλας κόλπος dicitur Ptolomæo lib. III. Procopio lib. IV. de Ædif. cap. X. *Melanes Sinus* Plinio lib. IV. cap. XI. Solino cap. XV. Ammiano lib. XXII. & aliis; hodie ab urbe Caridia adjacente, *Golfo di Caridia*. Meminit præterea Apollonius Rhodius Nigri littoris ad Rhebantem amnem, qui haud procul ab Ponti ostio in Bithynia in mare effluit, cujus quidem fluvii mentio est apud veteres scriptores, & de quo pluribus egit Petrus Gyllius lib. III. de Bosporo Thracio cap. I. ast hic Sinum effingi nemo observavit. Sic autem Apollonius lib. II. Argonaut.

Πλαίη τε ῥηγμῖνας πεφυλαγμένοι, ἠδὲ κέλευθα
Ῥῆβαν ὠκιρόῳ ποταμὸν, ἀκτήν τε μέλαιναν
Γναμψάντες νήσου Θυνιάδος ὅρμον ἵκηαι.
Donec prærapido labentia flumina cursu
Emensi Rhebæ, & nigricantis littora terræ
Subducta petitis terra Thyaeida puppi.

Certe etsi Pelamydes ex Ponto ad usque Sinum non modo, sed & in Propontidem atque Ægæum ac Mediterraneum mare progredi scribat Busbequius; longe tamen potius Oppianum de Sinu Ceratino locutum vero est simile, cum Pelamydes ad Melanem Sinum progressas nemo e veteribus tradat. Deinde quod subdit, a tempestatibus ventisque omnino esse securum Sinum, mire Ceratino convenit: sic enim de eo Procopius lib. I. de Ædif. cap. V. Πρόκειται δὲ διλωτικὴς ὁ κόλπος οὗτος, καὶ ἀναδολοῦσθαι οὐδαμῇ πέφυκεν, ὥσπερ ὁρίων τῷ κλύδωνι χειμένων. — χειμῶνος δὲ, ἂν οὕτω τύχῃ, καὶ ἀνέμων σκληρῶν τοῖς τε πελάγεσι καὶ τῷ πορθμῷ ἐπιπεσόντων, ἐπειδὰν ἐς τὸ ἔσοδον ἵκωνται τὸν κόλπου αἱ νῆες, ἀκυβέρνητοί τε τὸ λοιπὸν ἴασι, καὶ ἀφορβούλευτοι ὁρμίζονται. *Sinus hic semper tranquillus, minime turbari solet, quasi terminus tempestati hic fixus esset. — Si forte venti vehementiores incumbunt, ac maria fretumque concitent, simul navigia Sinus fauces intrarunt, nullo regente pergunt, & quocumque sors tulerit appelluntur.* In eamdem sententiam Anonymus in vita Joannis Acacii. Τῶ γε μὴν λιμένος θέσιν τε καὶ κάλλος, καὶ μέγεθος, καὶ ὡς ἀσφαλὲς μὲν τοῖς ὁρμοῦσι καὶ νεωρίοις, ἀσφαλὲς δὲ νεωσοίκων ἔχει, καὶ ὅ ἄλλης κατασκευῆς, καὶ χρείας, καὶ τῆς ἐξ ἄκρων ἐς ἄκρα διαβάσεως, ὧδ' ὁλόκληρον ὡς ἀληθῶς θάλασσαν ξένην, μὴ λιμένα καλεῖν· ἔνθ' ἀχερὴς μὲν ὁ ἔκπλους, ἀχερέστερος δ' ὁ κατάπλους, ἔνθα γαλήνην βαθεῖαν ἀρεῖν ἐστὶ, κἂν ταῖς θυέλλαις καταιγίσῃ, ὅτι καὶ τὰ τῆς γῆς θεμέλια δοκεῖ. *Portus vero situm, pulchritudinem & magnitudinem, & ut navium stationibus ac navalibus, aliisque apparatibus & commodis præstet, & a promontoriis in promontoria transmissionibus, ita ut cum integrum quodammodo mare inter ea exeat, portus non appellandus sit, ubi facilis ex eo faciliorque in eum navigatio est, ubi profundam tranquillitatem invenire est etiam in ipsis tempestatibus ac procellis, & cum tota quassari videtur terra.* Sinus autem Ceratinus ad Byzantii dextrum latus in multam altitudinem provehitur. Procopius loco laudato: Ὁ δὲ τρίτος πορθμὸς τοῦ μὲν πρώτου ἐχόμενος ἐπὶ δεξιᾷ, ἐκ δὲ Συκῶν τῆς καλουμένων ἀρχόμενος ἐπὶ πλεῖστον διήκει τοῦ πόλεως πρὸς βορρᾶν ἄνεμον. *Tertium vero fretum a dextera conjunctum primo, ex regione, quam Sycenam vocant, longissime allabitur urbis lateri aquilonari, ubi in sinum desinit.* Illius initium duo faciunt promontoria, unum a Meridie, appellatum Bosporium; alterum a Septentrionibus, Metopum olim dictum: illius vero finem (κόλπου τὸ πέρας apud Procop. lib. IV. cap. VI.) ostia Cydari & Borbysæ fluviorum constituunt. Sinus longitudinem sexaginta stadiorum esse ait Strabo; milliarium vero quinque vel sex. Willelmus Tyrius lib. II. cap. VII. *Quæ influxio a prædicto mari* (Pontico) *transfusa, postquam triginta milliariis a primis faucibus, unde habet introitum, continuo tractu descendit, sinum facit in partem occidentalem, cujus longitudo est ad millia quinque vel sex; latitudo vero quasi unius.* Rursum de hoc Sinu: *Sinus autem prædictus tendens, ut præmissimus, in Occidentem, portus est inter eos quos orbis habet, commoda statione famosissimus.* Latitudo vero Sinus varia est: ad fauces, ubi potissimum dilatatur, hoc est a promontorio Bosporio ad oppidum Galatam, ad quinque stadia, ut habet Strabo lib. VII. ad passus trecentos patet, ut Leunclavius cap. CXXVII. deinde paulatim stringitur usque ad mediam Galatam, ubi in stadia paulo plus tria coarctatur, ut est apud Gyllium lib. I. de Bosp. Thrac. cap. V. ubi multis Sinus iste describitur.

IV.

BOSPORUS.

POrtum Byzantii, Bospori appellationem habuisse testantur nonnulli e veteribus scriptoribus. Phavorinus apud Constantinum Porphyrogenitum lib. II. Θεμάτ. cap. XII. Βυζαντίων λιμὴν Βόσπορος καλεῖται. *Byzantiorum portus Bosporus vocatur.* Eustathius in Dionysii Perieg. p. 24. ubi de Bosporo: Καὶ ὁ περὶ τὸ Βυζάντιον δὲ λιμὴν οὕτως ὕστερον ἐκλήθη· *Ita etiam postea appellatus fuit portus Byzantii.* De Bosporo portu intelligendum videtur apud Demosthenem orat. περὶ Στεφάνου, Decretum Byzantiorum, qui propter præstitum sibi ab Athenienses bello Macedonico auxilium, jus non modo civitatis iis ultro concesserunt, sed etiam tres populi Athenienses statuas ingentes, sedenum cubitorum singulas, a populo Byzantiorum & Perinthiorum coronati, in Bosporo statui decreverunt πᾶσαι δὲ καὶ εἰκόνες τρεῖς ἐκκαιδεκαπήχεις ἐν τῷ Βοσπόρῳ στησάμενον τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων ὑπὸ τῷ δήμῳ τῶν Βυζαντίων καὶ Περινθίων. *Bosporium* appellatam eam muri urbis partem, quæ sigmatis figuram exhibebat, ex Joanne Antiocheno refert Codinus pag. 57. sicque appellatam, quod eo loci boves olim vænirent; idque obtinuisse usque ad Copronymi tempora. Sed quod subdit accidisse, ut bos quidam œstro percitus in mare desiliret, & tranaret usque Chrysopolim, trajectuique inde Bospori vocabulum mansisse, non ad ipsius, sed ad freti denominationem notissimam pertinet, adeo ut vix credam id a Joanne Antiocheno hausisse. *Bosphorium* postea portum illum nuncupatum tradunt, ex eo quod Philippo Macedonum Rege urbem obsidente, cuniculos cum milites egissent quo occulte urbem ingrederentur, nocteque intempesta ac illuni, cæloque pluvio id essent aggressi, Hecate ad Septentriones igneas nubes protenderit, eaque ratione hostium conatus prodiderit, reddideritque irritos: canibus insuper eidem Divæ sacris, ululatibus suis custodes evigilantibus. Itaque obsidione liberatos Byzantios, ob præstitam sibi a Diva opem, simulachrum Hecates lampadiferæ, λαμπαδηφόρου Ἑκάτης ἄγαλμα erexisse, locumque illum deinceps *Phosphorium* nominasse: rem narrant Stephanus de Urbibus, & ex Stephano Porphyrogenitus & Eustathius locis citatis, & Hesychius Milesius. Hecaten vero Φωσφόρον appellari ab Euripide in Hecuba nemo nescit. Exhinc Byzantii tam manifestum numinis auxilium experti, Hecaten ut servatricem coluere, & in nummis suis cornu-

Edit. Paris. pag. 7.

tam Lunam insculpsere, tanquam præcipuum urbis insigne, & suæ erga Divam venerationis argumentum. Extant quippe Byzantiorum complures nummi, in quibus bicornis Luna cum astro vel stellula effingitur, ut ille ex Gaza Regia, qui caput Dianæ cum pharetra & arcu præfert, & in aversa parte BTZANTIΩN; præterea nummus, cujus pars antica Trajanum Imperatorem corona radiata cinctum exhibet cum hisce characteribus, ATT. NEP. TPAIANOC. KAICAP, postica vero eundem typum cum hac epigraphe, BTCANTINH ΣΩT. . . . i. Σώτειρα, *Byzantina servatrix*: quam quidem inscriptionem Tristanus a S. Amante in Commentariis historicis, ad supra allatam historiam referendam putat. Extat similis nummus alius Juliæ Domnæ in Gazophylacio RR. PP. Canonicorum S. Genovefæ Paris. Ad Hecaten etiam λαμπαδηφόρον referri potest nummus alter Oplii Macrini Imperatoris ex Thesauro Regio, in quo visitur equus pascens inter duas faces, cum hac inscriptione, ΕΠΙ ΠΟΝΤΙΚΟΤ BTZANTIΩN. Ex quibus conjicit Ezechiel Spanheimius libr. de Præstantia & usu Numismatum dissert. VI. nummum, qui a Fulvio Ursino refertur in Familia Petronia, in quo Augustus effingitur, cum hac epigraphe, CAESAR AUGUSTUS, in parte altera Lunula cum stella, & hisce verbis, TURPILIANUS III. VIR, Byzantii instaurationem spectare. Complures etiam alios ejusdem ferme typi nummos, vel saltem cum tædis, servant rei antiquariæ studiosorum ἀρχεῖα, ac Regium quidem, nummum M. Aurelii A. cum binis istis tædis, & hac epigraphe, ΕΠΙ. ΔΗ-ΜΟΣΘΕΚΟΤΣ BTZANTIΩN; alterum Septimii Severi Aug. cum duabus pariter tædis & inscriptione, ΕΠΙ ΑΡΚΑΛΑ ΑΡΙCTAI ΝΕΤΟV; alterum, in quo scriptum, ΕΠΙ ΦΡΩΝΤΟ-ΝΟC ΚΑΙ ΗΦΗCΤΙΩΝΟC BTZANTIΩN; alium Antonini Caracallæ, in quo binæ perinde tædæ & ara ignita intermedia exarantur, cum inscriptione, BTZANTIΩN; alios denique Alexandri Severi cum inscript. ΕΠΙ ΑΙΜΙ ΣΕΒΗΡΟΥ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΗΡΑC; & Valeriani cum inscriptione, BTZANTIΩN ΝΙΚΑ-ΙΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Sed & servat M. Ducis Hetruriæ Gaza alterum ejusdem Septimii Severi, cum figura muliebri stante inter duas tædas & inscript. BTZANTIΩN. At cum Bosphori nomenclaturam, etiam post Constantini M. tempora, retinuerit portus urbis Byzantinæ, nullaque propemodum Phosphori mentio occurrat apud veteres scriptores, præter Stephanum & aliquot alios, qui ab eo descripserunt quod de Phosphoro tradidere; non desunt qui Phosphori vocabulum per inversionem literarum ex Bosporo ab indigenis derivatum volunt: quemadmodum constat Fretum ipsum Bosporianum, quod a veteribus omnibus Βόσπορος dicitur, a recentioribus aliquot Βόσφορον nuncupari. Evagrius lib. II. cap. XIII. scribit magnum incendium, Leone M. imperante, extitisse, quod ad Septentrionem, ubi sunt urbis portus, a Bosporo grassatum est, usque ad antiquum templum Apollinis: Ἐν τῷ βορείῳ κλίματι, ἐν ᾧ καὶ νεώρια τῆς πόλεως κατέσχον, ἀπὸ τοῦ καλουμένου Βοὸς πόρου μέχρι τοῦ παλαιοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροῦ. Quo loco Zonaras habet, ἀπὸ τοῦ Βοσπόρου μέχρι τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Καλυβίτου, *a Bosporo usque ad ædem S. Joannis Calybitæ*. Cedrenus denique incendium ortum commemorat a Neorio, quod ad Orientem statuit, perrexisse ad ædem S. Joannis Calybitæ, quæ ad occasum erat. Ex quibus cognosco, inquit Gyllius, Neorium & Bosporium vicina fuisse, quamquam in antiqua urbis descriptione Bosporius portus in quinta regione, & Neorium in sexta ponantur. Nam cum hæc utraque regio simul conjuncta a collis dorso ad mare descendat, nihil impedit, quin vicinus fuerit portus Bosporius Neorio. Verum an his locis portus Bosporius intelligatur, dubium facit omnino Nicetas in Isaac. lib. I. num. 6. scribens ita appellari latus urbis septentrionale Freto obversum: Μοῖράν τινα τῆς ἑαυτοῦ στρατιᾶς παραλόμενος, ἐκπέμπει κατὰ τὸν βόρειον ἀντίπορθμον τῆς πόλεως πλευράν, ἥτις Πόρος βοὸς κικλήσκεται· ἀφ' ἧς καταφανὴς ἐστιν ἀκριβῶς ὁ μέχρι δὴ ἐν Βλαχέρναις ἀνακτόρων συρόμενος θαλάττιος ὄλκὸς, ἔς ὅσα πρὸς ἄνεμον βορρᾶν ἐπινενύκασι μέρη τῆς πόλεως. *Partem quandam suarum copiarum ad septentrionale urbis latus, quod Freto obversum est, mittit, quod Bosporus nuncupatur, unde maris tractus, qui usque ad palatium Blachernarum pertinet, cæteræque partes urbis, quæ ad aquilonem vergunt, aperte cernuntur*. Sane ex hisce verbis omnino patet saltem Bosporum nuncupari partem illam promontorii Bosporici, quæ in Sinum Ceratinum longius procurrit, ex quo totius Sinus, qui in urbem interius recedit, patet prospectus. quod & indicat Cedrenus anno 22. Copronymi, ubi de glacie, quæ rupta Acropolim & cæteras urbis partes concussit: Εἰς τρία δὲ ῥαγέν, ἔζωσε τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς Μαγγάνων ἕως τοῦ Βοσποείου. Quod aliis verbis expressit Nicephorus Constantinopolitanus: Καὶ τοῦτο τειχοῦ διαιρεθὲν παρ' ἑκάτερα μέρη τῆς Ακροπόλεως τὰς ἀκτὰς ἐμπίπλησι· *Hinc trifariam divisum* (glaciei fragmen) *ad utramque Arcis partem oram omnem occupavit*. Proinde *Bosporium* aliud fuit ab ipsa promontorii Bosporici extremitate, sive ἀκρᾷ; cui quidem Bosporio vicinus portus ab eo nomen sumpsit. At in veteri Urbis descriptione non *Bosporius*, sed *Proboscphorianus* dicitur, forte quod Bosporio obversus sit. Alii, ut Jac. Gotofredus ad Leg. V. Cod. Theod. de Calcis coctor. legendum censent *Prosphorianum*, deducuntque ἀπὸ τῆς φοσφορᾶς; alii, ut Petavius ad Nicephorum CP. a Foro, quod Forum respiceret. Denique Joannes Tzetzes Chil. I. Προσφόειον, *Bosporum*, sua ætate nuncupatum scribit;

Ὁ παρ' ἡμῖν τὸ Θρᾴκιος (Βόσπορος) καὶ Ἑλλησπον-
τίας,
Ὃς σωνηθείᾳ τῇ κοινῇ Προσφόειον καλεῖται.

Edit. paris. pag. 8.

pag. 9.

V.

PERAMA.

Τὸ Πέραμα, Fretum ipsum, seu Sinum Ceratinum appellabant Byzantii, quod ex Urbe in ulteriorem ripam, quam Πέραν vocabant, abeuntibus, trajectus vice esset. Theophanes anno 25. Justiniani M. enarrans encænia ædis S. Irenes Sycenæ, ait Patriarchas Constantinopolitanum & Alexandrinum in Imperatoris curru sedentes, & sanctas Reliquias deferentes, ἕως τοῦ Περάματος venisse, iisque, postquam trajecissent, occurrisse Imperatorem: Καὶ ἦλθον ἕως τοῦ Περάματος, καὶ ἐπέρασαν, καὶ ὑπήντησεν αὐτοῖς ὁ Βασιλεύς· *Et venerunt usque ad Perama, & trajecerunt, & occurrit illis Imperator*. Nicetas in Andronico libr. I. num. 6. diserte Fretum, Πέραμα appellatum observat: Καὶ τοὺς Σεβαστιανοὺς ὁμαίμονας εἰς τὸ ἀντιπέραν ἀναρτᾷ τοῦ πορθμοῦ, ὃς κικλήσκεται Πέραμα· *Duos fratres Sebastianos in opposito Freti, quod Perama appellatur, littore suspendit*. Idem in Isaacio & Alexio num. 11. commemorat, capta a Francis & Venetis Constantinopoli, exortum incendium a Synagoga Saracenorum, quæ ad septentrionalem Urbis partem ad mare vergebat, & templo S. Irenes proxima erat; versus Orientem vero in latitudine ad templum maximum desiisse: ad Occidentem denique εἰς τὸ λεγόμενον Πέραμα, *usque ad Perama* se extendisse, atque inde in latitudinem Urbis se diffudisse. Ædes vero Irenes, quæ a Niceta πρὸς θαλάσσαν, hoc loco, & in Manuele lib. VII. num. III.

num. III. statuitur, dicitur Codino ἁγία Εἰρώνη τὸ Πέραμα. Fretum præterea appellatione τὰ Περάματος donatur a Leone Grammatico in Michaele Theophili F. Κλύδωνος δὲ ἐντὸς ἐν τῇ θαλάσσῃ, σωσθροισθέντες κατῆλθον μέχρι τῶ Περάματος, καὶ διαπεράσαντες ἦλθον εἰς τ' οἶκον Εὐλογίου τοῦ Πέρσου, καὶ τοῦτον ἄραντες ἦλθον εἰς τὰ Μαρίνης, &c. *Orta vero in mari tempestate, una coeuntes, descenderunt usque ad Perama*, (id est Fretum) *& trajicientes, ad Eulogii Persæ domum venerunt, eoque assumpto, ad Marinæ ædem pervenere*, &c. Atque inde loci ii, in quibus exscensus fiebat ad trajiciendum Fretum, quos alii *Scalas* vulgo vocant, Περάματα seu *Trajectus* appellantur in Novella Justiniani LIX. c. V. quod & observavit Cujacius. Sed & inde ipsæ naviculæ, ait Leunclavius in Pand. Turc. num. X. tam Turcis, quam Græcis & aliis, ab usu quem in trajiciendo præstant, *Peramæ* vulgo nominantur. Hinc etiam περαματίζειν dixit Theophanes anno I. Philippici, pro *fretum ipsum trajicere*: Περάτας, pro ἱρίτας, Codex barbarograecus Nicetæ in Man. lib. I. num. V. Vide Notas ad Alexiadem.

VI.

CATENA.

PORTUM Constantinopolitanum, seu Sinum Ceratinum, interdum catena obcludi solitum tradunt passim scriptores Byzantini, quo hostiles scilicet naves ab illius ingressu arcerentur. Pertingebat illa ab Acropoli ad Castellum Galaticum; quippe legimus in Græcorum Triodio, & in Orat. historica in festum Acathist. Agarenos, Leone Isauro imperante, ab Urbis oppugnatione destitisse, cum opposita hac catena portum ingredi prohibiti essent, κωλυθέντες ὑπὸ τ' ἁλύσεως διηκούσης ἀπὸ τῆς Γαλάτα εἰς τὰ τύχη τῆς πόλεως. Id paulo aliter refert Theophanes anno I. Leonis: narrat enim Agarenis ad urbem appulsis, catenam, qua portus occludebatur, clam removisse Leonem; hostes autem veritos ne id eo egisset consilio Augustus, ut velut in casses conjiceret, recessisse: Τῇ δὲ αὐτῇ νυκτὶ τῶ ἁλύσιν ἐκ τῆς Γαλάτων ὁ Δισπὸς Βασιλεὺς μυστικῶς σωίσηλεν: ubi Paulus Diac. *Eadem vero nocte Imperator catenam a locis Galati secreto removit*, &c. Ita ut legisse videatur τ' Γαλάτα, ut est in Triodio. Zonaras scribit Michaelem Balbum Imperatorem, cum terra marique in urbe obsideretur a Thoma, qui tyrannidem arripuerat, ad has rerum venisse angustias, ut catenam ferream ab Acropoli contendere necesse habuerit ad oppidulum in opposito littore positum, quo in urbem ingressum arceret; Εἰς τοῦτο δ' ἦκεν ἀπορίας ὁ Μιχαὴλ, ὡς σιδηρᾶν ἐκτεῖναι σειρὰν ἐξ Ακροπόλεως εἰς τὸ κατ' ἀντιπέρας πολύχνιον, ἵν' ἄβατα τοῖς τοῦ τυράννου φυλάττοιτο τὰ ἐντός. Similia habet Scylitzes p. 502. E. R. Galatam autem hic innui per πολύχνιον, satis constat ex Villharduino n. LXXXIII. *De nostre Baron fu tels li conseils, que il se herbergeroient sor le port devant la Tor de Galatas, où la chaiene fermoit, qui movoit de Constantinople. Et sachiez de voir que par cele chaiene convenoit entrer, qui al port de Constantinople voloit entrer. Et bien virent nostre Baron, se il ne prenoient cele tor, & rompoient cele chaiene, il estoient mort & mal bailli.* Et Comes San-Paulanus in Epistola de expugnatione Constantinopolitana: *Inde perreximus ad quandam turrim fortissimam, in qua firmabatur catena ferrea grossa nimis, quæ posita super ligna transversa mare transnatabat, attingens usque ad muros civitatis. Catena illa portum servabat, juxta quam naves & galeidæ civitatis cum bargis erant, latere ad latus conjunctæ, nobis introitum inhibentes.* Ut vero nostri & castellum Galatæ expugnaverint, & Catenam perruperint, ita describit Nicetas in Alexio lib. III. num. X. Ὡς δ' οἱ μὲν ἐπίγειοι, οἱ δ' ἐναλίοις τῷ φρουρίῳ ἐπέσπασαν, ἐν ᾧ ἵδρυτο Ρωμαίοις σιδηρᾶν βαρυτάλαντον ἀποδεῖναι ἅλυσιν, ἡνίκα πλοίων πολεμίων ἔκπλοι, ἔφοδοι, ἐπὶ δύσιν προσβάλλοιεν τῷ ῥεύματι. *Ut autem alii terra, alii mari castellum id, ad quod ferrea catena maximi ponderis alligari solet, cum hostilis classis expectatur, statim oppugnare cœperunt.* Et mox: Εἶτα καὶ αὐτῆς διαῤῥαγείσης, ἴσω ξύμπας ὁ πολέμιος στόλος ἐσρύετο. *Deinde illa fracta, tota classis hostilis ingreditur.* Denique Albericus in Chronico an. MCCII. *Primo turrim Galatas ceperunt, ubi catena portus pendebat; & ipsam catenam ruperunt, quæ postea apud Acram fuit missa.* Simili catena Turcas ab ingressu portus arcere conatus est Constantinus Palæologus Imperator. Laonicus lib. VII. Ἐλθὼν ἐν ὡς ἐπύθοντο ἐπιέναι σφίσι τ' Βασιλέως στόλον ἀπὸ θαλάσσης, τέσσαρας σιδήρους ἁλύσεις ἀπὸ τῆς καστανιᾶς πύλεως, εἰς τὸ τεῖχος τῶ Βυζαντίου παρὰ τ' Ακρόπολιν κατέτεινε. *Græci vero ubi intellexere adversum adventare classem regiam, catenas ferreas ab oppido quod ex adverso erat, extenderunt in Byzantii murum prope Arcem.* Eadem tradunt Phranzes lib. III. cap. VIII. & XI. Leonardus Chiensis in Epist. de Expugn. CP. Historia Politica pag. 9. & M. Chronicon Belgicum ann. MCCCCXLVIII. Ducas cap. XXXVIII. ubi de eadem urbis expugnatione, ait portum urbis occlusum fuisse ferrea catena, ἀπὸ μέρους τῆς τύλης τῆς πόλεως τῆς καλουμένης Ωραίας, εἰς τὸ τοῦ Γαλαταμέρος, *a portu urbis Oræa appellata, usque ad Galatam.* Tradit vero Sabellicus lib. VIII. dec. III. hanc Catenam *a Gallorum turri ad Peranæ claræ pontem protensam*: quæ quidem mendosissima sunt; nam Gallorum turrim vocat, quæ *Galatæ* appellari debuit. Deinde quid per *ad Peranæ claræ pontem* velit, non video, nisi Catena illa in Galatino oppido defixa fuerit versus ædem S. Claræ, quam etiamnum stare ajunt. Denique observat Gyllius lib. IV. cap. X. adhuc Galatæ portam esse, quæ appellatur Catena, ex eo quod ab Acropoli usque ad eam portam Catena extenderetur.

Præter hanc Catenam, quam ab Acropoli ad Galatinam turrim protensam diximus, alteram statuit Manuel Comnenus Imperator, ut hostiles naves a Propontide venientes, a portus ingressu prorsus arceret, extructis in eum finem in ipso mari arcibus, seu *arculis*, quarum una Manganico Monasterio ad urbem, altera Damalis Promontorio in Asia vicinæ erant. Rem ita narrat Nicetas in eodem Manuele lib. VII. n. III. Ἔργον τοῦ Βασιλέως τούτου καὶ ὁ μὲν πολὺ τῆς θαλάσσης ἔνδον ἱσάμενος πύργος, τῆς προσκλυζούσης τῷ χέρσον, ὅτις ὠνομάζετο Δάμαλις, νυνὶ δὲ Αρκλα καλεῖται. Αλλὰ δὴ καὶ ὁ ἀντίπορθμος οὗτος πύργος τῆς τῶν Μαγγάνων ἐγγὺς ἐδομημένος μονῆς· ἐφ' ᾧ δὲ σκόπος τῷ τότε ἀνιεμένῃ ἄνακτι, κατὰ καιρὸν ἐπαγωγῆς πλοίων βαρβαρικῶν, σιδηρᾶν ἐξ ἑκατέρων ἅλυσιν ἐκτείνεσθαι, καὶ ἄβατον ἐντεῦθεν γίνεσθαι, ὁπόσα περὶ τῷ Ακρόπολιν μέρη τῆς πόλεως, καὶ τὸν συρόμενον ἔσωθεν ὅλκὸν, ἕως καὶ ἐς αὐτὰ τὰ ἐν Βλαχέρναις βασίλεια. *Opus etiam ejusdem Imperatoris est turris illa in mari extructa, quæ continentem alluit, & Damalis appellabatur, nunc vero Arcula dicitur. Sed & turris altera e regione, juxta Manganorum Monasterium ædificata: ejusmodi autem fuit illius consilium, ut ferrea catena utrinque extenta, barbaris navibus aditus in loca urbis Acropoli vicina, & tractum illum omnem usque ad Blachernarum palatium, intercluderetur.* Nescio an ad has turres respexerit Manuel Chrysoloras pag. 117. quorum una, quæ Damalis promontorio vicina est, adhuc stat, in qua milites Turcici excubant ad portoriorum exactionem: Καὶ τοὺς ἐν μέσῳ τῆς θαλάττης καὶ τὰ πελάγη, καὶ τ' βυθοῦ, ἐπὶ τῆς δίνης αὐτῆς, καὶ τὰς παλιῤῥοίας πύργους, ἐς τὰ ἐν αὐτοῖς γλυκέα ὕδατα· *Turres etiam in medio maris & profundo pelago, & in ipso reciprocantium fluctuum vorticoso æstu,*

Edit. Paris. pag. 10.

& *in turribus hiſce dulces aquas*. Fateor hæc poſſe referri ad turres, quæ portuum manufactorum aggeribus & oſtiis inædificantur, cum de iis paulo ante verba fecerit.

VII.

PORTUS BYZANTII.

ENIMVERO etſi Sinus Ceratinus Byzantio portus vice fuerit, atque adeo λιμὴν ὅλος πανταχῇ, ut loquitur Procopius lib. I. de Ædif. cap. V. extremo; hac tamen parte ſuos habuit peculiares portus Vetus Byzantium, ut & Nova Roma. Scribit Dio apud Xiphilinum pag. 401. mare ex Ponto veluti torrentem ferri, & in promontorium Boſphoricum allidi, flectique aliqua ex parte ad dexteram, ubi τοῦτο κόλπον ἐς τὸς λιμένας ποιεῖ, *& ſinum & portus efficit*. Binos autem intra Vetus Byzantium, qui catenis clauderentur, quique turribus utrinque ad Crepidinum, quas Χηλὰς nuncupat, fauces contra hoſtium muniebantur incurſus, auctor eſt idem ſcriptor: Αἵτε γὰρ πέτραι ἐφ' ὧν ἐπωκοδόμηντο, καὶ ἡ τοῦ Βοσπόρου δεινότης, θαυμαστῶς σφίσι συνεμάχουν· οἵτε λιμένες ἐντὸς τείχους ἀμφότεροι κλειστοὶ ἀλύσεσιν ἦσαν, καὶ αἱ χηλαὶ αὐτῶν πύργους ἐφ' ἑκάτερα πολὺ προέχοντας ἔφερον, ὥστ' ἄπορον τῷ πολέμῳ τὸν προσπλοῦν ποιεῖν· *Scopuli in quibus erant ædificata mœnia, & vehemens impetus Boſpori Byzantios tutos mirabiliter præſtabant: & quod uterque portus intra murum catenis clauſus erat. Habebat etiam portus moles, in quibus erant turres, quæ hoſtibus navigationem difficilem efficerent*. Atque has quidem portuum moles ac crepidines intellexiſſe videtur Xenophon lib. VII. de Exped. Cyri, ubi ait dum Byzantium expugnaretur, per muri χηλὰς urbem ingreſſos milites: Ἄλλοι δ' αὐτῶν ἦδιον παρὰ τὴν θάλατταν, ἢ παρὰ τὴν χηλὴν τοῦ τείχους ὑπερβαίνουσιν εἰς τὴν πόλιν· *Horum alii verſus mare curſum arripuere, & per muri crepidines in urbem aſcendere*. Sunt enim χηλαὶ, portuum moles, quibus hæc indita nomenclatura, quod bovis ungulæ, ſeu forcipum ſimilitudinem referant. Recte enim Svidas χηλὰς, τὰς λιμένων ἐξοχὰς interpretatur: quomodo etiam vocem hanc uſurpat Thucydides lib. VIII. pag. mihi 291. Interdum tamen, ne id diſſimulem, χηλὰς vocarunt Græci univerſim præſtructas littoreis mœnibus moles, quibus maris atrocitas retunditur, uti ſcribit Scholiaſtes ejuſdem Thucydidis ad lib. I. Quapropter ſi quis hunc Xenophontis locum, non de portuum, ſed de murorum maritimorum crepidinibus capiendum cenſeat, non magnopere contendam. Verum etſi qua in urbis parte bini iſti extiterint portus, ad Propontidem-ne, an vero ad Sinum Ceratinum, ex verbis Dionis haud omnino facile ſit aſſequi; ex eo tamen quod mare ad urbis dextrum latus influens, & ſinum, & portus efficere ait, ſatis colligitur portum utrumque ad Sinum Ceratinum protenſum, quem portuoſum eſſe ſcribit Strabo. Atque huic ſententiæ aſtipulatur Dionyſii Byzantii auctoritas: is enim in Anaplo apud Gyllium lib. II. de Boſp. Thrac. cap. II. Sinum Ceratinum deſcribens, ait ab ea parte qua maris navigatio in ſinum leviter flectitur, ſtatim poſt promontorii Boſporii flexum tres portus occurrere, quorum medius ſatis profundus a cæteris ventis tegebatur, ab Africo tutus omnino non erat: deinde turrim bene magnam, rotundam, continenti junxiſſe urbis mœnia. Ex quibus intelligimus non binos modo, ſed tres ſupra Sinum extitiſſe portus, eoſque intra Byzantium: quorum appellationes, vel etiam ſitus, cum non omnino expoſuerit Dionyſius, tantum licet conjectari, ex tribus iſtis portubus binos recenſeri in veteri Urbis deſcriptione ad Sinum Ceratinum, quos ante inſtauratum a Conſtantino Byzantium ſtetiſſe par eſt credere, alterum quidem *Neorium* dictum, in ſexta regione, alterum *Boſporianum* in quinta: unde cum duos tantum ad Sinum memoret portus, treſque extiterint juxta Dionyſium, tertium ut inutilem a Byzantiis exaggeratum ante Severi tempora exiſtimaverim, idque eſſe cauſæ cur duorum dumtaxat portuum Dio meminerit. De utroque agemus infra in Urbis deſcriptione.

Edit. Pariſ. pag 11.

VIII.

MURI VETERES.

BYZANTIUM munitiſſimam fuiſſe urbem, muriſque cinctam firmiſſimis teſtatur Pauſanias in Meſſen. lib. IV. præ cæteris vero ſcriptores, qui res a Severo Imperatore geſtas proſecuti ſunt, ejus ſitum & murorum firmitatem prædicant, quos certis intervallis turribus diſtinctos, & a Byzante urbis conditore in hunc modum eductos fuiſſe auctor eſt Heſychius Mileſius, cujus verba mox afferemus. Xiphilinus ex Dione, in Severo, pag. 300. Καὶ μέντοι καὶ τὰ τείχη καρτερώτατα εἶχον· ὅτι γὰρ θώραξ αὐτῶν λίθοις τετραπέδοις παχέσι συνῳκοδόμητο, πλαξὶ χαλκαῖς συνδεδεμένοις, καὶ τὰ ἐντὸς αὐτὰ καὶ χώμασι καὶ οἰκοδομήμασιν ὑπεχώρουν· ὥστε καὶ ἐν τείχος παχὺ τὸ πᾶν εἶναι δοκεῖν, καὶ ἐπάνωθεν αὐτοῦ περίδρομον καὶ στεγανὸν καὶ ἀφύλακτον ὑπάρχειν· *Habebat vero mœnia munitiſſima: quorum enim lorica exterius extructa erat magnis & quadratis lapidibus, tabulis ex ære inter ſe conjunctis: interius aggeribus ædificiiſque ita fuerant munita, ut tantum unus murus firmiſſimus eſſe videretur, ſuper quem ambulari poterat; apertuſque erat, & ad cuſtodiendum facilis*. A Dione exſcripſit quæ habet in hanc rem Zonaras pag. 7. E. R. Sed & Herodianus lib. III. Byzantium ὀχυρώτατα τετειχισμένον fuiſſe ait, ſicque illius muros deſcribit: Περιετείχισό τε γενναίῳ τε καὶ μεγίστῳ ἡ πόλις τείχει, πετρομήτῳ μυλίτου λίθου εἰς τετράγωνον εἰργασμένου· τοσαύτῃ τε συναφείᾳ καὶ κολλήσει, ὡς μηδένα οἴεσθαι τὸ ἔργον συνθετὸν, ἑνὸς δὲ λίθου πᾶν πεποιῆσθαι. ἔτι γοῦν καὶ νῦν τὰ μέγιστα αὐτοῦ ἐρείπια καὶ κλάσματα ἰδόντι, θαυμάζειν ἐστὶ καὶ τοὺς τείχους ἔτι τοὺς ἀρχαίους κατασκευασάντων, ἢ τοὺς ἀρχαίους ἔτι ὕστερον καθηρηκότων. *Erat enim munita urbs valido ingentique muro, qui molari quadrato lapide conſtructus, adeo tenui junctura fuit, ut nemini compoſitum opus, ſed ex uno tantum perpetuoque lapide videretur. At nunc quoque ruinas ipſas reliquiaſque cum videris, mireris utique vel eorum artificium, qui primi extruxerunt, vel horum vires qui deinceps ſunt demoliti*. Ejuſmodi vero lapidibus ingentibus muros excitaſſe videtur Leo Byzantiorum Dux: nam cum a Philippo Macedonum Rege, qui urbem obſidione cinxerat, crebris machinis pulſati ac concuſſi, ruinam ubique minarentur, hos reparavit idem Leo, ſumptis ad hoc opus lapidibus ſepulchralibus, unde ea mœnia τυμβοσυλία appellarunt. Heſychius Mileſius: Ἀναλαβόντες τοὺς ἐξαφθαρέντας πύργους ἐκ τῶν τάφων παρακειμένους λίθους, καὶ ἀνυφάναντες τὰς ἐπάλξεις τῷ τείχει· ἃ δὴ χάριν Τυμβοσυλίαν τὸ τεῖχος ἐκάλεσαν. *Eo facto turres concuſſas ac ruinas murorum e lapidibus ſepulchralibus reſtaurarunt, ejuſque rei gratia Tymboſynen mœnia appellarunt*. Et quidem veteres Byzantii muri, ut & hodie, tametſi non ea qua poſtmodum fuere amplitudine, duplici latere mari abluebantur, ab Oriente ſcilicet, Propontide; a Septentrione vero, Sinu Ceratino. Terreſtris autem murus a mari ad mare pertinebat, porrigebaturque a Petrio Monaſterio, quod eidem Sinui adjacebat, ad Portam S. Æmiliani, quæ ad Propontidem extitit. Chronicon Alexandrinum p. 618. E. R. de Barbyſio patre Phidaliæ: Καὶ ὅτι ἤμελλε τελευτᾶν ὁ πα-

pag. 12.

τὴν αὐτῆς Βαρβύσιος, περιεκλείσατο κτίσας αὐτῷ τεῖχος ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἀπὸ θαλάσσης, ἕως θαλάσσης, ὅπερ νῦν ἐστὶ τὸ παλαιὸν τεῖχος Κωνσταντινουπόλεως, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ καλουμένου Πετρίου, ἕως τῆς πόρτας τοῦ ἁγίου Αἰμιλιανοῦ, πλησίον τῆς καλουμένης Ῥάβδου. *Pater dein cum sibi supremum adesse diem animadverteret, filiæ reliquit in mandatis, ut murum excitaret, qui a mari usque ad mare pertineret, quem nunc veterem urbis murum appellant; illum nempe qui a Petrio ad portam usque S. Æmiliani juxta ædem Deiparæ Rhabdum dictam protenditur.* Ex parte vero continentis ultra Forum Constantini non progrediebantur muri Byzantii. Hesychius Milesius: Πόρρω δὲ μεταγαγόντες τὰ τείχη τοὺς λεγομένους, Τρωαδικοὺς ἐμβόλους, πρότερον αὐτῶν οὐκ ἔξω τῆς ἐπωνύμου ἀγορᾶς τὰ βασιλέως ἐκτείνων. *Muros ad porticus Troadenses produxit (Constantinus,) cum antea ultra forum ab eo denominatum non progrederentur.* Id etiam adstruit Zozimus lib. II. pag. 686. scribens Constantinum M. forum excitasse ἐν τῷ τόπῳ, καθ' ὃν ἡ πύλη τὸ ἀρχαῖον ἦν, *eo loci ubi olim porta erat.* Sed amplitudinem veteris Byzantii, illiusque muros, præ cæteris, hisce verbis complexus est idem scriptor: Κεῖται μὲν γὰρ ἡ πόλις ἐπὶ λόφου, μέρος ἐπέχουσα τοῦ ἰσθμοῦ, τοῦ ἔχοντος τὸ καλούμενον Κέρατος καὶ τῆς Προποντίδος ἐκτελούμενα. Καὶ τὸ μὲν παλαιὸν εἶχε τὸν πύλῳ ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν, ἃς Σεβῆρος ὁ βασιλεὺς ᾠκοδομήσατο. — τὸ δὲ τεῖχος ἔχει τοῦ λόφου καθιέμενον ἕως ἀπὸ τοῦ δυτικοῦ μέρους, ἄχρι τοῦ τῆς Ἀφροδίτης ναοῦ, καὶ θαλάσσης τῆς ἀντικρὺ Χρυσοπόλεως. Ἀπὸ δὲ τοῦ βορείου λόφου κατὰ τὸ ἴσον τρόπον κατιὸν ἄχρι τοῦ λιμένος, ὃν καλοῦσι Νεώριον, καὶ ἐπέκεινα μέχρι θαλάσσης, ἡ κατευθὺ κεῖται τοῦ στόματος, δι' ὃ πρὸς τὸν Εὔξεινον ἀνάγονται Πόντον. *Urbs in colle sita est, ejus Isthmi partem complexa, quem Isthmum id quod Ceras sive Cornu vocant, & Propontis efficiunt. Et olim quidem eo loco portam habebat, quo loco porticus illæ desinunt, quas Severus Imperator extruxit. — Murus vero per collem demissus ab occidentali parte, usque ad Veneris ædem & mare ipsum pertinebat, quod est e regione Chrysopolis. Eodem modo & ab aquilonali colle deorsum ductus erat usque ad portum, quem Naxale vocant, & ulterius usque ad mare, quod directo situm est ad id ostium, per quod in Pontum Euxinum adverso fluxu navigatur.* Sed totum Bytantii veteris mœnium ambitum accurata descriptione prosecutus est Codin. pag. 12. E. R. Ait enim sub Byzante murum incœpisse a turri Acropolis, & ad Eugenii turrim perrexisse, indeque ascendisse versus Strategium, & usque ad Thermas Achilleas: hinc in Chalcopratia usque ad Milium; dehinc ad Columnas volutiles Tzicalariorum, ac demum ad locum Topos progressum, rursum deflexisse versus Mangana & Thermas Arcadianas, denique in Acropolim desiisse. Et quidem muri terrestres altiores erant, maritimi vero longe minores. Dio seu Xiphilinus pag. 300. Τοῦ δὲ δὴ περιβόλου τὰ μὲν πρὸς τῇ ἠπείρῳ, μέγα ὕψος, ὥστε καὶ τοὺς τυχόντας ἀπ' αὐτῶν ἀμύνασθαι· τὰ δὲ πρὸς τῇ θαλάττῃ ἧττον· οὔτε γὰρ πέτραι, ἐφ' ὧν ᾠκοδόμητο, καὶ ἡ τοῦ Βοσπόρου δυνάστις ὁρμὴ σφίσι σωτηρίαν παρεῖχον. *Ingens erat murus atque altus versus continentem, ut facile eos qui ipsum invaderent arceret. Is vero qui mare spectabat, erat minor; propterea quod scopuli in quibus erat ædificatus, & vehemens impetus Bosporo Byzantios tutos mirabiliter præstabat.*

IX.

TURRES.

BYZANTIOS muros turribus variis, iisque ingentibus ac fortissimis, munitos fuisse scribit ex Dione Xiphilinus in Severo; quæ ita ædificatæ erant, ut extra mœnia prominerent, & fenestris seu aperturis sibi invicem a latere adversis ac respondentibus mutuo se defensarent; & intra earum ambitum hostes, si ad mœnia progrederentur, veluti interciperentur ac includerentur: Πύργοι τε πολλοὶ καὶ μεγάλοι ἔξω τε ἐκκείμενοι, καὶ θυρίδας πρὸς ἑπτὰ λαμπάδας ἔχοντες ἴσας· ὥστε τοὺς προβαίνοντας τῷ κύκλῳ, ἔντος αὐτῶν ἀπολαμβάνεσθαι. Δι' ὀλίγου γάρ, καὶ οὐ κατευθύ, ἀλλ' εἰς μὲν τὸ σκολιώτερον ᾠκοδομημένοι, πᾶν τὸ προσίπτον σφίσιν ἐκυκλοῦντο. *Aderant complures, eæque magnæ turres ædificatæ extrinsecus, quæ circum fenestras habebant variis in locis apertas, ita ut qui murorum loricam aggrederentur, intra eas interciperentur. Sensim enim, nec recta, sed paulo obliquius aliis atque aliis locis ædificatæ, ingruentes hostes includebant.* Eæ vero turres in universum viginti septem fuere, si qua fides Codino; in quibus memoratur illa potissimum, quam Herculis vocabant, & quam hostium arcana civibus prodidisse ex veteribus scriptoribus auctor est Hesychius: Ἀλλὰ μὴν ἔστι γέ τι καὶ ἄλλο τοῖς ταῦτα συγγράψασιν εἰρημένον οὐ παραλείψομεν· τὸν γὰρ Ἡρακλέους καλούμενον πύργον τὰ τῶν πολεμίων τοῖς ἔντος οἴσει τοῦ τείχους μεταδιδόναι μυστήρια λέγουσιν. *Sed neque aliud quidpiam, quod a quibusdam scriptoribus memoriæ proditum est, silentio præteribimus: quippe turrim, quæ Herculis appellatur, arcana hostium civibus prodere narrant.* Nec minus admirabiles septem illæ Turres, quæ a porta in Thracium Campum ducente, ad mare Septentrionale pertinebant. Has enim ita construxerat Byzas, ut mutuo sono sibi invicem responderent, ac si tuba quædam, aut vox aliqua in harum una insonaret, altera alteri sonum tradens, ad ultimum usque transmitteret. Idem Hesychius: Τοὺς γὰρ ἐν αὐτῷ πύργους ἑπτὰ ὄντας ἀντιφθέγγεσθαί τε καὶ διηχεῖν ἀλλήλοις σωτηρίως ἔθετο· ἔστι γάρ τις φωνὴ ἑτέρα τοῖς πύργοις ἑτεροίᾳ, ἕτερος ἐξ ἑτέρου τοῦ ἠχοῦ μεταλαμβάνει, καὶ πρὸς τὸ πέρας κεκίνηκε παρέπεμπεν· *Septem enim in eo Turres ita construxit, ut mutuo sono inter se responsarent: nam si in una aliqua, tuba aut vox quæpiam insonaret, altera alteri sonum tradens, ad ultimam usque transmittebat.* Dio apud Xiphilinum Turres has vocales visu & auditu usurpasse se scribit, priusquam a Severo cum mœnibus everterentur: Καὶ εἶδον ἐγὼ τότε τεῖχη τετρωκότα, ὥσπερ ὑπὸ ἄλλων τινῶν, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ Ῥωμαίων ἑαλωκότα· ἐπιδιέμενον δὲ αὐτὰ καὶ ἐσηκότα, καὶ ἠκηκόειν αὐτῶν καὶ λαλούντων. Ἑπτὰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν Θρᾳκίων πυλῶν πύργοι καθεστηκότες πρὸς τὴν θάλασσαν ἦσαν· τούτων δ' ἐμέν τις ἄλλῳ τινὶ προσείποι, ἥσυχος ὢν δέ τι τῷ πρώτῳ ἐνεβόησέ τινα, ἢ καὶ λίθον ἐνέρριψεν, αὐτός τε μηχανῇ τινι ἐλάλει, ἐς τὸν δεύτερον τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιῶν παρεδίδου· καὶ οὕτω δὴ πάντων ὁμοίως ἐχώρει, οὐδὲ ἐπεταράττετο ἀλλήλοις, ἀλλ' ἐν τῷ μέρει πάντες, παρὰ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ὁ ἕτερος, τὴν τε ἠχὴν καὶ τὴν φωνὴν διεδέχοντό τε καὶ παρεπέμποντο. *Ego quidem mœnia ita diruta spectavi, ut si ea barbari cepissent, non Romani: videramque ea cum adhuc starent, eorumque sonitum quem edebant audiveram. Septem enim Turres a portis quæ in Thraciam ducunt, ad mare usque ædificatæ erant; in quibus si quis cum alio sermonem contulisset, vocalis non erat: si vero in prima vocem aliquam edidisset, aut lapidem jecisset, ipsa per machinam quamdam loquebatur, tum sequenti id ipsum tradebat faciendum; atque ita illud per omnes eodem modo pervadebat; nec alteræ turbabant alteras, sed per vices quæque a proxime antecedente sonum vocemque acceptam ad sequentem transmittebant.* Totidem pene verbis ex Dione habent Zonaras, Cedrenus & Svidas. Neque, opinor, aliæ videntur eæ Turres ab iis quas posterior ætas *Buccinas* appellavit, ad mare Propontidis, perinde ac Turres vocales veteris Byzantii, sitæ. Narrat quippe Codinus pag. 44. E. R. τὸ λεγόμενον Βύκινον ex eo appellatum, quod ibi olim supra murum essent buccinæ æreæ; turrim vero in fistularum modum concavam exti-

Edit. Paris. pag. 13.

tisse ; atque Austro vel Aquilone vehementius A spirante, & fluctus maris ad murum allidente, spiritum intus cohibitum buccinarum foramina subiisse, contentumque admirabilem edidisse, cujus sonum inde resultantem opposita turris excipiebat, ac similiter resonabat. Ita enim Græculi nugari solent, cum rerum origines ignorantes, Urbis regiæ antiquitates prosequuntur. Βυκάτη vero, quod idem est quod βύκινον, loci ita dicti meminit Nicetas in Isaacio & Alexio F. num. 11. eumque haud procul a Sophiarum & Eleutherii portubus statuit. P. Victor in Regione quarta urbis Romæ *Buccinam auream*, vel *Buccinum aureum*, locum ita dictum commemorat. Prædictis addo ex Dionysio Byzantio in Anaplo apud Gyllium lib. II. de Bosp. Thrac. cap. 11. *Turrim aliam bene magnam rotundam continenti junxisse urbis mœnia ad Sinum Ceratinum*.

B

X.

PORTÆ.

ALIQUOT veteris Byzantii Portæ, & eorum situs a scriptoribus recensentur; ac primum *Porta ad Thracium* dictæ, quarum mentio occurrit apud Xenophontem lib. I. Hist. Græc. Νυκτὸς ἀνοίξαντες τὰς πύλας τὰς ἐπὶ τὸ Θρᾴκιον καλουμένας, εἰσήγαγον τὸ στράτευμα καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην: *Apertis noctu portis, quæ ad Thracium dicuntur, exercitum & Alcibiadem in urbem introduxerunt*. A campo videlicet ædificiis vacuo, & in æquabilem planitiem explicato, urbi contiguo, sic nuncupatæ, ubi olim Xenophon milites suos in aciem ordinavit, ut ipsemet scribit lib. VII. de Exped. Cyri. Τὸ δὲ χωρίον οἷον κάλλιστον ἐκτάξασθαί ἐστι τὸ Θρᾴκιον καλούμενον, ἔρημον οἰκιῶν καὶ πεδινόν: *Locus in quo erant, Thracius dicitur, ad struendam aciem longe pulcherrimus; quippe qui esset ab ædificiis vacuus, & æquabilem planitiem haberet*. Qui quidem Campus is videtur, de quo hæc ait Dionysius Byzantius in Anaplo: *Primus post mœnia campus erat peninsulæ cervicis sensim descendentis ad littus, & ne urbs esset insula prohibentis*. Unde nescio an non emendandus sit Dio apud Xiphilinum, tradens loco supra laudato, ἀπὸ τῶν Θρακίων πυλῶν, *a Thraciis portis*, ad mare stetisse septem illas Turres vocales: ita ut legendum sit, ἀπὸ τῶν εἰς Θρᾴκιον πυλῶν. Portas vero ad Thracium binas recenset Codinus pag. 12. scribit enim muros veteris Byzantii terrestres progressos a Strategio usque ad Thermas Achilleas, Arcumque, qui Urbicii postmodum dictus est, portam terrestrem fuisse tempore Byzantis, alteramque extitisse, ubi postea etiam Milium stetit, Priorem *Caream* dictam, quod a Caro Imperatore extructa sit, innuit idem Codinus. Altera vero eadem videtur, quam Zozimus lib. II. in Forro Constantini, ubi etiam Milium fuit, extitisse ait. Meminit rursum Codinus pag. 28. hujus portæ, τῆ Μιλίῳ καμάρᾳ fuisse portam terrestrem scribens. Incertum porro an ea sit, ad quam pertingebant Severi Porticus, de qua Zozimus lib. II. etsi vero simile: Καὶ τὸ μὲν παλαιὸν εἶχε τὴν πύλην ἐν τῇ συμπληρώσει τῆς στοᾶς, ἃς Σεβῆρος ὁ βασιλεὺς ᾠκοδομήσατο, Quas porticus ipsi portæ contiguas fuisse oportet, siquidem tradit idem scriptor per Severi porticus egressum ex urbe patuisse: Δι' ὧν ἔνεστιν εἰσιέναι εἰς Σεβήρου στοὰς, καὶ ἐκ πόλεως ἐξιέναι. *Per quas Severi porticus ingredi licet, & ex veteri urbe egredi*.

Edit. Paris. pag. 14.

C

D

E

XI.

ACROPOLIS.

AD Urbis angulum, qui Propontidem & Fretum spectat, extitit Acropolis, quæ Urbe a Constantino instaurata eodem loco ad illius excidium mansit. De hac agimus infra pluribus.

XII.

ÆDIFICIA PUBLICA.

JAM vero Urbem variis ædificiis publicis ornatam fuisse scribunt plerique, atque in iis Dionysius Byzantius; *Sub templo Neptuni intra urbis murum, in locis in planitiem explicatis, erant Studia & Gymnasia*. Theatra, Balneasque, & alias ædes publicas etiam ante Severi tempora habuisse, vel ex eo paret, quod ille capta urbe omnia hæc solo tenus cum ipsis mœnibus evertisse dicatur ab Herodiano lib. III. Πᾶσά τε ἡ πόλις κατεσκάφη, καὶ διάτρων καὶ λουτρῶν, παντός τε κόσμου καὶ τιμῆς ἀφῃρέθη τὸ Βυζάντιον, κώμη δουλεύειν Περινθίοις δῶρον ἐδόθη. *Eversa est urbs tota, & theatris, & balneis, omnique ornatu ac honore privata, & in vicum redacta, Perinthiorum dominatui addicta est*. Testatur præterea Dio apud Xiphilinum, Byzantios, cum a Severo obsiderentur, telis omnibus absumptis, ipsas æreas e theatris detractas statuas, equosque æreos integros in hostes ejaculasse, vel certe demisisse; quibus quidem ejusmodi signis abundasse Byzantium scribit Tullius: Καὶ ὁπότε τινὲς τῷ τείχει προσβάλοιεν, τούς τε λίθους σφίσι τοὺς ἐκ τοῦ θεάτρου, καὶ ἵππους χαλκοῦς, καὶ ἀνδριάντας χαλκοῦς ἐπερρίπτουν. *Cumque hostes murum invaderent, lapides ex theatro, & equos ex ære, statuasque æneas integras jaculari cœperunt*. At Severus Byzantiis reconciliatus, eadem ædificia publica de novo instauravit, novaque excitavit, in quibus extitere Hippodromus, Zeuxippus, Theatrum, Cynegium, & alia, de quibus agemus in Constantinopoli.

XIII.

TEMPLA.

TEMPLA etiam diis ac deabus dicata intra Byzantii ambitum, atque adeo in suburbanis ab ipso Byzante urbis conditore, aliisque ædificata aliquot commemorant scriptores; in quibus recensentur

TEMPLUM JOVIS EQUESTRIS, quod stetit eo loci, ubi postmodum exstructus est Zeuxippus a Severo Imperatore; de quo agimus pluribus in Constantinopoli, ubi de Zeuxippo.

TEMPLUM AJACIS ET ACHILLIS, exstructum a Byzante juxta Strategium, ubi extitere Termæ Achilleæ: de quo fano agimus pariter ubi de Strategio & Thermis Achilleis.

TEMPLUM HECATES, a Byzante excitatum, ubi postmodum ædificatus Hippodromus, ut auctor est Hesychius Milesius: Ἑκάτης δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἱπποδρομίου τόπον. Hujus deæ cultum Byzantiis familiarem fuisse ostendimus, ubi de Bosporo.

TEMPLUM NEPTUNI, ab eodem Byzante excitatum ad maris littus, ubi postea fuit ædes S. Menæ sacra, quam in quarta regione statuit vetus Urbis descriptio: de quo perinde fano agimus ubi de hac æde. Cultum vero præ cæteris a Byzantiis Neptunum, docemur ex nummo Juliæ Mammææ apud V. Cl. D. *Vaillant*, in quo Neptunus stans, pede dextro proræ navis insistente, dextra pelamydem

pag. 15.

ſeu tridentem tenet, cum hac inſcriptione, ΕΠΙ ΦΡΟΝΤΩΝΟC ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ.

TEMPLUM VENERIS paulo ſupra Neptuni fanum exſtructum ab eodem Byzante, ut eſt apud Heſychium Mileſium: *Ανωτέρω δὲ μικρὸν Ποσειδῶνος ναοῦ, καὶ τὸ τῆς Αφροδίτης ἀφοσαγορεύεται τέμενος*, Ad littus Propontidis e regione Chryſopolis, ut habet Zozimus lib. II. *ἄχει τοῦ τῆς Αφροδίτης ναοῦ, καὶ θαλάσσης τῆς ἀντικρὺ Χρυσοπόλεως*. Chronicon Alexandrinum Templum Veneris a Phidalia Byzantis matre ædificatum tradit. Præterea

TEMPLUM APOLLINIS in Acropoli excitatum a Severo commemorat Chronicon Alexandrinum; *καὶ ἐκτισεν ἐν τῇ Ακροπόλει τῆς αὐτῆς Βύζης πόλεως ναὸν, ὅπερ ἐστὶν Απόλλωνος*, in quo poſuit ſtatuam æream Apollinis Zeuxippi, quam repererat eo loci, ubi poſtea Balneum ab hac ſtatua Zeuxippi nomine donatum condidit: *καὶ ἀναγαγὼν ὁ Σεβῆρος ὁ βασιλεὺς ἐκ τῆς τετρακόδου τὸ ἄγαλμα τοῦ Ηλίου, ἔστησεν αὐτὸ ἄνω ἐν τῷ ἱερῷ*. Evagrius lib. II. cap. XIII. ſcribit ortum Leone M. imperante incendium a portu Boſporio *μέχρι τοῦ παλαιοῦ Απόλλωνος ἱεροῦ*, omnia conſumpſiſſe. Apollinem vero a Byzantiis cultum, videtur indicare nummus ex Gaza Regia, in quo caput exprimitur, Apollinis forte, & in altera parte Lyra, cum voce BYZAN.

TEMPLUM SOLI ET LUNÆ dicatum eo loci, ubi poſtmodum Amaſtrianum extitit, ſtetiſſe auctor eſt Cedrenus, cujus verba proferimus, ubi de Amaſtriano.

OIKON ΑΙΡΕΩΣ memorat Procopius lib. de Bello Perſico, quem extitiſſe innuit ubi ſtetit baſilica: ſed an revera templum fuerit, non auſim affirmare.

TEMPLUM MINERVÆ ECBASIÆ in promontorio Boſporio ſtetiſſe ſcribit Dionyſius Byzantinus apud Gyllium lib. II. de Boſp. Thrac. cap. I. aitque ita dictam Minervam, *quod huc egreſſi primi coloniæ deductores, ſtatim tanquam pro patria terra pugnaſſent*. Ἐκβάσιον Apollinem memorat Apollodorus lib. I. Bibl. Cultum perinde fuiſſe a Byzantiis Mercurium, cui etiam forte templa excitarint, arguit nummus ex Theſauro Regio, in quo caput Mercurii, parte vero altera caduceus alatus deſcribuntur cum epigraphe, BTZANTIΩN. Nummum præterea Caracallæ cum Iſide velata, & eadem inſcriptione ſervat idem Regis Ἀρχεῖον. Habet denique v. cl. D. *Vaillant* nummum Juliæ Mammææ, in quo exprimitur Hercules innixus clavæ cippo impoſitæ, cum eadem inſcriptione.

XIV.

TEMPLA SUBURBANA.

TEMPLA ſuburbana recenſet perinde ſcriptores.

AMPHIARAI Templum ab Byzante in Sycis conditum fuiſſe ſcribit Heſychius Mileſius: *Αμφιάραου δὲ τοῦ ἥρωος ἐν τοῖς λεγομέναις Συκαῖς ᾠκοδόμησεν*.

CASTORIS & POLLUCIS Ædem ædificavit idem Byzas ad Borbyzæ & Cydari confluentes, Heſychius, *Τῶν δὲ διοσκούρων, Κάστορος δέ φημι καὶ Πολυδεύκους, ἐν τῷ τῆς Σεμέστης βωμῷ, καὶ τῇ τῶν ποταμῶν μίξει, ἐν ᾗ καὶ λύτις τῶν παθῶν τοῖς ἀνθρώποις ἐγίνετο*, *Dioſcorum Caſtoris & Pollucis ad Semeſtræ aram, & fluminum confluentes, ubi & a morbis homines ſanabantur*.

TEMPLUM DIANÆ ad Thracium montem a Byzante perinde excitatum ſcribit idem Heſychius: *Αρτέμιδος δὲ ἱερὸς τὸ τῆς Θρᾴκιος ὄρος*. Et Chronicon Alexandrinum: *Καὶ ἀντὶ τῶν ἄλλων δύο ἱερῶν τῶν κτισθέντων ἀφῶ, ἀπὸ μὲν Βύζης Αρτεμιδίῳ ἐλάφῳ, ἀπὸ δὲ Φιδαλίας Αφρο-*

δίτης. Ubi pro *Αρτεμιδίῳ ἐλάφῳ*, quæ nihil ſonant, legendum arbitror, *Αρτεμίδος Ελαφιαίας*, quo epitheto colebatur Diana ab Eleis, ut auctor eſt Pauſanias lib. VI. *Ελαφιαίαν δ' ἐκάλουν οἱ Ηλεῖοι τὴν Αρτεμιν, ἐπὶ τοῖς ἐλάφοις, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῇ θήρᾳ*. *Elaphiæam autem appellabant Elei, propter cervos, uti cenſeo, ad venationem*. Idem Chronicon Alexandrinum, exſtructum a Severo Imperatore Cynegium ait e regione templi Dianæ. Thracius vero mons, cujus meminit Heſychius Mileſius, extra urbem etiam ſtatuitur a Polyæno lib. II. pag. 107. *Κλέαρχος λεηλατήσας Θρᾴκην, μὴ φθάσας ἐπανελθεῖν εἰς Βυζάντιον, ἐστρατοπέδευσε πλησίον ὄρους Θρᾳκίου*. *Clearchus Thraciam populatus, cum Byzantium redire non poſſet, caſtra poſuit ad Thracium montem*. Cultam præ cæteris perinde Dianam a Byzantiis, oſtendit nummus ex Gazæo Regio, in cujus antica caput Dianæ effingitur cum pharetra & arcu, in poſtica Lunula cum aſtro, & Inſcriptione, BTZANTIΩN.

Templa alia extra urbem Dionyſius Byzantius in Anaplo commemorat: *Primus*, inquit apud Gyllium, *poſt mœnia campus erat peninſulæ cervicis ſenſim deſcendentis ad littus, & ne urbs eſſet inſula prohibentis. Poſt erat Templum* TELLURIS *ſuper mare, cujus quidem faſtigium tecto carens ſignificabat antiquam Terræ libertatem. Ejus parietes quibus claudebatur, erant facti ex lapide polito. Paulo ſupra Telluris ædem erant Templa* CERERIS & PROSERPINÆ, *in quibus picturæ multæ, priſcæ felicitatis inſignes reliquiæ, & ſtatuæ exactæ artis, nihilo ſumma arte elaboratis inferiores erant. Item in abſceſſu maris duæ ædes* PLUTONIS & JUNONIS, *quarum ſolum nomen extat. Illud enim Perſæ exuſſerunt in expeditione Cyri contra Scythas, ea ulciſcentes quæ Byzantina civitas commiſiſſe contra Regem accuſabatur*. PLUTONIS *templum Philippus Macedo propria materie demolitus eſt, locorum vero nomina remanſerunt: hic enim Plutonis ædes, ille Junonia ædes dicitur, ubi quotannis victimam primo anni die mactat gens Megarica*. Adde Gyllium lib. II. de Boſp. Thrac. cap. VI. & lib. III. cap. V. Atque hæc forte diis ac deabus dicata tam multa templa effecere, ut Byzantii ſedes ſuas habere dii putarentur, ſiquidem eo referenda ſint verba Saxonis Grammatici lib. III. Hiſt. Danicæ: *Dii, quibus præcipua apud Byzantium ſedes habebatur*, &c. quamquam Stephanus Stephanius Saxonis interpres mendum hic ſubeſſe exiſtimat, cum hoc tempore nullum habuerit Dania cum Byzantio commercium.

Edit. Pariſ. pag. 16.

XV.

BYZANTII CONDITORES.

BYZANTEM Byzantii conditorem agnoſcunt ſcriptores fere omnes, ipſique adeo Byzantinorum nummi, in quibus effictus conſpicitur; tametſi de ejus patria, parentibus, ut & de tempore urbis conditæ inter ſe diſſideant. Quidam enim, atque in iis Dionyſius Byzantius in Anaplo, Byzantem Ceroeſſæ ex Neptuno filium, Ceroeſſam autem a Jove ex Jo conceptam fuiſſe volunt: Inachum quippe Argivorum Regem ajunt, ex uxore filiam Jo procreaſſe, ejuſque virginitati cuſtodem adhibuiſſe Argum; Jovem vero puellæ amore captum cæſo per dolum Mercurii ope Argo, Jum compreſſiſſe, & mutaſſe in buculam; iratam porro Junonem œſtrum buculæ immiſiſſe, quo illa percita, terras varias tractuſque maris emenſa, tandem ex Aſia in Thraciam trajecit ad maris illud fretum, quod ab ea Boſporus dictum eſt, ubi ad confluentes Cydari & Borbyzæ fluviorum Ceroeſſam peperit, a qua poſtea Ce-

ratino Sinui nomen manſit. Ceroeſſa vero cum adoleviſſet, formaque excelleret, a Neptuno compreſſa, Byzantem peperit, ita appellatum a Byzia nympha nutrice. Is adoleſcens factus, armis operam dedit & venationi: cumque taurum, quem interemerat, diis ſacrificio offerret ad eoldem confluentes, derepente aquila, abrepto hoſtiæ corde, ad extremum Boſpori littus avolans ſubſtitit, ex adverſo Chryſopoleos, ubi ille fauſto omine urbem de ſuo nomine dictam, Neptuno & Apolline adjuvantibus, exſtruxit, uti pluribus commemorat Heſychius Mileſius: atque inde forte in Oraculo Sibyllæ Erythreæ apud Zozimum lib. II. Byzantii mœnia διόκτισα τείχια dicuntur: quam quidem de Byzantis ortu ſententiam attigere etiam Stephanus, Euſtathius ad Dionyſium, Auctor Etymologici, & alii. Ad Boſpori porro appellationem, quam firmat etiam Georgius Syncellus, ſpectant Byzantinorum nummi aliquot, atque in iis ſub Septimio Geta percuſſus nummus, in Theſauro Regio & apud Occonem, in cujus antica Geta conſpicitur cum hiſce characteribus, Π. CEΠT. ΓETA CEB. in poſtica vero virgo tauro inſidens, cum hac epigraphe, BTCANTIΩN. Quæ quidem figura viſitur etiam in alio nummo æreo, cum hiſce inſcriptionibus: EΠI. ΣAAA. APICTAINETOT. BTCANTIΩN. & in alio Trajani cum ſimili fere inſcriptione: EΠI. Γ. CAAA. APICTAINETOT. BTZANTIΩN. præterea in nummo Severi cum inſcript. EΠI ΣEBHPOT BTZANTIΩN. Sed & eo referri poteſt nummus alter ex Theſauro Regio, in cujus parte altera caput cum capillis oblongis & cornu, (quo Ceratinus Sinus innuitur.) in altera bos effingitur.

Narrant alii, Phidaliam ſeu Phædaliam, Barbyſii, Byzantini emporii Toparchæ filiam, ſuperſtite adhuc parente, in eo complura excitaſſe ædificia, Fortunamque collocaſſe Ceroen ab ipſa nuncupatam: ac mortuo poſtea Barbyſio, ex ſupremo illius mandato excitaſſe murum, qui a mari uſque ad mare pertineret; ſicque urbem exædificaſſe, quam Byzas Thraciæ Rex, Phidaliæ maritus, ſuo nomine Byzantium appellavit, & civitatis jure donavit. Ita quidem Chronicon Alexandrinum. Certe Phidaliam Barbyſæ, ſeu Barbyſii filiam, & ab ea *Sinum Phidaliæ* in Anaplo nuncupatum fuiſſe ſcribit Dionyſius Byzantius, quod ibi præ verecundia commiſſi cum Byzante ſtupri, iramque patris verita, in mare eo loci ſe projecit. At Stephanus aliam hujus nomenclaturæ cauſam profert, quod videlicet Phidalia Byzantis uxor, una cum cæteris mulieribus eos qui cum Strœbo Byzantis fratre, civibus abſentibus, Urbem invaſerant, ad portum uſque inſecuta devicerit, indeque *Phidaliam* portum Sinui proximum, Mulierum, ſeu Γυναικῶν λιμένα appellatum. Addit Heſychius Mileſius præclaro ſtratagemate hoſtes fugaſſe, immiſſis in eos, ſagittarum inſtar, quos aſſervarat, ſerpentibus, ſicque Urbem ſervaſſe, quod etiam tradit Joannes Tzetzes Chil. II. hiſt. LX. Byzantis & Phidaliæ ſimulachra in Urbe poſuit Callicles Byzantinorum dux eo loci ubi poſtea extitit Baſilica, cum hac inſcriptione.

Edit. Pariſ. pag. 17.

Τὸν κρατιρὸν Βύζαντα, & ἰμερτὴν Φιδάλειαν
Εἷν ἑνὶ κοσμήσας ἵδρυτο Καλλιάδης.

Id eſt, interprete Fr. Morello.

Magnanimum Byzantem cum grata Phidalea
Erexit junctis Calliades ſtatuis.

Habetur iſtud Epigramma apud Heſychium Mileſium, præterea lib. IV. Anthol. cap. IV. cum hoc lemmate: Καλλιάδης στρατηγὸς Βυζαντίῳ τὸ πιεσβύτατον τοῦ Βύζαντος ἄγαλμα καὶ τῷ καλλιρείτῃ Βασιλικὴν ἱδρύσατο, ἐπιγράψας οὕτω. *Calliades*

A *Byzantii Dux celebrem Byzantis ſtatuam ad Baſilicam poſuit, cum hac inſcriptione*: Deinde additur aliud diſtichon, εἰς τὸ αὐτό.

Ἰμερτὴ Φιδάλεια δάμαρ Βύζαντος ἐτύχθη,
Εἰμὶ δὲ βασιλέως δῶρον ἀειθαλοσιώης.
Byzantis conjux fueram Phidalea pudica,
Inſignis lucis munere ſculpta locor.

Byzantem Thraciæ Regem ab auctore Chronici Alexandrini indigitari ſupra obſervavimus, quem titulum eidem tribuunt præterea Cedrenus & Glycas. Euſtathius ad Dionyſium Thraciæ maritimæ ad Hæmum montem uſque imperaſſe ſcribit: Τὸν δὲ Βύζαντα, ὃ ἐπώνυμον τὸ Βυζάντιον ἐσὺ, δικαιότατον φασὶν ἀνθρώπων γενέσθαι, καὶ ἐπάρξαι τῆς παραλίας ἁπάσης Θρᾴκης, ἕως καὶ εἰς Αἷμον τὸ ὄρος. *Byzantem, a quo urbs Byzantium nomen accepit, mortalium juſtiſſimum fuiſſe ajunt, & Thraciæ maritimæ imperitaſſe, uſque*
B *ad Hæmum montem.* Stephano dicitur fuiſſe claſſis Dux, ὅτι τοῦ στόλου τῆς Βύζης ὡς ἡγεμών: nam & Βύζης nuncupatur etiam a Cedreno. Ac Byzantem quidem ut civitatis ſuæ auctorem & conditorem agnovere Byzantii, quod arguit nummus ex Theſ. Reg. in quo caput barbatum & galeatum effingitur, cum hac epigraphe, BTZAΣ, in altera parte prora navis cum icuncula haſtata, & hac inſcript. EΠI AIΠONTIKOT. Et in alio idem caput, in averſa vero parte triremis cum velo effingitur, cum hac inſcript. BTZANTIΩN. Quod vero Byzas galeatus effingatur, nummos aliquot, in quorum averſa parte galea exhibetur, eidem Byzanti quidam adſcribunt, ut nummum illum Trajani, qui in Theſauro Regio ſervatur, Carolus Patinus pag. 186. in quo ſcriptum, BT-
C ZANTIΩN EΠI TPAIANOT. Extat alius apud V. C. D. *Vaillant*, cum eadem galea & his characteribus, EΠI IO ΦAVCTEINHC BTZANTIΩN, ac tertius denique Commodi Imp. in Theſauro Reginæ Sveciæ, cum hac epigraphe, EΠI AI ΠONTIKOT BTZANTIΩN. Sed & forte ſpectat ipſum Byzantem nummus alter M. Aurelii, in quo prora navis deſcribitur, cum inſcript. EΠI ME MAPKOT IEPO BTZANTIΩN.

Prædictis repugnant ſcriptores melioris notæ, traduntque Byzantem Argivorum ducem coloniam eo loci deduxiſſe, qui cum Apollinis Pythii conſuluiſſent oracultum de loco ædificandæ urbis opportuno, reſponſum acceperunt, exſtruendam ad Thracium littus, ubi duo canes mare lambunt, piſciſque & cervus eodem
D pabulo veſcuntur. Qua verborum ambage confluentes Barbyſæ & Cydari fluviorum innui arbitrati, ibi ſedes primum fixere. At cum ſacra diis facerent, accipiter advolans abreptam victimæ partem in promontorium Boſporium tranſtulit, atque a bubulco, quo avis evolaſſet edocti, Bucolia locum illum appellarunt. Ita Heſychius Mileſius, qui Oraculi verſus profert, quos ſupra attulimus, apud quem tamen tertius omittitur, quibus duos fluviolos deſignari diximus. Quarto vero paludes innui vult Dionyſius Byzantius, quæ in extremo Sinu Ceratino erant, paulo infra eorumdem fluminum confluentes, *in quibus*, inquit, *prata ſunt ubera, paſtiones largientia, etiam cervis qui de montibus deſcendentes depaſcunt paluſtrem arundinem, eo ferme loci ubi piſces in tranquillitate Sinus Ceratini deliteſcunt,*
E *& in ubertate pabuli deglutiunt vadi radices.* At Gyllius lib. II. de Boſp. Thrac. cap. II. exiſtimat Oraculum non hunc locum intellexiſſe, ſed Promontorium Boſporium, ubi extremum os Boſpori, ut poſtea admonuit Apollo: coloniæ quippe deductores cum ad has Sinus extremas paludes pararent condere Byzantium, corvus rapuit victimæ partem, eamque deferens ad Promontorium Boſporium, declaravit Oraculum præſignificare Boſporium Promontorium,

quod definit extremum os Bosphori ; ubi cum A essent nemora , & oræ maris palustres compascuæ, iisdem pastionibus vescebantur cervi & pisces. Sed longe acutior videtur recentis scriptoris pereruditi interpretatio, qui per cervum, Ceratinum Sinum, quod cornu cervini formam præ se ferat, nuncupatum intelligi censet; per piscem vero, pelamydem thynnorum speciem, uti supra observavimus.

Verum ejusmodi Oraculum, non Argivis, sed Megarensibus datum scribunt Stephanus & Eustathius. Alii autem Byzantii Conditoribus aliud ab Apolline Delphico editum responsum perhibent, ut scilicet quærerent sedem cæcorum terris oppositam. Tacitus lib. XII. Annal. *Artissimo inter Europam Asiamque divortio, Byzantium in extrema Europa posuere Græci, quibus Pythium Apollinem consulentibus ubi conderent urbem, redditum oraculum est, quærerent sedem cæcorum terris adversam. Ea ambage Calchedonii monstrabantur, quod priores illuc advecti prævisa locorum utilitate pejora legissent.* Iisdem consona habet Strabo lib. VII. scribens, Calchedonios non ea, qua Byzantii, pelamydum ubertate frui: eoque respexisse Apollinem, a quo iis qui excitata jam Chalcedone a Megarensibus, Byzantium condiderunt, oraculum datum est, ut e regione Cæcorum urbi condendæ locum caperent, ἀντιπέρας τῆς τυφλῶν, Cæcorum nomine, inquit, Megarenses notantem, quod cum priores ad ista loca adnavigassent, omissa in ulterius littus navigatione, in quo tanta esset commoditas, deteriora occupassent. Idipsum etiam refert Hesychius Milesius. Byzantii certe peropportunum, ut contra navigantibus Chalcedonis incommodum situm sat multis observat Polybius lib. IV. Atque inde in proverbium quodammodo abiit, ut Chalcedonenses *Cæci*, eorumque urbs *Cæcorum oppidum* dicerentur. Plinius lib. V. cap. XXXII. *Postea Cæcorum oppidum, quod locum eligere nescissent, septem stadiis distante Byzantio, tanto feliciore omnibus modis sede.* Sede & Constantinus Manasses in Constantino M.

Edit. Paris. pag. 18.

Τῶν τῆς τυφλῶν κατέλαβε Χαλκηδονίων πόλιν, *ad Cæcorum oppidum Calchedonem venit*. Ut porro *Cæci*, ita & *Insani* videntur eadem de causa appellati ab Ausonio epist. XIII. cum ait optima ostrea generati *in insana Propontidis ostia:* quæ verba de Chalchedonensium littore, quod *Ostriferum* fuisse docet Lucanus lib. XII. intelligenda suo loco docemus. Strabo igitur Calchedonem a Megarensibus ædificatam tradit, quos Byzantii etiam conditores agnoscunt alii, atque in iis Philostratus lib. I. de Vitis Sophistarum, in Marco, cui Μεγαρεῖς dicuntur εἰκισταὶ Βυζαντίων; & Marcianus Heracleotes in Periegesi:

——— Σαμίων δ' ἀποικία
Πιέρινθος, ἐς ἐχμαίην ἡ Συληβρία,
Ἣν οἱ Μεγαρεῖς κτίζεσι πρὸν Βυζαντίην,
Ἑξῆς, Μεγαρέων * τυφλῶν Βυζαντίων.

* Κυτυχῶν Βυζάντιον, Scalig.

hoc est, interprete Frederico Morello:

——— *Sami colonia est*
Populi Perinthus, hæret huic Sylembria,
Hancque Megarenses condiderunt, antequam
Byzantium, felicium quod oppidum est.

Præterea Constantinus Porphyrogenitus lib. II. Them. I. Byzantium Megarensium, Lacedæmoniorum, & Bœotorum coloniam facit; unde & lingua Dorica usos Byzantios ait: Αὐτὸ δὲ τὸ Βυζάντιον Μεγαρέων, καὶ Λακεδαιμονίων, καὶ Βοιωτῶν ἐστὶν ἀποικία, τῶν ἀρχαιοτάτων Ἑλλήνων. Et vero Byzantios lingua Dorica usos, satis arguit illorum Δήρισμα, quod recitat Demosthenes orat. περὶ Στεφάνου. Vellejus denique lib. II. Milesiorum coloniam Byzantium agnoscit.

Jam vero ut de tempore & anno Urbis conditæ aliquid dicamus, tradit Eusebius in Chronico, conditum Byzantium Olympiade XXX. anno III, Herodotus vero lib. IV. anno XVII. post conditam Calchedonem; quod Eusebio consentaneum est, scribenti Calchedonem Olympiade XXVI. anno II. conditam. Proinde emendandus Hesychius Milesius, qui anno XIX. a condita Calchedone Byzantium ædificatum scribit; quod Senator in Chronico, regnante Tullio Hostilio Romanorum Rege factum ait, qui anno I. Olympiadis XXVII. Periodi Julianæ MMMMXLIII. cœpit imperare: *Hujus*, inquit, *temporibus Calchedon conditur, & Byzantium, quæ nunc Constantinopolis.* Recte etiam in tempora Manassæ Regis Byzantii conditum rejicit Cedrenus, utpote qui juxta Chronologos regnare cœpit anno Periodi Julianæ MMMMV. I. & usque ad MMMMLX. annum imperium produxit: Ἐφ' ὧν χρόνων ἐκ Βυζάντιον ὑπὸ Βύζα βασιλέως τῆς Θρᾴκης ἐκτίσθη, ὡς δέ τινες, ὑπὸ Μεγαρέων. A quo hausit quæ in hanc rem habet Nicephorus Callisti lib. VII. cap. XLVII. Βύζας γάρ τις Ἕλλην ἐν ταῖς ἡμέραις Μανασσῆ τοῦ τῆς Ἰουδαίας κατάρχοντος μικρὰν πόλιν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔκτισε. Perperam vero Michael Glycas & Joelus in tempora Josiæ Regis id conjiciunt, qui regnare cœpit anno Periodi Julianæ MMMMLXXIII.

XVI.

STATUS ET FORTUNA BYZANTII.

VARIIS postea deductis coloniis incrementum accepit Byzantium: mortuo enim Byzanti successit Dinæus, vel Dinias, Megarensis, Calchedonis Princeps, Byzantiique Dux C factus, qui Urbem a barbarorum incursibus viriliter tutatus est, uti refert Hesychius Milesius. Meminit porro coloniæ Byzantium a Dinia Megarensi deductæ Auctor Narrationis historicæ in Depositionem vestis Deiparæ pag. 754. a quo & urbem ipsam conditam videtur innuere. Per ea ferme tempora dum inter Lacedæmonios & Athenienses de Græciæ principatu bella acrius exardescerent, Byzantium in Darii, Otane duce, deinde in Jonum, ac denique in Xerxis Medorum Regis potestatem concessit: contra quem missus Pausanias Lacedæmoniorum Rex, Urbem obsidione cinxit, captamque non modo Lacedæmoniorum asseruit imperio, sed & in eam deducta colonia ita auxit, ut alter conditor deinceps habitus fuerit. Res hac tempestate a Lacedæmoniis gestas pluribus narrant Herodotus lib. V. & Thucydides lib. I. attigit etiam Pausanias in Lacon. lib. III. Atque de hac nova instauratione intelligendus Justinus lib. IX. dum ait urbem Byzantinam conditam primum a Pausania Rege Spartanorum, & per septem annos possessam: a quo hauserunt quæ in eandem sententiam habent Paulus Orosius lib. III. Ado Viennensis in Chronico, Paulus Diaconus lib. I. & Otho Frisingensis lib. II. Chron. cap. XXIV. Sed & huc referenda verba Joannis Sarisberiensis lib. I. Policratici cap. V. *Chilon Lacedæmonius jungendæ societatis causa missus Corinthum, duces & seniores populi invenit in alea. Infecto itaque negotio reversus est, dicens se nolle gloriam Spartanorum, quorum virtus constructo Byzantio clarescebat, hac maculare infamia, ut dicerentur cum aleatoribus contraxisse familiaritatem.*

Nec diu Lacedæmoniis paruit; Pausania quippe, uti narrant Thucydides lib. I. & Polyænus lib. II. pag. 76. ab Athenienses per Thrasyllum, ut opinor, Urbe pulso, Byzantium in eorum jus venit: a quibus mox Byzantii defecere, Pharnabaso impellente, & Lacedæmoniis se dedidere, a quibus Harmostæ missi sunt, qui Urbem regerent. Qua quidem dignitate functos legimus apud Xenophontem lib. VII. de Exped. Cyri, & lib. I. Hist. Græc. *pag. 19.*

Cleandrum, Ariſtarchum, & Clearchum, ſub quo Athenienſes, Alcibiade duce, Urbem partim vi, partim proditione recuperarunt. Scribit porro Eunapius in Ædeſio, Byzantium cum Athenienſibus paruit, annonam iis ſuppeditaſſe, fidemque excedere frumenti inde advecti vim. Tum vero regiminis mutata eſt a Byzantiis forma, ut auctor eſt idem Xenophon lib. IV. Hiſt. Græc. Nam cum Byzantii paucorum dominatu regerentur, Reſpublica populi adminiſtrationi ſubjecta eſt: *Ita variante victoria*, verba ſunt Juſtini, *nunc Lacedæmoniorum, nunc Athenienſium juris habita eſt, quæ incerta poſſeſſio effecit ut nemine quaſi ſuam juvante, libertatem conſtantius tueretur*. Et ſane ea tempeſtate, qua Philippus Amyntæ filius, Macedonum Rex, Urbem obſedit, Byzantii ſuis ipſi legibus regebantur, habebantque pro ſupremo Magiſtratu Hieromnemonem (quem Ætolis etiam familiarem fuiſſe docent veteres Inſcriptiones, & ſervaſſe ipſos Byzantios ſub Imperatoribus Romanis ſatis declarat nummus M. Aurelii, cujus proxime meminimus,) ut ex eorum Pſephiſmate colligimus apud Demoſthenem, quo jus affinitatis, civitatis & ſpectaculorum Athenienſibus conceſſerunt, inſuperque tres ingentes ſtatuas in Boſporo erigendas in eorum honorem, ob præſtitum hoc bello per Charetem Ducem auxilium, decreverunt: in quo quidem bello Macedonico præclaram operam navavit Leo Byzantinorum dux, Philoſophus Peripateticus, & Platonis diſcipulus, qui libris ſeptem res in ea expeditione geſtas complexus eſt, ut auctor eſt Suidas: Belli vero iſtius Macedonici meminere præterea Demoſthenes orat. pro Corona, Philoſtratus lib. I. de Vit. Sophiſt. Juſtinus lib. IX. & Frontinus lib. I. Strateg. cap. III. num. IV. Hinc etiam patet cur interdum Lacedæmoniorum, interdum etiam Athenienſium colonia fuiſſe dicatur Byzantium, dum uterque populus Urbem ſibi ſubditam nova identidem colonorum acceſſione renovat. Ita apud Ammianum lib. XXII. *vetus Byzantium Atticorum*, apud Conſtantinum Porphyrogenitum *Lacedæmoniorum colonia* dicitur. Clearchus vero mulctatus ab Ephoris, Lampſacum cum quatuor navibus venit, ibique aliquot annos exegit, donec invitatus a Byzantiis, qui a Thracibus impugnabantur, Urbem quam defenſurus venerat, dolo ſibi aſſeruit, uti narrat Polyænus lib. II. de qua quidem Clearchi tyrannide extant aliquot Chionis epiſtolæ ad Matridem. Ex quo præterea docemur, poſt cædem Cyri Græcos qui ei meruerant, gravi illa ac diuturna expeditione defatigatos, a Byzantiis qui ſibi a Perſis ipſis timebant, receptos, conſiliumque de diripienda Urbe cepiſſe; ſed a Xenophonite, qui tum eorum dux renuntiatus fuerat, habita publice oratione, a propoſito revocatos. Exhinc varii recenſentur Byzantiorum Duces, qui ſtante Republica res bellicas geſſerunt, atque in iis Protomachus, qui cum turbantes Thraces armis ſubegiſſet, in loco urbis, cui Milio nomen, ærea conſtituit trophæa, ut eſt apud Heſychium Mileſium. Deinde Timaſius, qui Protomachum excepit, Urbem in melius reformavit, leges condidit, ædes ſacras a fundamentis excitavit, & exſtructas de novo inſtauravit. Præterea Calliades dux bellis domi foriſque geſtis inclytus, qui ſtatuam Byzantis, Urbis conditoris, in loco, ubi poſtea ſtetit Baſilica, poſuit. Memoratur denique Leonides Byzantinorum Dux, qui cum Urbs gravi premeretur obſidione, neque cives, ebrietati ac vino impenſius deditos, ad excubias ſupra mœnia agendas impellere poſſet, eo cauponas tranſtulit, ut iis ſaltem eſſet prætextus cur muros non deſererent, quod ex Damone Athenæus lib. IV. cap. XIV. & Ælianus lib. III. Hiſt. cap. XIV. commemorant: ſubduntque ii Menandrum Comicum Byzantios ut temulentos perſtrinxiſſe, cujus verſus proferunt idem Ælianus & Nicetas in Iſaacio lib. I. n. X. extremo: qui in Alexio Manuelis filio num. IX. Conſtantinopolim ſua perinde ætate nihil aliud quam Σύβαριν τὴν ὑπνωμένην ἐπὶ τρυφῇ, Romanum vero imperium nihil aliud quam κραιπάλῃ καὶ μέθῃ fuiſſe teſtatur. Sed & ad Byzantiorum delicias referenda Epiſtola VII. Sidonii Apollinaris lib. IV. in qua Byzantios Chironomontas carpit, qui ſcilicet artificioſe obſonia concidebant, uti hanc vocem interpretatur vetus Juvenalis Interpres ad Sat V. Conſtantinopolitanorum κραιπάλῃ carpit etiam Eunapius in Ædeſio ſtatim initio. Hanc præterea hiſtoriam attigit Euſtathius in Dionyſium, tametſi Leonidem ibi non nominat, qui an idem ſit cum Spartano, qui adverſus Xerxem conflixit, prorſus mihi non conſtat. Nec ſcio an hiſce Byzantiis Ducibus accenſeri debeat Byzas ille Thrax Dynaſtes, qui Andriſcum quendam, Philippi Macedoniæ Regis & nomen & perſonam mentientem Metello Romanorum Duci prodidit, uti narrat Zonaras. Enimvero dum Urbs Lacedæmoniis & Athenienſibus paruit, decimæ in ea pendebantur a Ponto navigantibus impoſitæ, ut auctor eſt Xenophon lib. IV. Hiſt. Gr. τελέσας εἰς τὸ Βυζάντιον, ἀπέδοτο τῷ δεκάτῳ τῶν ἐκ τοῦ Πόντου πλεόντων. Quod obtinuit etiam dum Romanis paruit. Herodianus lib. III. Κεμένη γὰρ ἐπὶ τῷ στενοτάτῳ τῆς Προποντίδος πορθμῷ, ταῖς ἀπὸ θαλάσσης τελῶν τε καὶ ἁλείας μεγάλως ὠφελεῖτο, γῆν τε πολλὴν κεκτημένη ἐξ ἑκατέρων τῶν στοιχείων πλείστα ἐκέρδαινεν. *Quippe in angustiſsimo Propontidos conſtituta freto, vectigalia piſcatumque a mari accipit, ſimul agros poſſidens ampliſsimos uberrimoſque, ex utroque elemento magnum lucrum facit*. Hujus porro vectigalis occaſione bellum exortum fuiſſe inter Byzantios & Rhodios narrat Polybius lib. IV. Hecatondoro & Olympiodoro Byzantinam Rempublicam tum gubernantibus, ſeu Hieromnemonum forte dignitatem obtinentibus, quod Cavari Galatarum Regis ope ſopitum eſt. Addo, Byzantiorum dominatum ac ditionem in Aſiam uſque excurriſſe. Tradit quippe Strabo lib. XII. Daſcylitidem lacum partim Cyzicenos, partim Byzantios poſſediſſe. Dum igitur Byzantinorum Reſpublica ſtetit, geſſere ii varia bella cum Gallis, deinde cum Antiocho Rege, quorum meminit Memnon cap. XX. & XXIV. apud Photium, ut & Polybius lib. IV. præterea cum Chalcedonenſibus, ut eſt apud Polyænum lib. VI. & cum Rhodiis, uti mox diximus.

Edit. Pariſ. pag. 20.

At redacta poſtmodum in ſervitutem a Romanis Græcia, Byzantii cæterarum urbium fortunam ſecuti, iis colla perinde ſubdidere: a quibus ob egregie navatam bello Mithridatico operam, libertatem, hoc eſt ut ſuis ipſi legibus vivere poſſent, conſecuti ſunt, ut docet Tullius in orat. de Provinciis Conſularibus, ubi non modo Byzantiorum urbem Romano imperio fideliſſimam, ſed ea etiam tempeſtate ſignis variiſque ornamentis refertiſſimam fuiſſe teſtatur. Ejus verba, quia Byzantii ſtatum ſub Romanis graphice nobis exhibent, hoc loco exſcribere non gravabor. *Quis veſtrum hoc non audivit? quis ignorat Achæos ingentem pecuniam pendere L. Piſoni quotannis? vectigal ac portorium Dyrrachinorum totum in hujus quæſtum eſſe converſum? urbem Byzantinorum vobis atque huic imperio fideliſsimam, hoſtilem in modum eſſe vexatam? Quo ille, poſtquam nihil exprimere ab egentibus, nihil ulla via miſeris extorquere potuit, cohortes in hiberna miſit, his præpoſuit quos putavit fore diligentiſsimos ſatellites ſcelerum, miniſtros cupiditatum ſuarum. Omitto jurisdictionem in libera civitate contra leges Senatuſque conſulta*, &c.

Et

Et mox : *Ipſam vero urbem Byzantiorum fuiſſe refertiſſimam atque ornatiſſimam ſignis quis ignorat ?* &c. Ex quibus percipimus cur Plinius lib. XV. cap. XI. oppidum Byzantium liberæ conditionis appellet : alterque Plinius lib. X. epiſt. LII. Byzantiorum Reipublicæ in more fuiſſe ſcribat, ut quotannis legatum cum Pſephiſmate ad Imperatorem ſalutandum mitteret. Ea enim erat liberarum civitatum prærogativa, ut illarum miſſi legatorum dignitate fungerentur, eoque nomine in Orcheſtra cum exterarum gentium legatis ſederent, ut auctor eſt Svetonius in Auguſto cap. XLIV. Quinetiam Metropoleos nomine donatur in Caii Cæſaris nummo, apud Occonem, in quo hæc inſcriptio legitur : ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. Prætores porro ſubinde Byzantium, qui Urbem regerent, miſiſſe Romanos Auguſtos, docent varia eorum Numiſmata, in quibus Αρχοντες appellantur, uti ex iis ſparſim in hiſce Byzantii originibus laudatis colligere eſt : quibus illaudatus addi poteſt, ex Theſ. Reg. nummus Plautillæ, in quo effictus Imperator paludatus dextram porrigens Plautillæ, cum hac epigraphe, ΕΠΙ ΑΡΧ ΑΙ ΚΑΠΙΤΩΛΕΙΝΟΥ ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. Habetur alter nummus in Gaza illuſtr. Ducis Vernolii, Antonini Caracallæ, in quo idem Byzantiorum Αρχων deſcribitur, ΕΠΙ ΤΙΤ ΑΙΛ ΚΑΠΙΤΩΛΕΙΝΟΥ ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. ubi figura ſtolata turrita effingitur Imperatori paludato ſiſtrum porrigens. Non leve præterea, ut opinor, iſtius fuit ἐλευθερίας ſeu libertatis argumentum, quod ſi quando de finibus cum vicinis controverterent, paciſci cum quibus antea diſſidebant iis liceret. Huc enim referendos nummos, in quibus ὁμόνοια & κοινωνία civitatum deſcribitur, cenſet vir eruditus Ezechiel Spanheimius diſſert. IX. de Præſt. & uſu nummorum : cujuſmodi autem eſt ille Treboniani Galli, cujus averſam partem deſcripſit V. C. Carolus Patinus in Num. Impp. pag. 398. in qua effinguntur piſces bini, Pelamydes fortean, cum hiſce inter utrumque characteribus, OMONOIA, & in circulo, NIKAIEΩN KAI ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. Ita ut probabile ſit in renovati cum Byzantiis fœderis cuſum nummum iſtum a Nicæenſibus. E converſo Byzantii ſimilem cuderunt nummum ſub Valeriano Imperatore cum duabus tædis & ara ignita intermedia, cum inſcript. ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ : qui quidem aſſervatur in Theſ. M. Ducis Hetruriæ. Præclarum alium nummum deſcripſit vir doctiſſimus Petrus Lambecius lib. II. Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea cap. VIII. pag. 686. in quo Σμυρναίων & Πειρινθίων ὁμόνοια perinde efficta conſpicitur, & utraque Reſpublica, Smyrnæorum quidem virili, Perinthiorum muliebri figura, murali ambæ corona, caput redimitæ, dextras jungunt. Jure igitur Byzantium Straboni dicitur πόλις ἐπιφανὴς, Stephano λαμπροτάτη, Juſtino lib. IX. *nobilis & maritima urbs*, denique auctori Chronici Alexandrini Θρᾴκης ἐμπόριον. Sed & Urbem commendabat civium frequentia, de qua ſic Plinius lib. X. epiſt. LXXXII. *Ea eſt conditio civitatis Byzantiorum, confluente in eam commorantium turba, ut ſecundum conſuetudinem præcedentium temporum, honoribus ejus, præſidio Centurionis regionarii conſulendum habuerimus.* Ita Herodianus lib. III. dixit Byzantium eſſe πόλιν ἐπὶ Θρᾴκης μεγίστῳ ποτὲ καὶ εὐδαίμονα, πλήθει τε ἀνδρῶν καὶ χρημάτων ἀκμάζουσαν, *urbem Thracicarum maximam olim & felicem, civiumque frequentia & opibus florentem.* Quod etiam attigit Zonaras : Τὸ δὲ Βυζάντιον πόλις καὶ οἰκίᾳ ἐτύγχανεν οὐ τῶν ἀνωνύμων, οὐ τῶν ἀσήμων, ἀλλὰ καὶ πλήθεσι τῶν πολιτῶν εὐδοκιμοῦν πλούτῳ, &c. *Byzantium autem prius etiam fuit urbs haud obſcura, neque ignobilis, ſed & frequentia civium florens, & opibus, & viris*

Edit. Pariſ. pag. 21.

CP. Chriſt.

fortibus, &c. Atque hanc libertatis prærogativam uſque ad Severi Imperatoris tempora obtinuit, ſub quo non tam ruinam paſſa eſt, quam novum incrementum, novamque gloriæ acceſſionem accepit. Eo quippe imperante cum a Peſcennio Nigro, qui poſt Didii Juliani interitum ab exercitu Syriaco Imperator fuerat proclamatus, Byzantium occupatum fuiſſet, præſidioque valido firmatum, quo claſſes navigiaque per Boſporianas anguſtias, & exercitus ex Europa in Aſiam tranſire prohiberentur, oppreſſoque quantumvis Nigro, in ejus ducum fide perſtaret, Septimius Severus Urbem gravi obſidione cinctam, & quam ob mœnium firmitatem, civiumque pervicaciam vi aggredi non potuerat, fame tandem oppreſſam, poſt trium annorum obſidionem expugnavit. Narrant Herodianus lib. III. Xiphilinus & Zonaras in Severo, eo bello Byzantios multa ab hoſtibus perpeſſos mala, ſed & non minora iis intuliſſe, Severumque tunc in Meſopotamia agentem, tanto ex Byzantii expugnatione gaudio affectum fuiſſe, ut continuo ad milites progrediens exclamaret, *Byzantium cepimus*. Ad quam Urbis expugnationem non deſunt qui putant hæc Tertulliani ad Scapulam cap. III. ſcribentis ſpectare : *Cælicius Capella in illo exitu Byzantino, Chriſtiani gaudete, exclamavit.*

Expugnata Urbe, quod Chronologi in annum Imperii quintum referunt, privilegia omnia quibus gaudebat, libertatemque ac jus civitatis ademit Severus ; mœnia ipſa, Theatra, Thermas, aliaque ædificia publica diruit, & redactam in vici formam Urbem Perinthiis, qui & Heracleenſes dicti, donavit, & eorum juri addixit, uti pluribus narrant Dio apud Xiphilinum, & Herodianum lib. III. ex quo uſus poſtmodum obtinuit, ut Byzantinus Epiſcopus Heracleæ Metropolitano ſubditus eſſet, & Patriarchæ deinceps Conſtantinopolitani confirmatio ad eumdem Antiſtitem pertineret, quod docent Balſamon ad Canon. III. Concil. Nicæni, Zonaras, Cedrenus, Glycas, Codinus de Offic. & alii. Atque hoc quidem in rebellem urbem ſæviendi genere uſus poſtmodum Theodoſius in Antiochenos, ob diſjectas uxoris ſtatuas, quos ille vicinis Laodicenis ſubjecit, uti ſcribunt Theodoritus lib. V. capit. XIX. & XX. & Zonaras, rebellibus adempta hac ratione αὐτεξουσίᾳ & libertate. Byzantium igitur ſub Perinthiorum dominatu gravi preſſa jugo aliquandiu gemuit, donec Severus facti pœnitens, videnſque everſo Byzantio non tam rebellionis pœnas ſumpſiſſe, quam præcipuam eamque munitiſſimam Romani imperii arcem contra Ponticos & Aſianos evertiſſe, τῶν Ῥωμαίων μέγα ὁρμητήριον πρὸς τοὺς ἐκ Πόντου καὶ τῆς Ασίας βαρβάρους καὶ χρησφύγιον, ait Zonaras, de ea denuo inſtauranda conſilium cepit, mœnia reparavit, Hippodromum, Zeuxippum, Cynegium, aliaque publica opera ædificavit : inſtauratoque tandem oppido, ANTONINÆ BYZANTIORUM AUGUSTÆ eidem nomen impoſuit, uti pluribus narrant Heſychius Mileſius, Euſtathius ad Dionyſium, & Svidas, apud quos tamen perperam *Antoniam* dici evincunt nummi veteres pro *Antonina*, ſive a Severo ex filii nomine, ſive ab ipſo Antonino Caracalla Severi filio, qui urbem inchoatam a patre abſolverit, quod vult Svidas, ita fuerit nuncupata. Ejuſmodi autem Byzantiorum nummos varios profert Occo p. 382. 404. 421. ac Caracallæ quidem unum, in quo ex utraque parte hæ leguntur inſcriptiones : ATT. K. M. ATP. ANTΩNEINOC. ATT. ANTΩNINIA ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ CEBACTA. Duobus nummos alios Aurelii Antonini Elagabalæ cum eadem inſcriptione exhibet idem Occo. Alterum Alexandri Severi ſervat Gazophylacium Regium, in quo ſcriptum ANTΩNINIA CEBACTA ΒΥΖΑΝ-

TIΩN. In eo porro nummo urna effingitur, a qua binæ palmulæ exeunt. Valerianum deinde Imperatorem Byzantii egisse testatur non uno loco Flavius Vopiscus in Aureliani vita, cujus etiam extat nummus in Thes. Ducis Hetruriæ, cujus proxime meminimus. Istorum etiam nummorum meminit Ortelius in Thesauro Geograph. Insigni postmodum clade alia attritum Byzantium narrat Trebellius Pollio; Gallieni quippe temporibus *Byzantium civitas clara navalibus bellis, claustrum Ponticum*, per ejusdem Gallieni milites ita omnis vastata est, ut prorsus nemo supereresset: denique nulla vetus familia apud Byzantios inveniretur, nisi si quis peregrinatione vel milites occupatus evasisset, qui antiquitatem generis nobilitatemque repræsentaret. Denique ad vindictam Byzantiorum idem Gallienus processit, & cum non putaret recipi se posse muris, receptus alio die omnes milites inermes, armatorum corona circumdatos interemit, fracto fœdere quod promiserat. Quibus peractis, quasi magnum aliquid gessisset, Romam cursu rapido convolavit, convocatisque Patribus, decennia celebravit novo genere ludorum, nova specie pomparum, exquisito genere voluptatum. Exhinc Claudio imperante Heluros cum quingentis navibus trajecta Mœotide Palude in Pontum navigantes Byzantium & Chrysopolim cepisse scribit Georgius Syncellus p. 382. E. R. sed statim in Romanum jus rursum rediit; quippe tradit Nicephorus lib. VII. cap. XLVII. Byzantios post devictum & fusum Licinium Constantino M. urbis suæ ingressum denegasse, eaque re inflammatum eundem Imperatorem Urbem obsidione cinxisse, ac cæsis ad sex millia ex hostibus, Crucis quam in cælo viderat beneficio, tandem cepisse; in cujus victoriæ trophæum in ipsa urbe Crucis signum statuerit, eo loco ubi Porphyretica ejus columna postea stetit. Certe hanc narrationem quodammodo attigit ignotus scriptor Ammiano Valesiano subjunctus, scribens Licinium post cladem ad Hadrianopolim acceptam, Byzantium fugisse: quo cum Crispus cum classe, & Constantinus cum copiis terrestribus advolarent, Chalcedonem subito concessisse Licinium, Constantinum vero invasisse Byzantium, quam postea CONSTANTINOPOLIM nuncupavit *ob insigne victoriæ*.

Edit. Paris. pag. 22.

I.

CONSTANTINOPOLIS.

A Constantino Magno ædificatam Constantinopolim, ipsa arguit nomenclatura, omnesque personant historiæ. At quæ excitandæ novæ Urbis causa impulerit, Romamque *Arcem omnium gentium & terrarum*, uti vocatur a Nazario in Panegyrico, deserendi, varie ab historicis tradi comperio. Ac Julianus quidem Imperator orat. I. in Constantium Aug. ait cum ex illius, qui antea dominabatur, Maximiani forte aut Diocletiani, immodica cupiditate, pecuniarum in universo imperio penuria quædam esset ac siccitas, omnesque opes in palatii penetralibus congestæ essent ac reconditæ, Constantinum, *πάντων κύριον* effectum, claustris submotis, ubique repente omnes effudisse, tumque exstruxisse sui nominis urbem cæteris omnibus majorem. Ex quibus videtur Julianus urbis Constantinopolitanæ ædificationem Constantini magnificentiæ adscribere voluisse. At Zozimus lib. II. Constantinum scribit ab Ægyptio quodam, qui ex Hispania Romam advenerat, Christianam religionem edoctum, illiusque monitis amplexum, Gentilium superstitiones spreviſse: ita ut cum dies quidam more patrio festus adpetiisset, *καθ' ὃν ἀνάγκη τὸ στρατόπεδον ὡς ἴέναι εἰς τὸ Καπιτώλιον*, *quo in Capitolium Regio comitatui ascendendum erat*; (ita hoc loco *στρατόπεδον* capiendum videtur, non pro exercitu, ut vertit Interpres, quod sequentia satis declarant) eum ascensum gravi oratione insectatum; hacque re Senatus & populi, qui gentilitati adhærebant impensius, incurrisse odium: quorum cum convitia ferre non posset, de deserenda Roma, urbemque aliam in Imperii sede deligendi consilium cepisse: (quibus sane consona habet Libanius orat. XIII. ad Theodosium) in qua scilicet nulla essent dicata Gentilium diis templa, seu, ut loquitur S. Augustinus, *quæ esset sine aliquo demonum templo, simulachroque*. Namut ait Sozomenus lib. II. cap. III. Constantinopolis tum demum Imperii sedes effecta est, *καθ' ὃν σωιβῆ χρόνον, καὶ τῷ θρόσκιαν εἰς πλῆθος ἐπιδιδόναι, ὅτε βωμῶν, οὔτε Ἑλληνικῶν νεῶν, ἢ θυσιῶν ἐπιμελήθη*. *Eo tempore quo Christiana religio longe lateque manare cepit, ita ut neque aris, nec gentilium fanis, aut sacrificiis polluta fuerit*. Subdit idem Zozimus exinde Constantinum in Asiam profectum, idoneo inter Troaden & priscum Ilium ad urbem condendam invento loco, & jactis illius fundamentis, muri partem aliquantum eduxisse, quæ sua adhuc ætate visebatur. Sozomenus lib. II cap. III. & ex eo Theophanes anno XX. Constantini, & Nicephorus lib. VII. cap. XLVIII. locum hunc in Asia sic designant: *Τὸ πρὸ τοῦ Ἰλίου πεδίον, ὑπὲρ τὸν Αἴαντος τάφον, ὃ δὴ λέγεται τὸν ναύσταθμον καὶ τὰς σκηνὰς ἐγκῆναι τοὺς ἐπὶ Τροίαν τότε στρατευσαμένους Ἀχαιούς*. *Planitiem, quæ Ilio subjacet, super Ajacis tumulum, ubi Græcos ad Trojanam expeditionem profectos navium stationem & castra habuisse ferunt*. Verum Constantinus, cum istius consilii eum pœniteret, relicto opere, ut erat imperfectum, Byzantium concessit, locique situm demiratus, eam quam maxime urbem amplificandam statuit, & efficiendam idoneam, ut principis in ea domicilium esset: ita quidem Zozimus. Theophanes vero, & ex eo Julius Pollux in Chronico, divino in somnis oraculo, ut Byzantii illud opus moliretur, admonitum ajunt. Certe divinis quodammodo cælitus emissis oraculis Byzantium instauraſse Constantinum omnes ferme consentiunt scriptores, tametsi rem varie commemorent. Quippe Chronicon Alexandrinum tradit eundem Augustum divino monitum oraculo Romanum Imperium periturum, sibique alio deferendam esse Imperii sedem: *Καὶ ἔτω μονοκράτωρ γενόμενος Κωνσταντῖνος ἔκτισεν τὸ Βυζάντιον, χρησμὸν εἰληφὼς ὅτι ἀπόλλυται μέλλει ἡ βασιλεία Ῥώμης*. *Et sic Constantinus solus Imperator effectus, Byzantium condidit, accepto oraculo Romæ Imperium periturum*. Quo forte respexit Orosius lib. VII. cap. XXVIII. scribens Constantinopolim, solam expertem idolorum ad hoc brevissimo tempore conditam a Christiano Imperatore provectam esse, *ut sola Romæ tot sæculis miseriisque provectæ forma & potentia posset æquari*. Denique Willelmus Malmesburiensis lib. IV. Hist. ait Constantinum divino monitum oraculo, *civitatem æquam Romæ constituisse, professum non debere Imperatorem Romę principari, ubi a Christo principabantur coronati Apostoli*. Subdit Sozomenus loco laudato, Constantinum, superatis hostibus, rebusque omnibus ad libitum succedentibus, consilium cepisse de condenda urbe sibi cognomine, quæ Romam æquaret: tumque ad Ilium jecisse illius fundamenta, circumscripto ambitu, ædificatisque ipsis portis, quæ ad oras istius præternavigantibus etiamnum sua tempestate visebantur: at cum operi insisteret, monitum fuisse in somnis a Deo, ut alium quæreret urbi condendæ locum idoneum, & Byzantium ultra Chalcedonem concederet, urbemque sui nominis ibi ædificaret. Cedrenus Constantino juxta Romam degenti Deum in somnis præcepisse scribit, ut urbem Deiparæ conderet, eo in loco, quem ipse ei esset indicaturus; exinde Thessalonicam *Edit. Paris.* veniſse, ubi biennio moratus, (id omnino fal- *pag.* 24. sum ex illius Constitutionibus arguitur) urbem magnificis templis, balneis, & aquæductibus exornavit: sed grassante peste, Chalcedonem se contuliſse, quam cum a Persis solo prostratam inveniſſet, instaurare aggressum: statim autem aquilas lapides fabris ereptos transtuliſse Byzantium. Quod cum sæpiuscule fieret, tandem Constantinum a quodam Euphrata domestico monitum, Deum ibi urbem matri suæ condi velle: tum vero trajeciſse Byzantium, probatoque loco, urbem hic ædificandam statuiſse, operique præfeciſse ipsum Euphratem. Idipsum habet Constantinus Manasses. A Cedreno non omnino dissentit Zonaras: tradit quippe Constantinum *κτίσαι θεῖον χρησμὸν* urbem de suo nomine conditurum, hanc primum in Sardica, deinde in Sigæo Troadis Promontorio, ubi & fundamenta jecerat, denique Chalcedone excitare voluiſse: at aquilas architectorum *τὰ σπαρτία*, seu funiculos (non lapides, ut habet Cedrenus) in adversam ripam, Byzantium versus, non semel detuliſse: idque divinitus factum arbitratum Constantinum veniſse Byzantium, situmque illius contemplatum, consilium de eo instaurando cepisse. Historiam de translatis divinitus opificum instrumentis ex Græcorum relationibus, pluribus etiam refert Adamnanus lib. III. de Locis sanctis cap. II. Has porro aquilas respexiſse Justinianum in L. I. Cod. de Veteri Jure enucleando, non desunt qui putant; cum dixit urbem Constantinopolitanam, *Deo propitio, melioribus quam veterem auguriis conditam*, ita ut aquilarum feliciori Constantinus Novam Romam, quam Romulus vulturum augurio veterem condide-

rit. Divina vero hæc oracula attigit ipse Constantinus in L. VII. Cod. Th. de Navicular. *Pro commoditate urbis, quam æterno nomine, Deo jubente, donavimus.* Et Meletius Patriarcha Alexandrinus in Epist. ad Ruthenos, eo divinitus deductum Constantinum etiam scripsit: Ἄλλοσε δὲ τραπεὶς οἰκοδομήσων πόλιν ἣν οἰκουμένης βασιλεύσαν, θεόθεν ἐδηγούμενος εἰς Βυζάντιον καταντᾷ, κ᾽ πόλιν καθίσησι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, ἥτ᾽ ἐστὶ ἣν οἰκουμένης πάσης, κατάλληλον ἀνακτόριον. *Alio conversus urbem excitaturus quæ orbi universo imperatura erat, a Deo deductus Byzantium venit, & urbem excitavit, Romanorum, id est universi orbis Imperii alterum domicilium.* Manuel Palæologus Imp. in Orat. funebri in Theodorum Despotam fratrem pag. 1658. de Constantino: Ὃς γε δημιουργὸς ταύτης ἐγένετο οὐκ ἄνευ θείας κινήσεως ἢ ῥοπῆς, *qui urbis conditor fuit non sine divino nutu & impulsu.* Denique Guibertus lib. I. Historiæ Hierosol. *Urbs enim illa non modo Sanctorum illorum monimentis excellens, sed & auctoris merito & nomine præclucens, præsertim cum ex revelatione superna, ex vetustissimo oppidulo, eam toti mundo spectabilem, Romamque secundam fecerit, orbis concursu & suffragio digna fuit.* Sed cujusmodi fuerit visio illa Constantini, nisi doceremur a sciptoribus Latinis, qui dubio procul a Græcis hausérant, etsi fidem indubitatatam iis præstari omnino nolim, vix sciremus. Primus autem ex iis prodeat Althelmus Saxonum Episcopus lib. de Laude virginum c. x.

Rex Constantinus quondam præsagia certa,
Atque futurarum rimatur somnia rerum,
Culcita dum plumis Augusti sterneret artus,
Cernens matronæ rugosæ forte figuram:
Vidit in ecstasi deformem fronte vetusta,
Cernua quæ graditur tremulis agitata lacertis,
Insuper hanc mortis jam sors mulceret acerba,
Imperat illustris regni sermone Sacerdos
Silvester Constantinum decrepita membra
Suscitet, ut vetulæ rursus cum sospite vita.
Tunc Regis precibus surrexit pulchra puella,
Quam prius effigies turpabat torva senectæ.
Et licet ante situ torperet morte cadaver,
Fit tamen extemplo formosa puerpera vultu:
Quam Rex contẽplatur ovans cum stemmate comis,
Tempora præcingens, auro flavente coronat,
Et peplo chlamydis, necnon cycladibus ornat.
Ut Regina gerit rubicunda crepundia collo.
Talis erat species formosæ virginis alma.
Tunc Helena docens Regem sermone futura,
Sic ait, Augusto depromens omina somni.
Hæc tua semper erit, lethi calceque carebit,
Ultima & in diris cum flagrent secula flammis.
Cumque tyro foret Augustus, perterritus alto,
Pallidus evigilat somni cupidine captus.
Conglobat in cœtum disertos arte sophistas,
Gymnica qui jactant ventoso dogmata fatu.
Quos rogat ut rerum sibi fata latentia solvant,
Quæ dudum in stratis signant arcana futura.
Sed cum forte nihil stolido sermone referrent,
Plurima sed falsis finxissent frivola verbis;
Tunc Rex frugales jejunans castigat artus,
Atque dies septem declinat secula pompæ,
A Christo Domino poscens oracula pandi.
Nox ruit, & tetro mundum velamine velat,
Nec non & furvis terrarum amplectitur alis.
Tum sopor in strato regales occupat artus.
Cum Silvester ait, pandens mysteria rerum,
Femina, quam torva crevisti luce vetustam,
Quæ tibi horrebat multum squalente senecta,
Urbs est, quam vulgo Byzanti nomine dicunt:
Constantinopolis post hæc vocitetur in ævum.
Nomine nempe tuo gestet per secla triumphos,
In qua murorum præcelsa cacumina quondam
Nunc prostrata solo veterascunt arce ruenti,
Mœnia marcescunt, & propugnacula nutant,
Quæ quassat caries, & frangit fessa vetustas,
Sed te conservare mea præcepta jubebo.
Cornipedi spina vectus per squalida rura,
Cuspide vexilli scrobem sulcare memento,
Labara sic equitans per terram trudito dextra,
Quatuor infindens directo tramite sulcos,
Per quos erectis castrorum turribus altis,
Mœnia restaures murorum imbrice rubra;
In qua regnabit proles, proleque nepotum, &c.

* f. puellula.

Edit. Paris. pag. 25.

Eadem ex Althelmo recitat Willelmus Malmesburiensis lib. IV. Hist. Angl. a quo etiam hausisse videtur quæ in hanc rem habet Robertus Monachus lib. II. Hist. Hierosol. *Legimus in quadam historia, quod Constantinus Imperator Romanus, cum quadam nocte in civitate, quæ Byzantium memoratur, obdormisset, visionem vidit, quæ in hunc modum ei apparuit. Anus quædam veste dissipata, & quasi semicinctis circumsepta, veniebat ad eum, & suæ opis flagitabat subsidium: vestem exigebat qua indueretur, cooperturam qua tegeretur, alimoniam qua pasceretur: promisitque ei Rex continuo se subventurum, & indubitanter postulata collaturum: & sic viso disparuit. Tunc vir potentissimus somno excitus, cum in corde suo quænam esset visio hæc versaretur, divino nutu intellexit civitatem ipsam in qua erat, auxilium quærere, & se in melius restituti peroptare. Sicque Constantinus a fundamentis illam erexit, & de suo nomine Constantinopolim appellavit, quam Romæ mœnibus altis, & ædificiorum structura nobili coæquavit, & pari gloria & honore terreno sublimem reddidit, quæ sicut Roma est caput Occidentis, ita & illa civitas debet esse Orientis.* Denique Guntherus in Hist. CP. c. XVII. visionem istam sic recitat: *Idem Constantinus regiæ sedis dignitatem, quam Romæ habuerat, beato Petro derelinquens, Græciam petiit, & hanc urbem, quæ tum Byzantium dicebatur, præ cæteris omnibus habitandam elegit: ubi dum nocte quadam regali strato suffultus quiesceret ac dormiret, videbatur sibi videre aniculam quandam longævam valde & mortuam, quam & beatus Silvester Papa, qui præsens adesse videbatur, dicebat ab eo certissime suscitandam. Quam cum idem Imperator, facta oratione, in juvenculam quandam pulcherrimam suscitasset, & illa casto amore suis aspectibus placuisset, induit eam regia chlamyde; & cum diadema suum capiti ejus impressisset, mater ejus Helena ei dicere videbatur: Hanc, fili, habebis uxorem, usque in finem seculi in hac pulchritudine permansuram. Quam visionem cum ipse pluribus retulisset, & alius sic, alius vero sic eam interpretaretur, proposuit ipse Rex a jejunio non cessare, donec Christus ei per famulum suum Silvestrum interpretationem suæ visionis exponeret. Cum ergo septem dies ab jejunasset, ipse nocte septima apparuit ei beatus Silvester in visione, dixitque ad eum: Anus illa quam vidisti, civitas ista est, quæ jam quasi neglectu & senio defuncta, per te in tantum decorem renovanda est, ut regina dicatur inter omnes Græciæ civitates. Qua visione Rex non tam territus, quam gavisus, convocatis de tota regione opificibus, tam lignorum, quam lapidum, jussit eam & ampliari loco, & muris ac turribus emuniri, Ecclesiis, cæterisque ædificiis exornari: donec in eam quam nunc habet pulchritudinis elegantiam juvenescens, Romæ similis, ut ajunt, redderetur, unde & ipsa urbs quandoque altera Roma dicta est, & terra ei adjacens hodieque Romania vocatur. At ne ulla supereſſent vestigia vetustatis, reprobato priore vocabulo, quod posset homines primævæ illius humilitatis commonere, præcepit eam Constantinopolim appellari, a suo videlicet nomine, & Græco, Polis, quod civitas interpretatur.* Ut porro divino monitu Byzantium non instauraverit modo, sed illius etiam mœnia longius protulerit, divina quadam deducente manu, ita etiam narrat Philostorgius lib. II. cap. IX. & ex eo Nicephorus: pag. 26.
Τὸν περίβολον ὅλον ὁρίζόμενον, βάδῳ τε περιϊέναι, τὸ δορὺ τῇ χειρὶ φέροντα· ἐπεὶ δὲ τοῖς ἑπομένοις ἐδόκει μεῖζον ἢ ὡρσήκει τὸ μέτρον ἐκτείνειν, ὡρμηλθέν τε αὐτῷ τινες καὶ παυδέσθαι, ἕως πᾶ, Δέσποτα; τὸν δὲ ἀποκρινόμενον διαῤῥήδην φάναι, ἕως ἂν ὁ ἡμαρσθεὶν

ὁδηγῶν μι σῖ, ἐπίδυλον ποιούμτα ὡς δωάμις αὐτοῦ τις ὑρανία φροηγοῖτο, τοῦ φραττομένε διδώσκαλος. *Ambitum ejus definientem pedibus circumlisse manibus hastam ferentem: eum vero iis qui sequebantur majorem quam oportebat modum definire videretur, accessisse eum quendam, interrogasseque, quonam usque, Domine? eum vero respondentem diserte dixisse, eo usque, donec qui me præcedit consistat. Unde manifestum fecit, quod vis quædam divina eum duceret, ejus quod faciendum haberet magistra.* Huc forte spectant quæ habet auctor vitæ Joannis Acacii: Εἶτα πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐγκωμίοις καὶ διόδμητον ἐτόλμησε φροσεῖπῖν, καθάπερ τὸ Ἴλιον διδομῆδαι μυθεύεται. *Deinde præter hæcce elogia a Deo conditam ausus est pronuntiare, quemadmodum Ilium ædificatum fabulæ fingunt.* Nolim porro hoc loco ut verosimile, nedum ut verum præstare, quod habent Menæa & Synaxaria ad IV. Junii, non tam loci situ, quam S. Metrophanis Byzantii Episcopi sanctitate motum Constantinum, consilium de instauranda urbe cepisse: Τῷ τε τειχημένῳ αὐτῷ ἁγιοσύνῳ καταπλήσας, ἀλλ ἧττον λέγεται δι' αὐτὸν, ἢ δι' ἀγάπλω τῆς πόλεως θέσιν, εὐφυῶς πρός τε χρείαν ὡρῶν ἔχουσαν, καὶ καρπῶν ἀφθονίαν, καὶ θαλάσσῃ δεξιωμένῳ, καὶ ἅμα φροσκαθημένῳ τῇ δύο τῆς οἰκουμένης τμημάτων, τῆς τε Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας, ἐρασθῆναί τε τῆ χωρίᾳ, καὶ φιλοτίμως διατεθῆναι περὶ αὐτό, καὶ φείσασθαι μὲν οὐδενὸς ἀναλώματος, ἀναγεῖραι δὲ πόλιν πάσας τὰς παρὰ ἀνθρώπων γεγενημένας νικῶσαν, καὶ τούτων ὑπερκειμένῳ, εἰς ὃν τὸ κράτος καὶ τῷ βασιλεῦσαι ἔταξεν, ἀπὸ τῆς φρισβυτέρας Ῥώμης τοὔντεῦθεν μεταγαγών. *Sanctitatem vero qua ille præstabat, animo reputans, ferunt non minus illius causa, quam propter urbis situm, miramque eo in tractu tempestatum temperiem, ac fructuum ubertatem, ut quæ mari allueretur adjaceretque duabus mundi partibus, Europæ scilicet & Asiæ, locum amore præcipuo complexum, nullis pepercisse sumptibus, quo urbem excitaret, quæ cæteras hactenus ab hominibus ædificatas superaret, longeque præcelleret, collocata in ea Imperii sede, secundoque post veterem Romam loco ei concesso.*

II.

TEMPUS CONDITÆ CONSTANTINOPOLIS.

POst debellatum & extinctum Licinium, tum demum de instaurando Byzantio, quod paulo ante in potestatem venerat, consilium cepisse Constantinum exerte tradunt Zozimus lib. II. p. 686. & Praxagoras apud Photium cod. LXII. quasi in victoriæ Licinianæ monumentum, ut ait Anonymus de Gestis Constantini: *Ex Byzantio Constantinopolim nuncupavit ob insigne victoriæ, quam velut patriam cultu decoravit ingenti, & Romæ desideravit æquari.* Post debellatum Licinium, & excruciatum Calocerum, Urbem excitasse Constantinum, observatum etiam ab Aurelio Victore Schotti: *Eo modo Respublica unius arbitrio geri cœpit, liberis Cæsarum diversa nomina retentantibus: namque ea tempestate Imperatori nostro Constantio insigne Cæsaris datum. Quorum cum natu grandior, incertum qua causa, patris judicio occidisset, repente Calocerus Magister pecoris camelorum Cyprum insulam specie regni demens capessiverat: quo excruciato, ut fas erat, servili aut latronum more, condenda urbe, formidandisque religionibus ingentem animum avocavit.* Constantinum vero Urbem pomœriis ampliasse scribit Themistius orat. XIII. eo ferme tempore, quo filium Constantinum purpura induit: Παιδεύομεν γὰρ ὡς καὶ ἠμφίασεν ὁμοῦ ὁ γενήτωρ τότε ἅσυ τῷ κύκλῳ, καὶ τὴν υἱέα τῇ ἀληργίδι. *Audio enim uno eodemque tempore patrem illius, & Urbi murorum ambitum, & filio purpuram circumdedisse.* Constantium porro filium Cæsarem a parente creatum VIII. Nov. anno Imperii XX. Christi CCCXXVI. constat ex omnibus pene scriptoribus, etsi Idacius biennio ante id actum dicat. Theophanes ad eundem annum: Τούτῳ τῷ ἔτει Βυζάντιον ἤρξατο κτίζεσθαι, *hoc anno Byzantium cœpit condi.* At Chronicon Alexandrinum ait Constantinum Roma profectum, Januario & Justo Coss. anno Christi CCCXXVIII. Nicomediæ egisse, unde Byzantium sæpius profectus, primam murorum instaurationem incœperit: Ἐπὶ τ προκειμένων ὑπάτων, Κωνσταντῖνος ὁ αἰδύμος βασιλεὺς ἀπὸ Ῥώμης ἐλθών, καὶ διάγων ἐν Νικομηδείᾳ μητροπόλει τῆς Βιθυνίας, ποιήσας φόκσωσε ἐπὶ πολὺ χρόνον ἐν τῷ Βυζαντίῳ, ἀνενέωσε τὸ πρῶτον τεῖχος τῆς Βύζε πόλεως, ποιήσας καὶ προάστια οὐκ ὀλίγας τῷ αὐτῆς τείχει, &c. *His Coss. laudatissimus Imperator Roma profectus, & Nicomediæ Bithyniæ Metropoli moratus, sæpius Byzantium profectus, primum Byzantii murum instauravit, & haud modice auxit*, &c. Sane Constantinum hoc anno Nicomediæ egisse Kal. Martii docet subscriptio L. un. Cod. Th. de Mensis oleariis. Præterea constat triennio ante, hoc est anno CCCXXV. Paulino & Juliano Coss. Vicennalia Nicomediæ edidisse, ex Chronico Hieronymi & Alexandrino, quæ sequenti anno Romæ edita scribit Idacius in Fastis. Cum igitur anno Christi CCCXXVI. ædificari cœpta fuerit Constantinopolis, illiusque anno CCCXXX. fuerint celebrata encænia, jure Paulus Orosius lib. VII. cap. XXVIII. hanc dixit *brevissimo tempore conditam a Christiano Imperatore*, cum infra quinque annos Urbs instaurata fuerit. Chronico Alexandrino consentit omnino Philostorgius lib. II. cap. IX. Ὅτι Κωνσταντῖνον φησὶ ὀκτῶ ἐ εἰκοστῷ ἔτει τ βασιλείας αὐτοῦ τὸ Βυζάντιον εἰς Κωνσταντινόπολιν μετασκευάσαι, ἔ τ περίβολον ὁρίζόμενον, βάδην τὸ περιέναι, τὸ δορυ τῇ χειρὶ φέροντα· *Ait Constantinum octavo & vicesimo imperii sui anno Byzantium in Constantinopolim mutasse, ambitumque ejus definientem pedibus circumiisse, hastam manu ferentem.* A Philostorgio eadem exscripsit Nicephorus Call. lib. VIII. cap. IV. sed nescio unde hauserit, quod subdit, *urbem condi cœptam anno a Mundi conditu* MMMMMDCCCXXV. qui in an. Christi CCCXVII. cadit, *absolutam vero prorsus esse ejusdem Imp. XXVIII. anno Mundi* MMMMMDCCCXLIII. *sive ut alii tradunt* MMMMMDCCCXXXVIII. (Christi CCCXX.) nisi forte a Catalogo, aut simili, Imperatorum, qui Codino Lambeciano subjungitur, ubi eadem ferme habentur de anno a Mundo condito MMMMMDCCCXXV. quem ad annum XII. imperii Constantini refert. Denique Julianus Orat. I. in Constantium p. 14. infra decem annos exstructam ait: Πόλιν τε ἐπώνυμον αὐτοῦ κατέσησεν ἐν οἰκείοις ἔτεσι δέκα, *tum sui numinis urbem infra decem annos extruxit.* Quæ quidem ita capienda recte censet Petavius, ut Urbs condi cœperit an. CCCXXVIII. a quo ad Constantini mortem anni sunt ἐχ ὅλου δέκα, ut loquitur Julianus: biennio itaque promota est Urbis exædificatio; sic ut incoli ac frequentari potuerit: reliquo tempore absoluta est ac perpolita.

Edit. Paris. pag. 27.

III.

URBIS ENCÆNIA.

ÆDificatam igitur & rite instauratam a se novam urbem, magnifico apparatu ac pompa solemni, ab Episcopis & universo Clero, jam Christo initiatus, dedicari curavit Constantinus, more scilicet veterum, qui recens exstructarum urbium solemni quodam ritu mœnia ipsa sacrabant, ut ex Varrone lib. IV. de Lingua Lat. docemur, ubi de Romæ primordiis. Aurelius Victor Schotti in Decio: *Romæ aliquantum moratur, mœnium gratia, quæ instituit, dedicandorum.* Sed & observat Eustathius ad Dionys. pag. 30. urbes μετὰ τῶν κτίσιν καθαίρειν solitos. Novæ vero urbis Constantinopolitanæ dedicationem, hanc Græci Γενέθλια & Εγκαίνια, *Natalitium urbis diem*, vel *Natalem* vocarunt: quo modo Cicero lib. II. de Divinat. *Urbis Romæ natalem diem* dixit. Quinetiam Theodorus Mopsuestenus Encænia quæ fa-

cta, vel fieri solita Hierosolymis dicuntur in Joannis Evangelio cap. x. ad totius urbis dedicationem referri debere existimavit, quod alii ad dedicationem Templi Salomonis referunt. Mos enim is tum obtinuit, ut condita vel renovata urbe, illius natales solemni ritu celebrarentur. Eumenius in Panegyrico Constantino dicto, de Trevirensi urbe ab eo instaurata: *Dabis & illic munera, constitues privilegia, ipsam denique patriam meam* (Augustodunum) *ipsius loci veneratione restitues. Cujus civitatis antiqua nobilitas, & quondam fraterno populi Romani nomine gloriata opem tuę Majestatis expectat, ut illic quoque loca publica, & templa pulcherrima tua liberalitate reparentur, sicut video hanc fortunatissimam civitatem,* (Treviros) *cujus natalis dies tua pietate celebratur, ita cunctis mœnibus resurgentem, ut se quodammodo gaudeat corruisse, auctior tuis facta beneficiis.* Encænia urbis Constantinopolitanæ hisce verbis attigit S. Hieronymus in Chron. *Constantinopolim dedicat pene omnium urbium nuditate.* Ea celebrata fuisse anno XXV. Constantini, XI. Maii tradit Hesychius Milesius: Πάντα δὴ οὕτω τὰ εἰρημένα τρόπον πληρώσας ὁ Κωνσταντῖνος, ᾗ τῷ τῶν ἰγκαινίων ἡμέραν ἄγει τὴν ἑνδεκάτῳ τοῦ Μαΐου μηνὸς ἐπιτελέσας, ἐν ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ εἰκοστῷ πέμπτῳ. *Omnibus igitur ita confectis a Constantino, & dedicatione undecimo Maii mensis die celebrata, anno Imperii illius vicesimo quinto*, &c. Qui quidem annus cadit in Consulatum Gallicani & Symmachi. Idatius in Fastis: *His Coss. dedicata est Constantinopolis dies* V. *Idus Majas.* Et in annum post assumptum Christum CCCI. Indict. III. Chronicon Alexandrinum sub iisdem Coss. Ετους τὰς τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου, ᾗ κε. τῆς ἑαυτοῦ Βασιλείας, Κωνσταντῖνος ὁ Δίσιβίστατος, πατὴρ Κωνσταντίνου τοῦ Νέου Αὐγούστου καὶ Κώνσταντος Καισάρων, πόλιν μεγίστην, λαμπρὰν καὶ δαίμονα κτίσας, συγκλήτῳ τε τιμήσας, Κωνσταντινούπολιν κέκληκε πρὸ πέντε ἰδῶν Μαΐων, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ τῆ ἑβδομάδος, ἰνδικτιῶνος τρίτης, &c. *Anno* CCCI. *post assumptum in cœlum Dominum, anno ipsius imperii* XXV. *Constantinus religiosissimus, Constantini Junioris Augusti, & Constantis Cæsarum parens, urbem maximam, illustrem & felicem condidit, Senatu donavit, & Constantinopolim nuncupavit* V. *Idus Majas die Lunæ, Indictione* III. &c. Anno a Roma condita MLXXX. Idem Chronicon: Εἰσὶν ἀπὸ κτίσεως Ρώμης, ἕως ἧς Κωνσταντινούπολις ἐνεκαινίσθη ἔτη ,απ'. *Ab Roma condita, usque ad dedicatam Constantinopolim, intersunt anni* MLXXX. Anno Mundi juxta Græcos MMMMMDCCCXXXVIII. Zonaras: Ἀπαρτισθείσης τῆς πόλεως, ᾗ τῷ ἑνδεκάτῳ τοῦ Μαΐου μηνὸς τελεῖ τὰ ταύτης γενέθλια, ἔτους ἐνιαυτὸν πεντακισχιλιοστοῦ ὀκτακοσιοστοῦ τριακοστοῦ ὀγδόου. *Urbe demum ædificata, dedicationem ejus celebrat undecimo Maii, anno ab urbe condita quinquies millesimo octingentesimo tricesimo octavo.* Zonaræ de anno Mundi, Chronico vero Alexandrino de Indictione & Feria, consentit Cedrenus, sed errat quod id in annum XX. Constantini rejicit. Et quidem verum est tum Indictionem tertiam fuisse, tum XI. Maii feriam secundam. Ex quibus abunde patet perperam Senatorem in Chronico scripsisse, *Constantinopolim a Constantino dedicatam Pacatiano & Hilariano Coss.* quorum Consulatus in annum Christi CCCXXII. cadit. Ut porro a Romæ veteris prisci Romani, ita & Græci a Novæ Romæ conditu annos interdum putarunt. Marcellinus Comes: *Indict.* V. *Mavortio solo Cos. anno Regiæ urbis conditæ* CXCVII. &c. qui cadit in annum Christi DXXVII.

Edit. Paris. pag. 28.

Jam vero quo apparatu, quave pompa novæ Urbis Encænia celebrarit Constantinus, varie tradunt scriptores. Aliæ sunt ædium sacrarum dedicandarum ceremoniæ, aliæ urbium. Cum Ecclesiæ dedicantur, figuntur cruces ab Episcopis in parietibus, effunditur sacrum oleum, Sanctorum reliquiæ inferuntur. Urbium vero non tam Encænia, quam Natalitia solemni quodam ritu celebrantur, non tamen absque Ecclesiasticis precibus, ipsis etiam præeuntibus Pontificibus, totoque concinente, & faustos feliceſque urbi successus adprecante Clero: quod non in urbium dumtaxat, sed & interdum in fororum, & columnarum aut statuarum Imperatoriarum dedicationibus factitatum suis locis observamus.

At quo apud Christianos ritu ejusmodi celebrarentur urbium Encænia, eæque ab Episcopis consecrarentur & lustrarentur, unice, ni fallor, docet Anastasius Bibliothecarius in Leone IV. PP. enarrans ut Leoninam urbem condiderit, Romæque adjunxerit idem Pontifex, cujus verba hic afferam, cum ejusmodi urbium consecrationum exempla vix alibi occurrant. Sic igitur ille: „ (Tunc demum consummatis, simulque perfectis, ut crebro retulimus, novæ civitatis universis operibus, Papa beatissimus, & per omnia & in omnibus laudabilis, ut prædicta civitas, quæ a proprio conditoris sui nomine Leoniana vocabatur, ut perpetualiter firma ac roborata consisteret, jussit cum magna animi devotione, cordisque lætitia, ut omnes cum eo Episcopi pariter ac Sacerdotes, incolæ urbis, & universi ordines Clericorum sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, post Letanias & Psalterium decantatum, cum hymnis & canticis spiritualibus, per totum murorum ambitum nudis pedibus, cinerem portantes in capite circuirent, & inter cætera ab Episcopis Cardinalibus aquam fieri benedictam præcepit, ut inter orationum officia, aquam ipsam, transeuntes per murum, sanctificationis gratia, jactare omnimodis studuissent, qui, ut ab eo jussum fuerat, humiliter peregerunt. Ipse autem venerabilis Pontifex ex ore suo tres super eundem murum orationes multis cum lacrymis ac suspiriis dedit, rogans ac petens, ut supradicta civitas, & Christi conservaretur in ævum auxilio, & Sanctorum omnium, Angelorumque præsidio ab universo inimicorum secura & imperterrita permaneret incursu. Primam denique orationem fecit super portam quæ respicit ad sanctum Peregrinum, cujus finis & principium tale est: ††† *Deus qui Apostolo tuo Petro collatis clavibus regni cælestis ligandi atque solvendi pontificium tradidisti, concede, ut intercessionis ejus auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur, & hanc civitatem, quam noviter te adjuvante fundavimus, fac ab ira tua in perpetuum manere securam, & de hostibus quorum causa constructa est, novos ac multiplices habere triumphos.* Secundam quoque isdem pius Papa dedit orationem super posterulam, ubi mirum in modum castellum præeminet, quæ vocitatur S. Angeli. Cujus orationis talis est textus: *Deus qui ab ipso mundi ejus exordio, hanc sanctam Catholicam Apostolicam Romanam Ecclesiam ab hostibus custodire & conservare dignatus es, iniquitatis nostræ chirographum propitiatus emunda, & civitatem hanc, quam sancto tuo nomini per Apostolorum tuorum Petri & Pauli suffragia noviter dedicavimus, ab omnibus inimicorum insidiis securam semper atque imperterritam manere permitte. Per Dominum nostrum*, &c. Tertiam vero orationem cecinit super posterulam aliam, quæ respicit ad Scholam Saxonum, quæ ex eorum vocabulo Saxonum posterula appellatur, & ipsa oratio tertia hunc specialiter continet modum: *Præsta quæsumus, omnipotens & misericors Deus, ut ad te toto corde clamantes, intercedente beato Petro Apostolo tuo, tuæ pietatis indulgentiam consequamur, & pro civitate hac quam ego famulus tuus Leo quartus Episcopus, te auxiliante, novo opere dedicavi, meoque ex nomine,* LEONINA *vocatur, jubeas ut semper illæsa maneat ac secura apud clementiam Majestatis tuæ jugiter exoramus. Per Dominum* &c. „ In qua scilicet civitate juxta promissum sui „

„ desiderii, quod Deo voverat magnam sive Ro-
„ manis, sive diversis nationibus in summæ so-
„ lemnitatis die rogam distribuit. Deinde cum
„ cæteris, ut præfatum est, Sacerdotibus, & o-
„ mnibus Romanorum proceribus ad Ecclesiam
„ B. Petri Apostoli cum orationibus divinisque
„ laudibus tendens, Missam pro salute populi &
„ civitatis incolumitate ac stabilitate perpetua
„ honorifice decantavit. Is itaque sacris pera-
„ ctis Officiis, cunctos nobiles Romæ multiplici-
„ bus donis, non tantum in auro argentove, sed
„ & sericis palliis honoravit atque ditavit. Fuit-
„ que die illo magna cunctis lætitia, videlicet
„ die septimo & vicesimo mensis Junii, pridie
„ ante beatissimorum Apostolorum Petri & Pau-
„ li Vigilias: sed & per totam Romanam urbem
„ infinita gaudia & exultationes innumeræ cele-
„ bratæ sunt.) Atque ista quidem hisce versibus, incomptis licet, expressit Frodoardus in eodem Leone IV.

Edit. Paris. pag. 29.

Præveniens cæcos inimici militis actus
Papa sagax, inter decorandum cultibus aulas
Mœnibus aggreditur Petri munire sepulchrum,
Æquivoci decessoris conamina patris
Quod nutu domini, Francique juvamine Regis,
Nisu perficiens agili, sancta agmina cogit:
Et cinere aspersos, pedibus per mœnia nudis
Circumducit ovans cœtus, plebisque magistros:
Expletumque precum munit munimine castrum,
Illæsum perstare petens & ab hoste quietum,
Sive triumphorum benedici munere poscens,
Sicque Deo grates referens, Petrique Cathedram
Laudibus almisonis ornans, donisque venustans,
Magnificis Patres, cunctæ dat gaudia plebi.

Prædictis subjungere operæpretium videtur quæ subdit idem Anastasius de Leopoli oppido XII. milliario a Centumcellis ab eodem Pontifice ædi-
„ ficato; (Gavisus ex his omnibus urbem Leo-
„ polim sæpedictus Pontifex Letaniis & oration-
„ bus pedibus propriis circuivit, tribusque ora-
„ tionibus in modum Trinitatis perpetualiter
„ consecravit, Missarum, ut solitus erat, offi-
„ cium recte persolvens, & aquam benedictam
„ per muros jactari præcipiens. Et non modicam
„ manibus propriis præ amoris magnitudine uni-
„ verso populo rogam distribuit; commendansque
„ omnipotenti Domino populum & civitatem di-
„ vinitus demonstratam, ne umquam ab hostibus
„ capiatur vel invadatur.)

Inprimis autem solemnem ac feriatum esse hunc in posterum natalitium urbis diem statuit Constantinus, & ut in eo Circenses ederentur, & secuturis Imperatoribus populoque statua sua spectanda proponeretur. Hesychius Milesius: Καὶ τῷ τῇ ἐγκαινίων ἡμέρᾳ καὶ τῷ ἐνδεκάτῳ τῶ Μαΐου μηνὸς ἐπιτελέσας ἱππέτα τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἑκοστῷ πέμπτῳ, ἱπποδρόμιον θεωρήσας, διάταξεν ὕστω τῷ ἑαυτοῦ σήλῳ ἐπὶ τοὺς ἑφεξῆς χρόνους τῇ αὐτῇ γενεθλίων ἡμέρᾳ ὑράδαι μετὰ τῆς εἰθισμένης τιμῆς τῷ κατὰ καιρὸν βασιλεύοντι, καὶ τῷ δήμῳ. Sic Herodes Cæsarea in honorem Augusti condita & appellata, πενταετηρικοὺς ἀγῶνας instituit, ut scribit Josephus lib. I. de Bello Jud. cap. XVI. Addit Chronicon Alexandrinum festum diem celeberrimum edidisse, præcepisseque ut hac die deinceps Zeuxippus aperiretur: Καὶ ἐποίησεν ἑορτὴν μεγάλην, κελεύσας δι' θείου αὐτοῦ τύπου τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐπιτελεῖσθαι τὸ γενέθλιον τῆς πόλεως αὐτοῦ, καὶ ἀνοίγνυσθαι τὸ αὐτοῦ Ἀρτεμισίου μηνὸς τὸ δημόσιον λουτρὸν Ζευξίππου, πλησίον ὄντα τοῦ Ἱππικοῦ καὶ τῆς Ῥηγίας τοῦ παλατίου. *Festumque diem instituit, præcipitque ut cum sacra sua effigie hic Natalitius urbis dies celebraretur, & ut die* XI. *Maii aperiretur publicum Zeuxippi balneum, quod Circo & Regiæ Palatii proximum est.* Ubi hæc verba δι' θείου αὐτοῦ τύπου, reddi etiam possunt, *divali sua constitutione*. De Circensibus a Constantino celebratis in hac festivitate testatur etiam Anonymus in Collect. Antiq. CP. pag. 99.

A Τῇ ἑπαύριον τὸ γενέθλιον τῆς πόλεως γίγνεται, καὶ ἱπποδρόμιον μέγα, &c. Quotannis vero hoc die editos Circenses docet præterea Theophanes anno XX. & XXIX. Justiniani, & I. Mauricii, ubi τὸ γενέθλιον ἱππικὸν, & γενεθλιακὸν θεώριον, ad XI. mensis Maii exerte refertur: at Nicephorus CP. & Theophanes anno II. Philippici Ludos Circenses in urbis Natali edi solitos, celebratos ajunt eo anno, quo Philippico abrogatum est imperium, Christi scilicet DCCXIII. pridie Pentecostes; quod etiam factum Justiniani XX. Christi DXLVII. testatur idem scriptor, quo quidem anno Sabbatum Pentecostes in XI. Maii incidebat, ut Pascha in XXIV. Martii. Nicephorus: Φιλιππικὸς δὲ γενέθλιον τῆς πόλεως ἡμέραν ἐπιτελέσας, καὶ ἀμφιθέατρον τὸν ἀγῶνα ἐπιτελεσάμενος, &c. *Interim Philippicus celebrato urbis natali, atque equestri spectaculo dato*, &c. Theophanes: καὶ τῷ γενεθλίῳ ἱππικοῦ ἐπιτελουμένου, &c. Ubi Paulus Diaconus lib. XX. *circo natalitio*, &c. Cum vero constet Pentecosten eo anno incidisse in IV. Junii, ex iis quæ ad Nicephorum annotat Petavius, dilatam hanc solemnitatem ad hunc diem idem suspicatur. Certum deinceps celebratam XI. Maii, quo quidem die Græcorum Menæa & Menologia, Γενεθλίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως memoriam agi observant: ex præcepto scilicet Constantini, ut est apud Hesychium, & auctorem Chronici Alexandrini. Julius Pollux in Chronico: Κελεύσας τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐπιτελεῖσθαι τὴν ἑορτὴν τῶ γενεθλίου τῆς πόλεως αὐτοῦ. Atque inde inter feriatos refertur a Valentiniano Aug. in L. II. Cod. Th. de Feriis, & L. VII. Cod. Just. eod. tit. *His adjicimus Natalitios dies urbium maximarum, Romæ atque Constantinopolis, in quibus debent jura differri, quia & ab ipsis natæ sunt.* Romæ vero veteris dies natalitius celebrabatur XI. Kal. Maias, ut docent Chronicon Prosperi Aquitani ad Consulatum Theodosii XVIII. & Kalendaria Philocali & Silvii. In utriusque porro urbis Natalitio donativa militibus & plebi erogata scribit exerte Nicephorus Callisti lib. X. cap. XXIII. Sed horum Natalitiorum feriæ sensim desierunt, cum nulla earum mentio agatur in Novella Manuelis Comneni de Feriis.

Enimvero cujusmodi & quo habitu fuerit statua illa Constantini, quam in Hippodromo, die Urbis natalitio, præferri ac publice monstrari præcepit Constantinus, docet Chronicon Alexandrinum: Ποιήσας ἑαυτῷ ἄλλο σήλῳ ἀπὸ ξόανου κεχρυσωμένου, βαστάζουσαν ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ τῶ Τύχην τῆς αὐτῆς πόλεως, καὶ αὐτῶ κεχρυσωμένην, κελεύσας κατὰ τῶ αὐτὴν ἡμέραν τῶ γενεθλιακῶ ἱππικοῦ ἀσιέναι τὴν αὐτὴν τῶ ξόανου σήλῳ δηρηγευμένῳ ὑπὸ τῶ στρατευμάτων μετὰ χλαμυδίων καὶ καμπαγίων, πάντων κατεχόντων χηρὰς λάκκους, καὶ περιέρχεσθαι τὸ ὄχημα τὸ ἄνω καμπτὸν, ἐξ ἱρχεσθαι τὰ σκάμμα κατέναντι τοῦ βασιλικοῦ καθίσματος, καὶ ἐπιγνῶναι τῶ σήλῳ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ αὐτῆς τῆς Τύχης πόλεως. *Fecit & aliam sibi statuam e raso ligno* (ita ξόανον vertit Servius ad IV. Æneid.) *quæ dextra gestabat Fortunam Urbis, & ipsam inauratam, præcepitque ut hæc ex dolatili ligno statua, ipso, quo Natalitii urbis Circenses ludi celebrantur, die, a copiis militaribus, chlamydibus* (vel lænis) *& compagis indutis, omnibusque albos cereos tenentibus, & vehiculum, quo illa insistebat, desuper inflexum comitantibus, usque in Circi Scamma deduceretur e regione throni Imperatorii: tum vero identidem Imperatori acclamaretur, ac denique adoraretur statua ipsius Imperatoris Constantini, & ipsius urbis Fortunæ.* Ita hæc emendanda & reddenda fuere. Sed & inde restituenda vox σκάμμα apud Codinum, ubi rem eamdem ex Hesychio Milesio commemorat: Καὶ ἐπέρχεσθαι μέχρι τῶ σάματος, *ut usque ad Scamma deduceretur*: ubi pro σάματος, omnino rescribendum σκάμματος ex Chronico Alexandrino videtur, licet

pag. 30.

B C D E

lectionem Codini tueatur Lambecius. Notum porro, Scamma, *arenæ* in circo *spatium* dici Cælio Aureliano Siccensi lib. II. de Tardis Passion. capit. I. & aliis. Sed non forte deerunt qui in Chronico Alexandrino legendum censeant, καὶ περιέρχεσθαι τὸ ἅρμα τὸν δύο καμπτῶν, ut sensus sit Constantinum statuisse, ut vehiculum quo statua vehebatur, ad utramque Circi metam circumduceretur, & in Scammate, seu Arena, ante Tribunal Imperatoris sisteretur. Stabat vero ista Fortunæ urbis statua supra columnam in Foro Constantini, uti docemus infra pluribus, cum de æde *Senatu* dicta agimus. Tradit Anonymus in Collect. antiq. CP. & ex eo Codinus, Spatharios, Cubicularios & Silentiarios μετὰ κηρῶν ὀφικεύσαντας, λευκαῖς στολαῖς περιβεβλημένους, *cum cereis, stolisque candidis indutos*, statuam hanc (quam æream fuisse ajunt) *deduxisse*, ἐποχουμένῳ, *curru vectam*, a Philadelphio in Forum, multisque illam laudibus ac hymnis prosequentes, tandem in columnam extulisse, concinente & acclamante hæc verba Sacerdotum choro, εἰς ἀπείρους αἰῶνας διόδωσον ταύτῳ, *in infinita sæcula eum dirige ac promove*. Deinde addunt, solemne hoc festum per totos dies quadraginta peractum, copiosa plebi distributa annona, demumque Circensibus ludis editis, natalitium urbis diem celebratum. Ubi ὀφικεύειν apud Codinum, idem valet quod δηρηγεύειν apud auctorem Chronici Alexandrini, ut ex Suida satis liquet, qui δηρηγευόμενος, ὀφικευόμενος interpretatur: est autem ὀφικεύειν, *obsequio prosequi*, seu *comitari* ac *deducere*. Ipsa denique eadem statua est, quam idem Chronicon incruenta victima litata *Anthusam* a Constantino appellatam tradit: Τῷ δὲ Τύχῃ τῆς πόλεως τῆς ὑπ' αὐτοῦ ἀνανεωθείσης, ποιήσας θυσίαν ἀναίμακτον, ἐκάλεσε Ἀνθοῦσαν, quam quidem appellationem urbi ipsi adscribit Eustathius ad Dionysii Periegesin pag. 106. Παρὰ δὲ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου κληθῆναι Ἀνθοῦσαν, *a magno Constantino Anthusam appellatam* ajunt, id est *Florentem*, vel *Florentissimam*, quo donatur epitheto non semel in Cod. Theod. L. IV. de Aquæductu, L. XIV. de Metatis, & a Justiniano in Cod. Justinianeo. Animadversione porro dignum videtur, quod ab albatis & albos cereos tenentibus hæ legantur actæ dedicationum ceremoniæ: quomodo etiam Factiones Phocæ Tyranni statuam in Circum intulisse scribit Chronicon Alexandrinum: Καὶ ἐκαύθη μετὰ ξύλων εἰκόνος Φωκᾶ, ὥστινα εἰσήγαγον ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ εἰς τὸ ἱππικὸν μετὰ κηραλοίφων ἀπαρεφορωῦτες οἱ μάθαιοι τῶν ἀνθρώπων· *Et cum statua Phocæ, quam, dum viveret, in Circum cum cereis accensis, candidis vestibus induti hominum vanissimi intulerant, exustum est* Leontii Syri caput. Deinde observationem etiam requirit, quod Fortunæ urbis statua dicatur in eodem Chronico, quæ ipsius Constantini fuit Fortunam dextra tenentis, ita ut ab ipso pusillo simulachro, tota in Fortunæ nomen transierit. Nam ita Codini, & aliorum, de statua Fortunæ urbis CP. scribentium capienda verba constat. Fortunæ porro simulachra aurea in cubiculis suis veluti pignus Imperatoriæ majestatis & felicitatis habuisse Imperatores testatur Capitolinus in Antonino Pio & Marco, & Spartianus in Severo, a quo & *Fortuna regia* nuncupatur.

IV.

URBES DEIPARÆ DICATÆ.

IN hac Natalitiorum Urbis solemnitate, Deiparæ dicatam Constantinopolim a Constantino, divinis oraculis admonito, scribunt Zonaras & Cedrenus. Nicephorus Callistus lib. VIII. capit. XXIV. ab Episcopis, qui Nicænæ Synodo intererant, eidem consecratam refert, cum Urbis celebrata sunt ab illis encænia. Sed & Menæa ad XI. Maii, Urbem Deiparæ potissimum dicatam habent: Τῇ αὐτῇ μηνὶ ιε'. τῶν ἀναμνήσεων πνευματικῶς ἐπιτελοῦμεν τοῦ γενεθλίου ταύτης τῆς θεοφυλάκτου βασιλίδος τῶν πόλεων, τῆς κατ' ἐξαίρετον ἀπεκληρώσης τῇ δεσποίνῃ ἡμῶν τῇ ἁγίᾳ Θεοτόκῳ, ᾗ ὑπ' αὐτῆς ἀεὶ παντὸς σῳζομένης. *Hoc mense*, (Majo) *die* 11. *memoriam spiritualiter celebramus natalis hujusce a Deo conservatæ & urbium reginæ; quæ singulariter Dominæ nostræ sanctæ Deiparæ dicata est, & ab ea semper servatur*. Et in Tropario, τῆς Θεοτόκου ἡ πόλις dicitur: Τῆς Θεοτόκου ἡ πόλις, τῇ Θεοτόκῳ προσφόρως τῶν ἑαυτῆς ἀνατίθεται σύσσωμον, ἐν αὐτῇ καὶ ἱσταμένη ἕστηκεν, καὶ δι' αὐτῆς περισῴζεται, βοᾷ πρὸς αὐτὸν, Χαῖρε ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς· *Deiparæ urbs, merito sui ipsius constructionem Deiparæ adscribit, & in ea permansuram se promisit, per eam conservatur & corroboratur, ad eam clamans. Salve spes omnium finium terræ*. Certe Byzantinos Augustos in Deiparæ patrocinio magnam rerum suarum spem semper collocasse tradunt plerique e scriptoribus, quam proinde ut πολιοῦχον suam coluere: ita enim appellatur a Scylitze, p. 682. E. R. a Niceta Choniate in Manuele lib. I. numer. IV. & a Niceta Seido, cujus hæc sunt: Νέα Ῥώμη, νέα Ἱερουσαλήμ, μεγάλη Βαβυλών, πόλις Θεοῦ· ἔχει γὰρ πολιοῦχον τὸν θεομήτορα καὶ ἔμψυχον πόλιν, τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, ἧς κλῆρος ἡ μεγάλη πόλις αὕτη. Ubi pro πόλις Θεοῦ, malim Θεοτόκου. Sic enim Anonymus in depositionem vestis Deiparæ: Η βασιλὶς αὐτὴ καὶ θεοφύλακτος πόλις, ὧν τῆς Θεοτόκου πόλιν ὁ λέγων ἢ γράφων ἐπονειδίστους· *Regalis hæc & a Deo conservata civitas, quam cuivis Deiparæ urbem jure appellare licet*. Et infra: Εμεινεν δὲ ἡ πόλις ὧν ἐφύλαξεν ἑαυτῇ φυλάττη ἡ Θεοτόκος εἰς δούλειαν ἐξαίρετον, *urbs quam sibi eximio quodam servitutis titulo servavit servatque Deipara virgo*, &c. Rursum Deiparæ οἰκεία πόλις dicitur. Atque eo spectat præclarus nummus aureus, & ex iis quos Caucios vocant, Andronici Imperatoris (Comnenine an Palæologi, alibi disquirimus) ex Gazophylacio Regio a nobis descriptus, in cujus postica facie efficta conspicitur Deipara dextra Andronici Imperatoris supplicis caput contingens, cum hac epigraphe, supra ejusdem Augusti caput, ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC ΕΝ Χω bΑCΙΛ. In antica vero urbs ipsa Constantinopoleos muris suis circumducta, & sex propugnaculis vel potius portis instructa conspicitur, in cujus parte media convexa effingitur Deipara manus utrinque protendens, uti etiam in aliis Byzantinorum Augustorum nummis non semel visitur, uti in Dissertatione nostra num. XXX. monuimus, tamquam urbis divina protectrix: ita ut de ea occini possit Dei Genitricis nomine, illud ex Canticis Canticorum cap. ult. *Ego murus, & ubera mea turris*. Ita porro efficta Deipara conspiciebatur in Nova æde in Palatio exstructa a Basilio Macedone, ut auctor est Photius in illius ἐκφράσει, hisce verbis Η δὲ ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἀνεγειρομένη ἁψὶς, τῇ μορφῇ τῆς παρθένου περιεστέπτεται, τὰς ἀχράντους χεῖρας ὑπὲρ ἡμῶν ἐκπλώσης, καὶ φραττομένης τῷ Βασιλεῖ τῶν σωτηρίων, οὐ κατ' ἐχθρῶν ἀνδραγαθήματα· *Qui vero ab altaris loco fornix assurgit, Virginis imagine conspicuus est, pro nobis intemeratas manus expandentis, ac salutem Imperatori, & contra hostes victoriam conciliantis*. Manus vero expandere, τὼ χεῖρε ἐκτείνειν, ut est apud Eusebium lib. IV. de Vita Constantini c. XV. solitos Christianos inter precandum, testantur præ cæteris Tertullianus in lib. de Oratione cap. XI. & in Apologet. cap. XXX. Asterius Amasenus ubi de S. Euphemia, & alii. Summæ vero istius erga

Edit. Paris. pag. 31.

ga D. Virginem Byzantiorum obſervantiæ ac fiduciæ meminit præterea Theodorus Zygomalas: Ἐφ' ᾗ πόλις μὴ Θεὸν τὰς ἐλπίδας ἔχει, καὶ ᾗ ἀνατίθηται. Sed imprimis Joannes Euchaitarum Epiſcopus Conſtantinopolim Deiparæ urbem propriam eſſe dixit: profectam enim in Orientem in rebelles, iis poſtmodum proſtratis ac devictis, *in urbem ſuam* reverſam eſſe prodit:

Καὶ σωὶ δίκῃ κτείνασα τὸν μιαιφόνον,
Πρὸς τῷ ἑαυτῆς αὖτις ἐκτρέχει πόλιν.

Hic paſſim legimus proſperos victoriarum ſuarum ſucceſſus Deiparæ adſcripſiſſe Conſtantinopolitanos. Ita apud auctorem Chronici Alexandrini, & Cedrenum, cum Avares, ſeu Hunni, Urbem obſidione cinxiſſent anno XVI. Heraclii, exire viſa eſt Deipara a Porta Blachernarum in hoſtium caſtra, eunuchis comitata, qua illi conſpecta mútua ſeſe ſtrage primo conficere, ac demum obſidionem ſolvere. Tradit Theophanes Leone Iſauro imperante, innúmeram Saracenorum claſſem Conſtantinopolim appulſam, Deiparæ interceſſionibus diſſipatam, demerſam, & incendio abſumptam: Τῷ βαλῷ αὐτῶν διεσκέδασεν ὁ Θεὸς διὰ τῆς ἁγιοβείων καὶ ἁγίας Θεοτόκου. Ex quo, ſubdit idem ſcriptor, & ex eo Cedrenus, experientia evidenter patuit, Deum ac Deiparam Urbis eſſe cuſtodes: Ὥστε ἐπιγνῶναι αὐτὰς τῇ πείρᾳ, ὅτι ὁ Θεὸς καὶ παναγία παρθένος Θεομήτωρ φρουροῦσι τὴν πόλιν ταύτην, καὶ τὸ τῶν Χριστιανῶν βασίλειον. Liberationem Conſtantinopolitanæ civitatis factam auxilio Deiparæ attigit etiam Gregorius II. PP. Epiſt. IV. ad S. Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum: *Pugnatricis illius ſanctæ & omnium Chriſtianorum dominæ miranda facta, quæ in ſe declarata ſunt, per quæ tu quoque inter hoſtes ſervatus es, non ſunt reticenda: illi enim cum inſania multa tumultarentur, tantum invenerunt in ſe adverſitatis hoſtilis, quantum eorum cauſa injuſtitiæ habuit. Neque hoc tamen mirandum eſt: nam ſi Bethulia per manus Judith Iſraelitis ſervata eſt, cujus opus Holofernis erat ſublatio, & per ea tempora ob id ſalus Iſraelitis vocata eſt: quomodo non oportebat & tuam ſanctitatem hujuſmodi propugnatrice utentem, hoſtibus civitatis prævalere, ipſamque victoria coronare?* Sed ſingularem obſervationem meretur, quod ſubdit Conſtantinus lib. de Adm. Imper. cap. XXI. excedentem Solimannum Saracenorum Ducem, equo delapſum Deiparæ Virginis Mariæ, quam Conſtantinopolitanis hoc in bello militaſſe perſuaſum habebat, imaginem veneratum eſſe: Ἣν καὶ τῷ ἀχράντου καὶ ἁγίαν εἰκόνα ἣν αὐτὸς ὁ Σολειμὰν ἰδὼν, ἔφη, ἐνετράπη, ἐφ' ἵππου καθίππευεν. Iſtius Deiparæ auxilii memoriam agunt Menæa XVI. Auguſti. Sed & propter urbem ter a Deipara ſervatam, ex Scythis nempe ſub Heraclio, & ex Agarenis ſub Conſtantino Pogonato, & ſub Leone Iſauro, inſtitutum feſtum aliud quod ἀκαθίστου vocant, quod cum ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις (ὕμνοις) καθῆσθαι ἐξ ἕδρας ἔχοντες, ἐν τοῖς παροῦσι τῆς Θεομήτορος ὀρθοὶ πάντες ἀκροώμεθα, ut eſt in Synaxariis, *quod cum in omnibus aliis (hymnis) de more ſedere liceat, in iſtis divinæ matris erecti omnes ac ſtantes auſcultamus.* Celebratur porro feſtum iſtud X. Maii. Menæa: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἡ ἐν τῷ πάχῃ μητρὶ τῆς Ἀκαθίστου ἔτους εὐχαριστήριός ἐστιν ἑορτὴ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, λυτρωσάσης τὴν πόλιν ἐκ τῶν ἐθνῶν. Hiſtoriam feſti τῆς Ἀκαθίστου edidit vir doctiſſimus Franciſcus Combefiſius poſt Hiſtoriam Monothelitarum. Denique Joannes Cananus auctor eſt Turcos, qui anno Chriſti MCCCCXXII. Amuratho-Beio duce, Conſtantinopolim obſederant, obſidionem ſolviſſe, fugiſſeque, conſpecta muliere violaceis veſtibus induta, ac exteriora Urbis propugnacula circumeunte. Τότε εἶδον γυναῖκα ὡξέα φοροῦσαν, καὶ περιπατοῦσαν ἐπάνω τῶν προμαχιώνων τὸ ἔξω κάστρο, &c. His addo non omnino improbandum quod plerique cenſent, littera

A M. quæ in aliquot recentiorum Auguſtorum nummis deſcripta conſpicitur, Deiparam Mariam denotari.

At quod Nicephorus Call. ab Epiſcopis CCCXVIII qui Synodo Nicænæ interfuerant, celebrata urbis encænia ſcribit, Alexandro tum urbis Eccleſiam regente, hauſit ex Actis Metrophanis & ipſius Alexandri, quorum Excerpta in ſuam Bibliothecam conjecit Photius cod. CCLVI. vel certe ex Actis apud Nicæam a Combefiſio editis, & ab auctore Vitæ Conſtantini & Helenæ, quem edidit Gretzerus in libris de Cruce, tradente præterea, peractis encæniis, convivio Epiſcopos omnes excepiſſe Conſtantinum, ampliſque muneribus donatos, in ſuam ſingulos dimiſiſſe Eccleſiam. Verum præterquam quod ſcriptoribus dubiæ fidei jure accenſentur iſti anonymi, a quorum turbido fonte excerpſit pariter, quæ in hanc rem habet Zonaras, id omnino temporum ratio non patitur. Nam quinquennio ante peractum Nicænum Concilium conſtat, dimiſſoſque Patres qui Nicææ intererant. Quippe Euſebius lib. III. cap. XIV. XV. XXI. lib. I. cap. LVII. Socrates lib. I. cap. XVI. & Sozomenus lib. I. cap. II. ſcribunt poſt finem Nicæni Concilii, antequam Patres dimitteret, Vicennalia commodum abſoluta a Conſtantino, ob quæ ſplendido convivio Epiſcopos excepit: quæ quidem Vicennalia cadunt in annum Chriſti CCCXXV. aut ſequentem, ut docent Idatius, Chronicon Alexandrinum, Euſebius, Senator, & alii.

V.

URBS CONSTANTINOPOLIS DICTA.

SEd cum apud homines Natalitiorum præcipua ſolemnitatis pars fuerit nominum impoſitio, in his etiam urbis ſuæ γενεθλίοις & encæniis ipſam novis appellationibus donandam cenſuit Conſtantinus, quæ & conditorem, & Imperii in poſterum ſedem futuram omnibus prædicaret. Nam & CONSTANTINOPOLIM, & NOVAM ROMAM appellari voluit: Conſtantinopolim quidem de ſuo nomine, Romam vero Novam, ut Antiquæ æqualem dignitate urbem eſſe indicaret. Æthicus in Coſmographia: *Thracia habet ab Oriente Propontidis Sinum & civitatem Conſtantini, quæ Byzantium prius dicta eſt*, &c. Πόλις Κωνσταντίνα, Themiſtio Orat. XVIII. Procopius lib. I. de Bello Vandal. c. I. de Conſtantino: Ὃς τῷ βασιλήαν ἐς Βυζάντιον μεταθέμενος, μείζω τε τὴν πόλιν καὶ πολλῷ ἐπιφανεστέραν κατασησάμενος, ἀπ' αὐτοῦ ἀρᾶσθαι προσαγορεύεσθαι: *Qui translata Byzantium Imperii ſede, cum urbem & ambitu & ſplendore multum auxiſſet, eam ob cauſam ſuum illi nomen conceſſit.* Vetus ſcriptor Ammiano Valeſiano ſubjunctus: *Conſtantinus autem ex Byzantio Conſtantinopolim nuncupavit, ob inſigne victoriæ: quam velut patriam cultu decoravit ingenti, & Romæ deſideravit æquari.* Senator in Faſtis: *Civitas, quæ prius Byzantium dicta eſt, nunc mutato nomine, a Conſtantino Conſtantinopolis dicta.* Paulus Oroſius lib. VII. cap. XXVIII. *Urbem nomine ſuo Romanorum Regum, vel primus, vel ſolus inſtituit.* Quæ quidem ita capienda ſunt, non quod Conſtantinus primus Romanorum Auguſtorum urbem nominis ſui condiderit: nam hoc falſiſſimum eſſe conſtat; ſed urbem Romæ æqualem, ut explicat Eutropius lib. X. *Primuſque urbem nominis ſui ad tantum faſtigium evehere molitus eſt, ut Romæ æmulam faceret.* Lex XLV. Cod. Th. de Epiſcopis: *Urbis Conſtantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogativa lætatur.* His omnibus addam quæ de Con-

Edit. Pariſ. pag. 32.

stantinopoli scribit Petrus Cluniacensis lib. II. epist. XXXIX. ad Joannem Comnenum Imp. *Voluit, ut sicut potestas* (Romani Imperii) *sic & vocabulum ad vos transmigraret: ac religione mutata, Imperio translato, sicut a Pagano Romulo Roma dicebatur, sic a Christiano reparatore Constantino vestra urbs Constantinopolis vocaretur. Hanc, ut dixi, velut metam intransmeabilem, velut invictum obicem, velut præfixum, quem numquam liceat transgredi, terminum: omnia providens supernus Oculus paganis regibus, barbaris gentibus posuit: quo Oriens terreatur, Boreas subdatur, Occidens defendatur. Isto plane regni vestri obice repulsi, & antiqui erroris, si qui supersunt, pagani, & novi hostes Christiani nominis Turci, sedibus propriis contenti, in seipsos reprimuntur: ut nec aliena invadere audeant, & divini brachii virtute manum potentiæ vestræ roborante, sua etiam plerumque amittant.* Cæteros scriptores Græcos ac Latinos, qui de hac nomenclatura scripserunt, consulto mittimus: id solum lubet hoc loco adnotare, primam hujusce appellationis mentionem fieri in Codice Theodosiano in L. II. de Judæis, quæ *Data* III. *Kal. Decemb. Constantinop. Gallicano & Symmacho Coss.* dicitur, proinde eo anno quo urbis encænia celebrata sunt. Sed & Constantinus nummos æreos majoris formæ cudit, quos vulgo *Medalliones* nuncupamus, in quorum antica facie Constantinus ipse galeatus cum sceptro conspicitur, cum hac inscriptione, CONSTANTINOPOLIS. In postica figura alata turrigera sedens, dextra spicas, sinistra copiæcornu, cum hoc lemmate, VICTORIA AUG. Hunc nummum exhibuit, & commentario illustravit vir doctissimus Tristanus.

Ead. Paris. pag. 33.

VI.

SECUNDA ET NOVA ROMA.

SECUNDAM denique & ALTERAM ROMAM appellavit Constantinus, lege ad id lata, quæ columnæ marmoreæ inscripta est, & in Strategio posita, ad statuam Constantini equestrem. Socrates lib. I. cap. XVI. Χρηματίζειν δὲ δευτέραν Ῥώμην νόμῳ ἐκύρωσεν· ὃς νόμος ἐν λιθίνῃ γέγραπται στήλῃ, ἣ δημοσίᾳ ἐν τῷ καλουμένῳ Στρατηγίῳ πλησίον τῆς ἑαυτοῦ ἱππου παρέθηκε· *Lege denique sanxit, ut secunda Roma vocaretur; quæ lex est in columna marmorea incisa, atque adeo publice in Strategio, juxta ipsius Imperatoris equestrem statuam collocata.* Quo etiam spectant ista Chronici Alexandrini: Ῥώμῃ αὐτῷ δευτέραν χρηματίζειν ἀναγορεύσας, *& ut Roma secunda vocaretur, præcepit.* Et ista Gregorii Nazianzeni, carm. de Vita sua:

Λαῶν φρεάδρων ἄχρι Ῥώμης δευτέρας.

Atque adeo quæ habet Themistius Orat. XVIII. extrema ad Theodosium: Ἀλλ' ἢ σὺ τοιοῦτος ἀναδείκνυσαι, ὦ θεία κεφαλή, τῇ βουλῇ νικητήριον, τότε ἀληθῶς ἔσται Δευτέρα Ῥώμη σὴ πόλις, ὡς γοῦν γε οὐ λίαν οἰκείως τῇ ἐπικλήσει ταύτῃ φιλοτιμούμεθα· *Quæ si tu velut victoriæ præmia consecraris, o Divinum Caput, tum vero hæc tua urbs Secunda Roma revera fuerit: nam ut nunc illa est, non admodum proprie nos ista appellatione venditamus,*

Salve sceptrorum Columen, Regina Orientis, Orbis Roma tui, &c.

Denique Alcuinus epist. XI. *Alia est Imperialis dignitas, & secundæ Romæ Secularis potentia.* Ita igitur Δευτέραν Ῥώμην suam Constantinopolim dixit Constantinus, ut Primatum quodammodo Romæ antiquæ reservarit, quod exerte ait Julianus Imp. Orat. I. ad Constantium, scribens Constantinopolim, τοσούτῳ τῶν ἄλλων μείζονα, ὅσῳ τῆς Ῥώμης ἐλαττοῦσθαι δοκεῖ, ἧς τὸ δευτέραν τετάχθαι μακρῷ βέλτιον ἐμοί γε φαίνεται, ἢ τὸ τῶν ἄλλων ἁπασῶν μείζονα καὶ πρώτην νομίζεσθαι· *Tanto cæteris ma-*

jorem omnibus, quanto Roma ipsa inferior videtur: a qua quidem secundo loco numerari, mea sententia præstantius est, quam reliquis omnibus majorem primamque judicari. Quæ quidem habet Suidas v. Κωνσταντινούπολις, illaudato scriptore. Eundem Romæ veteris primatum agnovit etiam Rasis Arabs. Is enim post divisionem Episcopatuum in Hispania, quam a Constantino Imperatore factam fuisse ait, hæc verba subdit: *Sic Hispania omnis a Constantino Augusto in sex Episcopatus turbata est. Quo major esset auctoritas, religionique suum caput constaret, imperandique potestas, ipse quidem Constantinopolim concessit, seque ut priores Romæ ejus urbis Regem dixit: sanciens præterea ut Romæ domino cæteri Christi cultores obtemperarent, quem ipsi dominum Christianorum eorum, qui e sacrato ordine erant, & sanctum vocare consueverant, ob acceptam a B. Petro Apostolo potestatem, quam illi Christus crediderat.* Huc etiam referri potest epigramma Ausonii de claris urbibus;

Prima urbes inter, divum domus, aurea Roma,
Constantinopoli assurgit Chartago priori.
Non toto cessura gradu: quia tertia dici
Fastidit, non ausa locum sperare secundum,
Qui fuit ambarum. Vetus hanc opulentia profert,
Hanc fortuna recens. Fuit hæc, subit ista, novisq;
Excellens meritis, veterem perstringit honorem,
Et Constantino concedere cogit Elissam, &c.

Denique Guillelmus Antistes Tyrius lib. II. cap. VII. *Infra quem & Bosphorum, in angulo quodam sita est prædicta civitas, olim dicta Byzantium, locus ignobilis, & inter Thraciarum urbes quasi novissima; nunc ampliatoris Augusti felicitore insignita vocabulo, princeps provinciarum facta est, & Imperii familiare domicilium, Romæ senioris & nomen invidens, & dignitatis prærogativam.* Quo spectant ista Gregorii Nazianzeni orat. XXVII. Constantinopolitanos alloquentis: Τμεῖς δὲ ἡ μεγάλη πόλις, οἱ πρῶτοι μετὰ πρῶτα εὐθέως, ἢ μηδὲ τοῦτο παραχωρεῖτε, &c. *Vos magnæ urbis cives, qui primi statim post primam estis, aut ne id quidem ei conceditis,* &c.

pag. 34.

Scribunt alii Νέαν Ῥώμην, *Novam Romam* ab eo appellatam. Theophanes anno XXV. Constantini: Τούτῳ τῷ ἔτει κτίζων Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβὴς τὴν Κωνσταντινούπολιν, Ῥώμην νέαν χρηματίζειν ταύτην ἐθέσπισε· *Hoc anno pius Constantinus Constantinopolim a se constructam Novam Romam sanxit appellari.* Qua quidem nomenclatura donatam observare est apud scriptores passim. In Concilio II. œcumenico Patriarchæ Constantinopolitano conceditur primatus post Episcopum Romanum, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν Νέαν Ῥώμην. Gregorius Nazianzenus carm. de Vita sua:

Ῥώμη γεωργοῖς, ἐυγενῶν ἄλλων ἔδος,
Κωνσταντίνου πόλις τε καὶ στήλη κράτους.

Et in eodem carmine de utraque Roma:

Δύο μὲν οὐ δέδωκεν ἡλίους φύσις,
Δισσὰς δὲ Ῥώμας, τῆς ὅλης οἰκουμένης
Λαμπτῆρας, ἀρχαῖόν τε κἀ νέον κράτος,
Τόσον διαφέροντας ἀλλήλων, ὅσον
Τὸν μὲν φορλάμπειν ἡλίου, τὸν δ' ἑσπέρας
Κάλλει δὲ κάλλος ἀντανίσχειν συζύγως.
Natura binos haud quidem soles dedit:
Dedit ipsa binas attamen (mundi faces,)
Romas, vetustam scilicet Romam, ac novam:
Hoc discrepantes invicem, quod qua cadit
Sol, illa fulget, fulget hæc qua se exerit,
Par utriusque pulchritudo, per decus.

Rursum carmine XII.

Ὀπλοτέρη Ῥώμη, τόσσον φορφύρεσα πολιήων,
Οσσάτιον γαίης οὐρανὸς ἀστερόεις
Roma nova, & tanto reliquas quę præterit urbes,
Quam cælum terram vincit & exuperat.

Νεοδμὴς Ῥώμη, apud Paulum Silentiarium in Descr. ædis Sophianæ part. I. Manasses:

Πόλιν τὸν μεγαλόπολιν, πόλιν τὴν Νέαν Ῥώμην,
Ῥώμην τὸν ἀμυτίδωτον, τὸν μήποτε γηρῶσαν,
Ῥώμην ἀεὶ νεάζουσαν, ἀεὶ καινιζομένην.

Leo Imp. in Oraculo de restitutione Constantinopolis.

Βύζαντιος αὐλὴ, ἱερὰ Κωνσταντίνου,
Ῥώμη, Βαβυλὼν, & Σιὼν ἄλλη τρία.

Nicolaus Seidus loco laudato: Νέα Ῥώμη, νέα Ἱερουσαλήμ, μεγάλη Βαβυλὼν, πόλις Θεοῦ. Corippus lib. I. n. XVIII.

Et jocunda Novæ Circensia gaudia Romæ.

Et lib. III. n. V.

——*votisque suis Nova Roma favebat.*

Ita eodem libro n. VII. lib. IV. n. II. Denique Otho Frisingensis lib. IV. cap. V. *Constantinus sedem regni Byzantium transtulit, eamque Constantinopolim vocavit, quæ & Regia urbs, & Neoroma vocata.*

Præterea ALMAM ROMAM a Constantino vocitatam auctor est Philostorgius lib. II. cap. IX. & ex eo Nicephorus lib. VIII. cap. IV. Ἱδρυσάμενος δὲ ἡ πόλιν, Ἅλμαν Ῥώμην ὀνομάσαι, ὃ δηλοῖ τῇ Ῥωμαΐδι γλώττῃ, ἡ ἐνδοξον. *Cum vero urbem ædificasset, eam Almam Romam vocasse, quod lingua Romana illustrem significat.* Certe *Alma urbs* non semel nuncupatur in Codice Theodosiano L. XV. de Metatis, L. IV. de His qui ad Eccles. L. V. de iis qui super relig. L. ult. de Palatinis sacr. largit. & apud Marium Mercatorem in Commonitorio cap. I. cujus vocis vim Glossæ veteres exponunt: κλυτή, *Alma*, Glossæ Lat. Gr. *Alma*, κλυτὴ, ἀγνὴ, ὡραία, ἐρίτιμος. Ita ἔμτιμος Ῥώμη dicitur Paulo Silentiario in Descript. ædis Sophianæ part. I. vers. XI. *Almam* vero veterem *Romam* perinde appellatam testatur præ cæteris hæc inscriptio in Ponte Cestio: BENEDICTVS ALME URBIS SUMMUS SENATOR RESTAURAVIT HUNC PONTEM FERE DIRUTUM. Sed hæc inscriptio nupera est, & ad Benedictum Senatorem referri debet, qui vixit anno MDCXCIV. ut est apud Rogerum Hovedenum.

Interdum Roma Orientalis appellatur ἰδία Ῥώμη, apud Themistium Orat. XV. Et Claudianus in Consulatum Honorii, *divitis Auroræ solium.* Sidonius carm. II.

Edit. Paris. pag. 35.

Salve sceptrorum columen, Regina Orientis
Orbis Roma tui.

Βυζαντιὰς Ῥώμη, in Anthologia non semel: *Roma Constantinopolitana*, apud Senatorem lib. de Orthogr. & apud Priscianum. Quippe in ejusdem Prisciani editione anni MDLIV. hæc verba in fine libri VIII. in MSS. Codicibus inveniri annotant editores: *Artis Prisciani discretissimi Grammatici Cæsariensis doctoris urbis Romæ Constantinopolitanæ præceptoris mei liber octavus de verbo explicitus feliciter.* Sed & Romam antiquam Novæ matrem, & novam Romam antiquæ filiam vocat loco laudato idem Silentiarius:

Ἐρχεο κηγχαλόωσα, τέλω ὅτι παῖδα δοκεύσης
Μητρὸς ὑπερτέλλουσαν.

Atque inde Constans Imp. Heraclii nepos, cum Imperii sedem Romam transferre decrevisset, ajebat, δεῖν μᾶλλον τὰς μητέρας, ἢ τὰς θυγατέρας τιμᾶν, *plus honoris deberi matribus, quam filiabus*, ut est apud Zonaram. Quo spectant ista Augustini lib. V. de Civit. Dei cap. XXI. *Deus Constantino etiam condere civitatem Romano Imperio sociam, velut ipsius Romæ filiam, sed sine aliquo dæmonum templo, simulachroque concessit.* In hanc etiam sententiam Constantinus Manasses:

Οὕτως ὁ φρέλω σωδισμος ἔβδ πόλιων ἐρράγη,
Οὕτω μητρὸς καὶ θυγατρὸς μέσον ἐπέπτη σπάθη,
Διχάζουσα καὶ τέμνουσα μὴ θυμοῦ ῥομφαίας
Νεάνιν τὸν εὐφρόσυνον τὸν πεπτέραν Ῥώμην,
Ἐκ τ' ῥυσοῦς καὶ παλαιᾶς καὶ τριπεμπτέλου Ῥώμης.

Quinetiam eo respexit Venericus Vercellensis lib. de Unitate Ecclesiæ conservanda: *Constantinopolis, quæ Nova Roma dicitur, tunc erat sedes Imp. CP. Christ.*

A *ratoriæ dignitatis, hoc ita ordinante industria & religione Constantini Imperatoris, ut Vetus Roma obineret primatum Apostolici honoris, & Nova retineret principatum Regiæ Majestatis, ut sic mater & filia concordarent in unitatem Christianæ fidei & religionis: Postquam degeneraverunt Novæ illius Romæ Imperatores, facti vel hæretici, vel hæreticorum defensores, sive etiam Catholicæ Ecclesiæ persecutores, tunc mater quasi scribere cœpit filiæ libellum repudii, & alios filios nobilitate simul & virtute præstantiores acquisivit sibi, ut Galliæ & Germaniæ populi sint & filii & cives sui, atque Reges earum Imperatores sint Reipublicæ, & Romanæ Ecclesiæ Patricii.* Nec scio an huc etiam respexerit Gregorius VII. PP. lib. I. epist. XVIII. ad Michaelem Imperatorem: *Non autem non solum inter Romanam, cui licet indigni deservimus, &* B *filiam ejus Constantinopolitanam, antiquam, Deo ordinante, concordiam cupimus innovare.* Utraque tamen dignitatem servavit, cum τῆς οἰκουμένης μητροπόλεις haberentur, ut ait Themistius Orat. XVIII.

Ad discrimen igitur Novæ ac recentioris Romæ, Roma Italica, Λατινὶς Ῥώμη, appellatur a Paulo Silentiario in Descript. ædis Sophianæ I. part. Eidem ἀρισβυγένητος, *Vetus* in L. VI. Cod. de Sacros. eccl. & L. III. Cod. de Episc. & cleric. a Corippo denique lib. I. *Antiqua* nuncupatur:

Addidit Antiquam tendentem brachia Romam
Exerto & nudam gestantem pectore nammam,
Altricem imperii, libertatisque parentem.

Denique *Regia urbs*, ut Roma non semel apud Marcellinum Comitem, vel *urbium Regina* pas- C sim a scriptoribus Constantinopolis appellatur: ἄνασσα πόλις, in Anthologia lib. IV. cap. IV. quemadmodum in Glossario Græco-Latino βασιλεύουσα, & βασιλὶς πόλις, *Regina urbs* redditur. Balsamon in Can. III. Synodi Constantinopolitanæ Τῷ γὰρ μεγάλῳ Κωνσταντίνῳ μεταγαγόντος ἐν αὐτῇ τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἔβδ Ῥωμαίων μετωνομάσθη Κωνσταντινούπολις, & Νέα Ῥώμη, ἡ πασῶν ἔβδ πόλεων Βασιλὶς. *Urbs Regia*, in Epistolis Francicis XLII. & XLIV. tom. I. Histor. Francor. ubi perperam *Rhegium* irrepsit. Crebro etiam μεγάλη πόλις, & unica voce μεγαλόπολις appellatur a scriptoribus: unde *Mychlegarthiam* a populis Septentrionalibus dictam scribit Stephanus Stephanius in Notis ad Saxonem Grammaticum, sicque nuncupari in antiquis Cantilenis, ex voce *Garth*, quam nunc mollius pronunciando *Gaard* efferunt: unde apud D Helmodum, Russiam *Ostregard* a Danis vocitatam asserit, quod sit regio ad Orientem posita; ut *Chunigard*, quod ibi Hunnorum sedes fuerit. Gregor. Nazianzenus Carm. in somnium de Anastasia:

Χαῖρε φρόδρε τύφε, Χαῖρε πόλις μεγάλη.

Et Oratione XXXII. Χαῖρε ὁ μεγαλόπολι & ὁ φιλόχριστε. Καλλίπολιν denique vocant Eusebius lib. III. de Vita Constantini cap. IV. & Themistius Orat. XVI. extrema, ob venustatem scilicet & munificentiam operum publicorum, quę Constantinus in ea urbe ambitiose construxerat.

Celebratis novæ urbis encæniis, Constantinum ajunt præcepisse Valenti Mathematico- *pag. 36.* E rum ejusce ævi principi, natalitium urbis thema ex syderum influxu expiscari, ut cognosceret quot esset annos duratura; eumque, inspectis astris, respondisse sexcentos nonaginta sex: quod quidem falsissimum rerum deinceps eventus docuit; nisi, inquit Zonaras, eos annos intellexerit Valens, quibus intra legitimæ dominationis terminos stetit Græcorum Imperium, priusquam in tyrannidem abiret. Vetus Scheda a Seldeno edita lib. III. de Jure Naturali & Gent. cap. XX. Σημειῶσαι ὅτι ἰδιματίδη ἡ Κωνσταντίνου πόλις παρὰ Οὐάλεντος ἀστρολόγου ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν ἐγκαινίων αὐτῆς ἔβδ προσάξεως τῶν βατιλίων Κωνσταντίνῃ ἐν μηνὶ Μαΐῳ τῇ ἡμέ-

ρχ β. ἰνδικτιῶνες γ'. ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ͵ε. φ. λ. η. Certe ut homines, ita & urbes ac regna sua fata habere astris demonstrata probavit nuperus scriptor in libro, cui titulum fecit, *Fatum universi*: quæ fuit olim Paganorum sententia. Marcianus Capella lib. I. *Illic autem circumstabat in ordinem quicquid immineret sæculorum, fortunæ urbium, nationumque omnium, regum, ac totius populi visebantur*. Symmachus apud Prudentium lib. II. contra eundem Symmachum:

—— Sicut variæ nascentibus, inquit,
Contingunt pueris animæ; sic urbibus adfert
Hora diesque suum, cum primum mœnia surgunt,
Aut Fatũ aut Genium, cujus moderamine regnẽt.

Et mox:

At solers orator, ait, fataliter urbem
Sortitam quonam genio proprium exigat ævum:
Cũctis nam populis, seu mœnibus inditur, inquit,
Aut Fatum aut Genius nostrarum more animarũ,
Quæ sub disparili subeunt nova corpora sorte.

Verum Genios non hominibus modo, sed & urbibus ac populis attributos proclamant numismata, libriquè veterum Græci ac Latini, quorum locos collegere pridem Criticorum filii: quos πολιοῦχους δαίμονας vocat Æschylus in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις: *publicos genios*, Ammianus lib. XX. Verum cum finem habituram novam urbem utcumque prædixerit Valens, *Urbs æterna*, quemadmodum Roma, dici non potuit, quam *divinum numen perpetuam fore respondit*, ut est apud Ammianum lib. XIX. tametsi *æterno nomine*, *jubente Deo*, *donatam a se* dicat Constantinus in L. VII. Cod. Th. de Navicular.

VII.

PRIVILEGIA CONSTANTINOPOLIS.

COmplura novæ Urbi πρεσβεῖα, seu privilegia, eaque publicis *incisa tabulis*, ut loquitur Lex I. Cod. Theod. de Jure Italico urbis CP. concessisse Constantinum supra ex Socrate, Sozomeno, aliisque attigimus: quæ in hoc constitere potissimum, ut Romæ veteris ἰσόμοιροι esset, de qua ita Claudianus in Rufinum lib. II.

Urbs etiam magnæ quæ dicitur æmula Romæ,
Et Chalcedonicas contra despectat arenas.

Et Paulinus Nat. XI.

Constantinopolis magnæ caput æmula Romæ.

Deinde *ut non solum Juris Italici, sed etiam ipsius Romæ prærogativa lætaretur*, indulsit, ut est in L. unic. Cod. Justin. de Privileg. urb. CP. & in L XLV. Cod. Theod. de Episc. de quo quidem Jure Italico, quod Novæ Romæ attributum hic dicitur, multa commentatur Jac. Gotofredus ad d. L. I. Cod Theod. de Jure Ital. Urbi vero Constantinopolitanæ privilegia a Constantino concessa expressit his verbis Sozomenus lib. VII. cap. IX. Ἤδη γὰρ οὐ μόνον εἶχε τοῦτο τὸ προσηγορίαν ἡ πόλις, ἀλλὰ καὶ γερουσίᾳ, καὶ τάγματι δήμων, καὶ ἀρχαῖς ὁμοίως ἐτύγχανε· ἀλλὰ καὶ τὰ σύμβολα κατὰ τὰ νόμιμα ἦν ἐν χρῇ Ἰταλίᾳ Ῥωμαίων ἐχρῆτο, καὶ τὰ δίκαια, καὶ τὰ γέρατα, περὶ πάντα ἐκατέρᾳ ὑπάρχειν· *Jam enim non modo hanc appellationem urbs ea adepta erat, Senatuque & ordinibus ac magistratibus consimiliter utebatur: verum & insignia quoque eadem Romano ritu præferebat, & jura pariter atque honores utriuque in omnibus congruebant*. Ubi doctissimus Valesius pro σύμβολα legi debere συμβόλαια contendit. Statuit præterea Constantinus, ut esset Βασιλὶς, seu Regia omnium gentium, quæ versus Septentrionem, Austrum, Orientem, & Mare Mediterraneum interjacent, a civitatibus propter Istrum positis, usque ad ipsam Libyam, ut ait Sozomenus lib. II. cap. II. & ex eo Nicephorus lib. VIII. cap. IV. Hanc denique avulsit A ἀπὸ τῆς ὑπαρχίας Εὐρώπης, ἤγουν Ἡρακλείας, *a præfectura Europæ, seu Heracleæ*, cui antea obnoxia erat. Præfectumque Prætorio Orientis, cujus Jurisdictionem describit Zozimus lib. II. & Præfectum urbi, reliquosque majores Magistratus in ea constituit, si qua fides est auctori Chronici Alexandrini: nam id videtur subjecisse fidei quod de Præfecto urbi subjungit, cum hunc Magistratum tum demum creatum a Constantino sub ann. CCCLIX. Eusebio & Hypatio Coss. tradant Hieronymus, Idacius, Socrates lib. VI. cap. XLI. Sozomenus lib. IV. cap. XXII. Nicephorus lib. IX. cap. IV. & ipse auctor Chronici Alexandrini anno XXII. Constantii, ubi de Honorato, qui primus hac dignitate insignitus legitur. *Edit. Paris. pag. 37.*

Sed præclara postmodum honoris prærogativa donata est Constantinopolis in secunda Synodo œcumenica can. III. in qua decretum est, Τὸ μέντοι Κωνσταντινουπόλεως Ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης Ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν B νέαν Ῥώμην· *Ut Constantinopolitanæ civitatis Episcopus haberet privilegia honoris post Romanum Episcopum, eo quod sit ipsa Nova Roma*: cum antea scilicet Heracleensi Metropolitano subditus esset, ut est apud Zonaram, Pachymerem lib. IV. cap. XXIV. & alios passim scriptores. Quo spectant ista Josippi seu auctoris de Excidio urbis Hieros. lib. III. cap. V. ubi de Antiochia: *Urbs tertio loco ante ex omnibus quæ in orbe Romano sunt civitatibus æstimata, nunc quarto, postquam Constantinopolis excrevit civitas Byzantiorum*: & ista perinde Innocentii III. Papæ in Gestis ejusdem Pontificis: *Sane cum eadem Ecclesia, quæ tunc Byzantina, nunc Constantinopolitana vocatur, nec nomen, nec locum inter Patriarchales haberet, Apostolica Sedes fecit ei nomen grande juxta* C *nomen magnorum qui in terra, & ipsam quasi de pulvere suscitatam usque adeo sublimavit, ut eam tam Ecclesiæ Alexandrinæ, quam Antiochenæ, Hierosolymitanæ dignitatis privilegio anteferret, atque post se præ cæteris exaltaret, ita quod eum multæ filiæ divitias congregaverint, hæc sola per Matris gratiam specialem supergressa est universas*. At cum de Patriarchatus Constantinopolitani natalibus atque privilegiis multis disseruerint P. Morinus, Leo Allatius, Petrus Marca, infinitique alii, plura non dicam.

VIII.

SEPTEM COLLES.

D HAbuit Constantinopolis colles septem, quo Romam veterem omni modo referret: cum enim septem colles intra sui ambitum includeret Roma, Constantinopolis pariter totidem complectentem peninsulam occupat, quorum unum efficit urbis angulus orientalis, quem *Chrysoceras* Plinius, *Bosporium* Dionysius Byzantius vocant. Hinc collis primus divisus est a secundo colle valle lata: reliquos sex colles efficit idem Promontorium Bosporium, ita ab exordio peninsulæ orientali, ad Occidentem pergens perpetuo dorso, leniterque convexo, ut sex colles ex suo latere dextro in Sinum eminentes porrigat, & valles quinque emittat, sed nullas penetrantes dorsum, excepta tertia & quinta: sed ita ut suis jugis paululum depressis dorsum Promontorii fere æquum continuent, sinistro autem latere feratur perpetuo clivo, ut colles non habeat, sed tumulos & valliculas exigue depressas procliviores tumulis ipsis, &c. Ita Gyllius, qui hos colles, ut & valles, accurate descripsit toto lib. I. CP ut & Thevetus lib. XIII. Cosmogr. cap. I. & III. Hinc igitur ut Roma *Speticollis* a Prudentio in Romano Martyre, ita Constantinopolis Ἑπτάλοφος vocatur in Oraculis Leonis Philosophi cap. IX. & in alio Oraculo quod recitat Joannes Tzetzes chil. IX. cap. CCLXXVIII. & in Historia Politica, in qua, ὁ πρῶτος λόφος τῆς ἑπταλόφου ταύτης Κων-

σινα, τὸ μέρος τῆς πόρτας τῆς Ἀδριανουπόλεως, *primus collis ſeptimus Conſtantinopoleos, pars portæ Adrianopolitanæ* fuiſſe dicitur, quem Gyllius ſeptimum facit, ut primum, qui ad Angulum urbis, ubi ſtetit Acropolis, attollitur. Is autem collis, qui ad portam Adrianopolitanam eſt, plus minus duodecim millia paſſuum complectitur, ac pluſquam tertiam urbis partem continet, ut teſtatur idem Gyllius lib. I. cap. XVIII. qui Xerolophum hunc appellatum tradit, cujus nomenclaturæ mentio eſt apud ſcriptores paſſim, qui de Foro Arcadii, quod in eo ædificatum eſt, egerunt. Meminit etiam Nicetas in Alexio lib. 3. num. x. τοῦ τῶν Βλαχερνῶν βουνοῦ, de quo pariter Gyllius lib. IV. c. V. Medium vero collem, ſeu qui in medio ſeptem collium eſt, μεσόλοφον dictum fuiſſe auctor eſt Codinus p. 40. E. R. qui & a vulgo μεσόμφαλον etiam appellatum ſcribit, ita ut fuerit urbis umbilicus & ὄμφαλος, quem Themiſtius orat. VI. eo loci extitiſſe ait, ubi τὸ χρέασπεδον παλαι τῆς πόλεως ἦν, *ubi extrema erat veteris oppidi ora*.

IX.

MURI CONSTANTINIANI.

CONSTANTINUS igitur, cum Byzantinam urbem amplificare decreviſſet, novos muros longe ultra veteres protulit, qui ab eo *Conſtantiniani* poſtmodum appellati ſunt. Zozimus lib. III. pag. 686. Πολλῷ δὲ μείζονα τὴν πόλιν ἀποφῆναι βουλόμενος, τοῦ παλαι τείχους ἐπέκεινα σταδίοις πεντεκαίδεκα τείχει περιέβαλε τὴν πόλιν, ἀπολαμβάνοντι πάντα τὸν ἰσθμὸν ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν. *Quumque urbem longe majorem efficere vellet, eam ultra veterem murum decem & quinque ſtadiis muro novo circumdedit, qui totum Iſthmum a mari ad mare complecteretur.* Chronicon Alexandrinum anno Conſtantini XXIII. Ἀνενέωσε τὸ φρῶτον τεῖχος τῆς Βύζου πόλεως, πηξήσας καὶ φροδόμους ἐκ ὀλίγας τῷ αὐτῷ τείχει, καὶ συνῆψεν τῷ παλαιῷ τείχει τῆς πόλεως· *Primum Byzantii murum inſtauravit, non paucas veteri acceſſiones adjecit, novumque cum eo conjunxit.* Addit Codinus Conſtantinum Magnum terreſtres ac maritimos muros, & pleraque in urbe ædificia infra novem menſes abſolviſſe, quod tamen vero repugnat, cum murum qui tunc inchoatus fuerat, abſolviſſe Conſtantium ſcribat Julianus Imperator Orat. I. p. 74. Ὁπόσα δὲ τῇ πατρῴᾳ πόλει προσέθηκας, τεῖχος μὲν αὐτῇ κύκλῳ περιβαλὼν, ἀρξάμενον τότε· τὰ δοκοῦντα δὲ ἐκ ἀσφαλῶς τῇ οἰκοδομημάτων ὡς οἷόν τε ἀσφάλειαν καταστήσας, τίς ἂν ἀπαριθμήσαιτο *Edit. Pariſ. pag. 38.* *Quæ vero ad urbem patriam adjeciſti, quis numerando percenſere poſſit: aut cum ei murum undique circumdederis, qui tum inchoatus fuerat; ac ruinoſa quæque ad æternam ſtabilitatem inſtauraris?* Philoſtorgius vero lib. II. cap. 19. & ex eo Nicephorus Call. lib. VIII. cap. IV. ex vanis Græculorum nugis, narrant muros hoc ſtatuiſſe loco, qui a divina aliqua poteſtate ei demonſtratus eſt. Heſychius Mileſius ſcribit terreſtres muros produxiſſe uſque ad Porticus Troadenſes, quas in duodecima regione ſtatuit vetus urbis Deſcriptio: Πόρρω δὲ μεταγαγόντος τὰ τείχη καὶ τὰς Τρωαδικὰς ἐμβόλους, &c. Unde murorum pars illa quæ hiſce porticibus adjacuit, τεῖχος τῶν Τρωαδησίων dicitur in Chronico Alexandrino anno I. Marciani. Sed ubi potiſſimum ſteterint muri Conſtantiniani, accurate ſatis deſignat Codinus p. 12. E. R. ſcribens murum qui dem maritimum, qui Sinui Ceratino adjacet, ab Acropoli & Turri Eugenii uſque ad Zeugma ſancti Antonii; alium qui Propontidem reſpicit, a loco quem Topos vocabant, pertinuiſſe ad ædem Deiparæ, Rhabdi dictam: Terreſtres vero muros uſque ad Hexacionium perveniſſe: ita ut a Milio uſque ad veterem ædis S. Joannis Baptiſtæ portam, per Monaſterium Stadii, & Monaſterium Icaſiæ, atque adeo tractum Boni, & templum ſanctorum Martyrum Manuelis, Sabelis, & Iſmaelis procederent, & ita in ædem S. Antonii deſinerent. Cum autem novis muris a Theodoſio juniore urbs fuiſſet ampliata, murus a Conſtantino ædificatus, Κωνσταντινιακὸς poſtmodum ad alterius diſcrimen dictus eſt, uti appellatur a Theophane anno XXXI. Juſtiniani.

X.

MURI THEODOSIANI.

POSTMODUM vero cum urbs nova Conſtantino ædificata & inſtaurata, longius licet productis muris, infinita prope hominum multitudine undique ad eam confluentium, militiæ vel mercaturæ, atque adeo frequentandi Comitatus gratia, anguſtior viſa eſſet, quam ut tot familias capere poſſet, novis, & ultra Conſtantinianos excitatis muris, longe ampliorem effecit Theodoſius Junior. Theophylactus Simocatta lib. VIII. cap. VIII. Ὁ δὲ Μαυρίκιος περιφρουρεῖν τοῖς δήμοις τὰ Θεοδοσίου τείχη προστάττει, ἃ δημαδὰς λόγος ὀνομάζουσι ἐρῶ δὲ Ἀρκαδίου τοῦ αὐτοκράτορος παῖδα. *Mauricius mœnia Theodoſiana a factionibus cuſtodiri jubet, quæ quidem Theodoſium Arcadii Imp. filium conſtruxiſſe vetus fama loquitur.* Ædificari autem primum cœpit ſub annum Chriſti CCCCXIII. curante Anthemio Præfecto Prætorio, cui rerum publicarum adminiſtratio, dum Theodoſius Junior intra pueriles annos eſſet, credita erat, ut eſt apud Socratem lib. VII. cap. I. Οὗτος τὰ μεγάλα τείχη τῆς πόλεως περιεβάλετο· Et Nicephorus Call. libr. XIV. cap. I. Οὗτος δὴ ὁ Ἀνθέμιος καὶ τῆς Κωνσταντίνου τὰ τείχη περιελὼν, ἐπὶ μεῖζον ἐρωίας, τὰ νῦν ὁρώμενα μεγάλα χερσαῖα τείχη ταύτῃ περιεβάλλετο, δυοῖν μησὶ τῷ ἔργῳ, τῷ πολλῷ καὶ ἀδοκήτῳ τάχει ἐκδαπανήσας· *Anthemius iſte urbis mœnia demolitus, & in majorem amplitudinem ea producens, ingentibus qui nunc cernuntur muris eam circumdedit, opere eo per menſes duos magna & fere incredibili celeritate confecto.* Ubi Codex Langi habet muros *lateritios*: quos quidem conditos anno Chriſti CCCCXIII. Lucio Coſ. docet Lex LI. Cod. Theod. de Operib. publ. quæ eſt Theodoſii ad eumdem Anthemium: *Turres novi muri, qui ad munitionem ſplendidiſſimæ urbis exſtructus eſt, complero opere, præcipimus eorum uſui deputari, per quorum terras idem murus ſtudio ac proviſione tuæ Magnitudinis ex noſtræ Serenitatis arbitrio celebratur.* Quam quidem Legem emiſſam, dum conderentur muri, vel certe turres, ex illius verbis ſatis liquet. Novorum iſtorum murorum mentio eſt præterea in L. XIII. eodem Cod. de Metatis, quæ eſt anni CCCCXXII. Sed ii poſtmodum ex terræ motu collapſi ſunt, Adarbure & Callepio Coſſ. anno XXXIX. Theodoſii, Chriſti CCCLXVII. Marcellinus Comes: *Ingenti terræ motu per loca varia imminente, plurimi urbis Auguſtæ muri recenti adhuc reædificatione conſtructi, cum quinquaginta ſeptem turribus corruerunt.* Evagrius lib. I. cap. XVII. hunc terræ motum adeo magnum fuiſſe ait, ὥστε καὶ πολλὰς τῶν πύργων τῶν κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν ἐκπεσεῖν, *ut pleræque urbis turres collapſæ fuerint*: Et Chronicon Alexandrinum eodem anno: Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐγένοντο σεισμοὶ μεγάλοι, ὥστε τὰ τείχη τῆς πόλεως πεσεῖν, καὶ ἐκράτησαν ἐπὶ χρόνον, *pag. 39.* &c. *Eodem anno ingentes adeo terræ motus facti ſunt, ut urbis mœnia corruerint, iique ad tempus perdurarunt.* Ita reddenda fuere extrema verba, quæ ad terræ motus referuntur, non ad muros *vetuſtate fatiſcentes*, quod voluit interpres. Iſtius terræ motus memoriam agunt Menæa XVI. Januarii, & murorum caſum ita com-

memorant: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ μεγάλου σεισμοῦ γενομένου ἐπὶ τελευταίου βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ Νέου, υἱοῦ Ἀρκαδίου καὶ Εὐδοξίας, ἡμέρᾳ κυριακῇ, ὥρᾳ δευτέρᾳ τῆς ἡμέρας· καὶ κατέπεσον ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ τὰ τείχη τῆς πόλεως, καὶ μέρος πολὺ τῶν οἰκημάτων, κατ' ἐξαίρετον δὲ ἀπὸ Τρωαδησίων ἐμβόλων ἕως τοῦ Χαλκοῦ Τετραπύλου· καὶ ἐπεκράτησεν ὁ σεισμὸς μῆνας τρεῖς. ἔνθα ὁ βασιλεὺς λιτανεύων πανδημεὶ μετὰ δακρύων ἔλεγε· Ῥῦσαι ἡμᾶς, Κύριε, τοῦ δικαίας σου ὀργῆς, καὶ τῶν παραπτωμάτων ἡμῶν διὰ τὴν μετανοίας. ἐσάλευσας γὰρ τὴν γῆν, καὶ σωστάραξας αὐτὴν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, τοῦ δοξάζειν σε τὸν μόνον ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον Θεὸν ἡμῶν. *Eodem die celebratur memoria magni terræ motus, qui sub extremos Theodosii Junioris, Arcadii & Eudoxiæ filii, imperii annos accidit, die dominico, hora diei secunda: Et ex eo terræ motu corruere urbis muri, & ædificiorum pars plurima, præsertim vero a porticibus Troadensibus usque ad Æneum Tetrapylum: duravitque terræ motus per tres menses. Tunc vero Imperator cum universa plebe factis precibus ac litaniis, cum lacrymis dixit: Libera nos, Domine, a justa ira tua, & a delictis nostris per pœnitentiam. Commovisti enim terram, & conturbasti eam propter peccata nostra, ut te unicum bonum & misericordem Deum nostrum glorificemus.* Sed eodem anno rursum instaurati ac reædificati sunt, curante Constantino Præfecto Prætorio Orientis. Idem Marcellinus: *Eodem anno, urbis Augustæ muri olim terræ motu collapsi, intra tres menses, Constantino Præfecto Prætorio operam dante, reædificati sunt.* Proinde falsum quod habet Cedrenus scribens anno XXVI. Theodosii junioris, Cyrum Præfectum urbis terrestrem murum demolitum, aliis duobus intervallis additis, (ἑξήκοντα ἄλλα βήματα δύο) alium murum intra sexagesimum diem exstruxisse. Confecto opere, binæ positæ fuere inscriptiones, quæ & conditoris, & operis ipsius præfecti nomina, & adhibitæ in ipso conficiendo diligentiæ ac celeritatis memoriam posteris servarent. Harum prior ad portam Xylocirci legebatur:

Θεοδόσιος τόδε τεῖχος ἄναξ, καὶ ὕπαρχος Ἐγὼ
Κωνσταντῖνος ἔτευξαν, ἐν ἡμασιν ἑξήκοντα.

Altera posita ad portam Rhegii, seu Auream, hocce districho pariter comprehensa legebatur:

Ἡμασιν ἑξήκοντα φιλοσκήπτρῳ βασιλῆϊ,
Κωνσταντῖνος ὕπαρχος ἐδείματο τείχεϊ τεῖχος.

Habetur utraque inscriptio lib. IV. Anthol. cap. XVIII. quibus consona de temporis spatio, intra quod conditi sunt muri, habet Zonaras: Βουληθεὶς δὲ ὁ Θεοδόσιος τὰ τείχη μεταθεῖναι τῆς πόλεως, καὶ μείζονα τοὺ ταύτης θεῖναι περίβολον, Κύρῳ τῷ Ἐπάρχῳ τὸ ἔργον ἀνέθετο· καὶ ὃς σπουδῇ πολλῇ καὶ ῥᾳθυμίᾳ χρησάμενος, ἀνήγειρε τὸ χρεὼν εἶναι τεῖχος ἀπὸ θαλάσσης ἐπὶ θάλασσαν διὰ ἑξήκοντα ἡμερῶν· *Theodosius mœnia translaturus, & urbem amplificaturus, munus id Cyro Præfecto mandat, qui magno studio & celeritate terrestrem murum a mari ad mare pertinentem, intra dies sexaginta absolvit.* At quod hoc loco ait Cyrum ipsos produxisse muros, præallatis omnino repugnat, cum ex iis id Anthemio Præfecto Prætorio adscribendum colligatur, nisi fides adhibeatur Nicephoro, scribenti loco supra laudato, Anthemium una cum Cyro Præfecto urbi a Theodosio huic præfectum operi fuisse, ubi de Anthemio: Εἰδέναι μέν τοι χρεών, ὡς προστάγματι βασιλέως, σωφρονοῦντι τῷ Κύρῳ τῷ Ἐπάρχῳ, τὰ κατὰ τὴν πόλιν διέποντι, πολλῷ ὕστερον δὲ πόλεως ἀνήγειρε τεῖχος· *Sciendum porro Anthemium, una cum Cyro Præfecto urbi, longo post tempore urbis muros constituisse.* Sed hæc omni verisimilitudine carent: primus enim muros urbis Theodosianos condidit Anthemius: terræ motu collapsos instauravit Cyrus, seu Constantinus, cum unus idemque sit. Ad hoc porro maturandum opus duabus factionibus Venetorum & Prasinorum usum fuisse Cyrum ajunt, quarum altera cum a Porta aurea, seu Rhegii, altera a Porta Xylocirci muros condere cœpisset, pars utraque confectis operibus, convenit ad eam portam, quæ ab hominum, seu operariorum eo simul coeuntium multitudine, Πολυάνδριος appellata est: ita ex Codino infra observamus. Instaurati igitur fuere a Theodosio muri eo anno, quo collapsi sunt terræ motu, uti diserte habet Marcellinus Comes: ex quo mire hallucinatos constat Theophanem, qui anno XXXVII. & Cedrenum, qui XXVI. Theodosii, Cyrum Prætorio & urbi Præfectum ab eodem Augusto dignitatibus privatum, & Episcopum factum fuisse scribunt, quod sedente in Circo Imperatore & audiente, Cyro in hæc verba acclamassent Factiones: Κωνσταντῖνος ἔκτισεν, Κῦρος ἀνενέωσεν, *Constantinus condidit, Cyrus renovavit.* Id enim prorsus ad annum XLII. Theodosii, Christi CCCCL. quo scilicet ille demum obiit, rejicit Chronicon Alexandrinum, proinde triennio post instauratos a Cyro muros. Eo autem respexere Factiones hac acclamatione, ut gratulatæ fuerint Cyro, qui non modo muros, sed & pleraque urbis ædificia renovaverat, ut auctor est Theophanes: (κτίσαντά τι τὰ τάχη τῆς πόλεως, καὶ ἀνανεώσαντα πᾶσαν ΚΠ.) Ita ut Constantinus Magnus urbis conditor, ille instaurator habitus sit, vel certe, quæ mea est sententia, ut hac verborum ambage a Cyro unico, cui etiam Constantini nomen fuit, & conditam & renovatam urbem indicare voluerunt; qui quidem Factionum plausus invidiam viro magno conflavit. Constantinum porro eundem esse cum Gyro satis arguunt, non modo quæ ex Marcellino & inscriptionibus ad Portas Rhegii & Xylocirci positis, observavimus, sed & gesti a Cyro magistratus, qui in hæc instaurationis postremæ tempora quadrant. Nam anno Christi CCCCXXXIX. Theodosio XVII. & Festo Coss. Præfecturam urbis gessit, ut constat, ex Novella Theodosii de Lenonibus, L. IX. Cod. Just. de Sacrosanct. eccl. & L. XX. eod. Cod. de Operibus publicis. Anno proximo, Chr. CCCCXL. Valentiniano V. & Anatolio Coss. Præfecturam Prætorii & Urbis tenuisse Cyrum docent ejusdem Theodosii Novellæ II. & III. ex Pithœanis & L. II. Cod. Just. de Operib. publ. Ex Præfectura Prætoriana, Consulari postmodum donatum dignitate anno CCCCXLI. produnt Fasti Coss. Inscriptio Novellæ Theod. de alluvionibus, & Novella IV. de Amota militantibus fori præscript. Obtinuit præterea utramque Præfecturam, Prætorii scilicet & Urbis, aliis duobus annis: nam per annos quatuor hosce gessisse magistratus auctor est Priscus Rhetor in Chronico Alexandrino pag. 736. Ἐκράτησε γὰρ τὰς δύο ἀρχὰς ἐπὶ χρόνους τέσσαρας, διότι καθαρὸς ἦν πάνυ. *Obtinuit enim hos duos magistratus per quatuor annos, propter miram vitæ integritatem.* At qui sint ii duo anni postremi, non omnino planum est assequi, etsi probabile sit fuisse annos CCCCXLVII. & CCCCL. Nam ex Novellis Theodosii constat Præfecturam Prætorii Orientis gessisse Apollonium annis CCCCXLII. & CCCCXLIV. cui successit Hermocrates anno CCCCXLIV. qui forte id muneris etiam obierit proxime sequenti. Unde si Cyrus in Præfectura sua murum Theodosianum instauravit, quod volunt Marcellinus, & Inscriptiones, sequitur eo anno utramque Præfecturam obiisse, qui fuit Christi CCCCXLVII. eo anno, quo iisdem magistratibus a Theodosio abdicatus est, qui fuit postremus Theodosii, Christi CCCCL. Cum vero Cyrum hunc Poetam fuisse insignem scribant Evagrius lib. I. cap. XIX. & Svidas, quod produnt etiam bina illius epigrammata, quæ habentur lib. IV. Anthol. vero simile est, ab eo perinde exaratas binas illas inscriptiones, quas, exstructis muris, ad extremas urbis portas fuisse positas diximus. Exinde igitur muri isti a Theodosio instaurati, *Theodosii*, vel *Theodosiani* cœpere ap-

Edit. paris. pag. 40.

pellari ; Theophylactus Simocatta libr. VIII. cap. VIII. Ὁ δὲ Μαυρίκιος περιφραγῆν τοῖς δήμοις τὰ Θεοδοσίου τείχη προστάττει, ἃ δείματι λόγος ἀρισβύτης ἐρεῖ τὸν Ἀρκαδίου τοῦ αὐτοκράτορος Θεοδόσιον παῖδα: *Mauricius muros Theodosii a Factionibus custodiri jubet: quos quidem Theodosium Arcadii Imperatoris filium construxisse vetus fama loquitur.* Νέον Θεοδοσιακὸν τεῖχος dicitur in Chronico Alexandrino anno XX. Heraclii: Τεῖχος τὸ νῦν Θεοδοσίου κτισθὲν, Theophani anno XXXI. Justiniani: Νέα τείχη in L. XVIII. Cod. de Sacros. eccl. & in Novella Justiniani LIII. cap. V. denique *novi muri* in L. LI, Cod. Th. de Operib. publ.

At cum muri Theodosiani eo terræ motu, qui Leonis Isauri anno XXXIV. accidit, collapsi, vel certe labefactati fuissent, hos idem Augustus instaurari curavit, & ad sumptus ab unoquoque civium duo ceratia exegit, uti narrant Theophanes, Cedrenus, & Manasses. Quam quidem murorum instaurationem Leoni M. falso videntur adscribere Codinus p. 37. E. R. & Anonymus in Collect. CP. pag. 86. ubi dicuntur muri isti terrestres, τὰ τείχη τὰ δύσιτα τῶν μεγάλων πορτῶν, *muri occidentales magnorum portarum*. Muros etiam cum terrestres, tum maritimos refeciisse Andronicum Palæologum seniorem scribunt Gregoras libr. VII. p. 192. E. R. & Nicephorus Call. in proœmio Histor. Eccles. pag. 21. Sed quis muros terrestres duplicaverit, seu duplices fecerit, nemo opinor ex scriptoribus Byzantinis tradit: nam ante Michaelis Palæologi tempora, τὸ φρὸς γῆ (τεῖχος) διδιπλωτο πάντως, ut auctor est Pachymeres libr. V, cap. X. Et certe cum nostri urbem expugnavere anno MCCIV. *murum etiam ipsum murus circumcingebat inferior*, ut est in epistola Balduini Imperatoris de Expugnatione urbis apud Arnoldum Lubecensem pag. 190. Exteriores vero & *inferiores muri*, *falsi muri* dicuntur Monstrelleto ad annum MCDLIII. ubi ita describuntur: *Constantinople est tres forte cité en figure triangulaire, & a XX. milles de tour devers terre, & cinq devers la mer, & cinq devers le port, & gousle cinq. Et les murs de devers la terre sont tres gros & hauts, & dessus ; a barbacanes & macicolis, & dehors faux murus & fossez, & sont hauts lesdits murs principaux de XV. a XXII. brasses, & larges estimez en aucuns lieux six, & es autres lieux huit brasses: Les faux murs de dehors ont le terrain haut XXII. brasses, & gros de trois brasses, & parfonds de X. brasses.* Quod vero *Barbecanas* hoc loco vocat Monstrelletus, *antemuralia* appellat Willelmus Tyrius lib. II. cap. VII. *Tertium* (urbis latus) *ab eadem porta* (Aurea) *usque ad prædictum palatium Blaquernas, per campestria, muris, turribus, & antemuralibus insigne pretenditur.* Eleganter etiam, suo more, murorum terrestrium firmitatem, altitudinem, turres in iis crebras, & ipsa antemuralia describit Manuel Chrysoloras in Comparatione utriusque Romæ: Ὁ δὲ περὶ τειχῶν σέφανος ἀληθῶς καὶ κύκλος ἐκ οἶδα ἐν τίνι δυναμένων λείπεσθαι τῶν Βαβυλωνίων. καὶ δὲ περὶ ἐν αὐτοῖς πύργων πυκνότης, καὶ τὸ μέγεθος, καὶ ὕψος, ὥστε ἕκαστον, εἰ καὶ μόνος ἐν δύτου, καθ' ἑαυτὸν ἀντ' ἄλλης τινὸς ὅλης οἰκοδομῆς δυνάσθαι θαῦμα παρέχειν τοῖς θεωμένοις. ὧν δὴ ἓξ μόνων περὶ ἀναγουσῶν εἰς αὐτὰ κλιμάκων ἄξιον εἶναι θαυμάσαι τὸ μέγεθος, ἓξ τὸν ὄγκον καὶ οἰκοδομήν. αἱ δὲ περὶ τειχῶν πύλαι, καὶ αἱ περὶ ἐν αὐτοῖς πύργων λαμπρότης· τὸ δὲ φρὸ τῶν τείχους τεῖχος ἕτερον, ἑτέρα πόλις μόνον ἂν ἀντὶ ἐμφράτος ἀσφαλοῦς ἀρκέσαν. αἱ δὲ περὶ ἐπὶ τούτοις τάφρων διωρυχίαι καὶ οἰκοδομαί, ἓξ τὸ τούτων εὐρός τε καὶ ὕψος, τὸ δὲ πλῆθος περὶ ἐν αὐταῖς ὑδάτων, ὥστε ὦ μέρει μόνον ἐλείπετο, καὶ ταύτῃ δοκεῖν πελαγίαν τὴν πόλιν εἶναι ἀφ' ἑτέρων, ὥσπερ αὖ ἐν ᾧ μέρει πελαγία φαίνεται, φρόσχημα ἀφ' ἑαυτῆς τοῦτο· *Mœnium quoque corona revera & ambitus, qui nescio an ulla in re Babyloniis cedere possit: & turrium in iisdem frequentia, magnitudo & altitudo; ita ut quælibet earum, vel si sola esset, præ quavis alia integra structura admirationem spectatoribus incutere queat: cum vel sola graduum quibus conscenduntur magnitudo, crassities, & structura admiratione digna sit. Tum vero mœnium portæ, turriumque in iis eminentium splendor: & pro mœnibus murus alter, seu antemurale, quod solum alteri civitati pro securo munimento sufficeret, tum adhuc fossarum egestio & structura, earumque latitudo & profunditas, & aquæ in iisdem copia: ut qua tantum parte ea deerat, isthic quoque illius beneficio urbs maritima videatur: quemadmodum vice versa, qua parte maritima est, propter insulas vicinas continenti adhærere videatur.* Sed præstat præ cæteris audire Gyllium de utroque muro terrestri sic differentem libr. I. cap. XIX. *Mœnium Constantinopolitanorum partes, aliæ lapidibus quadratis, aliæ cœmentitiis, nonnullæ interpositorum laterum ordinibus constructæ sunt. Muri circuitu maris vacantes duplices sunt, fossa cincti larga XXV. passus, cum ex utroque latere parietibus munita, tum interiori ex latere alter paries effertur aliquanto supra fossam pinnis crebris distincta. Spatium intercurrens inter duplicem murum latum est duodeviginti pedes. Interior murus excelsus quidem, & latus plus XX. pedes, in quo ex continenti sunt plus ducentæ quinquaginta turres, in quas gradibus lapideis ascenditur usque ad summum: exterior murus dimidio minor, sed totidem turribus creber. Quod autem ad munitionem attinet, spatium inter fossam & murum exteriorem altius est jam dicto spatio. Regio vero exterior muris vicina nuda a tectis, partim plana, partim collina: sed ita plana, ut campi longe pateant, ex summisque muris longe quoquoversum panditur prospectus, nequo dubium quin munitissima Constantinopolis fieri queat*, &c. His addenda sunt quæ habet *D. des Hayes* in Itinerario p. 102.

Edit. Paris. pag. 41.

XI.

MURUS BLACHERNIANUS.

MOENIBUS Theodosianis neque Hebdomi, neque Blachernarum tractus intra urbem sed tum demum ab Heraclio Imperatore, inclusi sunt, qui ut hosce tractus a crebris Avarum, seu Hungarorum irruptionibus tutaretur, murum ultra Blachernarum ædem ædificavit. Chronicon Alexandrinum ad annum XVII. Heraclii: Τούτῳ τῷ ἔτει ἐκτίσθη τὸ τεῖχος πέριξ τῆς φοίκης τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς Θεοτόκου ἔξωθεν τοῦ καλουμένου Πτεροῦ· *Hoc anno murus exstructus est circa ædem Dominæ Deiparæ, extra locum Pterum nuncupatum.* Et infra: Τὸ ια'. ἔτος τῆς βασιλείας Ἡρακλείου, ἐκτίσθη τὸ τεῖχος ἔξωθεν Βλαχερνῶν, καὶ ἀπεκλείσθη ἔσωθεν ὁ ναὸς τῆς παναγίας Θεοτόκου, καὶ ἡ ἁγία σορὸς, φρούριον γὰρ ἦν ἔξωθεν· *Anno XV. Heraclii murus conditus est extra Blachernas ædesque sanctissimæ Deiparæ, una cum sancta capsa inclusa est; antea enim extra erat.* Nicephorus Constantinopolitanus in Heraclio: Τεῖχος εὐθὺς δομησάμενος, τὸν ἐκείνῃ ναὸν φρούριον κατέστησεν· *Muro confestim exstructo, templum ipsum eo firmavit.* Ex quibus explodenda videtur sententia Anonymi in Orat. in festum Restitutionis Imaginum p. 470. qui ex falsa Græcorum traditione Blachernas intra urbem a Theophilo Imperatore novo excitato muro inclusas refert, ne hostium incursibus paterent. Atque hic murus μονοτείχος τῶν Βλαχερνῶν dicitur Theophani anno III. Leontii, & anno II. Artemii, quod a Theodosiano quodammodo secerneretur, diversusque esset ab illo. Hunc Leo Armenius antemurali postmodum muniit, ut est apud Auctorem incertum post Theophanem p. 435. E. R. Ἤρξατο κτίζειν ἕτερον τεῖχος ἔξωθεν τείχους τῶν Βλαχερνῶν, καὶ ἓξ καὶ ἡ

τῳ σοῦδαν πλατείαν : *Murumque alium extra murum Blachernarum cœpit condere ; profundâ & ampla fossa excisa*. Muri Blachernarum crebra est apud scriptores mentio, uti ad Alexiadem observavimus. Blachernas vero ipsas pro mœnibus antea stetisse, satis indicat hisce verbis Procopius libr. I. de Ædif. cap. III. Πρὸ τοῦ περιβόλου, ἐν χώρῳ καλουμένῳ Βλαχίρναις. De Hebdomo agimus suo loco.

XII.

MURI MARITIMI.

QUÆ de muris a Theodosio, curante Anthemio Præfecto Prætorio, conditis, a Cyro postmodum instauratis, diximus, muros terrestres tantum spectant : nam maritimi anno demum XXXI. Theodosii, Christi CCCCXXXIX. Theodosio XVII. & Festo Coss. exstructi, vel instaurati sunt. Chronicon Alexandrinum : Ἐν τούτῳ τῷ ἔτει ἐκέλευσε Θεοδόσιος Αὔγουστος τὰ τείχη κύκλῳ γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ παραθαλασσίῳ Κωνσταντινουπόλεως. *Hoc anno curavit Theodosius Augustus muros circumcirca fieri Constantinopoli, qua mare spectat*. Hos postmodum neglectos renovavit Apsimarus Augustus, ut habent Codinus pag. 37. E. R. & Anonymus in Collect. Constantinopolis pag. 85. E. R. seu potius Artemius, qui haud multo post Apsimarum imperavit, ut auctor est Theophanes & ex eo Cedrenus : Καὶ τὰ παράλια δὲ ἀνεκαίνισε τείχη, ὡσαύτως καὶ τὰ χερσαῖα. Deinde Theophilus Imperator muros maritimos de novo instauravit, & in majorem eduxit altitudinem, ex quo ab illius nomine Anastasiani postmodum appellati sunt. Scylitzes : Καὶ τὴν τειχῶν τῆς πόλεως μεγίστῳ ἐπεδείξατο ἐπιμέλειαν, τὰ χθαμαλότερα καταρρίψαντος, καὶ ἀνυψώσας, καὶ ἄβατα ποιήσας τοῖς ἐχθροῖς, ἃ νῦν ἴσασι, καὶ ἐκείνου ἀφοσίωσιν ἐν γράμμασιν ἔχοντα. *Muros urbis summo studio refecit, humilioribus dejectis, & exstructis altioribus, qui ab hostibus conscendi non possent : qui etiamnum stant, nomine ejus inscripto*. Quæ quidem de muris maritimis capienda esse, præter Codinum docet Zonaras : Οὗτος ὁ βασιλεὺς καὶ τὰ παράλια τείχη τῆς πόλεως πεποιηκότα τότε, καὶ ἐν τῷ τὸ χρόνῳ παραῤῥηξάς, καὶ ἐκ τινῶν συμπτωμάτων ἑτέρων ἀνεκαίνισε μεγαλοφρεσύνως, ὡς ὕψος πλέον ἢ πρότερον ἦσαν ἀπάρας αὐτά. *Idem Imperator maritimos etiam muros, cum vetustate, tum ob alios casus ruinosos, magnifice instauravit, in majorem eductos altitudinem*. Casus vero, quos hic reticet Zonaras, qui Theophilo instaurandorum murorum occasionem præbuere, pluribus recenset Constantinus Manasses, ait quippe muros maritimos glacierum fragminibus mire labefactatos denuo instauraſſe, suumque nomen muris ipsis inscripsisse :

Edit. paris. pag. 42.

Τοῖς τείχεσιν ἐπέγραψε τῷ κλήσιν τὴν ἰδίαν.

Testatur Gyllius libr. I. cap. XIX. hodieque in multis murorum istorum partibus nomen Theophili inciſum, majusculisque literis inscriptum legi. Ex his inscriptionibus quæ ad muros maritimos, seu potius ad murorum turres leguntur, duas descripsit Jacobus Sponius in Itinerario, quarum prior ita concipitur : ΠΥΡΓΟC ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΕΝ ΧΡΙCΤΩ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟC. Altera sic : ΠΥΡΓΟC ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΚΑΙ ΜΙΧΑΗΛ ΠΙCΤΩΝ ΕΝ ΧΩ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ Verum errat Manasses, cum murorum cladem ex glacie obortam, ipso Theophilo imperante accidisse ait : cum indubie ea referri debeat ad annum XXIII. Copronymi, ut ex Theophane & Cedreno constat. Sub Basilio Macedone deinde fluctuum vi labefactatos maritimos muros, & ab eo instauratos, vel certe turrim horum murorum instauratam, testatur Inscriptio ab eodem Sponio allata : ΟΝ ΤΗC ΘΑΛΑCCΗC ΘΡΑCΜΟC ΜΑΚΡΩ ΚΑΤΔΟΝΙ ΠΟΛΛΩΙ ΚΙΑ ΣΦΟΔΡΩ ΡΕΡΝΤΜΕΝΗ (leg. ΡΗΓΝΤΜΕΝΟΝ) ΕΠΕCΕΙΝ (l. ΠΕCΕΙΝ) ΚΑΤΕΝΑΓΚΑCΕ ΠΥΡΓΟΝ ΕΚ ΒΑΘΡΩΝ ΒΑCΙΛΕΟC ΗΓΕΙΡΕ ΕΥCΕΒΗC ΑΝΑΞ. Maritimos muros in majorem altitudinem eduxisse Michaelem Palæologum Imperatorem auctor est Pachymeres lib. III. cap. IX. cum humiliores essent Τ Καὶ μᾶλλον τὰ πρὸς τῇ θαλάσσῃ, ἃ δὴ καὶ χθαμαλὰ ἦσαν εἰκότως, θαλασσοκρατοῦντος τότε τοῦ φιλοτίμου ἀνεγείραντος Κωνσταντίνου. *Et maxime eos muros attollere voluit, qui mare spectant, cum humiliores essent, Constantino Magno, qui eos condiderat, quod mari dominaretur, munire diligentius ea parte superfluum fuit*. Horum tamen longe ante hæc tempora, ut & turrium iis adjacentium altitudinem ita prædicat Guntherus in Histor. Constantinop. cap. XV. *Ex ea parte (qua ipsam urbem alluit Hellespontiacum mare) quoniam agger esse non potuit, propter frequentiam portus, quem habet turissimum ac celeberrimum, muri sunt alti admirandæ spissitudinis, & turres densæ eductæ ad tantam celsitudinem, ut quivis in culmen ipsarum aspectu dirigere perhorrescat*. Michaelem præterea muros maritimos duplicasse scribit idem Pachymeres lib. V. cap. X. Ἐδιδύμου τὸ τεῖχος τῆς πόλεως τὸ πρὸς θάλασσαν, τὸ γὰρ πρὸς τὴν γῆν διδίπλωτο πάντως. *Duplicavit & maritimos, cum terrestres duplices omnino essent*. At Gyllius lib. I. cap. XIX. simplices esse ait : *Muri maritimi*, inquit, *humiliores sunt terrestribus, simplices quidem, sed bene cassi & turriti. Ex parte Sinus absunt a littore plus minus quinquaginta passus ambulatorios. Ex parte faucium Bosporicarum & Propontidis, muri quidem non absunt a littore, sed siti sunt supra littoris crepidines, nisi ubi scalæ portuosæ sunt, ubi admittunt spatium inter scalas & murum*. Et lib. II. de Bosporo Thracio cap. II. ita de iisdem muris maritimis commentatur : *Mœnia urbis a Propontide usque ad mucronem promontorii Bosporii alluuntur extremis faucibus Bospori, nullo spatio a mœnibus & mari intermisso, nisi paulo antequam perveniatur ad Bosporium mucronem ducentorum passuum in longitudinem : ubi navale exiguum regiorum lemborum, quibus enavigare Rex solet in agros suburbanos, & machinæ bellicæ, inde a mucrone Promontorii Bosporii, unde incipit ora Sinus Ceratini claudens latus urbis conversum ad aquilonem usque ad finem urbis, mœnia non attingunt mare, sed spatium relinquunt*. Sed de his spatiis agemus infra ex Gyllio, ubi de Portis urbis. Ad maritimos porro muros spectat quod refert Codinus pag. 63. E. R. ingentia saxa extra ipsos conspici, quibus ita munitur littus, ut vis fluctuum horum objectu retundatur, murique ab ingruente maris atrocitate maneant illæsi.

Cujusmodi vero totus fuerit urbis murorum ambitus, varie habent scriptores : ac Adamannus quidem lib. III. de Locis sanctis cap. I. *Hæc itaque Imperatoria civitas non parvo murorum ambitu per duodecim millia passuum circumcincta, angulos juxta situm maris habens, per maritimam, ut Alexandria sive Carthago, constructos oram, & ad Tyri similitudinem crebris insuper turribus communitos muros*, &c. Albericus apud auctorem Magni Chronici Belgici : *Habebat illo tempore civitas Constantinopolis quatuor milliaria in longum, & tria circiter in latum*. Willelmus Malmesburiensis lib. IV. Hist. Angl. *Est enim civitas undique, præter ad Aquilonem, mari magno cincta, ambitu murorum juxta situm pelagi anguloſa, viginti* (al. *duodecim*) *millia passuum muro complexa*. Laconicus lib. VIII. Ἡ περίοδος τῆς πόλεως μεγίστη αὕτη τῶν ἐφ' ἡμῶν, καὶ ἐπὶ ἑκατὸν ἕνδεκα στάδιους γεωμέτρει. *Ambitus hujus urbis maximus est earum quæ apud nos sunt urbium; continet enim in circuitu centum & undecim stadia*. At Petrus Gyllius ambitum urbis non attingere tredecim milliaria tradit lib. I. c. IV. ubi formam

pag. 43.

formam etiam, latitudinem & longitudinem, qua nunc est Constantinopolis, ita describit: *Constantinopolis ex tribus partibus alluitur mari, ex Aquilone sinu Cornu nuncupato, quem in Europam insinuat Bosporus, ab Oriente cingitur Bospori extremis faucibus, a meridie Propontide, ab Occidente terra Thracia. Forma illius est triangula, cujus basis est pars vergens ad occasum, vertex autem pars pertinens ad ortum, id est ad initium peninsulæ, sed lateribus disparibus. Latus enim spectans ad occasum, ab angulo Sinus lunatam curvaturam admittit: deinde postquam longo spatio processit, ex Aquilone flectitur ad Meridiem. Latus vero vergens ad Meridiem admittit flexum ea latitudine, ut si ab angulo ad angulum linea recta extenderetur, sinum maris interciperet in medio largum plus minus duobus stadiis: latus vero pertinens ad Septentriones, & sinum Cornu nuncupatum, si ab angulo uno ad alterum angulum linea duceretur, totum sinum Cornu, & partem urbis Galatæ interciperet. Sic enim curvatur latus, ut ejus duo extrema cornua arcum efficiant, duos arculos in medio flexu habentem, sed sic introrsus recedentes, ut duo extrema cornua arcus se includentis, non impediant quo minus quis ex alterutro cornu cernens videat utrumque cornu: magis igitur proprie Constantinopolis tricornis, quam triangula.* Et mox: *Nos tamen, ut omnes existimant, triquetram dicere possumus, tribus grandibus angulis constantem, quorum unum spectans Propontidem, alterum pertinens ad continentem Thraciam, eadem sunt longitudine: tertium sinui adjacens brevius est uno circiter miliari. Ambitus urbis non attingit tredecim miliaria, quamvis Laonicus tradat Constantinopolim complecti centum & undecim stadia. Ejus longitudo discurrens per dorsum Promontorii sex colles efficientis non longior est triginta stadiis. Ejus latitudo varia ab Oriente ad mediam fere urbem nusquam strictior miliario, neque latior duodecim stadiis: deinde sensim dilatatur in duo cornua, ubi tam larga est, quam tota fere urbs longa.*

XIII.

TURRES.

I. VARIIS & crebris subinde Turribus muri urbis, tum terrestres, tum maritimi, instructi erant, quæ propter numerum, ac robur, miramque altitudinem, maxime celebrantur a scriptoribus. Balduinus Imp. in epistola de Expugnatione Constantinopolis: *Cumque murus miræ latitudinis in altum valde consurgens turres haberet amplissimas, pedibus circiter quinquagenis paulo minusve distantes*, &c. Guntherus in Historia Constantinopolitana cap. xv. *Turres habens per circuitum sui excelsas & fortes, adeo sibi invicem propinquas, ut puer septennis de una turri ad alteram pomum valeat jaculari.* Infra, de muris maritimis: *Ex ea parte, quoniam agger esse non potuit propter frequentiam portus quem habet tutissimum ac celeberrimum, muri sunt alti admirandæ spissitudinis, & turres densæ, eductæ ad tantam celsitudinem, ut quivis in culmen ipsarum aspectum dirigere perhorrescat.* Et Villharduinus num. LXVI. *Cum ils virent ces halz murs, & ces riches tours, dont ele est closes tot entor a la reonde*, &c. denique Cinnamus lib. II. num. XIV. de Conrado Imp. Ἐντεῦθεν τῷ περιβόλῳ προσέσχε τοῦ ἄστεως, τούς τε σὺν πύργοις ἐς ὕψος ἱκανῶς ἀνατρέχοντας κατανοήσας, καὶ τάφρα μέγα τι χῆμα βαθείας κύκλῳ περιδεδυκυίας ἰδών, ἐν θαύματι μεγάλῳ ἐγίνετο. *Inde ille progressus ad contemplandum urbis ambitum, visis turribus in idoneam altitudinem exurgentibus, & lustratis quæ immensa profunditate mœnia circumdabant fossis, summa admiratione percellitur.* Præ cæteris vero turrium, quibus urbis mœnia instructa sunt, numerum sic exaravit Bondelmontius in Descriptione Constantinopoleos: *Remanet ergo triangulata, & decem octo est in circuitu milliarium: primo igitur de angulo S. Demetrii usque ad angulum Ulachernæ sex milliaria, quo in spatio centum & decem eriguntur turres. Hinc igitur usque ad Criseam portam quinque milliaria cum muro & antemurali munitissmo, & vallo aquarum surgentium, & turres in muro altiori nonaginta sex. Dehinc usque iterum S. Demetrium milliaria septem, & turres centum octuaginta octo.* Turrium terrestris muri mentio est apud Marcellinum Comitem sub Cos. Ardaburii & Calepii, anno Christi CCCCXLVII. Evagrium lib. I. cap. XVII. Theophanem anno I. Artemii, Manuelem Chrysoloram p. 117. & in L. LI. Cod. Th. de Operib. publ. L. XIII. eod. Cod. de Metatis, præterea apud Gyllium lib. I. cap. LIX. Aliquot ex istis turribus recensentur a scriptoribus, maxime

II. TURRIS ANEMÆ nuncupata, quæ ex iis fuit, quæ juxta Blachernarum Palatium muris urbis adjacent. Anna Comnena lib. XII. E. R. Τὸν Γρηγόριον αὖθις ἡ τοῦ Ἀνεμᾶ εἶχεν εἰρκτή· πύργος δ' ἦν οὗτος τις τῶν ἀγχοῦ τῶν ἐν Βλαχίρναις ἀνακτόρων ὑψαυχενίων τειχῶν τῆς πόλεως, ὁ τοῦ Ἀνεμᾶ καλούμενος. Et Phranzes lib. I. cap. XVI. *Luminibus privatum turribus juxta Blachernas, quæ Adamanides* (leg. *Anemades*) *dicuntur includit.* Leunclavius in Pand. Turc. num. CCVI. ait Zygomalam dixisse turres Anemæ esse illas quinque turres, quæ Pentapyrgii nomen habuere. Pentapyrgium vero, etsi Magnauram olim appellatum videatur indicare Cedrenus pag. 513. E. R. incertum tamen an non quidpiam aliud fuerit ædificium, Acropolis nempe, quæ ad caput Sinus Ceratini mœnibus urbis objacet. Ita porro nuncupata turris Anemæ, quod Michael Anema, qui una cum fratribus in Alexium Comnenum conspiraverat, in illam vice carceris trusus, plures annos ibi exegisset. Anna Comnena loco laudato: Τῷ ἐπωνυμίαν ταύτην κληρωσάμενος, ὑφ' ᾧ τὸ φρούριον τὸν Ἀνεμᾶν σιδηρίδετον δέξασθαι ἔτι τολμᾷ ἐν αὐτῷ χρονοτριβήσαντα χρόνον. Genus porro ducebant Anemæ isti ab Anema Curupæ Cretensis Ameræ filio, qui sub Joanne Zimisce, cujus fuit ἐπὶ τῆς σωματοφυλάκων, contra Rossos fortiter dimicans vitam amisit, cujus virtutem bellicam mire prædicat Scylitzes p. 678. 681. E. R. Exinde viros primates in hac turri vice carceris sæpe inclusos legimus, apud Nicetam in Andronico lib. II. num. II. Pachymerem lib. V. cap. XIII. Cantacuzenum lib. II. cap. IV. Ducam cap. XII. & Phranzem loco laudato. Memoratur etiam. *Edit. Paris. pag. 44.*

III. TURRIS EUGENII, apud Codinum p. 12. E. R. qui illam haud procul ab Acropoli ad Sinum Ceratinum statuit.

XVI.

ACROPOLES.

I. CONSTANTINOPOLIM non modo mœnibus, sed etiam arcibus & munitionibus firmatam constat, præsertim ad tres urbis angulos: quas inter præcipuum locum obtinuit ACROPOLIS, quæ etiam ante instauratam a Constantino urbem stetit, ut ex veteribus scriptoribus docemur. Xenophon lib. VII. de Exped. Cyri, ἄκραν vocat: Ὁ δὲ Ἐτεόνικος εἰς τὴν ἄκραν ἀποφεύγει, *Eteonicus vero in Acropolim fugit.* Ἐν Ἀκροπόλει extitisse τὰ Βύζαντος παλάτια auctor est Codinus. Tradit vero Chronicon Alexandrinum, Severum Imperatorem excitasse ἐν τῇ ἀκροπόλει τῆς Βύζης πόλεως ναὸν, ἤτοι ἱερὸν Ἀπόλλωνος, *in Acropoli Byzantina templum Apollini sacrum.* Nec scio an per πολίχνιον Acropolim intelligat Eustathius in Dionysii Perieg. dum ait Athenienses thesauros suos

Byzantii recondidisse, propter oppiduli munitionem: ἐν δὲ τῷ Θρακικῷ Βυζαντίῳ ἱστορεῖται φυλάσσεσθαί ποτε ὃ πλεῖστον τοῖς Ἀθηναίοις δηλῶν τὴν ὀχυρότητα τοῦ πολίχνιου, an vero oppidum ipsum, quod munitissimum fuisse ex scriptoribus constat. Sed eodem-ne quo postmodum loco sub Imperatoribus Christianis steterit, etsi id vero simile sit, non tamen omnino planum est. Tradit Nicetas Paphlago in Orat. encomiastica in sanctum Andream pag. 342. in Acropoli Byzantina eundem Apostolum Byzantium profectum, ναὸν ὡραῖον μὲν τὴν κατασκευὴν, ἀναλογοῦντα δὲ τὸ μέγεθος τῇ τῆς ἐν ἀρχῇ τότε πιστευκότων ὀλιγότητι, *ædem structura elegantem, ea vero qua par erat magnitudine, habita fidelium paucitatis ratione*, Deiparæ excitasse, eique sanctum Stachyn præfecisse primum Byzantii Episcopum. Stetit autem Acropolis Constantinopolitana in prima urbis regione, in primo colle, ad Orientem, e regione Scutarii, seu Damalici Promontorii, in extremo urbis angulo, quem S. Demetrii vocabant nuperi Græci, a templo S. Demetrii ibidem ædificato; unde μεγαδημήτριον ἀκρόπολιν vocat Ducas cap. xxxviii. & xxxix. ubi Bosporus impetu maximo ad ipsam crepidinem collis, in quo Eskisaraium, seu novum Sarajum hodie positum est, in Propontidem irruit. Hæc ferme Leunclavius in Pand. Turc. cap. cxxxix. Sed & Acropolim statuit Claudianus lib. i. in Rufinum,

——— *Celsa qua Bosphorus arce*
Splendet, & Othryssis Asiam discrimnat oris.

Arcem etiam seu Acropolim Byzantinam expressit Ausonius in Professorib. carm. xvii.

Byzanti inde arcem, Thressæque Propontidis urbem
Constantinopolim fama tui pepulit.

Ad orientalem urbis partem Nicephorus Gregoras lib. viii. pag. 211. ad ipsum maris littus Nicephorus Constantinopolitanus, Theophanes & alii, hanc statuunt, ubi tradunt Copronymo imperante ad Acropolis muros ita illisa glaciei fragmina, ut qui intus erant agitatione illa quaterentur. Scribit Laonicus lib. vii. Constantinum ultimum Imperatorem, ut Turcos a portu ingressu arceret, Catenam ab Acropoli ad Castellum Galaticum obtendisse. Acropolis Constantinopolitanæ meminere præterea Anna Comnena lib. ii. p. 66. E. R. Zonaras in Nicephoro Phoca pag. 161. E. R. Codinus pag. 12. E. R. & alii: præterea Theostrictus in S. Nicetam num. xxxvi. καταλαβὼν εἰς ἀκρόπολιν, καὶ ἐπιβὰς εἰς ἁρμάτιον, διεπέρασεν, &c. Ab Acropoli ad Ædem Sophianam Imperatores quandoque suos egisse triumphos testatur Cinnamus lib. v. num. vi. lib. vi. num. 1. Stabat etiamnum Andronico Seniore imperante versus Acropolim Columna, in qua Byzantis urbis conditoris statuam stetisse fama erat. Nicephorus Gregoras lib. viii. pag. 211. E. R. Ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν ἐκείνην ἀκρόπολιν ἑστάμενος κίων, ἐν ᾧ λόγος τὸν τοῦ Βύζαντος πάλαι καθῆναι τοῦ κτίσαντος Βυζάντιον ἀνδριάντα, πρὸ πολλῶν καὶ αὐτὸς ἤρξατο σείεσθαι ἡμερῶν. *Præterea Columna quæ ad orientalem Acropolim stat, in qua Byzantis Byzantii conditoris statuam olim fuisse fama est, ante multos dies & ipsa commoveri cœpit.* Sed an fuerit celebris illa statua, quam Byzanti posuit Calliades Byzantinus dux, haud constat; præsertim cum in Basilica collocatam videatur innuere Hesychius Milesius: Ἐπὶ δὲ τούτῳ Καλλιάδης στρατηγὸς τοῦ Βυζαντίου, ἀρίστα τε φρὸς τοὺς ἐθνικοὺς καὶ ἐμφυλίους πολέμους ἀγωνισάμενος, τὸ περιβόητον τοῦ Βύζαντος ἄγαλμα καὶ τὸν καλούμενον Βασιλικὸν ἀνέθηκε, καὶ ἐπέγραψεν οὕτως.

Τὸν κράτερον Βύζαντα, καὶ ἔμπτολιν Φιδάλειαν
Εἵν' ἵνι κοσμήσας ἄνθετο Καλλιάδης.

Ad hæc Calliades Byzantii dux, bellis domi forisque gestis inclytus, celebrem illam & admirandam Byzantis statuam in Basilica cum hac inscriptione posuit:

Fortem Byzantem, & amabilem Phidaliam
Simul exornans posuit Calliades.

Extitere etiam complures aliæ extra urbem Byzantis statuæ. Chronicon Constantinopolitanum: Ἐξωθεν δὲ τῆς πόλεως Βύζαντος τύλαι πολλαὶ ὑπῆρχον.

II. Extitit præterea castellum aliud ad civitatis angulum qui Propontidem spectat, quod CYCLOBIUM vocabant. Illius meminit Theophanes pag. 294. 331. & 378. E. R. & ex eo Cedrenus p. 437. E. R. Paulus Diac. lib. xix. & xxi. & Anastasius in Hist. Eccl. Statuitur eo loci, ubi sequiore Græcia *Heptapyrgium* extitit. Id autem nominis inditum, quod revera in orbicularem formam exstructum esset, proindeque idem est quod στρογγύλον καστέλλιον eidem Theophani p. 378. E. R. & Cedreno p. 468. E. R. & στρογγυλοῦ καστέλλου in Chronico Alexandrino appellatur, καστέλλιον nude, ni fallor, Leoni Grammatico in Constantino p. 498. E. R. Situs illius præsertim describitur a Procopio lib. iv. de Ædif. Justin. cap. viii. qui illud stetisse versus portam, qua Rhegium itur, refert: Φρούριόν ἐστιν ἐν τῷ ἀρκτείῳ τῆς πόλεως, ὅπερ Στρογγύλον ὁμωνύμως τῇ τοῦ ἐρύματος σωθείσῃ καλοῦσιν, ἐντεῦθεν ἡ ἐς τὸ Ῥήγιον ὁδὸς ἄγουσα ἐκ τοῦ ἐπιπλέον ἀνώμαλος οὖσα, &c. Ubi subdit ab hoc castello viam militarem Regium ducentem grandioribus lapidibus stravisse Justinianum, cum antea pene inæqualis & invia esset ob pluvias, & paludes adjacentes. Meminit præterea Cyclobii, tacito licet nomine, lib. i. de Ædif. cap. iii. ubi τὸ τοῦ ἐρύματος πέρας appellatur: ut & Scylitzes, cui καστέλλιον nude dicitur. Neque alibi Castellum Rotundum statuit Guillelmus Biblioth. in Hadriano II. ubi adventum Legatorum Apostolicæ Sedis in Urbem Regiam describit, quos ad Castrum Rotundum exceptos fuisse, indeque in Urbem per Portam Auream introductos insinuat: *Ad Castrum autem Rotundum, in quo est Ecclesia miræ magnitudinis sancti Evangelistæ Johannis nomini dicata, favore augustali Sabbato mansionem faciunt: & Dominica, quæ* xv. *Septembris erat Ind.* iii. *singulos equos cum sellis aureis devotione Imperatoria capientes, obviati omnibus scholis, — ad Portam auream veniunt.* Ita apud Anastasium in Hormisda PP. *Justinus Imp. & Vitalianus Consul simul occurrerunt* eidem Pontifici, *ad Castellum Rotundum, quod ducit ad civitatem.* Castellum istud paulo ante Francorum adventum reædificarant Byzantii, circa tempora Isaacii Angeli: quippe Nicetas in Murzuphlo ait Francos, cum Auream portam impetiissent, τὸ τοίδμητον ἐκεῖσε ἐπιτείχισμα evertisse. Postmodum arcem eandem vetustate pene collapsam restituit, & firmissimis mœnibus ac propugnaculis instruxit Joannes Cantacuzenus, postquam purpuram induisset, adeo ut inexpugnabilem reddiderit: rem ipse pluribus narrat lib. iv. cap. xl. & xli. Sed non multo post Joannes Palæologus Imperator, Cantacuzeni gener, socero in ordinem acto, & ad Monachos amandato, propugnacula & munitiones omnes penitus evertit, ἃ μετὰ μικρὸν κατέσπασε πᾶσαν τὴν ἐπίσκοπον, πανταπασι τὸ φρουρεῖν καταλιπών. Postea Urbi imminenti & obsidionem minitante Bajazethe Turcorum Sultano, Auream Portam novis propugnaculis & binis turribus ex aliquot ædium sacrarum demolitione confectis munivit, & partem civitatis ab Aurea Porta ad littus maris Meridiei subjacens mœnibus cinxit. Sed vix ultimam manum operi impposuerat, cum ejusdem Sultani minis, ne dicam jussu, ea propugnacula diruit, uti pluribus refert Ducas cap. xiii. Capta demum Constantinopoli, arcem quo loco steterat ad Portam auream reædificavit Muchemetes, & turribus variis atque turribus munivit, Palatioque ornavit, quod prodit idem Ducas cap. xlv. ad an. mccccliii. & Laonicus lib. x. qui lib. ii. ἀκρόπολιν τῆς χρυσῆς appellatam præterea auctor est. Constat illa septem turribus, unde *Heptapyrgium* Græci vo-

sant : describitur vero a Leunclavio in Pand. Turc. num. CXXXIX. & in Itinerario D. *des Hayes* p. 115. Τετυργίας Portæ Edessæ meminit Procopius lib. II. de Bello Persico cap. XXVII. quod tribus, ut par est credere, munita esset turribus. Fallitur porro Gyllius lib. II. de Bosp. Thrac. cap. II. cum existimat idem esse *Cyclobium* cum *Cycla* Dionysii Byzantii : nam Cycla ab eodem ad Sinum Ceratinum statuitur.

Edit. Paris. pag. 46.

III. CASTELLUM THEODOSIANARUM, τῶν Θεοδοσιανῶν, in Hebdomo, habet Theophanes anno VII. Phocæ; ubi ait Phocam præcepisse Macrobium Scribonem τοξευθῆναι εἰς τὴν ἀγραυλίαν, καὶ εἰς τὸ κατέλιπε τῶν Θεοδοσιανῶν ἐν τῷ Ἑβδόμῳ κρεμασθέντα εἰς τὸ κοντάριον εἰς ὃ γυμνάζονται οἱ τύρωνες, ἀποθανεῖν, εἰς σωγκώσαντα τὴν ἐπιβουλὴν αὐτοῦ. *sagittis confodi in cymba, & in Theodosianarum castello in Hebdomo suspendi ad contum seu hastam ad quam exercentur tyrones, & mortem loppetere, tanquam initæ in se conjurationis conscium.* Ubi Goarus pro εἰς τὴν ἀγραυλίαν, legit, vel certe vertit, εἰς τὴν ἀγοράν. At ἀγραύλιον navicula fuit, uti ad Alexiadem docuimus, etsi non omnino affirmem ad hunc locum spectare. Anastasius & Paulus Diaconus lib. XVII. ut solent, quæ non intelligunt omittentes, sic hunc locum reddunt : *Tum Phocas Macrobium Scribonium jussit sagittari apud Septimium, pendentem in lancea in qua exercebantur tyrones*, &c. Videtur porro castellum istud fuisse, quod Codinus a Tiberio Mauricii socero ædificatum ait, ut classem suam a Bulgaris tutaretur, & ne illa ab iis comburetur : Ἐκεῖσε γὰρ τὰ πλοῖα ἤγαγε, καταλλώσας καὶ ὀχυρώσας αὐτὰ ἰκεῖσε. *Ibi enim naves suas subduxit, & locum castella munivit.*

IV. CASTELLUM aliud extitit ad BLACHERNAS, de quo pluribus agimus ubi de *Palatio Blachernarum*.

V. CASTRUM PETRII, memorat Codex Barbarogræcus Nicetæ in Alexio lib. III. num. X. nam ubi editus præfert κατέναντι τῶν Πετρείων, Barbarogræcus habet τοῦ κάστρου τῶν Πετρείων λεγομένων. Vide quæ de Petrio adnotavimus ad Alexiadem p. 249. E.R.

VI. CASTRUM, seu ΦΟΤΡΙΟΝ, ad maritimam Fori partem excitatum, versus Sinum Ceratinum, a Michaele Palæologo post receptam urbem, dirutum tradit Pachymeres lib. II. cap. XXXV. Ἐκέλευε μὲν αὐτίκα τὸ τ' ἐντὸς ἀνοικοδομηθὲν φρούριον πρὸς τῷ καλάσσαν μέρη τῆς ἀγορᾶς φρούριον, τὸ τ' ἐκτὸς πρὸς τὸ τοῦ Γαλατᾶ ἀμφότερα καθιρεθῆναι. *Dirui confestim jussit & munitionem quæ intra urbem ad maritimam fori partem, tum etiam illius quæ ad Galatam excitata erat.* Ubi forte castrum illud videtur idem cum Castro Petrii.

VII. CASTELLUM denique FRANCORUM, κάστελλιον Φραντζεζίδων, Ducas memorat cap. XL. quod capta Constantinopoli a Turcis demum in eorum potestatem venit. Sed an ita nuncupatum ab olim, an vero ita appelletur quod Franci illud tunc tuerentur, mihi omnino non liquet : nisi forte *Cosmidium*, seu Monasterium SS. Cosmæ & Damiani, quod *vulgari appellatione castellum Boemundi* appellabant nostri, ut habent Willelmus Tyrius lib. II. cap. VIII. Villharduinus n. LXXXVI. & Epistola Comitis San-Paulani de Urbis expugnatione; quod Boemundo, postmodum Principi Antiocheno, Constantinopolim cum Crucesignatis accedenti, monasterium istud in domicilium assignatum fuerit ab Alexio Comneno Imperatore; quod etiam tradit Anna Comnena lib. X. Alexiadis. Tyrii verba sunt : *Ubi habito conflictu inter Ecclesiam sanctorum Martyrum Cosmæ & Damiani, quæ vulgari appellatione appellatur Castellum Boemundi, & Novum Palatium, quod dicitur Blachernæ*, &c. Castelli autem nomine donarunt Cosmidium, tum quod in colle editiori situm esset, ὥσπερ ἐν ἀκρο-

A τόλει, ut ait Procopius; tum quod revera munimentis firmatum esset; unde & Φρούριον dicitur Bryennio lib. III. num. XI. ita ut deinceps obtinuerit, ut non modo Boemundi, sed & *Francorum* diceretur. Atque inde forte *Castellum* etiam *Caroli* nuncupatur a Fulcone lib. III. Gestorum viæ Hieros. quod is apud nostros invaluisset error, Carolum Magnum & Constantinopolim adiisse, & in eo habitasse castello : cujus quidem Caroli expeditionis, fabulosæ licet, meminere Robertus Monachus lib. I. Hist. Hieros. Sanutus lib. III. part. III. cap. VI. & aliquot alii. Ita porro Fulco, ubi de Boemundo :

Perveniens igitur citra quam diximus urbem Castellum Caroli, quod dicitur, in stationem Deligit.

B

XIV.

PORTÆ AD SINUM CERATINUM

PORTIS compluribus cum maritimis tum terrestribus in Urbem patebat aditus, quarum nomina & situs recensent passim scriptores; de quibus agemus, ac primum de iis quæ erant ad Sinum Ceratinum.

C I. PORTA EUGENII appellata, prima ex iis, ad ædem S. Pauli statuitur a Nicephoro Gregora lib. VII. pag. 192. E.R. qui illius præterea meminit lib. V. pag. 119. E.R. Ἐστι ὁ περὶ τὰς πύλας τοῦ Εὐγενίου πλησίον τοῦ μεγάλου Παύλου. ad Fretum Sycenum juxta Acropolim a Cantacuzeno lib. IV. capp. XI. XXIX. XXXI. ut & a Codino de Offic. cap. XXII. num. IV. Descriptum legitur Epigramma in Anthologia lib. IV. cap. XXVIII. cum hoc lemmate, Εἰς τὴν Εὐγενίου πύλην ἐν Βυζαντίῳ, quod portæ ipsi adscriptum fuisse vero simile est :

Οὗτος Ἰουλιανὸς λαοσσόα τείχεα πύξας,
Στῆσε τρόπαιον, ἧς σύμβολον ἀγρυπνίης, *pag. 47.*
Σφάζων ἀντιβίους ἐχθροὺς ἀπανευθε μενοινῶν,
Ἣ φρουρὰ ροιδὶ κρατεῖν τῆς πόλεως πολέμους.

Ex quo quidem Epigrammate colligitur a Juliano ædificatam fuisse, vel instauratam hanc portam : tametsi quis ille fuerit, & an Parabata, non liquet; ut & a quo Eugenio primitus dicta, tyranno ne, quem debellavit Theodosius Magnus, an vero ab Eugenio, quem unum e duodecim Romanis Senatoribus, qui cum Constantino Magno Constantinopolim migrarunt, fuisse ait Glycas. Ut ut sit, constat vicinum portæ Eugenii tractum, D seu ab ipsa porta, seu ab Eugenii domo quæ ibi steterat, τὸ Εὐγενίου dictum, quem ad Acropolim statuit Codinus p. II. E.R. cujus etiam mentio est in Anthologio Arcudii ad XXII. Februarii. Ad hanc portam stetit præterea Turris, quæ Eugenii pariter dicta fuit, de qua Gyllius lib. I. cap. II.

II. PORTA NEORII, πύλη τοῦ Νεωρίου, Pachymeri lib. V. cap. X. a *Neorio*, seu Navali adjacente nomen habuit, primaque est supra Sinum Ceratinum secundum radices Promontorii ubi stetit Acropolis. Ὡραία Græcis recentioribus corrupte, pro Νεωρία, dicitur, atque inprimis Ducæ cap. XXXVIII. scribenti, dum urbs a Turcis obsideretur, protensam ab hac porta ad Galatam Catenam quæ portum occludebat : Ὁ δὲ λιμὴν τῆς πόλεως ἦν κεκλεισμένος σιδηρᾷ ἁλύσει ἀπὸ τοῦ μέρους τῆς πύλης τῆς πόλεως, τῆς καλουμένης Ὡραίας, εἰς τὸ τοῦ Γαλατᾶ μέρος. E Meminit rursum cap. XXXIX. ut & Phranzes lib. III. cap. II. ubi Interpretes Ὡραίαν πύλην, *Portam pulchram*, aut *speciosam* verterunt. At Gyllius lib. III. cap. I. & Leunclavius in Pand. Turc. cap. CC. corrupte pro Νεωρίου appellatam contendunt, licet *Oræjam*, seu *Horæam*, interdum *Heuræam*, hanc hodieque Græci vocent, illud a pulchritudine factum nomen, hoc ab ædificiis Hebræorum, seu Judæorum huic portæ proximis factum existiman-

tes : unde Turci appellant *Siphont*, id est Judæorum eam accolentium spatium latum, velut forum maritimum. Neque alia videtur a Porta, quæ *Judæa* nuncupatur in Ichnographia Constantinopolitana Bondelmontiana, primaque recensetur a Gyllio & Leunclavio secundum radices Promontorii arcis Sultaninæ. Pro hac porta, inquit Gyllius lib. II. de Bosp. Thrac. cap. II. spatium jacet vacuum ad exonerandas naves accommodatum : patet CCXI. passus in longitudinem : in latitudinem vero ante portam C. passuum, paulo ultra portam in L. stringitur, unde trajectus est ad Chrysopolim & Chalcedonem.

III. PORTA PISCARIA, in Ichnographia Constantinopolitana Bondelmontiana, dicta a Foro Piscario, Græcis recentioribus ; *Pazario* & *Pazariforo*, seu Ψαροπολείῳ nuncupato : nam Ψαρία pisces appellant. Turcis *Baluchazar* dicitur. Ab hac porta ascenditur ad magnum forum, quod Turci *Besestem* nominant : a qua quidem, ora maris frequens suburbanis in longitudinem CCCCL. passuum continuatur ad Portam Fructuariam.

IV. PORTA CARABIORUM, τῆς Καραβιῶν, id est navium, Græcis recentioribus dicitur, quam Turci *Gemiscle*, ut auctor est Leunclavius, seu *Gemicapi* nominant, id est Portam fructuum. Ad hanc enim adpellunt naves onustæ omnis generis fructuum : unde *Gemiscle*, quasi *Gemisi schele*, id est Scalam fructuum dictam putat idem Leunclavius. Ab hac porta ad Portam Lignariam intercedunt ducenti passus juxta littus, pleni ædificiis & variis tabernis, aliis obsoniorum, fructuum, aliis aliarum rerum. Inter ædificia & murum excurrit via lata, silicibus strata : & juxta muri crepidines constituta sunt aquæ castella, quorum alia perenni fistula aquam largiuntur, alia operculis ad tempus referantur.

V. PORTA LIGNARIA, Turcis *Onton capisi*, vel *Onton schele*, quorum illud denotat lignorum portam, hoc lignorum scalam, Græcis recentioribus ξύλων πόρτα, vel Ξυλοπόρτα composite, dicitur, quod huc navigia lignis onusta soleant adpellere, & in ampla area ante hanc portam ea venalia exponantur. Ab hac porta in longitudinem CCC. passuum prostant domus perpetuæ, exceptis viis intercurrentibus, aliæ ubi ligna materiaria venduntur, aliæ ubi capsæ fiunt. Deinde succedit spatium CCC passuum ab ædificiis vacuum, solam viam silicibus stratam, & Escharidas a Græcis dictas, in quas subducuntur navigia, & palos defixos, ad quos illa alligantur, continens, aquasque salientes extra muros ex aquæductibus urbis claras & liquidas, partim potabiles, partim resilientes in euripos marmoreos, ad pannos lavandos.

VI. PORTA FARINARIA, brevi inde spatio succedit, Turcis *Umcapi*, seu *Unkabavi*, vocata, quod ibi frumenta & farinæ vendantur. Est etiam, inquit Gyllius, ædificium magnum, plenum saccis farinæ quadratis, laneis. Juxta, naves stant frumentariæ permultæ, & scaphæ plurimæ, trajicientes in ulteriora suburbana. Ultra hanc portam in longitudinem CCCC. passuum ora Sinus procedit, occupata aut ædificiis, aut acervis coctorum laterum venalium, inde domus piscatorum usque ad portam Blacherneam tenent oram Sinus patentem in longitudinem MMMCCCCLX. passumm, quorum primi DCCCVIII. finiuntur porta Jubalica nuncupata.

Edit. Paris. pag. 48.

VII. PORTA VITRIARIA, *Tzubali Capisi* Turcis, Gyllio *Jubalica* nuncupata ab officinis ibi stantibus, in quibus vitrum conficitur, contra quam est medius flexus navalis regii siti in contrario littore. Ab hac manu portam Hagiam, CCCLX. intercedunt passus.

VIII. PORTA HAGIA, Turcis voce hybride *Hagia Capisi*, id est porta sancta, nomen sumpsit a Templo S. Theodosiæ e regione trans Sinum, a quo qui navigant, ad hanc portam adpellunt. Quam quidem appellationem eidem tribuit Phranzes lib. III. cap. II. ad hac porta ad portam Phanarii intercedunt DC. passus.

IX. PORTA PHANARII, a loco vicino sic dicta. Phanarium, inquit Gyllius, est pars urbis oræ maritimæ, quam murus urbis claudit. Duas portas habet, in quas eminent clivi quinti Collis, quibus finitur flexus sinus primus inchoatus a Promontorio Bosporio, & incipit secundus flexus finitus radicibus sexti Collis. Quidquid est muri inter portas Phanarias, caret turribus ; sed est duplex murus, alter in littore, alter in clivo Collis quinti : uterque cingit locum nominatum Phanarium. A porta Phanarii, cujus e regione finis est Navalis Regii, intercedunt DCCC. passus usque ad portam Palatinam, contra quam in ulteriore littore est finis vireti regii, & initium frequentis vici, quem *Hagian Parasceven* Græci vocant.

X. PORTA DIPLOPHANARION dicta, altera est e duabus portis quibus clauditur ea pars oræ maritimæ.

XI. PORTA, quæ ΒΑΣΙΛΙΚΗ dicitur, seu REGIA, vel IMPERATORIA, non semel memoratur a recentioribus scriptoribus. Pachymeres lib. XII. cap. XV. Κἀκεῖνος μὲν ἀπάρας τῆς πρὸς τὰς Βλαχέρνας ὅρμων, ἐπὶ τῆς πύλης Βασιλικῆς ἐπιπλεύσας, (sic in MS. Regio) *Is vero a portu qui est circa Blachernas solvens, ad Portam Regiam adnavigavit*. Et Ducas cap. XXXVIII. Οἱ δὲ Βενετικοὶ ἐν τῇ Βασιλικῇ πύλῃ μέχρι τοῦ Κωπηγοῦ σὺν Ρωμαίοις ἅμα τοῖς Τούρκοις ἐμάχοντο. *Veneti quoque a Porta Basilica, ad Portam Cynegii, una cum Romanis adversus Turcos præliabantur*. Et cap. XXXIX. meminit rursum Βασιλικῆς πύλης, quam vicinam fuisse ait isti mœnium ad sinum parti, quam in ultima urbis obsidione tutandam acceperat Lucas Notaras Magnus Dux : quam Phranzes lib. III. cap. II. fuisse ait *Regionem Petrii usque ad Portam Hagiam*, seu *Sanctam* : ita ut conjectari liceat Portam *Regiam* haud procul abfuisse a *Sancta*. Scribit denique idem Phranzes turrim in medio fluctu, qui Portus aditum tuetur, fuisse ante portam Regiam : *Gabrieli Trevisano Venetarum triremium præfecto, cum aliis quinquaginta, ad custodiam definita turris in medio fluctu, qui aditum portus tuetur, & est ante Portam Regiam.* De hac turri non memini legisse, nisi illa sit, ad quam forte extendebatur Catena a Galatæ Castello, ubi Fretum contrahitur, ita ut intimam Sinus partem servaverit : nam & hoc loco Portam *la Cheina* dictam observare est in Ichnographia Constantinopoleos Bondelmontiana, in Castello scilicet Galatino, uti tradit Gyllius. Ex quibus una e maritimis ad Fretum sitis fuisse colligitur : sed unde sic nuncupata, ex allatis non omnino patet. Videtur tamen illa esse quam *Palatinam* vocat Gyllius, & inter portam Phanariam & Blachernas statuit, ita ut a Palatio Blacherneo vicino appellationem obtinuisse conjicere liceat : at Leunclavius portæ Palatinæ non meminit.

XII. PORTA CYNEGII, a vicino Cynegio, seu Amphiteatro, ut quidam putant, dicta, versus Blachernas extitit. Leunclavius in Pand. Turc. cap. CC. *Decima vulgo Græcis porta* Κωπηγοῦ, *sive Kynigi, sed rectius porta* Κωνηγία, *vocatur* : & Κωνήγιον *in Basilicis suis Græci, verterunt eum locum urbis, qui Romanis temporibus Arena dicebatur, ubi videlicet homines cum feris, vel inter se feræ committebantur. Kynigion ad Ulachernas refertur, locus scilicet depressus & concavus, ubi Patriarchion erat tempore peregrinationis meæ anno* MDLXXXVII. De situ portæ istius consentit Gyllius lib. IV. cap. IV. *In planitie littorali posita ad radices sexti Collis vergentis ad ortum Solstitii æstivi, est Porta Pa-*

latina, sive Cynegium appellata, ubi plotani extra portam. Sed errat Gyllius, cum existimat ita appellatam a Cynegio, cujus mentio est passim apud scriptores Byzantinos, quod in tertia regione extitisse ostendimus suo loco. Sed an Cynegium, a quo hæc porta nomenclaturam accepit, illud sit, quod a Maximino ædificatum fuisse, operi insistente Aristide, & in quod projecta eorum qui violenta morte peribant corpora, narrant Svidas & Codinus, (ut & Chronicon Alexandrinum p. 784. E.R.) minime constat; etsi Cynegium, quod in tertia regione extitit, a Severo conditum dicatur. Cynegii, seu Portæ Cynegii meminit præterea Ducas cap. XXXVIII. Οἱ δὲ Βενετικοὶ ἐν τῇ Βασιλικῇ τύλῃ μέχρι τοῦ Κωνηγοῦ σὺν Ρωμαίοις ὁμοῦ τοῖς Τούρκοις ἐμάχοντο, *Veneti quoque a porta Basilica (vel Imperatoria) ad portam Cynegi usque, una cum Romanis adversus Turcos præliabantur.* Κωνηγοῦ meminit rursum eodem capite sub finem; Portæ vero τῆ Κωνηγῶν Pachymeres lib. XIII. cap. X. ubi] haud procul a templo S. Præcursoris, quod in Hebdomo stetit, hanc statuit. Et Phranzes lib. III. cap. XI. ait, dum urbs a Turcis obsideretur, regionem *a Porta Cynegesii ad S. Demetrium* tuendam Davalæ datam. Incertum etiam an per κωνηγίαν χώραν, adjacentem huic portæ regionem intellexerit Theophanes anno secundo Justiniani; ita ut regio fuerit venationi idonea, ad urbem: nam per Blachernis adjacentes portas Imperatores ad venationem egressos constat, ex iis quæ de Armamentario observamus, unde hæc Porta Cynegi appellata forte fuerit. Exacto quæ ad Sinum Ceratinum extitere Portarum situ, Mediterraneas seu terrestres, eadem qua supra methodo exequemur.

Edit. Paris. pag. 49.

XV.

PORTÆ MEDITERRANEÆ, *seu* TERRESTRES.

I. PORTA XYLOCIRCI appellata, ab Angulo, quem Pentapyrgianum quidam vocant, versus caput Freti Syceni, prima terrestrium portarum occurrit; ut habet Leunclavius in Pand. Turc. num. CC. Muros terrestres a Theodosio Juniore ædificatos, cum terræ motu collapsi essent, instaurari præcepit idem Imperator ann. XXXIX. reique curam demandavit Constantino Præfecto Prætorio, qui ruinam intra tertium mensem reparavit, ut tradit Marcellinus Comes. Leguntur in Anthologia Gr. lib. IV. cap. XXVIII. inscriptiones binæ, singulæ distichis comprehensæ, quas confecto opere extremis portis, quæ muros Theodosianos claudebant, affixas verosimile est: ex quibus intra sexagesimum diem totum opus confectum colligitur. Prioris lemma, Εἰς τὴν πύλην τοῦ Ρηγίου ἐν Βυζαντίῳ, concipitur; alterum epigramma, Εἰς τὴν πύλην Ξυλοκερκίου ἐν Βυζαντίῳ inscriptum, hisce versibus constat:

Θεοδόσιος τόδε τεῖχος ἀνάξ, καὶ Πάρχος Ἑῴας
Κωνσταντῖνος ἔτευξαν ἐν ἤμασιν ἑξήκοντα.

Porta autem *Xylocirci* sic dicta est, quod per eam ad *Xylocircum*, seu Circum ligneum, qui proxime erat, pergeretur. Erat porro *Xylocircus* versus sancti Mamantis ædem, ad caput Freti Ceratini, ad quam etiam *Xylocirci Portam* statuit Cedrenus in Phoca. Nam meras Græculorum infimi seculi nugas sapit, quod Codinus in Origin. Lambecianis p. 55. refert, sic nempe appellatam, quod artifices eam struentes, magna in fundamento reperta aquæ copia, tignis plurimis ac palis in aqua defixis, lapides injecerint, atque ita demum ædificii fundamentum firmum effecerint. Portæ istius meminit pariter Nicetas in Isaacio Ang. lib. II. num. IV. & Cantacuzenus lib. III. cap. XC. At de Xylocirco agemus infra. Videtur etiam sequiore Græcia, hæc porta *Xyloporta* appellata; quippe Cananus in Narratione de bello Constantinopol. p. 89. & 94. E.R. Xyloportam Aureæ fuisse obversam scribit, ut utramque ad duas Urbis extremitates: Ἀπὸ τὸ ἐν ἄκρον τῆ πόλεως τῆς Χρυσῆς, ἕως τὸ ἄκρον τῆς Ξυλοπόρτης ἐκράτει. Ducas cap. XXXVII. Ξυλοπόρτῳ ἐγγὺς τοῦ παλατίου fuisse prodit, propter scilicet Palatium, quod *Constantinianum* ea ætate vocabant, ad urbis muros terrestres, versus Blachernas. Ξυλίνην πόρταν vocat idem scriptor infra, ut & Cantacuz. lib. III. c. LXXXVIII, & lib. IV. cap. XXVIII. Sed & Ducas cap. XXXIX. olim Κερκοπόρταν appellatam videtur innuere. Meminit præterea portæ Xylocirci, τῆς Ξυλοκέρκου, Anonymus in Paraphrasi oraculorum Leonis Imperatoris. Hodie *Hagiobazari porta* dicitur Turcis ac Græcis hodiernis, quod per eam Urbem ingrediantur Hagiobazariotæ trans Sinum habitantes e regione hujus portæ. Nomen autem Hagiobazari, significat vel sancti, vel sanctum Emporium: unde Leunclavius existimat Sancti voce, sanctum Mamantem innui, a quo hic tractus, ut & ædes sacra, & Palatia, & Circus nomen sumpserunt.

II. CERCOPORTA, Κερκοπόρτα, quæ ab eodem ligneo Circo, opinor, dicta fuit, ad inferiorem partem Palatii statuitur a Duca c. XXXIX. πρὸς τὸ κάτωθεν μέρος τοῦ Παλατίου, Blacherniani scilicet: quæ non tam porta erat, quam *posterula*, nostris *une poterne*, Ducæ παραπόρτιον, qua a quibusdam senibus indicata, cum longo antea muro occlusa fuisset, Constantinus ultimus Græcorum Imperator per eam eruptiones in Græcos faciebat, & per quam postmodum Turci in urbem irrupere; uti narrat idem scriptor.

III. Porta BLACHERNARUM, ea dicta, quæ muris Blachernianis adjuncta fuit. Quippe Blachernianum templum & circumjacentem regionem, præterea Palatium ejusdem nomenclaturæ, a Manuele Comneno propugnaculis postmodum munitum, mœnibus ulterius productis, intra Urbem inclusisse Heraclium alibi docuimus. Porta igitur Blacherniana dicta, quæ vicina fuit ædi sacræ, vel Palatio Blachernarum, Πόρτα Βλαχερνῶν dicitur Theophani anno I V. Constantini Irenes F. Cedreno in Heraclio, πύλη τῶν Βλαχερνῶν, Nicephoro Constantinopolitano, Scylitzæ in Monomacho, denique Annæ Comnenæ lib. II. Alex. quæ meminit τῶν Βραχιόνων τῶν Βλαχερνῶν, seu propugnaculi, quod huic portæ adjacuit, de qua voce plura diximus ad Alexiadem. *Porta Blachernarum* occurrit etiam in Epistola Comitis S. Pauli de prima Urbis Expugnatione, ut & in Epistola Balduini Imperat. Constantinopol. de altera Urbis Expugnatione: *Nos igitur terrestrem cum provocaremus ad pugnam, & ponte atque amne transmisso, qui exercitum nostrum separabat a Græcis, cuneis ordinatis, ante portam diu stetimus Regiæ civitatis, & Palatii Imperialis, quod Blacherna nuncupatur*, &c. Infra: *Juxta muros civitatis a porta Aurea usque ad portam Blachernæ. Porte de Blacherne* nuncupatur præterea Villharduino nostro num. LXXXIX. CXXVIII. ex quibus colligitur aut primam urbis portam fuisse ad muros terrestres versus Sinum Ceratinum, aut certe proximam eidem Freto. *pag. 50.*

IV. PORTA GYROLIMNES, Palatio Blacherniano proxima etiam fuit, uti docemur ex Cantacuzeno lib. I. cap. LVI. Γενόμενος δὲ πρὸς τῆς πύλας τῆς καλουμένης Γυρολίμνης, καὶ Πάππον τινα τῶν ἐν Βλαχέρναις πρωτοκαθήμενον βασιλέως, τῷ τῇδε ταχθῶν τῷ φυλακῇ πιστευόμενον, εὗρεν. *Cum perveniisset ad Portam, quæ Gyrolimnes dicitur, & Popanum quemdam invenisset, qui Blachernarum Palatio præerat, & adjacentium murorum custodiæ invigilabat*, &c. Idem lib. I. cap. XVIII. ut & Nicephorus Gregoras lib. VIII. & IX. pag. 219. 293. Πύλας πρὸς τῇ Γυρολίμνῃ vocant: Τῇ τῆς Γυρολίμνης πύλῃ idem Cantacuzenus lib. I. cap.

LI. lib. III. cap. LXXXI. Hanc autem nomenclaturam sortita est hæc porta, quod duceret ad Paludem, quam ἀργυρᾶν λίμνην appellat Anna Comnena lib. X. Alex. Ἀργυρᾶν nude Pachymeres lib. VII. cap. XXVII. extremo, Γυρολίμνην vero Nicetas in Alexio lib. III. num. X. ubi & situm illius repræsentat. Scribit quippe Gallos urbem obsidentes, ad Blachernianos muros castra locasse, adeo ut Græci qui intra urbis mœnia erant, cum Gallis, seu Latinis, qui περὶ τὴν Γυρολίμνην versabantur, colloqui possent, cum solo περιβόλῳ τῆς πόλεως abinvicem dirimerentur. Unde eamdem cum Porta Blacherniana, vel certe eidem proximam licet assequi. Neque, ut opinor, alia fuit *Palus argentea* ab ea palude, quam ad caput Sinus Ceratini statuit Dionysius Byzantius in Anaplo, apud Gyllium lib. II de Bosporo Thrac. cap. II. *Maris*, inquit, *marcidi ultimus locus appellatur Paludes, ex eo quod in illo subsideat lutulenta fluminum secessio. Non enim illius vadum arena, sed cœno tectum est, neque navigiis, nisi perparvis navigabilis est.*

V. PORTA S. JOANNIS BAPTISTÆ, ad muros urbis Constantinianos extitit, sicque appellata videtur, quod ad ædem sancti Præcursoris, quæ in Hebdomo stetit, duceret, aut eidem vicina esset; siquidem ædes S. Præcursoris intra urbem fuit, ac proinde Blachernianæ, si non eadem. Illius meminit Codinus p. 12. E. R.

VI. PORTA ΤΩΝ ΑΣΩΜΑΤΩΝ, cujus meminit Cantacuzenus lib. III. cap. LXXXVIII. vicina fuit Palatio Constantini, ad muros Blachernianos, dictaque a vicino templo Novem Ordinibus Angelorum dicato, quod extra urbem fuit. De eo agimus, ubi de sacris ædibus suburbanis.

VII. PORTA, seu PORTULA S. CALLINICI, ad muros urbis Mediterraneos extitit, sic dicta, quod ad ædem S. Callinici duceret, quæ juxta Pontem, fluvio Barbyzæ a Justiniano instratum, erat. Παραπορτιον τὸ Καλλινίκου dicitur Cedreno in Rhinotmeto, τ Καλλινίκης παραπόρτιον Theophani pag. 318. E. R. ita ut non tam urbis porta fuerit, quam portula; ac uti dicimus, *posterna*,

VIII. PORTA CHARSIÆ, una e maritimis portis, dicta a Charsia Venetæ Factionis duce, qui structuræ ejus loci præfuit, cum murorum terrestrium structuram aggressus est Theodosius Junior, ut habet Codinus pag. 55. E. R. Χαρσίου πόρτα dicitur Theophani an. VII. Apsimari, & an. III. Rhinotmeti: Πύλη Χαρσίου Annæ Comnenæ lib. II. & III. Nicetæ, Pachymeri lib. VII. cap. XXX. lib. X. cap. VIII. Cantacuzeno, & aliis ad Alexiadem laudatis scriptoribus: Χαρσία πύλη eidem Cantac. lib. III. cap. LXXXV. πύλη τῆ Χαρσίου, Ducæ cap. XXXVII. τῆ Χαρσῆ cap. XXXIX. denique τῆς Χαρσῆς Canano. Eamdem putat Leunclavius quæ paulo ante expugnatam Constantinopolim *Caligarea* appellabatur, a Caligariis, sive sutoribus ad hanc portam habitantibus: cujus nomenclaturæ meminere Phranzes, & alii qui extremam urbis cladem scripto mandarunt. Adjacet autem Porta Caligarea Palatio Constantini nuncupato. Monstrelletus de postrema Urbis expugnatione III. vol. pag. 59. *Fut mis à coste de Galigaria, à l'endroit du Palais de l'Empereur.* Hodie *Egri capi* a Turcis vocari ait idem Leunclavius, quæ vox *Obliquam portam* sonat, quod reipsa ita exstructa sit, ut in eam non directo, sed ex obliquo pateat aditus, quæ etiam vis est vocis Καρσίου, apud Græcos, quomodo etiam vir doctissimus apud Ann. Comnen. lib. III. pag. 64. E. R. Καρσίᾳ πύλῃ reddidit, ubi de Alexianorum in urbem ingressu, cum primo Imperium usurpavit, agit, quam *Bulgarorum* appellatam scribit Romualdus Archiepiscopus Salernitanus in Chronico MS. anno MLXXXI. ubi de Arnone quodam Alemanno; quem *Gilpractum* nuncupat Anna: *Qui dolis acquiescens, per noctem aperuit sibi portam quæ Vulgarorum dicitur.*

IX. PORTA S. ROMANI, a vicina S. Romani æde nomen accepit. Illius meminit Chronicon Alexandrinum anno XIV. Heraclii, ubi Chaganum urbem obsidentem turres castellatas duodecim opposuisse ait, ἀπὸ τῆς Πολυανδρείου πόρτας, ἕως τῆς πόρτας τοῦ ἁγίου Ρωμανοῦ. Portæ S. Romani meminerunt etiam Anna Comnena lib. X. Alexiad. pag. 296. E. R. Nicetas in Balduino numer. VIII. Cantacuz. lib. I. cap. LVI. Nicephorus Gregoras lib. IX. pag. 293, 294. E. R. sed præsertim scriptores, qui ultimam a Turcis obsidionem commemorant, Laonicus lib. VII. Phranzes lib. III. cap. VIII. IX. XVI. Ducas cap. XXXVIII. Hist. Politica pag. 9. & alii, ex quibus docemur Portam S. Romani adjunctam fuisse Charsianæ, eamque esse quæ hodie vocabulo Turcico *Topcapigi* nuncupatur, ut Leunclavius & Crusius volunt, quo significatur *Porta Bombardaria*, sive tormentorum bellicorum: sic appellata, quod cum Amurathes anno MCCCCXXII. ac demum Mahumetes urbem ultimo obsederunt, ad hanc portam tormenta sua statuerint, atque adeo urbem expugnarint, Constantino Palæologo Imperatore ad hanc portam fortiter dimicante ac cæso, uti narrat Phranzes lib. III. Vide Ichnographiam Constantinopolit. Bondelmontii, Joannem Cananum pag. 190. & Notas nostras ad Alexiadem p. 360. E. R. *Edit. Paris. pag. 51.*

X. PORTA POLYANDRII stetit juxta portam S. Romani & Portam Quinti. Scribit Codinus Theodosium Juniorem collapsos urbis muros instaurasse, in id opus incumbentibus duabus Factionibus, Venetorum, quorum princeps erat Magdalas, & Prasinorum, quibus præerat Charsias: atque horum quidem eam fuisse in maturando opere & urgendo sedulitatem, ut intra sexagesimum diem confectum fuerit: Prasinis qui ab Aurea porta, Venetis qui a Blachernis muros condere cœperant, ad hanc demum portam convenientibus, indeque πολύανδρον appellatam fuisse, ab hominum multitudine quæ istic convenerat: Ηνώθησαν δὲ οἱ Βένετοι ἀπὸ Βλαχερνῶν, οἱ δὲ Πράσινοι ἀπὸ χρυσίας πόρτης, καὶ ἠνώθησαν εἰς τὴν Μυριάνδρου πόρτην τὴν καλουμένην Πολύανδρον, ἀφ' ὃ τὸ ἀμφότερα τὰ μέρη ἠνώθησαν. Meminit ejusce nomenclaturæ Chronicon Alexandrinum in Heraclio: Πολεμῶν ἀπὸ τῆς λεγομένης Πολυανδρείου πόρτας, ἕως τῆς πόρτας τῆς Πέμπτου: Et infra: Παρεσκεύασεν δὲ εἰς τὸ φράγμα τὸ ἀπὸ τῆ Πολυανδρείου πόρτας, ἕως τῆς πόρτας τοῦ ἁγίου Ρωμανοῦ, τοῦναι ιβ'. πυργοκατέλλους, ubi perperam Κολιανδρείου præfert editio. *Myriandri* dicitur *Porta* Phranzi: *Miliandri*, inflexione Italica Leonardo Chiensi in Epist. ad Nicolaum PP. de Expugn. Constantinopol. ad quam periisse hominum turba oppressum Constantinum Palæologum ultimum Imperatorem Constantinopolitanum quidam ajunt, expugnata a Turcis urbe: nunc vero *Hadrianopolitana* vocatur, cujus is est situs, ut medium in muro terrestri locum occupet, uti observat Leunclavius in Pand. Turc. n. CC.

XI. PORTA NOVA, seu Νέα Πόρτα, Turcis *Geni Capi*, Portam Bombardariam excipit, apud Leunclavium.

XII. PORTA QUINTI, seu ΠΕΜΠΤΟΥ, inter Mediterraneas recensetur in Chronico Alexandrino in Heraclio, ubi ut a Chagano urbs obsessa fuerit, commemorat: Ηλθεν παρατασσόμενος πόλεμον, καὶ ἔμεινεν ἀπὸ ἡωθεν ἕως ὥρας ια', πολεμῶν ἀπὸ τῆς καλουμένης Πολυανδρείου, καὶ ἕως τῆς Πόρτας τῆ Πέμπτου, καὶ ἐπέκεινα σφοδρατέρως. *Progressus aciem instruxit, mansitque a prima luce usque ad horam undecimam, bellum ciens a Porta Polyandrii usque ad Portam Quinti, & longe ultra.* Ita nuncupatam putat Leunclavius, quod numero quinta esset inter terrestres: cui favet Codinus pag. 55. Edit. Reg. qui Πέμπτῳ dictam ait, ἀφ' τὸ εἶναι τὸν ἀριθμὸν ἀπὸ πέμπτῳ. Verum si quod quinta numero esset, hanc sumpsisset nomenclaturam, Πέμπτῳ, non Πέμπτου appellasset Chronicon Alexandrinum: unde longe verosimilius videtur ita

dictam a tractu urbi vicino, qui Πέμπτε nomen, ut alii Δευτέρα, & Ἑβδόμη, habuerit. Certe Πέμπτον extra urbem statuit Palladius in vita S. Joannis Chrysostomi pag. 86. ex edit. V. C. Emerici Bigoti: Ἐξελθὼν ὁ βασιλεὺς, τοῦ γυμνάσηται ἐν τῷ παρακειμένῳ πεδίῳ, εἶδεν τὸν ἀγρὸν γῆν τὴν περὶ τὸ Πέμπτον λευκαινοῦσαν, &c. *Egressus Imperator, ut sese exerceret in vicino campo, vidit agrum non consitum ad Quintum, candentem*, seu *candore vestitum*. Deinde falsum videtur quod subdit idem Leunclavius, eandem esse quæ & *Aurea* nuncupata fuit; siquidem idem Chronicon statim postea *Aureæ portæ* meminit, quam certe a Porta τῶ Πέμπτε, haud procul dissitam fuisse ultro concesserim.

XIII. PORTA ATTALI memoratur apud Paulum Diaconum lib. xxi. Hist. Misc. pag. 668. ubi de terræ motu qui anno xxiv. Leonis Isauri accidit: *Cecidit autem & simulachrum, quod stabat super Attali porta, Magni Constantini, una cum ipso Attalo, & titulus Arcadii qui supra Xerolophi* (ita habet Anastasius in Hist. Eccl. non *Xerophili*, ut Canisius) *columna stabat, & simulachrum Majoris Theodosii, quod supra portam Auream videbatur*. Ex quibus colligi potest portam Attali unam fuisse e terrestribus. Sed quæ hic de hac porta narrantur, absunt ab edito Theophane. Quis autem hic Attalus, & an is qui tyrannidem Honorio imperante arripuit, mihi haud constat. Sed ex eo quod terræ motum portam Attali, & Xerolophum, qui in duodecima regione extitit, concussisse narrat Diaconus, licet conjicere haud procul stetisse portam hanc ab Aurea, quæ in eadem regione fuit.

XIV. PORTA CAREA, una e terrestribus, occurrit apud Luithprandum in Legat. *Pridie Nonas Junii Constantinopolim ante Portam Caream venimus, & usque ad undecimam horam cum equis, non modica pluvia, expectavimus*: ubi *Auream* scribendum putat editor. At Careæ portæ meminit etiam Nicetas in Andronico lib. II. numer. XI. Ἐπεὶ δὲ τὸ πλῆθος ἦν ἠχυδὲν ἰσωδὲν τῶν ἀναπτόρων, ἀνατρεπίσης τὴς πύλης, ἥτις Καρέα λέγεται, τρέπεται πρὸς φυγήν. *Postquam vero plebs intra Palatii septa effusa est, effracta porta, quæ Carea dicitur, fugæ se dedit*. Sed ex his situm portæ istius non plane assequor. Codinus pag. 24. E. R. & Anonymus in Collectaneis Antiq. Constantinopolit. pag. 99. portam a Caro Severi Imperatore ædificatam, in loco, ubi postmodum extitit Philadelphium, memorant: at cum Philadelphium extiterit in regione sexta; vix est ut ad portam Caream pertinere arbitrer. Meminit præterea idem Codinus pag. 54. Edit. Reg. ædis S. Acacii, quam τὸν ἅγιον Ἀκάκιον τὸν Χαρέαν vocat: sed Καρέαν legendum alibi monemus.

Edit. Paris. pag. 52.

XV. PORTAM MELANDESIAM in Deutero statuunt Synaxaria ad xxv. Oct. Καὶ δείκνυνται ἐν τῇ Μελανδησίᾳ πόρτῃ, ἐν αὐτῇ τῇ Κωνσταντινουπόλει, τοποθεσίᾳ τῆ Δευτέρᾳ. *Et jepeliuntur in Porta Melandesia, in ipsa urbe Constantinopolitana, in tractu Deutero appellato*. Extitit autem *Deuterum*, ut suo loco docemus, in regione duodecima, ad Portam Auream: unde conficitur Melandesiam Portam vicinam perinde fuisse Aureæ Portæ, appellatamque a Melantiade oppido quo per hanc ibatur, quod non longius CL. stadiis ab urbe dissitum, & ad Athyram fluvium ædificatum tradit Agathias lib. v. De eo etiam sic Marcellinus Comes in Zenone: *Theodoricus Rex Gothorum magna suorum manu usque ad Regiam Civitatem & Melantiadam oppidum infestus accessit*. Μελαντιάδος meminit etiam Chronicon Alexandrinum anno ult. Theodosii Junioris, & anno xxii. Heraclii.

XVI. PORTA AUREA, prima ad Meridiem terrestrium murorum porta fuit, quemadmodum Xylocercos ultima. Ultra *Aueam* muros terrestres olim non processisse docuimus, neque hodie intra hanc & *Heptapyrgianam* ulla intercedit: adeo ut constet *Aueam* esse portam illam, quæ hodie clausa est, Selybrianæ adjunctam, tum ex Monasterio Studiano, quod adhuc supereste, & ad Portam Auream statuitur a scriptoribus, quam ex reliquiis templi Πηγῆς dicti, quod extra urbem huic portæ proximum fuisse in confesso est: unde πύλη τῆς Πηγῆς dicta postmodum, uti appellatur a Pachymere lib. II. cap. XXVII. Duca cap. XXVIII. & Montfaucono 3. vol. pag. 60. Rem firmat præ ceteris Procopius lib. I. de Ædif. cap. III. scribens Blachernarum & Fontis templa ante mœnia Urbis extructa fuisse a Justiniano, Blachernianum quidem ad littus maris, ubi illa incipiunt, Τὸ δὲ ἀγχιτάτω τῆ πρὸς καλλιμένου χρυσοῦ πύλῃ, ἐς δὲ ἀμφὶ τὸ τεῖ ῥεύματος τέρας συμβαίνει ἔναι. *Alterum vero ad Portam Auream, quæ ad extremum munimentum est*, id est ad Castellum *Cyclobium*, postmodum *Heptapyrgium* appellatum. Sed & vetus urbis Descriptionis auctor ait longitudinem urbis *a Porta Aurea usque ad littus maris directa linea pedum* XIVCIↃLXXV. continuisse. Marcellinus Comes in Justiniano: *Vitalianus — in locum qui Septimus dicitur, advenit, ibique castra metatus est; dispositisque a mari in mare suorum ordinibus, ipse usque ad Portam, quæ Aurea dicitur, sine ullius accessit dispendio*. Denique scribit Willelmus Tyrius lib. II. cap. VII. *Alterum urbis angulum a S. Georgii Monasterio usque ad Auream portam secus Hellespontum duci, tertium vero ab eadem porta usque ad Palatium Blaquernas protendi*. Totilam ferme habet Alderisius Alsherisus Geographus Nubiensis pag. 235. Ex quibus omnino conjicitur portam Auream primam fuisse earum in muris qui a Meridie ad Septentrionem porriguntur. Alia vero & diversa prorsus est a Selybriæ porta, licet eidem proxima, quod velle videtur primo intuitu Leunclavius: nam Phranzes lib. III. cap. XI. exerte Portam Auream a Selybriana distinguit. Quod reipsa facit etiam Leunclavius, innuens Selybrianam portam apertam esse, auream vero sua ætate obstructam, quod & testatur Bulialdus. Neque tamen Cyclobio tam vicina fuit, siquidem tradunt Theophanes & Cedrenus ann. v. Constantini Pogonati, ἀπὸ τοῦ βραχιλίου τῆς Χρυσῆς πόρτης, *a munimento, quod Portæ Aureæ objacet*, ad Cyclobium, Saracenos & Byzantios diu pugnasse.

Instauratam porro hanc portam ac decoratam a Theodosio Magno post fusum & debellatum Maximum tyrannum, docet inscriptio supra hanc posita:

Hæc loca Theudosius decorat post fata tyranni,
Aurea sæcla gerit, qui portam construit auro.

Unde & cur Χρυσῆ, seu Aurea dicta sit, hi versus satis arguunt: quod auro scilicet, vel potius aureis ornamentis, quibus præ cæteris præfulsit, adornaretur. Ex quo deinceps cæteri qui subsecuti sunt Imperatores, cum solemni apparatu & pompa urbem ingrederentur, per portam istam, viam, seu plateam, quam Μέσῳ vocabant, quod mediam urbem intersecaret, inibant, quæ recta ad Magnum Palatium ducebat. Ita in Chronico Alexandrino Phocas καθιδεῖς εἰς ὄχημα ἀπὸ τοῦ Ἑβδόμου εἰσιὼν διὰ τῆς Χρυσῆς πόρτας, καὶ τῆς Τρωαδησίων ἰμβόλων, καὶ τῆς Μέσης ὅλης ἕως τοῦ Παλατίου. *Currus vectus ab Hebdomo per Auream portam, & Troadenses porticus, & totam Mediam plateam, usque ad Palatium, urbem ingressus est*. Theodosius Adramyttenus Imperator renuntiatur, ὡς ὧδε ἴδοις βασιλεῦσι διὰ φροντιπίου δοχῆς διὰ τῆς καλλιμένης πύλης εἰς τὸ Βυζάντιον εἰσιλαύνει. *Ut Imperatores solent solemni pompa susceptus, Aurea porta Byzantium*

ingreditur, ut habet Nicephorus Patriarc. Constantinopol. Hujus porro moris alia suggerunt exempla Hermannus Contractus ann. DXXIII. Theophanes in Leone Armenio pag. 98. in Nicephoro Phoca pag. 648. Edit. Reg. Constantinus Porph. in Orat. de Christi Imagine Edessena, & in Vita Basilii Maced. cap. XXIX. Scylitzes in eodem Basilio, Nicephoro Phoca, & in Bulgaroctono pag. 571. 648. 717. E.R. Nicephorus Gregoras lib. IV. & alii.

Exornabant autem Portam Auream statuæ complures, atque inprimis statua Theodosii M. portæ ipsi imposita, quam terræ motu anno XXIV. Leonis Isauri concidisse narrant Theophanes, & Zonaras: Victoriæ simulachrum, terræ perinde motu sub Michaele Theophili F. collapsum, ut auctor est Scylitzes: statua Theodosii Junioris, quam inibi, postquam novos muros confecit, ipse posuit cum elephantis marmoreis, qui eos representabant, quibus vectus urbem ingressus erat, ut habet Cedrenus, aut quos ex templo Martis Roma advehi jusserat, ut est apud Codinum, qui præterea in ea stetisse ait statuam, mulieris habitu, quæ Urbem effingebat. Tradit denique idem Cedrenus pag. 385. Edit. Reg. τὸν σαυρὸν ἑσάμινον ἑσωθεν τῆς Χρυσῆς πόρτης, *crucem quæ intra Auream portam stabat*, collapsam eo terræ motu, qui an. XXVIII. Justiniani urbem concussit. Denique Manuel Chrysoloras Aureæ portæ marmoreas turres, & Herculis labores, & Promethei tormentum, atque alia hujus generis summa & admirabili arte in marmore expressa, hisce verbis mire effert pag. 122. Εὖ γὰρ τοὺς ἀφ' ὑμῶν τῆς Χρυσῆς πύλης, (κίονας,) ὧν καὶ αὐτὴν, ἐ τοὺς ἐν αὐτῇ μαρμαρίνους πύργους, τίς ἂν ἀξίως διώιατο θαυμάσαι, ἄλλην Ηρακλέους ἀρίστης καὶ θαυμασιωτάτης τέχνης, καὶ Προμηθέως βάσανον, καὶ τοιαῦτα ἕτερα ἀπὸ μαρμάρου; quæ quidem perinde se observasse ait Leunclavius: *Aurea*, inquit, *porta nunc etiam reliqua conspicitur, sed obstructa, nec id quod audit, Aurea: satis elegans tamen, expressos e marmore continens agonas sive labores Herculis, artificio non vulgari.* Et Bulialdus: *In marmore sculpti Herculei labores Auream portam ornantes cernuntur: sed calcis albo cum anno* MDCXLVII. *eos considerabam, ut & totus mœnium ambitus inducti erant, ita ut oculos fugeret sculpturæ elegantia.* Sed & alia ejus ornamenta ita recenset Petrus Gyllius lib. IV. cap. IX. quo loco meminit portæ Septem turrium, *quas claudit*, inquit, *murus urbis habens portam obstructam, olim patentem, cujus parastades sunt duæ columnæ Corinthiæ marmoris maculosi, venis viridibus distincti, sustinentes octo columellas efficientes tres arcus. In latere portæ sinistro existunt sex tabulæ marmoreæ, singulæ habentes latera clausa columellis aliis teretibus, aliis quadratis, continentes statuas eminenter expressas affabre sculptas, nudas, clavis pugnantes, quarum superiores habent supra se Cupidines velut præcipites ad volandum. In latere dextro sunt item sex tabulæ cinctæ similiter columellis. In prima tabula inferiori juvenis tenens organum musicum jacet supinus, tibiis implexis, supra ipsum impendet imaguncula, velut Cupido, supra Cupidinem mulier. In tabula superiore est statua nuda tenens clavam erectam, pelle leonis brachio involuto, canes ducens manu sinistra. Supra ipsam eminet leæna turgens uberibus. Alia tabula continet duos agricolas ferentes calathos uvis plenos. In alia tabula est eques alatus, equi frænum retinet mulier. A tergo sunt mulieres duæ; in summa parte tabulæ alia mulier recubat: e regione hujus jacet juvenis.* Hactenus Gyllius, qui hæc se observasse ait ob tabularum antiquum opus summo artificio factum. Auream denique portam longe antea obstructam fuisse argumento est, quod apud Radulphum de Diceto, Matthæum Paris, & Rogerum Hovedenum legitur sub an. MCLXXXIX. Græcum quemdam senem dixisse Walterio Templario, Latinos imperaturos & dominaturos in urbe Constantinopoli, *quia scriptum erat in Porta Aurea, quæ non fuit aperta ducentis annis retro, Quando veniet Rex Flavus Occidentalis, ego per me ipsam aperiar.* Quod revera Testatur Nicetas in Murzuphlo num. III. capta quippe a nostris Constantinopoli anno MCCIV. milites, qui urbem tuebantur, dirutis qui ad portam Auream extructi fuerant, muris, hac fugam iniere: Τὸ πόλεμητον ἐκεῖσε καταπῶσι τῆς πολεως ἐπιτείχισμα.

Edit. Paris. pag. 53.

Neque porro sola urbs Constantinopolitana Portam Auream habuit, sed & Roma apud Othonem Frising. lib. II. de Gest. Frid. cap. XXII. & Guntherum in Ligurino lib. IV. initio, ut & Thessalonica, apud Joannem Cameniatam de Excidio Thessalonicæ cap. XXIV. Hierosolymorum urbs, in Gestis Francor. Expugn. Hierusal. pag. 579. Ravenna, & aliquot aliæ, quibus aptari debent ista Sidonii in Narbone:

——— *Aureasque portas*
Exornas asaroticis lapillis.

Et ista ex Excerptis Chronologicis Eusebii a Scaligero editis, de Tatiano Augustali: *Portas fecit auro perfusas, quæ nunc dicuntur Petrinas*, Alexandriæ nempe. Eadem &

XVII. PORTA RHEGII, vel Rhesii, vel Rhusii, appellata; nec enim diversa ab Aurea; quod vel colligitur ex eo terræ motu, quem Theophanes anno XXVIII. Justiniani accidisse narrat, quo collapsam fuisse ait *Crucem quæ intra portam Rusii stabat*: ἔστι τισὶν ὁ σαυρὸν τὸν ἑσωθεν ἑσάμινον τῆς πόρτης τοῦ Ρεσίου, ubi Cedrenus rem eamdem commemorans, habet τὸν σαυρὸν ἑσάμινον ἑσωθεν τῆς Χρυσῆς πόρτης, *crucem stantem intra portam Auream*. Quam vero portam *Rhusii* hoc anno, *Auream* vocat anno XXXI. ejusdem Justiniani idem Theophanes, scribens alio terræ motu omnem regionem, quæ ab Aurea porta ad Rhusium interjacebat, eo concussam fuisse, ἀπὸ τῆς Χρυσῆς πόρτης ἕως τοῦ Ρεσίου. Ρήσιον & Ρίσιον vocat Procop. lib. I. de Ædif. c. IV. quod lib. IV. c. VIII. Ρήγιον, quod idem esse oppidum cum Rhesio docet Agathias lib. V. ubi terræ motum describit, qui ann. XXXI. Justiniani accidit, cujus meminit Theophanes loco laudato. Nam quod Rhesium ille, hic Ρήγιον, diserte nuncupat: Συχναὶ μὲν ἐν ἐκείναις καταβέβληνται, καὶ μάλιστα ἐν τῷ Ρηγίῳ, ἐπίνειον δὲ τοῦτο τῆς πόλεως· *Quamplurimæ itaque ædes ea nocte corruerunt, ac præsertim in Rhegio, navale id urbis est.* Ex quibus tandem error arguitur Theveti lib. XIX. Cosmogr. cap. III. qui Portam Rhegii diversam facit ab Aurea. Extat porro Epigramma in Anthologia lib. IV. cap. VIII. cum hoc lemmate: Εἰς τὸν πύλον τοῦ Ρηγίου ἐν Βυζαντίῳ, quod supra licet descriptum, hic rursum damus:

Ἡμασιν ἑξήκοντα φιλοσκήπτρῳ Βασιλῆϊ
Κωνσταντῖνος ὕπαρχος ἐδείματο τεῖχεϊ τεῖχος.

Quod quidem Epigramma lucem accipit ex Marcellino Comite, tradente ad annum XXXIX. Theodosii Junioris, *urbis Augustæ muros, olim terræ motu collapsos, intra tres menses, Constantino Præfecto Prætorio operam dante, ædificatos fuisse.* Unde hocce distichon, vice inscriptionis, Portæ Aureæ, seu Rhegii affixum fuisse colligere est. Tradit præterea Procopius lib. IV. de Ædif. Justin. cap. VIII. viam quæ a Castello Rotundo, seu Acropoli Heptapyrgiana, Rhegium ducebat, cum inæqualis fere esset ac salebrosa, *saxis plaustralibus*, λίθοις ἁμαξιαίοις, Imperatorem Justinianum stravisse, cujus quidem longitudo ad Rhegium ipsum pertinebat, latitudo vero tanta erat, quanta sufficit ut duo plaustra ex adverso acta non comprimantur. Leunclavius existimat Rhegium, oppidulum esse quindecim milliaribus ab urbe dis-

pag. 54

dissitum, ad littus Propontidis, quod Turci *Minorem Zecmen*, Græci Πόντον μικρὸν, seu *Pontem parvum* vocant, propter pontem, quo elegans Propontidis sinus illic sternitur, minoremque vocant, ob discrimen majoris, longius ab urbe versus Selybriam distantis. Pontes ambos, tam majorem quam minorem, milliaribus decem abs se invicem dissitos Sultanus Soleimannus maximo sumptu refecit, ut idem auctor scribit. De utroque Ponte sic Busbequius in Itin. CP. *Proxime Constantinopolim duos amœnissimos Sinus ponte trajecimus: quibus locis si qua cultura accederet, naturaque artis auxilio paululum juvaretur, haud scio an nihil pulchrius sol aspiceret.* &c. At pons non in Rhegio, sed ad Rhegium, loco qui Μύρμηξ nuncupabatur, ex lapidibus primum exstructus fuit, & in altissimos arcus eductus a Justiniano, cum antea ligneus esset, ut habet loco laudato Procopius: eo, inquam, loco quo πορθμὸς τῷ θαλάττῃ καὶ ἕλει τῷ ζευγνύει, *fretum mare, & paludem* Rhegio adjacentem *conjungit*: unde fortassis Ζεῦγμα Græci paulo antiquiores, recentiores vero Ζεύγλιν, unde *Zecmen* formarunt, fretum istud appellarunt. Pontis Rhegiani mentio est apud Constantinum de adm. Imp. cap. XXXI. & Cantacuzenum libr. I. cap. LI. Rhegii vero oppidi, in Chronico Alexandrino in Justiniano, apud Cedrenum in Mauricio, Cantacuzenum lib. I. cap. XXVII. XLV. Gregoram lib. II. & alios passim.

XVIII. PORTA ANTIQUA, Πόρτα παλαιά, a Constantino Magno exstructa fuit, ad quam ab eo erectus terrestris murus pertingebat, inquit Codinus pag. 46. 61. E. R. illa forte quam Ichnographia Constantinopolitana *portam antiquissimam pulchram* vocat. Hactenus de Portis mediterraneis, quarum mentio est apud scriptores; nunc reliquas, quæ scilicet ad Propontidem extitere, exequemur.

XVI.

PORTÆ AD PROPONTIDEM.

I. PORTA SEPTEM TURRIUM appellata, quod proxima sit Castello *Heptapyrgio*: hanc Græci voce mixobarbara ἑπτὰ γουλάδων, id est septem turrium, vocant.

II. PORTA NARLI CAPI, Turcis dicta, portam Septem turrium excipit. Sic porro nuncupata Turcico vocabulo, quod ad eam ex insulis appellant navigia malis aureis, seu granatis, quæ ῥοΐδια nunc Græci vocant, onusta, ut habet Leunclavius.

III. PORTA PSAMATHI, vel PSAMATHEA, nuncupata fuit, ait Codinus p. 55. E. R. quod ibi idolum quoddam a Gentilibus coleretur, quod Christiani κατὰ ψεύσμα Deum esse contendebant: vel ἀπὸ τὸ ὕψωμα θεῖον, quod supra eam staret veneranda crux: ita nugantur Græculi. Alii a ψάμαθος, *arena*, quod multæ ad hanc portam arenæ maris essent: Τὸ Ψαμάθια τὰ παλάτια, habet idem scriptor pag. 38. quod illud forte est, quod Ψαμαθίαν vocat Socrates lib. I. cap. XXVII. προαστεῖον scilicet, suburbanum Nicomediæ, in quo Constantinum Magnum moratum aliquandiu idem scribit: a quo etiam Portam Psamatii, vel Psamatiæ, appellatam fuisse licet existimare, quod huic suburbano obversaretur. Monasterii τὰ Ψωμαθίως meminit Porphyrogenitus de Administratione Imperii cap. XLIII. quod forte idem fuit cum eo, quod τὰ Γάτρια nuncupatum diximus, ad hanc portam ædificatum ab Helena Constantini Magni matre. Meminit etiam Portæ Psamatii Leo Grammaticus in Alexandro pag. 487. E. R. ubi de Euthymio Patriarcha Constantinopolitano: Κατατίθεται ἐν τῇ αὐτῇ μονῇ ἐν τῇ πύλῃ τῇ ψαμαθίᾳ, ubi perperam editum ἐν τῇ πόλει. Hanc citra Contoscalium collocare videtur Phranzes lib. III. cap. XI. describens regiones urbis, quæ tutandæ erant ducibus; cum urbs a Turcis obsideretur: ubi ait *partem quæ Bucoleontis dicitur, usque ad Contoscalium Petro Juliano Catalano: partem vero murorum exterioris portus usque ad Hypsomathia Jacobo Contareno, Manueli vero Genuensi regionem ad portam quæ Aurea dicitur*, fuisse commissas. Ubi nemo non videt pro *Hypsomathia*, Græca habuisse ψωμαδίαν, nempe portam uti vocatur a Codino. Unde nescio an fides adhibenda erudito scriptori eandem portam juxta portulam Hodegetriæ collocanti. Certe Leunclavius portam Psamathii, portam *Nerli Capi*, excipere ait. *Edit. paris. pag. 55.*

IV. PORTA S. ÆMILIANI, nomen accepit a proxima divi Æmiliani æde, cui etiam vicina fuit. Deiparæ ædes Ῥάβδου dicta, ut habet Codinus pagin. 51. E. R. Auctor Chronici Alexandrini pag. 619. ait veteris Byzantii muros terrestres ἀπὸ τῦ χαλκέως Πετρίου, ἕως τῆς πόρτας τῦ ἁγίου Αἰμιλιανῦ, πλησίον τῦ χαλκέως Ῥάβδου, *a Petrio usque ad Æmilianum, juxta Rabdum*, pertinuisse. Petrium autem extitit ad Sinum Ceratinum: unde conficitur portam S. Æmiliani unam fuisse e maritimis, ad Propontidem, quo loco desinebant muri veteris Byzantii.

V. PORTA CONTOSCALII nuncupata, quæ ad Portum Contoscalium dictum, de quo suo loco, extitit. Ea velut intra sinum quendam abscedit versus urbem, & ab altera parte portum hunc habet pro triremibus in mare se porrigentem, & muro circumdatum.

VI. PORTA CATERGOLIMENIS nuncupatur a Portu Triremium, quas κάτεργα nuperi Græci vocant. Ea videtur quam *Portam Leonis* vocat Ichnographia Constantinopolitana æri incisa, quæ scilicet stetit ad Portum Bucoleontis, quem portum palatii Imperatorum vocat Ichnographia Constantinopolitana Bondelmontiana. De hoc portu, qui idem cum Julianeo & Novo, plura infra observamus.

VII. PORTA FERREA, seu Σιδηρᾶ πόρτα, nomen accepit, inquit Codinus pag. 51. E. R. ex eo quod cum columna porphyretica Fori triennio integro in mari fuisset propter ingentem illius magnitudinem, antequam Roma Constantinopolim adveheretur, & ex Sophiano portu ad hanc portam deducenda esset, ne loco uliginoso & palustri existente, columna altius in terram deprimeretur, δι' σιδηρῶν μοχλῶν, ferreis vectibus viam, quæ portæ obversabatur, constructam fuisse, indeque πόρταν σιδηρᾶν appellatam. Ex quibus colligitur Portam Ferream haud procul a Portu Sophiarum stetisse. Neque alia est σιδηρᾶ, cujus meminit Leo Grammaticus in Michaele & Constantino pagg. 458. 489. E. R. ut & Codinus, scribens Triclinium M. Palatii, quod Αὐτὸν appellabant, & Novam Ecclesiam a Basilio Macedone intra palatii sepia exædificatam, haud multum abfuisse a Sidera. Tractum urbis Σιδηρᾶν dictum ad meridionalem urbis partem statuit Scylitzes in Leone Philosopho. Alium locum Σιδηρᾶν perinde appellatum versus Petrium, proinde ad septentrionalem portam, habent Bryennius lib. III. cap. XXV. & Anna conjux lib. II. pag. 52. Vide Notata ad Alexiadem pag. 248. E. R.

VIII. PORTA URSARUM, Græcis hodiernis Πόρτα ταῖς ἀρκούδαις, id est ursarum, vel ursina, Turcis *Tschatlati Capi*, a mactatione pecudum. Sunt qui Novam littoris portam nominant: ego vero, inquit Leunclavius, equidem crediderim esse antiquam. Ædificium rotundum extra muros in ipso mari, vicinum & vetus habet, undique circumfluum, nisi qua terræ jungitur; in quo mactantur, excoriantur, & exenterantur pecudes: itemque

feneſtras habet hæc porta marmoreas a latere cujuſdam ædificii vel Palatii veteris, ipſis muris urbanis incumbentis: quod quidem palatium illud forte fuerit, quod Sophianarum dictum eſt: nam hac parte excitatum fuiſſe infra docemus.

IX. PORTA ACHUR CAPISI, Turcis dicta, quod Achurii portam ſignificat. Achurium vero Turcis eſt ædificium capax, aream habens in medio, cujuſmodi ſolent eſſe ſtabula pro regiis equis, & arbitror, ſubdit Leunclavius, eſſe Græcam origine vocem, uſurpatam a Turcis. Etenim ἀχυρῶνα vocant Græci ſtabulum, a reponendis ſcilicet paleis (quomodo *ſpicarium* Leges Salicæ.) Itaque propterea nomen hoc iſti portæ datum, quod per eam Sarajo Sultanino contiguam invehantur omnia curandis & paſcendis equis ac jumentis Sultani neceſſaria, quotquot ſcilicet intra Sarajum aluntur. Ab hac porta Saraii Sultanini murus trium in ambitu milliarium Græcorum incipit. At antequam urbs a Turcis caperetur, ædificatumque eſſet Sarajum, aliæ erant portæ uſque ad urbis Angulum qui S. Demetrii vocabatur, atque in his ſequentes recenſentur.

X. PORTA HODEGETRIÆ, quæ una e Mediterraneis ad Propontidem fuit, nomen accepit a Monaſterio τῆς Ὁδηγητρίας, cui obverſabatur haud procul ab Acropoli, ut ex Ichnographia Conſtantinopolitana Bondelmontii colligitur. Illius meminit Ducas cap. II. & XXXIX. cui μικρὰ, *parva* fuiſſe dicitur.

XI. PORTULA, ſeu παραπυλὶς, Michaelis Protoveſtiarii, juxta Acropolim ſtatuitur a Leone Grammatico in Porphyrogenito pagin. 488. E. R. per quam Urbem ingreſſum ait Conſtantinum Scholarum Ducem, qui tyrannidem arripuerat.

XII. PORTA S. BARBARÆ, ab æde S. Barbaræ ſacra, appellata, extitit juxta Acropolim, & Angulum S. Demetrii, proinde una e maritimis Propontidis. Cantacuzenus libr. IV. cap. XXXI. Καὶ περιπλεύσας τὴν Ἀκρόπολιν, ἐπὶ τὸ ἀκμαιότατον τοῦ ῥεύματος ἐλθὼν, ἐφόρμει πρὸς τὴν τῆς Μάρτυρος Βαρβάρας καλουμένην πύλην· *Et circumnavigata Acropoli ad portam Barbaræ Martyris nominatam, in æſtu undarum maximo conſtitit.* Ab hac porta, ad Auream, totum littus grandioribus lapidibus munitum fuiſſe narrat Glycas, ut horum objectu retunderetur maris atrocitas, & murus maritimus illæſus maneret: quod & obſervat loco citato Cantacuzenus: Οἰδοῦντι γὰρ ἡ θάλασσα τοῖς τείχεσι προσέπιπτε, πέτραι τε πολλαὶ ὑπ' ὕδατι φαινόμεναι πρὸ τειχῶν προβέβλητο, παντοῦ πρὸς ἄμμων πρὸ κυμάτων, ὑπὸ πρὸ πρώτως τειχισάντων τὸ Βυζάντιον ἐκ προνοίας ὠκοδομημέναι. *Quippe tumeſcens mare muros verberat, ſaxaque multa ſub aquis latentia, & eminentia ante muros jacta ſunt, quæ fluctus arceant, providentia eorum qui primi Byzantium muris ſepſerunt.* Ac Porta quidem quæ S. Barbaræ dicta eſt, ea videtur quam Nicetas in Manuele lib. V. num. 3. vocat τὴν ἑῴαν πύλην, ἥτις ἀνέῳγε κατ' Ἀκρόπολιν, *portam occidentalem, quæ verſus Acropolim aperitur.* *Edit. Pariſ. pag. 56.*

XIII. PORTA DEXIOCRATIS, maritima perinde fuit, tametſi de ſitu non conſtet. Codinus: ἀπελθοῦσα ἔξωθεν τῆς πόρτης Δεξιοκράτους εἰς τ' αἰγιαλόν, *egreſſa per portam Dexiocratis ad littus.*

XVII.

PORTUS, NEORIA, ET SCALÆ *ad Sinum Ceratinum.*

BYZANTII veteris, atque adeo Conſtantinopolis ſitum commendant in primis ad Fretum Sycenum & ad Propontidem portuum frequentia & opportunitas, de qua ſic Sidonius Apollinaris Carm. II. ubi de Conſtantinopoli:

Sic te diſpoſitam, ſpectantemque undique portus,
Vallatam pelago, terrarum commoda cingunt.

Ac de Freti Syceni, quod *Boſporum*, & *Chryſoceras*, appellatum oſtendimus, portu maximo, ſupra fuſe ſatis diſſeruimus in Byzantii veteris originibus: nunc igitur ſupereſt, ut de variis in ipſo eodem portu, ut ita dicam, portubus, (ſeu *Scalis*, quo modo plerique tum vocabantur) qui ſub Imperatoribus Chriſtianis extitere, ſermonem inſtituamus. Primus autem ex iis occurrit.

I. NEORIUM, Νεώριον, Navale, nuncupatum, in eodem Sinu Ceratino, cujus poſitionem indicat porta quæ ei adjacet, πύλῃ τῇ Νεωρίῳ dicta Pachymeri lib. V. cap. X. quæ prima ſecundum radices Promontorii arcis Sultaninæ ad Fretum occurrit, & corrupte Ὠραία, pro Νεωρίῳ, poſtmodum appellata eſt: Τὸν ὅμοιον τρόπον καὶ τῷ παλαιῷ Νεωρίῳ προσήχθητο· λέγω δὲ παλαιὸν, οὐχ ᾧ χθὲς καὶ πρώην Λατῖνοι ἐχρῶντο, τῷ πρὸς τῇ μονῇ τοῦ Εὐεργέτου Χριστοῦ, ἀλλὰ τῇ πρὸς τῇ πύλῃ τοῦ Νεωρίου ἐκεῖθεν ὠνομασμένῃ, ᾗ πάντες τὰ κατὰ θάλασσαν Κέρατος λιμένος ὄντος, ἐς ταὐτὸν ταῖς Ῥωμαίων ναυσὶν, ὅσοι ἐς ταῖς πρῴ ἐχθρῶν διδόντος· *Eodem animo ferebatur in vetus Navale: vetus appello, non illud, quo nuper Latini utebantur, quod eſt prope Monaſterium Chriſti Benefactoris; ſed aliud portæ vicinum, quæ ab illo Portæ Navalis nomen accepit, quia totum illud cornu mari præteritum portus vice eſſet, ipſumque Romanorum juxta hoſtiumque navibus pervium.* Cum autem vetus Navale dicatur Pachymeri, longe ante Francorum Imperium eo extitiſſe loco vel inde conſtat: unde illud eſſe verosimile eſt, cujus meminit Zozimus lib. II. pag. 686. quo loco deſcribit veteris Byzantii muros: ait quippe murum per collem demiſſum ab Occidente uſque ad Veneris ædem, & mare, quod eſt e regione Chryſopoleos, pertinuiſſe: ab Aquilone vero eodem modo deſcendiſſe ἄχρι τοῦ λιμένος, ὃ καλοῦσι Νεώριον, *uſque ad portum, quod Navale dicunt.* Νεωρίου meminit præterea Cantacuzenus libr. IV. cap. XXXIX. extremo: at cum Βασιλικῷ ὁπλοθήκῳ ei adjacuiſſe ſcribat, neſcio an non *Arſenalem* intellexerit, qui Νεωρίῳ βασιλικῷ, ſeu Juliani portui vicinus fuit.

II. HEPTASCALUM, locum ita dictum, habent non ſemel ſcriptores, qui ædem S. Acacio ſacram ἐν Ἑπτασκάλῳ ſtatuunt, quam vetus Urbis Deſcriptio in decima regione. At vero de vocis etymo non conſtat: etſi a Septem ſcalis, ſeu trajectibus ibi exiſtentibus illud accerſant nonnulli. Certe Heptaſcalo *Neorium* adjacuiſſe auctor eſt Joannes Cantacuzenus, quod ipſe multis jam annis neglectum, & luto obſitum repurgavit, lib. IV. cap. XXII. Τότε Νεώριον τὸ πρὸς τῷ Ἑπτασκάλῳ ἐν ἐκείνῳ τῷ ἔτει ἐξεκάθηρεν, ὑπὸ πολλῶν ἐτῶν ἰλύος ἐπιγινομένης προχωδεῖν, ἐ μὴ δυναμένων εὐπετῶς ἐσδέχεσθαι ὁλκάδα φόρτον ἄγουσαν· μέγα ἔργον δὴ πλεῖστα λυσιτελοῦν τῇ πόλει, καὶ πολλῷ πόνῳ καὶ ἀναλώμασι κατορθῶσαι δυνηθείς· *Et Navale in Heptaſcalo pluribus annis luto ibidem exaggerato, ut onerariam cum onere commode haud poſſet excipere, illo anno expurgavit: potuitque magnum & civitati utiliſſimum opus multo labore multoque ære feliciter conficere.* Νεωρίου τοῦ ἐν Ἑπτασκάλῳ meminit præterea libro eodem cap. II. XXVIII. XXX. & XXXIX. Regionem vero decimam, in qua extitit ædes Acaciana, maritimam fuiſſe docet vetus Urbis Deſcriptio.

III. NEORIUM, quod ad Evergetæ ædem extitit, ad Sinum, memorat Pachymeres libr. V. cap X. aitque eo potiſſimum uſos Francos noſtros, dum Urbem tenerent: Λέγω δὲ παλαιὸν (Νεώριον,) οὐχ ᾧ χθὲς καὶ πρώην Λατῖνοι ἐχρῶντο, τῷ πρὸς τῇ μονῇ τοῦ Εὐεργέτου Χριστοῦ, *Vetus Navale voco, non illud, quo nuper Latini utebantur, quod Monaſterio Benefactoris Chriſti*

Edit. pariſ. pag. 57.

adjacet. De hoc Monaſterio & ejus ſitu agimus ſuo loco. Gyllius libr. II. de Boſporo Thracio cap. II. portum manu factum commemorat obſtructum ad portam, quam Palatinam vocat, ad Sinum, qui an is ſit cuius meminit Pachymeres, vel Blacherneus, de quo mox, non facile eſt divinare. *Ultra Portam Palatinam*, inquit, *progreſſus circiter* CXX. *paſſus*, *animadverti tres magnos arcus aſtructos urbis muro*, *& ſubſtructos*, *per quos olim Imperatores ſubducebant triremes in portum opere factum*, *nunc exſiccatum & converſum in hortos concavos*, *præ ſe gerentes ſpeciem portus obruti*.

IV. PORTUS, ſcu NEOPIOT AD BLACHERNAS, non ſemel meminit Pachymeres lib. V. cap. X. ubi de Michaele Palæologo Imperatore: Καὶ τὸ ἐν Βλαχίρναις Νεώριον ἐκ ἀποδεχόμενος, ὡς κατὰ φόσωπον παρίχον ταῖς ναυσὶ φορὰς τὰς ἀφ' ἑχθρῶν μάχλω, τότε χῆ φόσωπον δυσχερὶς εἶναι ὡς ἀντιστατούσας ἰσχυρῶς μάχεσθαι· *Navale ſiquidem Blachernarum non probabat*, *quod naves hoſtili contra appulſuræ claſſi adverſas objiceret*. Et lib. XII. cap. XV. ἀπάρας φῆ χῆ τὰς Βλαχίρνας ὅρμων, *ſolvens a portu Blachernarum*. Scylitzes in Michaele Balbo pag. 502. E. R. τὸ φορὸς Βλαχίρναις κόλπου meminit. Videtur portus ille Blachernæus, de quo ita Gyllius in Boſpor. Thr. lib. II. cap. II. *Poſt octingentis paſſibus confectis*, *perveni ad Portam Blachernæam*, *qua finiuntur domus piſcatorum*, *ex media parte fundatæ in terra*, *ex altera parte ſubſtructæ ſublicis in mare vadoſum defixis*. *Inter ſublicas locum relinquunt portuoſum*, *quo navigia ſubducuntur in ſtationem ſub domos piſcatorum*. At Turci, capta urbe, navale, non ad urbem, ſed ad littus urbi adverſum, ſupra Galatam, conſtituere. Rem ita narrat Leunclavius in Pandecte Turc. num. CXXXIX. *Navale Chriſtianis ab Imperatoribus neglectum inſtauravit* (*Muchemetes*) *ornatum & extenſum poſteris ea cura*, *nunc ut ampliſſimum ſit*. *Supra Galatam ſitum eſt*, *in Sinu Cornuto*, *verſus aquas dulces*, *ubi nimirum celebrati a priſcis fluvioli Cydarus*, *nunc Machlevo*, *& Barbyſes*, *nunc Chartaricon*, *& a vico vicino Pectinachorion dictus*, *in Sinum hunc influunt*. *Continet jam navale loca concamerata* CLXXXVII. *exporrecta longa ſerie*, *magnique triremium numeri capax eſt*.

V. PORTUS S. MAMANTIS, λιμὼ ἅγίου Μάμαντος Theophani anno II. Artemii, λιμενέων auctori Chronici Alexandrini, qui a Leone Magno anno XII. ædificatum ſcribit, una cum porticibus adjacentibus. Neſcio an diverſus fuerit a Navali Blachernarum.

XVIII.

SCALÆ.

PRÆTER Portus & Neoria quæ ad Fretum Sycenum adjacebant, extitere complures alii, ut ita dicam, portuli, ex quibus in adverſam ripam minoribus navigiis trajiciebant Conſtantinopolitani. Hos *Scalas* vocabant: de qua appellatione multa a nobis obſervata ad Alexiadem. Thevetus lib. XIX. Coſmogr. cap. II. *Le long des ports y a cinq portes*, *chaſcune deſquelles a une eſchelle*, *a fin de ſecourir aux vaiſſeaux qui entrent au port*. Scalarum igitur prima illa fuit, quæ

I. SCALA ACROPOLEOS, σκάλα τῆς Ακροπόλεως, Theophani & Cedreno in Copronymo, dicitur, quæ in Sinus littore proxima eſt Acropoli: quæ quidem alia videtur a Νεωρίῳ, licet ei proxima fuerit.

II. SCALA TIMASI, quæ in regione quarta collocatur in veteri Urbis Deſcriptione, nomen accepit, ut videtur, a Timaſii tractu, ſic nempe dicto a Timaſii æde, qui Magiſter Equitum ac Peditum, & Conſul fuit ſub Theodoſio Magno, cujus mentio eſt apud S. Ambroſium, Symmachum, S. Hieronymum, Zozimum libr. IV. & V. Philoſtorgium, Sozomenum, Suidam, & alios.

III. SCALA CALCHEDONENSIS, quæ in veteris Urbis Deſcriptione in regione quinta collocatur, nomen habet ex eo quod ſita ſit in ea urbis parte, quæ vergit ad Calchedonem & ortum Solis: non enim eo vergit, ſed ad Septentriones, propterea quod fluxus rapidus Boſpori, Freti navigationem a Calchedone ad partes Conſtantinopoleos orientales & meridianas difficilem præbet, ad ſeptentrionales vero perfacilem, ut plane intelligunt qui rapiditatem Boſpori noverunt, & viderunt eos qui exercent navigationem inter Calchedonem & Byzantium applicare naves ad ſeptentrionales urbis partes, vel ab illis ſolvere. Hæc Gyllius lib. III cap. I. His ſane ſuffragatur Polybius lib. IV. ubi agit de rapido Boſpori fluxu, qui ſuapte in Sinum Ceratinum inflnit, a Calchedone vero avertitur: Εἰ τῷ Χαλκηδόνα μὲν βυλομένῳ καταπλεῦσαι ῥᾴδιον, φορὸς τῷ δὲ (Βυζάντιον) χῆν μὴ βούλει, φέρει κατ' ἀνάγκλω ὁ ῥοῦς· σημεῖον δὲ τούτου· ἐκ Καλχηδόνος γὰρ οἱ βυλόμενοι διαίρειν εἰς Βυζάντιον, οὐ δυνάνται πλεῖν κατ' εὐθεῖαν, δεῖ δ' μεταξὺ ῥοῦ, ἀλλὰ παράγουσιν ἐπί τε τῷ Βοῦ, καὶ τ καλουμένῳ Χρυσόπολιν. *Chalcedonem adnavigare volenti haud facile eſt*, *contra qui Byzantium*, *etiam ſi nolit*, *neceſſario illum defert fluxus*. *Atque hujus rei ſignum eſt*: *quippe Chalcedone volentes tranſire Byzantium*, *non poſſunt recta navigare*, *ob intermedium rapidum fluxum*, *ſed neceſſe habent iter deflectere prope Bovem* (ſeu *Damalim*) *& Chryſopolim*. *pag. 58.* Quibus hæc ſubdit Gyllius libr. III. de Boſp. Thrac. cap. IX. *Ex porta Neorii*, *quæ nunc appellatur Oria*, *quotidie jam videmus neceſſitate quadam fieri trajectum in Portam Scutaricam*: *aut ſi quis trajicere velit Byzantio Calchedonem*, *aut Calchedone Byzantium*, *illum neceſſe habere ſurſum navigare uſque ad Scutarim*: *id quod frequenter quotidie videtur multis navigiis ferentibus homines & jumenta recta via non valentibus tranſire Calchedonem*, *ſed ob rapidi fluxus decurſum aſcendere coactis uſque ad Scutarim*, *atque ex Calchedone volentibus tranſire Byzantium*, *opus eſt aſcendere ad Promontorium Scutaricum*, *olim appellatum Bovem*, *ſive Damalim*, *atque ad portam uſque Chryſopoleos*. Porro Scalæ Calchedonenſis meminit Chronicon Alexandrinum, ubi ſcribit ann. XII. Arcadii, S. Samuelis; ann. vero VII. Theodoſii Junioris, Joſephi filii Jacob, & Zachariæ S. Joannis Baptiſtæ patris reliquias, ἐκ τῆς Χαλκηδονησίας σκάλας, Conſtantinopolim delatas. Meminit etiam Willelmus Tyrius lib. II. cap. XIII. facilis & crebri ad Calchedonem Byzantinorum trajectus: *Eſt autem Calchedon civitas in Bithynia*, — *locus videlicet Conſtantinopoli proximus*, *& ſola Boſphori interpoſitione diſtans*; *unde & urbem in vicino conſtitutam erat omnibus intueri*, *& qui negotiis urgentibus trahebantur*, *ter vel quater in die ad urbem ire regiam*, *& ad caſtra redire ſine difficultate poterant*.

IV. SCALA SYCENA, qua Conſtantinopoli in *Sycas*, ſeu Galatam trajiciebatur, in regione ſexta ponitur in veteris Urbis Deſcriptione. Situm deſignat Gyllius lib. III. cap. II. juxta planitiem maritimam ſubjectam ſub ſecundi Collis radices, ubi etiamnum hodie eſt trajectus Galatinus. Ad Portam Hoream hanc ſtatuit Leunclavius in Pand. Turc. cap. CC. cujus hæc ſunt: *Juxta Portam hanc eſt Scala Sycena*, *Trajectuſque Sycenus*, *vel Galatæ Perama*, *ſicut Græci vocant*. Idem cap. CXXVII. latitudinem Sinus inter hanc Scalam & oppidum Galatam, vel inter ambas potius Scalas e regione poſitas, ad paſſus CCC. patere ſcribit. Πέραμα vero, ſeu Trajectum Juſtinianarum, in Nov. LIX. Juſtiniani cap. V. nuncupari alibi monuimus.

V. SCALA HEBRAICA, Ἑβραϊκὴ σκάλα, occurrit apud Annam Comnenam libr.

VI. Alexiad. pag. 161. E. R. ubi ait Alexium parentem, inter alia privilegia Venetis ob præclare in bellis contra Guiscardum navatam operam indulta, iis concessisse τὰ ἀπὸ τῆς παλαιᾶς Ἑβραϊκῆς σκάλας μέχρι τῆς καλυμένης βίγλας διήκοντα ἐργαστήρια, καὶ τὰς ἐντὸς τοῦ ῥηγματος τύτε ἐμπεριεχομένας σκάλας· *Ergasteria & officinas, quæ ab Antiqua Hebraica Scala, usque ad Vigiliam, & cæteras Scalas quæ intra hoc spatium continentur*. Sic autem appellata videtur, quod ex ea excensus fieret pergentibus in eam civē partem, ubi erant Hebræorum, seu Judæorum sepulturæ, uti in Notis ad Alexiadem pag. 314. E. R. pluribus ostendimus.

XIX.

PORTUS AD PROPONTIDEM.

I. EXTITERE etiam complures ad Propontidem Portus & Neoria, in quibus celebratur potissimum PORTUS NOVUS, qui in tertia regione statuitur in antiqua Urbis Descriptione, a Juliano Imperatore ædificatus, ut auctor est Zozimus libr. III. pag. 713. Λιμένα δὲ μέγιστον αὐτῇ διεμήσατο, τῆς ἀπὸ τῶν νοτίων κινδυνευόντων ἀλιξητηρίων πλοίων· *Simul portum ei maximum struxit, qui naves ab Austro periclitantes a tempestatibus defenderet*. Hinc *Portus Divi Juliani* exerte dicitur in L. ult. Cod. Th. de Calcis coctorib. qua Impp. Honorius & Theodosius *omnes fornaces per omne spatium, quod inter Amphitheatrum & Divi Juliani Portum per littus maris extenditur, tolli* præcipiunt, *propter salubritatem urbis, & ædium regiarum vicinitatem*. Hunc postmodum repurgavit Anastasius Dicorus. Marcellinus Comes: *Portus Juliani undis suis, rotalibus machinis prius exhaustus, cænoque effosso purgatus est*. Addit Svidas in Anastasio, Προβόλους τοῦ Ἰουλιανοῦ λιμένι, *lapidum moles*, quo tutior esset, posuisse. Portui Juliani vicinam domum Probi Patricii, qui Justiniano imperante tyrannidem arripuit, ut & τὰ λεγόμενα Μαύρα, seu urbis tractum ita nuncupatum, eidem proximum fuisse testatur Chronicon Alexandrinum Justiniano an. V. & Phoca an. VIII. Magno Palatio vero, dicta L. ultim. de Calcis coct. Denique Portum Juliani Evagrius lib. II. cap. XIII. perinde ac Zozimus, ad australem urbis partem statuit. At Theophanes ad ann. V. Justiniani, ubi domum Probi Patricii extitisse juxta Portum Juliani ait, Portum Juliani *Sophiæ* etiam nuncupatum innuit: Καὶ κατῆλθεν ὁ δῆμος εἰς τὸ Ἰουλιανοῦ, τῆς Σοφίας λεγόμενον, λιμένα, εἰς ἃ οἶκον Πρόβα· *Exinde descendit plebs ad Juliani Portum, qui Sophiæ dicitur, in domum Probi*. Sed & τὰ Μαύρου juxta ἃ Ἰουλιανίσιον λιμένα τῆς Σοφίας statuit idem scriptor: proinde.

PORTUS, qui postmodum SOPHIÆ appellatus est, idem fuit cum Portu Juliani, quem a Justino Juniore purgatum, exerte tradit Cedrenus: Κτίζει σὺν καὶ τὰ Παλάτια τὰ ἐν τῷ Ἰουλιανοῦ λιμένι, ἀποκαθαίρων καὶ αὐτὸν τὸν λιμένα· *Ædificavit & Palatia in Portu Juliani, quem etiam purgavit*. De uxoris vero Sophiæ nomine Sophiarum nuncupatum ait Zonaras ubi de Sophia: Ἧς ὀνόματι δὴ καὶ τὸν λιμένα τῶν Σοφιῶν, ἐκκοδόμησε· *Cujus nomine & Portum Sophiarum construxit*. Λιμὼ τῆς Σοφίας, dicitur Theophani anno I. Heraclii, Cedreno pag. 391. E. R. & Codino pag. 44. E. R. cui alio loco etiam λιμὼ τῶν Σοφιῶν nuncupatur. Joeles ait Justinum Palatium extra urbem, & Portum in urbe ædificasse, illud quidam Σοφιανάς, hunc vero Σοφίαν appellasse, ubi malim Σοφιῶν. Proinde de Portu intelligendus Nicetas Paphlago in Vita Ignatii Patr. CP. quo loco scribit, Michaele imperante, exortum magnum incendium εἰς τὰς Σοφιάς, ædes adjacentes absumpsisse: ut & Leo Grammaticus in Leone Philosopho, scribens de simili incendio excitato πλησίον τῶν Σοφιῶν. Sed an fidem mereantur quæ de condendi, seu instaurandi portus Juliani occasione refert idem Codinus, & ut Narseti Præposito & Troilo Protovestiario operum cura demandata sit, alii viderint. Id constat quod de quatuor statuis ibi positis Sophiæ, Arabiæ, Justini & Narsetis tradit, quodammodo firmari a Cedreno, scribente στῆλαι δύο ἐν μέσῳ αὐτοῦ τῶν τε ἑαυτοῦ, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σοφίας. *Statuas binas, sui scilicet ipsius, & Sophiæ uxoris in medio portu erexisse Justinum*. Verum non Narsetem aut Troilum structuræ Portus præfuisse, imo Theodorum Præfectum, evincit Epigramma Justini statuæ basi inscriptum, quod legitur in Anthologia lib. IV. cap. IV. Εἰς στῆλλω τοῦ (Ἰουστίνου) ἐν τῷ λιμένι.

Τοῦτο παρ' αἰγιαλοῖσιν ἐγὼ Θεόδωρος ὕπαρχος
Στῆσα φαεινὸν ἄγαλμα Ἰουστίνῳ Βασιλῆϊ,
Ὄφρα ἐ ἐν λιμένεσσιν ἐλῶ πετάσασα γαλήνῃ.
Hæc ego littoreas Rector Theodorus ad oras
Justino Regi statui fulgentia signa,
Omnes ad portus expandat ut ora serena.

Verum portus istius utriusque nomenclaturæ statim evanuit memoria, quique antea Juliani, vel Sophiæ dicebatur, postmodum

II. PORTUS PALATII dictus est, λιμὼ κάτωθεν τοῦ παλατίου Scylitzæ & Glycæ in Nicephoro Phoca, qui χειροποίητον, *manu factum* fuisse ajunt: Λιμὴν πλησίον τὰ ἀνάκτορα Zonaræ in Theophilo, Βασιλικὸν Νεώριον Pachymeri lib. V. Ὁ κατὰ τὸν Βουκολέοντα λιμὴν Nicetæ in Manuele lib. VII. num. VII. Τὸ τοῦ Παλατίου Νεώριον ἐν τῷ Βουκολέοντι eidem Scylitzæ, denique Βουκολέων nude auctori vitæ S. Leonis Episcopi Catanensis num. XI. Annæ Comnenæ libr. III. Alexiad. pag. 72. E. R. Leoni Grammatico, & aliis. Sic porro nuncupatus, quod ad hunc portum starent leonis & bovis invicem colluctantium statuæ, ut est apud eamdem Annam & Zonaram in Nicephoro Phoca: unde Palatii Triclinium, quod huic portui vicinum erat, Bucoleontis appellatione perinde donatum est. Atque eo spectant quæ habet Codinus pag. 32. E. R. de Neorio, in quo stetisse ait βοῦν χαλκοῦν παμμεγέστατον, *bovem æreum ingentem*, tametsi in materia statuæ peccet, quam marmoream fuisse alii tradunt. Sed quod subdit quotannis semel mugire solitum, eoque die mali quid accidere, meras Græculorum recentium ineptias sapit. Ad hunc portum patebat a Palatio descensus marmoreus, quem ἀποβάθραν τοῦ Βασιλέως vocat Nicetas in Alexio lib. III. numer. X. quemque hisce graphice depingit Willelmus Tyrius lib. XX. cap. XXV. ubi & leonis statuæ meminit: *Est autem in ipsa urbe super littus maris ad Orientem prospiciens Imperiale Palatium, quod Constantinianum appellatur, introitum habens ad mare miro & magnifico tabulatu, gradus habens marmoreos usque in idipsum mare, leones habens & columnas fastu erectas regio ex eadem materia: hinc soli Augusto solet introitus patere ad superiora Palatii*. Portum ad Hippodromum nuncupare videtur Porphyrogenitus libr. de Adm. Imper. cap. II. scribens Imperatorem peregre euntem, aliquot ex Dromonibus Imperatoriis εἰς τὸν Ἱππόδρομον, πρὸς φύλαξιν τοῦ παλατίου, *ad Hippodromum ad Palatii custodiam* relinquere: nam Palatium Hippodromo proximum fuisse satis indicat Nicephorus Gregoras lib. IV. p. 62. E. R. & ipsum Palatium, Hippodromi Palatium dicitur Codino p. 62. E. R. Atque inde non semel legimus in Magnum Palatium navigio appulsos Imperatores, alioqve, apud Zonaram in Monomacho, Annam Comnenam lib. II. Alexiad. Nicetam in Andronico lib. II. nu. I. Acropolitam cap. LXXXVI. Cantacuzenum lib. III. cap. XCIX. Meminit denique Portus istius, tacito licet nomine, Ducas cap. XXXIX. Καταβάντες τὸ Μεγαπαλάτιον, καὶ ἐξελθόντες ἐν λιμένι,

Edit. Paris. pag. 59.

περιεκύκλωσαν ἄχρι τῆς βλάγκα. *Et descendentes ad Magnum Palatium, & pertranseuntes portum, circumdederunt urbem usque ad Vlancam.*

III. Sed & nude ΝΕΩΡΙΟΝ interdum appellatur. Theodorus Lector, Theophanes, & Cedrenus an. v. Leonis M ajunt exortum incendium ἀπὸ τοῦ Νεωρίου ἕως τοῦ ἁγίου Θωμᾶ τῆς Ἀμαντίου, multa ædificia consumpsisse. Ædem S. Thomæ ad Meridiem statuit Zonaras hoc incendium enarrans: Πρὸς δὲ νότον ἀπὸ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Θωμᾶ μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς μεγάλων μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάκχου. *Ad austrum ab æde S. Apostoli Thomæ usque ad ædem magnorum Martyrum Sergii & Bacchi*, quæ stetit juxta Pontum Juliani, ubi etiam dicitur fuisse ædes S. Thomæ. Nam Leo Grammaticus in Leone Philosopho pag. 475. exortum incendium refert πλησίον τῶν Σοφιῶν, eoque conflagrasse ædem S. Thomæ, quam idem Leo postmodum reparavit: unde admodum verisimile est non portum dumtaxat, seu portus aggerem, quem μοῦλον τοῦ ἁγίου Θωμᾶ vocat Theophanes an. xxiv. Copronymi, eundem esse cum portu: sed & Νεώριον, cujus meminit idem Theophanes anno iii. Leontii, ubi scribit bubonariam luem in urbe grassatam, cum Leontius Neorium purgaret, τοῦ Λεοντίου ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸν Νεωρήσιον λιμένα ἐκκαθαίροντος, nam Portus Juliani manu factus fuit, proindeque purgationi obnoxius. Hoc porro loco Paulus Diaconus & Anastasius *Neoresium* pariter, non *Neorium* habent. Sed in Artemio an. i. emendandus idem Theophanes editus: Τοῦ δὲ τῆς πόλεως στόλου ἐπὶ τὸν τοῦ Νεωτερίου τῆς πόλεως λιμένα μεθορμίσαντος, περάσας ὁ Θεοδόσιος τὰ Θρᾳκῶα ἐκράτησεν μέρη, quæ sic vertit Paulus Diaconus: *Cum autem stolus urbis ad Neorii urbis portum profectus stetisset, transiens Theodosius Thracenses obtinuit partes*: legendum enim Νεωρίου satis convincit, quomodo etiam præferre Codicem Peirescianum monet Goarus. Sed & Νεώριον dictum Portum Juliani docent etiam sequentia ex Collect. Constantinopolit. pag. 102. licet minime cohæreant: Ὁ λεγόμενος Νεώριος, ὁ καὶ Ἀρκάδιος ὁ τῶν Κόνων ἐστοιχειώσατο, εὑρὼν ἐν τόποις πλείστους πόνους Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου πονηθέντα· ἐν ᾧ καὶ ἀγοραὶ τῶν θαλασσίων ἐμπορευμάτων πρώην ὑπῆρχον ἐκεῖ, ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ δὲ μετεπεσούσησαν εἰς τὸν Ἰουλιανοῦ λιμένα· *Neorius, ita nuncupatus, qui & Arcadius, quem Conon, ubi locum plurimis Constantini Magni laboribus excultum offendit, magicis præstigiis consecravit. In quo maritimarum mercium fora antea erant, Justiniano autem imperante, in Juliani portum commutatus est.* Portum Juliani, seu Sophiarum, atque adeo Bucoleontis, hodie obruptum & exaggeratum esse auctor est Gyllius lib. ii. cap. xv. locumque Caterga limena appellari: *Jam vero portus Sophiæ priusquam appellaretur, Juliani videtur esse ille, quem novum Portum, antiqua regionum descriptio ponit in regione Hipodromi: sed sive ille novus, sive Juliani, sive postremo Sophiæ appellaretur, hodie exaggeratus est, seu sit ille quem ædes Bacchi habet ab occidente, jam magna ex parte obrutum intra muros clausum, cujus pars dumtaxat restat, quo mulieres pannos lavare solent. Dicuntur videri triremes in illum demersæ. Byzantii hujus ætatis vulgo appellant Caterga Limena, quasi portum triremium, sive fuerit ab Oriente Bacchianæ ædis juxta portam urbis, quam vocant Leonis.* Ex quibus conficitur ab hoc portu datum nomen portæ urbis vicinæ *Catergolimenis*, cujus meminit Leunclavius in Pand. Turc. n. cc. Ex iis porro quæ ex Anonymo in Collectaneis Constantinopoleos attigimus, docemur quosdam Græculos futiles & inanes fabulas de hoc portu sparsisse, tradentes Neorium istud Arcadium appellatum primitus fuisse, & a quodam Conone, magicis præstigiis consecratum: ibique a Constantini Magni ætate extitisse quæ mari huc exportabantur mercium emporium, ac demum Juliano imperante in Juliani portum evasisse. Ita nugatur Anonymus iste Lambecianus Cod. vero pag. 44. E. R. τὰ καλούμενα Ορμίσδου ait parvum fuisse portum, qui navibus stationem præbebat, priusquam conderetur Portus Sophiarum, & ab eius conditore Juliano Juliani appellatum. Sic etiam præposterе, nulla temporum habita ratione, omnia intervertunt Græculi isti nugigeruli.

Edit. Paris. pag. 60.

IV. CONTOSCALIUM, Νεώριον fuit ad Propontidem, cujus situm ex porta, quæ etiamnum hodie a Neorio, cui adhæret, nomen sumpsit, discere est, & a Porta Contoscalii dicitur. Quippe *ipsa porta*, ait Leunclavius in Pand. Turc. n. cc. *velut intra Sinum quemdam abscedit versus urbem, & ab altera parte proximum sibi portum habet pro triremibus in mare se porrigentem, & muro circumdatum.* In Ichnographia Constantinopoleos Bondelmontiana etsi statui videatur, quo loco Juliani portus extitit, cui dicitur *receptaculum fustorum dictum Condecoilli*, in ipsa Urbis Descriptione ad *Blancam*, locum ita nuncupatum, extitisse ait: *in quibus mœnibus est campus ab extra, & olim portus Vlanga: — & propinqua huic Condoscali vel Arsena restat.* Pachymeres lib. v. cap. x. a Michaele Palæologo ædificatum, vel certe instauratum Contoscalium scribit. Cum enim navalia, quæ in Sinu erant, quibusque Franci, dum Urbem tenerent, utebantur, non placerent, quod hostibus perinde ac ipsis Græcis pervia essent, τὸ ὁρμοῦν τὸν Βλάγκα Κοντοσκάλιον ἀνοικοδομεῖν ἤθελεν· ὥστε γυρώσας μὲν μεγίσταις πέτραις τὸν κύκλῳ τόπον, ἐμβαθύνας δὲ τὴν ἐντὸς θάλασσαν, ἄργυρον ὑγρὸν χυτὸν ἐμβαλόντα· ἐποικοδομήσας δὲ καὶ εἴγη ταῖς ναυσὶν ἀποχρῶντα, πύλας δ' ἐπιθεῖναι ἀραρυίας ἐκ σιδήρου τῇ ἐν ταῖς πέτραις εἰσίδυσιν ἐξωθεν, αἱδ' ἅμα μὲν ἀσφαλῶς ἔχειν τὸν στόλον, ἅμα δὲ ἐξ ταῖς πρῷ ἐχθρῶν ἀναχομέναις, (μὴ γὰρ εἶναι τὸ ῥοῶδες τῆς θαλάσσης ἱσταδὸν) κατόπιν ἐμπίπτειν τὰς ἐμπίπρας· *Contoscelium quod Blancæ adjacet reædificare voluit. Itaque locum ambivit lapidibus maximis, & intra illos comprehensum mare profundius effecit, immisso argento vivo: loricam etiam idoneam tegendis navibus ædificavit: portas ferro compactas in exteriori lapidum introitu posuit, ut & in tuto esset classis, & statim atque eo hostium naves deferrentur, (cum ibi consistere propter maris fluxum non possent) a tergo eas nostræ adorirentur.* Ubi observandum quidem, mare argento vivo immisso, profundius factum, quod alibi vix legas. Exin mentionem agi Contoscalii apud scriptores comperio, ac præ cæteris apud Joanem Cantacuzenum lib. iv. cap. xi. qui in MS. Seguierіano habet naves fabricatas ἐν Κοντοσκαλίῳ, ubi versio Pontani *in Eptascalo*. Illius meminit etiam Phranzes lib. iii. cap. xi. ut & auctor MS. Narrationis Græco-Barbaræ de Belisario, ubi de ejus ex Anglia in Urbem appulsu: κἀκεῖθεν τὸ λιμένα ἔρραξεν ἐκεῖ τὸ Κοντοσκάλιον, & *in Portum appulit ubi est Contoscalium.* De nominis etymo nugatur, ni fallor, Codinus pag. 54. E. R. scribens τὸ λεγόμενον Κοντοσκάλιον, portam esse sic nuncupatam a Galino, qui structuræ portus præfuit, & Κοντόσκιλος cognominabatur, a *curtis* forte *cruribus*: nam Græcis recentioribus κοντὸς, *curtus* & *parvus* est. *pag. 61.* Sed potius videtur existimare *Contoscalium* appellatum, quod primitus ibi esset *parva scala*, seu locus arctior, ubi exscensu fiebant in Propontidem.

V. PORTUS ELEUTHERII a Constantino Magno conditus est, ut tradit Codinus pag. 52. E. R. eodem tempore, quo ipsam urbem ædificavit, præsidente operi Eleutherio Patricio, cujus etiam statua ibi posita est manu gerens ligonem & cophinum: Ἵστατο δὲ ἐν τῷ αὐτῷ λιμένι στήλη μαρμάρινος Ἐλευθερίου φέρουσα πτύον καὶ κοφίνον. Quæ aliis verbis concepta leguntur in Orig. Meursianis: ἵστατο δὲ καὶ στήλη λιθίνη

Ελευθερίε Ασηκρήτε φέρουσε ἐπ' ὤμων καπούλιον καὶ πτύον ἐν τῇ χειρί. Quod vero his locis κόφινος & καπάλιον dicitur, ἐξκαυτίλιον appellatur in Chronico Constantinopol. quod laudat Meursius in Gloss. Eleutherii, seu Eleutheri viri divitis sub Arcadio meminit Palladius in vita Chrysostomi. Addit porro idem Codinus Theodosium Juniorem, cum columnam cum statua sua in Tauro erigeret, terram fodiendo erutam in hunc portum ingessisse, atque eum oppleviſſe, πλακωτὸν ὄντα κάτωθεν καὶ βαθύτατον, *cum antea lapidibus stratus esset & altissimus*. Eundem porro censet Gyllius in Constantinop. lib. III. cap. VIII. & lib. IV. cap. VIII. cum eo qui *Theodosiacus* appellatur, & in duodecima regione statuitur in veteri Urbis descriptione, eoque extare loco, ubi hodie horti sunt *Blancæ* appellati. Quod si ita est, portum Eleutherii a Theodosio Magno, *Theodosiacum* appellatum fuisse necesse est, siquidem verum sit ab Theodosio Juniore oppletum fuisse, uti vult Codinus. Nam constat auctorem Descriptionis Urbis ante Theodosium Juniorem, atque adeo sub Honorio vixisse. Nec abhorret Pachymeres lib. V. cap. X. ubi ait Michaelem Palæologum capta recens Constantinopoli portum ædificare voluisse juxta *Blanchbam*: Τὸ πρὸς τὰ Βλάγκα κοντόσκαλον (leg. κοντοσκάλιον) ἀνοικοδομεῖν ἤθελεν, *portulum ad Blancam reædificare voluit*, Quod quidem *Contoscalium*, nihi aliud est quam *minor scala*, seu portulus. Nam ex quo Portus Eleutherii terra obrutus est a Theodosio Juniore, *Scala* tantum ibi remansit, quæ minora dumtaxat navigia contineret, & ex qua in continentes plagas fieret exscensus. Ἀποβάτρα δὲ Πηγῆς a Scylitze nuncupatur pag. 626. E. R. quia ex Palatio *Fontis* inde Imperator celocem quæ ibi stabat, solebat conscendere: denique λιμὴν δὲ Χρυσῆς πύλης, *portus Aureæ Portæ*, Ducę dicitur in Hist. capp. XXXVIII. & XXXIX. nam & Palatium Fontis, & Auræa Porta extitere in duodecima regione, proindeque juxta Portum Eleutherii, a quo denique tractus urbis ille Eleutherii appellatus est. Nicetas in Isaacio & Alexio fil. καὶ καθ' ἑξῆς ὁπόσα τοῖς τὸ Ελευθερίου ἀγχιτέρμονα μέρεσι. Sed de hoc portu audiendus Gyllius: sic autem ille lib. IV. *Jam vero portus Theodosiacus fuit in hortis, quos hodie appellant Blancham, muro undique clausis, & sitis in maritima Propontidis planitie subjecta sub radices septimi collis, cujus ostium vergebat ad Solis ortum æstivum, a qua moles extendebatur ad occasum æstivum, supra quam nunc muri exstructi existunt. Urbis moles adhuc extat larga duodecim pedes, longa sexcentos passus meos, quos conficere soleo in ambulando. Portus obrutus est, latissimos hortos habens oleribus consitos & paucis arboribus. Horti irrigui sunt ex lacubus quos habent intra se perennes, vestigia nimirum antiqui portus, cujus circuitum excessisse milliarium ex mole & situ loci deprehendo in faucibus portus adhuc navium capacibus. Extra murum urbis etiam nunc videtur turris undique mari circumdata, & saxa reliquiæ ruinarum.*

VI. PORTUS CÆSARII, cujus mentio est in Quinta Synodo Constantinopolit. act. II. sub finem, & apud Theophanem anno V. Pogonati, ad Propontidem extitit, ubi & Tractus Cesarii, de cujus situ & nomine agimus suo loco.

XX.

REGIONES.

CUm Novam Rovam in omnibus Antiquæ, quæ in regiones quatuordecim divisa erat, partem esse decrevisset Constantinus, Novam perinde in totidem regiones partitus est, quas κλίματα vocant Socrates lib. II. cap. XXX. & Justinianus in Novella XLIII. cap. I. §. I. ubi quatuordecim regionum meminit, ut etiam urbis Carthaginensis Regiones Codex Canonum Ecclesiæ Africanæ cap. XCIII. Alexandriæ Epiphanius lib. de Ponderibus & mensuris pag. 536. & ῥηγιῶνες Chronicon Alexandrinum anno VIII. Leonis M. voce Latina, quam agnoscunt etiam Glossæ MSS. Regiæ cod. MMLXII. ῥηγιῶν, μέτρον τῆς πόλεως. Regionum Urbis Constantinopolitanæ meminit præterea Lex XXII. Cod. Th. de Diverſ. offic. Singulis istis regionibus præerat Magistratus, *Curator* dictus in Urbis Descriptione, Ῥηγιωνάρχης Codino, *qui totius regionis solicitudinem gerebat*, cui suberant *Vernaculus* unus, velut servus in omnibus, & internuntius regionis; *Collegiati* plures e diversis corporibus ordinati, qui incendiorum solebant casibus subvenire; & *Vicomagistri* plures, quibus per noctem tuendæ urbis cura mandata erat. Has porro regiones, ut Romæ Publius Victor, breviter descripsit Anonymus qui ante Justinianum vixit, ut observat Petrus Gyllius liber IV. caput undec. extremo; atque adeo circa tempora Honorii, vel Theodosii Junioris, uti liber II. cap. undecim. censet: quod quidem vel inde colligitur, quod in decimaquarta regione unicam ponat Ecclesiam, quæ non alia fuit ab æde S. Joanni Baptistæ sacra, a Theodosio Magno in Hebdomo excitata. Nam post Theodosium Juniorem, Pulcheria ædem Deiparæ Blachernarum in eadem regione ædificavit: hocque ducti argumento, in Dissertatione historica de Capite sancti Joannis Baptistæ cap. II. n. IV. diximus Marcellinum Comitem, *qui Justiniani cancellos egit*, ut ait Senator, istius descriptionis auctorem non videri; quem idem Senator *Constantinopolitanam civitatem & Urbem Hierosolymorum quatuor libellis minutissima narratione conscripsisse* testatur. Verum omnem scrupulum eximit præfatio ejusdem opusculi, quam debemus viro pererudito Petro Lambecio, a quo ex Cæsareæ Bibliothecæ, plurimæ, uti testatur, antiquitatis, Codice manu exarato descripta est lib. II. Commentariorum de Bibliotheca Cæsarea cap. VIII. una cum principio descriptionis regionis primæ: in qua quidem præfatione satis innuitur scriptam Theodosio imperante, *cujus virtus & cura in novam faciem novitate detersa*, urbem ita decorasse dicitur, *ut ejus perfectioni addi nihil potuerit*. Quod de Juniore accipi debet, tum quod urbem novis muris & ædificiis auxerit & ornaverit; tum quod eadem descriptio ædificia post priorem Theodosium ædificata complura recenseat. Sed & nescio an eadem tempestate confecta, qua Orbis totius descriptio, quam Theodosii jussu, anno Imperii XV. viri litterarum laude præstantes aggressi dicuntur in eorum Dodecasticho, quod mox daturi sumus, adeo ut dimenso ab iis terrarum orbe, ne quid accuratæ deesset provinciarum omnium descriptioni, utramque totius Orbis μητρόπολιν, uti Roma & Constantinopolis appellantur a Themistio orat. XVIII. simili compendio perstrinxerint iidem, vel saltem iisdem æquales ac coævi: quæ quidem Orbis descriptio diversa haud videtur ab ea quæ Æthicum vulgo præfert auctorem, in codice vero MS. Bibliothecæ Regiæ signato 1238. hoc insulso & inconcinno lemmate insignitur: *Incipit Cosmographia feliciter cum itinerariis suis, & portibus, ex fastibus Romanorum, & Consulum nominibus, in equo nemo prudentium esse potest. Lectionum pervigili cura comperimus*, &c. quæ sunt prima Æthici Cosmographiæ verba, quæ in hisce verbis desinit: *Et quoniam universa terrarum orbis spatia, ve. insularum descripsimus, nunc ad majorem demonstrationis structuram, in quantum vigilantia nostra investigare potuit, demonstrabo, ex æterna urbe Roma initium sumens, quæ Caput est Orbis, & Domina Senatus*. Quæ satis convincunt Cosmographiæ eundem auctorem esse qui Itinerarii,

Edit. Paris. pag. 62.

cum locorum distantias ab urbe Roma fere semper ordiatur, & Cosmographiæ Æthici adjungatur. Quod præterea indicat titulus Codicis Regii laudatus. Id etiam astruere videntur Præfationis Urbis Constantinopolitanæ Descriptioni præfixæ verba ista: *Illis igitur terrena passibus, freta stadiis, cælestia conjectura captantibus*, &c. Quæ quidem ad ista Æthici spectant: *Et ne divinam eorum mentem omnium rerum magistram aliquid præteriret, quam vicerant, quadripartito cæli cardine investigarunt, & intellectu æthereo totum quod ab Oceano cingitur, tres partes esse dixerunt Asiam, Europam, & Africam reputantes.* Adde quod apud Baldricum Novionensem lib. I. c. III. idem Itinerarii, ut Æthici, liber *de Cosmographia* inscribitur: & apud Flodoardum lib. I. Hist. Remensis cap. I. idem Itinerarium Æthico adscribitur. Floruit autem Æthicus post Constantinum, ut qui *Constantinopolim* Byzantium appellatum scribat, cujus etiam nomenclaturam prodit idem Itinerarium, adeo ut in confesso sit falso a Julio Cæsare confectum dici, uti habet Baldricus. At vero in codicibus aliquot MSS. *Julio Oratori utriusque artis* adscribitur: atque adeo in Codice Thuanæo, hæc ad calcem operis adjecta leguntur: *Hæc omnia in descriptione rectæ orthographiæ transtulit, publicæ rei consulens, Julius Honorius, magister peritus, atque sine aliqua dubitatione doctissimus. Illo nolente ac subterfugiente, nostra parvitas protulit, divulgavit, & publicæ scientiæ obtulit.* Sed & hunc veteris istius Cosmographiæ auctorem agnoscit Cassiodorus de Divinis Lectionibus cap. XXV. quod est de Cosmographis legendis: *Libellum Julii Oratoris, quem vobis reliqui, studiose legere festinetis: qui maria, insulas, montes famosos, provincias, civitates, flumina, gentes, ita quadrifaria distinctione complexus est, ut pene nihil libro ipsi desit, quod ad Cosmographi notitiam cognoscitur pertinere.* Utcumque sit de hoc Julio, constat Itinerarium istud falso Antonii, vel Antonini nomen præferre in aliis Codicibus: quod inde forte accidit, quod circumferatur vetus quoddam Itinerarium, quod Antonini Monachi nomen præfert, tametsi nihil habeat commune cum eo quod Antonini, seu Æthici Itinerarium vulgo inscribitur. Jam vero tempus quo exaratum est, docet omnino Codex MS. alius Bibliothecæ Regiæ signatus 990. ex quo sequentia excerpsimus: *Liber de mensura orbis terræ. Prologus libri. Post congregatam epistolam de quæstionibus decim artis Grammaticæ, cogitavi ut liber de mensura provinciarum orbis terræ sequeretur, secundum illorum auctoritatem, quos sanctus Theodosius Imperator ad provincias prædictas mensurandas miserat, & juxta Plinii Secundi præclaram auctoritatem ipsarum dimensionem volo supplens ostendere: sed duabus causis contra temporum rationem scripturam Missorum Theodosii, verbis Plinii Secundi ordine præpono, eo quod illi in duodenis novissime versibus diligentius antiquis fecisse affirmant: & quod exemplaria codicum Naturalis Historiæ Plinii Secundi scrutatus fui, nimis a scriptoribus ultimorum temporum dissipata prævidi, sermones quidem prædictorum Missorum, quia minus (f. nimis) vitiose scripti sunt, quantum potuero corrigere curabo*, &c. *In Quintodecimo anno regni Imperatoris Theodosii præcepit ille suis Missis provincias orbis terræ in longitudinem & latitudinem mensurari. Terrarum orbis tribus dividitur nominibus, Europa, Asia, Lybia, quem Divus Augustus primus omnium per Chorographiam ostendit. Principium ergo erit omnibus ab Europæ Freto*, &c. *Mensuratio orbis terræ finit. Duodecim versus prædictorum Missorum de imperante Theodosio hoc opus feliciter incipiunt.*

Edit. Paris. pag. 63.

Hoc opus egregium, quo Mundi summa tenetur,
Æquora, quo Montes, Fluvii, Freta, Portus, & Urbes,
Signantur, cunctis ut sit cognoscere promptum:
Quidquid ubiq; latet, clemēs genus inclita proles,
Ac per secla pius, totus quem vix capit orbis,
Theodosius Princeps venerando jussit ab ore
Confici, ter quinis aperit cum fastibus annum.
Supplicis hoc famuli dum scribit, pingit & alter,
Mensibus exiguis veterum monumenta secuti;
In melius reparemus opus, culpamque priorem
Tullimus, ac totum breviter comprendimus orbem.
Sed tamen hoc tua nos docuit sapientia, Princeps.

Quorum quidem versiculorum mendas ita eluere & excusare conatur idem Cosmographiæ interpolator: *Non debet mirari, quod in primo loco septimi & octavi versus istorum amphimacrus scriptus est, quoniam, ut reor, non imperitia, sed auctoritate aliorum Poetarum, & maxime Virgilii, quem in talibus causis noster simulavit Sedulius, qui in Heroicis carminibus raro pedes alienos ab illis posuerunt.* Ex his percipere est, ut e Roma veteri, in Novam translata & transmigrata Latinitas sensim dilabi, & apud Constantinopolitanos Ἑλληνίζοντας pene oblivioni tradi cœperit. Neque porro felicioris, si non ejusdem, venæ est Pentastichon Circi Constantinopolitani obelisco adscriptum Theodosio Magno imperante, quod ut *admodum ineptum* jure suggillat Franciscus Philelphus lib. VI. Epistol. adeo ut incertum maneat an Dodecastichon supra descriptum ejusdem Poetastri fuerit, eidemque Theodosio Magno attribui debeat Descriptio illa terrarum orbis, cum ex allatis elici haud queat illi ne an Juniori debeat adscribi, cum Magnus Imperii annum decimum sextum, Junior quadragesimum secundum attigerint, ac proinde quod factum est anno decimoquinto, utrique possit convenire. Utcumque sit de hac controversia, saltem a quo confectum sit, quod Antonini præfert nomen, Itinerarium docemur, quod frustra quæsiere Simlerus, Surita, & Bergerius lib. III. de Itineribus Roman. cap. VI. Theodosium præterea orbem universum Romanum dimetiri jussisse auctor est Dicuil Hibernus, qui vixit circa annum DCCC. *In libro de Mensura provinciarum orbis terræ secundum illorum auctoritatem, quos S. Theodosius Imperator ad provincias prædictas mensurandas miserat.* Sed an eadem qua illud ætate, eodemque auctore ac præcipiente Theodosio, siquidem Junior intelligatur, exarata fuerit Romæ veteris Descriptio, quæ P. Victori attribuitur, major est difficultas, tametsi post Constantinum confectam arguant Basilica, Thermæ & Porticus, quæ illius nomen præferunt in Regione quarta, sexta, & septima. Incertum præterea an urbem utramque, Romam & Constantinopolim idem scriptor descripserit, quod suadere videtur simillimus scriptionis, divisionis, & collectionis modus. Nam in MS. Codice Cæsareo, ut auctor est Lambecius, Descriptio Romæ sic concipitur: *Descriptio urbis Romæ secundum quatuordecim regiones. Regio Prima. Porta Capena continet ædem Honoris & virtutis*, &c. Quam quidem Descriptionem continuo subsequitur Descriptio urbis Constantinopolitanæ, cum Præfatione cujus meminimus, quam cum nævis suis, & cum Primæ Regionis fragmento, cujusmodi edidit Lambecius, hic describimus, reliquam Urbis Descriptionem ex pridem edita daturi.

XXI.

DESCRIPTIO URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ *secundum quatuordecim regiones.*

PRÆFATIO.

SÆpe litteris dediti, quos pro ingenii facul- „
tate latentium rerum curam sollicitat, nunc „

„ peregrina gentium; nunc secreta terrarum cu-
„ riosius animo peregrinante insequuntur, ne quid
„ ad familiaris scientiæ detrimentum relinquatur
„ ignotum; inertiæ esse ducentes, si lateat ho-
„ mines quod in orbe consistit humano. Illis igi-
„ tur terrena passibus, freta stadiis, cælestia con-
„ jectura captantibus, brutum & desidem judica-
„ vi, cum totius absit mundi cura, Urbis etiam
Edit. Paris. „ Constantinopolitanæ, in qua vivendi palæstra
pag. 64. „ est, latere notitiam, quam supra Conditoris
„ laudem, Theodosii invicti principis, in no-
„ vam faciem novitate detersa, ita virtus & cu-
„ ra decoravit, ut ejus perfectioni, quamvis sit
„ quispiam diligens, nihil possit adjungere. Uni-
„ versis igitur ejus partibus inspectis, corporum
„ quoque eidem inservientium recensito numero,
„ fidem rerum omnium notitia circumscribente si-
„ gnavi, ut admirantis intentio singulis edocta
„ monumentis, amplitudine quoque tantæ felici-
„ tatis attonita, fateatur huic urbi nec laudem
„ sufficere, nec amorem.

„ PRIMA REGIO longa situm, plana in an-
„ gustum, a Palatii inferiore parte contra Thea-
„ trum majus euntibus dextro latere declivis in
„ mare descendit. Regiis nobiliumque domiciliis
„ clara: continet in se idem Palatium Magnum,
„ Lusorium, Palatium Placidianum, Domum
„ Placidiæ Augustæ, (*hactenus ex Cod. Cæsareo*)
„ Domum nobilissimæ Marinæ, Thermas Arca-
„ dianas, Vicos sive Angiportus viginti novem,
„ Domos centum decem & octo, Porticus perpe-
„ tuas duas, Balneas privatas quindecim, Pistri-
„ na publica quatuor, Pistrina privata quindecim,
„ Gradus quatuor; Curatorem unum, qui totius
„ regionis sollicitudinem gerat; Vernaculum u-
„ num, velut servum in omnibus & internuncium
„ regionis; Collegiatos viginti quinque, qui e
„ diversis corporibus ordinati, incendiorum so-
„ lent casibus subvenire; Vicomagistros quinque,
„ quibus per noctem tuendæ urbis cura mandata
„ est.

„ REGIO SECUNDA, ab initio Theatri mi-
„ noris per æqualitatem sui latenter molli suble-
„ vata clivo, mox ad mare præcipitiis abrupta
„ descendit. Continet in se Ecclesiam magnam,
„ Ecclesiam antiquam, Senatum, Tribunal pur-
„ pureis gradibus extructum, Thermas Zeuxippi,
„ Theatrum, Amphitheatrum, Vicos sive Anti-
„ portus triginta quatuor, Domos nonaginta &
„ octo, Porticus magnas quatuor, Balneas pri-
„ vatas tredecim, Pistrina privata quatuor, Gra-
„ dus quatuor, Curatorem unum, Vernaculum
„ unum, Collegiatos XXXV. Vicomagistros quin-
„ que.

„ REGIO TERTIA, plana quidem in supe-
„ riore parte, utpote in ea Circi spatio largius ex-
„ plicato, sed ab ejus extrema parte nimis prono
„ clivo, mare usque descendit. Continet in se
„ eundem Circum maximum, Domum Pulche-
„ riæ Augustæ, Portum novum, Porticum semi-
„ rotundam, quæ ex similitudine fabricæ Sigma
„ Græco vocabulo nuncupatur; Tribunal fori
„ Constantini, Vicos septem, Domos nonagin-
„ ta quatuor, Porticus magnas quinque, Balneas
„ privatas undecim, Pistrina privata novem, Cu-
„ ratorem unum, Vernaculum unum, Collegia-
„ tos XXI. Vicomagistros quinque.

„ REGIO QUARTA, a Milliario aureo col-
„ libus dextra lævaque surgentibus, ad planitiem
„ usque valle ducente perducitur. Continet in se
„ idem Milliarium aureum, Augusteum, Basili-
„ cam, Nymphæum, Porticum Fanionis, Li-
„ burnam marmoream, navalis victoriæ moni-
„ mentum; Ecclesiam sive martyrium S. Men-
„ næ, Stadium, Scalam Timasii, Vicos XXXII.
„ Domus trecentas septuaginta quinque, Porticus
„ magnas quatuor, Balneas privatas septem, Pi-
„ strina privata quinque, Gradus septem, Cura-
„ torem unum, Vernaculum unum, Collegiatos
„ XL. Vicomagistros quinque.

A REGIONIS QUINTÆ non modica pars, „
in obliquioribus posita locis, planitie excipien- „
te producitur, in qua necessaria civitatis ædifi- „
cia continentur. Continet in se Thermas Ho- „
norianas, Cisternam Theodosiacam, Prytа- „
neum, Thermas Eudocianas, Strategium in „
quo est Forum Theodosiacum, & Obeliscus „
Thebæus quadratus; Horrea holearia, Nym- „
phæum, Horrea Troadensia, Horrea Valen- „
tiniana, Horrea Constantiaca. Portum habet „
Prosforianum, Scalam Chalcedonensem, Vi- „
cos viginti tres, Domos centum octoginta qua- „
tuor, Porticus magnas VII. Balneas privatas „
undecim, Pistrina publica septem, Pistrina pri- „
vata duo, Gradus novem, Macellos duos, „
Curatorem unum, Vernaculum unum, Colle- „
giatos quadraginta, Vicomagistros quinque. „

B REGIO SEXTA, brevi peracta planitie, „
reliqua in devexo consistit. A foro namque „
Constantini, Scalam usque sive Trajectum Sy- „
cænum porrigitur spatiis suis. Continet in se „
Columnam purpuream Constantini, Senatum „
ejusdem loci, Neorium portum, Scalam Sy- „
cenam, Vicos viginti duos, Domos quadrin- „
gentas octoginta quatuor, Porticum magnam „
unam, Balneas privatas novem, Pistrinum „
publicum unum, Pistrina privata decem & se- „
ptem, Gradus decem & septem, Curatorem „
unum, Vernaculum unum, Collegiatos quadra- „
ginta novem, Vicomagistros quinque. „

REGIO SEPTIMA in comparationem su- „
perioris planior, quamvis & ipsa circa lateris „
sui extremitatem habeatur in mare declivior. „
Hæc a parte dextera Columnæ Constantini us- „
que ad Forum Theodosii, continuis extensa „
C porticibus, & de latere aliis quoque pari ratio- „
ne porrectis, usque ad mare velut se ipsam in- „
clinat, & ita deducitur. Habet autem in se „
Ecclesias tres, hoc est, Irenen, Anastasiam, „
& sancti Pauli; Columnam Theodosii intrin- „
secus usque ad summitatem gradibus perviam, „
Equites magnos duos, Partem ejusdem fori, „
Thermas Carosianas, Vicos octoginta quin- „
que, Domus septingentas undecim, Porticus „
magnas sex, Balneas privatas undecim, Pistri- „
na privata duodecim, Gradus sexdecim, Cura- „ *pag.* 65.
torem unum, Vernaculum unum, Collegiatos „
octoginta, Vicomagistros quinque. „

REGIO OCTAVA ex parte Tauri, nulla „
maris vicinitate conterminata, angustior magis „
quam lata, spatia sua in longitudinem producta „
compensat. Continet in se partem Fori Con- „
stantini, Porticum sinistram Taurum usque, „
Basilicam Theodosianam, Capitolium, Vicos „
XXI. Domos centum octo, Porticus majo- „
res quinque, Balneas privatas decem, Pistrina „
D privata quinque, Gradus quinque, Macellos „
duos, Curatorem unum, Vernaculum unum, „
Collegiatos XVII. Vicomagistros quinque. „

REGIO NONA prona omnis, & in No- „
thum deflexa, extensi maris littoribus termi- „
natur. Continet in se Ecclesias duas, Cœno- „
polim & Omoneam, Horrea Alexandrina, „
Domum Nobilissimæ Arcadiæ, Thermas Ana- „
stasianas, Horreum Theodosianum, Vicos XVI. „
Domos centum sexdecim, Porticus majores „
duas, Balneas privatas XV. Pistrina privata XV. „
Pistrina publica IV. Gradus IV. Curatorem u- „
num, Vernaculum unum, Collegiatos XXXVIII. „
Vicomagistros sex. „

REGIO DECIMA in aliud civitatis latus „
a nona regione platea magna velut fluvio in- „
E terveniente dividitur. Est vero tractu pla- „
nior, nec usquam præter maritima loca inæ- „
qualis, longitudini ejus latitudine non cedens- „
te. Continet in se Ecclesiam sive Martyrium „
sancti Acacii, Thermas Constantinianas, Do- „
mum Augustæ Placidiæ, Domum Augustæ Eu- „
docie, Domum Nobilissimæ Arcadiæ, Nym- „
phæum majus, Vicos viginti, Domus sexcen- „

tas

„ tas XXXVI. Porticus majores ſex, Balneas pri-
„ vatas XXII. Piſtrina publica duo, Piſtrina pri-
„ vata ſexdecim, Gradus XII. Curatorem unum,
„ Vernaculum unum, Collegiatos nonaginta,
„ Vicomagiſtros quinque.

„ REGIO UNDECIMA ſpatio diffuſa libe-
„ riore, nulla parte mari ſociata eſt. Verum
„ ejus extenſio tam plana, quam etiam collibus
„ inæqualis. Continet in ſe Martyrium Apoſto-
„ lorum, Palatium Flaccilianum, Domum Au-
„ guſtæ Pulcheriæ, Bovem æreum, Ciſternam
„ Arcadiacam, Ciſternam Modeſtiacam, Vicos
„ VIII. Domos quingentas tres, Porticus majo-
„ res quatuor, Balneas privatas quatuordecim,
„ Piſtrinum publicum unum, Piſtrina privata tria,
„ Gradus ſeptem, Curatorem unum, Vernacu-
„ lum unum, Collegiatos triginta ſeptem, Vi-
„ comagiſtros quinque.

„ REGIO DUODECIMA portam a civitate
„ petentibus in longum plana omnis conſiſtit, ſed
„ latere ſiniſtro mollioribus clivis deducta maris
„ confinio terminatur, quam mœnium ſublimior
„ decorat ornatus. Continet in ſe Portam Au-
„ ream, Porticus Troadenſes, Forum Theodo-
„ ſiacum, Columnam itidem intra ſe gradibus
„ perviam, Monetam, Portum Theodoſiacum,
„ Vicos undecim, Domos trecentas ſexaginta
„ tres, Porticus majores tres, Balneas privatas
„ quinque, Piſtrina privata quinque, Gradus IX.
„ Curatorem unum, Vernaculum unum, Colle-
„ giatos decem & ſeptem, Vicomagiſtros quin-
„ que.

„ REGIO TERTIADECIMA Sycena eſt,
„ quæ ſinu maris anguſto diviſa, ſocietatem urbis
„ navigiis frequentibus promeretur. Tota lateri
„ montis affixa, præter unius plateæ tractum,
„ quam ſubjacentium eidem monti littorum tan-
„ tum præſtat æqualitas. Continet in ſe Eccle-
„ ſiam, Thermas Honorianas, Forum Hono-
„ rianum, Theatrum, Navalia, Domos qua-
„ dringentas XXXI. Porticum majorem unam,
„ Balneas privatas quinque, Piſtrinum publicum
„ unum, Piſtrina privata IV. Gradus octo, Cu-
„ ratorem unum, Vernaculum unum, Collegia-
„ tos XXXIV. Vicomagiſtros quinque.

„ REGIO QUARTADECIMA licet in urbis
„ numeretur parte, tamen quia ſpatio interjecto
„ diviſa eſt, muro proprio vallata, alterius quo-
„ dammodo ſpeciem civitatis oſtendit: eſt vero
„ progreſſis a porta modicum ſitu plana, dextro
„ autem latere in clivum ſurgente uſque ad me-
„ dium fere plateæ ſpatium, nimis prona: unde
„ mare uſque mediocris hæc quæ civitatis continet
„ partem, explicatur æqualitas. Continet in ſe
„ Eccleſiam, Palatium, Nymphæum, Ther-
„ mas, Theatrum, Luſorium, Pontem ſubli-
„ cium ſive ligneum, Vicos undecim, Domos
„ centum ſexaginta ſeptem, Porticus majores
„ duas, Balneas privatas quinque, Piſtrinum pri-
„ vatum unum, Gradus quinque.

„ *Collectio civitatis*. Cognita urbe per partes,
„ fas eſt etiam ſitum occluſæ jam univerſitatis ape-
„ rire, ut magnificentiæ unicum decus non ſolum
„ videatur opere & manu confectum, ſed etiam
„ conſpirantibus elementis naturæ felicitate mu-
„ nitum. Providentia ergo divina tot futurorum
„ hominum domiciliis conſulente, longo tractu,
„ in Promontorii qualitatem ſpatioſior terra fauci-
„ bus Pontici maris oppoſita, ſinuoſis portuoſa la-
„ teribus, anguſtior latitudine, circumflui maris
„ tutela vallatur. Hoc quoque ſpatium quod ſo-
„ lum apertum maris circulus derelinquit, duplici
„ muro acies turrium extenſa cuſtodit: intra quas
„ ſepta civitas continet in ſe omnia ſingillatim
„ memorata; quæ nunc ad firmioris memoriæ
„ qualitatem ſummatim collecta referemus. Ha-
„ bet ergo Urbs Conſtantinopolitana, Palatia
„ quinque, Eccleſias quatuordecim, Domos di-
„ vinas Auguſtarum VI. Domos Nobiliſſimas III.
„ Thermas VIII. Baſilicas duas, Fora quatuor,
„ Senatus II. Horrea V. Theatra II. Luſoria II.
„ Portus IV. Circum I. Ciſternas IV. Nymphæa
„ IV. Vicos trecentos XXII. Domus IV. millia tre-
centas octoginta octo, Porticus quinquaginta *Edit. Pariſ.*
duas, Balneas privatas centum quinquaginta tres, *pag.* 66.
Piſtrina publica XX. Piſtrina privata centum XX.
Gradus centum decem & ſeptem, Macellos V.
Curatores XIII. Vernaculos XIV. Collegiatos
quingentos ſexaginta, Vicomagiſtros ſexaginta
quinque, Columnam purpuream, Columnas in-
tra ſe pervias duas, Coloſſum unum, Tetrapy-
lum aureum unum, Auguſteum, Capitolium,
Monetam, Scalas maritimas tres. Habet ſane
longitudo urbis, a Porta Aurea uſque ad littus ma-
ris directa linea, pedum quatuordecim millia ſe-
ptuaginta quinque. Latitudo autem, pedum ſex
millia centum quinquaginta.

Enimvero deſcriptionem ſuam ita exaravit A-
nonymus, *minutaque* adeo *narratione*, ut non
modo gemini regionum ipſarum ſitus, ſed quibus
lateribus ſibi invicem adjunctæ fuerint ac vicinæ,
vix ex illius verbis liceat aſſequi: etſi Gyllius,
qui plurimam, Conſtantinopoli agendo, ad hunc
illuſtrandum ſcriptorem induſtriam adhibuerit, &
colles & depreſſiora urbis loca, quæ non modice
ad Regionum indicia juvant, obſervaverit, ac-
curateque deſcripſerit, ad quem lectorem amandare, quam illius verba exſcribere, ſatius viſum
eſt. Verum cum tertiadecima regio ab urbe Freto Syceno avulſa, varia ſubinde nomina & incrementa acceperit, ab inſtituto fortean haud alienum videbitur, ſi quæ de ea tradidere ſcriptores, hoc loco congeramus, quandoquidem in Regionum Urbis mentionem incidimus.

XXII.

SYCÆ.

URBIS igitur regionum tertiadecima proprio vocabulo SYCENA primum dicta eſt. Auctor Urbis Deſcriptionis: *Tertiadecima regio Sycena eſt, quæ ſinu maris anguſto diviſa, ſocietatem urbis navigiis frequentibus promeretur, tota lateri montis affixa, præter unius plateæ tractum, quam ſubjacentem eidem monti littorum tantum præſtat æqualitas*. Meminit Strabo lib. VII. iſtius appellationis: Επὶ τὸν ἐπὶ τῇ Συκῇ καλούμενον λιμένα, *ad portum, qui ad Ficum appellatur*. Ubi alii codices habent, ὑπὸ τῇ Συκῇ, *ſub Ficu*. Sic porro nuncupatas Sycas volunt, ab arborum ficos ferentium copia. Heſychius Mileſius, & ex eo Codinus: Αμφιάρεω δὲ τοῦ ἥρωος ἐν ταῖς λεγομέναις Συκαῖς ᾠκοδόμησε ναὸν, αἱ τῶν ἐπωνυμίαν ἐκ τῶν συκοφόρων δένδρων ἐδέξαντο. *Amphiarao Heroi templum excitavit in Sycis, quæ nomenclaturam accepere ab arboribus ficus ferentibus*. Sic aliud urbis Byzantinæ προαστεῖον, Ελαῖαν dictum propter oliviferas arbores legimus apud Socratem lib. VII. cap. XXVI. ὅπερ καταντικρὺ μὲν κεῖται τῆς πόλεως, *quod e regione illius ſitum erat*: cujus etiam meminit Nicephorus Call. lib. VIII. cap. VI. Stephanus de Urbibus, ſeu illius abbreviator Hermolaus, Συκαὶ, non Συκῶ efferendum cenſet, etſi poſtremo hoc nomine uſus ſit Strabo: Στράβων ἐπικῶς αὐτῷ λέγει Συκῶ. οἰκειώτερον δὲ, ὡς λέγονται, Συκαὶ καλοῖντ' ἄν· αἱ τόποι γὰρ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς ὀνομάζονται, Κυπάρισσοι, Ελαία, &c. *Strabo ſingulari numero Sycen extulit, proprie vero, uti etiamnum dicuntur, Sycæ appellari debent: nam loca ab iis quæ continent, denominationem accipiunt, ut Cypariſſus, Oliva*, &c. Hermolao conſentiunt ſcriptores. Zozimus lib. IV. pag. 774. E. R. ἀπάγειδαι τοῦτον ἐν Συκαῖς τῷ φρασείῳ τῷ ἐπὶ θανάτῳ φρσίτατον, *morte multandum in Sycarum ſuburbium abducunt*. Sic alii ferme omnes. Victor Tunnenſis in Chronico: *Theodoſius Conſtantinopoli Sugas relegatus, totum pene palatium, & maximam Regiæ Ur-*

bis partem ſua perfidia maculavit. Et alibi: *Bulgares Thraciam invadunt, & uſque ad Sucas Conſtantinopolim veniunt*. Tabulæ Peutingeri *Sucas* pariter habent. Agathias lib. v. τῷ τι ἐν Συκαῖς τείχει. Nicephorus Conſtantinopolitanus in Breviario pag. 123. 1. edit. ἐντιχρὺ τῆς πόλεως, ἐν Συκαῖς λεγομένῳ παραθαλασσίῳ χωρίῳ, ὁρμοσορμίζεται, *ad locum littori proximum, quem Sycas appellant ex adverſo urbis, appulit*. Ita porro alii, Juſtinianus Nov. CLIX. Procopius lib. I. de Ædif. cap. V. Evagrius lib. III. cap. XLIII. lib. IV. cap. XXXVI. Theophanes anno V. Anaſtaſii, Zonaras in Leontio, Cedrenus in Pogonato & Apſimaro, & alii infra laudandi.

Sicæ vero JUSTINIANÆ poſtmodum appellari cœpere, ex quo has de novo inſtauravit Juſtinianus, nonnulliſque ædificiis adornavit. Chronicon Alexandrinum anno I. ejuſdem Auguſti: Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἀνενέωσε τὸ ὡραῖον, Συκαὶς πρώην λεγόμενον, κείμενον κατέναντι Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τὸ θέατρον αὐτῶν Συκῶν, καὶ τὰ τείχη, δεδωκὼς δίκαιον πόλεως, μετωνομάσας αὐτὰς Ἰουστινιανούπολιν: *Hoc ipſo tempore Imperator Juſtinianus ſuburbanum renovavit, quod antea Sycæ nuncupabatur, ex adverſo Conſtantinopolis ſitum, & ipſarum Sycarum theatrum, & mœnia, conceſſo jure civitatis, & ſuburbanum Juſtinianopolim appellavit*. Sed perperam *Juſtinianopolim* dictas Sycas ſcribit: quippe *Juſtinianæ* nuncupatæ. Hermolaus: Συκαὶ, πόλις ἀντικρὺ τῆς Νέας Ῥώμης, ἡ καθ' ἡμᾶς Ἰουστινιαναὶ προσαγορευθεῖσα: *Sycæ urbs e regione Novæ Romæ, quæ modo Juſtinianæ appellatur*. Juſtinianus ipſe Nov. LIX. cap. V. τὸ πέραμα Ἰουστινιανῶν, ἤτοι Συκῶν, Fretum Sycenum, vel certe ipſas *Sycas* vocat. Sed an Sycæ ſurburbanum idem fuerit quod Ἰακωβιανὰς vocat Procopius lib. I. de Ædif. cap. XI. dubium injicit Gyllius lib. IV. cap. X. qui mendum eſſe apud Procopium cenſet, legendumque Ἰουστινιανὰς: cui quidem ſententiæ vix manus dederim, cum Procopius *Jucundianas* in Aſiatico littore una cum Heræo videatur ſtatuere: quod vero Chronicon Alexandrinum *Sycis*, ſeu *Juſtinianis*, conceſſum a Juſtiniano jus civitatis tradit, vix fidem pariter meretur; cum longe ante Juſtinianum decimamtertiam ex quatuordecim urbis regionibus habitam, non modo ex veteri Urbis Deſcriptione ſub Honorii tempora exarata conſtet, ſed etiam ex ipſo Socrate, qui Theodoſio Juniore imperante ſcripſit, lib. II. cap. XXX. Ὁ δὲ τόπος οὗτος ἀντιπέραθεν μὲν κεῖται τῆς πόλεως, Συκαὶ δὲ ὀνομάζονται, καὶ ἔστι τρισκαιδέκατον τῆς Κωνσταντινουπόλεως κλίμα: *Locus vero iſte ex adverſo urbis ſitus eſt, Sycæque appellatur, & eſt decimatertia Conſtantinopolis regio*. Denique Anaſtaſius Auguſtus in L. XVIII. Cod. de Sacroſ. eccleſ. ait *Sycas* partem eſſe civitatis: αἱ γὰρ Συκαὶ μέρος εἰσὶ τῆς πόλεως. Ipſe vero Juſtinianus Nov. LIX. cap. V. *Sycas* intra novos urbis muros, ſeu Theodoſianos, cenſeri omnino indicat; δοκεῖν δὲ ἔσω τῶν νέων τειχῶν, καὶ τὸ πέραμα Ἰουστινιανῶν, ἤτοι Συκῶν, ubi Julianus Anteceſſor: *Etſi Juſtinianas vel Sycas non tranſierint, intra novos muros videantur eſſe*. Denique Sycenum oppidum murorum ambitu circumdatum fuiſſe, & turribus munitum, declarant hæc Procopii verba ex lib. II. de Pello Perſ. cap. XXIII. εἰς τοὺς πύργους τοῦ περιβόλου ἀνέβαινον, οἳ ἐν Συκαῖς εἰσι· *turres murorum aſcenderunt, qui Sycas ambiunt ac circumdant*. Certe cum Sycena regio in ſe continuerit, ut eſt in veteri Urbis Deſcriptione, *Eccleſiam*, *Thermas Honorianas*, *Forum Honorianum*, *Theatrum*, *Navalia*, *Domos quadringentas*, *Porticum majorem unam*, *Balneas privatas*, & *Piſtrinum publicum*; omnino dicendum eſt longe ante Juſtinianum, ut urbis regionem excultam & exornatam fuiſſe a prioribus Auguſtis. *Sed horum ædificiorum*, inquit Gyllius, *jam multa reſtant veſtigia, neque hominum ulla memoria viventium recordatur veſtigiorum ubi illa fuerint: imo non modo eorum memoriam, ſed ne nomen quidem Sycenæ regionis quiſquam jam qui vel audierit, vel legerit, reperitur*. Theatrum tamen, inquit idem ſcriptor, & Forum Honorianum dumtaxat ex architectonica ratione conjicere licet fuiſſe illud quidem in imis clivis, ut ſolent eſſe omnia theatra. Forum vero in planitie vicina portui, ubi nunc Xenodochium ædificatum eſt in fundamentis Divi Michaelis, quod integrum extabat cum venit Byzantium: quo etiam tempore viſebatur Ciſterna Divi Benedicti ſpoliata cameris & columnis circiter trecentis concamerationem ſuſtinentibus, converſa in hortorum culturam jam alentium templi æditimum, indicat opus fuiſſe antiquæ opulentiæ.

Neque diu *Juſtinianarum* nomen manſit incolume; atque adeo ultra ipſa Juſtiniani tempora vix proceſſit: ſiquidem vel *Sycarum*, vel certe *Galatæ* appellatione proxima ætate innotuit Sycena iſta regio. De poſtremæ hujus nomenclaturæ etymo vix conſtat, niſi fidem præſtemus Codino ſcribenti pag. 59. E. R. ἀπὸ τινὸς Γαλάτου ἀνδρὸς ἐκεῖσε οἰκοῦντος, *a quodam Galata ibi habitante* nuncupatam. Conſtantinopolitani, inquit Gyllius, ex eo dictam Galatam cenſent, quod ibi olim lac venderetur, aut mulgeretur, decepti nominis alluſione. Ipſe vero Gyllius a trajectione Galatarum, ſive Gallorum, duce Brenno, locum denominatum putat. Verum huicce repugnant conjecturæ melioris notæ ſcriptores, qui Galatam numero ſingulari non modo efferunt, ſed etiam τὰ Γαλάτα locum nuncupant. Nicephorus Conſtantinopolitanus an. XXIII. Copronymi: Τὸ δὲ ὕψος αὐτοῖς ὑπὲρ τῆς πόλεως τειχῶν ὑπερανέστηκε, δι' αὐτῶν τε τινὲς ἐξ Ἀκροπόλεως πρὸς τὸ ἀντικρὺ, ἐν οἷς ὑπὲρ Γαλάτα λεγόμενον ἵδρυται φρούριον πεζῇ διεπεραιοῦτο: *Harum vero* (glacierum ſeu cruſtarum) *altitudo ipſa urbis mœnia tranſcendit: itaque nonnulli in adverſum littus, ubi Galatæ Caſtellum ſitum eſt, ex arce tranſmiſerunt*. Ita Theophanes id ipſum enarrans pag. 365. E. R. καὶ ὑπὲρ Γαλάτα ἀκωλύτως διὰ ξηρᾶς διέβαζον, *veluti per continentem abſque ulla difficultate ad Galatæ tractum tranſierunt*. Unde emendandus Cedrenus hoc loco, ubi habet ὑπὲρ Γαλάτων, ut & idem Theophanes anno primo Leonis Iſauri: ἀπὸ τοῦ καστελλίου ὑπὲρ Γαλάτων, & infra pag. 332. τῷ ἁλῶναι ἐκ ὑπὲρ Γαλάτων σωίσηλαι, reſcribendum enim ὑπὲρ Γαλάτα, quomodo legit Paulus Diaconus lib. XXI. Miſc. *Catenam a locis Galati removit*. Ita porro Triodium Græcorum, & Gregoras lib. XI. pag. 371. Ed. Reg. τὰ Γαλάτου, idem Gregoras lib. IV. pagg. 56 61. E. R. τοῦ Γαλάτα πολίχνιον & φρούριον, & alii infra laudandi ſcriptores *Sycas* vocant, quas Laonicus lib. VI. & VIII. pagg. 188. & 264. Ed. R. πόλιν Γαλατίλω. Recentiores denique, & Latini etiam ſcriptores inferiores ævi Galatam nude appellarunt. Pachymeres lib. II. cap. XXXV. τὸ τοῦ Γαλατᾶ φρούριον. Ita etiam Ducas cap. XXXIX. & Phranzes lib. III. cap. XVIII. &c. Denique Epiſtola Comitis S. Pauli de prima Urbis a noſtris Expugnatione: *Inde perreximus ad quandam turrim fortiſſimam, quæ Galata nuncupabatur*. Et Villharduinus num. LXXXIII. *De noſtre Baron fu li conſeils que il ſe herbergeroient ſor le port devant la tor de Galatas, ou la Chaiene fermoit, qui movoit de Conſtantinople*.

PERÆ denique, extrema potiſſimum Græcia, Sycenæ regioni manſit appellatio, quam ei inditam a Gallorum inibi tranſitu comminiſcitur Tzetzes Chil XI. verſ. CCCCVIII. quo loco ſcribit Brennum Gallorum ducem Byzantium profectum, illuc trajeciſſe, indeque eum locum *Peram* fuiſſe nuncupatum, a trajectione Gallorum:

Ἐλθόντες δ' εἰς Βυζάντιον, ἐκεῖθεν περαιοῦται, pag. 68.
Ὅθεν καὶ Πέραν λέγεται τοῦ Βυζαντίου τόπος,
Ἐκ τῆς διαπορθμεύσεως ἐκείνων.

Verum nulla ad Gallorum Brennianorum transitum recurrendi neceſſitas incumbit, cum ex ſcriptoribus ſatis conſtet id nominis ei tractui inditum ex familiari Byzantiorum loquendi modo, qui Fretum Sycenum tranſituri, πέραν ſe contendere ajebant, id eſt *ultra* portum, ubi ipſæ erant Sycæ: nam Sycæ πέρα eſſe dicebantur. Chronicon Alexandrinum anno XIV. Heraclii: ἐλθόντων πλησίον τῶ σεβασμίῳ οἴκῳ τῶν ἁγίων Μακαβαίων πέραν ἐν Συκαῖς, *venientibus iis juxta venerabilem ſanctorum Machabæorum ædem, ultra in Sycis*, Et Theophanes anno XIV. Zenonis κεφαλὰς ἐπάγησαν πέραν ἐν Συκαῖς εἰς τρίαμβον, *eorumq; capita affixa ultra ripam in Sycis in triumphum*. Pachymeres lib XII. cap. VI. de Genuenſibus Galatam incolentibus: Γενοῦται πέραν τὰς οἰκήσεις ποιούμενοι, *Genuenſes ultra Fretum ſua domicilia habentes*. Ita etiam opinatur Leunclavius in Pandecte Turc. Hæc addo ex Sanuto lib. II. part. XV. cap XI. *Cum decem taretis, quibus Januenſes utuntur in Conſtantinopoli & in Pera, quæ Galatæ antiquitus vocabantur.*

Jam vero quomodo Pera, ſeu Galata in Genuenſium poteſtatem juſque conceſſerit, poſt receptam a Michaele Palæologo Conſtantinopolim, ita narrant Pachymeres lib. II. cap. XXXV. & Gregoras lib. IV. pag. 69. Edit. Reg. Michael recepta urbe, eam a Genuenſibus, Venetis, Piſanis, aliiſque ejuſmodi exteris hominibus, qui mercaturæ gratia eo confluentes, domum ibi & habitationem fixerant, incoli ferme animadvertit. Veritus autem ne ſi intra urbem habitarent, levibus quibuſque ſubinde cauſis aut prætextibus ad arma & rebellionem concitarentur, eos ſeponendos duxit: ac Venetos quidem & Piſanos, quorum non tam magna erat multitudo, manere intra urbem permiſit, ſed ſeparatos ab invicem: Genuenſibus vero circa Galatam, extenſa quam maxima in longum domorum ſerie, domicilia aſſignavit, diruta prius quæ ad Galatam erat munitione. Pachymeres: Καὶ ὅτω Γενοῦτας μὲν κατὰ τὸν πρὸς δύσιν περαίαν πρὸς τῷ Γαλατᾷ σφᾶς αὐτὸς ἐπὶ μήκιστον παρεκτείνοντας κατοικεῖν· τοῖς δὲ λοιποῖς ἀποταχθῆναι ἰδίους τόπους πρὸς οἴκησιν ἔχειν δ' ἕκαστον γῆ τοὺς ἰδίους φόρους ἀκωλύτως προσέταττε. Ita tamen Genuenſibus conceſſa eſt Galata a Michaele, ut poſtmodum ſupremus in eos dominium ſibi reſervarit, *ligioſque* ut ajebant, ſeu quodam feudali jure obnoxios ſibi effecerit. Idem Pachymeres lib. V. cap. X. Ἄλως δὲ καὶ παρίστα, κἂ ἰδίως ἐποίει, λιζίους αὐτὸν ἂν τις ἐκείνων, ταῖς Δημηνίαις. Exhinc ſubinde Galatam miſſus a Genuenſibus cum imperio magiſtratus, quem *Poteſtatum* appellabant, qui popularibus præeſſet, & eorum jura tueretur, lites ac controverſias dirimeret. Gregoras: Οἱ μέν γε κατ' ἐνιαυτοὺς τακτὰς ἀρχὰς ἀποστελλόμενοι τούτων, ὁ μὲν ἐκ Βενετίας καλεῖται Παΐλας, ὁ δὲ ἐκ Πίσσης Κομμᾶλος, ὁ δ' ἐκ Γενόας Ποτεστάτος. *Magiſtratus vero qui ſtatis temporibus eo mittuntur, Venetorum quidem Bajulus, Piſanorum Conſul, Genuenſium vero Poteſtas appellantur.* Atque is quidem Genuenſium magiſtratus, cum Byzantium primum appellebat, priuſquam rerum adminiſtrationi ac officio ſuo incumberet, in Imperatoris Palatium tenebatur accedere, ibique obſequium ac clientelam Imperatori præſtare, ac fauſtis acclamationibus illum proſequi, uti narrant Pachymeres lib. V. cap. XXX. Cantacuzenus lib. I. cap. XII. extremo, & Codinus de Offic. cap. XIV. numer. VIII. IX. X. XI. Et vero tam inſignis beneficii immemores Genuenſes Galatæi, haud multo poſt in ipſum rebellarunt Michaelem, etſi Galatæum oppidum necdum mœnibus firmatum eſſet: Οὔπω γὰρ σφίσι τειχῶν ὀχύρωμα ἦν, καὶ πόλεως ἀντίπαλον, ὅποτε βούλοιτο καθισαμένη τῇ βασιλευούσῃ· *Nondum enim munitiones habebant, nec urbem, quæ, cum vellet, Imperatrici urbi adverſaretur.*

A Ita Gregoras lib. V. cap. 96. ut & Pachymeres loco proxime laudato, qui eorum faſtum a Michaele repreſſum tradunt. Sub initia imperii Andronici Senioris, cum claſſis Veneta Genuenſes Galatæ incolas eſſet adorta, illi Venetis impares, ſe & res ſuas in urbem tranſtulere, uti pluribus narrant iidem Pachymeres lib. IX. cap. XV. & Gregoras lib. VI. pag. 145. Ed. R. Sed mox illi, ut a talibus hoſtium ſuorum irruptionibus ſibi caverent, ædificia ſua foſſis ſubinde cinxere. Pachymeres lib. XII. cap. VI. Ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ οἱ κατὰ τὸν Μιγαλότολιν Γενοῦται πέραν τὰς οἰκήσεις ποιούμενοι, ἐξ αὐθις ὁρῶντες, ὡς τὸ μεγαλειότερον ἐποικοδομησάμενοι, ὥστε καὶ πλείω ὑπὲρ τὸν πρότερον περιβαλέσθαι γῶν, ἣν ἐπελάβοντο, καὶ ἀσφαλῶς κύκλῳ περιταφρεύσαντες, &c. *Inter hæc Genuenſes, qui juxta Regiam urbem ultra fretum ædes ſuas habebant, novaſque, atque adeo magnificas indidem extruebant, ita ut non modice ſolum ipſis initio conceſſum ultra terminos dilatarent, tutoque vallo circumdarent,* &c. Sed anno demum MCCCIII. oppidum ſuum novis firmavere munitionibus, cum Siculam claſſem, Catalanorum auxilio, quibuſcum bellum erat cum Andronico Seniore, profectam accepere; cum ea tempeſtate Imperator viribus impar, hoſtibus obſiſtere nequiret. Pachymeres eodem lib. cap. IX. Καὶ νῦν μὲν βαθύτερον ἐξετάφρευον, καὶ ὡς ὕδωρ ἐκ τῆς θαλάσσης μετοχλεύεσθαι δυνατὸν ἦναι, ἐς τὸ ἀσφαλὲς τοῖς ἐνοικοῦσι παρέχειν· νῦν δὲ βόλα καὶ πετροβόλα ἐμηχανῶντο, τὰς ἀφ' οἰκημάτων παρακυπτικὰς ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ τιτάνου παρωκοδομημένας, εἰς ἀσφαλεῖς ἐπάλξεις καθίσων· *Ac nunc quidem foſſas altius excavabant, quo in eas aqua e mari derivari poſſet, & ſecuritas incolis præberetur. Nunc baliſtas telis ſaxiſque longe jaculandis moliebantur, & feneſtras domorum ex cocto latere ac gypſo ædificatas, in ſecura propugnacula vertebant.* Denique cum imperium Conſtantinopolitanum a Bulgaris Turciſque undique labefactari cernerent Genuenſes Itali, quo iis tam eximii corporis membrum aliquod accederet, Mitylenem & Chium inſulas occuparunt, Andronico Juniore imperante: quo rerum ſucceſſu elati Genuenſes Galatini, Imperatorem, Græcoſque ut imbelles aſpernati ſunt, ac viribus aucti, ut & hominum qui mercimonii gratia Galatam ſubinde confluebant, multitudine fortiores effecti, foſſas altius rurſum excavarunt, & firmiſſimas turres paulatim per ſpeciem ædium privatarum exſtruxerunt: tandemque Imperii procuratoribus largitione corruptis, licentiam omnem nacti ſunt & vineas emendi, & ædes in vicino colle ſplendidis mœnibus ornatas exædificandi, ut ſi bellum iis cum Byzantiis incumberet, haberent unde ſe tueri poſſent: verum has ædes ob bellum Mitylenenſe non multo poſt dejecit idem Andronicus, quod pluribus proſequitur Gregoras lib. XI. pagg. 371. 372. E. R.

Edit. Pariſ. pag. 69.

Poſt exceſſum Andronici Junioris, Joanne filio & Joanne Cantacuzeno imperantibus, rurſum Galatæi Genuenſes, pace compoſita, Cantacuzenum adierunt, poſtulantes ſibi regionem concedi, quæ ſupra Galatam eſſet, ſpecie quidem ampliandi oppiduli; re autem vera, ut ſpatium illud acclive, & oppido ſuo imminens, mœnibus intercluderent, neque ſuis eſſet incommodo, ſiquando cum Byzantiis bellum eſſet. Verum id etſi præviderit ſagax Cantacuzenus, impedire tamen haud valuit. Genuenſes enim, captata morbi, quo is Didymotichi detinebatur, occaſione, bello Byzantiis illato, confeſtimque collem, qui Galatæ imminebat, muro intercluſere, nova turri in illius jugo excitata. Denique Cantacuzenus Genuenſes fruſtra adortus, cum ab iis navium copia ſuperaretur, inito fœdere, novam iſtam munitionem ultro conceſſit Genuenſibus, qui quotannis deinceps & militibus, & rebus ad

defensionem idoneis oppidum suum instruxere. Hæc multis commemorat ipse Cantacuzenus lib. IV. cap. XI. Crebra etiam fuisse Genuensibus bella cum Joanne Palæologo Manuelis filio tradit Laonicus lib. VI. pag. 189. Edit. Reg. a quibus non semel obsessa est Constantinopolis ex ipso Galatæo oppido: Η μέν τοι πόλις τῆς Ιωνιάων ἡ Γαλατίη ἐτολίμη ἐπί συχνόν τινα χρόνον τῷ Βυζαντίῳ, καὶ τηλεβόλοις ἐξ ἀλλήλων οἱ τε Ελληνες, ἔ οἱ ἐκ τῆς Γαλάτης ἐνέβαλον, &c. Genuensium Galatæorum statum sub extremis hisce Palæologis ita repræsentat Froissartes III. vol. cap. XXI. sub annum MCCCLXXXV. *Et tiennent la ville & le chastel de Pere, qui sied en mer devant Constantinople, & la font garder à leurs frais & despens, & la rafraichissent trois ou quatre fois l'an de ce qui leur est necessaire. Les Tartares & les Turcs ont aucunefois essaié comment ils le peussent avoir; mais ils n'en peurent venir à chef: ainçois quand ils i sont venus, ils i ont plus pris que mis: Car Pere sied sur une roche, & n'i a qu'une seule entrée, & les Genevois l'ont fortifiée grandement.* Tandem Galata in Mahumetis Sultani potestatem venit eodem quo ipsa Constantinopolis die, scilicet IV. Kal. Jul. anno MCCCCLIII. deditionem ultro facientibus ipsis Genuensibus, uti narrant Laonicus lib. VIII. pag. 264. Edit. Reg. Ducas capp. XXXIX. XLII. Phranzes lib. III. cap. XVIII. & cæteri rerum Turcicarum scriptores. Cujusmodi vero sit ejus situs & magnitudo hodierna, sat multis prosequitur Gyllius lib. IV. cap. XI. quem non exscribam.

XXIII.

VICI, VIÆ, seu PLATEÆ.

UT regionibus & vicis distingui vulgo civitates palam est; ita & urbs Constantinopolitana in regiones est distributa, rursumque regiones in vicos, id est certas quasdam regionum partes, quæ viis aliquot seu plateis, quæ πολυχιδεῖς ἀγυιαὶ dicuntur Gregorio Nazianzeno in Somnio de Anastasiæ templo carm. IX. atque adeo stato ac definito ædificiorum numero constabant. Scribit Svetonius in Augusto cap. XXX. spatium urbis Romæ in regiones vicosque divisisse eumdem Augustum, & instituisse, ut illas annui magistratus sortito tuerentur, e plebe cujusque viciniæ electi. Ad Romæ igitur exemplum Constantinopoli in regiones & vicos dispartita, instituti pariter qui iis præessent Vicomagistri, uti appellantur in veteri Urbis Descriptione, & apud Publ. Victorem, & Magistri vicorum quatuordecim in Inscriptione Romana, uti supra attigimus, qui Viocuri, seu ὁδῶν ἐπιμεληταὶ appellantur in Glossis Gr. Lat. ubi *Vlaculus*, pro *Viocurus* perperam irrepsit. Erant autem Constantinopoli in singulis regionibus quinque ferme Vicomagistri, ἀμφοδάρχαι nuncupat Chronicon Alexandrinum pag. 596. E. R. qui iidem forte cum iis qui ἀμφόδων ὑπηρέται dicuntur eidem Gregorio Nazianzeno in Somnio de Anastasiæ templo carm. IX. ubi de quodam Maximo. Vicos porro trecentos viginti duos sua ætate extitisse Constantinopoli tradit auctor illius Descriptionis in Collectione civitatis:

Edit. Paris. pag. 70.

Mediam vero urbem intersecabat via, seu Platea grandior ac latior, quam Μέση, seu MEDIAM vocant passim scriptores Byzantini. Theophylactus Simocatta lib. VIII. Hist. Mauric. cap. VIII. διὰ τῆς λεωφόρου, ἣν Μέσην τὰ πλήθη κατωνομάζουσιν, *per viam publicam, quam Mediam vulgus vocat.* Nicetas in Andronico lib. II. numer. X. λεωφόρου μέσης, Cantacuzenus lib. IV. cap. XXXIV. & Phranzes ad annum MCCCCXXXVIII. μέσης ὁδοῦ, cæteri fere omnes nude Μέσην vocant. Chronicon Alexandrinum in Phoca: ἐκαύθη ἡ Μέση ἀπὸ τῆς Λαύσου, &c. Latam admodum & amplam fuisse attestantur Socrates lib. VI. cap. XVI. & Sozomenus lib. VIII. cap. XX. qui Μέσην πλατείαν ὁδὸν vocat, ut & Phranzes loco laudato, τὴν μέσην ὁδὸν τῆς πόλεως πλατείαν καὶ εὐρύχωρον διερχόμεθα, *Mediam urbis plateam latam & amplam pertransivimus.* A Palatio & æde Sophiana pertinebat ad Auream Portam, sicque per mediam urbem intercurrebat, variis subinde mercatorum ac artificum officinis, quarum meminit Laonicus lib. VI. pag. 189. Edit. Reg. & porticibus exornata: unde forte Μέση τοῦ ἐμβόλου dicitur Theophani anno I. Leonis Chazari. Auctor est enim Cedrenus pag. 351. Ed. Reg. illud incendium, quod Zenone imperante accidit, consumpsisse τῆς Μέσης τῆς πλατείων ἑκατέρωθεν τοὺς, *Mediæ Palatiorum utrinque porticus*: illas nimirum quæ a Palatio ad Forum usque Constantini pertinebant. Quippe & *Media* per *Forum* intercurrebat. Chronicon Alexandrinum de Phoca: Εἰσελθὼν διὰ τῆς Χρυσῆς πόρτας, καὶ τῆς Τρωαδησίων ἐμβόλων, καὶ τῆς Μέσης ὅλης, ἕως τοῦ Παλατίου· *Ingressus per Auream portam, & Troadenses Porticus, & totam Mediam, usque ad Palatium.* Id etiam prodit Nicetas loco laudato: διὰ τῆς λεωφόρου Μέσης, καὶ τῆς ἀγορᾶς, *per Mediam plateam & Forum.* A Palatio per *Mediam* ut plurimum & Auream portam fiebant non modo processus publici, sed etiam quæcumque aliquo digna videbantur apparatu. Ita in Chronico Alexandrino caput Genserici Attilæ filii in Urbem illatum διὰ τῆς Μέσης, & Phocæ amputatam manum περιηχθῶαι τῶι Μέσῳ ἀπὸ τοῦ Φόρου, *per Mediam a Foro circumductam* legimus. Apud Leonem Grammaticum in Lacapeno pag. 497. quidam rebelles ἐλεγχθέντες ἐτύφθησαν, καὶ ἐν τῇ Μέσῃ ἤλθον, *convicti verberibus cæsi, & per Mediam urbis plateam traducti sunt.* Apud eumdem in Porphyrogenito, quidam seditiosi ἐλεγχθέντες ἐτύφθησαν, καὶ ἐν τῇ Μέσῃ ἤλθον, *convicti pœnas dederunt, & per Mediam plateam traducti sunt.* Apud eumdem pag. 498. Iberiæ Princeps, dignitate Curopalata, in urbem adveniens, διὰ Μέσης ἐλθὼν κεκοσμημένης λαμπρῶς, *per Mediam plateam magnifice ornatam transiit*; & in ædem Sophianam deductus est: ubi frustra κεκοσμημένος restituendum censent viri docti. Denique apud Constantinum Porphyrogenitum de Imagine Edessena, eamdem imaginem per Auream portam, διὰ Μέσης τῆς πόλεως, id est, uti interpretor, non *per Mediam civitatem*, sed per *Mediam civitatis plateam*, illatam.

XXIV.

FORA PUBLICA, ALIAQUE *rerum venalium.*

URBEM præ cæteris elegantiorem reddebant FORA ampla, ac Atria circumcincta porticibus, & præclaris ædificiis, fornicibus, columnis, & statuis adornata, atque inprimis AUGUSTÆUM, quod Atrium fuit amplissimum, porticibus circumdatum, ita ut *Quadriporticus* appellari potuerit: quod φροντίς, seu vestibuli vicem præstitit Magnæ Ecclesiæ, ipsique Imperatorum Palatio, quod Magnum appellabant. Sed & publica alia, eaque elegantiæ insignis ædificia atrio isti obversabantur. Illud ἀγορὰν non semel vocat Procopius lib. I. de Ædif. cap. II. Ἀγορά τις ἐστὶ Βυλευτηρίῳ ἐτύγχανεν οὖσα· καλοῦσι δὲ Αὐγουσταῖον τὴν ἀγορὰν οἱ Βυζάντιοι· *Curiæ forum quoddam obversatur: illud autem Augustæum vocant Byzantini.* Alibi: Ἔστι δέ τις ἀγορὰ πρὸ τῶν βασιλείων περίτυλος· Αὐγουσταῖον καλοῦσι τὴν ἀγορὰν οἱ Βυζάντιοι· *Pro Palatio est quoddam forum porticibus cinctum, quod Byzantini Augustæum nuncupant.* A Constantino Magno ædificatum satis innuit Zozimus lib. II. pag. 687. Οὗσης δὲ ἐν Βυζαντίῳ μεγίστης ἀγορᾶς τετράστου, καὶ τὰς τῆς μιᾶς στοὰς ἄκρας — καὶ

φκοδομήσατο δύο. *Cum Byzantii Forum maximum esset, quatuor porticibus inclusum, ad extremitates unius ex hisce porticibus ædes duas exstruxit.* Quod de Foro Constantini intelligi non potest, quod rotundum fuisse ait idem scriptor. Proindeque illud est quod sic describitur a Bondelmontio: *Etiam de immenso Palatio usque ad sanctam Sophiam erat per milliare via columnarum binarum, per quam dominus accedebat, ubi octingentorum Clericorum per circuitum domus erant, & de totius insulæ Trinacriæ, ut dicitur, fructum capiebant.* Ita autem ab eo appellatum volunt scriptores ob matrem Helenam, quam *Augustam* renuntiaverat, & cujus erexerat statuam eo in loco. Hesychius Milesius: Καὶ τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς ἐπὶ κίονος ἀνέστησεν ἄγαλμα, καὶ τὸν τόπον ὠνόμασεν Αὐγουσταῖον. *Et matris suæ statuam columnæ imposuit, locumque Augustæum appellavit.* Chronicon Alexandrinum pag. 664. E. R. Καλέσας τὸν τόπον Αὐγουσταῖον, καθότι καὶ σήλῳ, ᾧ στήσας κατέναντι τῆς ἰδίας αὐτοῦ μητρὸς Ἑλένης Αὐγούστης διαφέροντος ἐν τοφυρῷ κίονι. *Edit. Paris. pag. 71.* *Locum Augustæum nuncupans, ut & statuam, quam e regione matris suæ dominæ Helenæ Augustæ in porphyretica columna collocavit.* Unde conficitur ipsam Helenæ Augustæ statuam *Augustæum* primitus etiam appellatam. Iisdem consona pene habet Svidas: Ἔστησε δὲ καὶ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος εἰς τὸ ἀσκητὴς τῆς Δάφνης σήλῳ τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς, ἀφ' ἧς ὠνόμασε τὸν τόπον Αὐγουσταῖον. *Posuit etiam Magnus Constantinus in atrio subdiali Daphnes statuam matris suæ, ex qua locum nuncupavit Augustæum.* Daphnen vero partem esse magni Palatii suo loco observamus. Augustæ porro titulum matri Helenæ a filio concessum testantur scriptores, inscriptiones, & illius nummi. Proinde meras nugas sapit, quod recentiores Græculi scripsere, locum nuncupatum *Augustæum*, quasi γυναῖον, forum cupediarum, quas *Gustos* appellat Juvenalis sat. XI.

Interea gustos elementa per omnia quærunt.

Gustum etiam hac notione dixit Apicius lib. IV. cap. V. Augustæum in quarta regione ponit vetus Urbis Descriptio: juxta ædem Sophianam & Palatium scriptores omnes. Illud exornavere potissimum erectæ ibi statuæ complures, atque in iis argentea Theodosii Magni columnæ impositæ, erecta anno decimoquarto ejusdem Augusti, uti testatur Marcellinus Comes: *Columna haud longe ab Ecclesia constituta est, quæ argenteam Theodosii Magni statuam ferens hactenus contemplatur.* Sed hanc demolitus Justinianus, ablatoque argento, suam loco illius posuit. Zonaras pag. 52. Κατά γε μὴν τὸ ἑπτακαιδέκατον ἔτος τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἡ ὁ κίων ὁ μέγας, ὃς ἐν τῷ φρουρίῳ τοῦ μεγάλου ναοῦ καθίδρυται, τετιλέωται, ἐφ' ἕτερον οἰκεῖον ἀνδριάντα ἔθηπτον αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἀνεστήλωσεν, ἔνθα πρὶν ἕτερος ἵστατο κίων τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου, φέρων σήλῳ, ἐξ ἀργύρου πεποιημένῳ, παρὰ τὸ ἐκείνου παιδὸς Ἀρκαδίου, εἱλκυσαν καθμὸν λιτρῶν ἑπτακισχιλίων τετρακοσίων, ᾧ καθιλὼν ἐκεῖνος μετὰ τοῦ κίονος, ἡ τὸ ἄργυρον ἁρπάσας, τὸν νῦν ὁρώμενον μετὰ τῆς οἰκείας σήλης ἀνέστησε κίονα. *Anno imperii ejus decimoseptimo magna columna, quæ in Magnæ Ecclesiæ vestibulo stat, confecta est, cui equestrem statuam suam imposuit, ubi prius altera stabat columna Magni Theodosii statuam argenteam sustinens, ab Arcadio illius filio factam, pondere septem mille quadringentarum librarum, quam ille cum columna demolitus, argento direpto, eam erexit, quæ cum illius statua visitur.* Ubi statua ab Arcadio posita dicitur, quam superstite ipso Theodosio erectam ait Marcellinus Comes. Ita porro describitur Justinianea hæc statua a Cedreno sub eundem annum decimumseptimum Justiniani: Ἐπληρώθη δὲ καὶ ὁ χαλκοῦς κίων ὁ μέγας ὁ Αὐγουσταῖος, καὶ ἀνηνέχθη σήλη τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἱππικὸς, κρατοῦντα τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ μῆλον σφαιροειδὲς, ὡς τῆς γῆς ἁπάσης αὐτοῦ κυριώσαντος· σὺν δὲ ἐξῆρε δὲ ἀνατεταμένῃ ἔχουσα, καὶ οἱονεὶ Πέρσαις διακελευομένῃ· Στῆτε, ἢ τῆς Ῥωμαίων γῆς μὴ ἐπιβῆτε. *Absoluta est etiam magna columna, quæ vocatur Augustæum, eique imposita Justiniani statua equestris, sinistra manu tenens pomum rotundum, quo indicatur orbis imperium penes ipsum esse: dextram autem extensam habens, & veluti Persis imperans, ut subsisterent, & deinceps Romanorum terras non pervaderent.* Deinde subdit hanc columnam ex tegulis æreis combustæ Chalces confectam, & nuncupatam fuisse *Augustæonem*. Similia habent de statuæ Justinianeæ forma Svidas in Justiniano, Codinus, Nicephorus Callisti in proœmio, & alii: sed illa graphice omnino describitur a Procopio lib. I. de Ædif. cap. II. cujus verba excerpsit ferme Pachymeres in illius Ἐκφράσει MS. quam quidem Procopii descriptionem, quia prolixior est, consulto omittimus, cum satis sit hanc lectoribus indicasse: præstat tantum hoc loco describere, quæ de ea ex nostris αὐτόπτης narrat Guillelmus de Bildenzel in Hodœporico pag. 107. *Coram ista pretiosissima Ecclesia stat imago Imperatoris Justiniani æquissimi, de ære fusa, imperiali diademate coronata, tota deaurata, maximæ quantitatis, manu sinistra pomum, quod orbem repræsentat, cruce superposita tenens, dexteram contra Orientem levans ad modum principibus minas rebellibus imponentis. Statua super quam imago posita est, altissima est, ex petris magnis & cæmento fortissimo conglutinata.* At cum temporis injuria labefactari cœpisset, ære a Francis nostris, ut ajunt, urbem obtinentibus, plerisque in locis direpto, demumque anno Mundi juxta Græcos MMMMMDCCCXV. Christi MCCCVII. vento vehementiore decidisset crux globo superposita, hanc non modo reposuit Andronicus Senior Palæologus Imperator, sed & columnam, ipsamque statuam firmis vinculis constrinxit, & nævos levi & firmo tectorio induxit. Rem pluribus narrat Gregoras lib. VII. pag. 193. E. R. qui cum ea de novo instauraretur, illa diligentius perlustrata & dimensa, de ejus magnitudine hæc ingerit: *Est igitur*, inquit, (Græca consulto omittimus) *circuitus capitis statuæ orgyæ una proceri viri. Tantumdem etiam ab humeris ejus, usque ad capitis Imperatorium insigne,* (τῆς κεφαλῆς βασιλικὸν σύμβολον, quod τοῦφα dicitur Leoni Grammatico pag. 456. E. R. & aliis, & describitur a Tzetze Chil. VIII. cap. CLXXXIX.) *magnitudo cujusque manuum digiti, spithamæ. Longitudo basis pedum quatuor spithamarum uno triente minus. Longitudo Crucis globo incumbentis, spithamæ quatuor. Latitudo spithamæ tres. Globi capacitas* μέτρα πολιτικὰ τρία, *mensuræ civiles tres. Ab equi pectore usque ad caudam, orgyæ tres. Eodem modo crassitudo colli ejus, orgyæ tres fere. A summo naso usque ad aures ejus, orgya una. Crucis ejus crassitudo in orbem, spithamæ quinque.* Τὸ δὲ ἱμάτιον αὐτοῦ ἐστὶν ἔστρατί τισι σεσημασμένον, καὶ ἔτι φύλλοις καὶ κλάδοις πεποικιλμένον, καὶ ἀκριβῶς ἐκτετυπωμένον ἐστὶν οἷς περὶ ἄνωθεν ἐκ σηρικῆς κομιζομένων. *Operimentum vero illius stellis quibusdam interstinctum est, præterea foliis ac ramis variatum, & persimile sericeis, quæ olim deferebantur.* pag. 72. Atque hunc quidem habitum Ἀχιλλία appellatum fuisse auctor est Procopius, & ex eo Pachymeres, locis laudatis. Sed ut a Turcis omnino eversa sit, quantaque statuæ ipsius fuerit magnitudo, hisce αὐτόπτης pariter prosequitur Gyllius lib. II. cap. XVII. *Barbari omni ærco vestitu, & equo, & statua, columnam Justiniani spoliarunt, aliquotque annos nuda remansit. Tandem ante XXX. annos eversa est tota usque ad stylobatem, quem anno superiore vidi excindi, ex cujus crepidinibus aquæ saliebat fistulis in magnum labrum. Nunc stylobatæ loco. Castellum aquæ latius constructum est, & fistulæ auctæ. Equestrem Justiniani statuam, quam modo dixi, supra hanc columnam collocatam fuisse, servatam diu in claustro regii Palatii deportari nuper*

vidi in caminos, quibus metalla funduntur in machinas bellicas, inter quæ erat Justiniani crus proceritate meam staturam superans, & nasus dodrantse longior. Crura equi ad terram projecta metiri non potui. Pedis ungulam mensus sum occulte, & deprehendi dodrantalis esse altitudinis. Prædictis hoc unicum addere placet, Muchemetis jussu, post captam urbem, inventum Constantini ultimi Imperatoris caput huic columnæ defixum fuisse. Ducas cap. XL. Τότε φοβήλασαν αὐτὸν (τὸν κεφαλὸν) ἐν τῷ κίονι τοῦ Αὐγουστέως, καὶ ἔστατο ἐκεῖ ἡμέρας. De Augustæo rursum agimus in Descriptione ædis Sophianæ num. XXIII. Porro quid Theophanes an. V. Justiniani velit per τὸ ἵππατον Αὐγουστέως, non omnino percipio.

II. Quod Græci Μίλιον, seu ἀγορὰν Μιλίου appellabant, Forum Augustæi esse plerique censent, quod in Augustæo steterit. Est autem *Milium*, idem quod MILLIARE AUREUM, quod in quarta regione statuit auctor Urbis Descriptionis, atque illud quidem jam ante instauratum a Constantino Byzantium extitisse videtur innuere Hesychius Milesius, scribens Protomachum Byzantiorum Ducem, devictis Thracibus, tropæa ærea statuisse in loco nuncupato Milio: Ὃς τοὺς ἐπαναστάντας Θρᾴκας καταδουλώσας τοῖς ὅπλοις, ἐν τῷ καλουμένῳ τῆς πόλεως Μιλίῳ χάλκεα ἀνέθηκε τρόπαια. *Qui insurgentibus Thracibus bello superatis & in servitutem redactis, in loco urbis Milio nuncupato ærea statuit tropæa.* Ab iis tropæis, *Victoriæ*, seu Νίκαι, dictus forte locus iste, quod erecta ibi fuissent in Protomachi victoriarum monumentum. Nam locum Νίκας dictum intra vetus Byzantium ponit Auctor Chronici Alexandrini pagin. 618. ubi narrat Byzantem Regem Thraciæ urbem condidisse, ἐνθα νῦν καλοῦνται αἱ Νίκαι, πλησίον τῆς Κελίκων, *ubi nunc quæ appellantur Victoriæ, juxta Celices.* Etsi non diffitear hæc referri posse ad Victoriarum statuas, in quas lusit Palladas, uti suo loco observamus. Sane ad locum illum, quem Νίκας vocabant, Byzantem urbi suæ nomen imposuisse tradit idem Auctor Chronici Alexandrini. Addit Svidas, & ex eo Codinus, faustis populi plausibus in Milio Byzantem etiam exceptum fuisse, post conditam scilicet urbem, ut & postmodum Constantinum Magnum devicto Azotio: stetisseque ibi ab antiquis temporibus, proinde ante ipsum Constantinum, currum volitantem a quatuor equis igneis aut fulvis tractum, quem idem Constantinus postea in Hippodromum traduxit: Ἐν τῷ Μιλίῳ ἐν τετράσιν ἵπποις πυρίνοις ἅρμα ἱππάμενον παρὰ δύο στηλῶν, ἐκ παλαιῶν τῶν χρόνων ὑπῆρχεν, ἔνθα ἀφημίσθη ὁ μέγας Κωνσταντῖνος μετὰ τὸ νικῆσαι Ἀσώτιον· ἐπειδὴ ὁ Βύζας ἐκεῖσε ἀφημίσθη· κατενεχθὲν δὲ τὸ ἅρμα ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ δορυφορούμενον, &c. *In Milio cum quatuor equis fulvis currus volitans fuit juxta duas columnas: ibi faustis acclamationibus exceptus est Constantinus M. devicto Azotio, quandoquidem & in eodem loco Byzas renuntiatus Rex fuerat. Is autem currus in Hippodromum cum multo comitatu translatus fuit*, &c. Similia habet Anonymus in Antiq. Constantinop. p. 93. additque currum istum Solis fuisse. Sed hæc meræ sunt conjecturæ, vel nugæ, quas Lectoribus examinandas relinquimus, ut quæ de Azotio (qui Lambecio Auriga Circensis fuisse dicitur) commemorant. Enimvero ut quæ de Milliario Constantinopolitano scriptores retulere hic congeramus, *Milliarii*, seu τοῦ Μιλίου nomenclatura omnino videtur suadere, quod hactenus opinati sunt viri docti, excitatum fuisse in Nova Roma instar *Milliarii aurei* in Antiqua, quod Augustum medio in foro statuisse tradunt Tacitus, Svetonius, & alii, in Regione octava, ut est apud Publ. Victorem, ut esset unde inciperent cætera Milliaria, tanquam a principio & meta omnium itinerum, ut ab eo numerarentur viæ militares ac regiæ: quodque in ejusdem Augusti nummis apud Biæum ad Augustini Dialogos exaratum conspicitur, quemadmodum Marlianus lib. II. Topogr. urb. Romæ cap. II. Andreas Fulvius lib. III. Antiq. Rom. cap. III. Lucius Maurus, Rosinus, Salmasius ad Plinium, Bergerius lib. III. de Viis Roman. capp. XIII. XIV. Bulingerus de Circo Rom. cap. LII. & alii, qui Romanas Antiquitates prosecuti sunt, pridem docuere. Quod vero *Milliare* Latini, Græci sequiores μίλιον dixere. Glossæ MSS. Reg. Cod. MMLXII. μίλιον, μέτρον γῆς. Atque ita usurpant Strabo lib. VII. pag. 322. Palladius in Hist. Lausiaca capp. VI. XX. LXXVII. Perdiccas Ephesius, & alii. Claudius Rutilius Numatianus lib. II.

Intervalla viæ fessis præstare videtur
Qui notat inscriptus Millia multa lapis.

At Milliarium Constantinopolitanum aliud quidpiam fuit Romano structura & amplitudine longe elegantius: siquidem Milliarium Romanum, nuda fuit columna lapidea, rotunda, rudis fere ac impolita, basi Corinthiacæ insistens, sustinensque globum aureum, *Milliarium aureum* appellata est: ejus figuram exhibent Bartholomæus Rossus, & Grutherus in Corpore Inscriptionum pag. 154. 4. Milliarium vero Constantinopolitanum, ædificium fuit editius, fornicibus constans, statuis aliisque ornamentis decoratum, atque, ut verbo utar Petri Victoris in Romæ Descriptione, Regione tertia, *Porticus absidata*: adeo ut Codinus καμάραν & Μιλίου fuisse τόρταν χερσαίαν ante Constantinum, nescio an vere, scripserit. Ἀψὶς enim, seu *Fornicis Milii*, meminere non semel scriptores Byzantini a nobis deinceps recensendi: de quo quidem fornice intelligendus Scylitzes, cum ait lapidem, quem κοσμίτλιον vocabant, ἀπὸ τῆς ἐν τῷ Φόρῳ ἀψῖδος, cecidisse: extitit enim Milliare aureum in Foro, uti mox docebimus. Quæ autem in Milii Fornice stetere, statuæ complures recensentur, atque in iis Constantini & Helenæ matris, ferentium crucem, & a tergo earum, Trajani & Adriani equis insidentium. Cedrenus pag. 322. E. R. Ἐπάνω τῆς τοῦ Μιλίου ἀψῖδος ἵστανται στῆλαι δύο, τοῦ τε Μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, μέσον ἔχουσαι σταυρόν. ὀπίσθιαι δὲ Τραϊανοῦ ἔφιπποι, ἔχων σωτῆρα τὸν Αἴλιον Ἀδριανὸν ἱππότην. Totidem fere habet Codinus pagin. 20. Editionis Regiæ, præterquam quod addit ad crucem stetisse etiam Fortunæ Urbis simulachrum. Meminit pariter pag. 21. statuæ equestris Trajani, cui adjuncta erat statua equestris Theodosii Junioris, quam pag. 36. æream fuisse scribit, & manu gestasse pomum, cui insistebat Victoriola, coronam Imperatoris capiti imponens: & in ejusdem statuæ dedicatione congiaria plebi distribuisse eundem Theodosium. Similia habet Svidas, qui ut & Codinus, stetisse præterea in Milio statuas Sophiæ uxoris Justini Junioris, & Arabiæ filiæ, & Helenæ neptis vel cognatæ eorumdem Augustorum, juxta Arcadii & Theodosii filii statuas, narrat. Scribit præterea Agatho Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus in Epilogo de iis quæ acta sunt a Philippico contra Sextam Synodum, cum ἐν τῇ οὕτω λεγομένῃ τοῦ Μιλίου καμάρᾳ descriptæ essent sex Oecumenicæ Synodi, abrasa Sextæ imagine, suam & Pyrrhi Patriarchæ Constantinopol. hæretici, ejus loco, imagines collocasse, quas postmodum Artemius, seu Anastasius, qui Philippico in ordinem acto, imperium arripuerat, dejecit, earumque loco Sextam Synodum rursum in ea describi curavit. Milliare aureum Constantinopolitanum, ut Romanum, in medio foro extitit, quod illud esse putat Gyllius, quod *Augustæum* vocabant. Sane ex Niceta in Alexio Man. F. num. VI. Augustæum, ædem Alexii quæ Augustæo adjuncta fuit, & Μίλιον, vicina fuisse doce-

Edit. Paris. pag. 73.

mur, ubi hæc de Milliarii fornice habet: Καὶ τῆς μεγίστης ἀψῖδος ἄνωθεν, ἥτις κεῖται τὸ Μίλιον ἵσταται. *Et supra magnum fornicem, qui ad Milium stat.* Unde colligitur Μίλιον ipsum Forum appellatum, quomodo scriptores vocem hanc crebro usurpant: infra tamen, Milium in foro statuit: Καὶ πλησθέντος μάλιστα τῆς ἀγορᾶς οὐ μετρίως ἐκ τῆς ἀψῖδος τοῦ Μιλίου, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ νεὼ τοῦ Λλεξίου μαχομένων ὁπλίτας τῆς Καισαρείσσης εἶναι. *Cum autem forum hominibus plenum esset, qui e Milii fornice & Alexii æde pugnabant, milites Cæsariissæ lædebant.* Ædi Sophianæ proximum Milium statuit idem Nicetas in Isaacio & Alexio F. num. 11. ubi de incendio a Francis excitato: Συνεπελάβετο δὲ καὶ τοῦ μεγίστου νεὼ τὸ δεινὸν, καὶ δὴ ὅσα πρὸς ἀψῖδα νίνευκε τοῦ Μιλίου, καὶ τῷ ἀνδρῶνι συνῆπται τῷ Μάκρωνι. *Id malum etiam templum maximum comprehendit, & quæcumque ad Milii fornicem vergunt & Macroni adjuncta sunt.* Basilicam juxta Milium ponit Codinus: *Milium* vero, ἀψῖδα εἰς τὴν Βασιλικὴν, *fornicem qui ad Basilicam flectit*, appellat lemma epigrammatis in Anthol. lib. IV. cap. XXXIV. Τοῦ Μιλίου, ut tractus, vel fori, meminerunt Anna Comnena lib. II. Alex. pag. 68. Zonaras in Justiniano pag. 51. Codinus, qui ædem S. Phocæ ἐν τῷ Μιλίῳ ædificatam ait, & alii. Auctor incertus post Theophanem ἀγορὰν τοῦ Μιλίου dixit. Verum Milium potissimum ab aliquot scriptoribus celebratur, quod in eo rebellium ac reorum, de quibus pœnæ sumptæ erant, capita defigerentur. Apud Nicephorum Constantinopol. pag. 232. 1. edit. cui consona habet Theophanes pag. 372. E. R. Constantini Patriarchæ, quem in Cynegio capite plecti jusserat Copronymus, caput ipsum in Milio expositum legimus: Εἶτα μετ' οὐ πολὺ ἐν τῷ τῆς πόλεως κωμηγίῳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτμηθῆναι προσέταξε· καὶ τὴν μὲν ἐν τῷ καλουμένῳ Μιλίῳ ἐξαρθεῖσαν μετέωρον φέρεσθαι. *Nec multo post in urbis Cynegio capite truncari, & hoc uti erat præcisum, in sublime elatum ad Milium deferri præcepit.* Theophanes de quodam Bactagio in Cynegio pariter capite truncato pag. 352. Καὶ τὴν τούτου κεφαλὴν ἐν τῷ Μιλίῳ ἐκρέμασεν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. *Caputque illius per tres dies in Milio suspendi jussit.* Michael Theophili filius, apud Leonem Grammaticum p. 467. E. R. Peganem quendam ob rebellionem luminibus orbatum, ἐν τῷ Μιλίῳ expositum, & sedere jussum tenentem vasculum manibus, in quod transeuntes quod lubebat, vice eleemosynæ, projiciebant. Denique Nicetas in Alexio Ang. lib. III. num. VI. Joannis Comneni, cognomento Crassi, qui tyrannidem induerat, κεφαλὴν τὴν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψῖδι μετεωρισθεῖσαν πρὸς θέαν πάνδημον, *caput in fornice Fori, ut ab omnibus conspiceretur, suspensum.* Atque hæc quidem originem & etymon videntur suggerere *Pillloriorum* nostrorum, quæ in mediis foris erigi solent, in quæ educuntur rei, tum ut infamiæ notam, universæ plebis conspectui expositi, tum etiam pœnam ii decretam subeant; nam & a *Milliariis aureis*, quæ in Foris erigi solebant, *Pilleria* forte nuncupata sunt, qua appellatione columnæ structiles, vel moles lapideæ altius eductæ, nostris *Piles* & *Pilliers*, Latini *Pilæ* dicuntur: ita ut Piloria appellata fuerint quasi *Pilæ aureæ*, ut *milliaria aurea*. Charta Theobaldi Comitis Campaniæ an. MCCXXVII. in Tabulario Eccl. Meldensis fol. 30. *Asserebat etiam dictus Episcopus, quod ego non debebam habere Pilorium in foro, & facere justitiam in eodem loco, prout mihi placeret.* Hinc *pœna Pilloralis*, & *judicium Pillorale*, apud Bractonum & in Fleta. Sed de *Pillorio*, diximus in Glossario nostro.

Edit. Paris. pag. 74.

III. In *Milio* extitit HOROLOGIUM, quod a Justiniano confectum narrant Theophanes anno nono, & ex eo Cedrenus pag. 371. E. R. ἐποίησε καὶ τὸ Ὡρολόγιον τοῦ Μιλίου, *fecit & Horologium Milii.* Haud procul ab æde Sophiana extitisse non uno loco innuit Codinus, qui præterea ait ab eodem Justiniano ædem S. Joannis Baptistæ exædificatam ad Horologium: καὶ ἔκτισε τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν ὄντα εἰς τὸ Ὡρολόγιον, τὸν λεγόμενον Βαπτιστήρια. Meminit rursum Horologii Cedrenus pag. 625. E. R. in Romano Seniore: τὸν δὲ Πατρίκιον Κοσμᾶν καὶ Λογοθέτην ὁ βασιλεὺς, ἐν τῷ Ὡρολογίῳ, παρέλυσε τῆς ἀρχῆς. *Patricium vero Cosmam & Logothetam pessime habens, in Horologio, dignitate exuit.* Quo loco *Horologium Milii* usurpat pro ipso Milio, in quo rei, eorumque capita exponebantur, uti docuimus. Extat in Anthologia lib. IV. cap. XXXIV. Epigramma in basi Horologii, fornici, qui ad Basilicam erat, inædificati, descriptum: εἰς τὴν βάσιν τοῦ Ὡρολογίου τοῦ εἰς τὸν ἀψῖδα τὴν εἰς τὸν Βασιλικὸν. Ex quo colligitur Horologium confeciisse Justinum Juniorem & Sophiam Augustam, curante Juliano Præfecto Prætorio:

Δῶρον Ἰουστίνου τυραννοφόνου βασιλῆος,
Καὶ Σοφίης ἀλόχου, φέγγος ἐλευθερίης,
Ὡραίων σκοπιάζει σοφὸν σημάντορα χαλκὸν,
Αὐτῆς ἐκ μονάδος μέχρι δυωδεκάδος.
Ὃν τινα συλήσαντα, δίκης θρόνον ἡνιοχεύων
Εὗρεν Ἰουλιανὸς χερσὶν ἀδωροδόκοις.

Id est interprete V. Cl. Petro Menardo Turonensi:

Dona tyrannorum victor Justinus & uxor,
Lux libertatis, collocat hæc Sophia,
Æs horas monstrans veraci conspicis umbra
Primum unam, bis sex ultima signa notant.
Subreptum latitabat opus: sed repperit illud
Præses Julianus, restituitque loco.

Per fornicem vero qui est ad Basilicam, ut habetur in Epigrammatis epigraphe, intelligitur ipsum Milium. Habentur ibidem bina alia Epigrammata in Horologium solare a Sergio Patriarcha Constantinopolitano, qui sub Heraclio vixit, ædificatum, ubi antea erat hortus: sed illud esse, quod Ἡλιακὸν vocatur apud Leonem Grammaticum pag. 479. E. R. nolim asserere: ὡς εἶδεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἑστῶτα ἐν τῷ Ἡλιακῷ, *ut eum Imperator ad Horologium solare stans conspexit*, &c. Nam ita hæc verba reddidit Combefisius: cum ἡλιακὸν accipi possit vel debeat pro *solario*, seu loco aprico in summa ædium parte, quomodo *solarium* Latini usurpant, quod vox ἑστὼς etiam persuadere videtur; ita ἡλιακὸν τῆς Μαγναύρας dixit Theophanes pag. 231. E. R. ut alios omittam. At quale fuerit horologium illud Milii, aquarium-ne, uti a Senatore lib. I. epist. XLV. an vero cujusmodi in Francorum Annalibus anno DCCCVII. describitur, ex his non percipitur, tametsi Justiniani & Justini ætate aquaria duntaxat horologia obtinuisse ex eodem Senatore colligi posse videtur. Vide interim quæ de horologiis observant Petrus Faber Saniorianus lib. II. Semestrium cap. XXV. Franciscus Poletus lib. I. Hist. Fori Romani cap. IX. & alii passim, ut & quæ in Glossario adnotamus in V. *Horologium nocturnum*.

IV. Extitit præterea in Milio DIIPPIUM, locus ita appellatus, propter binos equos marmoreos vel lapideos ad ædem S. Phocæ, quæ postmodum S. Joannis Theologi dicta est, a Phoca tyranno erectos. Cur autem hic positi equi, causam narrat Codinus pagg. 21. 28. E. R. apud quem perperam in editione Regia Δίπτυον, ut & apud Gretzerum ad Codinum, Δίπτων legitur. A Diippio porro hæc ædes Διίππειος nuncupatur Nicetæ in Alexio Man. F. num VI. Diippii mentionem agunt præterea Theophanes pag. 353. E. R. Cedrenus pag. 456. E. R. Zonaras pag. 88. E. R. Paulus Diacon. lib. XXII. Misc. pagin. 681. & alii sub an. III. Copronymi: ubi narrant Anastasium Patr. Constantinopolit. & Artabasdum ὄνῳ ἐφιζομένους ἀντιστρόφως, *asino facie versus caudam conversa insidentes*, ἀπὸ τοῦ Διίππου per urbem traductos. Quam quidem ignominiam Anastasio irrogandam longe antea prædixerat Germanus Patriarcha Constan-

tinop. Germani enim Imperatorem convenientis veſtem calcanti Anaſtaſio, Germanus dixit: Μὴ σπεῦδε, φθάσει γὰρ εἰσιὼν Δίππιν. *Noli feſtinare, non enim effugiet tempus a te ingredi Dippium*, uti Anaſtaſius pag. 136. E. R. & Paulus Diaconus pag. 663. hæc Theophanis verba ad an. XIII. Leonis Iſauri interpretantur. Sed & Conſtantinum ejusdem Anaſtaſii ſucceſſorem, ἀπὸ τοῦ Δίππιδος εἰς τὸ Ἱπποδρόμιον, aſino perinde facie ad caudam verſa inſidentem, traductum narrat idem Theophanes an. XXVII. Copronymi.

V. At inter præcipua, quæ in nova urbe excitavit ædificia Conſtantinus Magnus, FORUM illud fuit, quod in ea urbis parte, ubi antea Byzantii veteris portæ erant & mœnia, ſtatuit; ac porticibus, fornicibus, ſimulachris, aliiſque illuſtrioribus totius orbis monumentis, undecumque advectis exornatum, de ſuo nomine FORUM CONSTANTINI appellari præcepit: ita ut longius prolatis pomeriis, urbis medium quodammodo tenuerit, & quod ἀκρόπολιν πάλαι τῆς πόλεως, *extrema quondam erat civitatis ora*, tum ὀμφαλὸς, ſeu *umbilicus* eſſet, ut ait Themiſtius Orat. VI. pag. 162. edit. Petav. Atque illud quidem forma rotunda exædificaſſe, auctor eſt Zozimus lib. II. pag. 686. Ἀγορὰν δὲ ἐν τῷ τόπῳ, καθ' ὃν ἡ πύλη τὸ ἀρχαῖον ἦν, οἰκοδομήσας κυκλοτερῆ, καὶ στοαῖς διεζευγμέναις ταύτην περιλαβών, ἀφίδας δύο μαρμάρου Προικοννησίου μεγίστας, ἀλλήλων ἀντίας, ἀπετύπωσε, δι' ὧν ἔνεστιν εἰσιόντα εἰς τὰς Σεβήρου στοὰς, καὶ τῆς πάλαι πόλεως ἐξιέναι. *Foro vero, quo loco porta antea erat, rotundo exſtructo, & porticibus diſtegis circumcinctо, duos ingentes ex marmore Præconneſio fornices, ſibi invicem oppoſitos, fecit, per quos ire licet in Severi porticus, & urbe priſca egredi.* Formam etiam Fori Conſtantini teretem fuiſſe indicat Codinus, ſcribens ejus circuitum & ambitum ſimilem fuiſſe *pedaturæ Cortis* Conſtantini, cum ibi caſtra poſuit, quando Roma Byzantium venit: Ὁ δὲ κύκλος τῆς Φόρου ἐστὶ τὸ ἴσον τῆς ποδιᾶς τῆς κάρτης τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἐν ᾧ αὐτὸς ἔπηξεν ἐκεῖσε, ὅτε ἀνῆλθεν ἀπὸ Ῥώμης. Situm indicat præterea Heſychius, dum ait muros urbis antiquos ἀπ' ἔξω τῆς ἐπωνύμου ἀγορᾶς τοῦ βασιλέως proceſſiſſe. Vetus Urbis Deſcriptio illud partim in ſexta, partim in octava regione ſtatuit. Grandioribus lapidibus conſtratum ajunt, quos Græci πλάκας vocant, unde πλακωτὸν interdum dicitur Zonaræ & Glycæ. Porro πλάκα, *cruſtam*, πλάκωσιν, *cruſtationem*, ut πλακωθεῖσαν οἰκίαν, *incruſtatam domum* interpretantur Gloſſæ Gr. Lat. Προκοννησίας πλάκας dixit Gregorius Nazianzenus carm de vita ſua, ſeu tabulas marmoris Proconneſii, & πλάκας περιχρόους, ut S. Baſilius homilia ad Divites Ἀχαϊκὰς & Θετταλικὰς πλάκας. Epitaphium B. Paulini:

Ecce ſub accenſis altaribus oſſa piorum
Regia purpureo marmore cruſta tegit.

Sed variis præſertim exornatum fuit ſtatuis, ac deorum ſimulachris, quæ e gentilium delubris ablata fuerant ab ipſo Conſtantino: Euſebius in illius vita lib. III. cap. LIII. ἄλλων τὰ σεμνὰ χαλκουργήματα, ἐφ' οἷς ἡ τῶν παλαιῶν ἀπάτη μακροῖς ἐσεμνολογεῖτο χρόνοις, ἐλάθησε τοῖς πᾶσιν ἐν ἀγοραῖς πάσαις τῆς βασιλέως πόλεως φρυτίθετο, ὡς εἰς ἀχήμονα θέαν φέρειν τοῖς ὁρῶσιν. *Aliorum* (ſanorum) *inſignia monumenta ex ære confecta, in quibus veterum error longo jam temporis ſpatio ſe inſolenter jactaverat in cunctis regiæ urbis foris, omnibus palam propoſuit, ut intuentium oculis pro turpi ſpectaculo ſubjicerentur.* Quo quidem reſpexiſſe videtur Themiſtius orat. XIII. pag. 306. in Imperatorem Conſtantium dicta, ubi de illius parente Urbis conditore: καὶ τὸν βασίλειον ἀγορὰν ὥσπερ καλύπτραν φλογοειδῆ χρυσῷ καὶ μοιρίοις, *& Imperatorium forum flammei inſtar auro & ſegmentis intexens.* Stabant autem ejuſmodi ſtatuarum pleræque in binis porticibus diſtegis, maxime in binis Fornicibus ſibi invicem oppoſitis, quorum meminit Zozimus. Quas quidem porticus innuere videtur Victor Tunnenſis in Anaſtaſio, ſcribens Probo Coſ. incendio *combuſtam fuiſſe civitatem* ἀπὸ τῆς Χαλκῆς, *uſque ad Conſtantini Forum ſupra longitudinem plateæ columnarum nonaginta quatuor.* Fornicum porro alius ortum, alius occaſum ſpectabat. Heſychius Mileſius: εἶναι δὲ αἱ ἀφίδες πρὸς τῷ καλουμένῳ Φόρῳ. In ortivo fornice ejuſdem Conſtantini & Helenæ matris ſtatuæ poſitæ erant, in quarum medio crux erecta conſpiciebatur. Cedrenus pag. 322. E. R. Ἐν τῇ πρὸς ἀνατολὴν ἀφίδι τοῦ Φόρου ὁ μέγας ἵδρυται Κωνσταντῖνος μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, μέσον ἔχοντες σταυρόν. Harum etiam mentio eſt apud Svidam VV. Ἑλένη & στήλη, Nicephorum Call. lib. VIII. cap. XXXII. & apud Codinum pag. 161. E. R. qui aliquid amplius addunt. Supra Fornicem occidentalem ſtabant duæ figuræ muliebres ex ære confectæ, quarum una Ῥωμαΐα, *Romana*, altera Οὐγγρικὴ, *Hungara*, dicebatur. Hungaram vero dejecit Manuel Comnenus, ex ea cauſa quam enarrat Nicetas in eodem Man. lib. V. num. 1. Præterea ad plateam Fori erant duæ ſtatuæ, quarum una verſus occaſum, erat Minervæ Lindiæ, quam alii pro foribus Senatus ſtetiſſe volunt, ut ſuo loco monemus; altera Amphitrites, cancri forfices habentis ſuper temporibus, Rhodo adducta, uti eſt apud Cedrenum pagg. 322. 323. E. R. quam Junonis fuiſſe opinatur Codinus pag. 14. E. R. In medio Foro, ad Fontes, ſtatuam Danielis Prophetæ cum leonibus ære confectam poſuiſſe Conſtantinum ait Euſebius in illius vita lib. III. cap. XLVIII. Complures alias ſtatuas in Foro ſtetiſſe obſervat Codinus, atque in iis duodecim ex porphyretico marmore, totidem Sirenas inauratas, quas vulgus, inquit, equos marinos vocat; præterea in medio Foro ſeriem quandam animalium columnis impoſitorum, quæ urbis fata per hiſtorias denotabant, συνημάτια ἐπιζῶα ἐπὶ κιόνων, ἐν οἷς δηλοῦται ἐν ἱστορίαις τὰ μέλλοντα γενήσεσθαι ἐν τῇ πόλει, quas quidem figuras ac columnas poſuiſſe Apollonium Tyanæum ferebatur. Quod & docet auctor Chronici Alexandrini, ſcribens Domitiano imperante, Pompejo & Criſpino Conſulibus, Apollonium, cum varias peragraſſet provincias ac civitates, in quibus Τελέσματα quæ alii ἀποτελέσματα vocant, vulgus, *Taliſmanos*, id eſt figuras fatidicas, (non vero vectigalia, ut perperam vertit Raderus) poſuiſſet, Roma tum profectum, veniſſe Byzantium, ibique feciſſe Τελέσματα πολλὰ, τὰ μὲν χελώνων, καὶ τὸ τῆ λύκου ποταμίου, (ſic leg. pro ποταμοῦ) καὶ μέσον τῆς πόλεως, καὶ τὰ μὲν ἵππων, καὶ ἄλλων τινῶν. *Teſtitudinum* nempe, *& lupi fluviatilis, in media urbe, & equorum, & aliorum aliquot ſimilium.* In quibus quidem vertendis mire cæcutiit Interpres. De ciconiis vero fatidicis ab eodem Apollonio Byzantii poſitis infra agimus. Sed quæ fides habenda Apollonianis iſtis næniis, multis nuper docuit vir eruditiſſimus Petrus Daniel Huetius in Demonſtrat. Evangelica, propoſ. IX. cap. CXLVI. At Fori Conſtantiniani præcipuum fuit ornamentum.

Edit. Pariſ. pag. 75.

pag. 76.

VI. COLUMNA PORPHYRETICA, πορφυρᾶς δὲ περιβλήτου κίονι, ἐφ' οὗπερ ἱδρῦσθαι Κωνσταντῖνον ὁρῶμεν, δίκην ἡλίου φωλάμποντα πολίταις, *purpurea & inſignis illa columna, in qua collocatum Conſtantinum videmus, Solis inſtar civibus prælucentem*, inquit Heſychius Mileſius, quia Solis inſtar caput radiatum habebat. Nec enim poſſum aſſentiri Anonymo Chronographo ſcribenti apud Lambecium pag. 163. columnæ ſubjectam hanc inſcriptionem, Κωνσταντίνῳ λάμποντι ἡλίου δίκην, licet id videatur ſcribere Cedrenus. Zonaras & alii Apollinis ſtatuam fuiſſe ſcribunt, quam Heliopoli urbe Phrygiæ in urbem allatam in ſuum nomen transfudit Conſtantinus, qui Apollinis ipſius habitu

bitu radiatus in nummis aliquot visitur, cum hac inscriptione, CLARITAS REIPVBLICÆ. Hanc *Columnam purpuream Constantini*, vocat vetus Urbis Descriptio, ubi in sexta regione ponitur. Sed cum nihil fere habeam, quod iis subjungam, quæ de hac columna a me observata sunt in Notis ad Alexiadem pag. 382. & 383. E.R. ne actum agam, vel dicta refricem, eo Lectorem amandare potius consentaneum videtur. Addo tantum, cum Constantini statua Alexio Comneno imperante corruisset, columnæ porphyreticæ impositam fuisse illius loco Crucem; cujus quidem columnæ elegantiam & altitudinem hisce prædicat Manuel Chrysoloras pag. 122. Τί γὰρ ἂν λέγοιμι περὶ τῆς ὡραίας ἐκ τῆς ἀυτῆς πλατείας αὐδὶς ἧς ὕψος μήκιστον αἴροντος τὸν σταυρὸν πορφύρα λίθος, ἐπὶ τῆς αὐλῆς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου βασιλέων ἀυτὸς πηξαμένη καὶ ἱδρυμένη, πάντας μὲν ἀνδριάντας, πάσας δὲ στήλας νικῶντος. *Sed quid ego de porphyretica columna commemorem, quæ versus Orientem in in ea regione extat, & Crucem editissimam sustinet: quæ in atrio Palatii Constantini Magni posita & erecta fuit, & cæteras omnes statuas ac columnas superat.* Sed & in Foro Constantini πύλῃ βασιλικῇ dictam videtur statuere Pachymeres lib. VIII. cap. XXV. quæ forte ea fuerit, quæ in topographica Constantinopoleos Bondelmontiana Descriptione dicitur *Porta antiquissima Pulchra*, cum loci situs ubi statuitur, satis conveniat.

In Foro sui nominis PALLADIUM defodi curasse Constantinum scriptores commemorant: quod quidem non Troja aut Ilio, uti vult Zonaras, sed Roma clam ablatum, ubi in Vestæ templo asservabatur, ut auctor est Herodianus lib. I. advehi, Byzantiumque deferri, & in Foro, quod suo nomine donavit, sub ipsius Palladis statua defodi curavit. Ita Chronicon Alexandrinum pag. 664. Edit. Reg. ex Byzantiorum traditione: Ὁ δ' αὐτὸς Βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀφιλῶν κρυπτῶς ἀπὸ Ρώμης τὸ λεγόμενον Παλλάδιον, ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ ὑπ' αὐτὸν κτισθέντι φόρῳ ὑποκάτω τῆς κίονος στήλης αὐτοῦ, ὥς τινες λέγουσι τῆς Βυζαντίων ἐκ διαδοχῆς ἀκούσαντες. His consona habet Procopius lib. I. de Bello Goth. cap. XV. ubi de Palladio: Βυζάντιοι δὲ φασι τὸ ἄγαλμα τοῦτο Κωνσταντῖνον βασιλέα ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἣ αὐτοῦ ἐπώνυμός ἐστι, κατορύξαντα θεᾶσθαι. *Palladium Constantinus Augustus (si audimus Byzantios) in Foro, cui nomen tribuit suum, defodit.* Scilicet Constantinus urbis suæ æternitati consulens, juxta redditum olim oraculum, eam urbem inexpugnabilem fore, in æternumque mansuram, quæ Palladium Trojanum haberet, Roma furtim ablatum, in eam transtulit, juxta Byzantiorum credulam fidem. De Palladio vero consulendus præ cæteris Petrus Faber Sanjorianus lib. III. Semestrium cap. IV. At alii non Palladium ipsum Trojanum, sed Palladis statuam æream columnæ in Foro imposuisse volunt, illam forte quæ ad Orientem Templi Fortunæ Romæ stabat, de qua idem Procopius loco laudato. Graphice autem describitur a Niceta in Isaacio Alexii F. n. III. ubi ait in triginta pedum altitudinem assurexisse. Erat, inquit ille, talari induta veste, crebrisque plicis sinuata: baltheus lumbos arcte constringebat, in pectore Ægidem gerebat cum Gorgoneo capite ab humeris dependentem: cauda equina capiti imposita terrorem quemdam præ se ferebat: coma a fronte dependebat in nodum contorta, & a tergo constricta: galea non penitus contecta, sed ex parte prominens: plicas vestis continebat læva manus, altera versus Austrum extensa erat. Græca non damus, quia prolixiora. Ex hac Descriptione colligimus diversam fuisse Palladis statuam, quam Codinus in Origin. Constantinopolit. describit, cum ei hastam adscribat, quemadmodum Palladis effingunt simulachrum Apollodorus lib. III. Bibl. Maximus Tyrius Diss. XXVI. Polyænus lib. II. Festus, & alii. Idem vero Nicetas tradit statuam hanc Palladis ab ebriosis quibusdam dejectam, & in partes confractam, Isaacio & Alexio filio imperantibus, cum Franci nostri castra ad Constantinopolim haberent. Rem ipse pluribus commemorat.

VII. FORUM aliud insigne illud fuit, quod TAURI, seu THEODOSII appellabant, a Theodosio Magno exstructum, & de ejus nomine Theodosiacum appellatum, ac solemni ritu dedicatum an. Imperii XV. ipso & Abundantio Coss. Chronicon Alexandrinum: Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐνεκαινίσθη ὁ Θεοδοσιακὸς Φόρος. Anno vero sequenti statuam suam in eo posuit Kal. Aug. ut est in eodem Chronico: Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐστάθη μέγας ἀνδριὰς Θεοδοσίου Αὐγούστου ἐν τῷ Θεοδοσιακῷ Φόρῳ, μηνὶ Λῴῳ, καλενδῶν Αὐγούστων. *His Coss. posita est ingens statua Theodosii Augusti in Foro Theodosiaco, mense Loo, Kal. Aug.* Theophanes an. VIII. Theodosii: Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἔστησεν ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος τὸν ἵππον Ταύρου. *Eodem anno statuit Theodosius Imperator statuam Tauri.* Supra Cochlidem columnam. Vetus Urbis Descriptio in Reg. VII. *Hæc a parte dextra columnæ Constantini usque ad Forum Theodosii continuis extensa porticibus, & de latere aliis quoque pari ratione porrectis, usque ad mare velut seipsam inclinat, & ita deducitur. Habet autem in se ——columnam intrinsecus usque ad summitatem gradibus perviam.* Quæ ita describitur a Cedreno p. 323. E.R. Τὸν τοῦ Ταύρου ἵππον ἔστησεν ὁ μέγας Θεοδόσιος, τρόπαια καὶ μάχας ἔχοντα κατὰ Σκυθῶν καὶ Βαρβάρων τῶν αὐτοῦ. ἔχει δὲ οὗτος ἔνδοθεν κατὰ νῶτον ἄνω φέρουσαν. *Tauri statuam posuit Magnus Theodosius, suas contra Scythas & Barbaros continentem pugnas & victorias: habet intus viam sursum ferentem.* Ex hujus igitur columnæ situ assequimur primo *Forum Theodosii* in septima regione extitisse, & *Tauri* promiscue appellari a scriptoribus, quod ex infra dicendis satis colligetur: deinde non totum Forum, sed partem tantum Fori Theodosii continuisse septimam regionem, cum reliquum Forum fuerit in octava, ubi *Taurus* dicitur extitisse in veteri urbis Descriptione. Corruit porro statua Theodosii eo terræ motu, qui urbem graviter afflixit Zenone imperante, Ind. III. Basilio solo Consule. Marcellinus Comes: *Statua Theodosii M. in Foro Tauri super cochlidem columnam posita corruit, duobus fornicibus ejusdem collapsis.* Theophanes, & ex eo Cedrenus an. IV. Zenonis, ubi de eodem terræ motu: Ἔτεσι δὲ—καὶ ἡ στήλη τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἡ εἰς τὸν ἵππον τοῦ Ταύρου. *Cecidit & statua Theodosii M. quæ columnæ Tauri imposita erat.* Columnæ vero statua viduatæ, suam ex ære conflatam imposuit postmodum Anastasius Dicorus. Zonaras: Ἔστησε δὲ καὶ στήλῃ οἰκείαν ἐν τῷ τοῦ Ταύρου ἵππῳ ἐκ χαλκοῦ, τῆς φθαρείσης ἐν αὐτῷ ἱσαμίτης πεπτώσης, ἣ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἐτύγχανε. *Imposuit etiam statuam propriam in columna Tauri ex ære confectam, statuæ Theodosii Magni quæ in ea prius steterat, collapsæ.* Hanc autem ex variis Constantini Magni operibus æreis conflaverat. Theophanes, & ex eo Cedrenus an. XIV. Anastasii: Τούτῳ τῷ ἔτει ἐχώνευσε πολλὰ χαλκουργήματα, ἐξ ὧν ἔστησεν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, καὶ ἐποίησε τῇ ἰδίαν στήλην, καὶ ἔστησεν εἰς τὸν ἵππον τοῦ Ταύρου. ἣ γὰρ φθαρεῖσα ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἔπεσεν ἀπὸ σεισμοῦ, καὶ συνετρίβη. *Eodem anno multa ærea Constantini M. opera conflavit, suamq; ex iis confecit statuam, & in columna Tauri constituit: nam quæ prius ibi posita fuerat Theodosii M. ea terræ motu dejecta & comminuta fuit.* Annum etiam notat Marcellinus Comes, Ind. IV. Areobinda & Messala Coss. *His Coss. Anastasii principis statua in eodem loco, quo dudum Theodosii Magni steterat, super immanem columnam in Foro Tauri posita est.* Idem porro scriptor tradit sexto post anno in quádam seditione *imagines statuasque* Anastasii in terram dejectas, in quibus an hæc fuerit, non tradit, etsi vero simile est. Equestrem & argenteam fuisse statuam Theodosii scribit Codinus in Orig. p. 21. 24. E.R. Proinde illa est, in quam extat epigramma, quod habetur lib. IV. Anthol. cap. IV. cum hoc lemmate, εἰς στήλην Θεοδοσίου βασιλέως.

Ἐκθορὲς ἀντολίηθε φαεσφόρος ἦλιος ἄλλος,
Θεοδόσιε δημοτῖσι πόλιν μέσσην, ἠπιόδωμε,
Ὠκεανὸν παρὰ ποσσὶν ἔχων μετ' ἀπείρονα γαῖαν,

Edit. Paris. pag. 77.

Πάντοθεν αἰγλήεις κεκορυθμένος, ἀγλαὸν ἵππον
Ῥηϊδίως μεγάθυμε, κὴ ἐσσύμενον κατερύκων.

Hoc est interprete Fred. Morello:

Theudosi ut irradians sol aureus alter, ab ortu
Terrigenas medio lustras mitissima cælo
Immensa pedibus substrata cum æquore terra
Undique præfulgens armis, rursumque minantem
Quadrupedem magna subito virtute coerces.

Ubi Theodosii statua Oceanum & Continentem sub pedibus habuisse dicitur, ob expressa in columna prælia navalia & terrestria, uti observat Guntherus infra laudandus. Addit eodem loco Codinus pag. 21. Ed. Reg. præter statuam Theodosii, stetisse etiam in Tauro aliquot alias, quod & indicat Marcellinus Comes, scribens sub Consulatum Ardaburii & Callepii terræ motu *saxa ingentia in Foro Tauri dudum super sese in ædificio posita, statuasque plurimas sine ullius læsione collapsas fuisse*. Inter eas vero, quæ in Tauro stetérunt, potissimum a Codino recensentur statuæ Arcadii, Theodosii filii, & Adriani, juxta statuam ejusdem Theodosii. Idem Codinus pag. 24. Edit. R. Ἐν τῷ Ταύρῳ σήλη τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἵσταται· ἣν δὲ ἀρώλιν ἀργυρᾶ, ἐνθα τοὺς ἀπὸ τῆς ἑσπερίων ἡκοντας ἐδέχετο ἐκεῖσε, ἔστ ἀρώλιν παλάτιον ὑπῆρχε, καὶ ξενοδοχεῖον Ρωμαίων, δῆλον ὅτι ἐις τὸ καλούμενον Ἀλωνίπτλιν· ἐπάνω δὲ τοῦ μεγάλου κίονος ἐστήλωται Θεοδόσιος, οἱ δὲ υἱοὶ αὐτοῦ, ὁ μὲν Ονώριος, ἐπάνω τῆς λιθίνης ἀψίδος τῆς ἀρώλιν δυσμικῆς, ὁ δὲ Αρκάδιος ἐν τῇ ἀρώλιν ἀνατολικῇ λιθίνῃ ἀψίδι· ὑπερθεν δὲ τῆς περιβλέπτων μεγάλων κιόνων τῆς τετραδυσίων· μέσον δὲ τῆς αὐλῆς ἐστὶν ἵππος, ὃν οἱ μὲν λέγουσιν Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, ἕτεροι δὲ Βελλεροφόντου· ἦλθε δὲ ἀπὸ μεγάλης Ἀντιοχείας. *In Tauro stat Magni Theodosii statua: fuit autem primitus argentea, & ad eam legati exterarum gentium excipiebantur. Extitit etiam ibi olim palatium & Xenodochium Romanorum, versus locum, quem Aloniptem vocant. Supra ingentem columnam stetit Theodosius: illius vero filii, Honorius quidem in marmoreo fornice orientali, Arcadius autem in marmoreo fornice occidentali, uterque supra ingentes quadratas columnas. In medio Fori atrio est statua equestris, quam quidam Jesu Nave, alii Bellerophontis esse volunt. Allata vero fuit Antiochia.* Argenteam Theodosii Magni statuam fuisse etiam quosdam opinatos auctor est Chrysoloras pag. 12. At Arcadii statua, cujus hic mentio fit, corruit eo terræ motu, qui an. XXXI. Justiniani accidit. Theophanes, & ex eo Cedrenus: Ἔπεσε δὲ καὶ ἡ σήλη Αρκαδίου τοῦ βασιλέως, ἡ ἐις τὸν ἀψίδα τοῦ Ταύρου, ἡ ἐις τὸ ἀριστερὸν μέρος ἑστῶσα. *Corruit etiam Arcadii Imperatoris statua ad fornicis Tauri partem sinistram.* Porro admodum probabile est, τὸν ἐν τῷ Ταύρῳ ὑψίστην κίονα, *altissimam columnam in Tauro stantem*, e qua præcipitem Murzuphlum Tyrannum egisse Francos nostros tradit Nicetas in Balduino num. III. eam esse, in qua Theodosii Magni, ac postmodum Anastasii, statuæ stetere. Quippe ea tempestate, qua nostri urbem cepere, sola supererat columna, cum Anastasii statua eversa fuisset, uti innuimus. Deinde Villharduinus noster num. CLXIII. observat hanc marmoream fuisse, & ingentis altitudinis: *Il avoit une colomne en Constantinople emmi la ville auques, qui ere une des plus haltes & des miels ouvrées de marbre, qui onques fut veuë d'oil.* Et infra subdit multas in illa descriptas fuisse imagines ac historias, atque in iis expressum fuisse Imperatorem de sublimi pariter actum præcipitem: *En cele colonne dont il chaï à val, avoit images de maintes manieres ouvrées el marbre. Et entre celes images si en avoit une qui ere laborée en forme d'Empereor, & celle si chait outre val. Car de long temps ere propheitcié qui auroit un Empereor en Constantinople, qui devoit estre gitez à val cele columpne: & ensi fu cele semblance & cele prophetie averée*, Sed & audiendus de hac columna Guntherus in Histor. Constantinopolitana cap. XXI. *De pyramide autem illa, de qua iste projectus est, quam & plerique Columnam vocant, aliquid notabile dici potest. Exstructa est itaque de maximis lapidibus, ferro invicem arctissime consertis, incipiens ex magna spissitudine, & paulatim se acuens in immensam celsitudinis quantitatem; in cujus tamen summitate solitarium quoddam latibulum habuisse commemorant, qui terrenam sibi habitationem negans, nedum cælestem attingens, quasi inter utrumque medius, eremum sibi fecerat in medio celeberrimæ civitatis: cui etiam, ut dicunt, diversæ rerum imagines ab antiquo insculptæ sunt, quæ Sibyllæ vaticinia, & maxime superiorem regno (f. superiora regna) variis dicuntur figuris exprimere. Inter quas erant & navium figuræ, quasi scalæ de navibus erectæ, per quas viri armati ascendentes civitatem nihilominus ibi sculptam expugnare & capere videbantur. Hanc sculpturam Græci usque ad hoc tempus contemnerant, nihil minus possibile reputantes, quam ut tantæ urbi suæ tale quid umquam possit accidere. At ubi viderunt scalas in navibus nostris erectas, tunc demum illius sculpturam jam recordati serioßus cœperunt illud, & quod diu spreverant, formidare: unde & quidam lapidibus, & malleis ferreis easdem imagines contundentes, plurimi eas deformaverant, arbitrantes se hoc modo infaustum in nostros auspicium retorquere. Quæ spes omnino utique cassa fuit, & præfatam sculpturam veri significativam extitisse, certus rei exitus declaravit.* Ita columna Tauri ex iis fuit, quas στοιχειώδεις, seu *Fatidicas* opinati sunt Græci, uti in Notis ad Villharduinum pag. 329. E. R. monuimus: quod & scribit Codinus: Καὶ ὁ μέγας κίων ὁ κοῖλος, καὶ ὁ Ξηρολόφος, τὰς ἐκάτας ἱστορίας τῆς πόλεως ἔχουσιν ἐν ἱστορίαις ἐγγεγραμμένας· *Et magna columna concava, & Xerolophus ultimos urbis casus expressos habent.* Statuam vero Jesu Nave, vel Bellerophontis, quam in Tauro perinde stetisse ajunt, & iisdem Faticidis accensent Nicetas in Henrico num. X. & Codinus pag. 24. Ed. R. describitur ab iisdem, diciturque fuisse collocata supra τετράπλευρον, *columnam quadratam* ex albo marmore. Subdunt ii quosdam Bellerophontis Pegasi sessoris, alios Jesu Nave esse existimare, de qua statua qui plura volet, consulat hosce scriptores & Lambecium ad Codin. pag. 165. E. R. Non defuere denique, qui Columnam, quam *Historiatam* vocant, & quæ etiamnum stat, gradibus intus pervia, sed crebris terræ motibus diffracta variis in locis, illam esse, quæ Theodosii veteribus scriptoribus appellata est, cum versus septimam regionem hanc collocent Urbis Ichnographiæ. Nescio an illa sit, quam Georgius Douza in Itinere Constantinopolitano ait sua ætate extitisse in *Auratbasar*, hoc est *Mulierum foro*, & similem ei, quantum ex pictura conjicere poterat, quæ Romæ in Campo Martio posita est. Hujus etiam meminit Busbequius in Itinere Constantinopolitano. In ea porro Imperatoris triumphus, aut solemnis in urbem ingressus effingi videtur, in basi vero sedet in throno Imperator, cui figuræ aliquot adstant muliebres cum turritis capitibus, quibus Imperii provinciæ exhibentur; supra Imperatoris caput crux in clypeo, quem duo tenent Angeli, depicta conspicitur, cum hisce ad latera characteribus, IC·XC· NI· KA· Hujusce Columnæ ectypon, quod hic delineari curavimus, suppeditavit vir doctissimus Claudius Molinetus, Canonicus Regularis S. Genovefæ Paris. ex ejusdem Monasterii Bibliotheca. De Tauri nomenclatura nihil, opinor, habent Græci, quam Chrysoloras p. 121. tribuere videtur ipsi colli, ubi fuit Forum: ἐπὶ τοῦ ἑτέρου λόφου ἀπὸ Ταύρου κεκλημένου. Vetus Urbis Descriptio ait *octavam regionem ex parte Tauri nulla maris vicinitate conterminam* esse. An vero a Tauro aliquo, qui ibi ædes suas excitarit, locus ita appellatus fuerit, non ausim asserere. Taurum Præfectum Prætorio sub Constantio, & alium ejusdem nominis & dignitatis sub Theodosio Juniore, habent Leges aliquot Codicis Theodosiani. Posterior excessit anno ante obitum ejusdem Theodosii, ut est apud Marcellinum Comitem. Tauri Fori frequens mentio est apud scriptores. Zonaras

Edit. Paris. pag. 78.

COLVMNA CP̄OLI QUAM HISTORIATAM VOCANT

gradibus intus peruia et crebris terræ motibus
pluribus in locis diſfracta ac labefactata.

Edit. Pariſ. in Tauro Nymphæum ædificaſſe Valentem Imperatorem, Palatium vero Leonem Iſaurum tradit. *pag.* 80.

VIII. Extitere præterea Fora duo alia, Theodoſii nomine inſignia; ac primum, FORUM THEODOSIACUM, quod in duodecima regione ſtatuitur in veteri Urbis Deſcriptione, & idem videtur quod poſtmodum Arcadii dictum eſt, ab illius Cochlide ſtatua, quæ in eo, ſeu in Xerolopho ſtetit. Scribit Codinus locum, ubi Forum Theodoſiacum extitit, primo nuncupatum fuiſſe Thema, deinde Forum Theodoſiacum appellatum. At Gyllius l. IV. cap. VIII. exiſtimat videri potius dictum fuiſſe Arcadiacum, a proxima Arcadii Columna: Forum vero Theodoſiacum, fuiſſe prope Portum Theodoſiacum, cum ex architectonica ratione, quæ præcipit forum faciendum eſſe juxta portum, tum ex nomine conditoris Theodoſii, qui Forum ſuum commodius efficere non potuit, quam juxta nominis ſui Portum, quem eumdem cum Eleutherii portu fuiſſe arbitratur.

IX. FORUM alterum, perinde THEODOSIACUM nuncupatum, quod in quinta regione extitit, dicitur fuiſſe in Strategio, in veteri Urbis Deſcriptione: *Continet in ſe —— Strategium, in quo eſt Forum Theodoſiacum, & Obeliſcus Thebæus quadratus.* Strategium dictum ajunt, quod Alexander Magnus adverſus Darium expeditionem parans, exercitum ſuum ibi luſtraverit, copiaſque recenſuerit; quod quidem poſtmodum renovavit Severus Imperator. Chronicon Alexandrinum p. 620. E. R. Καὶ λεγόμενον Στρατήγιον ἀνενέωσεν ὁ αὐτὸς Σεβῆρος, ὅπερ ἐω κτισθὲν ὑπὸ Αλεξάνδρε Μακεδόνος, ὅτι κ᾽ Δαρεῖω ἐπεστράτευσε, κ᾽ ἐκάλεσε τόπον Στρατήγιν· ἐκεῖ γὰρ στρατολογησας Αλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, ὥρμησε κ᾽ Περσῶν εἰς τὸν πόλεμον. *Strategium etiam reſtituit idem Severus, quod ab Alexandro Macedone ſtructum fuerat, cum in Darium expeditionem ſuſcepit, & locum Strategium nuncupavit. Ibi enim luſtrato exercitu Alexander Macedo in Perſas movit.* A Severo renovatum Strategium ſcripſit etiam Suidas in eodem Severo. In Alexandri vero memoriam, a quo Strategium excitatum noverat, illius ſtatuam eo in loco erexit Conſtantinus Magnus Chryſopoli, ubi prius ſteterat, advectam, ſi Codinum pag. 27. E. R. audimus, qui hæc de loci appellatione ſubdit: Ἐκεῖσε δὲ ἐδοκιμάζοντο οἱ στρατιῶται, ὅτι πεδίον ἐω ὁ τόπος· ἐκ δὲ τοῦ στρατὸν ὠνομάσθη Στρατήγιον. *Hic autem probabantur milites, quia locus in planitiem porrectus erat, qui inde Strategii nomen accepit.* Infert præterea Heſychius Mileſius, & ex eo idem Codinus, Conſtantinum Magnum privilegia novæ urbi a ſe conditæ indulta in columna marmorea inſcribi juſſiſſe, quam ille in Foro Strategio nuncupato erexit.: Δίκαιά τε πάντα πρὸς ζῆλον τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης δωρησαμένη, κ᾽ κ᾽ ἐν Στρατηγίῳ λεγομένῳ Φόρῳ, ἔνθα ποτὲ οἱ στρατηγοῦντες τῆς πόλεως ἄνδρες τὰς τιμὰς ὑπεδέχοντο, ἐπὶ λιθίνης ἀνέγραψε στήλης. *Juraque omnia ad veteris Romæ formam dedit, ſicut in Foro Strategio, ubi quondam militiæ urbis duces meritos honores accipiebant, in columna lapidea inſcripſit.* Id etiam prodit Paulus Diaconus lib. XI. Miſcell. pag. 36. edit. Caniſii, additque columnæ iſti impoſitam fuiſſe ejuſdem Conſtantini equeſtrem ſtatuam, ubi de Conſtantinopoli: *Quam cum primitus Byzantium vocaretur, auxit, & maximo muro circumdedit, & diverſis ornatam fabricis æquam Imperiali Romæ conſtituit; & denominatam Conſtantinopolim appellari Secundam Romam lege firmavit, ſicut lex ipſa in marmorea platonia noſcitur eſſe conſcripta, & juxta equeſtrem ſtatuam ejus in Strategio eſt conſtituta.* Quæ quidem abſunt ab edito Theophane, quem exſcripſit idem Diaconus, quo loco ille ait (ſub ann. XXV.) inſtauratam a Conſtantino Byzantinam urbem, *Novam Romam* appellaſſe, ubi ſolius erectæ porphyreticæ columnæ meminit, quæ in Foro Conſtantini fuit. Conſtantinum, in hac ſtatua crucem A pretuliſſe teſtatur Cedrenus pag. 322. E. R. Ἐν τῷ Στρατηγίῳ ἐστὶν —ὁ μέγας Κωνσταντῖνος φέρων σαυρόν. Complura præterea alia ſimulachra, ac ſtatuas in Strategio poſitas tradunt ſcriptores, atque in primis *Obeliſcum Thebæum quadratum*, auctor Urbis Deſcriptionis: ſimulacrum Fortunæ, ſeu Genii urbis, Codinus p. 27. E. R. ubi de Strategio: πλησίον δὲ ἐκτίσε κεῖ ἡ Τύχη τῆς πόλεως, *juxta* (tripodem Hecates) *extitit etiam ibi Fortuna urbis.* Illud idem, uti exiſtimo, de quo hæc Marcellinus Comes ad Conſulatum Boetii Ind. III. *Simulachrum æneum in Foro Strategii ſuper fornicem reſidens, & cornucopiæ Fortunæ retinens, incendio proflammatum eſt, combuſtumque amiſit brachium, quod tamen ſtatuarii continuo ſolidarunt.* Tripodem Hecates in Strategio ſtetiſſe auctor eſt Cedrenus pag. 322. E. R. Ἐν τῷ Στρατηγίῳ ἐστὶν ὁ τρίπους Ἑκάτης, (Apollinis vero tripus in Hippodromo fuit, uti docent B Euſebius lib. III. de Vita Conſtantini cap. LII. & Zozimus lib. II.) Idem etiam teſtatur Codinus pag. 27. E. R. qui τρίποδα ἔχοντα τὰ παρῳχηκότα, τὰ ἐνεστῶτα, κ᾽ τὰ μέλλοντα εἰδέναι, *tripodem habentem præterita, præſentia & futura*, in Strategio fuiſſe ait, una cum *Polo* νοτίῳ, *auſtrali*, & *catino* τοῦ τειχαιδβὲ, *ad locum Tzyri appellatum*: quæ omnia, inquit, Bardas Cæſar, Michaelis Imperatoris patruus, in alium locum tranſtulit, aut conflegit. Meminit etiam Μοναχίδε, qui ibidem fuit. Ait porro eodem loco Codinus μικρὸν Στρατήγιον appellari Leonis Magni ſtatuam: ſed an hæc ſtatua in ipſo Strategio ſteterit, non indicat. Carceres denique Byzantii veteris in Strategio, ſed & poſt Conſtantinum ibidem uſque ad Phocam, ſtetiſſe tradit idem Codinus pag. 39. E. R. Ex præallatis ſatis conſtare arbitror *Forum Theodoſiacum*, quod C *in Strategio* collocatur ab auctore Deſcriptionis Urbis, non fuiſſe tribunal juridicum, uti vult Gyllius lib. III. cap. I. cum Strategium ut pa- *pag.* 81. tentem locum deſcribant ſcriptores omnes, in eoque ſtetiſſe dicant columnas ingentes, fornices, ſtatuas & obeliſcos, quæ quidem intra ædem fuiſſe nemo, opinor, dixerit. *Forum* autem *Theodoſii* in Strategio illud cenſuerim, quod a Theodoſio Juniore ædificatum tradit Marcellinus Comes, *in loco qui Heliane dicitur*, Indict. III. eodem Theodoſio XV. & Valentiniano IV. Coſſ. Unde cum Chronicon Alexandrinum ad Conſulatum ejuſdem Theodoſii ſeptimum ſcribit eumdem Auguſtum Heraclea Conſtantinopolim reverſum, ἐν τῷ Θεοδοσιακῷ φόρῳ, aurea corona ab Urſo Præfecto urbi & Senatu donatum; id de Theodoſiaco Foro intelligendum par eſt credere, quod in ſeptima, D vel certe quod in duodecima regione extitit: ſiquidem aliquot poſt annis ſuum demum Forum confecit & abſolvit idem Theodoſius; cujus ſitum perciperemus, ſi quo loco ſtetere Helianæ certo ſciretur, qua appellatione Balneas ita appellatas ab Helenæ Palatio alibi docemus, ubi de hoc Palatio.

X. In Xerolopho, quem ſeptimum fuiſſe urbis Collem, ab aliis ſex Collibus diviſum valle lata, auctor eſt Petrus Gyllius lib. I. capp. XVII. XVIII. & lib. IV. cap. VII. extitit FORUM ARCADII vocitatum. Socrates lib. VII. cap. V. ἐν τόπῳ τῆς πόλεως, ᾧ προσωνυμίαν Ξηρόλοφος, ἐν ᾧ νῦν ἡ ἀγορὰ Ἀρκαδίε. *In loco urbis, quem Xerolophum nominant, in quo nunc eſt Forum Arcadii.* Sic autem appellatum a ſtatua Arcadii columnæ impoſita, quæ in hoc Foro anno nono erecta eſt: verum an ab ipſo Arcadio poſita fuerit, quod volunt Theophanes pag 466. Edit. Reg. Cedrenus pag. 323. E. R. Zonaras pag. 32. E. R Joel, Glycas & alii, jure controverti poteſt; cum vel ſaltem conſectam ac dedicatam anno demum decimotertio Theodoſii Junioris ſcribat Marcellinus Comes, Indict. IV. Euſtathio & Agricola Coſs. *Arcadio patri ſuo in Foro ejus ſuper immanem columnam, ingentem ſtatuam idem Theodoſius dedicavit.* Chronicon Alexandrinum eodem anno: Τούτῳ τῷ ἔτει ἀνηγέρθη ἐν τοῖς Ἀρκαδίε ἐπὶ τοῦ κοχλίε τε

χίονος ἐν τῷ Ἀρκαδικῷ φόρῳ, ἐν τῷ καλουμένῳ Ξηρολόφῳ, μηνὶ Πανέμῳ πρὸ ς'. ἰδῶν Ἰουλίων, ἡμέρᾳ σαββάτῳ· *Hoc anno dedicata est statua Arcadii super columnam cochlidem stans in Foro Arcadii, in loco dicto Xerolopho, mense Panemo, VI. Idus Julias, die Sabbati.* Omnino similem fuisse columnæ seu statuæ, quæ in Tauro stetit, indicat Cedrenus p. 323. Edit. Reg. ὅτι ὁ Ξηρόλοφος ἔργον ἐστὶν Ἀρκαδίου, ὅμοιον κατὰ πάντα τῷ Ταύρῳ, *Xerolophus Arcadii opus est, Tauro per omnia simile.* Quæ verba non de Foro, sed de Columna accipienda sunt: nam columnam Tauri, cui imposita fuit Theodosii Magni statua, Cochlidem fuisse constat, perinde ac Arcadianam, in qua insculpta fuisse præclara Arcadii prælia auctor est Busbequius in Itinere Constantinopolitano: *Duæ visuntur Constantinopoli memorabiles Columnæ, altera est e regione Caravasarai, ubi nos hospitabamur, altera in Foro, quod Turcæ Auratbasar vocant, hoc est Forum Mulierum: ei ab imo ad summum insculpta est historia cujusdam Arcadii, qui eam construxit, cujusque diu in summo positam statuam habuit, quam tamen cochleam rectius dixeris, quam columnam, propter structuram graduum, quibus intus ad summum ascenditur.* Sed accurate & cum suis omnibus dimensionibus describitur a Gyllio, qui eam metitus est, lib. IV. cap. VII. ubi observat *Columnam* illam esse *intra se gradibus perviam*, quæ in regione duodecima statuitur in veteri urbis Descriptione. Sed & usque ad sexdecim statuas κοχλιάδας in Xerolopho stetisse, nescio an vere, testatur Codinus pag. 37. Edit. Reg. Utramque Arcadii statuam in Foro cognomini, & in Foro Tauri fuisse quidam opinati sunt. Chrysoloras in Comparatione Novæ & Antiquæ Romæ pagin. 121. Εἰσὶ δὲ οἱ λέγουσι καὶ ἐπὶ τῷ Ξηρολόφῳ κίονα, καὶ τὸν ἀντικρὺ τούτῳ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ λόφῳ, ἀπὸ Ταύρου κεκλημένου, βάσεις σφυρηλάτων ἀργυρῶν ἀνδριάντων γεγενῆσθαι. *Quidam etiam Columnam quæ in colle Xerolopho extat, & alteram quæ ex adverso Solem orientem; in colle qui a Tauro nomen habet, ductas ex argento statuas sustinuisse affirmant.* Stetit porro Arcadiana statua usque ad tempora Leonis Isauri, quo imperante, gravi terræ motu concussa corruit. Nicephorus Constantinopolitanus: Χρόνῳ δὲ μεταξὺ παρελθόντος σεισμὸς ἐνσκήπτει καὶ τὸ Βυζάντιον, —— μεθ' ὃν ἐξ ὁ Ἀρκαδίου τοῦ παλαιοῦ Ῥωμαίων τὰ σκῆπτρα ἰθύνοντος ἀνδριὰς, ὃς καὶ ὁ λεγόμενον Ξηρόλοφον καθύπερθε τοῦ γλυφαίου ἵδρυται κίονος, καὶ γῆς ἀνωθεν ἐρρίπτο· *Interjecto deinde aliquanto tempore Byzantium terræ motu concussum est, —— ex quo & Arcadii quondam Imperatoris statua, quæ ad locum Xerolophum dictum supra cælatam Columnam erecta erat, corruit.* Idem scribunt Theophanes, Cedrenus, Zonaras, & Paulus Diaconus lib. XXI. Hist. Misc. Corruerat autem antea ejusdem statuæ manus dextera eo terræ motu, qui Justiniani anno decimoquarto accidit: ἡ δεξιὰ χεὶρ τοῦ ἀνδριάντος τοῦ Ξηρολόφου, ut est apud Theophanem & Cedrenum. Sed & anno vigesimosecundo ejusdem Augusti partem Arcadii statuæ ære suo nudatam, & caput fulgure præstrictum ait idem Theophanes. Extitere aliæ præterea complures statuæ in Xerolopho, ut ex Svida in Ξηρόλοφος, Anonymo in Collect. Const. p. 102. & Codino pag. 37. Edit. Reg. docemur, Theodosii scilicet Junioris, Valentiniani, & Marciani, quas terræ motu corruisse ajunt. Zonaras pag. 152. Edit. Reg. Scylitzes p. 625. E. R. & Glycas in Romano Lacapeno scribunt Joannem quendam Astronomum Imperatorem monuisse, ut aliquem mitteret qui ejus statuæ caput amputaret, quæ supra Xerolophi fornicem collocata orientem spectabat, Simeonem Bulgarorum regem, cui fatalis illa foret, statim moriturum, quod accidit. Nam ea hora qua Imperatoris jussu statuæ caput avulsum est, Simeon in Bulgaria ex dolore stomachi interiit. Hanc autem statuam, ἑπταετίᾳ ἄνωθεν τῆς ἐν Ξηρολόφῳ αὐλίδος, ἣν πρὸς δύσιν βλέπουσαν εἶπλω vocant ii scriptores; sed cujus fuerit, & an Arcadii, non indicant. Quippe ἕτεραι τοῖαι εἶπλαι εἰς τὰς αὐλίδας ejusdem Fori stetere, ut habet Codinus. In Xerolopho præterea stetisse vetustissimum Apollonis tripodem, cui inscriptum Æolicum Epigramma testatur Priscianus lib. I. p. mihi 547. de quo Gyllius lib. IV. cap. VIII. Xerolophi vero meminit Synaxarion vitæ Sanctorum Hypatii & Andreæ in Menæis ad XX. Septembris.

Edit. Paris. pag. 82.

XI. FORUM BOVIS, a bove æreo, qui in eo stetit, appellationem sumpsit; de quo quidem bove ita Cedrenus in Theodosio Magno: Ὁ χαλκοῦς Βοῦς ἐκ Περγάμου ἦλθε· κάμινος δέ ἐστιν ἐν ᾧ πέφλεκται ὁ ἅγιος μάρτυς Ἀντίπας. Et Zonaras in Phoca: Τὸ δὲ δύσλωτον σῶμα καυθῶσαι κατὰ τὸν Βοῦν, ἔνθα ἐστὶ κάμινος, ὡς λέγεται ἐκ χαλκοῦ κατεσκευασμένη, σχῆμα βοὸς ἔχουσα, ἥτις ἐκ Περγάμου κεκόμιστο, ἀφ' ἧς καὶ ὁ τόπος ὠνόμαστο. Describitur etiam a Codino in Origin. ubi ait multos in Bove Christianos concremasse Julianum: Εἰς δὲ τὸ καλούμενον Βοῶν κάμινος ἐστὶ παμμεγέθης ἐκτισμένη, βοὸς ἔχουσα κεφαλήν, ἔνθα καὶ οἱ κακοῦργοι ἐτιμωροῦντο, ὅθεν καὶ Ἰουλιανὸς φροφάσει τῆς καταδίκων πολεῖς ἐν αὐτῇ κατέκαυσε Χριστιανούς. ἐστὶ δὲ ἡ κάμινος βοὸς τύπος παμμεγεστάτου θεάματος, ἐκ καταμίμησιν καὶ ἐν τῷ Νεωρίῳ βοῦς ἀπετυπώθη. *Ad locum Bovem nominatum caminus seu fornax erat ingens ædificatus, bovis habens caput, in quo noxii puniebantur: unde Julianus multos tamquam reos in eo igne consumpsit Christianos. Erat autem fornax iste in bovis figuram, ingentis spectaculi, ad cujus imitationem bos in Neorio effictus est.* Extitit autem *Bos* iste *æreus* in undecima regione, ut est in veteri urbis Descriptione a quo Forum, in quo constitit, Βοῦς pariter, & Βοὸς ἀγορὰ nuncupatum est. Joannes Tzetzes Chil. IX. c. CCLXXVII. περὶ Βοὸς ἀγορᾶν, ἤτοι πρὸς Βοῶν τὸν τόπον. *Circa Bovis forum, seu Bovem, locum sic dictum.* Meminit Georgius Diaconus in vita S. Basilii Jun. c. XXVIII. ædis S. Stephano Protomartyri sacræ ædificatæ ἐν τῇ καμάρᾳ τοῦ Βοός. Πυλεῶνας τοῦ Βοός, *vestibula Bovis*, incendio consumpta ait Cedrenus eo incendio quod anno XXXV. Justiniani accidit. Zonaras in Botaniata: καὶ τὸ δεινὸν ἄχρι τοῦ Βοὸς ἐπιφθάσαι γενόμενον. Neque aliter Theophanes p. 250. Edit. Reg. & Chronicon Alexandrinum pag. 876. locum vocarunt, in quo Phocæ tyranni exustum fuit cadaver. Idem Chronicon: καὶ ἐκβληθέντες τοῦ σκηνώματος αὐτοῦ, ἐσύρη καὶ ἀπηωρίχθη ἐπὶ τὸν Βοῶν, καὶ ἐκαύθη. Theophanes habet ἐν τῷ βοΐ, ubi Anastasius: *Igne apud Boi cremaverunt*: sed perperam Paulus Diaconus lib. XVIII *apud Taurum* vertit, cum aliud fuerit Forum Tauri a Foro Bovis, neque felicius Leunclavius apud Glycam *Forum Boarium* vertit. Nicephorus denique Patriarcha Constantinopolitanus: κατὰ τὴν τοῦ Βοὸς ἀγοράν, & Cedrenus, ἐν τῇ τοῦ Βοὸς ἀγορᾷ, hoc loco & alibi non semel habent: ex quibus præterea, Nicephoro scilicet pagg. 119. & 224. primæ edit. Theophane pag. 308. E. R. & Cedreno pag. 443. Edit. Reg. igne in eo Foro cremari solitos reos docemur: sed an in Bove ipso, quod quidam putat, vix ego censuerim, tametsi id exerte dicat Zonaras. Utcumque de ea re sit, tradit Codinus, nescio quo auctore, ab Heraclio Bovem, seu Fornacem hunc demum fuisse conflatum, & illius loco erectos fornices iis similes qui erant in Xerolopho. Vide Anonymum Lambecii de Antiquitatibus Constantinopolitan. pagg. 95. 97. & Menæa XX. Januarii in Sancto Petro Telonario, & ad 11. Septemb. in S. Joanne Jejunatore.

XII. ARTOPOLIUM, seu Forum panis venalis, vel *Pistorium*, uti appellatur apud P. Victorem in Descriptione veteris Romæ, memorat Anonymus in Collectan. antiquis Constantinopolitan. pag. 94. in eoque stetisse varias

ex marmore ſtatuas tradit, canum, pavonum, aquilarum, &c. ubi multas nugas nugatur. Similiter Codinus pag. 35. Edit. R. ait Menandri vatis ſtatuam ἐπὶ τὸν ἀρτοτυρικὸν οἶκον, ἢ εἰς τὸ Ἀρτοπολεῖον extitiſſe: hanc vero ſtatuam, quæ ἀργυροΐλατος, & latitudine VIII. cubitorum, altitudine XV. erat, confractam fuiſſe a Marciano Imperatore, & ex ea cuſos nummos, pauperibus diſtributos. Meminit præterea pag. 37. octo columnarum τῶν Ἀρτοπολίων hiſtorias continentium, & τοῦ σταυροῦ ἱδρυμένου ἐπὶ κίονος πλησίον τῶν Ἀρτοπολείων ἐν τῇ αὐλῇ λιθοστρώτῳ, *crucis ſupra columnam erectæ a Conſtantino N. juxta Artopolia, in Atrio lapidibus ſtrato*, cum Urbem condidit: quæ quidem illa eſt quam Nicephorus Call. lib. VIII. cap. XXXII. ait unam fuiſſe ex tribus crucibus quas ad exemplum illius, quam in cælo viderat, in urbe erexerat, & de qua mira narrat. Hanc autem in ipſis Artopoliis ſtatuit: Τὸν δὲ τρίτον μὲν ὃν Κωνσταντῖνος μὲν Νίκης ἐκάλεσεν, Ἡράκλειος δ' Ἀνίκητον κατωνόμασεν, ἐπὶ ὑψηλῷ κίονι ἐκ μαρμάρων σωδημένῳ ἀνίδρυσεν, ἐν τόπῳ ᾧ κλῆσις ἐστὶ τῷ Ἀρτοπωλίου· *Tertiam crucem, quam Conſtantinus Victoriam vocavit, Heraclius autem Invictum, in alta marmorea columna poſuit, in loco cui nomen eſt Forum Panarium*. Eandem crucem cum anno XVIII. Mauricii ex terræ motu corruiſſet, rurſum erexit Heraclius, ferreiſque vinculis firmavit, appoſita in illius baſi hac inſcriptione, quam ſe ibi legiſſe ſcribit idem Nicephorus: Ἔργον διάρεσον Βασιλείῳ μεγάλῳ Ἡράκλειος ἔδρασεν. Forum hoc partem Fori Theodoſii occupaſſe, aut vicinum fuiſſe colligitur ex Scylitze & Zonara, tradentibus Nicephorum Phocam Imperatorem ex Templo Pegano ad Portam Auream ſito, ad quod publicam Proceſſionem inſtituerat in Aſſumptionis Deiparæ feſto, in urbem redeuntem, a plebe exceptum fuiſſe Comitiis ἐν τῇ τῶν Ἀρτοφρατίων ἀγορᾷ, uſque ad Forum, quod *Placotum* Zonaræ, *Conſtantini* Scylitzæ dicitur. *Edit. Pariſ. pag. 83.*

XIII. AMASTRIANUM, ſeu urbis tractus τὰ Ἀμαστριανὰ dictus, nomen accepit a quodam infimæ ſortis homine, qui Amaſtri in Paphlagonia oriundus, in urbem paupertatis cauſa venit, ibique mortuus eſt: ſive ab infamia loci ejus maxima, quod ibi malefici & homicidæ ſupplicio afficerentur, turpiſſimam denominationem accepit, propter Paphlagonum ſceleratam vitam; ita Cedrenus pag. 323. E. Reg. cujus Græca ſunt: Τὰ Ἀμαστριανὰ λέγεται, ὅτι ἀπό τινος ἀτελῶς πατρίδα ἐχόντος τῷ Ἀμαστρίν, ἐλθόντος δὲ κατ' πενίαν ἐν τῇ πόλει, κἀκεῖ τελευτήσαντος· εἴτε ἀπὸ ἐνεργείας τῆς τοῦ τόπου δυσφημίας, ὅτι πᾶς κακοῦργος καὶ φονεὺς αὐτόθι τιννύει δίκῃ, κλῆσιν ἔλαχεν αἰχίστῃ, τῆς Παφλαγόνων ἕνεκεν βδελυρίας. Codinus pag. 25. E. R. a ſtatuis binis marmoreis duorum Amaſtrianorum, vel certe Paphlagonum, ibi defoſſis, locum appellatum videtur innuere: Καὶ μαρμάρινος εἷλκε ἰσαμένη ἐκ χώρας Παφλαγονίας δεσπότου, καὶ ἑτέρα κεχωσμένη ἐν τῇ κόπρῳ καὶ οὔροις, δῆλον τὸ ἐκ χώρας Ἀμάστρων Παφλαγόνος, viſitur in eodem Amaſtriani loco *marmorea ſtatua domini cujuſdam ex Paphlagonia, & alia ſtatua ſervi ex Amaſtri urbe Paphlagoniæ perinde oriundi lotio & ſtercore obruta*. Addit idem ſcriptor, ut & Anonymus in Collect. Conſtantinop. pag. 95. ſtatuas alias ibidem ſtetiſſe, Solis curru vecti, Herculis recubantis, aliaſque aliquot. Locum vero Amaſtriani nuncupatum, ἀγορὰν τὸ Ἀμαστριανὸ vocat Cedrenus in Copronymo, qui in eo ſumpta de reis ſupplicia pariter ſcribit: τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ ἀπαχθὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ τῶν Ἀμαστριανῶν ἐκαύθη, *corpus illius advectum in Foro Amaſtriani combuſtum eſt*. Ita apud Leonem Grammaticum pag. 467. Michael Theophili F. effoſſa ejuſdem Copronymi oſſa ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῖς comburi præcepit. Apud eundem ſcriptorem pag. 470. Baſilius Macedo, Michaelis ſucceſſor, Aſſyleonis domeſticos, qui dominum interemerant, μιλησὸν καταχόλας κατέκαυσιν ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῖς. Denique idem Leo Grammaticus pag. 506. tradit Baſilium quendam Macedonem, qui ſe Conſtantinum Ducam mentiebatur, a Romano Lacapeno Imp. ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῖς pariter, combuſtum: quibus conſentanea habet Scylitzes pag. 629. Edit. R. Sed quod uterque de hoc Baſilio obſervat, ad Amaſtrianum omnino pertinet. Narrant quippe Baſilium hunc, qui Conſtantinum Ducam, qui tyrannidem ineunte imperium Conſtantino Porphyrogenito Leonis F. arripuerat, cæſuſque fuerat in Hippodromo, ſe eſſe finxerat, plurimoſque ad ſe contraxerat, captum a quodam Elephantino Turmarcha, Petri Præfecti urbi juſſu altera manu truncatum, poſtea dimiſſum: occaſione deinde captata, & truncatæ vice manum ſibi æream aptantem, rebellionem rurſum moviſſe, tandemque captum, ea qua diximus ratione, pœnas in Amaſtriano dediſſe. Hæc, inquam, pertinent ad ea quæ apud Anonymum in Collectaneis antiquis Conſtantinopol. pag. 95. ita recitantur, ubi de Amaſtriano agit: Οἱ δὲ ἵπποι καὶ αἱ κιννύραις Γαλινδαχίᾳ τῇ Δουκάϊ· ἃ τινα καθορῶντας ἐν τῷ τυρεῖ Ἀρτεμισίῳ ἕως τῆς δεῦρο. Quæ quidem non unico mendo laborare recte advertit vir eruditus, qui feliciter, opinor, pro Γαλινδαχίᾳ, legendum Παλινδαχίᾳ, conjecit: ſed quod hac voce intelligi Conſtantinum ipſum Ducam cenſet, non aſſentior; malim enim Pſeudoconſtantinum innui, qui extincto ac cælo Duca, rurſum eundem mentitus eſt, ita ut ea ætate Παλινδάκας Δούκας, quaſi *redivivus Ducas* a vulgo appellaretur. Hanc conjecturam non minime firmant manus æreæ, quæ ad Horreum in Amaſtriano ſtetere, ἐπάνω τῆς ἀψῖδος τοῦ Ἀμαστριανοῦ, *ſupra fornicem Amaſtriani*, uti a nobis obſervatum ad Alexiadem pag. 385. E. R. Manus quippe iſtæ æreæ videntur fuiſſe *Palinducæ*, ſeu *Pſeudoducæ* iſtius, quæ in rebellionis, & ſumptæ de eo pœnæ memoriam, in Amaſtriano defixæ ſunt: non vero, uti nugantur Græculi, quod ſupplicium truncationis manuum de aliquo falſis menſuris vendente ſumptum deſignarent. Addit Anonymus hæc omnia hactenus conſpici ἐν τῷ τυρεῖ Ἀρτεμισίῳ, ubi legendum, ἐν τῷ τυρείῳ, ſeu *horreo*, a τυρὸς, *frumentum, triticum*: nam ad horreum ſtetere manus æreæ. Sed cur Ἀρτεμισίῳ addatur, haud omnino conſtat, ut de vocis Κιννύραις notione, niſi referatur ad *equos*, qui in Amaſtriano ſtetere, ita ut de eorum genere fuerint, quos κιννύρας vocabant, κακούργους, nempe ἵππους, uti vocem hanc interpretatur Heſychius; cujuſmodi forte fuerit equus Pſeudoducæ, cum in hoſtium manus venit, cujus figura hic expreſſa fuerit. Neque porro hic amplector Annæ Comnenæ figmenta, ſcribentis lib. XII. Alexiad. pag. 363. E. R. eo loci poſitas manus æreas, ἐπί τινος ὑψηλοτάτης περιοπῆς καὶ μετεώρου λιθίνης ἀψῖδος, *in ſublimi quodam lapideo fornice*, ut eſſent quæ Principum indulgentiam pro reis ſollicitarent, quas qui ſemel prætergreſſus erat, nulla ratione a ſupplicio poterat eximi, ut qui ad ipſum ſupplicii locum pervenerat. Locum non exſcribo, quia prolixior. Amaſtris porro, ut & hoc obiter moneam, elogium ſic perſtringit Nicetas Paphlago in Encomio Sancti Hyacinthi pag. 5. Ἀμαστρα, ὁ τῆς Παφλαγονίας, μᾶλλον δὲ τῆς οἰκουμένης, ὀλίγου δεῖν, ὀφθαλμὸς, εἰς ἐμὲ γε τὸ βόρειον μέρος περιοικοῦντας Σκύθαι, καὶ οἱ πρὸς νότον δὲ κείμενοι, ὥσπερ εἷς τι κοινὸν σωτρέχοντες ἐμπόριον, τὰ παρ' ἑαυτῶν τε σωτισφέρουσι, καὶ τῶν παρ' αὐτῆς ἀντιλαμβάνουσι· πόλις ἐσθ' ὅτε τὰ πάσης λίξεως ἐσπερία μεταξὺ κειμένη· οὐδενὶ μὲν ἢ ἀπὸ γῆς ἢ θαλάσσης ἀγωγίμων ἀπαίζεται, δαψιλῶς

δ' ὅλως μένη, οἰκοδομήμασί τε λαμπροῖς καὶ τείχεσι καρτεροῖς. καὶ δὴ ἐν λιμέσι καλοῖς, καὶ εἰκήτορσιν ἄνωθεν περιφανεστάτοις κεχρημένη, ἐνὶ τούτῳ, τῇ εἰς Θεὸν δεισιδαιμονίᾳ μικρῷ πάντων ἀνθρώπων ἡλαττοῦτο. Deinde incolarum superstitiones, arborum ac lucorum cultum pluribus perstringit.

Edit. Paris. pag. 84.

XIV. BATTOPOLIUM, locus ubi erant plures officinæ, ut habetur in vita sancti Auxentii Archimandritæ num. VII. *Transiens autem per Battopolium, vidit quosdam opifices deflentes & dicentes, Venit ad nos tempus quo summus absque opere, claudamus nostras officinas*, &c. Ubi editio ac versio Herveti habet *Battopolium*. Sed ex hisce verbis mercium ibi venditarum speciem non agnosco, nisi βατειτώλιον fuerit Forum in quo vendebantur βάτοι, id est vasa & amphoræ; id enim βάτος sonare notum est: vel nisi quis malit legendum *Blattopolium*, ita ut Forum purpureis pannis vendendis aut tingendis addictum fuerit, quod Πορφυροπώλιον vocat Codinus p. 50. Edit. R.

XV. LEOMACELLIUM, τὸ Λεωμάκελλον, locus sic dictus a Leone Macela, qui ibi antequam imperaret, carnes vendebat; ubi etiam uxor chordas torquebat: ita nugatur Codinus pag. 53. Edit. Reg. At Meursius in Gloss. Λεωμάκελλον, *publicum Macellum*; Xylander ad Scylitzem pag. 792. in Michaele Stratiotico, *populi Macellum* interpretantur. Haud procul a Palatio extitisse indicat ibidem Scylitzes, cui Λεωμακέλλιον dicitur. Neque aliud est ab eo quod Λεμομακκέλλιον vocat Chronicon Alexandrinum in Arcadio, ubi Gothos, quorum Gainas dux erat, ἐν τῷ Λεμομακελλίῳ cæsos ait: quo loco, Λεωμακελλίῳ reponendum censet Meursius. Verum si Macellum illud non rerum venalium fuit, sed locus ubi jugulabantur, vel *mactabantur pecora*, (nam & inde *Macellum* dictum scripsit Donatus) haud incongrue Λεμομακέλλιον appellari potuerit. Idem ne porro cum Macello, quod Foro Constantini vicinum fuisse indicat Socrates lib. I. cap. XXV. haud omnino constat, etsi vero simile: ubi ait Latrinas illas, in quibus Arius Animam exhalavit, extitisse ὀπίσθεν τῆς ἀγορᾶς Κωνσταντίνου, καὶ τοῦ ἐν τῇ στοᾷ μακέλλου, *pone Forum Constantini & Macellum in porticu*.

XVI. CEROPOLIUM, Κηροπολεῖον, locus in Foro ubi venum exponuntur ceræ, seu cereæ candelæ. Leo Grammaticus in Constantino Porphyrogenito pag. 505. Edit. Reg. ait ingens excitatum fuisse incendium εἰς τὸν τοῦ Φόρου ἔμβολον, πλησίον τοῦ ναοῦ ὑπεραγίας Θεοτόκου, ὥστε καταναλῶσαι τότε κηροπολεῖα, καὶ τὰ γωμάρια τοῦ Φόρου μέχρι τῆς Ψηφῶν· *Ad Fori porticum haud procul ab æde Deiparæ sacra, quo combusta fuere ceropolia, & gunaria Fori, usque ad Psephas*. Unde conficitur Ceropolium fuisse in ipso Foro Constantini, aut certe proximum, cum ea ædes sacra in Foro ipso fuerit. In Glossis Gr. Lat. κηροπώλης, *cerarius*, κηρολάριον, *cerilarium*, exponuntur.

XVII. VALLIS FLETUS, κοιλὰς κλαυθμῶνος, haud procul ab Artopoliis, locus ita nuncupatus, ex quo Theophilo Imperatore ita præcipiente, προστάγησαν οἱ σωματοφύλακες ἐκεῖσε τιμωρήσοντες τὰ οἰκετικὰ πρόσωπα. Ita Codinus. Notum Forum apud Parisios, *la Vallée de Misere*, nuncupatum.

XXV.

AQUÆDUCTUS.

I. QUo urbis Fontes, ac Nymphæa, Cisternæ, & Balneæ aquis affatim abundarent, eæ ab Imperatoribus ex suburbanis per varios Aquæductus subinde derivatæ sunt: quos inter, ante instauratum a Constantino Byzantium, exstructus ab Adriano Imperatore memoratur potissimum, qui de ejus nomine AQUÆDUCTUS ADRIANI dictus est, a Justiniano postmodum renovatus. Chronicon Vaticanum: Ἰουστινιανὸς ἀνενίωσε τὸν τοῦ Ἀδριανέως ὕδατος ἀγωγὸν, ὃν, πρὸ τοῦ τὸ Βυζάντιον βασιλεῦσαι, Ἀδριανὸς βασιλεὺς ἐποίησε, τοῖς Βυζαντίοις χαριζόμενος: *Justinianus restauravit Adrianeum Aquæductum, quem, antequam Byzantium Imperii sedes esset, Adrianus Imperator fecerat ingratiam Byzantiorum*. Adriani porro Aquæductum renovavit Justinianus, ut illius aquas in Cisternam Basilicæ Illi immitteret. Chronicon Alexandrinum pag. 774. Ἐποίησε δὲ ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς καὶ τὸ μεσαύλιον τῆς Βασιλικῆς Ἰλλου κισέρναν μεγάλην, βαλόμενος βαλεῖν τὸ Ἀδριάνειον ὕδωρ τοῦ ἀγωγοῦ εἰς αὐτήν· ὅντιν ἀγωγὸν ἀνενίωσε ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς, κατασκευασθέντα πρώην ὑπὸ Ἀδριανοῦ τοῦ Βασιλέως τοῖς Βυζαντίοις εἰς τὸ ὑδρεύεσθαι, πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι τὸ Βυζάντιον, sic enim legendum: *Idem Imperator ex Basilicæ Illi atrio cisternam magnam confecit, & in eam aquas Aquæductus Adriani immittere statuit: quem quidem Aquæductum renovavit idem Imperator, cum antea ab Adriano Imperatore exstructus fuisset, quo Byzantinis aquarum copiam largiretur, priusquam Byzantium Imperii sedes facta esset*. Effractum Aquæductum quo aquæ in urbem derivabantur, sub Justiniano neglectum fuisse queritur Procopius in Hist. arcana pag. 116. I. edit. Sed quis ille fuerit, non omnino constat; cum non is modo, sed & Aquæductus Valentis integer non fuerit sub Justiniano, utpote quem Justinus Junior restauravit. Zonaras pag. 52. Edit. Reg. ait Justinianum destruxisse majores canales plumbeos, quibus aqua in urbem ducebatur, cum hac potissimum materia ad ædificia sua indigeret. At Adrianei Aquæductus aquas in Palatium, Thermas publicas, & Nymphæa solummodo derivari statuerunt Theodosius & Valentinianus; minime vero in privatas domos, possessiones, aut suburbana, L. V. Cod. de Aquæductu: *Omnis servitus aquarum Aquæductus Adriani, sive domorum, sive possessionum, sive suburbanorum, sive balneorum, vel per divinos affatus intimatos in quolibet judicio, vel per usurpationem impertitos, penitus exprobetur: malumus etenim prædictum Aquæductum nostri Palatii, publicarum Thermarum ac Nymphæorum commoditatibus inservire*, &c. Instauratum denique a Justino Juniore anno Imperii undecimo, auctor est Cedrenus pag. 391. E. R. Τῷ ια'. ἔτει ἐκτίσεν ὁ Βασιλεὺς τὸν μέγαν ἀγωγὸν τοῦ Οὐάλεντος, καὶ τὸν ἕτερον ἀγωγὸν τὸν λεγόμενον Ἀδριάνου, (leg. Ἀδριάνειον) ὃς ἐχορήγησε τῇ πόλει δαψιλῆ ὕδατος· *Undecimo anno Imperator exstruxit magnum Aquæductum Valentis, & alterum Aquæductum qui Adriani dicitur, & magnam aquæ copiam urbi suppeditavit*. Vide Simocattam lib. VIII. cap. XIII.

pag. 85.

II. Celebratur etiam a scriptoribus AQUÆDUCTUS VALENTIS nomine nuncupatus, qui a Valente Imperatore exstructus. Anonymus in Collect. antiq. Constantinop. Ὁ ἀγωγὸς ὑπὸ Οὐάλεντος τοῦ Ἀρειανοῦ ἐκτίσθη, καθὼς γράφει Θεόδωρος· *Aquæductus a Valente Ariano conditus fuit, uti scribit Theodorus*. Narrant quippe scriptores Valentem Imperatorem Chalcedoniis infensum, quod Procopii tyranni partibus favissent, muros Chalcedonis evertisse, & ex eorum ruinis saxa Constantinopolim traduxisse ad structuram Aquæductus, Socrates lib. IV. cap. VIII. & ex eo Nicephorus lib. XI. cap. IV. tradunt inter horum murorum ruinas uni ex lapidibus inciſum oraculum repertum, quod urbis muros balneis inservituros, & magnam aquæ copiam urbi immittendam, prænuntiabat; nec multo post ex iis Aquæductum a Valente ædificatum: Συνέβη δὲ μὴ πολὺν χρόνον τὸν ὀλκὸν τοῦ ὕδατος ὑπὸ Οὐάλεντος κατασκευασθέντα δαψιλεῖς παραχεῖν τῇ Κωνσταντινουπόλει τὸ ὕδωρ. *Contigit autem ut non*

multo interpoſito temporis ſpatio, Aquæductu a Valente ædificato, magna aquæ copia urbi Conſtantinopolitanæ ſuppeditaretur. Oraculi iſtius perinde meminit Zonaras, & ut a Valente ex muris Chalcedonenſibus ædificatus fuerit Aquæductus, pluribus etiam commemorat: Ὁ μὲν οὖν Οὐάλης τῷ τῆδε τειχῶν τῆς Χαλκηδόνος ὕλῃ εἰς οἰκοδομὴν ὀλκοῦ ἐχρήσατο ὕδατος, ὃν ἀγωγὸν ἡ δημώδης ὀνομάζει φωνή, καὶ τοῦτον Οὐάλεντα ἐπωνύμασε· δι' οὗ πιπρᾴσκειν εἰς τὴν πόλιν ὕδωρ εἰσάγεσθαι, ἵν' ἀφθονία ὑδάτων εἴη αὐτῇ ἐς ὁρὸς χρῆσιν ἄλλο, καὶ ὁρὸς λουτρά. *Valens materia Chalcedonis murorum ad ſtructuram aquæ canalis uſus eſt, quem Aqueductum vulgo appellant, eumque Valentis appellari voluit, ut urbi aquarum copia tum ad alios uſus, tum ad balneas ſuppeteret*. Quod vero Οὐάλεντα Aquæductum appellatum ait, habet etiam Cedrenus rem eandem narrans: κατασκευασάμενος ὀλκὸν, ὃν Οὐάλεντα ὠνόμασε. Infra, Valentinianum nuncupatum ait, ſcribens anno Valentis quarto ædificatum Aquæductum: τῷ δ'. ἔτει τὸν Ἀγωγὸν τοῦ ὕδατος οἰκοδομεῖ, ὃν Οὐαλεντινιανὸν ὠνόμασε· *Anno quarto Aqueductum ædificat, quem Valentinianum appellavit*. Quæ quidem nomenclatura fecit, ut a Valentiniano exſtructus creditus ſit a Nicephoro Conſtantinop. in Breviario p. 234. 1. edit. Scylitze, & Glyca. At Ammianus initio lib. 31. *Valentinum lavacrum* vocat, narratque perinde *cum Chalcedone ſubverterentur muri, ut apud Conſtantinopolim ædificaretur lavacrum, ordine reſoluto ſaxorum in quadrato lapide, qui ſtructura latebat in media. Græcos verſus* (quorum meminimus) *inciſos repertos fuiſſe, futura plene pandentes*. A Juſtino Juniore reſtauratum anno Imperii undecimo ſcribit Theophanes: Τούτῳ τῷ ἔτει ἐκτισεν Ἰουστῖνος τὸ μέγαν Ἀγωγὸν Οὐάλεντος, καὶ ἐχωρήγησε τῇ πόλει δαψίλειαν ὑδάτων· *Hoc anno magnum Aqueductum Valentis reparavit, & aquarum copiam urbi ſuppeditavit*. Iiſdem conſona habent Zonaras & Cedrenus. Poſtea ab Avaribus deſtructum, imperante Heraclio, inſtaurare aggreſſus eſt Conſtantinus Iconomachus, anno Imperii XXVI. cum magna tum eſſet ſiccitas, & aquarum penuria. Idem Theophanes pag. 371. Τοῦτο ἰδὼν ὁ Βασιλεὺς ἤρξατο ἀνακαινίζειν τὸν Οὐαλεντινιανὸν ἀγωγὸν μέχρι Ἡρακλείου χρηματίσαντα, καὶ ὑπὸ τῶν Ἀβάρων (sic leg. non Ἀράβων) κατασκαφέντα, &c. *His viſis Imperator cœpit renovare Aqueductum Valentinianum, qui cum uſque ad Heraclii tempora ſtetiſſet, tum ab Avaribus everſus fuerat*. Quæ quidem hauſit a Nicephoro Conſtantinopol. ubi rem eandem exequitur pag. 235. Ἐκ τούτου βουλεύεται Κωνσταντῖνος τὸν τοῦ ὕδατος ὀλκὸν ἀνακαινίζειν, ὃν Βαλεντινιανὸς ὁ Βασιλεὺς κατεσκεύασεν, ὑπὸ δὲ Ἀβάρων ἐπὶ τῶν Ἡρακλείου χρόνων τοῦ Βασιλέως κατασκαφέντα· *Conſtantinus, ea re animadverſa, inſtaurare Aqueductum illum inſtituit, quem Valentinianus Imperator olim extruxerat, ſed Avares poſtea Heraclii temporibus everterant*. Hunc rurſum refecit Baſilius Porphyrogenitus, uti teſtatur Scylitzes pag. 718. E. Reg. qui eum perinde Valentiniano adſcribit: Ἀνεκαίνισε δὲ ὁ Βασιλεὺς καὶ τὸν ἀγωγὸν Οὐαλεντινιανὸν τοῦ Βασιλέως, ὡς ἂν ἔχοιεν οἱ ἀστοὶ ἀφθονίαν ὕδατος· *Renovavit Imperator Aqueductum Valentiniani Imperatoris, ut cives aquarum copia ditarentur*. At Joeles in Baſilio, ubi de hac re, τὸν ἀγωγὸν Οὐάλεντος τοῦ Βασιλέως habet. Reſtauraſſe etiam Aquæductus Conſtantinopolitanos Romanum Argyrum addit idem Scylitzes pag. 732. Nec ſcio an de Aquæductu Valentis intelligendi Nicephorus Conſtantinop. Cedrenus, Zonaras, & alii rerum Byzantinarum ſcriptores, cum ſcribunt Juſtinianum Rhinotmetum per Aquæductum urbis ingreſſum, ſtatim Palatium Blachernianum occupaſſe. Nam per decimam quartam regionem, in qua Blachernæ extitere, excurrebat, illiuſque extant hodie rudera juxta Almaratrum, & vetus Saraium, per confinia nonæ regionis & decimæ, inquit Gyllius lib. III. cap. IX. ubi addit multos Aquæductus per dorſum ſex collium diſcurrere ſubterraneos, unicum vero ſupra terram Valentinianum. Sed & Thevetus lib. XIX. Coſmogr. cap. III. *Au ſixieſme coſtau voiez encore les fondemens d'un ſuperbe Temple des Chreſtiens, que les anciens ont nommé Blachernes, par deſſus lequel on voit un Aqueduct venant du dehors de la ville, qui deſcendant en la valée vers l'orient, ſe deſgorge dans un grand vaiſſeau de marbre pour l'uſage public des Citoiens*. Ex quibus ſcrupulus alius pariter mihi oboritur, an de Valentis Aquæductu loquatur Nicetas in Andronico lib. II. num. V. cum ait eundem Andronicum Aquæductum ſubterraneum, ὑπόγειον ἀγωγὸν, per medium Forum procurrentem renovaſſe, addidiſſeque ei fluvium, quem Hydralem nominant, ad cujus fontem turrim & palatium conſtruxit, quo æſtate recrearetur. Verum quod addit, ex eo fonte aquari qui ad Blachernas & interius in urbe habitant, videtur indicare Aquæductum Valentis, quem per Blachernas procurriſſe conſtat: καὶ νῦν ἐκ τούτου ὑδρεύονται ὁπόσοι περὶ τὰς Βλαχέρνας, καὶ ἔτι ἐνδοτέρω τῆς πόλεως τὴν οἴκησιν ἔλαχον. De Hydrali fluvio plura habet Gyllius in Boſp. Thrac. lib. II. cap. III. Aquæductus Valentis altitudinem hiſce prædicat Janus Douſa in Itin. Conſtantinopol. *Extat etiam Aqueductus admirandæ altitudinis longe ſupra omnes domos eminens, quem ab auctore Valentinianum nominant*. Illius ingentes arcus aliis indicat verbis Codinus pag. 29. Edit. Reg. Ὁ ἀγωγὸς τῶν μεγάλων ἀψίδων ὑπὸ τοῦ Οὐάλεντος ἐκτίσθη, ὡς ὁρᾶται· *Aqueductum magnorum arcuum Valens exſtruxit, qualem nunc videre eſt*. Denique, ut hanc de Aquæductu Valentis obſervationem abſolvam, ſcribit Leunclavius in Pand. Turc. num. CXCVI. *Sultani Soleimani memorabile votum* narrari, *quo ſibi tria concedi divinitus optabat, ut ante mortem perficeret: primum inſtaurationem Aqueductus maximi, quem ab auctore Valentem, aut Valentianum, non Valentinianum, ut vulgo in corruptis libris legitur, hiſtorici dixerunt*, &c. Similia habet Douza in Itinerario pag. 40.

III. Denique AQUÆDUCTUS THEODOSIACI, a Theodoſio Magno ſcilicet excitati, mentio eſt in L. XXX. Cod. Theodoſ. de Prætorib. & Quæſt. quæ eſt Impp. Theodoſii, Arcadii & Honorii, anni Chriſti CCCXC. *Ex quinque Prætoribus, qui Aqueductui Theodoſiaco fuerant deputati*, &c. & in L. XXIX. quæ pars eſt ejuſdem Legis, mentio perinde agitur ſanctionis, qua iidem Imperatores præceperant, *ut thetralis per Prætores facienda depenſio in Aqueductus fabricam verteretur*. Denique in L. XXIII. quæ eſt Imppp. Gratiani, Valentiniani & Theodoſii, anni CCCLXXXIV. eod. Cod. de Operibus publ. *ut ad Portus & Aquæductus inſtaurationem omnes certatim facta operum conlatione inſtent*, præcipitur. Sed an hæc de novo Aquæductu, an vero de veteri inſtaurato intelligenda ſint, haud planum eſt, cum Aquæductus Theodoſiacus alibi vix occurrat. Sane de Adrianeo Aquæductu a Theodoſio inſtaurato capienda vix cenſuerim, cum Theodoſius Junior L. V. Cod. Juſt. de Aquæductu, *Adriani Aquæductum* appellet, non *Theodoſiacum*. De Valentis vero Aquæductu ut hæc intelligantur, nulla ſatis firma ratio evincit. Id conſtat, Theodoſium Magnum ſeu excitaſſe, ſeu inſtauraſſe Aquæductum, non ſubterraneum dumtaxat, ſed & arcubus excelſis eductum, ex Gregorio Nazianzeno orat. XXV. pag. 435. quam Theodoſio Magno imperante habuit: καὶ τὸ ἄπιστον τοῦτο ἔργον, ὁ ὑπόχθονιος καὶ ἀέριος ποταμὸς, & *opus illud incredibile, ſubterraneus & aerius fluvius*. Quomodo Manuel Chryſoloras in Comparatione veteris & Novæ Romæ, Aquæductus Conſtantinopolitanos deſcribit p. 119.

Edit. Pariſ. pag. 86.

Πρὸς

Πρὸς δὲ τούτοις ἀγωγὰς ὑδάτων ὑπογείους καὶ χειμαρρικὰς αὖ διὰ τειχῶν, ἀερίους ποταμοὺς λέγειαν δυναμένους, πόρρωθεν πόθεν εἰς μακροτάτας διαστήματος ἡμερῶν ὁδὸν ὥς φασιν, ἀφιγμένους. Præter hæc ſubterraneos ac rurſum penſiles & muros ipſos prætercurrentes Aquæductus, quos fluvios aerios appellare poſſis, ex locis remotioribus ad aliquot dierum iter, ut ajunt, perductos.

XXVI.

NYMPHÆA.

I. FOntibus variis, Nymphæis, ſeu aquarum receptaculis urbem abundaſſe tradunt paſſim ſcriptores: ſed in his præcipuam laudem meretur NYMPHÆUM illud, quod primus exſtruxit Valens. Confecto enim Aquæductu, magnam aquarum copiam in urbem induxit, tum ut urbis neceſſitatibus conſuleret, tum etiam ad uſum balnearum publicarum. Præfectus vero urbi, ut lætitiam publicam ex hoc beneficio conceptam oſtenderet, Nymphæum condidit in Tauro, magnitudine Urbis dignum, diemque feſtum egit, ac populum convivio excepit. Ita Cedrenus, cujus Græca hæc ſunt. *Καὶ ὁ τότε δὲ πόλεως Ἔπαρχος τιμῶν ἐκ τῆ γεγονότος τῇ πόλει χάριν ἐπιδεικνὺς, Νυμφαῖον κατασκευασάμενος ἐν τῷ Ταύρῳ, τῷ μεγέθει τῆς πόλεως ἄξιον, ἑορτοπρεπίαν ἐπετέλεσεν, διωχίσας ἅπαντα τῆς λαόν.* Rem diſtinctius narrat Socrates lib. IV. cap. VIII. ubi non modo Præfectum urbi Clearchum nominat, ſed etiam quod Zonaras & Cedrenus *Νυμφαῖον*, ille *Τδρεῖον* vocat: *Τῆ ὑδραγωγῆ εἰσαχθέντος εἰς τῆς πόλιν, Κλέαρχος Ὕπαρχος ὑδρεῖον μέγιστον κατεσκεύασεν ἐν τῷ νῦν Θεοδοσίου ἀγορᾷ καλουμένῃ, ὃ ἐφημέρου δαψιλὲς ὕδωρ, ἐφ' ᾧ ἑορτῶ λαμπρὰν ἄγειν ἡ πόλις.* Obtinuit autem hanc dignitatem Clearchus anno Chriſti CCCLXX. CCCLXXII. CCCLXXXII. CCCLXXXIII. CCCLXXXIV. ut ex aliquot Legibus in Cod. Theod. conſtat. At Hieronymus in Chr. id in annum CCCLXXIV. (Marianus vero Scotus in annum CCCLXXII.) conjicit. *Clearchus Præfectus urbis Conſtantinopolis agnoſcitur, a quo neceſſaria & diu expectata votis aqua inducitur civitati.* Duo porro hic inquirenda occurrunt, ac primum quidem quid ſit Nymphæum, tum vero quo in urbis loco conditum a Valente fuerit. De vocis quidem notione ſcrupulum movent Zonaras & Cedrenus anno V. Leonis Magni, quo ajunt conflagraſſe Nymphæum, quod e regione erat Senatus, ædis ita appellatæ: ubi Nymphæum domum fuiſſe volunt nuptiis eorum qui domos ad id idoneas non habebant, addictam, ita ut *νυμφαῖον* appellata fuerit a *νύμφη*, *ſponſa*. At ſi Nymphæum, quod hoc anno incendio abſumptum commemorant, idem ſit quod Nymphæum Valentis, procul a vero eos aberrare conſtat. Nam cum Socrates *ὑδρεῖον* vocet, quod Zonaras & Cedrenus *Νυμφαῖον*, evidenter patet Nymphæum fuiſſe aquarum receptum, quo modo Nicephorus Calliſt. lib. VIII. cap. IV. inter alia ædificia a Conſtantino Magno in Urbe exſtructa, *ταμεῖα ὑδάτων* recenſet: niſi fuerint *ἐπὶ μεσῶν ἀγορῶν κειμένων κρηναι* ab eodem excitatæ, de quibus Euſebius in illius vita lib. III. cap. XLVIII. Huſmodi autem Nymphæa undecim Romæ fuiſſe auctor eſt Victor, ex quibus unum Alexandri in quinta, alterum Jovis nuncupatum in ſeptima regione extitit. Certe Aquas Valentis Aquæductus Thermarum tantum & Nymphæorum commoditatibus inſervire voluiſſe Imperatores oſtendunt LL. V. & VI. quæ ſunt Theodoſii & Valentiniani Cod. de Aquæd. lib. IX. in quibus a Caſtellis diſtinguuntur. Aquas vero ex Aquæductibus in Nymphæa deductas oſtendit inſcriptio, quæ Romæ extat, & altera quæ Urbini: QUOD AQUAM NOVAM CONQUIRENDAM ET IN MUNICIP. PERDUCEND. ET NYMPHÆUM FACIEND. PEC. PUB. C. Nymphæa fuiſſe ædes excelſiores ac capaciores, marmorum & picturarum varietate decoratas, & aquarum copia ſpectabiles, ſatis oſtendit Libanius in Antiochico, ubi Nymphæum Antiochenum, ſeu *Νυμφῶν ἱερὸν ἐρατόμενος*, cujus meminit etiam Evagrius lib. II. cap. XII. deſcribit; quo ſpectat hæc inſcriptio: FLAVIUS PHILIPPICUS VIR CLARISSIMUS PRÆFECTUS URBI NYMPHÆUM SORDIUM SQUALORE FOEDATUM, ET MARMORUM NUDITATE DEFORME AD CULTUM PRISTINUM REVOCAVIT. Sed & Nymphæa Nymphis dicata, ſolemneque fuiſſe ad fontes, publicos præſertim, ſeu etiam copioſiores aquarum receptus, ædes Nymphis inſcribere, vetus hæc inſcriptio Romana declarat: NYMPHIS LYMPHISQUE AUG. DULCISSIMIS, OB REDITUM AQUARUM PLACIDE PROSILIENTIUM AB POP. ROM. DIU DESIDER. Alia Avenione: NYMPHIS SACR. L. TREBONIUS PATERN. LIB. FORTUNATUS VOTO POSUIT SIGNUM CUM BASI M. ET ÆDEM F. CUR. Epigramma *εἰς ἄγαλμα νυμφῶν*, lib. IV. Anthol. cap. XII.

Ταῖς νύμφαις τὸ δ' ἄγαλμα. μίλει δ' ἀυταῖσιν ὁ χῶρος.
Ναὶ μίλοι, ὡς χλοάεις ἄφθιτα ῥεῖθρα ῥέει

Denique Uticæ in Gallia:

Ædiculam hanc Nymphis poſuit, qui ſæpius uſus
Hoc ſum fonte ſenex tam bene, quam juvenis.

Nymphis præterea dicatos Fontes ſat notum. Vetus epigramma de Nympha, lib. I. epigr. vet. quod etiam deſcripſit Gualterus in Tabulis Siculis pag. 39.

Hujus Nympha loci ſacri cuſtodia Fontis
Dormio, dum blandæ ſentio marmor aquæ.
Parce meum, quiſquis tangis cava marmora, ſomnum
Rumpere, ſive bibas, ſive lavere, tace.

His referri poteſt conſimilis inſcriptio: NYMPHIS LOCI, BIBE, LAVA, TACE. Denique Porphyrius lib. de Antro Nympharum, ait *σύμβολα τῶν ὑδριάδων Νυμφῶν*, fuiſſe *τὰς λιθίνας κρατῆρας καὶ ἀμφορεῖς*. Ex his abunde colligitur Nymphæa aquarum fuiſſe receptacula, ſeu *conceptacula*, uti appellantur in L. II. Tod. Th. de aquæduct. Sed de aquarum Nymphæi uſu non plane conſtat: Philander ad Vitruvium lib. V. cap. X. Nymphæum exiſtimat locum fuiſſe, in quem gratiæ & voluptatis cauſa aqua deducebatur. Salientes, ſeu Fontes manu ſtructos, qui aquam ejaculantur in publicum, interpretantur alii: Henricus Valeſius ad Ammianum & Barthius lib. VI. Adverſ. cap. XII. ædem Nymphis ſacram fuiſſe conjectant. Sed Philoſtratus ab eodem Valeſio laudatus lib. VIII. cap. IV. ubi de Nymphæo Puteolano, videtur innuere hauriendis aquis potiſſimum addictum, ad civium ſcilicet uſus quotidianos: *Ἐκάθηντο εἰς τὸ Νυμφαῖον, ἐν ᾧ πίθος. λευκὸς δ' ἐστὸς ἐκ λίθου, ξωμίχων πηγὴν ὕδατος, ὃς ὑπερβάλλουσαν τὸ χεῖλος, εἴ τις ἀναντλοίη ὑποδιδοῦσαν.* id eſt, *Sederunt in Nymphæo, in quo dolium erat ex lapide candido, fontem aquæ continens, quæ labra non excedebat, & ſi quis ex ea hauriret non minuebatur.* Hanc ſententiam firmat auctor Actorum S. Sebaſtiani cap. XVIII. n. LXV. *Circa inſulas, circa vicos, circa Nymphæa quoque erant poſiti compulſores, qui neque emendi copiam darent, aut hauriendi aquam ipſam facultatem tribuerent, niſi qui idolis delibaſſent.* Neque alia ſunt ea *ὑδρεῖα*, ad quæ aquarum penuria laborantem plebem certatim confluxiſſe narrat Theophanes an. VI. Juſtiniani: *Μηνὶ Νοεμβρίῳ ἀβροχία πολλὴ ἐγένετο: ἔλειψις ὑδάτων, ὥστε γενέσθαι μαχὰς πολλὰς ἐν ὑδρείοις.* *Menſe Novembri nullæ pluviæ fuerunt, & ob id aquarum penuria, ita ut ad Nymphea multæ pugnæ extiterint.* Infra, eodem anno, habet *εἰς τὰ ὕδατα*. Procopius vero

simile quid refert in Historia Arcana, aitque effracto Aquæductu, plebem aquæ penuria laborasse, & ἀμφὶ τὰς κρηνίας, *ad fontes* sese oppressisse. Ita κρηνίας *Nymphea* interpretatur Rufinus apud Josephum lib. I. de Bello Judaico cap. XVI. Ασκαλωνίταις δὲ βαλανεῖα, καὶ κρηνίας πολυτελεῖς, *apud Ascalona vero Nymphea sive lacus ornatissimos & Balneas constituit*. Et Anastasius Biblioth. in S. Silverio PP. auctor est qua tempestate Vitiges Romam obsedit, *intra civitatem grandem famem fuisse, ita ut aqua venundaretur pretio, nisi Nymphæorum remedium subvenisset*. Ita enim legendum censuerim, pro *Nympharum*. His adjungenda sunt quæ habet idem Theophanes anno XXVI. Copronymi pag. 370. E. R. Denique idem Anastasius Cantharos ante ædium sacrarum vestibula, ex quibus benedictæ a fidelibus hauriebantur aquæ, *Nymphea* appellat, uti observatum in Descriptione S. Sophiæ. Joannes Diac. lib. IV. Vitæ S. Gregorii PP. cap. LXXXIII. *In cujus venerabilis Monasterii atrio jussu Gregorii juxta Nymphium duæ iconiæ veterrimæ artificialiter depictæ usque hactenus videntur*. Sed satis superque de Nymphæorum usu: superest ut inquiramus quo loco steterit illud cujus Zonaras meminit, & an idem sit, quod Leone M. imperante incendio absumptum est. Constat ex eodem Zonara & Cedreno Nymphæum Valentis fuisse in Tauro, id est in Foro Theodosii, uti interpretatur Socrates, quod in regione Urbis septima extitit. At Nymphæum, quod Leone imperante igne consumptum est, extitit e regione ædis, quam *Senatum* vocant, quæ in Foro Constantini erat: Forum autem Constantini extitit in regione sexta, quæ, ut exerte tradit vetus Urbis Descriptio, continuit in se columnam purpuream Constantini, quam in medio Foro ipse statuerat. Pars denique Tauri, vel Fori Theodosii, extitit in regione septima, quæ a parte dextra columnæ Constantini usque ad Forum Theodosii continuis extensa porticibus porrigebatur. At cum inter quintam regionem, in qua Nymphæum collocat vetus Urbis Descriptio, & septimam sexta intercedat, cum tres hæ urbis regiones ad littus Freti Ceratini sese exporrigant, vix est ut credam Nymphæum Valentis illud esse, quod Leone imperante incendio absumptum est, quod e regione fuit Senatus, qui extitit in sexta. Proinde diversum fuerit Nymphæum Valentis a Nymphæo quod in Tauro extitit, quæ est sententia Gyllii lib. III. cap. VI. Quatuor vero extitisse in Urbe Nymphea testatur vetus ejusdem Descriptio.

XXVII.

BALNEÆ, THERMÆ.

I. BAlneæ etiam ac thermæ extitere in urbe complures: quarum antiquiores eæ videntur, quæ THERMÆ ACHILLEÆ appellatæ fuerunt, quod essent juxta Achillis aram a Byzante exstructam, in loco, ubi postea extitit Strategium. Hesychius Milesius: Ἐγγὺς δὲ τοῦ καλουμένου Στρατηγίου Αἰαντός τε καὶ Ἀχιλλέως βωμὸς ἀνεδήκατο, ἔνθα καὶ τὸ Ἀχιλλέως χρηματίζει λουτρόν. *Juxta Strategium Ajacis & Achillis aras statuit, ubi sunt Achillis Balneæ*. Iis consimilia habent Cedrenus & Codinus. Haud procul a Neorio diffitas fuisse declarat incendium, quod anno XXV. Theodosii Junioris, ab ipso Neorio ortum, Horrea, & Balneas Achilleas absumpsit. Chronicon Alexandrinum: Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐγένετο πυρκαΐα μεγάλη ἀπὸ τοῦ Νεωρίου. καὶ ἐκάησαν τὰ ὁρία, καὶ τὸ δημόσιον ὁ Ἀχιλλεύς, &c. *His Coss. incendium ingens ortum est a Neorio, quod Horrea & Balneas publicas Achilleas absumpsit*. Meminit ejusdem incendii, quo absumptæ sunt Balneæ Achilleæ, Socrates lib. VII. cap. XXXVIII. ubi τὸ δημόσιον ᾧ ἐπώνυμον Ἀχιλλεύς dicitur, ut & Paulus Diaconus lib. XIV. Histor. Misc. pag. 413. edit. Canisii. Sed mox easdem instauravit Theodosius, harumque encænia & dedicationem celebravit anno Imperii XXXV. Marcellinus Comes ad hunc annum: *Thermarum, quæ Achilleæ dicuntur, encænia facta*. Et Chronicon Alexandrinum: Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐνεκαινίσθη τὸ δημόσιον λουτρὸν ὁ Ἀχιλλεὺς μηνὶ Αὐδναίῳ πρὸ γ', ἴδων Ἰανουαρίων· *His Coss. dedicatum est publicum Balneum Achillis nuncupatum*, III. *Id. Januarii*. Publicarum Balnearum, seu τὰ δημόσια λουτρὰ ἐγκαίνια, etiam sub Paganis Augustis celebrata docent Menæa & Synaxaria, ad XXII. Martii in SS. Callinico & Basilissa. Reædificatæ vero sunt Achilleæ Thermæ cura Cyri præfecti prætorio, qui ex Aquæductu Adriani per plumbeas fistulas aquas in has immisit. Theodosius & Valentinianus AA. in L. VI. quæ eidem Cyro PP. inscribitur, Cod. de Aquæd. *Præterea de plumbeis fistulis ducentibus ad Thermas, quæ Achilleæ nuncupantur, quas Providentiæ tuæ magnificentia factas fuisse cognovimus, eandem formam servari censemus*.

II. Verum inter Balnea publica, illud quod ZEUXIPPI nomen prætulit, omnium celeberrimum fuit, seu amplitudo, seu procurrentes undique porticus, adjuncta ædificia complura, denique statuæ innumeræ, cæteraque ornamenta spectentur. Conditum a Severo consentiunt scriptores omnes. Cedrenus in Severo p. 252. E. R. ὅτος καὶ τὸ Ζεύξιππον λουτρὸν ἔκτισε Βυζαντίοις. Anonymus in Collect. antiq. Constantinop. ὁ Ζεύξιππος τὸ λουτρὸν Σεβήρου καλεῖται, ὑπὸ Σεβήρου καλεῖται, ὑπὸ Σεβήρου γὰρ ἐκτίσθη· *Zeuxippus Balneum Severus appellatur, quippe a Severo ædificatum*. Ubi malim Σεβήρε, nam ita nuncupatum observare est apud Zonaram in Justiniano p. 51. E. R. τὸ Σεβήρε λουτρὸν, τὸ λεγόμενον Ζεύξιππον. Et in Chronico Alexandrino ad annum V. ejusdem Justiniani: ἐκαύθη τὸ βαλανεῖον τοῦ Ἀλεξάνδρου, *conflagravit Balneum Alexandri*, Severi nempe. Ita etiam appellat Theophanes in eodem Justin. p. 157. quod anno XXI. Constantii τὸ κατὰ τὸ Ζεύξιππον λουτρὸν, eidem τὸ βαλανεῖον ὁ Ζεύξιππος, Procopio lib. I. de Bello Pers. c. XXIV. lib. I. de Æd. c. X. Socrati lib. II. c. XII. Sozomeno lib. III. c. VIII. At de Zeuxippi appellatione variæ sunt scriptorum sententiæ. Eusebius Pamph. in Chronico, a Zeuxippo Sicyoniorum vicesimo sexto Rege, qui longe ante conditum Byzantium vixit, dictum quosdam censuisse scribit: *Quidam ad hujus memoriam conservandam Balneas Byzantiorum multo post tempore appellatas putant*. Hesychius Milesius ita nuncupatum tradit, quod ædificatum fuerit a Severo ad Jovis Ἱππίου aram, & Herculis lucum, ubi ille post domitos Diomedis equos (de quibus præ cæteris Ælianus) Zeuxippo nomen loco fecit: λουτρὸν μὲν αὐτοῖς μέγιστον κατὰ τὸν τοῦ Διὸς Ἱππίου βωμὸν, ὃ τὸ Ἡρακλέους ἄλσος καλούμενον, ἔνθα τοὺς Διομήδους αὐτόν φασι δαμάσαντα ἵππους, Ζεύξιππον τὸν τόπον ὀνομάσαι, πολυτελῶς ἐγήρυντος. *Balneum ipsis maximum ad Jovis equestris aram, sive lucum Herculis, ubi domitis Diomedis equis Zeuxippo ille nomen loco fecit, splendide exstruxit*. Svidas in Severo juxta Fanum Jovis ædificatum habet: καὶ Ἱπποδρόμιον ᾠκοδόμησεν — συζεύξας αὐτῷ καὶ λουτρὸν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς, ὅπερ ἐκαλεῖτο Ζεύξιππον, *& Hippodromum exstruxit, — eique adjunxit Balneum, in templo Jovis, quod Zeuxippum appellabatur*. Sed in primis auctor Chronici Alex. de loci appellatione aliter auguratur, hæcque scribit, ubi de Severo p. 260. E. R. Καὶ ἔκτισεν ἐν αὐτῇ τὸ δημόσιον λουτρὸν τὸ λεγόμενον Ζεύξιππον, ἐπεὶ ὅτε ἐκεῖ ἵστατο ἐν μέσῳ τῷ τετρασόου σὺν χαλκῇ τῷ Ἡλίῳ, καὶ ὑποκάτω αὐτοῦ ἐγράφετο Ἡλίου, τὸ ὄνομα Ζεύξίππου, οἱ δὲ Θρᾴκης ἔλεγον τὸν τόπον Ἡλιον. οἱ δὲ τῆς πόλεως Βυζάντων καὶ αὐτοὶ ὠνόμασαν τὸ αὐτὸ δημόσιον, λουτρὸν Ζεύξίππου, κατὰ τὸ ὄνομα, ὅπερ εἶχε ὁ τόπος· καὶ οὐκ ἔστι, ὡς εἶπεν ὁ βασιλεύς, εἰς τὸ ἴδιον αὐτῶ ὄνομα ἐκάλουν αὐτὸ Σεβήριον,

Edit. Paris. pag. 89.

ἐγένετο δὲ τὸ τετράκιον τοῦ Ζεύξιππου, ὅπου ἵστατο ἐν μέσῳ ἡ σφαῖρα τοῦ Ἡλίου, ἣ ἐκτίσθη ἀπ' αὐτοῦ ἐν τῇ Ἀκροπόλει τῆς αὐτῆς Βύζης πόλεως παλαι, ἤτοι ἱερὸν Ἀπόλλωνος. *Publicum in ipsa urbe* (Byzantina) *balneum fecit, quod Zeuxippum dicitur, quod ibi in medio quatuor porticuum statua Solis ænea staret, in cujus basi inscriptum erat Solis Zeuxippi nomen: unde Thraces locum illum Solem appellarunt. Byzantini vero cives balneum publicum Zeuxippum, juxta appellationem quæ loco indita erat, nuncupavere; non vero, ut Imperator statuerat, de illius nomine Severianum vocabant. Extitit autem Quadriporticus Zeuxippi, ubi in medio stabat Solis statua, in cujus locum in ipsa urbis arce fanum Apollinis exstitavit.* Enimvero Constantinus M. instaurata urbe, & de suo nomine appellata, Zeuxippum in primis non modo confecit, sed etiam columnis ac marmoribus diversi coloris æneisque statuis decoravit. Idem Chronicon pag. 664. E. R. Καὶ τὸ δημόσιον τὸ λεγόμενον Ζεύξιππον ἀνεπλήρωσε, κοσμήσας κίοσι καὶ μαρμάροις ποικίλοις, καὶ χαλκουργήμασιν. Sed præstat de Zeuxippi elegantia ac ornamentis pluribus differentem Cedrenum anno v. Justiniani, hoc loco exhibere: Τότε ἐπεφιλήθη ὁ τὸ Ὀκτάγωνον, καὶ τὸ λέτρον τὸ Σεβήρου τὸ λεγόμενον Ζεύξιππος, ἐν ᾧ ποικίλη τις ἦν διαφορὰ, καὶ λαμπρότης τοίχων, ἥ τε μαρμάρων καὶ λίθων, καὶ εἰκόνων διὰ χαλκοῦ πεποιημένων ἢ ἀπ' αἰῶνος ἀνδρῶν ἦρχε, μόνον τῷ μὴ παρεῖναι αὐταῖς ψυχὰς ἢ ἰσοῦς ἐγίνοντο. *Tunc & Octa-*

A *gonum incendio est absumptum, & Balneum Severi, quod Zeuxippus nuncupatur, in quo cernere erat artium splendorem, marmorum & lapidum, ac musivi operis elegantiam, præterea ex ære confectas statuas, virorum, qui prioribus sæculis vixerant, opera, quibus hoc unum deerat, quod animæ non inerant eorum quos eæ referebant.* Eæ autem statuæ erant Poetarum, Oratorum, & aliorum, qui vel litteris, vel gestis militaribus gloriam consecuti erant. Idem Cedrenus: εἴλκυσε δὲ ἅπασι ἐκ χαλκοῦ πεποιημένους ἢ σοφῶν ἁπάντων, ἢ ὑφηλῶν καὶ τοιούτων καὶ ῥητόρων, καὶ ὅσοι ἐπ' ἀνδρείᾳ ἐγένοντο διαβόητοι, *erant porro statuæ æreæ omnium sapientia, poesi, arte dicendi ac fortitudine clarorum virorum.* In his præ cæteris eminebat, ait idem scriptor, Homerus cogitabundo similis, manibus infra pectus consertis, barba sine cultu demissa, facie præ senio hirsuta, oculos palpebris affixos habens cæco similis, denique uti describitur a Christodoro Poeta Thebano in Anthol. lib. v. pag. 394. edit. H. Steph. qui in universas fere Zeuxippi statuas epigrammata scripsit, quæ in eodem libro describuntur, cujus quidem libri quinti hoc lemma est: ἐν τῷ δὲ τῷ πεμπτῷ τμήματι περιέχεται ἔκφρασις Χριστοδώρου ποιητοῦ Θηβαίου Κοπίτου ἢ ἀγαλμάτων εἰς τὸ δημόσιον γυμνάσιον τοῦ Ζεύξιππου. Ita porro statuas omnes descripsit Christodorus, ut quo habitu, quove situ fuerint, graphice expresserit: quæ autem ibi recensentur sunt.

Deiphobi,	*Hesiodi & Polyidi*
Æscinis,	*Anaximenis,*
Aristotelis,	*Chalcantæ,*
Demosthenis,	*Pyrrhi & Neoptolemi,*
Euripidis,	*Amymones Danai filiæ,*
Palæphati,	*Neptuni,*
Pytagoræ,	*Cassandri,*
Stesichori,	*Pyrrhi,*
Democriti,	*Polyxenæ,*
Herculis,	*Ajacis Locri,*
Augæ,	*Paridis,*
Æneæ,	*Oenonæ,*
Creusæ,	*Milonis,*
Heleni,	*Daretis,*
Andromachæ,	*Entelli,*
Menelai,	*Charidemi,*
Helenæ,	*Melampodis,*
Ulyssis,	*Panthoi,*
Hecubæ,	*Thimetæ,*

Edit. Paris. pag. 90.

Saphus,	*Platonis,*
Apollinis,	*Veneris,*
Veneris,	*Hermaphroditi,*
Cliniadæ,	*Erinnæ,*
Chrisæ,	*Terpandri,*
Julii Cæsaris,	*Periclis,*
Lamponis,	*Heraclitii,*
Clytii,	*Cratini,*
Isocratis,	*Menandri,*
Amphiarai,	*Amphitrionis,*
Aglaï,	*Thucydidis,*
Ajacis magni,	*Herodoti,*
Sarpedonis,	*Pindari,*
Achillis,	*Xenophontis,*
Mercurii,	*Alcmæonis,*
Apulei magi,	*Pompeii,*
Dianæ,	*Homeri Tragici, &*
Homeri,	*Virgilii.*
Pherecidis,	

Plures alias statuas, quæ hic non recensentur, extitisse in Zeuxippo assequor potissimum ex Chronico Alexandrin. pag. 745. tradente Jacobi cognomento Psychristi, Cilicis, Urbis Constantinopolitanæ Archiatri statuam in Zeuxippo positam a Senatu, Leone M. imperante, cujus quidem Jacobi meminit etiam Marcellinus Comes ad secundum Consulatum ejusdem Leonis: quippe constat Christodorum, qui in Zeuxippi statuas lusit, post Leonem sub Anastasio Dicoro vixisse, ut ex epigrammate in Pompeii statuam colligitur. Memoratur & alia Φιλιππικὴ τοῦ φιλοτάτου σφαῖρα ἐν τῷ Ζεύξιππῳ λετρῷ ἐκ χωμάτων apud Codinum. Zeuxippi Porticibus adjunctæ erant complures *domus cum officinis suis, quarum reditus ad præbenda luminaria, & ædificia ac tecta hujus lavacri reparanda* conferebantur, ut est in L. LII. quæ est Honorii & Theodosii, Cod. Th. & XIX. Cod. Just. de Operib. publ. Luminaria namque vespertino & nocturno tempore accendebantur in iis officinis, ex invento Cyri Cos. & Præfecti Prætorio. Chronicon Alexandr. Αὐτὸς ἐπινόησε τὰ ἑσπερινὰ φῶτα ἅπτεσθαι εἰς τὰ ἐργαστήρια, ὁμοίως καὶ τὰ νυκτερινά... *ipse primus statuit ut accenderentur vespertina lumina ad officinas, similiter & nocturna...* Ubi quædam deesse in MS. cod. monet editor, quæ forte ad id quod refert Cedrenus spectabant. Narrat enim eo quod in seditione Victoriatorum accidit incendio, una cum Zeuxippo domum conflagrasse, quæ a luminibus sub vesperam accendi solitis, *Luminarium domus*, λαμπτήρων οἶκος, dicebatur, utpote quæ ligneum tectum haberet: in qua mercatores serica & auro contexta aliaque pretiosa vænum exponebant. Cedreni Græca sunt: Ὠχετο τοίνυν σὺν τούτοις καὶ ὁ ἐκ τῶν φώτων τῶν κατὰ ἑσπέρας λαμπτήρων ἐπικαλούμενος οἶκος, ἅτε τὸν ὄροφον καὶ αὐτὸς ἐκ ξύλων ἔχων, ἐν ᾧ αἱ περιουσίαι τῶν ἐμπορευομένων τάτε σηρικὰ καὶ πολυτελῆ καὶ χρυσόπαστα. At ante Cyri PP. tempora ubique in urbe adventante vespere accensas lucernas, in compitis nempe & tabernis, videtur innuere Ammianus lib. XIV. ubi de Gallo Cæsare, qui vespere per tabernas palabatur & compita, adhibitis paucis clam ferro succinctis: *Et hæc confidenter agebat in urbe, ubi pernoctantium luminum claritudo dierum solet imitari fulgorem.* Neque tantum Constantinopoli, sed & Jerosolymis accensa fuisse sub vesperum lumina innuit S. Hieronymus adversus Luciferianos cap. 1. quod hodie Lutetiæ Parisiorum & in aliis civitatibus fieri videmus; ita enim ille: *Quid plura? dum audientiam & circulum lumina jam in plateis accensa solverent & inconditam disputationem nox interrumpens*, &c. Collationis τοῦ χρυσαργύρου εἰς τὰ φῶτα meminit L. 1. Cod. de Lustrali collat. lib. XI. ut & Lampridius in Alexandro Severo *olei in lumina Thermarum*, & liber Basilicon LVI. tit. XII. De ejusmodi luminaribus quidpiam inaudierant Græculi recentiores, dum scripsere olearii ac vitreis lucernis Zeuxippi aquas calefactas, quod procul est a vero. Ita quippe Codinus pag. 20. E. R. Ὁ δὲ Ζεύξιππος τὸ λετρὸν ὑπὸ Σεβήρου καπεσκεύσθη, καὶ ἐσοικοδομήθη μὴ καυδήλας ἅπτεσθαι ὑαλίνους. τὸ δὲ ὕδωρ

ζίαν σροδρῶς, ἀφ' τὸν ἄιρα τοῦ λετροῦ, ἐλόγισοι δέ τινες ἐλθόντες, τοῦτο κατέρριψαν. *Thermæ Zeuxippi a Severo conditæ sunt, & arte quadam ita paratæ, ut vitreis lucernis succenderentur: ex eoque aqua ferventissime ebulliret, aerque balnei calesieret. Id autem stolidi nescio qui venientes everterunt.* Ubi κανδήλαι ὑαλίναι, non sunt *candelæ vitreæ*, uti vertit interpres, sed lucernæ; ita enim καντήλαις usurpant auctor vitæ S. Nili Junioris, Zacharias PP. in Dialogis Gregorii M. lib. I. cap. V. VII. & alii, quo modo etiam *candelam* dicunt Anastasius in S. Sylvestro PP. Regula S. Benedicti cap. XXIX. Leo Ost. lib. III. c. XXX. &c. Gloss. Gr. Lat. καντήλα, *cicendela*. Zeuxippum igitur in hac seditione igne absumptum anno V. Justiniani habent Procopius, Cedrenus, Zonaras, Auctor Chronici Alexandrini, & alii: sed postmodum ab eodem Justiniano instauratum tradit idem Procopius lib I. de Ædif. cap. X. scribens balneum, quod Zeuxippum vocant, magnasque Porticus, & quæ hinc inde continenter ad Forum Constantini pertinebant, illius opera esse. At labente Græcorum imperio Zeuxippi appellatio, ut & Balnei usus, desiit: ejusque Porticus Magni Palatii excubitoribus addictæ; unde postmodum Νούμερα appellatas auctor est Nicephorus Callist. lib. IX. cap. IX. ἐκάλει τ' Παῦλον ἀνὰ τὸν Ζεύξιππον, δημόσιον δὲ τοῦτο λετρὸν περιφανές τε καὶ μέγιστον, ὃ Νουμέρων ἔχει κλῆσιν ὕστερον, *Paulum in Zeuxippum accersit: est autem publicum balneum elegans & amplum, quod postmodum Numeros appellarunt.* De Numeris agimus suo loco. Jam vero de Zeuxippi situ, vetus urbis Descriptio *Thermas Zeuxippi* in secunda regione ponit: unde assequimur vicinas fuisse ædi Sophianæ, Hippodromo, & Theatro in eadem regione sitis: quod & Bondelmontius docet: *Et primo versus Sophiam est Ecclesia cum muro magnifico, & innumerabilium fenestrarum ornatu, ubi dominæ & juvenculæ cum matronis suos prospiciebant dilectos, ubi in principio dicti muri summus balneus erigebatur, in quo vulnerati ponebantur.* Chronicon Alexandrinum proxime Regiam Porticum Palatii & Hippodromum has statuit, τὸ δημόσιον λετρὸν Ζεύξιππου πλησίον ἔντα τοῦ Ἱππικοῦ, καὶ τῆς Ῥηγίας τοῦ Παλατίου. Neque tamen adeo vicinus fuit Zeuxippus Hippodromo, quin inter utrumque ædificia aliquot intercederent, in quibus illud est de quo habetur Leontii Scholastici Epigramma lib. IV. Anthol. I. cap. XXIII. hoc titulo: εἰς οἶκον κείμενον μέσον τοῦ Ζεύξίππου ἐ τοῦ Ἱππικοῦ. Palatium ipsum adjunctum fuisse Zeuxippo testatur Sozomenus lib. III. cap. VIII. διὰ τ' Βασιλείων τῷ Λετρῷ παρακειμένων, ἐπὶ θάλασσαν αὐτὸν ἀχθῆναι προσέταξε, *per Palatium quod Balneo adjacet, ad mare ferri præcepit.* Denique Zozimus lib. II. describens situm veteris Byzantii, tradit urbis portam extitisse ubi Severi Porticus desinebant: ἐ τὸ μὲν παλαιὸν ἦν ἡ πύλη ἐν τῇ συμπληρώσει τ τοίχου, ἃς Σεβῆρος ὁ Βασιλεὺς ᾠκοδομήσατο. Mox subdit, per fornices, quos in Foro excitavit Constantinus M. aditum patuisse ad Severi Porticus, ἀψίδας δύο μαρμάρου Προικοννησίου μεγίστας ἀλλήλων ἀντίας ἀνεστύπωσε, δι' ὧν ἔστιν εἰς τὰς Σεβήρου στοὰς ἐ ἔξω πάλαι πόλεως ἐξιέναι, *fornices duos e marmore Præconnesio maximos fecit sibi oppositos, per quos ire licet in Severi Porticus, & urbe prisca egredi.* Neque enim aliæ sunt hæ porticus quam Zeuxippi ipsius, quæ in quadrum dispositæ, τετράστοον, seu *Quadriporticum* conficiebant, cujus atrium μεσαύλιον τῆ Ζεύξίππε dicitur in Concil. VI. Oecumenico act. XV. p. 172. edit. MDCXVIII. *Nunc*, ait Gyllius lib. II. cap. VII. *nulla Zeuxippi restant, neque aliorum permultorum balneorum, de quibus scripta Epigrammata extant, quæ vel perierunt, vel a Mametanis ita immutata sunt, ut non agnoscantur.*

III. Juxta Zeuxippum extitit parvum aliud Balneum, quod memoratur in Anthologia lib. IV. cap. XVIII. ubi describitur hoc Distichon cum hoc lemmate, Λεοντίου Σχολαστικοῦ εἰς λετρὸν μικρὸν παρακείμενον τῷ τ Ζεύξίππε, *Leontii Scholasti-*

Edit. Paris. pag. 91.

ci in parvas balneas, Zeuxippi Balneis adjunctas.

Μὴ ῥεμίσα, Ζεύξιππε, παραντιάζοντι λοετρῷ.
Καὶ μεγάλῳ παρ' ἄμαξαν ἰρωτύλῳ ἡδὺ φαείνει.

Ad illud Balneum etiam referri debet ejusdem Leontii epigramma aliud, cujus lemma est, εἰς ἕτερον (λετρὸν) παρακείμενον τῷ δημοσίῳ ἐν Βυζαντίῳ. Quippe δημοσίῳ voce Zeuxippus intelligitur:

Δείματό μι ξανθὸς παρ' ἁβροδύτοισι λοετροῖς
Ἀσὸς ἀνὴρ, ἀριστῆς οὐτιχεν οὐκ ἴριδος.
Κεῖνο μέλοι πλιόνεσσιν· ἐγὼ δ' ὀλίγοις τε φίλοις τε
Εντωῖω φρυχειάς, ἐ μύρα καὶ χάριτας

Quæ ita vertit V. C. P. Menardus Turonensis.

Me commune struit vir nobilis ante lavatrum,
Cui cara est virtus, jurgia sunt odio.
Pluribus hoc pateat, nos perpaucis & amicis
Unguenta & nostras offerimus Charitas.

IV. BALNEÆ ANASTASIANÆ *ab Anastasia, sorore Constantini*, quæ Bassiano Cæsari nupsit, *cognominatæ* fuerunt, ut auctor est Ammianus lib. XXVI. pag. 320. At Socrates lib. IV. cap. IX. Sozomenus lib. VI. cap. IX. & ex iis Chronicon Alexandrinum p. 697. E. R. & Nicephorus Call. ab Anastasia Valentis A. filia nomen accepisse volunt. Statuuntur in septima regione in Antiqua Urbis Descriptione.

V. THERMÆ CONSTANTINIANÆ collocantur in decima regione in Antiqua Urbis Descriptione. At Gyllius inibi mendum esse putat, legendumque censet *Constantinianæ*, cum apud omnes fere scriptores ita nuncupentur, & a Constantino filio juxta templum SS. Apostolorum excitatæ dicantur. Chronicon Alexandrinum ad Consulatum Amantii & Albini: Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Κωνσταντιναὶ δημόσιον ἐν Κωνσταντινουπόλει πλησίον τῶν Ἀποστόλων ἤρξαντο κτίζεσθαι ὑπὸ Κωνσταντίου Αὐγούστου ἀπὸ μηνὸς Ἀπριλλίου ιζ'. *His Coss. Constantianæ Thermæ Constantinopoli juxta Apostolorum ædem cœperunt ædificari a Constantio Augusto mense Aprili die* XVII. Idem tamen auctor infra, loco mox laudando, Κωνσταντινιαναὶ vocat: sed & Anonymus in Collect. antiq. Constantinop. pag. 103. Κωνσταντιαναὶ a Constantino Magno ædificatas ait. Præterea Eusebius lib. IV. de Vita Constantini cap. LIX. scribit varia circa ædem Apostolorum ab eo conditam, exstruxisse ædificia, in quibus & λετρὰ recenset, quæ eadem videntur cum Constantinianis Thermis, quæ ipsius Constantini Magni nomen servasse exerte ait Themistius orat. XIII. p. 305. in Constantium dicta. Nam recensens varia ab illius parente Constantino ædificia Constantinopoli excitata, hæc de Balneis ingerit: Ἀλλὰ τῷ κάλλει προσμυχανώμενος, πηγάς τε μασθὼν ἀφθονωτέρων ναμάτων, λετρά τε ἐπώνυμα οἰκοδομούμενος, ὧν τὸ μέγεθος μὲν ἤδη ὁρᾶτε, τὸ κάλλος δὲ ἐλπίζεται φέρτερον τῷ μεγέθει, *Sed ad pulchritudinem semper aliquid adjiciens, sive perennioris aquæ scaturigines investigans, sive balneas de se nominatas exstruens, quarum amplitudinem cum jam videatis, consentanea amplitudini pulchritudo speratur*, &c. Ex quibus primo satis colligitur aquas in Urbem ad has Thermas induxisse Constantium: deinde Thermas, quas illius nomen servasse ait, cœptas tantum ab eo ædificari, nondum, cum hanc orationem habuit Themistius, suis ornamentis donatas, vel denique omnino confectas. Præterea Hesychius Milesius testatur Constantinum M. urbem λετροῖς τε καὶ ἱεροῖς οἴκοις φαιδροτέραν fecisse. Opus igitur incœptum a Constantino absolvit Constantius filius, & de suo nomine Constantianas appellari voluit. Harum certe amplitudinem, præter Themistium, prædicat etiam Sozomen. lib. VIII. c. XXI. scribens sanctum Joannem Chrysostomum ἐν δημοσσίῳ λουτρῷ πολυχωρότῳ μάλα Κωνσταντίου τοῦ Βασιλέως ἐπωνύμῳ Pascha celebrasse. Quo loco Socrates lib. VI. c. XVI. habet ἐν τῷ δημοσίῳ λετρῷ τῷ

pag. 92.

ἐν Κωνσταντιναῖς, ut & Nicephorus libr. XIII. cap. XVIII. Palladius vero in Vita ejusdem Chrysostomi ex editione V. C. Emerici Bigoti, rem eandem enarrans: Ἐν τῷ δημοσίῳ λούτρῳ τῷ ἐπικαλουμένῳ Κωνσταντιναῖς, τοὺς λαοὺς συναγαγόντες, ἄγρυπνίας: *In publicis Balneis, quas Constantianas vocant, convocatis populis, vigilias agebant*: ubi Ambrosius Camaldulensis habet, *in publico lavacro quod Constantinianum appellatur*. Neque tamen extremam omnino manum imposuit: nam cum eo quo diximus anno harum structuram aggressus esset, non plane tamen illo imperante, sed sub Theodosio Juniore tandem confectæ sunt, & de illius nomine *Theodosianæ* appellatæ. Chronicon Alexandrinum ann. XIX. Theodos. Hiero & Ardaburio Coss. ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐνεκαινίσθη τὸ δημόσιον τόποτε μὲν Κωνσταντινιακαὶ, νῦν δὲ Θεοδοσιακαὶ, τελέσαντος αὐτὸ Ἱερίου τοῦ δὶς ἐπάρχου, καὶ ὑπάτου, μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ πρὸ ε'. Νωνῶν Ὀκτωβρίων· *His Coss. dedicatæ sunt Thermæ, olim dictæ Constantinianæ, nunc autem Theodosianæ, opus absolvente Hiero bis Præfecto & Cos. mense Hyperberetæo, v. Nonas Octobris*. Confectis igitur a Theodosio hisce Thermis, harum descriptionem aggressus est Helladius Alexandrinus Grammaticus, qui eo imperante vixit: scripsit enim ἔκφρασιν τοῦ λετροῦ τῶν Κωνσταντιανῶν, ut auctor est Svidas. Tradit præterea Socrates libr. IV. cap. VIII. & ex eo Nicephorus lib. XI. cap. IV. Valentem Imperatorem muros Calchedonis everti præcepisse, & lapides Constantinopolim deferri ad publicas Balneas ædificandas, quas *Constantinianas* appellabant: καὶ οἱ λίθοι εἰς Κωνσταντινούπολιν δημόσιον λετρὸν μετεφέροντο, ὃ προσωνυμίᾳ Κωνσταντιαναί. Ex quibus vel etiam patet Theodosianarum appellationem illas vix servasse. Addit denique Anonymus in Collectan. Constantinopol. pag. 104. stetisse ibi Persei & Andromedæ statuas, quas Antiochia advehi curarat Constantinus. Codinus vero pag. 46. E. R. meminit ædis SS. Quadraginta Martyrum ἐν Κωνσταντιαναῖς ab Anastasio Imperatore ædificatæ: sed & Pachymeres libr. VI. cap. XXV. columnam Fori, Constantiniani scilicet, ἐν Κωνσταντιαναῖς videtur statuere: nisi hocce vocabulo ipsum Forum intelligat. Meminit etiam Constantianarum Nicetas Rhetor de corporis sancti Stephani Inventione: ἤγοντο δὲ τὰ ζῶα σωτόνως, ἕως εἰς τόπον ἦλθον Κωνσταντιακὰς ὀνομαζόμενον. Similia habet Codinus ubi de Zeugmate pag. 47. E. R. Menæa ad XXVII. Decembris de S. Stephano: τιλεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σωάξις ἐν τῷ Μαρτυρίῳ αὐτοῦ τῷ ὄντι πλησίον τῶν Κωνσταντιανῶν. Extitere porro Romæ Thermæ Constantinianæ perinde appellatæ, quarum mentio est in veteri inscriptione apud Gruterum pag. CLXXVII. 7. & apud Ammianum libr. XXVII. de quibus agit Fulvius Ursinus lib. III. antiq. Rom. cap. XXVII.

VI. BALNEUM MAGNUM CONSTANTINI, τὸ μέγα λετρὸν τοῦ Κωνσταντίνου, juxta Tzycanisterium statuitur a Codino pag. 32. E. R. proindeque haud procul a Magno Palatio.

VII. BALNEUM KATOΠTPON, seu *speculum* dictum, ædificavit Constantinus M. ut auctor est idem Codinus.

VIII. THERMÆ CAROSIANÆ, exstructæ fuere a Valente Imperatore, quas ille de Carosiæ filiæ nomine Καρωσιανὰς appellari voluit, uti habent Socrates libr. II. cap. IX. & Chronicon Alexandrinum pag. 698. E. R. Dedicatas eo anno quo extinctus est Valentinianus senior, scribit Idatius in Fast. *His Coss. Thermæ Carosianæ dedicatæ sunt, agente Præfecto V. C. Vindalonio Magno*: ut & Chronicon Alexandrinum: Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἀνεκαινίσθη τὸ Γυμνάσιον Καρωσιανὰι, παρόντος τοῦ Ἐπάρχου Οὐϊνδαλονίου Μάγνου, ubi ἐγκαινίζειν non est *renovare*, ut vertit interpres, sed *dedicare*, ut habet Idatius. *Vindalonius* autem iste Urbis Præfectus idem videtur, qui nude *Magnus* nuncupatur in L. III. & IV. Cod. Th. de Tyronib. ubi *Vicarius Urbis Romæ* indigitatur, postea P. V. fuit, quem indicare videtur S. Ambrosius lib. III. de Off. & demum Episcopus Mediolanensis factus est anno CCCLXXIV. Thermas porro Carosianas in septima regione ponit vetus Urbis Descriptio, de quarum situ ita etiam Gyllius lib. III. cap. VI. *Thermas Carosianas a Carosa filia Valentis Regis nominatas, fuisse in tertio Colle liquet ex antiqua regionum Urbis Descriptione; sed in qua parte, non explicatur; neque ipse definire possum, an funditus perierint, an in earum fundamentis sint ædificatæ Thermæ, quas maximas a Turcis ædificatas videmus, partim in dorso tertii Collis, partim in lateribus.*

IX. THERMÆ ARCADIANÆ, de nomine Arcadii Augusti, qui anno ante Theodosii patris obitum eas excitavit, appellatæ sunt. Marcellinus Comes: *Thermæ Arcadianæ ex conditoris sui nomine nomen acceperunt*. Codinus: Ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Ἀρκαδιανὰι παρὰ Ἀρκαδίου ἐκτίσθησαν, ἐπιλεξαμένου ἐκ τολιτῶν χιλιάδας ἓξ· *Ædes S. Joannis & Arcadianæ exstructæ sunt ab Arcadio, qui a civibus ad eas construendas sex millia nummum exegit*. Edit. Paris. pag. 93. At Chronicon Alexandrinum p. 710. E. R. non ab Arcadio, sed ab Arcadia illius filia ædificatas refert: Ἀρκαδία ἔκτισε τὸ δημόσιον Ἀρκαδιανὰς, *Arcadia balneas publicas Arcadianas dictas condidit*. Has in prima urbis regione statuit antiqua Urbis Descriptio: Procopius vero lib. I. de Ædif. cap. XI. ad partem urbis orientalem, ubi postmodum Justinianus Atrium urbi protensum ædificavit, quod ambulacri vicem ibi degentibus præstabat: Ἐκ δὲ τῆς Προποντίδος ἰόντι ἐς τὰ πρὸς ἕω τῆς πόλεως, βαλανεῖον ἐν ἀριστερᾷ ἐν δημοσίῳ ἐστὶν, ὅπερ Ἀρκαδιανὰι μὲν ἐπικαλεῖται, Κωνσταντινούπολιν δὲ πυλίκλω ὄσαν ἐπικοσμεῖ. *Ex Propontide ad orientalem urbis partem naviganti, occurrunt ad sinistram Balneæ publicæ, quas Arcadianas vocant, Constantinopoleos cæteroquin tantæ ornamentum*. Τῶν Μαγγάνων, seu Manganorum ædi quæ in prima regione stetit, proximas fuisse Ἀρκαδιανὰς testatur Codinus pag. 12. E. R. Haud procul a Portu & æde S. Euphemiæ collocantur in Historia de exilio S. Martini PP. Martyris pag. 85. *Cumque pervenisset Byzantium beatus ille septimo decimo die Septembris mensis in Portum juxta Euphemiam prope Arcadianon reliquerunt eum*. Quippe tractus ille in quo steterunt Arcadianæ Thermæ, *Arcadianarum* pariter appellatione donatur passim a scriptoribus, præsertim a Gregorio in Vita S. Theodori Syceotæ num. CXVIII. ubi Domum Domitii, seu Domentioli, Phocæ tyranni fratris, vel ex fratre nepotis, *in Arcadianis* stetisse scribit. Sed & Gregorius Monachus in Vita S. Basilii Junioris cap. XX. Ἦν δὲ ὁ οἶκος αὐτῷ ἐν Ἀρκαδιαναῖς, *domus autem illius erat in Arcadianis*. Et cap. XXVIII. ad Arcadianas stetisse duo templa a Basilio Macedone ædificata scribit: Ὧκει δὲ τότε ὁ ὅσιος, ὡς εἴρηται, ἐν Ἀρκαδίαναῖς, πλησίον τῶν δύο ναῶν, τῶν ἐπ' ὀνόματι τῶν Ἀρχαγγέλων ἐγηγερμένων, ὃς ἐδήμοσε ὁ βασιλεὺς Βασίλειος, &c. *Habitabat autem ea tempestate sanctus, uti dictum est, in Arcadianis, juxta duo templa in nomine Archangelorum excitata, quæ ædificarat Imperator Basilius*. Ex quibus percipitur Ἀρκαδιανὰς apud Codinum pag. 19. E. R. & Svidam v. τίλλω, locum eundem esse cum Arcadianis Gregorii, quem ἐν τοῖς τοῦ Ἀρχιστρατήγου μέρεσι pariter extitisse, & ubi steterit Arcadiæ secundæ uxoris Zenoni statua, narrant, ἐν τοῖς πλησίον μέρεσι τῶν βάθρων τῶν λεγομένων Τόπων, *prope gradus qui vocantur Topi*. Neque enim ab hac Arcadiæ statua appellationem sumpsisse existimaverim hunc urbis tractum, quam Thevetus libr. XIX. Cosmogr. cap. III. stetisse ait juxta ædem S. Barbaræ, quæ in prima urbis regione extitit. Hujus

præterea tractus mentionem fieri existimo apud Leonem Grammat. p.472. E. R. quo loco scribit Nicolaum Syncellum humatum εἰς Αρκαδιανὰς εἰς τὸν ἑαυτῆ οἶκον, ἔνθα ἐστὶ τὸ μετόχιον τῆ ἁγίᾳ Κωνσταντίνᾳ, *in Arcadianis, in domo ipsius, ubi est Monasterium*, seu Cella *S. Constantini*. Ubi nescio an non legendum εἰς Αρκαδιανάς.

X. THERMÆ EUDOXIANÆ, ab Eudoxia Augusta, Arcadii Imp. uxore ædificatæ, in regione quinta collocantur in veteri Urbis Descriptione.

XI. THERMÆ HONORIANÆ, ab Honorio A. ædificatæ, in regione quinta & decima tertia statuuntur in veteris Urbis Descriptione. De Thermis Honorianis quintæ regionis accipienda videtur Lex L. Cod. Th. de Operibus publ. quæ est ipsius Honorii & Theodosii an. CCCCXII. quo confectas probabile est; ex qua præterea docemur, Porticus has Thermas præcurrisse, & pro possessionibus privatorum occupatis, Veterem Basilicam iis concessam: *Opus cœptum exstruatur, & Porticus Thermas Honorianas præcurrat acie columnarum*, &c. Extat in Anthol. lib. IV. pag. 352. epigramma, εἰς τὸ λουτρὸν Μαρίας, *in Balneas Mariæ*, Stilichonis scilicet filiæ, primæ Honorii conjugis; quæ quidem fuerint ex binis istis Honorianis Thermis: illud autem Distichon exaratum sic describitur.

Τῆς Μαρίης τὸ λουτρὸν ἰδὼν ὑπεδάκρυε Μῶμος,
Εἰπών, ὡς Μαρίῃ, καί σε παρερχόμεθα.

Quæ ita vertit V. C. P. Menardus.

Momus dum Mariæ transit per balnea, dixit,
Ut Mariam ut Mariæ balnea prætereo.

XII. RUFINIANÆ (Thermæ) a Rufino Magistro, qui sub Theodosio (Juniore) vixit, ædificatæ, ut habet Codinus pag. 38. E. R. τὰς Ρουφινιανάς, *Thermas Rufinianas* hic vertit interpres.

XIII. BALNEAS ANASTASII Augusti, seu DAGISTÆI, condere cœpit Anastasius Augustus in tractu urbis Dagistæi appellato, absolvit vero Justinianus sub imperii initium. Chronicon Alexandrinum p. 774. E. R. ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς ἀνεπλήρωσε τὸ δημόσιον λουτρὸν, ὃ ἦν ἀφὼν ἀρξάμενος ἐν Κωνσταντινουπόλει Ανασάσιος ὁ Βασιλεὺς ἐν τοῖς Δαγισταίοις· *Idem Imperator absolvit publicas Balneas, quas antea in urbe condere cœperat Anastasius in regione Dagistæi.* Theophanes & Cedrenus an. I. Justin. similia habent: ac Theophanes quidem, τὸ δημόσιον λουτρὸν εἰς τὰ Δαγιστέα, Cedrenus vero, τὸ λουτρὸν τὰ Δαγιστέως vocant. Iidem porro situm designant in Tiberio, & e regione ædis S. Anastasiæ extitisse innuunt: nam cum Tiberius Imper. recens renuntiatus, in Hippodromum venisset, Factiones acclamasse narrant, Videamus Augustam Romanorum: iisque illum respondisse, ἡ ἀντικρὺ τοῦ δημοσίου λουτροῦ Δαγιστέως ἥτις ὀνομάζεται ἐκκλησία, ὁμώνυμός ἐστι τῇ Αὐγούστῃ, *templum quod e regione est publici Balnei Dagistei, id nominis Augusta sortita est*: tum vero Factiones acclamasse, *Anastasia Augusta vincas*. Ubi Cedrenus Δηγιστέως habet, quomodo tractum hunc Codinus pag. 45. E. R. etiam nuncupat, dum ait ædem S. Annæ quæ in eo stetit, Δηγιστέων appellatam. Extitit autem Ecclesia S. Anastasiæ in regione VII. in Domnini Porticibus. Meminit præterea ejusdem urbis tractus Cedrenus in Leone Armenio p. 488. E. R. ubi agit de quodam Monacho, qui ἀνὰ τὴν Δαγιστέα habitabat, id est circa *Dagistei* tractum, qui appellationem videtur sumpsisse ab æde Dagistæi celeberrimi sub Justiniano Ducis, qui Narsetis mandato post cæsum Totilam urbem Romam Imperatori asseruit. De eo non semel agit Procopius lib. II. de Bello Pers. & lib. IV. de Bello Goth.

Edit. paris. pag. 94.

XIV. BALNEAS, SOPHIANAS appellatas, exstruxit Justinus Junior in Foro Tauri, & de nomine Sophiæ uxoris ei nomen indidit. Theophanes an. V. Justini: ἀποκατέστησε δὲ τὸ λουτρὸν τοῦ Ταύρου τὸ δημόσιον, καὶ ἐπωνόμασεν αὐτὸ Σοφιανάς, ἐπ' ὀνόματι τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σοφίας.

XV. BALNEUM GERMANI, τὸ λουτρὸν τοῦ Γερμανοῦ, condidit Germanus στρατηγὸς Πελοποννήσου, in propria domo, Valentiniano imperante, ut est apud Codinum pag. 57. E. R. Nescio an is Germanus, ad quem sunt tres Libanii Epistolæ CXCIV. CCXIII. CCLVIII.

XVI. MAGNUM BALNEUM juxta Forum Bovis, τὸ καλούμενον Μέγα λουτρὸν, πλησίον τοῦ Βοὸς, exstruxit Nicetas Eunuchus ἐπὶ τῆς τραπέζης, *Præfectus mensæ*, Theophilo imperante. Ita Codinus pag. 59. E. R.

XVII. BALNEUM MAGNI PALATII, maximum ac splendidissimum, τὸ κάλλιστον καὶ μέγιστον καὶ φαιδρότατον τῶν Βασιλείων λουτρὸν, supra locum Phialam dictum, excitavit Basilius Macedo: rem pluribus narrat Porphyrogenitus in avi vita cap. LIX. In illius τῇ κολυμβήθρᾳ, seu *labro*, a Michaele Paphlagone suffocatus est Romanus Argyrus; ut habent Scylitzes p. 735. E. R. & alii. Vide Cedrenum in Leone Armenio pag. 492. E. R. Denique Isaacium Angelum in Magno Palatio & in Blacherniano λουτρὰ καὶ διαιτήσεις λαμπροτάτας excitasse auctor est in illius vita Nicetas lib. III. num. V.

XVIII. BALNEÆ HELENIANARUM, seu *Heltanarum* de quibus agimus infra, ubi de Palatio Helenæ.

XIX. BALNEAS AREOBINDI, seu quæ in Areobindi tractu erant, exstructas sub Justino Thrace auctor est Codinus pag. 46. E. R. Illas τὸ λοῦμα vocat: Leo vero Grammaticus in Michaele Theophili F. p. 461. E. R. τὸ λούσμα τοῦ Αραβίνδα.

XX. THERMÆ BASILICÆ præterea recensentur, in quas ita lusit Leontius Scholasticus epigrammate, quod habetur lib. IV. Anthol. εἰς τὰ θερμὰ τὰ Βασιλικά.

Θερμὰ τὰ δ' ἀτρεκέως βασιληΐα· τῷ δὲ γὰρ αὐτοῖς
Οἷ πρὶν ἀγασσάμενοι δῶκαν ἐπωνύμιον.
Οὐ γὰρ ὑπὸ βροτέῳ πυρὶ θάλπεται ἀγλαὸν ὕδωρ,
Αὐτομάτη δὲ λιβὰς τίκτεται αἰθομένη.
Οὐδέ ῥά ζυχροῦ ποτιδεύεται ἀμφὶ λόετρα,
Ἀλλ' οἷον ποθέεις, τοῖον ὑπεφέρεται.

Certe Regia sunt hæc balnea: nomine prisca
Admirata ætas indicat illa suo.
Non etenim humanis calet hic clara ignibus unda,
Sponte sed ex scatebris it calefacta suis, &c.

XXI. BALNEAS BLACHERNARUM ædificavit Tiberius Thrax Imperator. Zonaras: Τότε καὶ τὸ τῶν Βλαχερνῶν λουτρὸν οἰκοδομεῖν ὁ Τιβέριος ἤρξατο, an. Imperii III. ut habet Theophanes, & ex eo Cedrenus, quibus dicitur τὸ δημόσιον τῶν Βλαχερνῶν λουτρόν. Illas forte quas in Porticu, vel ad Porticum, quam ἐν τοῖς Καριανοῦ ἐν Βλαχέρναις, *in Tratu Cariani* ædificavit Mauricius, postmodum absolvit idem Imperator, uti habent iidem Theophanes & Cedrenus ann. V. ejusdem Mauricii: Καὶ ἀνεπλήρωσε τὸ ἐν αὐτῷ (ἐμβόλῳ) δημόσιον λουτρόν. Meminit etiam Scylitzes λουτροῦ ἐν Βλαχέρναις, in Michaele Theophili F. ut & Codinus in Orig. CP. pag. 28. E. R.

XXII. BALNEAS, CAMINIA, seu τὰ Καμίνια appellatas, extra urbem, amplitudine sua admirandas, utpote in quibus, singulis diebus, duo hominum millia lavarentur, memorat Codinus pag. 23. edit. Meursii, quas igne Græco calefieri solitas ait.

XXIII. BALNEUM DUPLEX, in quo lavabantur viri & mulieres, illud est de quo legitur Pauli Silentiarii epigramma, cum hoc lemmate, εἰς τὸ λουτρὸν δίδυμον, ἐν ᾧ λούονται γυναῖκες καὶ ἄνδρες.

Ἀγχη μὲν ἐλπὶς ἔρωτος· ἐλὴν δ' οὐκ ἔστι γυναικὸς.
Εἶρξε πυλὶς; Παφίῃ τῷ μεγάλῳ ὀλίγη·
Ἀλλ' ἴμπης γλυκὺ τοῦτο· ποθοβλήτοις γὰρ ἐπ' ἔργοις
Ἐλπὶς ἀληθείης ἐστὶ μελιχροτέρη.

Quæ hisce Latinis versibus reddidit V. C. P. Menardus Turonensis:

Proxima spes Veneris: sed non est fœmina præsto,

Edit. Parif. pag. 95.

Namque arcet cupidum janua parva virum.
Aſt etiam ardentes remora hæc demulcet amantes,
Nam facto dulcis ſpes in amore magis.

Habentur ibidem alia aliquot epigrammata in ejuſmodi duplicia, ſeu *mixta* balnea, de quibus Philander ad Vitruvii lib. v. cap. x. Caſaubonus ad Spartianum, & Jacobus Gotofredus ad L. III. Cod. Th. de Cuſtodia reorum. Horum etiam meminit Palladius in Vita Chryſoſtomi cap. XIII. quæ *communia virorum ac mulierum lavacra parum pudica* vocat.

XXIV. BALNEUM OECONOMII, τὸ μέγα λετρὸν τῦ Οἰκονομίυ, exſtructum a Conſtantino Magno tradit Codinus pag. 30. E. R.

XXVIII.

CISTERNÆ.

I. ETsi Urbs Conſtantinopolitana aquis abundaret, æſtate tamen, cum ſcilicet torrente æſtu fontes minus benigni, quam cæteris tempeſtatibus, aquæ minorem copiam emittunt, harum penuria laborabat, uti habet Procopius lib. I. de Ædif. cap. XI. Quo igitur huic incommodo, quod ſæpe plebem afflixit, ſuccurreretur, ædificatæ ſunt variis in urbis tractibus Ciſternæ *pene innumerabiles*, inquit Bondelmontius, *eæque miræ magnitudinis & induſtriæ*, quarum elegantiam, ut & amplitudinem, teſtantur quæ de Ciſterna Baſilica infra obſervamus: præ cæteris vero prædicat Manuel Chryſoloras in veteris ac novæ Romæ Comparatione pag. 119. Καὶ τὰς τῇ μεταξὺ παρεμπιπτόντων ὀρῶν διορυχὰς, καὶ τὰς ὑποδεχομένας ὡρύτερον τύτοις δεξαμενὰς, θαλασσῶν, ἢ λιμνῶν λόγον ὡρὸς ἐκείνας τότε γε ἐχούσας, τὰς μὲν καταγὺς καὶ ἀφανεῖς, καὶ τὰς ἀναπεπταμένας καὶ φανερὰς ὁλκάσι δωαμένας πλεῖδαι. ὧν ἔνιαι τῶ αἱ μὲν ἐπὶ τὰ κύτος ἔνδον, αἱ δὲ ἄνω ἐπὶ τῇ στεγῶν, μέγισα δένδρα τρέφυσι, καὶ τοῖς ἔχεσιν ἀρκέσιν ἀντ' ἀγρῶν καὶ κήπων εἶναι· καὶ τὸ πλῆδος ἐν αὐταῖς χιόνων καὶ ἀλίδων· ἅπας δὲ αὖ ὑπογείυς καὶ ὀρυκτὰς πᾶσαν τὴ πόλιν ὑπερῶν καὶ κρεμαςὼ, καὶ τὰ κάτω διάκενον ποιήσας, καὶ τὰς δημοσίας ὑπονόμυς, ἃ καὶ παρὰ τῇδε πλεῖσα. *Omitto etiam receptacula & Ciſternas quibus aquæ iſtæ* (Aquæductum) *primum excipiuntur, quæ maris, vel ſtagni inſtar ſe habent: quarum aliæ opertæ viſum latent, aliæ in propatulo & apertæ ſcaphis navigari poſſunt: quarum nonnullæ jam intus aliæ ſuperius in tectis maximas arbores nutriunt, & poſſeſſoribus agrorum vel hortorum vicem præſtant. Omitto in Ciſternis illis columnarum & fornicum multitudinem: tum alios ſubterraneos & effoſſos canales, qui totam urbem tabulati inſtar penſilem & ſubtus concavam efficiunt: item cloacas & meatus publicos, quæ omnia etiam in hac urbe longe plurima extant.* Ex quibus obſervandum primo in Ciſternas iſtas Aquæductus derivatos: nam, ut ait loco laudato Procopius, ad hoc comparatæ Ciſternæ illæ erant, ut reſtagnantes Aquæductuum undas exciperent: Διεχόμεναι γὰρ τὰ ὕδατα τὰ δὲ τῷ ὀχετῷ τῷ ὑπερβλύζοντος, στενοχωρυμένοις μὲν τοῖς ὕδασι τότε χαρίζεται χώραν· πεδεινῶν δὲ αὖθις γινομένων, ἐπὶ καιρῷ τοῖς δεομένοις παρέχεται πόρον. *Quippe Ciſternæ illæ Aquæductus exundantium aquarum fluxus excipientes, iis breviori ſpatio intercluſis locum præbent; ac cum illæ optabiles ſint, ipſas opportune indigentibus ſuppeditant.* Ita porro in Ciſternam Baſilicæ Illi Aquæductum Adriani immittere voluiſſe Juſtinianum narrat Cedrenus. Quod vero ſubdit Chryſoloras, Ciſternarum alias in propatulo navigari, alias nutrire maximas arbores, hortorumque vicem poſſeſſoribus præbere, ſatis indicat eaſdem Ciſternas illius ætate ad nudas parietinas non modo redactas eſſe; ſed & alias tectis ſuis ac concamerationibus atque adeo columnis, alias vero & concamerationibus & aquis ipſis nudatas fuiſſe, & in iis hortos plantatos, quod de Ciſternis Boni & ſancti Mocii teſtatur Gyllius: vel ſatas vineas, quod A de pleriſque ſua ætate obtinuiſſe ſcribit Bondelmontius: *Vinea pro qualibet in ea* (Ciſterna) *trium vel quatuor vegetum vini creſcit.* Neque tamen hæc omnium fere Urbis Ciſternarum ruina Turcis attribuenda, etſi ab iis aliquot everſas conſtet, ſiquidem tradit Porphyrogenitus in avi Vita cap. LXI. & ex eo Cedrenus, Heraclium Imp. cum ei a Stephano Mathematico aqua interiturum, prædictum fuiſſet, Ciſternas pleraſque terra oppleviſſe, & in iis hortos plantaſſe: τὰς μὲν χιςέρνων, φροχώσεις ἐποίησατο.

II. Inter Ciſternas quæ a Conſtantino M. conditæ dicuntur, fuit illa quæ CISTERNA BASILICA, ſeu Βασιλικὴ χιςέρνα, dicta eſt, ut habent Codinus, & Anonymus in Collectaneis pagin. 103. Hanc ad Porticum Regiam, κατὰ τὴν Βασιλέως ςοὰν, ubi lites inſtruunt cauſidici, ſtatuit Procopius lib. I. de Ædif. cap. XI. & ſub una e Porticibus, quæ Baſilicæ atrium ambiebant verſus Auſtrum, a Juſtiniano altiſſime effoſſam tradit. Rem pluribus ibidem commemorat. Supra hanc Ciſternam, ſtatuam Salomonis collocatam ab eodem Juſtiniano ſcribunt idem Codinus & Glycas, reſpicientis Magnam Eccleſiam, maxillamque ſuam comprimentis, quaſi fateretur hoc Juſtiniani ædificio longe a ſe exſtructum Hieroſolymorum Templum elegantia & magnitudine ſuperari. Quam quidem ſtatuam Baſilius Macedo conflari juſſit, & ex *pag. 96.* ejus metallo propriam confecit, ut auctor eſt Leo Grammaticus pagin. 472. E. R. Ciſternam Baſilicam adhuc ſupereſſe ſcribit Georgius Douſa in Itinere Conſtantinopolit. *Ex multis præterea, quibus olim abundabat civitas Ciſternis, unica tantum, eaque Baſilica, reliquis in alios uſus converſis, incolumis permanſit. Hanc generoſo D. Stanislao Golſcio Regni Poloniæ Legato comite, prælatis funalibus, inſpexi. Rivum quemdam, quem Theodoſius Zygomalas Cydarim eſſe vult, magno murmure hoc loco ſe effundere vidimus. Ejus concameration em pluſquam quingentis columnis marmoreis fulciri idem Theodoſius retulit.* Sed longe pluribus deſcribitur a Gyllio lib. II. cap. XX. *Porticus Regia non extat, Ciſterna incolumis permanet, quæ cum negligentia civium ignoraretur, a me peregrino diligenter quæſita, venit in cognitionem multorum. Ciſternæ ignorationem auxerant ſuperædificatæ domus, quarum nonnullos incolas deprehendi ignorare Ciſternam infra ædes ſuas poſitam, cum tamen quotidie aquam bujus hauſtam puteis potarent intra ædes ſuas ſitis in ciſternam penetrantibus. Denique incidi in domum qua in hanc deſcenſus patebat: ſcapham conſcendi, quam agens dominus, funalibus accenſis, huc illuc per medios ordines, vel ſilvam, columnarum maxima ex parte demerſarum aquæ, ubi omnia perluſtravi, ille ad capiendos piſces, quibus Ciſterna abundat, ſe convertit, nonnulloſque tridente cepit ad lucem funalium: lux enim exigua apparet intromiſſa per ora puteorum, velut per ſpiracula, quo piſces etiam congregantur. Ciſternæ longitudo eſt trecentorum & triginta ſex pedum, latitudo centum octoginta duorum pedum: ejus ambitus ducentorum & viginti quatuor paſſuum Romanorum. Cameræ & fornices lateritio opere, ſimiliter parietes conſtant, tectorio Signino nihil vetuſtate offenſo bene veſtiti. Concameratio ſuſtinetur trecentis triginta ſex columnis marmoreis, inter ſe diſtantibus duodecim pedes, ſingulis altitudinem quadraginta dodrantum ſuperantibus, in longitudinem diſpoſitis per duodecim ordines, in latitudinem vero per viginti octo ordines. Capitula earum partim opere Corinthio laborata, partim illaborata. Supra ſingulorum capitulorum abacum lapis magnus, velut major alter abacus poſitus eſt, ad quem admittuntur quatuor arcus. Multi in eam penetrant putei, per quos ex Ciſterna hauritur aqua. Hyberno tempore impletur aquæductu. Vidi cum media hyeme impleretur, rivum ex magno tubo ſalire in ciſter-*

nam magno murmure non ceſſantem, eatenus dum columnas omnes & media capitula obruiſſet. Hæc à templo Sophiæ verſus Occidentem æſtivum diſtat circiter octoginta paſſus Romanos. Atque ſupra dicta quidem, etſi prolixiora, referre operæpretium duximus, ut cujuſmodi fuerit Ciſternarum Urbis ſtructura, inde notum fieret.

III. CISTERNA PHILOXENOS, Φιλοξένου, a Philoxeno conditore nomen accepit, qui Roma cum Conſtantino M. Byzantium venit, ſi Codinum audimus pag. 10. E. R. at Cedrenus deſcribens Lauſiacum Palatium ad quod ſtetit, appellatam videtur innuere, quod peregrinis in Xenodochio vicino hoſpitantibus aquam ſuppeditaret, ſcribens ἐν τοῖς Λαύσου extitiſſe varia ædificia, atque in iis ξενοδοχεῖά τινα, ὅπου ἡ Φιλόξενος ἐχορήγει τὸ ὕδωρ, ἔνθα ἔχει ἡ κλῆσιν, *Xenodochia quædam, ubi Ciſterna Philoxenos aquam ſuppeditabat, unde appellationem ſortita eſt.* Quæ quidem illa eſt quam Scylitzes pag. 588. E. R. inter Juſtinianeum Triclinium ſtatuit, & quam a Baſilio Macedone repurgatam ſcribit: quo loco τὰ Φιλοξένου collocantur. Nam ædes S. Aquilinæ, quam in ſeditione Victoriatorum conflagraſſe narrat Chronicon Alexandrinum, proxima Foro ibidem fuiſſe dicitur, & ἐν τῷ Φιλοξένῳ πλησίον τοῦ Φόρου, in Synaxariis ad XXIX. Januarii, & ἐν τοῖς Φιλοξένου, ad XIII. Junii.

IV. CISTERNA THEODOSIACA in quinta regione collocatur in veteri Urbis Deſcriptione.

V. CISTERNA AETII, ab Aetio Patricio conſtructa fuit, ad quam etiam illius ſtatua ſtetit, ut eſt apud Codinum pag. 29. E. R. Addit Anonymus in Collectaneis pag. 104. conditam Valente imperante, ipſiuſque Auguſti ſtatuam ibi poſitam. Sed potior fides Marcellino Comiti *ciſternam Aetii conſtructam* ſub Theodoſio Juniore anno Chriſti CCCCXXI. *Euſtathio & Agricola Coſſ.* ſcribenti. Videtur autem eadem quæ *Pulcheriæ Auguſtæ* nomine donatur in Chronico Alexandrino pag. 724. E. R. in quam hoc ipſo anno aquam immiſſam narrat: ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐνεβλήθη τὸ ὕδωρ τῆς Κιστέρνης τῆς δεσποίνης Πουλχερίας Αὐγούστης μηνὶ Περιτίῳ πρὸ ά. Φιβρουαρίων, παρόντος τοῦ δεσπότου τοῦ Θεοδοσίου Αὐγούστου. *His Coſſ. aqua in ciſternam Dominæ Pulcheriæ Auguſtæ immiſſa eſt menſe Peritio, pridie Kl. Febr. præſente Domino Theodoſio Auguſto.* Ad hanc Ciſternam ſtetit Monaſterium Μαρά appellatum, de quo in Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena act. 1.

VI. CISTERNA MODESTIACA Modeſtum Præfectum Urbi conditorem agnoſcit. Annum quo ædificata eſt obſervat Idatius in Faſtis: *Valentiniano II. & Valente II. Coſſ. opus magnificum ciſternæ Conſtantinopolitan. completum eſt a Domitio Modeſto V. C. iterum Præfecto Urbi, quod in prima inchoaverat præfectura.* Collocatur in undecima regione in veteri Urbis Deſcriptione. Vide Gyllium lib. IV. cap. II. pag. 185.

VII. CISTERNA ARCADIANA in undecima urbis regione, ut & Modeſtiaca, collocatur in veteris Urbis Deſcriptione.

VIII. CISTERNA MAXIMA, juxta Porphyreticam Conſtantini Imperatoris Columnam in Foro ejus, ſub plateæ tranſitum conſtructa eſt Ind. V. Honorio VII. & Theodoſ. Juniore II. Coſſ. ita Marcellinus Comes. Proinde exſtitit in regione ſexta, ubi ſtatuuntur Forum Conſtantini & Porphyretica Columna, in veteri Urbis Deſcriptione.

Edit. pariſ. pag. 97.

IX. CISTERNAM ASPARIS appellatam exſtruxit Aſpar Patricius, Leonis M. Imperatoris anno II. Ricimere & Patricio Coſſ. Chronicon Alexandrinum: τούτῳ δὲ ἐναυτῷ ἤρξατο Ἀσπὰρ ὁ στρατηλάτης κτίζειν τὴν μεγάλην Κιστέρναν πλησίον τοῦ παλαιοῦ τείχους, *hoc anno Aſpar Magiſter militum cœpit ædificare ciſternam maximam juxta antiquum urbis murum.* Similia pene habent Codinus pagg. XXIX. XLIX. & Anonymus in Collectan. Urbis Conſtantinopol. pag. 105. E. R. Ad hanc Ciſternam ædificatum Monaſterium Manue-

A lis alibi obſervamus: de Aſpare vero diximus in Stemmatibus Byzantinis.

X. CISTERNA MOCISIA, ſic appellata, quod juxta ædem S. Mocii haud procul ab Aurea Porta ſteterit, condita fuit ab Anaſtaſio Dicoro Imp. ut habet Codin. pag. 50. E. R. Zonaras pag. 46. E. R. Καὶ τινα μοναχὸν πλησίον οἰκοῦντα τῆς παρὰ τοῦ Ἀναστασίου κτισθείσης κιστέρνης τῆς Μωκισίας καλουμένης, *& quemdam Monachum habitantem juxta Ciſternam Mociſiam ædificatam ab Anaſtaſio.* Eadem habent Svidas & Glycas in Anaſtaſio. Ædi S. Philippi vicinam etiam fuiſſe teſtatur Cedrenus p. 360. E. R. Ἦλθον εἰς τὸ μοναστήριον τοῦ ἁγίου Φιλίππου, πλησίον τῆς Κιστέρνης τοῦ ἁγίου Μωκίου, *venerunt in Monaſterium ſancti Philippi prope Ciſternam ſancti Mocii.* Stetit præterea juxta hanc Ciſternam ædes S. Zoes, ut auctor eſt idem Codinus pag. 60. E. R. ut & ædes ſancti Joannis Baptiſtæ, de quibus ſuis locis agimus. Ciſternam Mociſiam ad muros urbis terreſtres, in ſeptimo Colle ſtatuit Gyllius lib. I. cap. XVIII. *In cujus pago*, inquit ille, *patet Ciſterna nuncupata Mociſia, ſpoliata columnis & cameris, cujus muri e lapide quadrato ædificati adhuc extant Ciſternam ambientes, quorum circuitus complectitur noningentos & ſeptuaginta paſſus: ejus ſolum cultum eſt hortis in eo conſitis.*

B

XI. CISTERNA BASILICÆ ILLI ædificata a Juſtiniano anno primo in μεσαυλίῳ, ſeu atrio ipſius Baſilicæ. Theophanes p. 150. E. R. Καὶ τὸ μεσαύλιον τῆς Βασιλικῆς Ἅλω Κιστέρναν μεγάλην ἐποίησατο, *& ex atrio Baſilicæ Illi Ciſternam magnam confecit.* Cedrenus pag. 368. E. R. πληροῖ δὲ ἐκ τὸ μέσαυλον τῆς βασιλικῆς Ἅλω Κιστέρνης, ὃν ἐκ μεγάλου ἐποίησε. Sed & in eam Aquæductum Adriani immittere voluit. Chronicon Alexandrinum pagin. 775. E. R. Ἐποίησε δὲ ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς καὶ τὸ μεσαύλιον τῆς βασιλικῆς Ἅλω Κιστέρναν μεγάλην, βουλόμενος βαλεῖν τὸ Ἀδριάνειον ὕδωρ τοῦ ἀγωγοῦ εἰς αὐτήν. *Idem Imperator ex atrio Baſilicæ Illi magnam Ciſternam fecit, in eam Adriani Aquæductus aquas immittere volens.* Meminit Scylitzes in Baſilio Macedone pag. 588. E. R. Ciſternæ, quæ extitit μεταξὺ Ιουστιανοῦ τοῦ Τρικλινίου, καὶ τοῦ Λαυσιακοῦ *inter Triclinium Juſtiniani, & Lauſiacum*, quam repurgavit ipſe Baſilius: ubi Porphyrogenitus in avi Vita cap. LXI. habet, μεταξὺ τοῦ Ιουστινιανοῦ τρικλίνου, καὶ τοῦ τῆς Ἐκδίκου.

C

XII. CISTERNAM BONI appellatam, cameris cylindricis tectam, exſtruxit Bonus Patricius & Magiſter, cui Heraclius Imperator, contra Perſas profecturus, urbis cuſtodiam commiſit, ut eſt apud Codinum pag. 29. 50. E. R. Boni vero iſtius meminit Cronicon Alexandrinum pag. 898. & 900. E. R. Haud procul ab hac Ciſterna Palatium a Romano Conſtantini filio ædificatum, ἐγγὺς τῆς τοῦ Βώνου κιστέρνης, tradunt Scylitzes p. 644. E. R. & Glycas. In Hebdomo, & in decimaquarta Regione collocatur a Gyllio lib. IV. cap. IV. paulo ſupra ædem S. Joannis Baptiſtæ, ubi hæc habet: *Quam autem ſumptuoſa fuiſſet*, (hæc ædes) *cum alia veſtigia indicant, tum Ciſterna Boni nuncupata paulo ſupra eam ipſam ſita, longa trecentos paſſus, columnis & concamerationibus ſpoliata, in qua nunc horti virent.*

D

XIII. CISTERNA AD ÆDEM XL. MARTYRUM, ædificata fuit a Phoca Tyranno. Chronic. Alexandr. p. 874. τούτῳ τῷ ἔτει ἐτελειώθη ὁ σύνθετος κίων ὁ ἀνοικοδομηθεὶς ὑπὸ τοῦ Φωκᾶ τοῦ Βασιλέως, καὶ ἡ τῆς Κιστέρνης, καὶ τὸ ἀνατολικὸν μέρος τῆς ἐκκλησίας τῶν ἁγίων μ'. πλησίον τοῦ Χαλκοῦ τετραπύλου. *Hoc anno confecta eſt ex multis lapidibus compacta columna ab Imperatore Phoca excitata; una cum Ciſterna ad orientalem partem ædis Sanctorum Quadraginta juxta Æneum Tetrapylum.* Cum vero ædes Sanctorum quadraginta Martyrum in *Media* urbis platea ſtetterit, perinde ac Lauſi Palatium, neſcio an non eadem ſit cum Ciſterna, quæ Φιλόξενος dicta, haud procul ab hac æde extitit.

E

XIV. CISTERNAM AD MAGNAURAM

RAM, ἀφὸς τῆς Μαγναύρας, repurgavit Basilius Macedo, cum ab Heraclio Imperatore terra ingesta in hortum & viridarium commutata esset, ut habet Porphyrogenitus in avi Vita cap. LXI. & ex eo Scylitzes pag. 588. E. R. & Glycas.

XV. CISTERNAM PALATII purgavit Basilius Macedo, ut est apud Scylitzem pag. 588. E. R. Cedrenus in Anastasio Dicoro pag. 362. Cisternæ Frigidæ in Palatio meminit: Ἐπεὶ δὲ κεχειμάτικε δεῖ πυρὲς αὐτὸν τὴν ἀμείλικτον αὐτῇ ψυχὼ ἀποῤῥῆξαι, τῷ ἐν τῷ παλατίῳ κίστερναν τῷ λεγομένῳ Ψυχρὰν εἰς πολὺ σόμια διανοίξας, καὶ κάδδυς ἐν ἑκάστῳ παραδεὶς, ἐπεύδε τῷ τοιούτῳ περὶ αὐτοῦ ἀφορτεῖαν ψευδῆ ἀποδεῖξαι. *Cum autem oraculo edoctus esset igne sibi pereundum fore, Cisternam in Palatio, quæ Frigida dicitur, multis meatibus aperuit, quorum cuique cadus appositus esset; conans hoc pacto oraculum irritum reddere.*

XVI. CISTERNA PETRII vocata, cujus meminit Bondelmontius, ædificata fuit a Manuele Comneno Imperatore, ut est apud Cinnamum lib. VI. num. VIII. *Edit. Paris. pag. 98.* περὶ τινα χῶρον οὐ πολὺ Βυζαντίου διέχοντα, ὃν Πέτρα καταντόμασαι, *in loco haud procul Byzantio dissito, quem Petram vocant*, in media quadam cavitate collibus utrinque cincta, in quam aquæ per varia ostia confluebant, quæ postmodum per canales in urbem deferebantur.

XVII. CISTERNA HIPPODROMI, quam Ψυχρὰν, seu *Frigidam* vocabant, memoratur a Codino, qui conditam ait, ut æquaretur locus Hippodromi, qui inæqualis erat. Illius etiam meminit Bondelmontius in Descriptione Constantinopoleos, ubi de Hippodromo: *Et supra columnas ædificatus est, in quibus Cisterna amplissima optimæ æquæ totum supradictum continet spatium.*

XVIII. CISTERNÆ ad ædem ΤΟΥ ΠΑΝΤΕΠΟΠΤΟΥ meminit idem Bondelmontius in Descript. Constantinop.

XIX. CISTERNA ad ædem τοῦ ΠΑΝΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ, quæ stetit in undecima regione, habetur apud eundem Bondelmontium in Descript. Constantinop.

XX. CISTERNA APOSTOLORUM, seu ad ædem sanctorum Apostolorum in undecima regione, recensetur a Bondelmontio in Descriptione Constantinopoleos. Gyllius lib. IV. cap. II. nulla ædis Apostolorum restare vestigia ait, ac ne fundamentorum quidem, nisi fundamenta quædam istius Cisternæ, quæ aquam suppeditabat ædi Apostolicæ, in cujus quidem Cisternæ solo erant variæ illius ætate officinæ. An eadem, vel quæ ad ædem Pantocratoris stetit, cum Arcadiana, incertum, etsi tres has Cisternas in undecima regione ædificatas constet.

XXI. CISTERNÆ MAHUMETI mentio est apud Bondelmontium in Descript. Constantinop. *in qua ita subtili artificio sunt ordinatæ columnæ, quod est incredibile ad narrandum*, ait ille.

XXIX.

CLOACÆ.

CLOACÆ, quibus urbium sordes eluuntur, ne quis teter odor aerem inficiat, inter præcipuas civitatum structuras sæpe recensentur. Senator lib. III. epist. XXX. de Cloacis urbis Romæ, quas *splendidas* fuisse ait; & de quibus agit Procopius lib. I. de Bello Persico cap. XIX. *Quæ tantum visentibus conferunt fluporem, ut aliarum civitatum possint miracula superare. Videas illic fluvios quasi montibus concavis clausos, per ingentia signa* (stagna) *decurrere.* Et mox: *Hinc Roma singularis, quanta in te sit potest colligi magnitudo. Quæ enim urbium audeat tuis culminibus contendere, quando nec ima tua possunt similitudinem reperire.* Cloacas Byzantinas hisce verbis descripsisse videtur Codinus pag. 11. E. R. quas Constantino Magno adscribit: Ἐκοίνισε *CP. Christ.* δὲ ὁ γάβυς ὑγχωρήγυς ἐπὶ πᾶσαν τὴν πόλιν, βαθὺς τῷ ὕψει, ὅσον τῆς ἰμβόλων, διὰ τὸ μὴ ἄνω δυσωδίαι τινὰ, καὶ ἐνοχλήσωσι πόσοι πολλοί· ἀλλ' εἰς βάθος διέρχεσθαι τὰς δυσώδεις ὕλας, καὶ κατέρχεσθαι εἰς θάλασσαν. *Fecit etiam Cloacas subter universam urbem transeuntes, æquantes profunditate altitudinem Porticuum, ne ex malo odore morbi orirentur, & ut omnis fœtida colluvies per eas in mare deflueret.* Mox addit hisce Cloacis condendis præfuisse Urbicium Præpositum & Salustium Præfectum urbi. Γάβυς, Cloacas appellat Codinus, id est, *Cavos* meatus: de voce ἰγχώρηγος, diximus ad Alexiadem pag. 267. E. R. Suave porro admodum quod in hanc sententiam scribit Willelmus Malmesburiensis lib. IV. Hist. Angl. pag. 137. *Danubius, qui & Ister, occultis canalibus urbi sub terra influit, diebusque constitutis ablato pessulo inductus, cœnum platearum pelago importat.* Ubi certe pro Danubio Lycum fluviolum forsitan voluit dicere, qui urbem ipsam transmeat, & alicubi in canalibus subterraneis, uti videtur indicare Codinus pag. 73. E. R. ubi de templo SS. Apostolorum: πολλῷ ἀπόλῳ διμένῃ, διὰ τὸ διέρχεσθαι κάτωθεν τὸν ποταμὸν Λύκον, ἐνηγείρασα δεμελίας παμμεγέθεις καὶ λίθους μεγίστους, ἔκτισε ναόν. Meminit etiam Lyci fluvii, cum de Amastriano agit. At Cedrenus pag. 25. E. R. exundare solitum fuisse testatur, & adversus ejus πλημμυρίσεις Apollonium nescio quas consecrationes adhibuisse, unde a Chrysolora pag. 122. χείμαῤῥος τῆς πόλεως dicitur. Illabebatur porro in Urbem versus portam Charsiæ, ut colligere est ex Joanne Canano pag. 190. Meminit vetus Inscriptio Suessana apud Ughellum tom. VI. Italiæ sacræ pag. 671. *Curatoris alvei Tyberis & Clavacarum sacræ urbis.*

XXX.

LATRINÆ PUBLICÆ.

CLOACIS adjungendæ videntur Latrinæ publicæ Constantinopolitanæ, quæ celebrantur potissimum a scriptoribus, quod in iis Arius medius crepuerit, animamque emiserit. Has autem extitisse ὀπίσθεν τῆς ἀγορᾶς Κωνσταντίνου, ἔνθα ὁ πορφυρᾶς ἵδρυται κίων, *pone Forum Constantini, in quo stetit columna porphyretica*, memorat Socrates cap. XXV. ubi hæc subdit: Ὁ δὲ ἀφεδρὼν ἄχρι νῦν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει διήκουσι, ὡς ἔφην, ὀπίσθεν τῆς ἀγορᾶς Κωνσταντίνου, καὶ τὸ ἐν τῇ τοιᾷ Μακέλλῳ. *Latrinæ istæ ad hoc usque tempus Constantinopoli pone Forum, ut dixi, Constantini, & Macellum in Porticu cernuntur.* A Socrate hauserunt quæ habent Theodoretus lib. I. cap. XIV. Nicephorus Call. lib. VIII. cap. LI. Cedrenus, Zonaras, Svidas v. Ἀρειανός, & alii. Ado Viennensis in Chronico, de eodem Ario: *Divertens post Forum Constantini ad causam necessariam, viscera ejus repente simul cum vita effusa sunt.* Vide Libellum precum Marcellini & Faustini pag. 19. & Gregorium Nazianzenum orat. XXI. pag. 38. Verum etsi Latrinas istas ad sua usque tempora conspectas dicat Socrates, Byzantios tamen ab Arii morte has non intrasse ajunt; & ab iis, tanquam immundo loco, ubi Arius impietatis suæ pœnas dedisset, abstinuisse. Demum vir quidam potens Arianus locum hunc de publico emit, & in eo ædes extruxit, quo infamem Arii mortis memoriam deleret. Rem narrat Sozomenus lib. II. cap. XXVII. & ex eo Nicephorus loco citato. Refert præterea Codinus pag. 22. E. R. Latrinas istas extitisse juxta καμάραν τῆς Φόρου τοῦ Σιγάτου, & Theodosium Magnum, Arii, Macedonii, Sabellii, & Eunomii statuas marmoreas humi desidentes statuisse, quo a prætereuntibus stercore, lotio, & sputo conspurcarentur. Latrinas publicas sua ætate extitisse Constantinopoli videtur innuere Adamnanus lib. III. de *pag. 99.*

Locis SS. cap. v. *Et ad vicinam domum, ubi humana ſtercora per longarum foramina tabularum egeſta ſupra ſedentium ventribus egeri ſolent.* Quas quidem Latrinas publicas neſcio an intellexerit auctor Deſcriptionis Urbis, ubi ait *Regionis quintæ non modicam partem in obliquioribus poſitam locis, planitie exeipiente, perduci, in qua neceſſaria civitati ædificia continentur*: ita ut per *neceſſaria ædificia*, Latrinas publicas intellexerit, quomodo χέδας, *Latrinas*, Græci dixere, uti pluribus nuper docuimus in Gloſſario ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis in V. *Neceſſaria.*

Edit. Paris. pag. 101.

CONSTANTINOPOLIS CHRISTIANA,

SEU

DESCRIPTIO

URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ,

Qualis extitit sub Imperatoribus Christianis,

LIBER SECUNDUS.

I.

CIRCUS, seu HIPPODROMUS.

EXACTIS priore libro Byzantii veteris originibus & incrementis, peractaque amplissimæ Urbis generali delinatione, hoc secundo Amphitheatra, cæteraque ædificia publica, Porticus, Palatia urbana, Tractus ipsos Urbis, & celebriores privatorum Domus, quibus ubique Orientalis olim Imperii domicilium collucebat, describere aggrediar. In ædificiis vero istis publicis primum locum obtinuere Circi seu Hippodromi, Theatra, Amphitheatra, Stadia, Lusoria, & alia id genus civium lasciviæ ac voluptati consecrata, quam hisce verbis exagitat Gregorius Nazianzenus orat. XXVII. extrema, Constantinopolitanos alloquens: Τμεῖς ἡ μεγάλη πόλις, οἱ ϑρῶτοι μετὰ τὴν ϑρώτλω διδίως, ἢ μηδὲ τοῦτο παραχωροῦντες, ϑέατρά μοι ϑρῶται μὴ τὴν κακίαν, ἀλλὰ τὴν ἀρετὴν μὴ τῷ ἰκλυσιν, ἀλλὰ τὴν δύναμιν. ὡς ἴστι μὲν αἰσχρὸν, ϑῆβ μὲν πόλεων κρατεῖν, ϑῆβ δὲ ἡδονῶν ἡττᾶσθαι, ἢ τὰ μὲν ἄλλα σωφρονεῖν, περὶ δὲ τοὺς ἱππικοὺς, καὶ τὰ ϑέατρα, καὶ τὰ σάϑλα, καὶ τὰ χωρηγίσια τοσοῦτον μεμωνέναι, ὥστε ταῦτα ποιεῖσθαι βίον, ἓ πόλιν εἶναι παίζόντων τὴν ϑρώτλω ἐν πόλεσιν, ὧ καὶ ταῖς ἄλλαις τύπον εἶναι καλοῦ παντὸς. ϑριτωδέστερον *Vos magnæ urbis cives, qui primi statim post primam estis, aut ne id quidem ei conceditis, ita vos gerite, ut primi non improbitate, sed virtute; non morum dissolutione ac mollitie, sed optimi legibus sitis. Turpe enim fuerit, si hæc urbs ita urbibus aliis præstet, ut tamen voluptatibus cedat, aut cætera quidem gravis & moderata sit, verum circa ludos Circenses, & spectacula, & cursus ac venationes adeo insaniat, ut hæc pro vita & serio quodam instituto habeat, atque urbs inter urbes principatum tenens, ludentium urbs sit, quam aliis quoque virtutum omnium exempla præbere multo æquius erat & congruentius.* Sed hanc circa Circenses vesaniam, quam Constantinopolitanis rursum objicit orat. XXI. objectam etiam non semel Romanis nemo nescit. In his porro ludis destinatis locis, tum splendore ac structuræ elegantia, vel etiam magnitudine eminuit

I. HIPPODROMUS, seu CIRCUS, Constantinopolitanus. Is in tertia regione statuitur in veteri Urbis Descriptione: *Tertia Regio plana CP. Christ.* A *quidem in superiori parte, utpote in ea Circi spatio longius explicatio, sed ab ejus extrema parte nimis prono clivo mare usque descendit: continet in se eundem Circum maximum*, &c. Hunc porro Severus Imperator primitus in ipsa Urbe Byzantina inchoaverat. Cedrenus pag. 252. E. R. Οὗτος καὶ τὸ Ζευξίππου λουτρὸν ἔκτισε Βυζαντίοις, καὶ τὸ ϑρῶτον κτίσμα τῷ Ἱπποδρόμῳ παρέδωκε. *Hic & Zeuxippum, Balneum ita nuncupatum, Byzantiis condidit, & Circi prima ædificia.* Juxta templum Hecates illud statuisse auctor est Helychius Milesius: Ἑκάτης δὲ ἐγγὺς τὸν νῦν Ἱπποδρομίου τόπον. Ubi antea erant horti duorum fratrum & cujusdam viduæ. Codinus & Svidas: Τὸ δὲ μέχρι νῦν σωζόμενον Ἱπποδρόμιον ἐκτίσθη παρ' αὐτοῦ τοῦ Σεβήρου, κήπων ὄντων ἐκεῖσε δύο τινῶν ἀδελφῶν καὶ γυναικὸς χήρας. Causam non confecti operis recitat ibidem Codinus: Τὸ δὲ ἐν μέρει ϑῆβ βαθμίδων ἀνεπληρώθη παρ' αὐτοῦ τοῦ Σεβήρου. κατελείφθη δὲ τὸ ἕτερον ἀτελὲς, διὰ τὸ ἐλθεῖν αὐτὸν ἀγγελίαν, ὅτι οἱ Γάλλοι πορθοῦσι τὴν Ῥώμην, καὶ παραγενέσθαι ἐν αὐτῇ, ἢ δῆτα ἓ τελευτᾷ. *Unam vero graduum partem Severus perfecit, alteram imperfectam reliquit, cum nuntium accepisset Gallos Romam depopulari, eoque accessisset, ubi & vitam finivit.* Pars autem Circi a Severo confecta ea fuit quæ ad Zeuxippum pertingebat, quam ille Dioscuris sacravit. Hesychius Milesius: Καὶ τὸν τέτρω (Ζευξίππου) πλησιάζοντα χῶρον τοῦ Ἱπποδρομίου, τοῖς ϑεοῖς Διὸς ἀνακείμενον κούροις, ἱκρίοις τισὶ καὶ σοαῖς διακοσμήσαντος· ἔνϑα καὶ νῦν οἱ καμπτῆρες δηλοῦσι τὰ ϑῆβ ἑφόρων γνωρίσματα, διὰ τῶν ἐπικειμένων ὤων τοῖς χαλκοῖς ὀβελίσκοις. *Vicinum* (Xeuxippo) *Hippodromum Dioscuris sacrum tabulatis & porticibus exornavit, ubi & nunc Flexus, seu Metæ Deorum Præsidum argumenta exhibent, per ova æneis obeliscis imposita.* Ubi perperam Meursius ἐφόδων restituit, sicque hæc verba reddidit: *Ubi etiam nunc curvaturæ ascensuum indicia exhibent, per superiora, quæ æneis obeliscis incumbunt.* Male, inquam, cum verborum istorum sensus sit, Severum Castori & Polluci, quibus ut & Herculi & Mercurio Gymnicarum artium disciplinam adscribit Tertullianus lib. de Spectac. cap. IX. sacrasse Hippodromum, ut essent ludorum præsides & ἔφοροι, quomodo Cyprianus lib. de Spectac. *Græca certamina*, ait, *præsides suos habuisse varia dæmonia*: quorum quidem ἐφόρων argumenta & sym-

bola ſervant etiamnum, ait Heſychius, metæ Circi, & Obeliſci æneï, qui in ſuprema ſui parte ova, ex quibus eductos & natos Dioſcuros fabulæ fingunt, ſuſtentant: nam & *ova Caſtoris* in Circis poſita ſcribunt Varro lib. 1. de Re ruſtica, Tertullianus, Senator, Iſidorus, & alii: quod quidem omnino firmat Zozimus lib. 11. pag. 687. ubi videtur hanc Hippodromi partem a Conſtantino M. confectam innuere: Καὶ τὸν Ἱππόδρομον εἰς ἄπαν ἐξήσκησε κάλλος, τὸ πρὸς Διοσκούρων ἱερὸν μέρος αὐτοῦ ποιησάμενος, ὧν καὶ τὰ δείκηλα μίχρι νῦν ἐστὶν ἐπὶ τῆς τοῦ Ἱπποδρόμου τοῶν ἑστῶτα ἰδεῖν. *Item Hippodromum ad omnem elegantiam perpolivit, confecta ea parte quæ Dioſcuris ſacra eſt, quorum ſimulacra nunc etiam in porticibus Hippodromi ſtantia videre licet.* Ita enim Græca Zozimi reddenda cenſuerim, non ut Henricus Stephanus, & Petrus Gyllius: *Cujus partem fecit Caſtoris & Pollucis ædem.* Nemo enim unquam dixerit ipſam Circi partem Dioſcuris ſacram feciſſe Conſtantinum, qui cum Byzantium inſtauravit, Chriſtianus erat, licet id velle videantur verba Zozimi. Utcumque ſit, conſtat eundem Auguſtum Circum a Severo inchoatum abſolviſſe: præſertim vero τὸ ἓν μέρος τῆς βαθμίδων, τ' δύο περιπάτων, καὶ ἄνω τῆς καγκέλων, καὶ τὸν σφενδόνα, καὶ τοὺς καμπτῆρας. *Unam partem Graduum, & Porticuum & ſuperiorum Cancellorum, præterea Sphendonem, & Flexus, & Factionum ſedes.* Ita Codinus & Glycas. Sed & ſcriptor ineditus a Lambecio laudatus: Τὸ δὲ τοῦ Βυζαντίου ἱππικὸν ἔκτισε Σεβῆρος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς φησὶ θεράπειαν Βυζαντίων, ὅπερ οὐκ ἔφθασε τελειῶσαι, ἐξ διέμεινεν ἀτέλεστον μέχρι Κωνσταντίνου, — ὃς κτίσας τὴν πόλιν μετωνόμασε Κωνσταντινούπολιν, ἣν καὶ κοσμήσας χαλκουργήμασι, καὶ τὸ ἱππικὸν ἀνεπλήρωσας, ὡρῶτος ἐπετέλεσεν ἐν τῇ γενεθλίῳ τῆς πόλεως τὸν ἱππικὸν ἀγῶνα, ἤτις τελεῖται ιά. ἡμέρᾳ Μαΐου. Sic autem deſcribitur Hippodromus Conſtantinopolitanus a Corippo lib. 1. n. XVII.

> *Ipſe ingens Circus, plenus ſeu circulus anni,*
> *Clauditur in teretem longis anfractibus orbem,*
> *Amplectens geminas æquo diſcrimine metas,*
> *Et ſpatium mediæ, quo ſe via pandit, arenæ.*

Variis porro incendiis labefactatum, ac ignis injuriam paſſum Hippodromum Conſtantinopolitanum tradunt ſcriptores: ac primo quidem anno XII. Arcadii, quo conflagrarunt portæ Circi cum Prandiara, & adjacentes Porticus, ut eſt in Chronico Alexandrino pag. 715. E. R. rurſum eo quo Zeno Auguſtus obiit anno, *bello plebejo inter Byzantios orto, pars urbis plurima atque Circi igne conſumpta fuit*, ut auctor eſt Marcellinus Comes. Deinde ſub Anaſtaſio anno ſexto, dum agerentur *Edit. Pariſ.* Circenſes ludi ſeditione orta, Factiones ignem *pag. 103.* conjecere in Chalcem Circi, quo conflagravit totus ambitus uſque ad Imperatoris Tribunal, ut eſt in eodem Chronico Alexandrino p. 761. E. R. Quarto denique ſub eodem Anaſtaſio, anno Imperii decimo ſexto, *ſeditione in Circo facta, gradus Circi ſeptentrionalis ſuo cum fornice incenſi collapſique ſunt*, apud Marcellinum Comitem. Situm porro Hippodromi Conſtantinopolitani deſcribit præterea Benjaminus Tudelenſis in Itinerario ex verſione Ariæ Montani pag. 29. *Templi muris proximus locus eſt ad regios ludos conſtructus, ubi quotannis per Jeſu Chriſti natalitium diem eduntur ſpectacula; oſtenduntur que ibidem omnes formæ hominum orbis totius omnibus habituum generibus coram Rege & Regina. Producuntur etiam in ſpectaculum leones, urſi, pardi, aſinique ſilveſtres, qui pugnam inter ſe committunt; & aves quoque in eundem modum: neque exiſtimo in ulla orbis regione hujuſmodi magnificos ludos ſpectari.* Et Chriſtophorus Bondelmontius: *Extra igitur Eccleſiam ad Meridiem, in platea, columna ſeptingentorum cubitorum alta, cujus in capite Juſtinianus æreus equeſter habetur, & pomum cum læva tenens, ad Occidentem cum dextra minatur, & juxta hanc ſex columnæ marmoreæ erectæ magnæ videntur ſeriatim. Ultra vero has ad Meridiem Hippodromus deſcenditur, quod Latine Equi curſus appellatur. In hoc autem ſpatio nobiles coram luſtrabant populo, & duella atque torniamenta parabantur*, DC LXXX. *etiam magnitudine brachiorum*, & CXXXIV. *ampliatur*, &c.

I. Hippodromi Conſtantinopolitani partes variæ recenſentur a ſcriptoribus, ac primum PORTÆ, quas conflagraſſe una cum Prandiara & adjacentibus Porticibus anno duodecimo Arcadii tradit Chronicon Alexandrinum. In ſeditione Victoriatorum Narſes διὰ τῆς θυρᾶς in Hippodromum irruiſſe dicitur apud Theophanem pag. 157. Erant autem non unæ: nam Portam Decimi juxta Cochleam habet idem Chronicon pag. 706. E. R. ad quam cæſum Gratianum Auguſtum tradit, Juſtinæ novercæ inſidiis, ἐν τῷ ἀνέρχεσθαι αὐτὸν εἰς τὸ Ἱππικὸν Κπ. θεωρῆσαι διὰ τοῦ Κοχλίου καὶ τῶν θυρῶν τοῦ λεγομένου Δεκίμου. Videtur etiam alia dicta porta Antiochi. Idem Chronicon, ubi de ſeditione Victoriatorum: ἕτεροι δὲ διὰ τῆς Ἀντιόχου, καὶ τῆς λεγομένης Νεκρᾶς πόρτης (ὥρμησαν.) *Alii in Circum irruperunt per portas Antiochi, & per eam quæ Necra appellatur.* Quod ſi hic porta non intelligitur, ſaltem per hanc Circi partem, quæ vicina fuit Palatio, ſeu ædi regiæ, Antiochi dictæ, factioſos in Circum irrupiſſe dicendum eſt. Poſterioris vero portæ, quam Νεκρὰν vocat Chronicon, meminit præterea Procopius lib. 1. de Bello Perſico cap. XXIV. Δύο ἐπὶ τὸ Ἱπποδρόμιον διὰ τῆς ὁσόδου, ἣ Νεκρὰ καλεῖται, ἐσβάλλει. *confeſtim per portam, quam Necram, ſeu Libitinenſem vocant, irrupit in Circum.* Sic porro dictam ſcribunt Glycas & Codinus pag. 62. E. R. quod in hac ſeditione ea Circi pars, quæ Throno Imperatoris oppoſita eſt, mortuorum cadaveribus oppleta fuerit, unde & Νεκρὰ dici cœpit.

II. PORTICUS, ſeu GRADUS FACTIONUM, in quibus conſiſtebant in Circi ſpectaculis, eadem nomenclatura, qua ipſæ Factiones, donantur. Erant autem quatuor Factiones Circi, nempe Praſina, Ruſſata, Veneta, & Albata. At cum duæ priores unicam poſtmodum confecerint, ut etiam duæ poſteriores, factum inde ut binæ tantum Factiones in Urbe cenſerentur, Praſina ſcilicet & Veneta, quarum partes plebs Conſtantinopolitana ſolebat amplecti. Hinc Procopius lib. 1. de Bello Perſico, & in Hiſt. Arcana: Τοὺς δήμους ἐν τῇ πόλει ἔστι βιαίτους ἐκ παλαιοῦ ἔ Πρασίους diſtinctos ait. Gradus igitur Factionum Δήμοι dicuntur Theophani anno XXVII. Copronymi: ἐλθόντος δὲ αὐτοῦ ἐν τοῖς Δήμοις, *veniente autem illo ad locum ubi Factiones conſiſtunt.* Ἀναβάθραι ἔνθα οἱ Δῆμοι ἵστανται, *Gradus ubi ſtant Factiones*, apud Leonem Grammaticum in Theophilo, & in Conſtantino pagg. 455. 507. E. R. οἱ λεγόμενοι ἐν τῷ Ἱππικῷ Δῆμοι κατέπεσον, οἱ ἀπ' ἐναντίας τ' βασιλικοῦ θρόνου ἐτύγχανον. *Demi in Circo, qui Regio Throno oppoſiti ſunt, corruerunt.* Adde Cedrenum in Lacapeno pag. 631. E. R. Τὰς περιπάτους τῶν μερῶν habet Codinus pag. 29. E. R. Βιαίτους τοῦς, quæ erat a dextra throni Imperatorii, meminit Procopius lib. 1. de Bello Perſico cap. XXIV. Marmoreos porro fuiſſe Gradus hiſce verbis innuit Bondelmontius: *Ab una parte & altera Hippodromi ſedilia gradatim in longitudine ipſius erant marmorea, ubi populus ſedendo omnem ludum comprehendebat.* Tradit Thevetus Gradus Circi ſeptentrionales ſublatos fuiſſe ab Hibraimo Baſſa, cum ſuam domum ædificavit.

III. CANCELLI, ſeu PLUTEI, quibus viri ſpectantes incumbebant, memorantur apud Ammianum lib. XXI. *Poſtridie ludis Circenſibus idem ex adverſo Imperatoris, ubi conſueverat, ſpectans, repentino clamore ſublato, cum certamen inopinatum emitteretur, diffractis cancellis, quibus una cum pluribus incumbebat, cunctis eo in unum excuſſis, læſiſque leviter paucis, in-*

terna compage disrupta, efflasse spiritum repertus est solus. Meminit etiam Codinus pag. 29. Ed. R. ut & Anonymus in Collectaneis pag. 104. τ κογχίλων Hippodromi, supra quos stabant equi quatuor inaurati ex Chio allati sub Theodosio: quorum quidem equorum situm & formam describit Nicetas in Man. lib. III. num. v. Hos esse qui stant supra vestibulum ædis Marcianæ Venetiis, scribit Gyllius lib. II. cap. XIII.

IV. PULPITORUM locum & situm designat Theophanes in Justiniano, ubi de seditione Victoriatorum: Ὁ δὲ Βασιλεὺς — εἰσῆλθεν ἐν τῷ Παλατίῳ, καὶ ἀνῆλθεν εἰς τὰ λεγόμενα Πούλπιτα, ἐπιδὼν τοῦ καθίσματος τοῦ Ἱπποδρομίου, εἰς τὸν τρίκλινον τὸν ἔχοντα τὰς χαλκᾶς θύρας. *Imperator vero — Palatium ingressus, ascendit quæ dicuntur Pulpita, pone thronum Hippodromi, venitque in Triclinium, quod habet portas æreas*. De Pulpitis vero Theatri consulendi Lipsius, Bulengerus, & alii. *Edit. Paris. pag. 104.*

V. COCHLEA, dictus Gradus in Cochleæ modum contortus, per quem Imperator ex Palatio in Circi κάθισμα, seu thronum ascendebat. Procopius lib. I. de Bello Persico cap. XXIV. Ex Παλατίου δὲ Μοῶδος ἐξ᾽ αὐλῆς ἔχων, ἔνθεν δὴ ὁ Κοχλίας ἐπὶ τῆς ἰδίας καθόλου κυκλωτεροῦς ὠνόμασται· *Exivit vero Mundus a Palatio per portam, ubi est Cochlea a forma quam plane rotundam habet, appellatam*. Chronicon Alexandrinum in Justiniano pag. 782. E. R. Ἀνῆλθε ἐξ᾽ τοῦ λεγομένου Κοχλίου εἰς τὰ λεγόμενα Πούλπιτα, ἐπιδὼν τοῦ Καθίσματος τοῦ Ἱππικοῦ, εἰς τὸ τρίκλινον ἔχοντα χαλκᾶς θύρας· *Extemplo ascendit per Cochleam in Pulpita, quæ pone tribunal Circi sunt, in triclinium æreas habens portas*. Erat porro Cochlea juxta portam Decimi nuncupatam. Idem Chronicon in Gratiano pag. 706. E. R. Ἐν τῷ ἀνέρχεσθαι αὐτὸν εἰς τὸ Ἱππικὸν Κωνσταντινουπόλεως διωρῆσαι ἐξ᾽ τοῦ Κοχλίου, κατὰ τὴν θύραν τὴν λεγομένην Δεκίμου· *Dum in Circum CP. ascendit spectaculorum gratia, per Cochleam, ad portam quæ Decimi appellatur*, &c. Ex quo loco emendandus alter in eodem Chronico in Zenone, ubi de cæde Armatii: Καὶ ἐσφάγη εἰς τὸν Κοχλίαν τοῦ Παλατίου, καὶ τὸ Δέκιμον, ὡς ἀνέρχεσθαι εἰς τὸ Ἱππικὸν διωρῆσαι ὁ αὐτὸς Ἁρμάτος· *Et occisus est ipse Armatus ad Cochleam Palatii, juxta Decimum, dum spectaculorum gratia Circum conscendit*. Ubi perperam Δόκιμον editum, quod non advertit editor. Theophanes anno II. Zenonis idipsum enarrans: Καὶ ἐσφάγη εἰς τὸν Κοχλίαν τοῦ Παλατίου, ὡς ἀνήρχετο εἰς τὸ Ἱπποδρόμιον· *Et cæsus in Cochlea Palatii dum in Circum ascenderet*. Et anno VI. ejusdem Zenonis Illum refert pariter cæsum dum εἰς τὸν Κοχλίαν τοῦ Ἱππικοῦ ascenderet. Meminit denique Κοχλίου istius idem Theophanes anno IV. Phocæ.

VI. TRIBUNAL, seu Thronus Imperatoris in Hippodromo, κάθισμα τοῦ βασιλέως, & κάθισμα βασιλικὸν dicitur in Chronico Alexandrino an. VII. Anastasii, & apud Codinum pag. 29. Ed. R. κάθισμα τοῦ ἱππικοῦ. In eodem Chronico ann. V. Justiniani, κάθισμα διωρέας βασιλικοῦ. In eodem Chronico in Constantino pag. 662. & in Julii Pollucis Chronico, κάθισμα τοῦ ἱπποδρομίου. Theophani eodem anno V. Justiniani, Scylitzæ pag. 751. & Leoni Grammatico in Theophilo pag. 449. βασιλέως θρόνος Eunapio, in Ædesio, & Procopio lib. I. de Bello Persico cap. XXIV. θρόνος nudè Leoni Grammatico pag. 507. *Solium* Marcellino Comiti an. I. Justiniani, *Auratum Solium* Corippo lib. II. de Laudibus Justin. Tribunal porro Circi instar illius quod Romæ erat, exstruxisse Constantinum M. docet Chronicon Alexandrinum: Ποιήσας ἐν αὐτῷ (ἱππικῷ) κάθισμα διωρέας βασιλικὰς καθ᾽ ὁμοιότητα τοῦ ἐν Ῥώμῃ ὄντος· *Tribunal ubi Imperator spectaculis intereesset, ad instar illius quod Romæ erat exstruxit*. Meminit idem Chronicon pag. 784. ut & Theophanes, μονοστάτου τοῦ καθίσματος, ubi de seditione Victoriatorum agunt. Sed cur σφενδόνης dicatur Solium Imperatoris in Hippodromo apud eumdem Theophanem an. VI. Phocæ, non plane percipio: ἵνα ἐν ὅσῳ κάθηται ἐν τῷ σφενδόνῃ ἐπὶ ἱπποδρομίας πάσῃ αὐτὸ, ubi Historia Miscella habet *in solio*. Imperatorium porro istud in Circo Tribunal sic describit Christophorus Bondelmontius: *In capite vero Hippodromi viginti quatuor erant altissimæ columnæ, ubi Imperator cum Principibus residebat*. Describuntur eæ a Gyllio lib. II. cap. XIII.

VII. VELUM Circi, habet Chronicon Alexandrinum in Zenone: Ὁ δὲ θειότατος Ζήνων παραχὼν τὸ βῆλον τοῦ Ἱππικοῦ, εὐθέως ἀνελθών, ἐθεώρησε, καὶ ἐδέχθη ὑπὸ τῆς πόλεως· *Religiosissimus Imperator Zeno, velo Hippodromi præbito, statim ascendens, spectavit Circenses ludos, & a civibus receptus est*. Ubi Velum quidam interpretatur *Mappam*, de qua multa alii dixere. Corippus lib. II.

—— *prænuntius ante*
Signa dedit cursor, posita de more lacerna.

Perperam *lucerna* editum, quod non adverterunt viri docti. Igitur παρέχειν τὸ βῆλον, fuerit ludos Circenses præbere, seu *mittere*, uti loquitur Justinianus Nov. CV. Velis etiam fuisse tecta Theatra cap. XVI. quæ *Velaria* vocat Juvenalis Sat. IV.

VIII. EURIPI Circi Constantinopolitani meminit Scylit. in Theophilo pag. 536. E. R. Εὐρίπου τοῦ Ἱππικοῦ, in quo stetisse statuam æream tricipitem ait: Καί τις ἀνδριὰς ἵστασθαι ἐλέγετο τρισὶ δεδυπτύμενος κεφαλαῖς, columnam scilicet, de qua infra agimus. De Circorum Euripis multa habent qui de Circis & Amphitheatris scripserunt.

IX. SPHENDONE, pars fuit Circi extrema, carceribus e quibus emittebantur equi, opposita; unde pro meta sumitur apud Joannem Chrysostomum orat. de Circo: οὐκ ἀπὸ λευκῆς ἐπὶ σφενδόνα μιλιοδρομῶν, *non a linea alba ad sphendonem decurrens*. Nec est quod σφενδόνῃ restituant viri docti, nam σφενδόνα etiam dixit Codinus in Orig. Meursianis pag. 32. ubi ait Constantinum M. καὶ τὸν σφενδόνα, καὶ τοὺς καμπτῆρας, καὶ τοὺς δύμους in Circo perfeciisse. Ita Cedrenus in vita Romuli pag. 147. scribit τὸν ἐπὶ τὰς θύρας καμπτὸν τὴν ἀνατολικὴν, ἤ τὸν ἐπὶ τῇ σφενδόνῃ τῇ δύσει, *flexum* scilicet *qui ad fores est ortum, qui ad fundam occasum*, denotare: quod hisce versibus expressit vetus Poeta: *pag. 105.*

Metarum cogunt circumdare cursibus orbes,
Namque axes gemini ortum obitumque docent.

Chronicon Alexandrin. p. 782. E. R. in Justiniano: Ὥρμησαν ὁ μὲν Νάρσης ἐξ᾽ τῆς θυρῶν, ὁ δὲ υἱὸς Μούνδου ἐξ᾽ τῆς σφενδόνης, καὶ ἄλλοι ἐξ᾽ τοῦ μονοτόρτου τοῦ διωτικοῦ καθίσματος εἰς τὸ πέλμα, &c. *Irruperunt Narses quidem per portas, Mundi vero filius per Sphendonam, alii per portam singularem suggestus Imperatoris in solum circi*. Ita enim πέλμα interpretatur Xilander apud Cedrenum, scilicet *spatium mediæ qua se via pandit arenæ*, ut est apud Corippum. At Theophanes pro μονοτόρτου, habet μονοπάτου. Sphendonem autem hanc in Circo partem dici putant, quod in fundæ speciem sinuetur, contra quam altera quæ apponitur fundæ, quæ ut plurimum extenditur in latitudinem quadratam: ubi & portæ, & Principum sedes erant: Sidonius in Narbone:

Tuncque est janua, Consulumque sedes,
Ambit quam paries, utrinque senis
Cryptis, carceribusque fornicatus, &c.

Porro supplicia crebro de noxiis sumpta in Sphendone Circi docent Chronicon Alexandrinum ann. XIII. Heraclii, Theophanes pagg. 248. 308. E. R. Cedrenus pag. 238. Ed. R. Scylitzes pagg. 599. & 610. Ed. R. Leo Grammaticus pagg. 449. 462. 481. 489. Ed. R. & Nicetas in Andronico lib. II. cap. X. Meminit præterea σφενδόνης τοῦ ἱπποδρόμου Pachymeres lib. IX. cap. XVIII.

X. OBELISCUS, in medio Circo ex The-

baico lapide factus extat, inquit Gyllius lib. II. cap. XI. a Theodosio Magno positus, Valentiniano Aug. IV. & Neoterio Coss. ut est apud Marcellinum Comitem, curante Proculo Præfecto urbi: quod bina etiam indicant illius basi adscripta Epigrammata: ac in latere quidem stylobatæ occidentali istud Græcum, quod etiam legitur in Anthologia lib. IV. cap. XVII. cum hoc lemmate, *ὡς τὸν ἐν Ἱπποδρόμῳ τετράπλευρον κίονα*. Sic autem illud exaratum ajunt.

ΚΙΟΝΑ . ΤΕΤΡΑΠΛΕΤΡΟΝ . ΑΕΙ . ΧΘΟΝΙ .
ΚΕΙΜΕΝΟΝ . ΑΧΘΟC .
ΜΟΤΝΟC . ΑΝΑΣΤΗΣΑΙ . ΘΕΤΔΟCΙΟC .
ΒΑCΙΛΕΤC .
ΤΟΛΜΗCΑC [a] ΠΡΟΚΛΟC . ΕΠΕΚΕΚΛΕ-
ΤΟ . ΚΑΙ . ΤΟCΟC ΕCΤΗ .
ΚΙΩΝ . ΗΕΛΙΟΙC . ΕΝ . ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ .
ΔΤΟ .

[a] Πρόκλῳ *Anth.*

Describuntur iidem versus Græcia Jacobo Sponio in Itinerario, ubi pro C semper habetur S Latinum. In latere orientali, Latinum Epigramma paululum exesum sic legitur:

DIFFICILIS. QVONDAM. DOMINIS. PARERE.
SERENIS.
IVSSVS. ET. EXTINCTIS. PALMAM. PORTARE.
TYRANNIS.
OMNIA. [b] THEODOSIO. CEDVNT. SVBOLIQVE.
PERENNI.
TERDENIS. SIC. VICTVS. EGO. [c] DOMITVSQVE.
DIEBVS.
IVDICE. SVB. PROCLO. [d] SVPERAS. ELATVS.
AD. AVRAS.

[b] Theud. *Grut.* [c] Duobusq; *Gyll.* [d] Sublimes *Gyll.* Rursus sum *Grut.*

Ita Bondelmontius legit, ex quo suppleri possunt lacunæ ejusdem inscriptionis apud Gyllium & Dousam. Obelisci altitudinem sic describit idem Bondelmontius: *Agulia ex uno lapide in quatuor æneis taxillis in altum erecta cernitur cubitorum* XXIV. Gyllius de eodem Obelisco: *Supra basim extant quatuor tesseræ æneæ, quibus in quadrum dispositis totus Obeliscus sustinetur: cujus quidem quadrati singula latera ima lata sunt circiter sex pedes, ab imo ad summum scalpta notis Ægyptiacis.* Pluribus vero & basim, & basi insculptas figuras eodem loco describit Gyllius. Huic impositam olim pilam æneam testatur Nicetas Paphlago in Vita S. Ignatii Patriarchæ Constantinopolitani, quæ terræ motu sub Michaele Theodoræ filio corruit, pag. 715. ed. MDCXVIII. Ἀλλὰ ἐκ τοῦ τετραπλεύρου μοσχλίδα τίνος ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ τὸ ἐπὶ τῆς κορυφῆς ἐσυλωμένον χαλκοῦν σφαίριον βαρύτατον ὄν, ὡς περ ῥοπάτῳ σωιτρίβη ποσόν· Sed & quadrilateræ unico confectæ lapide in Hippodromo stantis columnæ imposita pila ænea, quæ gravior erat, longius excussa confracta est. Scribit Codinus Μονόλιθον advectum Athenis a Proclo Patricio, sub Juniore Theodosio, fragmentum fuisse, seu ἀπόλασμα τῆ ἱσταμένης ἐν τῷ Ἱππικῷ, id est, Obelisci Hippodromi Sed evidenter fallitur, cum Theodosio Juniori adscribit, quod senioris fuit. Vide præterea quæ de Obelisco adnotamus ad Alexiadem pag. 422. Ed. R. & de eadem observat Jacobus Sponius in in Itinerario tom. I. pag. 252.

XI. COLOSSUS structilis, etiamnum extat in medio Hippodromo, (verbis utor Gyllii lib. II. cap. 12.) Obelisco altior, ex lapidibus quadratis factus, olim æreis tabulis vestitus ferro colligatis, ut apparet ex foraminibus, non modo in scapo, sed etiam in basi remanentibus: in quæ quidem foramina tegulæ ferreæ insitæ erant plumbo confirmatæ. Tres gradus hujus basi adjuncti sunt: primus a terra altus est duos pedes; secundus pedem & octo digitos: tertius tantumdem. Basis est marmor quadrilaterum altum septem pedes & tres digitos, cujus latera singula lata decem pedes & dodrantem. In illius basi hi leguntur inscripti versus, qui renovatum docent a Constantino Porphyrogenito, Romani parente:

ΤΟ . ΤΕΤΡΑΠΛΕΤΡΟΝ . ΘΑΤΜΑ . ΤΩΝ .
ΜΕΤΑΡΣΙΩΝ .
ΧΡΟΝΩ . ΦΘΑΡΕΝ . ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ .
ΝΤΝ . ΔΕΣΠΟΤΗΣ .
ΟΤ . ΡΩΜΑΝΟΣ . ΠΑΙΣ . ΔΟΞΑ . ΤΗΣ .
ΣΚΗΠΤΟΤΧΙΑΣ .
[e] ΚΡΕΙΤΤΟΝ ΝΕΟΤΡΓΕΙ . ΤΗΣ . ΠΑΛΑΙ .
[f] ΘΕΩΡΙΑΣ .
Ο . ΓΑΡ . ΚΟΛΟΣΣΟΣ . ΘΑΜΒΟΣ . ΗΝ .
ΕΝ . ΤΗ . ΡΟΔΩ .
ΚΑΙ . ΧΑΛΚΟΣ . ΟΤΤΟΣ . ΘΑΜΒΟΣ . ΕΣΤΙΝ .
ΕΝΘΑΔΕ .

[e] Ita Douza, non Κρείττων ut Gyllius & Gruterus. [f] Male Grut. συμφορίας.

Edit. Paris. pag. 106.

Id est: *Quadrilaterum hoc rerum sublimium miraculum, tempore corruptum, Constantinus nunc Dominus, cujus filius est Romanus, gloria Imperii, excellentius renovat quam olim visebatur. Colossus enim miraculo erat in Rhodo: & æs hoc stupori est hoc loco.* Videtur autem Colossus innui apud Codinum, scribentem Circi eam partem quæ μίχρι τοῦ χαλκοῦ κίονος τοῦ τετραπλεύρου πιδινὸν τόπον fuisse. Quid vero sit τετράπλευρον, docet inprimis Theon Alexandrinus de Verbis Geometric. τετράπλευρον ἐπίπεδόν ἐστι σχῆμα τὸ ὑπὸ τεσσάρων εὐθειῶν περιεχόμενον, τεσσάρας ἔχον γωνίας. Obelisci denique altitudinem hisce, ni fallor, exaravit Bondelmontius: *Ultra in altero ex multis lapidibus agulia confecta* LVIII. *cubitorum erigitur.*

XII. QUATUOR COLUMNÆ Hippodromi, eæ scilicet quæ in area erectæ stant, binæ binis oppositæ, τετρακίονες dicuntur Theophani anno V. Phocæ, quo loco scribit a duarum Factionum principibus, quos Δημάρχους vocat, Ptisci & conjugis Domentiæ Phocæ filiæ λαυράτα ἐν τοῖς τετρακίοσι, σὺν τοῖς βασιλικῶν λαυράτων, *imagines laureatas cum laureatis imaginibus Imperatoris fuisse positas ad quatuor columnas.* Videntur autem eæ de quibus ita Bondelmontius, ubi de Circo: *Ultra denique in fine humilis muri hujus quatuor humiles columnæ marmoreæ videntur erectæ, in quibus Imperatrix præminebat ad festum.*

XIII. COLUMNAS septem, quæ recto ordine cum obeliscis & colosso in mediam Circi longitudinem procedebant, describit Gyllius lib. II. cap. XIII. atque æream illam potissimum, striatam, non quidem canaliculis, sed spiris trium serpentum inter se circumplicatorum; non sursum versus directis, sed tortis in modum tororum, quos valde eminentes exprimunt magni funes, & desinentibus in caput triceps trium serpentum, quorum capita in triquetram formam disposita longe eminent supra columnæ torosum scapum: supra quos olim tripodem illum Delphicum fuisse existimat, quem in Circo posuisse Constantinum M. tradunt scriptores, ex Herodoto. Istius columnæ meminit Bondelmontius: *Ultra hunc lapidem tres æneos serpentes in unum videmus oribus apertis, a quibus, ut dicitur, aqua, vinum, & lac ab eis exibat diebus justantium.* Ita nugas suas exteris venditabant Græculi. De hac etiam columna sic Thevetus: *En la place où est cet Hippodrome, y a de fort belles colomnes antiques, toutes de marbre, magnifiquement ornées, qui estoient les limites des Courses. Entre autres y en a une de cuivre faite en forme de serpent ayant trois testes. Munster en sa Cosmographie monstre bien que ceux qui lui ont donné des memoires de cette Colomne se moquoient bien de lui, lors qu'il lui faisoit accroire, que ladite Colomne est faite d'une seule pierre, ayant en sa hauteur* XXVI. *brasses, chose mal considerée à lui veu qu'elle n'en a pas six.* Ejus figuram exhibet idem Thevetus.

XIV. PHIALA HIPPODROMI, ad quam stetit Irenes Athenienſis Leonis Chazari uxoris statua, ab Constantino filio posita, memoratur a Codino pag. 62. Ed. R. Est autem Phiala, Φιάλη, aquarum receptaculum, fons, &c. unde Φιάλη ἐκκλησίας, apud Pachymerem lib. VII. cap. VII. fons qui in Ecclesiæ atrio erat dicitur. Vide quæ in Descriptione ædis Sophianæ de Phiala annotamus.

XV. Compluribus ſtatuis ac ſimulachris Roma & aliunde advectis exornatum fuiſſe a Conſtantino Hippodromum tradunt paſſim ſcriptores, quarum pleraſque a Francis poſt captam urbem conflatas ſcribit Nicetas in Fragmento apud Lambecium ad Codinum pag. 167. Ed. R. Has inter recenſentur & deſcribuntur, JOVIS ſtatua, ab Anonymo in Collect. pag. 104. TRIPUS APPOLINIS Delphici, ipſius Apollinis ſimulachrum continens, a Zozimo lib. II. pag. 687. Euſebio lib. III. de vita Conſtant. cap. LII. Socrate lib. I. cap. XVI. Sozomeno lib. II. cap. IV. Niceph. Call. lib. VIII. cap. XXXIII. Codino pag. 30. Ed. R. Paul. Diac. lib. II. Hiſt. Miſc. pag. 316. Vide Gyllium lib. II. cap. XIII. & ſupra ubi de foro Arcadii. CASTORIS ET POLLUCIS ſtatuæ, a Zozimo lib. II. pag. 687. E. R. HERCULIS STATUA ærea, Lyſimachi opus, a Porphyrogenito lib. II. de Themat. cap. III. Niceta in Alexio lib. III. num. IV. Codino in Orig. pag. 62. ed. Meurſ. Svida v. *Βασιλική*, & in Nicetæ Fragmento apud Lambecium ad Codinum pag. 167. Ed. R. APER CALYDONIUS ære conflatus, a Scylitze in Alexandro p. 608. E. R. & Niceta in Alexio lib. III. numer. IV. THESAURI Dei ſtatua, a Codino pag. 31. Ed. R. MINERVÆ, a Codino pag. 29. E. R. & Anonymo pag. 100. DIANÆ ſtatua, ad quam Palæſtritæ exercebantur, a Codino pag. 29. Ed. R. & Anonymo in Collect. pag. 104. LUPÆ & HYENÆ ſimulacra ærea, a Niceta in Andronico lib. II. num. XII. & Codino pag. 30. E. R. SCYLLÆ & CHARYBDIS, a Codino pag. 29. E. R. & Anonymo pag. 100. STATUÆ fatidicæ complures, a Codino pag. 30. 31. Edit. Reg. QUATUOR EQUI inaurati, de quibus mox. AUGUSTI Imperatoris ſtatua, a Codino pag. 29. E. R. & Anonymo in Collect. pag. 100. DIOCLETIANI ſtatua a Codino pag. 29. Ed. R. & Anonymo pag. 103. GRATIANI, Valentiniani, & Theodoſii; præterea Firmiliani nani, a Codino pag. 29. E. R. JUSTINIANI equeſtris ſtatua, cujus inſcriptio habetur lib. IV. Anthol. cap. IV. Epigr. I. JACOBI Cilicis cognomento Pſychriſti, *medicinæ artis peritia* clariſſimi, Leone M. imperante, ut eſt apud Marcellinum Comitem pag. 34. ſtatua, de qua Chronicon Alexandrinum ad an. X. Leonis. PLATONIS Eunuchi Cubicularii, qui ſub Baſiliſco vixit, a Svida in *Προκόπιος*, & Codino. Vide ædem S. Procopii. Extant in Anthologia lib. V. pag. 398. Chriſtodori Thebani Coptitæ, & aliorum Epigramniata in ſtatuas Athletarum, quæ ſtetere in Hippodromo, cum hoc lemmate: *εἰς τὰς ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ Κωνσταντινουπόλεως εἰκόνας τῶν Ἀθλητῶν*. Ii ſunt Porphyrius Africanus, Calliopes, Fauſtinus, Conſtantinus, Julianus Tyrius, Uranius, & Anaſtaſius. Pleraque vero horum Epigrammatum Chriſtodori eſſe docet Svidas in V. *Ζώξιππος*. *Nunc*, ait Gyllius lib. II. cap. XIII. *Circus Conſtantinopolitanus friget omnibus ornamentis ſpoliatus, nuperque exædificari cœptus eſt, quod me ſpectantem dolore affecit*, &c. Atque hactenus de Circo ſeu Hippodromo Conſtantinopolitano.

XVI. Extitit præterea Circus alius, Xylocircus appellatus, ad ſanctum Mamantem, in Stheni ripa, exſtructus, de quo Leo Grammaticus p. 468. E. R. Cedrenus, & Glycas, in Michaele. Meminit etiam *ἱππικῆς τῆς ἁγίου Μάμαντος* Theophanes p. 363. 398. E. R. & ex eo Hiſtoria Miſcella lib. XXII. & Anaſtaſius. Inde leonem æreum & draconem, ac ſelectiora marmora exportaſſe Crumum Bulgarorum Regem, cum urbem obſideret, Leone Armenio imperante, auctor eſt idem Theophanes p. 427. E. R. Anonymus poſt Theophanem editus p. 433. E. R. & Leo Grammat. p. 446. E. R. Neque alius eſt a Circo, quem Ξυλόκιρκον appellat auctor Chronici Alexandrini an. II. Leonis, ubi de cæde Genſerici filii Attilæ: *Καὶ ἦσπάλθεν ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ εἰς Κωνσταντινούπολιν, ἱππικοῦ γενομένου, καὶ ἐπόμπευσε διὰ μέσης, καὶ ἀπηνέχθη εἰς τὸ ξυλόκιρκον, καὶ ἐπάγη ἐν ξύλῳ, καὶ ἐξῆλθε πᾶσα ἡ πόλις εἰς θέαν αὐτῆς ἐπὶ ἡμέρας ἱκανάς*. Ubi obſervanda vox, ξύλθι, erat enim *Xylocircus* extra urbem, ut & ædes S. Mamantis, qui non alius fuit ab eo quem Conſtantinus M. priuſquam Byzantium adornaſſet, aſſeribus & lignis compactum extra urbem ſtatuerat, ut auctor eſt Sozomenus lib. VIII. cap. XXII. Ab hoc Circo *Xylocercetæ* appellati olim *Joannitæ*, ſeu Joannis Chryſoſtomi ſectatores, quod Joanne Eccleſia ſua depulſo, conventus agerent extra urbem *in Xylocirco*, uti obſervatum a nobis in Deſcriptione S. Sophiæ numer. III. Sed & inde *Xylocirci porta* nomen ſumpſit, quod etiam ſupra indicavimus. Poſtmodum vero Leo Macela exſtructo templo ipſo S. Mamantis, Palatium pariter & Hyppodromum ſeu Circum ibidem ædificavit, id eſt, uti ſentio, ex ligneo lapideum fecit. Codinus in Orig. *τὸν ἅγιον Μαμαντα ὁ Λέων Μάκελλης ἀνήγειρε*, —— *ἐν ᾧ ὁ Βασιλεὺς καὶ παλάτια ἔκτισε, καὶ ἱπποδρόμιον, ἐν ᾧ οἱ βασιλεῖς ἡνιόχευον*. Mox addit Michaelem Theophili filium in eo a Baſilio occiſum, quod etiam ab aliis refertur. Statuas aliquot in hunc Circum vel certe in S. Mamantis Palatium, translatas habet Anonymus Combefiſianus in Manipulo editus pag. 7. & 9.

II.

THEATRA, AMPHITHEATRA, LUSORIA, STADIA.

I. THEATRA duo recenſet vetus Urbis Deſcriptio, primum in ſecunda, alterum in decima quarta Regione. Primum *Majus* appellatur in ea quæ MS. aſſervatur in Bibliotheca Cæſarea: *Prima regio, longa ſtum, plana in anguſtum, a Palatii inferiori parte contra Theatrum majus euntibus, dextro latere declivis in mare deſcendit*. Theatrum ante Severi tempora Byzantii extitiſſe teſtantur Herodianus lib. III. & Xiphilinus ex Dione in Severo, uti obſervatum in Deſcriptione veteris Byzantii. Everſum autem reſtituit, & de novo inſtauravit idem Severus, Byzantinis reconciliatus. Cedrenus pag. 251. Edit. Reg. *καὶ Κυνήγιον καὶ Θέατρον αὐτοῖς κατεσκεύασεν*, *& Hippodromum & Theatrum ipſis condidit*. E regione templi Veneris, *κατέναντι τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀφροδίτης*, ut eſt in Chronico Alexandrino pag. 620. Edit. R. quod quidem Theatrum illud eſſe opinor, quod in ſecunda urbis regione ſtetit, quæ intra veteris Byzantii ambitum fuit: hujus enim poſitioni convenit templi Veneris ſitus, quod ſtetit ad littus Propontidis, e regione Chryſopoleos. Nam ſecunda regio ad mare Proponticum deſcendit, ut habet Urbis Deſcriptio, quæ *Theatrum* hoc *Minus* vocat, ad alterius diſcrimen, quod in decima quarta Regione ibidem ſtatuitur: *Secunda regio*, inquit auctor illius deſcriptionis, *ab initio Theatri minoris, poſt æqualitatem ſui, latenter molli ſublevata clivo, mox ad mare præcipitiis abrupta deſcendit*. Theatri Conſtantinopolitani, & Ludorum Theatralium, meminit Marcellinus Comes in Anaſtaſio: *Conſtantio Præfecto urbis, Ludos theatrales meridiano tempore ſpectante, pars in eodem ſpectaculo cerealis parti diverſo cæruleæ occultas præparavit inſidias. Nam enſes ſaxaque in vaſis incluſa fictilibus, eademque arma diverſis pomis deſuper cumulata, ſub theatri porticu ritu vendentium ſtatuit*, &c. Ludorum etiam Theatralium meminit Chronicon Alexandrinum ann. IX. Theodoſii junioris: *Καὶ ἐπετελέσθη Θέατρον, διωρήσαντος Οὐρσου Ἐπάρχου πόλεως* &c. *Celebratique ſunt Ludi Theatrales, illos edente Urſo Patricio*. Et an. XIII. *καὶ ἐπετελέσθη ἱππικὸν ἕνεκα αὐτῶν γάμων*, —— *ὁμοίως καὶ θέατρον τοῦ αὐτοῦ ἱππικοῦ, celebrati ſunt circenſes ludi pro iiſdem nuptiis, ſimiliter & theatrales*. Tametſi an extrema hæc verba ad theatrum proprie ſumptum referri debeant, dubitari poteſt, cum Θέατρον Græcis recentioribus non ſemel dicatur Hippodromus ipſe, ut apud Annam Comne-

Edit. Pariſ. pag. 107.

pag. 108.

nam lib. VI. pag. 174. Edit. Reg. quæ in Theatro, quod a Constantino M. ædificatum ait, ἱπποδρομίας peractas scribit: ἀλλὰ καὶ ἱππικὸν ἀγῶνα δι' αὐτοῦ ἐνεπίμπλασθαι τοῖς διφρηλάταις ἐκέλευσε καὶ τὸ πάλαι τῷ Μεγάλῳ Κωνσταντίνῳ οἰκοδομηθὲν Θέατρον, καὶ καθ' ἑκάστην ἐν τούτῳ παραγίνεσθαι, καὶ τὰς περὶ ἵππων δοκιμασίας ὁρᾶν ἠρέθισεν. *Quinetiam in ejus gratiam unius, certamen equorum curulium apparari committique jussit in Theatro, quod magnus olim construxit Constantinus, & ut quo die hic adesset, equorum domitationes ac probationes inspecturus urgebat.* Neque aliter Θέατρον usurpat Nicetas in Manuele lib. III. nu. V. & in Alexio Ang. lib. III. num. VI.

II. AMPHITHEATRUM Constantinopolitanum, vulgo Κωνηγιον appellatum fuisse plus satis patebit ex infra observandis. Justinianus Novella CXVII. cap. VIII. §. VI. Ἐὰν ἱππικοῖς, ἢ θεάτροις, ἢ κωνηγίοις παραγένηται ἐπὶ τῷ θεωρῆσαι, ubi vetus interpres: *Si Circensibus, aut Theatris, aut Amphitheatris interfuerit spectandum.* Θέατρον Κωνηγιτικὸν, ὃ καὶ Ἀμφιθέατρον, Dio Cassius dixit lib. XLIII. Θέατρον, Κωνήγιον, Ἱππικὸν, apud Theophilum Antecessor. lib. II. tit. XX. §. IV. Unde idem Justinianus Nov. CV. cap. I. Θεατροκωνηγέσια, spectacula & venationes quæ in Amphitheatris exhibentur appellavit. Sed & Κωνηγέσιον, Amphitheatrum Constantinopolitanum nuncupavere scriptores Byzantini. Procopius lib. III. de Bello Goth. Τὸ τῆς πόλεως κωνηγέσιον, ὅπερ καλεῖν Ἀμφιθέατρον νενομίκασι. *Urbis Cynegesium, quod Amphitheatrum appellare consuevirunt.* Ita κωνηγέσιον habet in Historia arcana. *Cynegium* igitur, seu Amphitheatrum Constantinopolitanum ante instauratam a Constantino urbem extitit, a Severo scilicet excitatum. Cedrenus in eodem Severo pag. 252. Ed. Reg. καὶ κωνήγιον καὶ θέατρον αὐτοῖς κατεσκεύασεν, & *Amphitheatrum & Theatrum illis construxit*. E regione Templi Veneris, quod ad Thracem montem excitarat idem Imperator. Chronicon Alexandr. pag. 620. E. R. Κτίσας ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς κατέναντι τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀρτέμιδος κωνήγιον μέγα πάνυ. *Ædificavit idem Imperator e regione templi Veneris amplum omnino Amphitheatrum*. A Maximino ædificatum, Aristide dimetiente, seu Architecto, nescio quo auctore scribunt Svidas & Codinus. Porro Amphitheatra ferarum venationibus potissimum, atque adeo Gladiatorum certaminibus addicta, vel pueris notum. Verum abolitis postmodum ejusmodi gladiatoriis certaminibus, ex Constitutione Constantini Magni, quæ extat in L. 1. Cod. Th. de Gladiatorib. ferarum etiam spectacula sensim fieri desierunt: tametsi legimus ex variis Provinciis subinde feras ad comitatum Principis transductas ex L. II. quæ est Honorii & Theodosii, eodem Cod. de Venat. ferar. Sed & Justinianus ipse, qui ejusmodi *Ferarum spectacula lachrymosa* vocat L. IX. Cod. de Feriis, anno quo primum Consulatum iniit, *viginti leones, triginta pardos, exceptis aliis feris, in Amphitheatro simul exhibuit*, ut auctor est Marcellinus Comes. Constat igitur ex scriptoribus Byzantinis Cynegium, seu Amphitheatrum Constantinopolitanum, labentibus sæculis, non jam ferarum, sed hominum, atque adeo reorum cædibus potissimum destinatum fuisse, adeo ut Svidas & Codinus Cynegium dixerint locum esse, ubi ἐρρίπτοντο οἱ βιοθάνατοι, *projiciebantur qui morte violenta peribant*. Hinc passim legimus Proceres Byzantinos capite truncatos ἐν τῷ Κωνηγίῳ, Κωνηγεσίῳ, vel εἰς τὸ Κωνήγιον, apud Nicephorum Constant. pagg. 128. 174. 1. edit. Theophanem pagg. 352. 369. Edit. Reg. Cedrenum, Zonaram, & alios. *Amphitheatrum* in secunda regione statuitur in antiqua Urbis Descriptione: haud procul a Portu Juliani, seu Novo, qui in tertia extitit, & Magno Palatio, in L. V. quæ est Honorii & Theodosii, Cod. Th. de Calcis coctoribus urbis Romæ & Constantinopolitanæ: *Omnes fornaces per omne spatium, quod inter Amphitheatrum & Divi Juliani portum, per littus maris extenditur, tolli præcipimus, propter salubritatem Urbis amplissimæ, & nostrarum ædium vicinitatem, nec ulli in his locis coquendæ calcis præberi licentiam*. Cynegesium etiam haud procul a Manganorum Monasterio, quod ad urbis angulum extitit, statuit Zonar. p. 55. E. R. tradens Constantinum Monomachum istud Monasterium ædificasse, ut per speciem inspiciendæ structuræ Sclerenam amasiam crebrius inviseret, ἵν' ἐκεῖθεν προσφοιτᾷ συνεχῶς, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Κωνηγεσίου ἐχούσῃ τότε δὴ τὸν κατειλήφει. Deinde ex laudatis Chronici Alexandrini verbis perspicuum est Amphitheatrum intra veteris Byzantii ambitum extitisse, in locis in planitiem explicatis, sub templo Neptuni, ubi stetisse Stadia & Gymnasia Byzantina auctor est Dionysius Byzantius apud Gyllium lib. II. de Bosp. Thrac. cap. II. Ex quibus omnino colligitur non ab hoc Cynegio, sed altero forte, dictam portam terrestrem Cynegii, quæ ad Blachernas fuit.

III. LUSORIA duo Constantinopoli extitisse, ut perinde Theatra duo, auctor est scriptor editus Descriptionis Urbis in Collectione ejusdem: quorum quidem unicum recenset in Regione XIV. At qui asservatur MS. in Bibliotheca Cæsarea, alterum in prima regione statuit, quæ, ut ait, continuit in se *Palatium magnum, Lusorium, Palatium Placidianum*, &c. Sed quid per *Lusorium* intelligatur, non omnino planum est, etsi hujus vocis meminerint scriptores aliquot, atque in iis Lampridius in Heliogabalo: *Stravit sibi triclinium in summo Lusorio*. Salvianus lib. VI. de Gubernatione Dei: *Longum est nunc dicere de omnibus, Amphitheatris scilicet, Odeis, Lusoriis, Pompis, Athletis, Petaminariis*, &c. Et vetus interpres Juvenalis:

Edit. Paris. pag. 109.

Profuit ergo nihil misero, quod cominus ursos
Figebat Numidas, Albana nudus arena
Venator, &c.

In Lusorio Cæsaris juvenis iste ursos sæpe quasi venator occidit. Ex quo loco in Lusoriis ursorum aliarumque ferarum venationes, quas *arenarias* quidam vocant, factas licet conjicere, quod firmat præterea Lactantius lib. de Mortibus persecutorum numer. XXI. ubi de Galerio Maximiano: *Quid Lusorium, vel delicias ejus referam? Habebat ursos ferociæ ac magnitudinis suæ simillimos, quos tecto imperii sui tempore elegerat. Quotiens delectari libuerat, horum aliquem adferri nominatim jubebat. His homines non plane comedendi, sed absorbendi objectabantur: quorum artus cum dissiparentur, ridebat suavissime*, &c. Et numer. XXIV. *Sub obtentu exercitii ac lusus, feris illum objecerat*. At cum in Amphitheatris venationes ejusmodi exercerentur, quæ κωνηγέσια ideo dicuntur Dioni, quasi magis venationi quam gladiatorio muneri sint exstructa, Lusoria ista Constantinopolitana ea fuisse, quæ scriptores Byzantini κωνήγια & κωνηγέσια perinde vocant, liceret existimare, nisi Salvianus loco supra laudato Amphitheatra a Lusoriis diversa extitisse innueret, ut & auctor Descriptionis Urbis, qui in secunda regione Amphitheatrum constituit; tametsi Salmasius ad Lampridium, *Lusorium* idem fuisse quod Amphitheatrum contendat. *Ludorum sedem* vocat Casaubonus, Lipsius vero lib. I. Saturnal. cap. XIV. locum fuisse ait exercendis Gladiatoribus, idque ipsum quod Herodiano, ubi de Commodo, μονομάχων καταγώγιον dicitur. At Passio sanctarum Seraphiæ & Sabinæ numer. III. *Lusorium* cum Theatro videtur confundere: *Præses vero post diem tertium paravit Lusorium trans pontem super Arcum Albini, ubi fieri solebat themela, & jussit officio ut adducerentur Seraphia*, &c. Notum enim quid sit θυμέλη. Martialis lib. I. ad Domitianum:

Qua thymelen spectas, derisoremque Latinum,
Illa fronte, precor, carmina nostra legas.

Et

Et Vitruvius lib. v. cap. VIII. ut cæteros præteream: *Apud eos (Græcos) tragici & comici actores in ſcena peragunt: reliqui autem artifices ſuas per orcheſtram præſtant actiones. Itaque ex eo Scenici & Thymelici Græce ſeparatim nominantur.*

IV. STADIUM in Regione quarta ſtatuit vetus Urbis Deſcriptio. Illius ſitum etiam deſignat ad mare Procopius lib. I. de Ædif. cap. ult. Τῆς γὰρ θαλάσσης ὡς ἀγχοτάτω, ἵνα δὴ στάδιον ὁ χῶρος καλεῖται, ἀγῶσι γάρ, οἶμαι, τὸ παλαιὸν ἀνῃτό τισι. *Propter mare, eo loco qui Stadium, ut equidem cenſeo, idcirco dicitur, quia ludis ac certaminibus olim deſtinatus erat.* Stadia ante inſtauratam a Conſtantino Urbem, Byzantii extitiſſe docet Gyllius in Boſporo Thracio: in Stadio Gelimeris Wandalorum Regis traducta, & in illud illata ſpolia teſtatur Zonaras in Juſtiniano p. 54. E. R. Stadii Conſtantinopolitani meminit S. Gregorius Nazianzenus Oratione XXVII. extrema, Romani vero Procopius lib. II. de Bello Gothico initio. Atque hæc quidem de Circis, Amphitheatris, Theatris & ejuſmodi Luſoriis dicta ſufficiant: modo de Porticibus agemus.

III.

PORTICUS.

SCRIBIT Manuel Chryſoloras tot Porticibus totque tectis ambulacris urbem fuiſſe decoratam, ut cuivis ab imbrium lutive injuria, vel ſolis ardoribus tuto licuerit hanc peragrare: ἐῶ δὲ σκιπασὰς καὶ φρακτὰς δρόμους ἔκ τε πάσης τοτὲ τῆς πόλεως διεκνομένους, ὥστε ἐξεῖναι ἄνευ πηλοῦ καὶ ἀκτῖνος πᾶσαν διιέναι, *omitto etiam tecta & operta ambulacra, quæ per omnem urbem quondam oſtendebantur, ita ut totam ſine luto vel æſtu liceret peragrare.* Eæ interdum duplices erant, id eſt in inferiores & ſuperiores diviſæ. Ad ſuperiores patebat aditus per *aſcenſus*, & *ſcalis lapideis*, ut eſt in L. XLV. Cod. Th. de Operib. publ. Præ cæteris vero eminuit

I. REGIA, Porticus columnis ingentibus ſtatuiſque exornata, quam in quarta Regione ſtatuit vetus Urbis Deſcriptio, exſtructa primum a Conſtantino M. eo loci ubi Rheæ templum olim ſacraverat Byzas. Chronicon Alexandrinum: ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἔκτισε καὶ δύο ἐμβόλους ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τοῦ παλατίου ἕως τοῦ φόρου Θεοδοσίου, κοσμήσας αὐδείοις καὶ μαρμάροις, καλέσας τὸν τόπον τῶν ἐμβόλων Ρηγίων. *Exſtruxit idem Imperator duas porticus a palatii introitu ad forum, ſplendidas, quas ſtatuis & marmoribus exornavit, porticuum loco Regia appellato.* Deinde ſubdit Regiæ adjunctam fuiſſe Baſilicam, concha pariter, & extra, ingentibus columnis & ſtatuis adornatam, quam Senatum nuncupavit, loco vero Auguſtæo dicto. Ex quibus patet binis iſtis porticibus Auguſtæum conſtitiſſe, ſeu potius præcinctum fuiſſe, quas Regias appellari voluerit Conſtantinus: atrium vero ſeu locum patentem, qui inter porticus interjacebat, Auguſtæum dictum, ob matrem Helenam, cui Auguſtæ titulum conceſſerat, & eo in loco ſtatuam poſuerat, ut eſt apud Heſychium Mileſium: ac denique Baſilicam Senatum etiam appellatam. Εμβόλα τῆς Ρηγίας meminit præterea idem Chronicon pag. 778. quam pag. 664. Edit. Reg. τὴν Ρηγίαν τοῦ Παλατίου vocat, Zozimus lib. III. pag. 713. τὴν βασιλέως στοάν, Agathias vero lib. II. Procopius & Menander Protector, locis mox indicandis, βασίλειον στοάν. Cum igitur Baſilicæ ſeu Senatui adjunctæ fuerint Regiæ Porticus, cui proſcenii vicem præbebant, eo confluebant quotquot litibus vacabant aut negotiis aliis, interim dum pateret Baſilica, vel Judices in Conſiſtorium deſcenderent. Tum enim litigantes libris pervolvendis, aut emendis, animum occupabant, cum in ejuſmodi Regiis Bibliopolæ officinas ſuas haberent, libroſque vænum exponerent, quemadmodum hodie videmus in Baſilica Pariſienſi, & adjunctis porticibus uſurpari. Id præ cæteris teſtatur Agathias lib. III. ſub initium, hiſce verbis: ἀλλ' ἐγὼ γε ἥμενος ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ βιβλίδια δικῶν ἀνάπλεα καὶ φραγμάτων ἐξ ἑωθινοῦ μέχρι καὶ εἰς ἥλιον κατάδυντα ἐκμελετῶ καὶ ἀνελίττω. *Ego vero ſedens ad porticum Regiam libellis litibus & negotiis plenis a mane in veſperum uſque tractandis & verſandis ſum occupatus.* Et lib. II. ſub finem, ſcribit Uranium quemdam Syrum ἐπὶ τῆς βασιλείου στοᾶς ἰόντα, καὶ ἐν τοῖς ἔνδον βιβλίων ἥμενον πωλητηρίοις, *ad palatii porticus ventitantem, & in librariorum officinis ſedentem*, inſolentius permulta ſe callere jactaſſe. Id ipſum declarat Menander Protector apud Suidam: ἐπεὶ γὰρ μοι θεμιτὸν ἦν ἀγωνίζεσθαι δίκαις: οὔτε μὲν ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ θαμίζειν, καὶ δεινότητι λόγων τὰς ἔνδον ἐντυγχανόντων οἰκειοῦσθαι φροντίδας. *Neque enim lubet litibus contendere, neque Regiam Porticum frequentare, & orationis vehementia converſantium mentes captare.* Sed & eo pertinent iſta Procopii lib. I. de Ædif. Juſtin. cap. XI. καὶ τὴν βασιλέως στοάν, ἵνα δὴ τὰς δίκας παρασκευάζονται οἵτε ῥήτορες καὶ εἰσαγωγεῖς, καὶ εἴτινες ἄλλοι τὰ ἔργα τάδε ἐπιμελοῦνται; *ad Porticum Regiam ubi lites inſtruunt cauſidici & inſtitutores, ac ſi qui alii rerum ejuſmodi curam ſuſcipiunt.* Et in Hiſtoria arcana cap. XIV. Καὶ στρατιῶται οἱ τὴν ἐν παλατίῳ φρουρὰν ἔχοντες, ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ παρὰ τοὺς διαιτῶντας γενόμενοι, βιαίᾳ χειρὶ τὰς δίκας ἐσῆγον. *Sed & Prætoriani, qui in Palatio cuſtodiæ vacabant, in Porticu Regia, cum iis qui in ea morabantur verſantes violenta manu lites inferebant.* Denique iſta Eunapii in Ædeſio pag. 72. Τὰ πλεῖστα δὲ ἐν δικαστηρίοις, ὥσπερ ὁ Σωκράτης, περὶ τὴν τῆς βασιλείου στοᾶς ἐκινδύνευον. *Qui ferme in foro, uti Socrates, apud Regiam porticum periclitati ſunt.* Ejuſmodi vero cauſidicos qui in *Baſilica*, & Regiis continuo verſabantur, σχολαστικοὺς τῆς βασιλικῆς appellat Cedrenus pag. 338. Edit. Reg. Ex quo emendandus Theoph. pag. 76. E. R. ubi meminit cujuſdam Euſebii σχολαστικοῦ τῆς βασιλίδος Κωνσταντινουπόλεως. Legendum enim βασιλικῆς, uti præferre Codicem Vaticanum monet editor Jacobus Goarus. Sed de hiſce Regiis porticibus quædam præterea adnotamus ubi de Senatu.

II. PORTICUS FORI CONSTANTINI binæ extitere, ab ipſo Conſtantino cocto latere ædificatæ. Nicephorus Calliſti lib. VII. cap. XLVIII. Καὶ δύο ἐμβόλους ὀπτῇ πλίνθῳ πεποιημένους, εἰς σκέπην εἶναι τῆς ὁδοιπόρων. Condidit præterea *duas Porticus cocto latere confectas, ut tecti viatores ſub iis ambularent.* Harum Porticuum altera erat ad dextram, altera ad ſiniſtram, proinde ſibi oppoſitæ. Vetus Urbis Deſcriptio tradit Regionem octavam continere in ſe *partem Fori Conſtantini*, & *Porticum ſiniſtram Taurum uſque*. Zeno Auguſtus in L. XII. Cod. de Ædif. privat. meminit δημοσίων στοῶν ἀπὸ τοῦ καλουμένου Μιλίου ἄχρι τοῦ καλουμένου Καπετωλίου, *publicarum Porticuum a Milio ad Capitolium*. Extitit vero Capitolium in octava Regione. Ad Milium pertinuiſſe has Porticus tradit præterea Nicetas in Iſaacio & Alexio F. numer. II. quas conflagraſſe ait eo incendio, quod capta Urbe a Francis exitatum eſt: Ἠθάλωντο καὶ οἱ τοῦ Δομνίνου λεγόμενοι ἔμβολοι, αἵτε ὑπόστεγοι ἀμφίδυμοι ἄμφοδοι, αἱ ἀπὸ τοῦ Μιλίου ἀρχόμεναι, ὧν ἑτέρα μὲν αὐτὸ παρατείνει τὸ φιλαδέλφιον· σὺν τούτοις δὲ ἡ Κωνσταντίνου ἀγορὰ, καὶ τὰ μεταξὺ πάντα· *In cineres redactæ ſunt Domnini Porticus, & duplices tectæ plateæ, a Milio incipientes, quarum altera ad ipſum Philadelphium pertingit, unaque Forum Conſtantini, & quæ interjacent*, &c. Sed longe antea conflagrarant: legimus quippe apud Marcellinum Comitem in Anaſtaſio, *orto in urbe incendio utramque Porticum a Foro Conſtantini uſque ad Perdicæ tenuiſſimam ſtatuam ignem in*

Edit. Pariſ. pag. 110.

pulverem redegisse. Præterea in seditione Victoriatorum, ut auctor est Procopius lib. I. de Bello Persico: Επὶ τούτοις τε ἅμα αἱ μεγάλαι σταὶ μίχρι τῆς ἀγορᾶς ἀπώλοντο ἡ Κωνσταντίνου ἐπώνυμός ἐστι· *Præterea magnæ simul Porticus quæ ad Forum usque Constantini pertinent*. Quibus consentanea habet Chronicon Alexandrinum an. V. Justiniani: Καὶ ἡ ἁγία Ἀχυλίνα, ἕως τῆς καμάρας τοῦ ἄλλου ἐμβόλου τοῦ Φόρου Κωνσταντίνου ἐκαύθη: *Et ædes sanctæ Aquilinæ, usque ad fornicem alterius Porticus Fori Constantini conflagravit*. Apud Scylitzem pag. 628. E. R. orto sub Constantino Porphyrogenito incendio prope ædem Deiparæ in Foro, ἐπυρβολήθη ὁ ἐμβολὸς ἄχρι τῶν λεγομένων Ψιχῶν, *combusta est Porticus usque ad Psichas*.

III. PORTICUS TROADENSES, vel TROADEÆ, nomen sumpsere a marmore Troadensi, quo exstructæ erant. Marmor autem Troadense appellatum, quod a Troade in Asia, ubi & Ida mons & Paros fuit, unde *Parium marmor*, adveheretur. Illius meminit Lex IX. Cod. Th. de Indulgentiis debitor. At Gyllius lib. IV. cap. VIII. *Troadeas*, ait *appellatas*, quod continerent quippiam ejusmodi, quale Plutarchus in Vita Cimonis tradit continuisse Porticum Variam nuncupatam. Ajunt quippe, inquit, in Porticu olim appellata Pisianactia, nunc vero Pœcile, Polygnotum pictorem Troadas pingentem, Laodicæ faciem in imagine Elpinices fecisse. Binæ hac appellatione extitere Porticus: unde numero multitudinis semper efferuntur. In duodecima Regione statuuntur in Antiqua Urbis Descriptione, quæ *continere in se* dicitur *Portam auream*, *Porticus Troadeas*, *Forum Theodosiacum*, &c. Tradit Hesychius Milesius Constantinum Magnum urbis muros promovisse usque ad Porticus Troadenses: Πόρρω δὲ μετενεγκόντος τὰ τείχη κατὰ τοὺς λεγομένους Τρωαδικοὺς Ἐμβόλους, φράτερον αὐτῷ ἐκ ἔξω τῆς ἐπωνύμου ἀγορᾶς τοῦ Βασιλέως κειμένων, &c. *Muros ultra Troadicas Porticus produxit, cum antea ultra cognominatum ex eo Forum non procurrerent*. Ex eo Codinus: πόρρωθεν καὶ τὰ τείχη μετέστειλε καὶ τοὺς Τρωαδικοὺς Ἐμβόλους, *utramque Porticum Troadensem*, Theodosio Juniore imperante, Zenone & Posthumiano Coss. *turresque portarum utrasque ignis subitus exussit; quarum ruina continuo repurgata, Antiochus Præfectus Prætorio in pristinam erexit faciem*: verba sunt Marcellini Comitis. Altero post anno Urbs magno terræ motu concussa, magnam labem accepit ἀπὸ τῶν λεγομένων Τρωαδησίων Ἐμβόλων, ἕως τοῦ χαλκοῦ Τετραπύλου, *a Porticibus Troadensibus, usque ad æreum Tetrapylum*. Corruere tandem alio terræ motu, Zenone imperante. Idem Marcellinus Comes: *Urbs regia per quadraginta continuos dies assiduo terræ motu quassata magnopere sese afflicta deplanxit. Ambæ Troadenses Porticus corruerunt, aliquantæ Ecclesiæ vel scissæ sunt, vel collapsæ*. Verum rursum instauratæ sunt: narrat quippe Chronicon Alexandrinum Phocam, Imperatorem renuntiatum, Urbem ingressum διὰ τῆς χρυσῆς πόρτας, ἐκ τῶν Τρωαδησίων Ἐμβόλων, καὶ τῆς Μέσης ὅλης, ἕως τοῦ Παλατίου· *Per Auream portam & Porticus Troadenses, & Mediam plateam, usque ad Palatium*. Cum vero hæ Porticus vicinæ fuerint Foro Theodosiaco, vero est similes has intellexisse Anonymum in Collectaneis Antiq. Constantinop. pag. 97. E. R. ubi ait Leonem M. Marciani & Pulcheriæ statuas ἐν τοῖς Θεοδοσιάνοις ἐμβόλοις posuisse.

IV. PORTICUS EUBULI quatuor conditæ fuere ab Eubulo, uno e duodecim Senatoribus, quos Roma Byzantium adduxit Constantinus Magnus. Codinus: ἔκτισε δὲ ὁ αὐτὸς καὶ τέσσαρας Ἐμβόλους ἀπὸ τοῦ Παλατίου μέχρι τῶν χερσαίων τειχῶν, *condidit & quatuor Porticus a Palatio usque ad muros terrestres*. Floruit etiam sub Theodosio Juniore Eubulus Præfectus Prætorio Illyrici sub an. Chr. CCCCXXXVI. ut ex Codice Theodosiano docemur, L. ult. de Cohortal, & L. CLXXXVII. de Decurionib. a quo potius has Porticus ædificatas censuerim. Nam quæ de duodecim Senatorum Romanorum nominibus ac familiis nugantur Græculi inferioris ævi, vix fidem merentur, etsi complures Senatores cum Constantino Roma Byzantium migrasse in confesso sit.

V. PORTICUS FANIONIS collocatur in Regione quarta in veteri Urbis Descriptione.

VI. PORTICUS DOMNINI, occurrunt in Chronico Alexandrino sub ann. XII. Arcadii: καὶ ἰσύρη ἡ καρῦχα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς πρώτης ῥιγιῶνος, ἕως τῶν Δομνίνου ἐμβόλων, & *tracta est illius* (Præfecti urbis) *caruca a prima regione usque ad Porticus Domnini*. Ædem S. Anastasiæ ἐν τοῖς Δομνίνου (ita præfert Codex Theophanis Peirescianus, non Δομνίνου, ut editus) ἐμβόλοις stetisse alibi observamus. Ædes vero Anastasiana in septima regione collocatur in veteri Urbis Descriptione. Unde conficitur Domnini Porticus in eadem regione pariter statui debere. Has tradit Nicetas in Isaacio Angelo & Alexio F. n. 11. conflagiasse, excitato post captam a Francis urbem incendio: ἐθάλοντο καὶ οἱ τῶν Δομνίνου λεγόμενοι ἐμβολοι, *conflagrarunt & Domnini Porticus*. *Domninum* ait Codinus unum fuisse e duodecim Senatoribus qui Roma Byzantium cum Constantino migrarunt, & ab eo exstructam domum εἰς τὰ Μαυριανοῦ, quam, inquit, tenet Agricolaus. Domnini Episcopi Marcianopolitani sub Valente meminit Philostorgius lib. IX. cap. VIII. *Domnini* natione Syri, qui magna apud Valentinianum Juniorem familiaritate & auctoritate valuit, Zozimus lib. IV. pag. 766. E. R. *Domnini*, qui Justino Thrace imperante Prætorium instauravit & exornavit, Anthol. lib. IV. pag. 360. edit. Henr. Stephani: Domnini denique Antiocheni Patriarchæ, qui quintæ Synodo interfuit, Evagrius lib. IV. c. XXXVIII.

VII. PORTICUS ARGENTARIORUM, quæ *Argyropratia*, τὰ Ἀργυροπρατεῖα, dicta, locus fuit ubi Argentariorum erant officinæ. Hujus meminit Theophanes in seditione Victoriatorum, ubi & situm designat, scribens Factiones ignem immisisse in Prætorium, quo Porticus a fornice Fori usque ad Chalcem, Ἀργυροπρατεῖα, & tractus Lausi perierunt. Quo loco Chronicon Alexandrinum habet: ὁ Ἔμβολος ὅλος τῶν Ἀργυροπρατείων, *tota Porticus Argentariorum*. *Vicum Argentarium* dixit sanctus Augustinus lib. VII. de Civitate Dei cap. IV.

VIII. PORTICUS CARIANA, seu in Cariani tractu, in Blachernis, ædificata fuit a Mauricio Augusto an. V. qui in ea a pueris ad susceptum usque imperium gesta depingi curavit. Theophanes & ex eo Cedrenus: Ὁ δὲ Μαυρίκιος ἔκτισε τὸν Καριανὸν ἔμβολον ἐν Βλαχέρναις, ὑπογράψας ἐν αὐτῷ δῆθεν ζωγράφων τὰς ἑαυτοῦ ἐκ παιδόθεν φράξεις μέχρι τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Errat porro Allatius in Dissertat. de Recentiorum Græcorum templis pag. 170. qui hanc Porticum Blachernensis ædis fuisse censuit.

IX. PORTICUS LEONTII meminit Anonymus in Collectaneis Constantinopol. pag. 98. *pag. 112.* in qua ait stetisse admirabilem Valentiniani Junioris statuam: Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ νεωτέρου ἐν τοῖς Λεοντίου ἐμβόλοις ὑπῆρχε σὺν θαυμασίῳ, ἔνθα Ζήνων τὰς ἐποψίας ἐποιεῖτο, &c.

X. PORTICUS MAMMIANI, seu Regias duas marmore Præconnesio a Mammiano Senatore in urbe extructas, Zenone imperante, nomenque illius servasse, auctor est Evagrius lib. III. c. XXVIII. ex Joanne Rhetore, in quarum medio Tetrapylum excitatum erat. Has sua ætate vix superfuisse scribit idem Evagrius, quem consule, si plura cupis.

XI. PORTICUS SIGMA appellata, a formæ similitudine nomen accepit, ut est in antiqua Urbis Descriptione, ubi in Regione tertia statuitur, quæ præter alia ædificia

Edit. Paris. pag. 111.

continebat *Porticum semirotundam, quæ ex similitudine fabricæ Sigma Græco vocabulo nuncupabatur*. Nomenclaturæ rationem attigit etiam Cedrenus in Nicephoro Generali pag. 475. E. R. *ὑπέδειξεν αὐτῷ τὸν ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ, ὃν νῦν λέγεται Σίγμα, θησαυρὸν ἀνακτιδίντα δι' ὀρθομαρμαρώσεως, demonstravit ei thesaurum in semicirculo, quem Sigma hodie vocant, abditum intra marmoream structuram.* Ita *ἡμίκυκλον τοῖχον* in opposito Byzantinæ urbi Asiatico littore excitatam refert Philostratus lib. 1. Icon. pag. 749. unde colligitur *Sigma* accipiendum, non uti veteres Græci hanc litteram efferebant (Σ) sed uti posteriores, instar litteræ C. efficiam, ut in nummis & inscriptionibus istorum seculorum passim observare est. Nam etsi litteram C. vetustiorem Σ. ex quodam Agathonis apud Athenæum loco existimarit Spanhemius in dissert. 11. de Nummor. præstant. inter eruditos jam pro certo habetur litteram C. pro Σ. vix usurpatam reperiri ante Domitiani tempora, a quibus sane adeo illius invaluit usus, ut non modo prioris Σ vestigia vix servent nummi & Græcæ inscriptiones; sed etiam *Sigmatis* nomen Latinæ litteræ C. attribuerint. Porticum hanc extruxit Julianus Imperator juxta Portum a se conditum, & de suo nomine appellatum, in eadem, qua Sigma extitit, regione, id est tertia, ut auctor est Zozimus lib. 111. pag. 713. *Καὶ τοῖχον σιγματοειδῆ μέλαν, ἣ δ' ἐθέατο, ἐπὶ τὸν λιμένα καταγαγών, & Porticum, sigma potius litteram referentem, quam rectam, ad Portum deducentem*. Codinus vero pag. 44. E. R. ait extitisse a Constantino M. extructam longam Porticum, ubi postmodum Sophiæ Palatium ædificatum est Justino imperante, in qua Athenienses, Thebani cæterique e Græcia Philosophi cum Constantinopolitanis de rebus Philosophicis differebant: quæ quidem alia non fuit a Sigmatis Porticu, quam temere, ut pleraque recentioris ætatis ædificia Constantino Magno adscribit. In ea Porticu statuam Theodosii Junioris posuisse Chrysaphium Eunuchum & Cubicularium auctor est idem scriptor. Haud procul a Peribleptæ Monasterio & Foro collocatur a Scylitze, ubi de Michaele Calaphate excæcato p. 752. E. R. *Καὶ ἁρπάσαντες ἐκεῖθεν αὐτὸν, ἕλκον διὰ τῆς ἀγορᾶς ἀπὸ τῶν ποδῶν, καὶ ἄνωθεν τῆς Περιβλέπτου μονῆς, ἐν τῷ καλουμένῳ Σίγματι ἀγαγόντες, ἀποτυφλῶσι καὶ ἄμφω. Indeque eos abreptos per forum pedibus trahunt usque ad locum cui Sigma nomen, supra Peribleptæ monasterium, ibique oculos eruunt*. Zonaras in eodem Michaele: *οἱ δ' ἦκον περὶ τὸ Σίγμα, τόπος δ' ἐστὶ κεκλιμένος τοῦτο*, &c. Joel p. 183. *κατὰ τὸν λεγόμενον Σίγμα*. Ex quibus colligitur tractum urbis vicinum Sigma appellatum: unde ædem Deiparæ, & ædem S. Stephani in Sigmate stetisse alibi observamus. Duas Porticus *σιγματοειδεῖς* memorat Codinus, ædificatas eo loco ubi olim stabulum fuerat Imperatoris Constantini M. Σίγμα in Palatio, ut videtur, excitasse Theophilum Imperatorem auctor est Leo Grammaticus pag. 455. Edit. Reg.

XII. PORTICUS NOVA, ita nuncupata, ad S. Mamantem ædificata fuit a Leone M. Chronicon Alexandrinum pag. 748. Edit. Reg. *Καὶ φοβηθεὶς Λέων ὁ Βασιλεὺς ἐξῆλθε πέραν εἰς τὸν ἅγιον Μάμαντα, καὶ ἐποίησεν ἐκεῖ λιμενίσκον, καὶ ἔμβολον, ὅτις οὕτω καλεῖται ὁ τόπος, Νέος ἔμβολος, territus Leo Imperator ad littus Freti se contulit ad S. Mamantem, & ibi fecit Portulum, & Porticum, qui locus ita vocatur hodie Nova Porticus*. Eadem porro videtur, quam extra Blachernianos muros collocat idem Chronicon, & Heraclio imperante ab Armeniis igne consumptam narrat pag. 904. Nam S. Mamantis ædes a Blachernis haud multum abfuit: *ἐξῆλθον δὲ καὶ οἱ Ἀρμένιοι τὸ τεῖχος Βλαχερνῶν, καὶ ἔβαλον πῦρ εἰς τὸν ἔμβολον τὸν παρὰ τοῦ Νικολάου, quin & Armenii eruperunt ex mœnibus Blachernarum, & in Porticum quæ ædi S. Nicolai adjacebat ignem injecere*.

XIII. PORTICUS PRÆTORII præterea memorantur, de quibus quædam a nobis observabuntur, cum de Prætorio agemus.

IV.

MAGNUM PALATIUM, Triclinia & partes Magni Palatii.

I. URBEM regiam exornabant varia Palatia, atque in primis illud quod Imperatorum sedes ac domicilium fuit, PALATIUM, quodque ab amplitudine ac magnitudine MAGNUM PALATIUM appellabant Constantinopolitani. Extitit autem in prima urbis regione, quæ, ut est apud scriptorem Descriptionis Urbis ex Bibliotheca Cæsarea, *longa situm, plana in angustum a Palatii inferiori parte contra Theatrum majus euntibus dextro latere declivis in mare descendit, Regiis, nobiliumque domiciliis clara, continebat in se idem Palatium magnum, Lusorium, Palatium Placidianum, Domum Placidiæ Augustæ*, &c. Quæ quidem Petro Lambecio viro pererudito debemus lib. 11. Commentar. de Bibl. Cæsar. cap. VIII. A Constantino Magno excitatum ad muri littus, structuræ elegantia, amplitudine & triclinionum varietate nullo alio, ac nedum Romano, inferius, tradit Zozimus lib. 11. *Καὶ βασίλεια κατεσκεύασεν ἐν πόλῃ τῆς Ῥώμης ἐλάττονα*. Juxta Hippodromum, ad cujus tribunal aditus patebat per Cochleam. Chrocon Alexandrinum pag. 662. Edit. Reg. *Καὶ παλάτιον μέγα ποιήσας, πλησίον τοῦ αὐτοῦ Ἱππικοῦ, τὴν ἄνοδον ἀπὸ τοῦ Παλατίου εἰς τὸ Κάθισμα τοῦ Ἱππικοῦ διὰ τῆς λεγομένης κοχλίας, ingens vero Palatium condidit juxta Circum, in cujus tribunal ab ipso Palatio per Cochleam ascendebat*. Atque inde Palatium *τοῦ Ἱπποδρόμου*, dicitur Codino pag. 51. E. R. qui illud ab eodem Constantino ædificatum perinde tradit. Ab altera Palatii parte geminas Porticus columnis marmoreis statuisque mirifice exornatas posuit, quæ Forum usque pertingebant, iisque Regiæ nomenclaturam indidit. Regia vero proxime erat Hippodromum & Zeuxippum, Regiæ continens erat Basilica, Basilicæ Bibliotheca, & Capitolium: adjacebant præterea Palatio Porticus excubitorum, aliæque præclaræ ædes, de quibus sigillatim agimus, quæ ita sibi invicem connexæ & adjunctæ erant, ut una eademque domus series videretur. Porro Constantinus in omnium eminentiori atque excellentiori Triclinio, in medio tecti laqueari inaurato, in tabula maxima explicata, salutaris Passionis symbolum auro lapillisque pretiosis adornatum defigendum curavit, ut auctor est Eusebius lib. 111. de vita Constantini cap. XLVIII. qui rursum cap. III. & LII. ejusdem libri, Palatii Constantini meminit, scribens in eo statuisse *τὰς Ἑλικωνίδας Μούσας*, & ante illius vestibulum suspendisse tabulam, in qua depictus ipse erat, salutari Passionis insigni supra caput locato, ac draconis specie diabolo conculto: ad quam picturam referendum putant Constantini nummum, quem ex Baronio delineari curavimus, in quo scriptum SPES PUBLICA, visiturque labarum, cujus cuspide draco configitur, Christi monogrammate supra velum elato. Atque inde Constantinianum Palatium appellatum fuit, si Tyrium Antitistem audimus, etsi hac nomenclatura a nullo alio, quod sciam, utriusque linguæ scriptore donari vix adverterim, nisi per *αὐλὴν βασιλέως ἐπώνυμον*, idem Palatium intelligatur a Themistio orat. VI. Theodosio dicta pag. 162. Sic porro Tyrius lib. XX. cap. XXV. *Est in ipsa urbe supra littus maris ad Orientem prospiciens Palatium, quod Constantinianum appellatur, introitum habens ad mare miro & magnifico tabulatu*, &c. Et l. XXII. c. IV. *Imperialibus insignibus utrique collatis,*

Edit. Paris. pag. 113.

in Palatio Domini Conſtantini ſenioris, &c. Ex quibus, Magni Palatii ſitus ſatis deprehenditur ad Orientem extitiſſe. Nicephorus Call. lib. VII. cap. XLVIII. de Conſtantino; Ἀνάκτορόν τε περιφανὲς πρὸς θάλατταν ᾠκοδόμει ποικίλοις τε καὶ παντοίοις κατηγλαϊσμένον κάλλεσι, ἐν τοῖς πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον, ἐγγλίσα δὲ τὸ Ἱππικὸν κατεσκεύαζε, *Regiam magnifice ad mare, variis & omnigenis decoratam ornamentis, ad orientalem urbis partem: juxta vero, Circum ædificavit*. Sed & Zonaras in Michaele Duca & in Alexio τὸ Μέγα ἀνάκτορον πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον, & alii paſſim pariter ſtatuunt; haud procul a mari extitiſſe indicat etiam Procopius lib. I. de Bello Vandal. τῷ στρατηγίδα ἐκέλευσε ναῦν ὁρμίσασθαι εἰς τὴν ἀκτὴν, ἣ πρὸ τῆς βασιλείου αὐλῆς τυγχάνει οὖσα, *Imperatoriam navem juſſit appellere ad littus, quod Regiæ objacet*. Præterea Godefridus Monachus S. Pantaleonis an. MCLXXXI. de Andronico tyranno: *Et ſic per mare, quod dicitur Brachium S. Georgii, ſuper quo Palatium ſitum erat, fugere cœpit*. Sed id pluribus docemus, ubi agimus de Novo *ſeu Bucoleontis Portu*. Haud procul a Foro Auguſtæo collocatur a Procopio lib. I. de Ædif. cap. X. qui a Juſtiniano Regiam ipſam totam fere de novo extruxiſſe narrat: ταύτης δὲ τῆς ἀγορᾶς οὐ πολλῷ ἄποθεν τὰ Βασιλέως οἰκεῖά ἐστι· καὶ νία μὲν τὰ βασίλεια χεδόν τι πάντα. Ἰουστιανῷ δὲ, ὑπὲρ μοι εἴρηται, δεδημιούργηται βασιλεῖ, *non procul ab eo Foro eſt Regia, quam Juſtinianus Auguſtus de novo, ut dixi, fere totam extruxit*. Sed & illam ampliorem effecit, Palatio Hormiſdæ intra illius ſepta incluſo, ut habet cap. IV. Variis poſtmodum Tricliniis ſubinde exſtructis, noviſque ædificiis auxere qui Juſtinianum ſubſecuti ſunt Imperatores, de quibus mox agemus. Hujus elegantiam, magnitudinem, & firmitatem hiſce prædicat Luithprandus lib. V. cap. IX. *Conſtantinopolitanum Palatium non pulchritudine ſolum, verum etiam fortitudine omnibus quas umquam viderim munitionibus præſtat*. Præterea Nicephorus Call. in dedicatione ſuæ hiſtoriæ pag. 18. μεγέθει μὲν γὰρ, ὑπὲρ τοὺς πολλούς ἐστι· κάλλει δὲ καὶ στερρότητι χεδὸν ὑπὲρ ἅπαντας, *magnitudine quidem iſtud Palatium plurima, elegantia vero & firmitate omnia excedit*. Cætera quæ de Magni Palatii elegantia ibidem ingerit conſulto omittimus. Id tantum placet obſervare longe aberrare Leunclavium in Pand. Turc. numer. CXXXIX. qui Magnum Palatium in urbis omphalo ſeu meditullio ſtatuit, ubi hodie eſt *Eskiſaraium*, ſeu vetus Turcicorum Sultanorum aula, nunc Gynæconitidi Sultaninæ addictum.

Edit. Pariſ. pag. 114.

II. Magno Palatio, veſtibuli vicem præſtitit CHALCE, Χαλκή, Triclinium ita appellatum, quod & παλάτιον τῆς Χαλκῆς dicitur Theophani anno XXXVI. Juſtiniani, & Codino, qui ab Conſtantino Magno ædificatum narrat: ἔκτισε καὶ τὰ παλάτια τῆς Χαλκῆς. At Cedrenus pag. 322. Edit. Reg. illud Anaſtaſio Dicoro Imperatori adſcribit, qui Ætherio Architecto ad id uſus eſt: Τῆς Χαλκῆς τὸν λαμπρὸν δόμον Αἰθέριος ἔδρυσε μηχανοργός, καὶ σοφὸς Ἀνασάσιος βεβιοτόρευς: *Chalces ſplendidam domum condidit Ætherius architectus, & ſapiens Anaſtaſii Conſiliarius*. Ubi Ἀνασάσιος, pro Ἀνασάσιος legendum omnino exiſtimo: nam ab ipſo Anaſtaſio Auguſto excitatam Chalcen Ætherio opus deſignante, conſtat ex epigrammate, quod deſcriptum legitur in Anthologia lib. II. cap. XXIII. cum hoc lemmate, εἰς οἶκον ἐπὶ λεγόμενον Χαλκῇ ἐν τῷ Παλατίῳ, ex quo diſcimus Anaſtaſium, confecto Iſaurico bello, elegantem hanc ædem in tantam eduxiſſe altitudinem, ut nubes pene attingeret: cujus præterea ſtructura adeo eximia fuit, ut Capitolium Romanum æneis perinde tectum laminis, Palatium Pergamenum Rufinianum nemus, (quod ſeptem orbis miraculis accenſetur a Cedreno pag. 170. Edit. Reg.) Cyzicenum templum, cæteraque orbis miracula ſuperarit. En ipſum Epigramma;

Οἶκος Ἀναστασίοιο τυραννοφόνου βασιλῆος
Μουσῶν ὑπερτέλλων πανακτείροχος ἄστεσι γαίης,
Θαῦμα φέρων πάντεσσιν· ἐπεὶ κοσμήτορες ἔργων
Τοῖος ὁμῶς μῆκός τε καὶ ἄπλετον εὖρος ἰδόντες,
Ἀσκηταὶ ἐφράσαντο τελώτερον ἔργον ἐᾶσαι.
Ἀλλὰ πολυμήτοιο λαχὼν φρεσβύτις τέχνης
Αἰθέριος τελύσθη ἐμῷ τεχνήσατο μορφῷ,
Ἀχράντῳ βασιλῆι φέρων φρουτάγεια μόχθων.
Ἐνθεν ἀπειρέσιον μέγεθος περὶ παντὶ τιταίνων,
Αὐσονίων νίκησα βοώμενα δαύματα γαίης.
Εἶξεν ἀριστερέοισι χάρις Καπιτώλιδος αὐλῆς,
Εἰ καὶ Χαλκείων ὀρόφων ἀμαρύγματα πέμπεις.
Κρύφον ἀμετρήτων μεγάρων στεινόμενον αὐλαῖς,
Πέργαμε, φαιδρὸν ἄγαλμα τεὸν Ῥωφίνιον ἄλσος.
Μηδὲ ταυυπλάροισιν ἀριπρότα, Κύζικε, πέτροις
Ἀδριανοῦ βασιλῆος ἀμεμφέα νηὸν ἀείσεις.
Οὔ μοι Πυραμίδων ἐκέλη κρίσις, οὐδὲ Κολοσσοῦ,
Οὐδὲ Φάρου μεγάλῳ μουσῶν δ' ὑπερίδραμον αὐγλῇ.
Αὐτὸς ἐμὸς σκηπτοῦχος Ἰσαυροφόνου μετὰ νίκης,
Χρυσοφαὲς μ' ἐτέλεσσεν ἐδέθλιον ἠριγενείης,
Πάντι τετραπόρων ἀνέμων πεπιτασμένον αὔραις.

Hoc eſt interprete V. C Petro Menardo:

Regis Anaſtaſii perfecta palatia cernis,
Quæis nullum par ſurgit opus, ſtupor omnibus artis
Adſpectu ſimul ut noſtra eſt ſignata figura,
Ipſi molem operis docta præ mente videntes
Artifices, Cælos æquabit machina, dicunt,
Aſt Architectos inter clariſſimus omnes
Ætherius noſtras ornat multiſcius ædes,
Primitiaſque artis Regis conſecrat honori.
Hinc infinitis ſpatiis extendor, & inde famoſa
Exuperans vaſtæ miracula terræ.
Jam mihi concedas Capitoli immobile templum,
Æra licet toto fulgeſcant aurea tecto,
Pergame, cæla illas, queis ſis anguſtior, ædes,
Miraculumque tuum Rufini nomine ſilvas,
Nec tu quod valido munimine, Cyzice, gaudes,
Adriani templa opponas ſplendentia Regis.
Præme Pyramides ſordent, ingenſque Coloſſus,
Splendoremque Phari majori lumine condo.
Me Rex Iſauro veniens certamine victor,
Auroræ ſedem poſuit, quo cardine ventus
Flaverit, illius nulla non recreor aura.

Confectum porro fuit Iſauricum bellum Ind. V. Anaſtaſii anno VI. ipſo ſolo Coſ. cum per ſex annos duraſſet, ut eſt apud Marcellinum Comitem. Sed demum conditam, ſeu potius inſtauratam Chalcen vero ſimile eſt ſub annum Anaſtaſii octavum, cum præcedente anno, ſeditione a Praſinorum factione excitata, conflagraſſet: ſiquidem *Chalce Hippodromi*, idem fuit quod *Chalce Palatii*. Chronicon Alexandrinum: Ὁ δὲ δῆμος στενωθεὶς ἔβαλε πῦρ ἐν τῇ λεγομένῃ Χαλκῇ τοῦ ἱππικοῦ, καὶ ὁ περίβολος ὅλος ἐκαύθη ἕως τοῦ βασιλικοῦ καθίσματος· *Populus in arctum redactus ignem in Circi Chalcen injecit, & totus ambitus conflagravit uſque ad thronum Imperatoris*. Nuncupatur præterea Χαλκὴ Ἱππικοῦ ſemel ac iterum in eodem Chronico anno VII. Phocæ: quod *triclinium habens æreas januas* appellat idem Chronicon, ubi ſcribit Juſtinianum, in ſeditione Victoriatorum, *per Cochleam aſcendiſſe in Pulpita, pone Tribunal Circi*, εἰς τὸ τρικλίνιον τὸ ἔχοντα Χαλκᾶς θύρας, αἵτινες ἦσαν ἠσφαλισμέναι, *in triclinium habens æreas januas, quæ bene munitæ erant*. Quæ quidem Chalcen Palatii ſpectare etiam cenſuerim, ita ut per hoc Triclinium in Palatium & in Hippodromum ingreſſus patuerit, vel certe quod illi proximum fuerit: nam & per Chalcen non modo in Palatium & Circum, ſed & in Catechumenia Magnæ Eccleſiæ aditus patebat. Theophanes anno I. Leonis Iſauri: Καὶ ἀνῆλθεν διὰ τῆς ἀναβάσεως τῆς Χαλκῆς εἰς τὰ Κατηχούμενα τῆς ἐκκλησίας, μὴ ἐξελθοῦσα εἰς τὸ μέσον τοῦ ἱππόδρομου. *Et per aſcenſum Chalces in Eccleſiæ Catechumenia aſcendit, non progreſſa in mediam viam Porticus.* Januis vero æreis occluſam fuiſſe portam Palatii docent ſcriptores, atque in primis Theoph. an. XX. Mauricii, an. III. & X. Leo-

pag. 115.

nis Isauri, Cedrenus anno VII. Justini Thracis, & Nicetas in Isaacio lib. III. num. VI. qui inde ablatas, ab eodem Isaacio in Monasterium S. Michaelis in Anaplo ab eo instauratum translatas tradit: Καὶ τὰς χαλκᾶς πύλας ἱκέσι μετέθηκεν, αἳ πρώην μὲν ἐτιζύγουν τοῦ μεγάλου παλατίου ἥ εἴσοδον, δίφαι οὖσαι ξ ὕψεσι, εἰς δ' ἡμᾶς τὸν ἱερατὸν σωπῶσαν, ἥπερ ἐξ αὐτῶν Χαλκὴ κατωνόμασται. *Æreas portas latas & altissimas, quæ olim magni Palatii ingressum claudebant, nostra ætate carcerem, qui inde Chalce dicitur, muniebant, eodem transtulit.* Meminit præterea idem scriptor in Joanne num. I. portarum ænearum Palatii: Αἱ πύλαι τοίνυν τοῦ παλατίου χαλκαῖαι, ῥάβδοις πλατείαις δάτερα τῇ ἄκρῳ βραχύ τι μετεωριζόμεναι καὶ γῆς βάλλονται. *Portæ vero Palatii æreæ, baculis latioribus altero eorum capite seu extremitate elatæ, ac cardinibus emotæ, in terram sternuntur.* Ubi χαλκαῖαι legendum, pro χαλκαῖαις. In portis Palatii æreis descripta fuisse ab Apollonio Tyaneo extrema urbis fata scribit, vel potius fingit Codinus. Verum non tam a portis, quam a tegulis æreis nomenclaturam accepisse hoc Triclinium tradunt alii, qui inde Χαλκόστεγον nuncupant. Chronicon Alexandrinum de seditione Victoriatorum: Ἐκ λοιπὸν ἐτόλμησαν τὴν εἴσοδον τοῦ παλατίου ἥ χαλκόστεγον, *& ingressum Palatii ære tectum succenderunt.* Zonaras in Justiniano: Καὶ ἥ τοῦ παλατίου χαλκόστεγος, ἥτις νῦν ἡ τῷ καλουμένῃ Χαλκῇ, καὶ εἰς ἱερατεῖον χρηματίζουσα. *Incenderunt etiam ære tectum Triclinium Palatii, quod est quod nunc Chalce nuncupatur, & vice carceris est.* Cedrenus pag. 369. E. R. ait has tegulas æreas inauratas fuisse: Καὶ ἡ χαλκόστεγος τοῦ παλατίου, ἥ ἐκτοτε καὶ νῦν Χαλκῇ προσαγορεύεται, ἐξ ἧς τὸ ἐκ χαλκῶν κεράμων κεχρυσωμένων ἐστεγάσθαι αὐτήν. *Sed & conflagravit ædes Palatii ære tecta, quæ exhinc Chalce nuncupatur, quod æreis tegulis inauratis tecta sit.* Ex iis postmodum tegulis, cum ædes ipsa Chalces conflagrasset in seditione Victoriatorum, equestrem statuam suam confecit Justinianus, quam in Augustæo posuit. Idem Cedrenus pag. 137. E. R. Ὁ περὶ αὐτὸν ἥ κίονα χαλκὸς ἅπας, κέραμος ὢν ἐξ ἧς χυτὸς τὴν εἴσοδον τοῦ Πυλατίου Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως ἐπικαλύπτων, ὅπερ κ μέχρι τοῦ νῦν Χαλκῆ προσαγορεύεται. *Æs autem omne quod circa columnam est, tegula fuit inaurata, ingressum Palatii Constantini Magni Imperatoris contegens, qui usque nunc Chalce appellatur.* Tegularum ejusmodi ærearum auratarum meminit veteris inscriptionis fragmentum, quod legitur Viennæ Allobrogum XCVIII. 8. D. D. FLAMINICA VIENNÆ. TEGVLAS. ÆNEAS. AVRATAS. CVM. CARPVSCVLIS. ET. VESTITVRIS. BASIVM. &c. Cum igitur in seditione Victoriatorum conflagrasset Chalce, non modo vestibulum istud, sed reliquas Palatii partes, quæ incendio deformatæ fuerant, de novo instauravit Justinianus, maxime vero τὴν βασιλείων τε τὴν τε πρωτύλαιαν, καὶ τὸ καλουμένῳ Χαλκῷ μέχρι εἰς τὸν Ἄρεως καλούμενον οἶκον, ut habet Procopius lib. I. de Ædif. cap. X. ubi Chalcen describit, quemadmodum ab eodem Augusto rursum excitata est: stant, inquit, ad perpendiculum prælti parietes quatuor, forma quadrangulari, cætera inter se æquales, longitudine solum inferiores paulo sunt reliquis duo illi, qui ad Meridiem & Boream spectant. Ad unumquemque angulum lapidum moles quadratæ a solo ad culmen usque cum pariete adsurgunt: quibus insistunt arcus octo, quorum quatuor fastigium sustinent in Trulli, seu sphæræ modum circinatum; aliorum vero duo a parte Austri, totidem a Septentrione parieti proximo innixi tectum intermedium attollunt opere testitudineo. Tota camera, picturis opere musivo nitentibus ridet, Justiniani bella ac triumphos exhibentibus. Græca omittimus, ut & cætera quæ ad ædis elegantiam spectant. Id tantummodo ex hac descriptione colligi posse observare est, totum illud testitudinatum ædificium, quod arcubus octo innitebatur, fuisse illud Anastasii, ventis omnibus pervium:

Πάντη τετρατόρων ἀρίμων τεθεαμένον αὔραις.

Triclinium Chalces exornabant præterea variæ, quæ in eo stetere, statuæ, quarum meminere Anonymus pagg. 103. 104. & Codinus pag. 32. E. R. Pulcheriæ scilicet Augustæ ad Palatii περίπατον, Zenonis & Adrianes AA. duæ aliæ pedestres statuæ brevi columnæ insistentes, cum epigrammate Secundi Philosophi: Maximiani Imperatoris, Theodosii & filiorum, ad hæc Mauricii & liberorum statuæ: Gorgonum capita quatuor Epheso ex Dianæ templo allata. Præterea in sinistra parte Chalces Crucem Justinianus statuit, & cognatorum suorum statuas septem.

Verum celebratur potissimum imago Salvatoris supra Chalces portas æreas defixa, τῦ Σωτῆρος Χριστῦ ἐκτύπωμα τὸ ἀνῶθεν τῆς χαλκῆς πύλης, ut habet Zonaras pag. 62. E. R. ἐκὼ τοῦ Σωτῆρος εἰς τὴν χαλκῆν πύλην τοῦ παλατίου, ut Theophanes pag. 239. E. R. Cedrenus pag. 402. E. R. & auctor Historiæ in Restitut. Imag. editus a Combefisio pag. 736. quam a Constantino Magno ibi positam tradunt Joannes Damascenus in Synodica ad Theophilum pag. 113. E. R. incertus auctor post Theophanem pag. 438. E. R. & Codinus pag. 40. E. R. Celebratur, inquam, quod illa Mauricio Augusto illius & familiæ cædem δι' φαντασίας prædixerit, & illa sit, quam Leo Isaurus sub sui in sacras imagines furoris exordium, dejecit anno imperii decimo: cujus occasione in plurimos ex orthodoxis vario pœnarum ac suppliciorum genere sævitum est, quorum festum agunt Græci IX. Augusti, ut est in eorum Menæis, ubi & Martyrum nomina recensentur. Historiam narrant Theophanes pag. 339. Cedrenus pag. 454. E. R. & Anonymus qui Martyrium S. Stephani descripsit. Imaginem Christi a Leone Isauro dejectam Ἀντιφωνητῆ nomen habuisse testatur Gregorius II. Pontifex in Epistola ad eundem Leonem, & crebris miraculis claruisse, fractamque multis Romanis, & ex Francia, Vandalia, Mauritania, Gothia, & generatim ex toto interiore Occidente præsentibus: Ὅτε δὲ ἔμαθον, ὡς ἐπληροφορήθησαν, ὅτι ἀπέστειλας τὸν Ἰοβῖνον τὸν Σπαθαροκανδιδάτον εἰς τὰ χαλκοφράτα εἰς τὸν Σωτῆρα καταλῦσαι, καὶ μετακλάσαι τὸν λεγόμενον τῆ Ἀντιφωνητῆ, ὅπου καὶ πολλὰ θαύματα γεγόνασι, &c. *Cum vero didicerunt te Jovinum Spatharocandidatum ad Chalcopratia misisse, ad evertendum & confringendum Salvatorem, qui appellatur Antiphonetes, ubi & multa fiunt miracula*, &c. Nec obstat quod hæc Imago ad Chalcopratia stetisse hic dicatur, cum Chalcopratiorum locus Palatio proximus fuerit. Sed & imago eadem ad Tetrastylum & in Tetrastylo æreo statuitur in Narratione de Miraculo ad imaginem patrato, Heraclio imperante, ubi & a Constantino M. hic posita dicitur: adeo ut proximum vero, imo certum sit, *Tetrastylum* fuisse Palatii vestibulum quatuor suffultum columnis, quod proinde æreis tegulis tectum, & a Constantino M. in media urbe in Sigmatis seu semicirculi formam excitatum tradit idem Anonymus: quod quidem reædificaverit Anastasius Imperator. Sic porro Τετράστυλον istud describitur ab eodem Anonymo: Μέσον δὲ ταύτης τῆς μεγαλοπόλεως Τετράστυλον ἡμισφαίριον ᾠκοδόμησε, δι' Χαλκοκεράμων τὴν στέγην ποιησάμενος, κελεύσας ἔνδοθεν αὐτῦ ἀποτίθεσθαι τὸ σημεῖον τῦ νικοποιῦ σταυροῦ. οὗτινος τοῦ δεσποτικῦ χαρακτῆρος κ ἀνατολὰς εἰκόνα σεβασμίαν ἐκτυπώσας, ἀνεστήλωσε πρὸς τὸ θεωρεῖσθαι, καὶ προσκυνεῖσθαι παρὰ πάντων δι' πιστῶν· ὁ δὲ τοιοῦτος ἱεράτατος τύπος, ἐπίσημος καὶ περιώνυμος ἐκτοτε κ μέχρι τῆς σήμερον γέγονεν, ἐν τε θαύμασι καὶ ἰάσεσι δοξαζόμενος, καὶ παρὰ πάντων σεβασμίως τιμώμενος. *Porro in hujus magnæ urbis*

Edit. Paris. pag. 116.

meditullio, ; semicirculum quatuor suffultum columnis excitavit, æreis contectum tegulis, in quo victoriarum effectricis Crucis signum reponi præcepit, cujus quidem figuræ dominicæ venerandam imaginem ad Orientem erexit, ut ab universis fidelibus conspiceretur & adoraretur. Extunc vero hactenusque sacratissima ejusmodi figura, illustris ac celebris habita est, non modicam ex crebris miraculis ac sanitatibus gloriam & existimationem consecuta. In ejus porro imaginis locum Crucem substituit Leo: ita enim in Salvatoris imagines efferati erant ejusce ætatis Iconomachi, ut etsi crucem privatim & publice effingerent, atque adeo colerent: quod exerte testantur ipsorum Iconomachorum Jambi editi a Gretzero in horto S. Crucis part. 1, simulatque tamen Cruci imago Christi Salvatoris superaddita conspiceretur, crucem una cum imagine everterent, ac conculcarent. Huic igitur Cruci versus isti adscripti sunt, cum hoc lemmate, εἰς τὴν πύλην τῆς Χαλκῆς, ὑποκάτω τοῦ σταυροῦ.

Αφωνον εἶδος ἐκ πινακὸς ἐξημένον
Χριστὸν γράφεσθαι μὴ φέρων ὁ Δεσπότης,
Τλῇ γυμρᾷ ταῖς γραφαῖς· παπυμένη,
Λεὼν σοὶ υἱῷ τῷ Νέῳ Κωνσταντίνῳ
Σταυρῶ χαράττει τὸν τριπόλβιον τύπον,
Καύχημα πιστῶν ἐκ πύλης εἰκεκτόρων.

At restituta postmodum sacrarum imaginum adoratione, Irene Atheniensis Leonis Chazari conjux & vidua, post Concilium Nicænum II. rursum Salvatoris imaginem opere musivo supra portas Chalces exarari curavit, Codinus pag. 40. E. R. Ἡ δὲ γυνὴ δὴ Εἰρήνη ὁρωμένη εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, ἱστορήθη παρὰ Εἰρήνης τῆς Ἀθηναίας. *Quæ nunc musivo depicta Dei conspicitur imago, depicta fuit ab Irene Athenienſi*, quæ hanc inscriptionem supra imaginem posuit, uti legitur apud Auctorem incertum post Theophanem pag. 438 E. R. Ἣν καθεῖλε πάλαι Λέων ὁ βασιλεύσας, ἐνταῦθα ἀνεστήλωσεν Εἰρήνη. *Quam deposuit quondam Leo Imperator, hic restituit Irene.* Hanc denique cum perinde dejecisset Leo Armenius, uti idem scriptor narrat, Lazarus Monachus post excessum Theophili, a quo ob cultum imaginum dire vexatus fuerat, eodem loco quo steterat, propriis manibus rursum erexit. Scylitzes: Μετὰ δὲ τὴν τοῦ τυράννου καθαίρεσιν, τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἀναλαμβάσης, τὴν ἐν τῇ Χαλκῇ εἰκόνα τοῦ Θεανδρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰκόνας χειρὶ ἀνεστήλωσεν. Theodoræ scilicet Augustæ studio, siquidem ad hanc Crucis imaginem spectant versus quos laudat Lambecius lib. IV. de Bibliotheca Cæsarea pag. 30. Huic porro imagini obductum erat velum, quo super ægrotantis Alexii lectum expanso statim illum convaluisse refert Zonaras. At perperam Glycas imaginem ipsam cum ipso peplo ad decumbentem Alexium allatam videtur velle, quod vix a quoquam probari possit, siquidem ea imago non in tabella depicta, sed sculpta fuerit, vel opere musivo confecta, quod arguit vox ἀνεστήλωται, qua idem Zonaras utitur, ut & Scylitzes. Ex quibus sane conficitur imaginem hanc in ipso Chalces Triclinio, non vero in Oratorio quod Christi Servatorfs, & Chalces perinde nomine insigne fuit, positam, cum illud a Joanne Zimisce longe postea ædificatum fuerit, ut alibi observamus. Quod vero de velis quæ sacris imaginibus appendebantur, seu quibus eæ obvolvebantur, refertur ab hisce scriptoribus, in memoriam revocat quod tradit Beletus (qui in Ecclesia Ambianensi floruit anno MCLXXXII. ut auctor est Albericus) lib. de Divinis officiis cap. LI. & ex eo Durandus lib. IV. Rational. divinor. offic. cap. I. num. XXXI. in septima feria Missam de B. Virgine potissimum institutam, ex miraculo, quod in quadam Ecclesia Constantinopolis singulis diebus Sabbati patrabatur, in qua velum, quod totam Deiparæ ibi depictæ imaginem velabat, *feria sexta ab ea divinitus vesperis*, nemine manum admovente, *decideret*, & *divino miraculo quasi deferretur in cælum*, *ita ut jam plene ac perfecte ab omnibus conspici posset, ac deinde rursus in sabbato, vesperis absolutis ad eandem imaginem descenderet, ibique permaneret usque in proximum diem Veneris: quo miraculo sæpius viso, sancitum est, ut semper illo die Missa de B. Maria cantaretur.* Ex quibus admodum vero simile est ædem illam Deiparæ esse Blachernianam, in qua συνῳδὸς θαῦμα factum sua ætate asseverat Anna Comnena lib. XIII. Alexiad. qui quidem Beleti locus non occurrerat, cum locum illum illustrandum suscepissem. Ex præallatis, haud omnino sibi constant quæ tradit Nicetas in Andronico lib. II. num. VI. eundem Andronicum exornasse in æde SS. XL. Martyrum ἐκ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰκόνα Χριστοῦ, δι' ἧς ὁμιλῆσαί ποτε τῷ Βασιλεῖ Μαυρικίῳ λόγος ἱστεῖ, *Christi Servatoris nostri imaginem, per quam olim cum Imperatore Mauricio collocutus esse fertur*: siquidem verum sit a Leone Isauro omnino confractam fuisse. Jam vero Chalcen, Palatii ingressum fuisse, testantur non uno loco Theophanes an. V. Justiniani, & an. I. Nicephori Phocæ Scylitzes in Porphyrog. p. 610. E. R. & alii passim. At cum præ vetustate, & temporis injuria pene collapsum esset Chalces Triclinium, illud denuo instauravit Basilius Macedo, & in eo tribunal juridicum statuit. Porphyrogenitus in avi vita num. XXIV. Ἐξαιρέτως δὲ τὸ λεγόμενον τῆς Χαλκῆς λαμπρότατον τὸ πάλαι, καὶ ἐξαίσιον οἴκημα, τῷ χρόνῳ καὶ τῇ τῶν κρατούντων ῥᾳθυμίᾳ, ἴσως δὲ καὶ ἀπό τινων ἐμφρήτων καὶ μέρη πολλὰ διαῤῥυὲν, καὶ τὴν ὀροφὴν πονήσασαν ἐχηκὸς, αὐτὸς ἐκ πόνου καὶ δαπάνης συχνῆς ἀπεκάθηρέ τε καὶ περιεποιήσατο, καὶ κοινὸν κατέστησε δικαστήριον, Ἀρείου τε πάγου καὶ Ἡλιαίας σεμνότερον. *Præ cæteris vero magnifice olim & mirabili arte exædificatum Chalces Triclinium, temporis injuria & Imperatorum segnitie, incendiisque deformatum, & tecto pene nudatum, ipse & labore & profusis impensis purgavit, refecitque, & Forum judiciale constituit, Areopago & Heliæa multo augustius.* Ab eo hausit quæ in hanc rem habet Scylitzes pag. 568. E. R. Sed longe antea Carcerem in Chalce seu ex Chalce confecerat Heraclius, quoniam nulli usui erat, ut est apud Codinum pag. 39. E. R. τὰ δὲ Νούμερα ἐν τῇ Χαλκῇ ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος ἔκτισε. καὶ δὴ τὸ εἶναι αὐτὰ φυλακὴν ὁ Ἡράκλειος, καὶ οἱ καθεξῆς. Atque Chalces, pro carcere, mentio est apud Zonaram in Justiniano & in Michaele Stratiotico pag. 51. & 209. & Nicetam in Isaacio lib. III. num. VI. & in Alexio lib. III. num. IV. Sed quid per purpureum vel Porphyreticum Umbilicum, qui ad Chalcen extitit, velint scriptores, nondum sum assecutus. Scribit Theophanes pag 239. E. R. per visum adstitisse Mauricium coram Servatoris imaginem, quæ supra æneas Chalces portas defixa erat: Christum præcepisse ut sisteretur Mauricius, tum vero judicii ministros arreptum Imperatorem ad Porphyreticum Umbilicum ibidem positum stetisse: καὶ κρατήσαντες αὐτὸν οἱ δίκης ὑπηρέται, παρέστησαν τῷ πορφυρῷ ὀμφαλίῳ τῷ οἴκῳ. Meminit etiam Umbilici Chalces Scylitzes in Lacapeno pag. 163. E. R. scribens eundem Augustum civium chirographa ac cautiones combussisse ἐν τῷ κλ τλῳ Χαλκῇ πορφυρῷ Ὀμφαλίῳ.

Edit. Paris. pag. 117.

III. Jam vero in ipso Magno Palatio varia & complura erant Triclinia, suis quæque appellationibus donata, in quibus illud recensetur quod CHRYSOTRICLINIUM, seu aureum Triclinium vocant. Aurei Triclinii conditorem Justinum Curopalatam Imperatorem agnoscunt scriptores Byzantini. Sed præsertim Constantinus Manasses, illius opulentiam & ornatus commendat hisce versibus:

Δεῖγμα λαμπρότητος αὐτοῦ ἐξ μεγαλοφυΐας
Ὁ χρύσεος πέλε τερπνὸς ἐν ἀνακτόροις οἶκος,
Ὃς ἔτι δομήτορος τλῶ κλῦσιν περισώζει,
Χαρίτων σίλβην καλλοναῖς, καὶ τυρκυλίζων πάντη.

Illud poſtea Tiberius Juſtini ſucceſſor novis ornamentis adauxit, ut habent Zonaras & Cedrenus. Neque deſunt qui a Juſtiniano conditum putavere, quod Svidas in illius elogio hæc ſcribat: Οὗτος κτίζει καὶ τὸ ἐν τῷ Παλατίῳ χρυσοῦν Τρίκλινον. Cui conſentit Codinus in Orig. pag. 50. E. R. Οὗτος ἐποίησε καὶ τὸν Χρυσοτρίκλινον. Sed falſos eſſe nuperos iſtos ſcriptores conſtat, quibus impoſuit quod perinde Juſtinianus, (ſecundus ſcilicet) Triclinium in Palatio a fundamentis exſtruxerit, illud pariter χρυσίων πυραυγάσμασι ψηφίδων καταυγάσας, inquit idem Manaſſes. Sed Triclinium, quod Juſtiniani vocant, diverſum fuit ab Aureo Triclinio, quod *præſtantior pars Palatii* dicitur Luitprando lib. v cap. ix. in qua Imperator verſari conſueverat. Unde carceris cuſtos ille, apud eundem lib. i. cap. iii. *Te quidem in carcere, illum autem* (Imperatorem) *in aureo Triclinio fortuna fovet*. Sed & in hac Palatii parte, ut præſtantiori, pro tribunali ſedebant. Conſtantinus in Baſilio cap. xix. Ἐν τῷ ὑπερλάμπρῳ Χρυσοτρικλίνῳ ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ θρόνου ἀναπαυθείς. Ita Scylitzes Zoem Auguſtam in tribunali, in aureo Triclinio ſedentem repræſentat: Τὸ Χρυσοτρίκλινον δὲ κοσμηθέντος, ἐπὶ βήματος καθίσασα ἡ Ζωὴ, ἐκάγε τὸν Μιχαήλ. Guillelmus Bibliothecarius in Hadriano II. Baſilium Imperatorem ejuſdem Pontificis legatos in Chryſotriclinio ſedentem excepiſſe commemorat: *Quibus præcedentibus ante Imperatorem, in Chryſotriclinio ſibi continuo aſſurgentem ſalutabundi conveniunt*. Ibi denique de rebus majoris momenti conſilia agitabantur. Conſtantinus Porphyrogenitus in Orat. de Translatione imaginis Edeſſenæ: Καὶ τὰ τῆς βασιλείων καταλαβόντες ἀνάκτορα, ἐν τῷ κατ' ἐξωνυμίαν Τρικλίνῳ χρυσῷ ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ θρόνου, ἐν ᾧ περὶ τῶν μεγίστων χρηματίζειν εἰώθασι, τὴν θείαν εἰκόνα θείως ἱδρύσαν. *Et ad Imperatorum Palatia pervenientes, in Triclinio quod Aureum vocant, in Imperatoris throno, in quo de rebus majoris momenti agitari conſilia ſolent, ſacram imaginem collocarunt*. Supra Triclinii aurei portas imagines Chriſti & Deiparæ adfixas fuiſſe auctor eſt in Leone Philoſopho Scylitzes pag. 604. E. R. Meminit præterea Χρυσοτρικλίνου Synodus VIII. Oecumenica, ut & idem Conſtantinus in Baſilio cap. lix. & lib. de Adm. Imper. cap. l. auctor Vitæ ſancti Theodori Grapti pag. 205. Scylitzes pag. 485. E. R. Zonaras in eodem Conſtantino Porphyrog. Leo Grammaticus pag. 464. E. R. Pachymeres lib. x. cap. xxxvi. & aliquot alii. At de Imperatorio throno in hiſce Tricliniis conſulendi Corippus lib. iv. num. 11. Nicetas in Alexio lib. iii. num. vi. Nicephorus Gregoras lib. ii. extremo, Willelmus Tyrius lib. xx. cap. xxv. & Codinus de Off. cap. xvii. Enimvero cum in Triclinio aureo, tanquam in præſtantioti Palatii parte, præcipuas ceremonias peragere ſoliti fuerint Imperatores, non omnino abſurdum videri debet illud idemque eſſe exiſtimare, cum eo quod Triclinium Auguſtæi appellant plerique e ſcriptoribus, quod nimirum Auguſtæum ſpectaret, cum in eo corona donatas Auguſtas non ſemel legamus. Quippe Theophylactus Simocatta lib. i. cap. x. ſcribit Mauricii Imperatoris & Conſtantinæ nuptias peractas, & utrique coronam impoſuiſſe Joannem Patriarcham in Palatio, ἐν τῷ μεγάλῳ δαλάμῳ. τῷ φασὶ τῆς μεγίστης τῆς Βασιλείων αὐλῆς· Αὐγουσαῖος δ' ἄρα οὗτος καταονομάζεται. *In Magno Triclinio, quod eſt juxta aulam Imperatorum ampliſſimam: illud autem Auguſtæum appelatur*. Ubi neſcio an non legendum βασιλείων, *regiarum*. Præterea Theophanes pagg. 334. 374. & 418. E. R. & ex eo Cedrenus, Mariam Leonis Iſauri, Irenem Leonis Philoſopi, & Procopiam Michaelis Curopalatæ uxores, ἐν τῷ Τρικλίνῳ τῆς Αὐγουσίου coronatas tradunt. Proinde Triclinium iſtud indicat Nicetas in Alexio Man. F. num. xii. Καὶ ἄνω τοῦ οἰκήματος καταπαύσας, ἐν ᾧ τοὺς ὑπογυίους τοῦ ἀρχαν ἐπαλαμείνας ἴδιόν φησι τοῦ δήμου παντὸς ἀνθρωπείας σφαιροφόρους. *Et ſuper eo conclavi conſedit, in quo recens Imperio potitos, diademate redimitos, ab omni populo fauſtis acclamationibus excipi mos eſt*. Sed an hoc Triclinium, *Auguſtæum* illud ſit quod condidiſſe Theodoſium Urbis Præfectum refert Chronicon Alexandrinum anno 11. Leonis M. non omnino affirmem, cum incertum ſit an intelligat Forum ipſum Auguſtæi, ſeu potius atrium, etſi ex eo quod ad latus Magnæ Eccleſiæ extitiſſe ait, videatur aliud eſſe ab Auguſtæo Foro, quod φροντίδος vicem præſtitit Magnæ Eccleſiæ, proindeque foribus ipſis obverſabatur: Ἐπὶ τούτων τῷ ὑπάτων φρούχδη Ἔπαρχος πόλεως Θεοδόσιος, καὶ ἔκτισε τὸν Αὐγουσταῖον ἐκ πλαγίων τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας. *His Coſſ. proceſſit Præfectus Urbi Theodoſius, & condidit Auguſtæum ad latus Magnæ Eccleſiæ*. Certe Procopius lib. i. de Ædif. Auguſtæum πρὸ τῆς βασιλέων extitiſſe diſerte habet. Denique Τρίκλινον nude dicitur Codino non ſemel lib. de Off. cap. v. num. xlv. cap. vii. num. xxxvii. cap. xiii. num. xxxiii. & capp. xviii. xix. xx. ubi Thronum Imperatoris extitiſſe ait.

IV. TRICLINIUM aliud extitit, quod JUSTINIANI appellabant de Juſtiniani Rhinometi conditoris nomine. Illud autem ab eo excitatum anno regni nono, qui fuit Chriſti DCXCIII. juxta Petavianum calculum, curante & præfecto operis Stephano Sacellario Perſa & Archieunucho, qui tum in aula rerum potiebatur, & cujus proterviam exagitant paſſim ſcriptores, auctor eſt Theophanes: Ἰουστινιανὸς δὲ ὁ υἱὸς τὰ τοῦ Παλατίου κτίσματα ἐπεμελήθη· καὶ ἔκτισε τὸ Ἰουστινιανοῦ Τρίκλινον λεγόμενον, καὶ τὰ τοῦ Παλατίου περιτειχίσματα, ἃ ἐπέκτισεν ἐπάνω Στέφανον τὸν Περσῶν Σακελλάριον αὐτοῦ καὶ πρωτεύοντα, &c. *Juſtinianus vero ad Palatii ædificia animum adjecit, & Triclinium, quod Juſtiniani appellatur, erexit, Palatiique mœnia condidit, ac præfecit operi Stephanum Perſam Sacellarium ſuum & Eunuchorum principem*. Totidem habet Cedrenus pag. 442. E. R. Ita vero deſcribitur a Conſtantino Manaſſe Triclinii Juſtinianei elegantia: pag. 119.

Οἱ ἀπὸ βάθρων ἤγειρεν, ἀπὸ ῥιζῶν ἐκ πάντων,
Τὸν μέγαν οἶκον τὸν λαμπρὸν τὸν ἐν ἀνακτόροις,
Χρυσίων πυραυγάσμασι ψηφίδων καταυγάσας
Τοῖς τοίχοις καὶ τὸ δάπεδον μαρμάροις καλλιχρόοις,
Οἱ ἔτι τοῦ δομήτορος τὴν κλῆσιν σῴζουσι.

Quæ totidem Jambicis ſenariis ſic vertit Federicus Morellus:

Is excitavit infimo a fundamine
Regalium ædium ſuperba tegmina:
Quod aureo ſplendore lapidum in pariete
Ornavit, & colore vario marmorum,
Hoc conditoris nomen obtinet ſui.

Sed & Georgius Pachymeres lib. viii. cap. xv. pluribus commendat ſtructuræ, parietum, & pavimenti elegantiam, ædiſque amplitudinem, ac ſitum deſcribit, quo loco narrat Athanaſium in Patriarcham ab Andronico Palæologo ſeniore promotum in Magno Palatio, καὶ τὸν Ἰουστινιάνειον Τρίκλινον, ὃν ὁ υἱὸς Ἰουστινιανὸς ἐδομήσατο, ἐξαετῆ ὄντα καὶ μέγαν, καὶ θαυμαστὸν, λίχνον ὄντα τοῖς καὶ πύλαις εἰσιοῦσι φαίνεσθαι, καὶ ἀνωθεν ἕως κάτω διήκοντα, λαμπρὸν μὲν τοίχοις, λαμπρὸν δ' ἐδάφει, καὶ περιττὸν τὸ κάλλος. *Ad Juſtinianeum Triclinium, quod Juſtinianus Junior exſtruxerat, inſigne admodum, amplum, ac admirandum, quodque oblique apparet primis protinus valvas ſubeuntibus, a ſummo faſtigio ad imum uno ductu pertinens, parietibus quoque ac pavimento ſplendidum, & elegantiæ prorſus incomparabilis.* Mox addit, ut ædificium præ vetuſtate in ruinam inclinans, auſtro vehementiori ſuperingruente, paulo poſt ita procubuerit, ut ſua ætate locum intuentes, ne veſtigia quidem ædis ibi olim exſtructæ adverterent. Meminit præterea Triclinii Juſtinianei idem Theophanes pag. 401. E. R. ut & Conſtantinus Porphyrogenitus in Baſilio cap. lxi. & Paulus Diacon. lib. xix. & xxiii. & Scylitzes pag. 588. E. R.

Edit. Pariſ. pag. 118.

V. Neque minus apud ſcriptores celebre eſt Palatii Triclinium, quod PALATII etiam HORMISDÆ appellationem prætulit, ab Hormiſda Saporis Perſarum Regis fratre majore, a quo in vincula conjectus, poſtea uxoris induſtria liberatus, ad Conſtantinum transfugit, ut eſt apud Zozimum lib. II. Ammianum lib. XVI, XVII. Eutropium, Agathiam, & alios. Conceſſa vero Hormiſdæ ad habitandum domus juxta Palatium, quæ de ejus nomine *Domus Hormiſdæ* poſtmodum dicta eſt, in qua Juſtinianus habitabat, antequam ad Imperium perveniret. At cum hanc adeo magnifice ornaſſet idem Juſtinianus, ut ſpeciem præferret Palatii, poſtea factus Imperator, ipſi Palatio eam adjunxit, proximeque ædem SS. Sergio & Baccho ſacram ædificavit, ut ait Procopius lib. I. de Ædif. cap. IV. quæ quidem ædes ab ejuſmodi vicinia μονὴ τῶν Ορμίσδα appellatur a Theophane an. XX. Juſtiniani, & in Menæis ad XII. Martii in S. Theophanis vita. Extitit illa inter Hippodromum & Propontidem, haud procul a Portu Juliani. Cum igitur a Juſtiniano non modo ex-ædificata fuiſſet ædes Hormiſdæ, ſed & adjuncta magno Palatio, Novi Palatii appellatione deinceps donata eſt, ut docemur ex Euſtachio in vita Eutychii Patr. CP. num. XXXVII. συνάξεως γὰρ οὔσης τοῦ ἁγίου Τιμοθέου ἐν τοῖς Ορμίσδα, ἐν τῷ νέῳ παλατίῳ, &c. Ubi etiam, ut & num. LXXV. ædes ſacra in Hormiſdæ Palatio deſcribitur, nempe SS. Sergii & Bacchi, uti ſuo loco docemus. In hac Palatii parte Imperatorum ſerinia extitiſſe par eſt credere, cum Theophane pag. 247. E. R. Davidem quendam memorat τὸν χαρτοφύλακα τῆς Ορμίσδα. Sed & Theſauros regios aſſervatos, cum memorentur aliquot *Curatores* τῆς Ορμίσδα Conſtantinus Lardis, & Domnizolus, in Chronico Alexandrino pag. 868. 870. E. R. & Conſtantinus Patricius, Exconſul, κυράτωρ τοῦ βασιλικοῦ τῆς Ορμίσδα οἴκου in Actis Synodi VI. Oecumenicæ: qui quidem Magiſtratus præfici ſolebant ædibus in quibus aſſervabantur publici theſauri, uti attigimus in Gloſſario nuper edito in voce *Curator*. Vide Collationem habitam a Catholicis cum Severianis ſub Juſtiniano Imp. ſtatim initio, & Codinum in Orig. pag. 44. 62. E. R.

VI. TRICLINIUM NICEPHORI PHOCÆ, in Magno Palatio ad Bucoleontem memorat Nicetas in Manuele lib. III. num. IV. Συμβαίνει ποτὲ τῷ βασιλεῖ Μανουὴλ ὕδατος πλησθῆναι διαφορῆσαι τὸν πορφύριον λεκανίδα, ὃν ἦγε μὲν ἕτερον ὁ αἰθιοψὸς τοῦ κοιτῶνος αὐλητὴς τοῦ βασιλέως Νικηφόρα τοῦ Φωκᾶ, ἢ καὶ ἄνωθεν τοῦ Βουκολέοντος ὑπαιτίζεσθαι. *Pepigit aliquando cum Imperatore Manuele, ſe porphyreticam patinam aqua plenam exhauſturum; quæ olim in atrio Triclinii Nicephori Phocæ Imperatoris fuit, ad Bucoleontem ſpectante.* Neque aliud fuit Triclinium iſtud, uti monuimus ad Alexiadem, quam id quod ὑπερκείμενον παλάτιον vocat Anna Comnena lib. II. pag. 72. E. R. & Bucoleontis nomine donatum ait: Αὐτὸς δὲ εἰς τὸ ὑπερκείμενον παλάτιον ἀνῆκεν, ὃ καὶ Βουκολέοντα ὀνομάζεται. *Ipſe vero in ſuperius Palatium aſcendit, quod Bucoleon nuncupatur.* Deinde appellationis rationem deſcribens, a bovis & leonis invicem luctantium ſimulachris, quæ ad Portum eo in loco manufactum ſtabant, non totum duntaxat locum, ſed quæ circumſtant in continenti ædificia, una cum portu ipſo Bucoleontem appellari teſtatur: ἐξ οὗ δὴ καὶ Βουκολέων ὁ τόπος ὅλος ὠνόμασαι, τά τε ὑπαίθρια οἰκοδομήματα, καὶ αὐτὸς δὴ ὁ λιμήν. Ita teſtatur Guilleterius nuperus ſcriptor in Athenis hodiernis pag. 125. in Pyræo celeberrimo olim Athenarum portu, proſtare marmoreum leonem os apertum verſus mare protendentem, & ab eo portum ipſum Leonis nuncupari. Et vero Nicephorum Phocam Palatium ædificiis auxiſſe, muniiſſeque propugnaculis ſcribunt in illius Vita Scylitzes pag. 659. & Zonaras pag. 164. E. R. ita ut eſſet ἀκρόπολις καὶ τυραννὶς καὶ ἕδρα ἀθλίων πολιτῶν, *acropolis ac tyrannis ſedes contra miſeros cives*, ait Scylitzes. Acropoles autem in editioribus locis ædificatas palam eſt, uti fuit Nicephori Triclinium, quod a ſitu, τὰ ὑπερκείμενα τῆς ἀνακτόρων dicitur Annæ Comnenæ lib. XIV. pag. 443. E. R. *ſuperiora Palatii*, & *supereminens regia* Tyrio Antiſtiti lib. XX. cap. XXV. τὰ παλάτια τὰ ἄνω, Codino pag. 50. E. R. qui Bucoleontis Palatii conditorem Theodoſium Juniorem agnoſcit. Atque inde pars illa Magni Palatii *Caſtelli* nomine donatur a Villharduino num. CXXVIII. cujus munitionem ac fortitudinem prædicat Luithprandus lib. III. cap. IX.

Edit. Pariſ. pag. 120.

VII. At inter tot Magni Palatii Triclinia, eximium illud fuit, quod PORPHYRAM appellabant, quodque ad Buccleontis portum ſtetit: in quo ſcilicet Imperatrices fœtus ſuos edebant; unde Imperatorum liberi Porphyrogeniti appellati. Anna Comn. lib. VI p. 166. E. R. Τῷ Βασιλίδα καὶ τὸ ἀφωρισμένον πάλαι ταῖς τικτούσαις τῆς βασιλίδων οἴκημα ἐπὶ ταῖς ὠδῖσιν ἤρκεσε. Πορφύραν δὲ τοῦτο οἱ ἀνέκαθεν ὀνομάζουσιν, ἐξ οὗ καὶ τὸ τῆς Πορφυρογεννήτων ὄνομα εἰς τὸν οἰκεμενικὸν διέδραμεν. *Auguſtam ſuam conjugem in ea Palatii parte diverſantem reperit, quæ olim puerperiis Auguſtarum eſt dicata: hanc autem ædem veteres Porphyram appellarunt, unde Porphyrogenitorum nomen in univerſum orbem tranſiit.* Luithprandus lib. I. cap. II. hoc Triclinium a Conſtantino M. ædificatum tradit: *Conſtantinus Imperator, ex cujus nomine Conſtantinopolis eſt ſortita vocabulum civitas, domum ædificari juſſit, cui Porphyræ nomen impoſuit, voluitque ſucceſſuram nobilitatis ſuæ ſobolem iſtic in lucem prodire, quatenus qui ex ſuo ſtemmate naſcerentur, luculenta hac appellatione Porphyrogeniti appellarentur.* Nicetas in Manuele lib. V. num. VIII. Τῆς δὲ Διαφοίτης πρὸς τὸ τεκεῖν ἐλθούσης, φοινοπεπὴς μὲν ἡ Πορφύρα, καὶ πυτρεπὴς πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς γεννήσεως. *Cum autem Imperatrix partui propinqua eſſet, adornata eſt Purpura ad fœtum excipiendum.* Apud Theophanem pag. 398. E. R. Cedrenum pag. 473. E. R. & Manaſſem pag. 172. I. edit. Conſtantinus Irenes Auguſtæ filius ἐν τῇ Πορφύρᾳ lucem accepiſſe & perdidiſſe dicitur. Ubi Manaſſes:

Πορφύραν ὀνομάζουσιν ἐκεῖνον τὸν οἶκον.

Nomenclaturæ etymon accerſit Anna lib. VII. Alexiadis pag. 190. E. R. a purpureo marmore, quo iſtud Triclinium exſtructum erat, cujus etiam ſitum & formam deſcribit: Ἡ δὲ Πορφύρα οἴκημά τι ἐστὶ καὶ τὰ ἀνάκτορα, ἐξ αὐτῆς τῆς βάσεως μέχρι τῆς ὀροφῆς κιονίσεως ἐξαπέτρηγώνα συμπληρώμενον χήματος, εἰκάζειν δὲ εἰς πυραμίδα ἀποτελευτῶν. ἀφορᾷ μὲν ὡς πρὸς θάλατταν πρὸς τὸν λιμένα, οὗπερ οἱ περίοικοι βόες καὶ οἱ λέοντες. ἐξ ὧν μαρμάρων δὲ τότε ἔδαφος κατέστρωτο, καὶ οἱ τοῖχοι περιεστέλλοντο, οὐ τῶν τυχόντων, οὐδὲ τῶν ἄλλων ὁπόσοι ἀποφυτότεροι τῶν τιμιωτέρων λίθων εἰσίν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἀπὸ Ῥώμης οἱ ἀνέκαθεν βασιλεῖς ἐπεσύραντο· ἔστι δὲ ὅτος ὁ λίθος ὅλως ὑπόπυρρος, πορφυρᾶς δὲ ὅλως, καὶ οἷον σιγματά τινα ψαμμοειδῆ λευκὰ ἔνδοθεν περιτρίχουσιν· ἐκ τούτων τῶν λίθων, οἶμαι, Πορφύραν τὸ οἴκημα οἱ ἀνέκαθεν ὠνόμασαν. *Eſt autem Purpura ædificium quoddam intra Palatium, ab ipſa baſi uſque quo tectum circumvolvitur, quadrata conſtructum forma, hinc in pyramidem deſinens. Proſpectum habet mare verſus in eum portum, in quo viſuntur lapidea boum & leonum ſimulacra. Marmoribus ſolum conſtratum eſt; parietes lapidibus pretioſis incruſtantur non vulgaribus quidem, & iis qui modicis parantur ſumptibus, ſed ex iis quos Roma primi Imperatores advehi curarunt. Eſt is lapis purpureus fere totus, niſi quod punctulis candidis arenoſa tenuitate paſſim inſpergitur. Ex hiſce igitur lapidibus, uti exiſtimo, Purpuram hocce ædificium veteres appellarunt.* At de hujuſce Triclinii nomenclatura aliter cenſet Continuator Theophanis lib. III. n. XLIV. ubi de Theophili Imperatoris in Palatio conditis Tricliniis. Καὶ

ἕτερον

ἕτερον δὲ τρίκλινον μετὰ τεσσάρων καμαρῶν τιμίων τε καὶ λαμπρῶν, ὧν τὰ δύο μὲν πρὸς τὸ μεσόπατον τοῦ δευτέρου κουβουκλείου τοῦ μετὰ τὴν Καμιλᾶν ὑπὸ τεσσάρων ἀψίδων τῷ χρυσοειδεῖ ὀροφῷ ἔχοντα, πρὸς τῷ Πορφύρᾳ εἰσὶν, ἅτις οὕτω λέγεται, διὰ τὸ τῷ Δεσποίναν εἰκόσι κατάλω διανέμειν τὸ ὀξὺ ταῖς Ἀρχοντίσσαις κατὰ τὴν βρουμαλίων καιρόν. *Aliud item Triclinium cum quatuor splendidis pulchrisque cubiculis exædificavit, quorum duo versus mesopatum xystumque secundi cubiculi, quod est post Camilam, sub quatuor fornicibus auratum tectum habentia, ad Porphyram respiciunt, quæ quidem ita appellatur quod illic more olim recepto Augusta nobiles matronas, seu Senatorum uxores, sub brumalium tempus, coccino purpuraque donaret.* Ejusmodi donorum ab Imperatoribus in Brumalibus procéribus impertitorum meminit Epigramma a nobis descriptum in Glossario nuper edito in V. *Bruma*. Vide Notas nostras ad Alexiadem p. 321. E. R.

VIII. AETUS, pars fuit, vel Triclinium Magni Palatii, quod a Constantino M. ædificatum, stetisseque juxta Νίαν, seu S. Michaelis ædem a Basilio Macedone intra Palatii septa conditam, ait Codinus pag. 9. Ed. Reg. καὶ τὸ Ἀετὸν πρὸς τὴν Νίαν κείμενον. Ubi Lambecius Ῥατον restituit, quomodo vocatum constat *Trullum*; seu Triclinium ab Anastasio Dicoro postmodum ædificatum: sed Ἀετὸν legendum satis indicat Porphyrogenitus in avi vita cap. LIX. ubi & situm & nominis rationem describit: Ἀλλὰ καὶ ἕτερα Βασιλικὰ καταγώγια, ἃ τοῦ χρυσοῦ τῆς τρικλίνου ἀνατολικώτερα, καὶ μᾶλλον ὑπερκειμένην ἔχα τὴν ἵδρυσιν, δυτικώτερα τῆς Νίας τυγχάνοντα τῆς ἐκκλησιῶν· ἃ δὴ ἐπὶ πολὺ τοῦ ἄρους πρὸς ὕψος ἐπίστασις καὶ τὸν Ἀετὸν προσηγορίαν ἐδέξατο. *Sed & reliqua Imperatoria diversoria, quæ Aureo Triclinio orientalem eminentioremque constructionem possident, sed Nova Ecclesia occidentaliorem, & quod in multum aeris sublimitate sua erigantur, Aquilæ nomen habuere.* At potuit etiam, ἀετὸν nomen obtinere, quod fastigiatas ædes ἀετοὺς & ἀετώματα appellarent Græci, διὰ τὸ ἰσοκλινὲς πτέρυξιν ἀετοῦ, ut scribit Eustath. ad Iliad. Ω. Galenus in Gloss. Hippocratis: ἀετώματα, τὸ ἀετῶδες ἀνατεταμένον τῆς ὀροφῆς, ὥσπερ τρίγωνον. Id etiam pluribus observavit Salmasius ad Spartianum. Hujus Triclinii, ut perelegantis, meminit Cantacuzenus lib. IV. cap. XLI. Βασιλεὺς μὲν ἦν ὁ Κωνσταντζὴς διατρίβων ἐν βασιλείοις ἅμα Βασιλείᾳ τῇ Εἰρήνῃ, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἦσαν ὀλίγοις· Βασιλεὺς δὲ ὁ υἱὸς ἐν οἰκίᾳ τινὶ ἑτέρᾳ τῆς περιφανοῦς Αετὸν προσαγορευομένης. *Imperator quidem Cantacuzenus habitavit in Palatio cum Imperatrice Irene, & aliis non paucis quos secum habebat: junior vero Imperator in Triclinio quodam insigni, quod Aquila nuncupatur.*

Edit. Paris. pag. 121.

IX. ARMA domus aut Triclinium in Magno Palatio, recensetur a Theophane ann. XXXVI. Justiniani: ἔχοντες ἰδίους ἀνθρώπους συνεργοῦντας αὐτοῖς Ἰνδοὺς κρυπτομένους εἰς τὸ Σιλεντιαρίκιν, εἰς τὸν Ἀρχάγγελον, καὶ εἰς τὸ Ἅρμα, *habentes quosdam homines Indos ad hoc facinus adjutores latentes in silentiario, in æde Archangeli, & in Armate.*

X. MANUELITES, Τρίκλινος βασιλικὸς memoratur a Pachymere lib. IX. cap. II. a Manuele Comneno Imp. forte ædificatum Triclinium.

XI. TRICONCHUM, τὸν Τρίκογχον ἐν Παλατίῳ, exstruxit Theophilus Imperator: ut auctor est Leo Grammaticus pag. 455. E. R. ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς τὸν Τρίκογχον ἐν τῷ παλατίῳ — ποιήσας, &c. Et infra: ὑπὸ δὲ τὸν Τρίκογχον κάτωθεν διὰ μηχανῆς ἐποίησε τὸ λεγόμενον Μυστήριον, ἐν ᾧ ἐν τῇ μιᾷ γωνίᾳ ἁλιὰν εἴπῃ τις, ἐξακούεται ἐν τῇ ἑτέρᾳ· *Triconcho vero, inferius, per quandam machinam Mysterium confecit, in cujus angulo quidquid dixerit aliquis, in altero exaudiretur.* Rursum Triconchi meminit in Lacapeno pag. 497. ὁ δὲ Θεοδώρητος ἰδίωσι ἐν τῷ λεγομένῳ Τρικόγχῳ παλατίῳ τυφθείς, καὶ αὐτὸς ἐξορισθείς, *Theodoretus autem seorsim in Triconcho Palatii verberibus cæsus, & ipse in exilium actus est.* Meminit etiam Anonymus in eodem Lacapeno n. VI.

XII. CÆNURGIUM, Καινούργιον, Triclinium in Magno Palatio excitatum a Basilio Macedone, sexdecim Columnæ recto ordine stantes sustinebant, octo virides ex marmore Thessalico, sex onychinæ, ac duæ aliæ ad ipsius onychitis speciem accedentes. Describitur multis Triclinii illius elegantia a Porphyrogenito in avi vita cap. LVIII. quem non exscribo, ne nimius sim.

XIII. DELPHICUM, Triclinium Palatii in quo Imperatores epulabantur, a Delphica, abaco seu mensa, in qua reponebantur pocula ac vasa, nuncupatum, ut auctor est Procopius lib. I. de Bello Vandal. cap. XXI. qui locum Palatii Byzantini, ubi Epulari solebant Principes, inde appellatum scribit: καὶ ἐπ' αὐτοῦ ἐν τοῖς Βυζαντίοις, καὶ ὅπῃ βασιλέως εἶναι σιβάδα ξυμβαίνει, Δέλφικα τοῦτα καλοῦσι τὸ οἴκημα. *Hinc mos deductus, & Byzantii, & ubicumque Cæsareum accubitum est, Cenaculum Delphica appelletur.* Victor Tunnensis in Chron. *Vitalianus Constantinopoli intra Palatium, loco quem Delphicum dicunt, Justiniani Patricii factione dicitur interfectus fuisse.* Marcellinus Comes, eundem Vitalianum *in Palatio* XV. *vulneribus confossum* scribit. Ἀετιῆιον dicitur Annæ Comnenæ lib. XIV. pag. 443. Ed. Reg. ἡ δὲ Αὐγούστα τειχαρὲς γεγονυῖα, ἐδίζατο τοῦτον ἔξω τῆς τοῦ κοιτῶνος θύρας, Ἀετιήιον τοῦτο πάλαι ὀνομαζόμενον. *Augusta vero lætior effecta, hunc excepit extra cubiculi januam, in loco Pransorio olim appellato.* Ex quibus patet aliud fuisse *Delphicum* a Tribunali seu Palatio Novemdecim accubitorum, licet aliter sentiat vir eruditissimus in Notis ad Evagrium, cum *Delphicum* intra Magnum Palatium extiterit, ut diserte scribit Victor, Tribunal vero, licet haud procul a Magno Palatio steterit, ædificium ab eo separatum fuerit, & soli, de qua agemus, publicorum conviviorum solemnitati addictum.

XIV. HEPTAGONCHUM Palatii Triclinium septem Conchis constans, in quo habitam collationem Catholicorum cum Severianis ann. DXXXII. sub Justiniano scribit Liberatus Diaconus c. XIX. extremo.

XV. MARGARITES, Triclinium Palatii, habet Leo Grammaticus in Theophilo p. 449. Edit. Reg. ἀγαγέσα αὐτὰς ἐν τῷ παλατίῳ εἰς τὸ λεγόμενον Μαργαρίτῳ Τρίκλινον, *adducens eas in Palatii Triclinium, quod Margarites vocatur.* Meminit rursum in Basilio p. 373. ut & Porphyrogenitus in avi vita c. LXIX. & Scylitzes p. 592. E. R. ubi tradunt Basilium Macedonem, Leonem filium affectati imperii accusatum κατά τινα τῆς βασιλέων οἰκων, ὅτι Μαργαρίτης κατονομάζεται, purpureis calceis spoliatum, inclusisse.

XVI. MONOTHYRUM in Magno Palatio statuit Leo Gramaticus in Leone Philosopho pag. 479. Edit. Reg. ut & Anonymus Combefisianus in eod. Leone n. XIV. Triclinium forte unicam habens Portam: καὶ εἰς τὸ Μονόθυρον ἀγαγὼν *ad Monothyrum hominem adducens*: Κατ' αὐτὴν τὴν τὸ Μονοθύρα λεγομένης εἴσοδον, *in ipso Monothyri introitu*, ædificatam a Basilio Macedone S. Joannis Theologi ædem scribit Constantinus in Avi vita c. LIX.

XVII. PENTACUBUCLUM, Πενταχούβουκλον, Triclinium quinque constans cubiculis, καὶ τὰς Μαρκιανὰς περιδρόμους, *ad Marciani deambulationes*, seu porticus, venustate ac elegantia perinsigne, in Palatio condidit Basilius Macedo, ut tradit Porphyrogenitus in avi vita c. LIX. Ita οἶκος ἑπταχλίνης, ἢ ἐννεαχλίνης dixit Themistius orat. VI pag. 162.

XVIII. STEPHANA, apud Luithprandum in Legatione, est Triclinium M. Palatii, de quo agimus ubi de æde S. Stephani in Palatio.

XIX. SECRETUM, locum, seu ædem ita dictam in ipso Palatio statuere videntur

Edit. Pariſ. *pag.* 122.

ſcriptores. Theophylactus Simocatta lib. VIII. cap. VIII. ait, Phoca ad urbem cum exercitu properante, Mauricium e Secreto egreſſum: μιθίσατας τῦ παρὰ Ρωμαίοις λεγομένυ Σικρίτυ. Sed & Theophanes ann. XXV. Juſtiniani tradit Totila devicto, illius ſpolia ad Imperatoris pedes in Secreto fuiſſe projecta: καὶ ἐρρίφησαν εἰς τὰς πόδας τῦ βασιλέως ἐπὶ Σικρίτυ. Unde colligi videtur *Secretum* fuiſſe locum in quo Theſauri Imperatorii reponebantur: quomodo uſurpatur, ni fallor, ab Anna Comnena lib. VII. Alexiad. pag. 157. Edit. Reg. ſcribente Alexium parentem vice donariorum ex Eccleſiis ablatorum, ἀντιφωνητῦ χρυσίυ ποσότητα ἰκανὴν, ἐν τῷ Σικρίτῳ ab eo repoſitam, certam ſcilicet auri quantitatem, quæ ſecuritatis pro ſolutione vicem præſtaret, uti vocem ἀντιφωνητῦ ibi explicavimus. Id præterea firmat Scylitzes in Michaele Calaphate, ſcribens plebem perruptis magni Palatii portis, aurum, & quidquid in Secreto erat diripuiſſe, publicaſque tributorum tabulas conſcidiſſe: ἔ διαρύξαντες τὰς πύλας τῦ Παλατίυ, καὶ ἔσω γενόμενοι, τότε ἐναποκείμενον ἐν τῷ Σικρίτῳ διαρπάζουσι χρυσίον, καὶ τὰ λοιπὰ εἴδη. Secreti nomenclaturam Triclinio Palatii, quod Trullum vocabant, adſcribunt Acta Sextæ Synodi, quæ celebrata dicitur ἐν τῷ θείῳ σικρίτῳ τῦ θείυ Παλατίυ, τῷ λεγομένῳ Τρούλλῳ. In quo deſcriptam poſtmodum eandem Synodum Agathonis Diaconi manu igni tradidit Philippicus Imp. ut ipſe Agatho narrat.

XX. TRULLUS autem dictum Magni Palatii Triclinium, quod trullo, ſeu tholo opertum fuerit, ab Anaſtaſio Dicoro ædificatum, ut auctor eſt Zonaras, qui Θολῶτ illud vocat. Ὦοτον, ſeu Ὠατον nuncupari ab Joele obſervamus in Deſcriptione ædis Sophianæ num. XXXIII. ubi plura de hoc Triclinio. Id porro firmatur ab Anonymo in Vita ejuſdem Anaſtaſii, qui a Lambecio ad Codinum laudatur pag. 148. Edit. Reg. Καὶ βροντῶν καὶ ἀστράπτων περὶ τὸ παλάτιον εἰλυμένων, ἔ τῦ βασιλέως φεύγοντος ἀπὸ τόπυ, εἰς τόπον, ἐν ἑνὶ τῷ κοιτωνίσκων, τῷ λεγομένῳ Ὠάτῳ, κατέλαβεν αὐτὸν ἡ ὀργὴ, ὥστε αἰφνίδιον διαπεσῶν νεκρόν. *Fulgura ac fulgetris circa Palatium incumbentibus, & Imperatore de loco in locum fugiente, in uno e Tricliniis Oato nuncupato, Dei ira eum corripuit, ita ut de repente mortuus repertus fuerit.* Præterea ex Menæis ad 14. Sept. de Synodo Trullana: Ἡθροίσθη δὲ ἐν τῷ Τρούλλῳτῦ παλατίυ, τῷ λεγομένῳ Ὠάτῳ. Ex Rationali peræquatorum Biblioth. Regiæ cod. MXXIV. ubi θόλος, ὦατος appellatur: quomodo etiam actam Synodum a Germano Patriarcha Conſtantinopolitano, an. Chriſti MCCXXII. ἐν τῷ κατὰ τὸν ἁγιωτάτυν μητρόπολιν Νικαίας θόλῳ τῷ ὦάτῳ, habet Codex Cæſareus ab eodem Lambecio laudatus lib. V. de Cæſarea Bibliotheca cod. CCXLI. Verba autem Rationalis hæc ſunt: ἀπὸ τῆς ἐναποκειμένης ἐν τῷ θόλῳ τῷ ὦάτῳ τῦ μεγάλυ παλατίυ ἀρχαίας σικριτικῆς θέσεως τοῦ ῥηθέντος Σπανοπούλυ. Denique ex Georgio Pachymere lib. V. cap. XXIV. Μετὰ δὲ μετ' ὀλίγον ὕπνον τὸ Ὠάτυ μέσα καθήμενοι, ἐναύριον. *A pomeridiano ſomno in medio Oato frigus captabat.* Celebratur vero potiſſimum Triclinium iſtud propter actam in eo Sextam Synodum: Willelmus Tyrius lib. XXII. cap. IV. *In Palatio Domini Conſtantini Senioris, in ea parte Palatii quæ dicitur Trullus, ubi & ſancta & univerſalis Synodus Sexta, temporibus Conſtantini, filii Conſtantini, filii Heraclii dicitur fuiſſe congregata.*

XXI. ANDRONICI TRICLINIUM memorat Cantacuzenus lib. III. cap. XXVI. Τῆς αἰχίας ἐκείνῃ ἐκβαλόντες, βασιλέων ἄγαγον ἐντὸς, ἔ ἦρξαν, τῇ παρὰ Ανδρονίκυ τῦ πρώτυ βασιλέως οἰκίᾳ κατασκευασθέντα χρώμενοι ἀντὶ τῦ δεσμωτηρίυ. *Domo ejectam, intra Palatia adduxerunt, & in iis incluſerunt, domo ab Andronico primo ædificata vice carceris uſi.* Ubi primus Andronicus, videtur eſſe, qui vulgo Palæologus & Senior dicitur.

XXII. Erant præterea in Magno Palatio ANGIPORTUS varii, quos Græci Ανδρῶνας vocant, noſtri *Galeries*, ex quibus aliquot excitaſſe Manuelem Comnenum Imperatorem auctor eſt in illius Vita Nicetas lib. VII. nu. III. ubi bella a ſe geſta opere muſivo aureo depingi curavit. In iis memoratur potiſſimum ab eodem ſcriptore lib. III. num. IV. χρυσόπαστος μέγιστος ἀνδρὼν, ubi Codex alter pro, χρυσόπαστος, habet χρυσοτρίκλινος: quæ quidem voces ædificii elegantiam arguunt. Et eodem libro num. VI. τῷ κατὰ τὸ Αρχεῖον λαμπροτάτων ἀνδρώνων meminit idem ſcriptor.

XXIII. Ejuſdem forte architecturæ ac ſtructuræ fuere MARCIANI AMBULATIONES, ſeu Μαρκιανὰ περίδρομοι, de quibus Porphyrogenitus in Baſilio cap. LVII. & LIX. Ejuſmodi Magni Palatii ambulationes attigit etiam Nicephorus Calliſtus in Proœmio Hiſtoriarum pag. 18. Τοῖς δ' ἔνδον δρόμοις καὶ περιδρόμοις τισὶ τίνες γίγασιν ἐοικότες, ἐν κόσμῳ δὲ καὶ σοφρόνως ἐφεξῆς ἱρίμαι διεσκότες, ἀπ' ἀλλήλων διϊστᾶσι, ἀπανταχῆ χωρεῖν, καὶ τὰς ὄψεις ἐπιέναι φορτικόμενον. *Et ambulationibus intus atque extis, quos Pilæ quædam gigantibus ſimiles decenter & pulcre inter ſe ordine diſtantes diſtinguunt, longe lateque ſpatiari, atque oculos paſcere permittentes,* &c.

XXIV. Extitit etiam in Magno Palatio DAPHNE, locus appellatus, inquit Codinus pag. 51. Edit. R. a ſtatua Daphnes fatidicæ ibi poſita: vel quod in eo loco Calendis Januariis Senatus a Populo τὰς Δάφνας reciperet. Svidas Daphnen ſtatuit in Auguſtæo, ubi ait ſtatuam Helenæ matris Conſtantini ſtetiſſe εἰς τὸ ἀσχιπὶς τῆς Δάφνης, & ab eo locum nominatum Auguſtæum. Theophani p. 374. E. R. & Leoni Grammatico p. 458. E. R. Daphne pars eſt M. Palatii, ad quam ſtetit Oratorium S. Stephani. Vide quæ infra obſervamus de hac æde ſacra.

XXV. PURPUREAM PHIALAM, pro Imperialis Cubiculi veſtibulo poſuiſſe Conſtantinum Porphyrogenitum auctor eſt Anonymus in illius Vita num. XXIV. Καὶ Πορφυρᾶν Φιάλῃ ἐμαρόδιν τῦ κοιτῶνος αὐτοῦ ἐδείματο, δοχεῖον ἔξ ὑδάτων δημιργήσας, λίθοις μαρμαρίοις περιεκύκλωσε, λειότητος αὐτοῖς ὑπανγαζούσης. *Purpuream quoque Phialam pro Imperialis Cubiculi veſtibulo exſtruxit, aquarum conceptaculum fabricatus, quod columnis marmoreis in ambitu cinxit, lævore ſubfulgidis.* Ubi perperam legit vir doctus φυλακῇ, pro φιάλῃ. Mox addit, aquilam argento conflatam, averſo & obtorto collo, pedibuſque ſerpentem intorquentem ac ſuffocantem aquariæ fiſtulæ impoſuiſſe. Sed & Porphyrogenitum complura alia in Magno Palatio opera confeciſſe ſcribit, ac præſertim argenteas portas aurei Triclinii, & menſam argenteam ad convivas excipiendos, & ad ornatum τῦ ἀετυμείυ, cujus meminimus; præterea imaginibus ex muſivo ipſum Imperialis cubiculi veſtibulum adornaſſe. *pag.* 123.

XXVI. MONOTHYRUM, Μονόθυρον Palatii, habet idem Anonymus in Leone Philoſopho num. XIV.

XXVII. TROPICÆ, Τροπικῆς, loci ita dicti in Palatio meminit Anonymus Combefiſianus in Conſtantino Porphyrogenito numero IV.

XXVIII. Varia denique ædificia in Magno Palatio confeciſſe, vel adornaſſe Theophilum Imperatorem obſervat Continuator Theophanis editus a Combefiſio lib. III. num. XLII. & XLIII. cujus folia, cum hæcce ex noſtris prælo ſubderentur, in manus noſtras dumtaxat pervenerunt; neque enim volumen omnino confectum: ea vero hic promiſcue congeram. In his igitur fuit TRICONCHUS, Τρίκογχος κικρυσομένῳ ἔχων ἐροφῷ, ſic appellatus, quod ædificium fuerit tribus conchis conſtans; τρισὶ γὰρ κόγχαις μετρεῖται. Mitto reliquam deſcriptionem, quam pluribus perſequitur numer. XLII. ubi & τετράσιρον τρισὶ καὶ αὐτὸ κόγ-

χαὶ διειλημένος χ῀ τῷ ἀχόνε τοῦ ἐπικειμένε αὐτῷ Τειχόγχε recenſet. Deinde deſcribit MYSTERIUM, cujus meminimus, hiſce verbis: Τὸ δὲ ἀρκτῶον μέρος ἐκ δύο χιόνων ἀληθινοπιπέρων ἔχει διαγειργόμενον Μυςήριον· ὅτω τῇ κλήσει ἔχει, τούτῳ κατάλληλον· καὶ ἡ αἰτία, ὅτι κατάπερ τὰ ἄντρα σωιπηχῶν, ἀβλαβῆ τῇ ἠχῷ διαπέμπει φὸς τοὺς ἀκέοντας, &c. *Quæ autem pars ad Aquilonem vergit duplici columna purpureopipera, diſcretum Myſterium habet: ſic rite pro rei ratione nuncupatum, eo quod haud ſecus ac ſpecus reſonans repetitum ſonum omnem, velut Echo, ad audientes tranſmittit*, &c. Ubi columnæ ἀληθινοπιπέρος dicuntur, quæ ex lapide, ſeu marmore, quod *Piperatium* vocat Latinus Agrimenſor, confectæ ſunt. Recenſentur deinde ὁ τοῦ ΣΙΓΜΑ περίτυλος, & μυσικὴ τοῦ Τειχόγχε Φιάλη, ſic appellata, quod vicina fuerit Myſtico: ad latus orientales Sigmatis ærei leones duo aquam evomentes: Triclinia duo, quorum alterum PYXITEM, Πυξίτλω, vocabant: aliud EROS, Ερως, appellatum, quod ὁπλοθήκης vicem præſtabat, & in cujus parietibus depicta erant omnis generis arma. Tum MARGARITEM deſcribit, quem octo columnis ex Rhodio marmore aliiſque adornatum fuiſſe ait, in quo quidem Triclinio Theophilus ab æquinoctio verno ad æquinoctium autumnale morari conſueverat, cum appetente hyeme in Cariani Triclinium concederet: iſtud vero Triclinium ſua ætate Magni Papiæ domicilium fuiſſe ait idem ſcriptor: deinde Triclinium aliud CAMILAN dictum, τῷ χρυσοκατάςικτον ὀροφῷ habens, variiſque marmoribus exornatum: MESOΠΑΤΟΝ, quod ad Chryſotriclinium aureum ducebat, BIBLIOTHECÆ uſui a Conſtantino Porphyrogenito deinceps addictum. Denique cubicula alia deſcribit, quorum unum MOTΣIKON appellatum fuiſſe tradit, ob marmorum vario colore, inſtar muſivi, compoſitorum inſignem elegantiam. Hæc ſtrictius attigimus, quæ fuſius apud eundem ſcriptorem deſcripta lectori inſpicere licebit.

XXIX. HORTORUM PALATII meminit Nicetas in Andronico lib. II. num. VI. quos inter fuit ille Μεσοκήπιον dictus, ad orientalem ædis, quam Νέαν vocabant, faciem, binis Porticibus concluſus, omnis generis arboribus & plantis conſitus, & aquarum copia irriguus, ὃν ἀπὸ τῆς θέσεως Μεσοκήπιον ὀνομάζειν εἰώθαμεν, inquit Porphyrogenitus in Vita Baſilii c. LV. extremo. Meminit etiam Hortorum Palatii Continuator Theophanis lib. III. n. XLIII.

XXX. Intra Magni Palatii ſepta extitit TZYCANISTERIUM, τὸ Τζυκανιςήριον, ubi Imperatores, eorum filii, ac præcipui e nobilitate adoleſcentes, pila in equis ludebant, de quo militari, ſeu equeſtri exercitio diſſertationem integram inſtituimus ad Joinvillam, quæ eſt octava, ex qua tantum hic delibabimus quæ ad Tzycaniſterii Conſtantinopolitani ſitum ſpectant. Illud Theodoſium Juniorem primo ædificaſſe, eique adjunxiſſe equorum ſtabulum Trullis inſtructum Michaelem Theophili F. denique Baſilium Macedonem ampliaſſe tradit Codinus pag. 42. Edit. Reg. In Palatio, vel certe juxta Palatium, extitiſſe teſtatur omnino Luithprandus lib. V. cap. IX. ubi de magno Palatio agit: *Ex ea parte qua Zucaniſtrii magnitudo protenditur, Conſtantinus per cancellos crines ſolutus caput expoſuit.* Magno Balneo Conſtantini proximum fuiſſe ſcribit idem Codinus pag. XXXII. Edit. Reg. Alibi vero ait ex quatuor Porticibus ab Eubulo conſtructis juxta Palatium, unam a Tzycaniſterio ad ædem S. Antonii pertinuiſſe: Ὁ μὲν (ἐμβόλων) εἰς ἐξήρχετο ἀπὸ τοῦ Τζυκανιςηρίε, χ῀ τῶν μεγάλων, καὶ τῆς Ακροπόλεως, χ῀ τῆς Εὐγενίε, χ῀ διήρχετο μέχρι τοῦ ἁγίε Αντωνίε. *Harum Porticuum una incipiebat a Tzycaniſterio, Magnis* (ſ. balneis Conſtantini, de quibus ſupra) *& Acropoli, & tractu Eugenii, & perveniebat uſque ad ædem S. Antonii.* Haud procul ab Hippodromo & Porticu Excubitorum collocatur a Scylitze in Michaele Calaphato p. 751. E. R. Τοῦ δὲ δήμε τριχῆ διαιρεθέντος, ἧς μέρος μὲν ἐν τῷ ἱππικῷ προσβαλόντος, ἕτερα δὲ χ῀ τὰ Εξκούβιτα, τοῦ δὲ λοιποῦ χ῀ τὸ Τζυκανιςήριον· *Cum autem populus in tres partes diviſus eſſet, quorum pars ad Hippodromum erat, altera verſus excubita, reliqua ad Tzycaniſterium.* Sed præ cæteris Tzycaniſterii ſitum & amplitudinem deſignat Porphyrogenitus in Baſilio cap. LIV. ubi deſcribens Novam Eccleſiam, ſeu Νέαν, ab avo ædificatam in Palatio, hæc ſubdit: Κατὰ δὲ φὸς νότον τε καὶ τῷ θάλασσαν πύλας, ἡ ἐξελθὼν φὸς ἀνατολὰς ποιήσαθαι τῷ πορείαν διλίσιας, ἅπαν διήσεις ἰσομήκη τοῦ φὸς βορρᾶν χ῀ ἱσόδρομον δίαυλον, ἄχρι τῆς βασιλικῆς αὐλῆς ἐκπαρατείνοντα, καθ' ὃν μεθ' ἵππων σφαιρίζειν Βασιλεῦσί τε, χ῀ τοῖς τῶν δ' δαιμόνων παισὶ καθίςηκε σωήθεις. *Si autem verſus Notum & mare adjacentes portas exiens in Orientem greſſum direxeris, aliud æquæ longitudinis uſque ad Imperatorium atrium ſeſe effundens ſpatium offendes, in quo Imperatores & fortunatorum filii equo inſidentes pila ludere conſueverunt.* Qui quidem Porphyrogeniti locus mire illuſtrat quæ de hocce exercitio habet Cinnamus lib. VI. n. V. Τειχύμβαλον τοῦ Τζυκανιςηρίε memorant Anonymus Combefiſianus in Conſtantino Porphyrogenito n. IV. & Codinus apud Allatium, ut καταβάσιον τῆς Τζυκανιςηρίε Leo Grammaticus in Leone Philoſopho p. 480. E. R. quod quidem exiſtimem fuiſſe amplam ipſam planitiem Tzycaniſterii, in qua Bogomilos hæreticos aliquot igne abſumpſit Alexius Comnenus Imperator, ut Anna narrat lib. XV. p. 492. E R. Κάμινοι δὲ τλωπκαῦτα ἐπταπλασίως, χ῀ τὸν Μελῳδὸν, ἀνήπτοντο, ἵς τὸ οὐτωσίπως καλούμενον Τζυκανιςήριον: *Fornaces vero ſeptuplum, ut ait Melodus, hic accendebantur, in loco qui Tzycaniſterium vocatur.*

XXXI. Memoratur denique intra Magni Palatii ſepta Turris excelſior CENTENARIUM dicta, μέγιςος πύργος, ὃς κικλήσκεται Κεντωνάριον, apud Nicetam in Andronico lib. II. n. XI. cujus conditorem Conſtantinum M. ſcribit Codinus p. 57. Ed. R. qui id ei nominis indiderit propter impenſum in ejus ſtructuram centenarium. Notum vero quid ſi *Centenarium auri*, ex iis quæ obſervavimus ad Cinnamum p. 435. E. R. Hanc poſtea terræ motu collapſam reædificavit Theophilus Imperator.

XXXII. Magni Palatii veſtibulo obſervabantur immenſæ, ac longæ PORTICUS, in quibus excubabant Prætoriani milites ad Regiæ & Imperatoris cuſtodiam delecti, quas περτίκες τῆς Σχολαρίων, χ῀ τῆς Προτικτόρων χ῀ Καιδιδάτων vocat Chronicon Alexandrinum & Theophanes in Juſtiniano, ſub quo eas conflagraſſe ajunt in ſeditione Victoriatorum. Has τὰς περὶ τὸ Μέγα Παλάτιον περιδρόμες ςοὰς vocat Anna Comnena lib. IV. & VI. Alexiad. p. 455. 494. E. R. Deſcribuntur vero a Corippo lib. III. de laudibus Juſtini p. 34.

Ante fores jam pompa fuit, paſſimque per aulam
Porticibus longis ſtabat cum plebe Senatus.

Et infra pag. 39.

Ornata eſt Auguſta domus, juſſuque Regentis
Accîti proceres omnes, ſcholaque Palati eſt
Juſſa ſuis aſtare locis, jamque ordine certo
Turba Decanorum, Curſorum, in rebus Agentum,
Cumque Palatinis ſtans Candida turba Tribunis,
Et Protectorum Numerus, mandante miniſtro.
Omnes ſacrorum vis adfuit officiorum,
Ornata vario, cultuque, habituque, modoque.
Ingens Excubitus divina Palatia ſervans,
Porticibus longis porta condenſus ab ipſa
Murorum in morem lævam dextramq; tegebat, &c.

Ubi obſervandæ voces, *Excubitus* & *Numerus*: ab Excubitoribus enim *Excubita* & *Excubitus*: a Numeris vero militaribus, *Numeri* eæ Porticus appellatæ ſunt. Narrat quippe Codinus Conſtantinum Magnum ædificaſſe παλάτια ſeu Triclinia τῆς Χαλκῆς χ῀ τῆς Εξκυβίτων, καὶ τὰ ἀνωκ-

Edit. Pariſ. pag. 124.

ζόμενα Νούμερα, ad hæc ὁ ὄλον τῆς Ἐκτακλύχτου ἵστωσιν τῆς Σχολῶν. Excubitorum meminit Zonaras in Constantino Leonis F. pag. 86. εἶτα εἰς τὴν λεγομένην ἦλθε Χαλκὴν, κἀ ἄχρι τῶν Ἐξκουβίτων προῆλθεν, *deinde ad Chalcen venit, processitque usque ad Excubita*. *Excubitoria* dicuntur, in Historia de Exilio Sancti Martini PP. apud Anastasium in Collectaneis pag. 86. *Et auferentes eum de Lembo posuerunt eum in gestatorio, duxeruntque in custodiam Excubitorii, quæ cognominatur Prandearia, & fecit eum inclausum sub multa custodia, præcipiens Excubiti custodibus, ut nullus penitus sciret, quia est in eodem excubitu*. Hinc quid sit Πραωδιάρα in Chronico Alexandrino ann. XII. Arcadii docuimus in Notis ad Alexiadem pag. 423. Edit. R. ἐπὶ τούτων τῆς Ὑπάτων ἐκάησαν αἱ Ὧραι τὸ Ἱππικοῦ σὺν τῇ Πραωδιάρᾳ, ἔ προσπαρακείμενοι ἐμβολοι. *His Coss. conflagrarunt Portæ Hippodromi cum Prandiara, & adjacentes Porticus*. Proxima autem erant *Excubita*, seu Palatii Porticus Hippodromo, ut observare est ex Scylitze in Michaele Calaphate p. 751. E. R. Ut porro *Excubita*, non modo Porticus Palatii, sed etiam militares, qui eo loco ædificati erat, Carceres appellabant, ita *Numeros*, seu τὰ Νούμερα, promiscue pro ipsis porticibus, iisdemque Carceribus usurparunt. *Numera*, ait Codinus pag. 391. E. R. Constantinus Magnus exstruxit, sed quoniam nulli usui erant, Heraclius & qui eum subsecuti sunt Imperatores, iis vice Carceris usi sunt. Et vero τὰ Νούμερα pro carcere usurpari a Niceta Paphlagone in vita Sancti Ignatii Patr. CP. & in VIII. Synodo act. x. indicavimus in Notis ad Alex. at Nicephorus Call. lib. IX. cap. IX. ait Zeuxippi Balneum, labente Imperio, Νουμέρων τῷ κλήσιν habuisse, unde eum esse carcerem colligimus, qui Ζευξίππου φυλακὴ nuncupatur Pachymeri lib. VI. cap. XXXIII. præterea Zeuxippi Porticus a Severo Imperatore olim exstructas Palatii Excubitoribus addictas fuisse: notum enim ex scriptoribus *Numeros* appellatas militares cohortes, ac præsertim eorum qui Imperatorum custodiæ deputati erant: qua notione ἀριθμοὺς dixit Porphyrogenitus lib. de Adm. Imp. cap. LI. Sed hæc pluribus observarunt Cujacius ad L. III. de His qui non impletis stipendiis sacramento soluti sunt lib. X. Lipsius lib. IV. de Militia Rom. cap. II. Meursius lib. I. Animadvers. Miscel. cap. XIV. & in Gloss. Gr. Barb. Dempsterus ad Corippum, & aliquot alii: nos etiam quædam attigimus in Glossario nuper edito. Erant denique in his Palatii vestibulis Σχολαί, ut ex Codino docemur, locus scilicet in quibus Scholæ Palatinæ excubabant, diversæ & aliæ ab Excubitorum, Protectorum, & Numerorum cohortibus. Scribit Agatho in Epilogo de iis quæ Bardas Philippicus Imp. ausus est adversus VI. Synodum μεταξὺ τεσσάρων καὶ ἑκτῆς χολῆς ἐν τοῖς προαυλίοις τοῦ Βασιλικοῦ παλατίου, ejusdem Synodi extitisse imaginem, quam impius ille augustus dejecit. Scholæ Palatii meminit præterea vetus scriptor apud Suidam in διάδρομον. Ὡς δὲ οὐκ ἔχων τῇ ἀσάδῳ χρῆσασθαι, ἄρκτις αὐτὸν διέδεσε καὶ τοὺς οἴκους τῆς λεγομένης χολῆς ἀσκόμιζον. Neque enim assentior viro eruditissimo ad Amnianum a *Scholis* istis appellatas Palatinas Scholas existimanti, cum eæ loco ipsi nomen dederint, quemadmodum diximus de *Excubitis*, & *Numeris*, ab Excubitoribus & Numeris militaribus sic nuncupatis, cum *Scholæ* istæ Codini, nihil aliud fuerint, quam Porticus τῆς Σχολαείων apud Theophanem & auctorem Chronici Alexandrini. Porro Palatium diligenti & numerosa custodia munitum fuisse testatur Luitprandus lib. I. cap. IV. *Constantinopolitanum Palatium ob Imperatoris salutem multorum præsidiis militum custoditur*. Et lib. V. cap. IX. *Constantinopolitanum Palatium non pulchritudine solum, verum etiam fortitudine omnibus, quas unquam viderim, munitionibus præstat: quod etiam jugi militum stipatione non minima observatur. Moris ita-*

Edit. Paris. pag. 125.

que est, hoc post matutinum diluculum mox omnibus patere: post tertiam vero diei horam, emissis omnibus, dato signo, quod est, Mis, usque in horam nonam cunctis aditum prohibere. Denique Procopius in Anecdotis, & Agathias lib. ult. *Scholares* Palatii ter mille ac quingentos numero fuisse testantur.

V.

PALATIA URBANA.

I. PRæter Magnum Palatium complures aliæ in urbe extitere ædes regiæ, quæ *Palatiarum* perinde nomine donabantur, atque in iis PALATIUM CONSTANTINUM. cujus meminere passim recentiores præsertim Rerum Byzantinarum scriptores, quod quidem in regione XIV. Inter portam Caligariam & Hadrianopolitanam, ad Urbis muros terrestres excitatum erat: ita ut nemini dubium videatur, illud esse *Palatium*, quod vetus urbis Descriptio in decima quarta regione statuit: siquidem a Constantino Magno ædificatum fuerit, quod suadet Augusti istius servata hactenus appellatio. Quippe qua edita est hæc descriptio tempestate, sub Honorio scilicet, aut Theodosio Juniore nondum ædificatum erat Palatium Blachernianum, ut nec ædes Deiparæ Blacherniana excitata. Sed quod mirum videtur, nullus ex tot scriptoribus, qui res Byzantinas prosecuti sunt, Palatii a Constantino Magno eo in loco ædificati meminit; etsi a primæva novæ Urbis conditæ origine stetisse par sit credere, illudque esse quod postmodum *Hebdomi* nude appellationem sumpsit, quod in suburbano Hebdomo nuncupato excitatum fuerit. Nec scio ad idem sit quod *Tribunal*, ubi inaugurabantur Imperatores, quodque extra urbem in *Hebdomo* stetisse perinde tradunt scriptores omnes: nam Tribunal ædem fuisse & Palatium, vel hinc arguitur, quod in Tribunali agitata fuerint *Silentia*, seu actæ de rebus publicis concertationes, uti suo loco docemus: quæ quidem in *Consistoriis* peragebantur. Unde illud forte fuerit ubi *Consistorium* suum excitavit Gratianus Augustus, cujus mentio occurrit non semel in Codice Theodosiano, in quo describuntur leges, *quæ pars actorum habitorum in Consistorio Gratiani Augusti* esse dicuntur, cujus etiam memitit Ausonius in Gratiarum actione: etsi haud ignorem in L. III. C. Just. de Offic. divers. Jud. & apud scriptores *Consistorium* appellari generatim locum in quo Princeps de Rebus publicis consultat aut deliberat cum suis Consistorianis. Verum quidquid sit de Consistorio Gratiani, constat *Justiniani Consistorium* excitatum fuisse in Hebdomo, atque adeo in *Palatio*, ex aliquot legum ab illo editarum subscriptionibus: quædam enim habent, *recitata septimo milliario hujus inclytæ civitatis in novo Consistorio Palatii Justiniani*, ut L. XXII. de Sacros. Eccles. aliæ, *recitata septimo in novo Consistorio Palatii Justiniani*, ut L. XII. de Reb. cred. L. III. de Jure dot. L. III. de Bonis Libert. L. III. de Fideicom. L. XXXIV. de Donat. aliæ denique, *recitata in novo Consistorio Palatii D. N. Justiniani*, ut L. VI. de Hæred. decur. in quarum aliquot *septies*, pro *septimo* irrepsisse pridem viri docti monuerunt. Ex quibus *Consistorium novum*, de suo nomine appellatum condidisse Justinianum, vel inde apparet, etsi Procopius, qui ædificia Justiniani tam accurate prosecutus est, istius non meminerit. Præterea quod *Novum Consistorium* ædificatum a Justiniano in hisce legum subscriptionibus dicitur, arguit *Consistorium* ibidem antea stetisse, seu ædificium ita appellatum, quod forte illud fuerit, quod Gratiani esse diximus. Neque aliud etiam fuerit, quod

pag. 126.

Justiniano adscribit Epigramma XVII. c. XXIII. lib. IV. Anthol.

Φαιδρὸν Ἰουστινιανὸς ἄναξ ἱμὲ χῶρον ἐγείρει,
Ἡλίῳ παρέχων δώμβον ἀνερχομένῳ
Οὔποτε γὰρ τοιοῦτον ἐπὶ χθονὸς εἶδρακε κάλλος,
Τόσσον οὐρανίην εἶμον ἐπεχόμενος.

Palatium autem in Hebdomo extitatum, vel inde conjicere licet, quod Cedrenus scribat in Justiniano, προκόπτοντος τοῦ γινομένου ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, *cum processum faceret* Justinianus *ad Hebdomum*, vel *cum in Hebdomi processu moram ageret*, βεβιαζέτας τὸ σίμμα τοῦ Βασιλέως amisisse. Quippe ad Palatia Suburbana *processus* fieri dicebantur, cum ad ea secedebant Imperatores, in iis moram acturi, ut alibi observamus. Ita in Chronico Alexandrino legimus Tiberium Imp. ἐν προκόπῳ τοῦ Ἑβδόμου decessisse, & Phocam Imperat. ἀπὸ τοῦ προκόπου Ἑβδόμου, in urbem equo vectum venisse. Meminit etiam *Processus*, atque adeo Palatii τοῦ Ἑβδόμου Porphyrogenitus lib. de Adm. Imper. cap. LI. ut & παλατίων τοῦ Ἑβδόμου Menæa ad XXIX. Julii. Sed & Palatium Hebdomi videtur intelligi apud Theophanem pag. 85. Edit. Reg. & Zonar. pag. 36. cum scribunt Pulcheriam rerum administratione remotam a fratre Theodosio in Hebdomum secessisse. At si vera sunt quæ de Tiberio refert auctor Chronici Alexandrini, *in Processu* scilicet *Hebdomi*, vel *ab Hebdomum*, id est cum in Palatio Hebdomi moraretur, hominem exuisse, illiusque corpus navi in urbem delatum, in æde SS. Apostolorum humo mandatum, Tribunali adjunctum fuisse Palatium colligere est ex iis quæ in hanc rem habet Simocatta l. I. c. I. Scribit quippe Tiberium Aug. morti vicinum delatum ἐπὶ τὸν ὕπαιθρον τῆς βασιλέως αὐλὴν, ἥτις παρήνωται τῇ πολυσιβάδι τῆς ἀναλτόρων οἰκίᾳ, φρουρίῳ περιφανεῖ καὶ παραδόξῳ τῷ φρουρίῳ. *In subdivale Palatii atrium, quod Regiarum ædi multis cubiculis aut lectisterniis constanti, adjunctum est, iisque magnifici & admirandi vestibuli vicem prebet*, corona, purpureaque chlamyde Mauricium induisse, & Imperatorem appellasse: quæ quidem, nisi obesset Chronicon Alexandrinum, de Tribunali novemdecim accubituum accipienda censerem, ita ut per οἰκίαν πολυσιβάδα intelligeretur. Sed cum diserte tradat Tiberium in Palatio Hebdomi defunctum, longe potius videtur Simocattam Palatium istud intellexisse: præsertim cum Theophanes Mauricii inaugurationem ἐν τῷ Τριβουναλίῳ nude factam dicat. id est non adjuncta Novemdecim accubituum appellatione, quam non siluisset. Proinde non Palatium, sed in Ἑβδόμῳ Palatio *novum Consistorium* condidit Justinianus. Sic enim capienda hæc verba in prædictarum legum subscriptionibus, ut *Palatii* ad *Consistorium* referri debeat, proindeque *novum Palatii Consistorium* a Justiniano in Palatio Constantini Magni ædificatum fuerit. Quod videtur indicare Cantacuz. lib. III. c. LXXXVII. scribens sua etiamnum ætate amplam ædem, ruinis ac maceriis licet deformem, Justinianeam dictam extitisse in eo *Palatio*, quod *Constantini* appellant Græci hodierni, ad muros urbis terrestres; quam in in publici Carceris usum commutare decreverat Apocaucus, qui summa rerum pollebat sub Joanne Palæologo: Δεσμωτήριον δὲ ἐν τοῖς βασιλείοις Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου κτισθὲν ποιεῖν διενοῦτο· οἶκος γάρ ὄντος ἐκεῖ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ φροντιζομένου, τὴν στέγην ὑπὸ τοῦ χρόνου διαφθαρμένην, πᾶσαν εἴσοδον ἀναφράξας, οἰκίσκους ἔνδον ἐκείνου πλάτους διελεῖν ἐφ' ἑκατέρῳ μέρει, καὶ τούτοις κατακλεῖσαι τοὺς δεσμώτας, &c. *Carcerem autem in Palatio Constantini Magni communem ædificare decrevit. Namcum ampla ibi esset domus, Justinianea appellata, tecta ob vetustatem expers, aditu omni præstructo, complura quæ intus erant conclavia ab utraque parte divisit, & in iis reos includere statuit.* Ducas cap. V. rem eamdem enarrans, & ut præcipuos Cantacuzeni familiares in Carcerem conjecerit Apocaucus, diserte scribit, ἐν τῷ φρουρίῳ τοῦ μεγάλου Παλατίου incluſos fuisse. Et certe ejuscemodi verbis fucum facit lectoribus, quibus videtur persuadere Cantacuzenianos incarceratos fuisse in Magno Palatio, maximeque ex iis quæ consequenter enarrat, quosdam videlicet ex inclusis reis per subterraneos τοῦ ναοῦ τῆς Νέας meatus evasisse. Quippe constat ædem Νέαν, seu Sancti Michaelis, a Basilio Macedone exstructam, intra Magni Palatii septa extitisse. Atque ut verum fatear, non omnino abhorret idem Cantacuzenus, eodem capite scribens, incarceratos potuisse, si voluissent, dum aberant custodes, in ædem Sophianam evadere, vel aliquopiam confugere. Quod certe non dixisset, si in Palatio Constantini, quod ad urbis muros extitit in XIV. regione, detenti fuissent: quo quidem casu Triclinium Justiniani illud intelligendum esset, quod Rhinotmetus in Magno Palatio condidit: Præsertim cum Magnum Palatium, *Constantinianum* appellatum sua ætate scribat Willelmus Tyrius lib. XX. cap. XXV. lib. XXII. cap. IV. Verum quo minus hanc amplectar sententiam, vetat ipse Cantacuzenus, qui variis in locis, libro scilicet III. cap. L. LXV. LXXXVIII. & LXXXIX. Constantini Magni Palatium, amplitudine sua conspicuum, & a longo tempore neglectum, vicem carceris suo ævo obtinuisse scribit: unde colligitur illud intelligi in quo Apocaucus Cantacuzenianos recluſit. Quod vero Ducas subdit per subterraneos τὸ ναὸ τῆς Νέας meatus evasisse captivos, constat perperam cepisse verba Cantacuzeni cap. LXXXVIII. qui ex hoc elapsos Palatio, in templum τῆς ἁγίας ταγμάτων fugisse narrat; ita ut vox Ἁγία ei imposuerit, & vocem Νέαν restituendam, & ad ædem S. Michaelis in Magno Palatio referendam putaverit: nisi error sit in editione Ducæ, quod omnino reor, legendumque sit τῆς Ἁγίας, pro τῆς Νέας: nam *Enea* hanc ædem nude appellatam testatur Bondelmontius, qui Constantiniano Palatio eam adjungit: quod quidem Palatium, *Justiniani* exerte appellat: *Et ultra fuit supra mœnia amplissimum Justiniani Palatium, cum Ecclesia Enea dicta*, &c. Deinde Ducas per Magnum Palatium intellexit indubie Palatium Constantini, quod vice φρουρίου urbi erat, uti ab eodem indigitatur. Denique Palatii Constantini appellatio, quam etiamnum Palatio, quod inter Portam Caligariam & Hadrianopolitanam situm est, tribuunt Græci, controversiam hanc dirimit. Est enim hoc Palatium in Hebdomo, in regione decima quarta. Leunclavius in Pand. Turc. num. CC. perperam illud cum Blacherniano confundit, traditque sua ætate Murathem III. cum ibi elephanti alerentur, Græcis Patriarchii loco concessisse. Iis consimilia habet Gyllus lib. IV. c. IV. ita de hoc Palatio scribens: *Jam vero ex his quæ post addam cognoscetur Hebdomum suburbium fuisse in XIV. regione Urbis continente in se Palatium. Nunc ex tot antiquis Palatiis nullius nomen extat nisi Palatii in septimo colle siti, quod etiamnum appellant Constantini, ex cujus ædificiis restat unum cum aliquot columnis, & cisterna in qua elephanti stabulantur.* Palatium nude dicitur Monstrelleto III. vol. pag. 59. *Fut mis au costé de Caligaria, à l'endroit du Palais d'Empereur.* Παλάτιον, Ducæ cap. XXXIX. p. 159. quo loco ait in extrema urbis obsidione Lucam Notaram Magnum Ducem illud tuendum suscepisse, tamquam φρούριον, & arcem. Tradit Bulialdus αὐτόπτης ad Ducæ cap. XXXVII. in illo Constantini Palatio, cubiculi superioris concamerationis januæ Boream spectantis, & qua in mœniana patet exitus, lapidi superliminari aquilam bicipitem alis expansis insculptam esse: & in columellarum quæ mœniana ambiunt capitulis lilia scuti Francici cerni; aliquot etiam scuta alia, quæ Π & litteras aliquot implexas in modum X. habent: quæ quidem non *Pascha*, uti opinatur, sed Palæologorum monogramma repræsentare fatebitur, qui rem consideratius attenderit. Idem etiam appellatum.

Edit. Paris. pag. 127.

II. PALATIUM MAGNAURA: nam etsi ex prædictis omnino appareat veteres historiæ Byzantinæ scriptores, non modo de Palatio Constantiniano ad muros urbis terrestres non locutos esse, sed & nec illius indicasse nomenclaturam; hanc tamen eruimus ex Codino in Orig. CP. scribente, Τείχιον τῦ μεγάλε Κωνσταντίνε, Μαναῦραι appellari. Magnauræ autem, Palatii ita nuncupati, crebra est apud eosdem scriptores mentio, a quibus ad angulum urbis, qui Ceratini sinus caput spectat, statuitur. Idem Codinus Magnauram condidisse Constantinum M. auctor est: αὐτόγερε δὲ καὶ τὴν Μαγναύραν. Unde percipitur cur *Palatium Constantini* nuncupatum fuerit. Magnauræ primum meminisse observo auctorem Chronici Alexandrini in Justiniano an. v. ubi seditionem Victoriatorum describit: Καὶ φυγόντες ἐκεῖ οἱ δῆμοι ἔβαλον πῦρ ἐπὶ τὴ Μαγναύραν, ἐ συνδρομῆς τοπῦς γενομένης, ἐσβέσθη ἐθέως· *Et fugientes inde Factiones, ignem in Magnauram immisere, & facto multo concursu, statim extinctus est.* Solarium rotundum in eo ædificavit Mauricius Augustus anno XIV. & in medio atrio statuam suam posuit, in eodemque loco Armamentarium condidit. Theophanes pag. 231. Edit. Reg. & ex eo Cedrenus pag. 298. Edit. Reg. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἔκτισεν ὁ Βασιλεὺς τὸν ὑλικὸν τῆς Μαγναύρας ἐ ἔστησεν ἐν τῷ μεσαύλῳ τὴν ἰδίαν, τύλην, ἐ ἀπέθετο ἐκεῖ τὸ Αρμαμέντον. Triclinium aliud in Magnaura excitatum ab Heraclio, post devictos Persas, evincit inscriptio, quæ ad illud posita fuit, hocce tristicho, quod habetur lib. IV. Anthol. c. XXIII. comprehensa, cum hoc lemmate: εἰς τὸν τρίκλινον τῆς Μαγναύρας.

Ὀτρηλέως τολύπευσαν τόνδε δόμον Βασιλῆες,
Αἰχμὴν ὀλβοδότειραν ἀπὸ σαυροῖο λαχόντες
Αὐτὸς ἄναξ Ηρακλῆς, σὺν Κωνσταντίνῳ υἱῖ.

Hoc est interprete V.C.P. Menardo Turonensi:

Grandia magnifici struxere hæc atria Reges
In Cruce qui certam sibi constituere salutem,
Est pater Heracles, & cum patre Constantinus.

Magnauram Πεντατύργιον nuncupatam videtur scripsisse Cedrenus in Theophilo pag. 513. Edit. Reg. καὶ τὴν Μαγναύραν, ἤτοι τὸ Πεντατύργιον συναθροισθῆναι, *ad Magnauram seu Pentapyrgium convenire jussit.* Verum an quod quinque turribus instructum fuerit Palatium, quod quidam volunt, ita dictum fuerit dubium injicit Leo Gram. in eodem Theophilo p. 450. Ed. R. Φιλόκοσμος δὲ ὁ αὐτὸς Θεόφιλος, κατασκεύασε διὰ τὲ ἄρχοντος τοῦ χρυσοχόε — τότε Πεντατύργιον, καὶ τὰ δύο μέγιστα ὄργανα ὁλόχρυσα, &c. *Cum vero Theophilus ornatibus delectaretur, per Aurifabrorum principem jussit conflari Pentapyrgium, & organa duo maxima aurea.* Ita vertit vir eruditus. At non desunt qui hæc verba, κατασκεύασε τὸ Πεντατύργιον, non ad conflationem referri, sed ita capienda putant, ut dicatur Theophilus Imperator Triclinium, vel certe ædificium aliquod quinque constans turribus, ædificasse: quemadmodum fuit illud in Manganorum Palatio, quod πεντόροφον οἴκημα vocat Anna Comnena lib. XV. p. 503. Edit. R. Vide Leunclavium in Pand. Turc. num. CCVI. Extitit Magnaura in Hebdomo ad Occidentem opposita Cyclobio castello, quod stetit ad Orientem, ad Portam Auream. Narrat quippe Theophanes anno V. Copronymi, Saracenos ad urbem appulisse in Thracicas partes, ἀπὸ τῆς ὡρὸς δύσιν ἀκρότητος τῦ Εβδόμε, ἥτις τῆς λεγομένης Μαγναύρας, μέχρι πάλιν τῦ ὡρὸς ἀνατολὴν ἀκροτηρίε τῦ λεγομένε Κυκλοβίε. Unde conficitur non modo Magnauram ad angulum urbis, qui Sinus Ceratini caput spectat, sed & in Hebdomo sitam, proindeque esse illud Palatium quod in decima quarta regione statuit vetus Urbis Descriptio, & quod *Palatium Hebdomi* scriptoribus dicitur. Idem Theophanes in Leone Isauro ann. I. ait eosdem Saracenos ad urbem excursionem fecisse, ἀπὸ τῆς Μαγναύρας, ἕως τῦ Κυκλοβίε, *a Magnaura ad Cyclobium.* Juxta Palatium, Blachernianum scilicet, collocatur a Luithprando lib. VI. cap. II, cujus elegantiam describit: *Est*, inquit, *Constantinopoli domus Palatio contigua, miræ magnitudinis & pulchritudinis: quæ a Græcis ρ loco λ posita, Megaura, quasi Magna aura, pro aula dicitur.* Verum quod de vocis, *Magnaura*, etymo subdit, nescio an omnibus probetur, ut & illud quod affert Codinus pag. 60. Edit. Reg. qui ait Anastasium Dicorum fulmine ictum in hoc Palatio exclamasse, ὦ Μαριᾶ, ὑπὸ αὔρας ἀπολλυμαι, καὶ δηλῶ τῦτο ἐκλήθη ὁ Τρίκλινος Μαναῦρα, *o Mana, ab aura pereo: atque hinc Triclinium illud Manauræ nomen retinuit.* Quibus quidem verbis videtur innuisse Anastasius, si tamen Græculo scriptori hac in re fides aliqua, *Magna aura*, id est vehementiori immisa cælo tempestate perire. *Auram* enim vocabant ævi inferioris Latini scriptores, tempestatem vel ventum vehementiorem, uti a nobis observatum nuper in Glossario. Ita *Magnam auram* dixit Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium pag. 78. *Nec fuit aliqua porta in toto Mediolano, quæ ex aliquo latere non combureretur, & magna aura ventilante, multæ domus optimæ —— combustæ sunt.* Sed ut verum fatear, puerilia sunt ejusmodi Græculorum figmenta. Præ cæteris autem hoc Palatium coluit Theophilus Imperator: narrant quippe scriptores, cum ornatuum amantior esset, quod jam attigi, per aurifabrorum principem valde celebrem, Antonii Patriarchæ affinem, *Pentapyrgium* confeciisse, & duo maximo organa ex auro solido, lapillis diversi generis & crystallinis adornata, arboremque auream, cui insidentes passerculi secretis quibusdam machinis cantus musicos edebant: ita Cedrenus p. 450. E. R. cujus Græca hæc sunt: Κατεσκεύασε —— τότε Πεντατύργιον, καὶ τὰ δύο μέγιστα ὄργανα ὁλόχρυσα διαφόροις λίθοις καὶ ὑελίοις καλλύναι αὐτά· δένδρον τε χρυσοῦν ἐν ᾧ στρουθίον ἐφεζόμενον δι' μηχανῆς τινὸς μουσικῶς ἐκοιλάδει. Id ipsum præclare versibus suis politicis exaravit etiam Constantinus Manasses in Theophilo:

Σημεῖον δ' ἐνεργέστατον τῆς μεγαλοπρεπείας,
Καὶ λιγυρὸν μυσίκευμα χάργαλον ἀπορρέον.
Σιὼ τούτοις καὶ κατάχρυσα καὶ τηλευγοῦντα δένδρα,
Χρυσέῳ τῇ χλωρότητι πυρράζοντα μακρόθεν.
Ἐν οἷς στρουθία μουσικὰ χρυσότευκτα καθῆτο,
Ὡς ἐν πιτάλοις πίτυος, ἢ πτυχῆς ἀκροτόμε,
Ἐκ μηχανῆς ἐκπέμποντα λάλημα μελιτόεν.

Viri magnificentia ex hoc colligitur, quod artem excogitavit condendi organa musica, de quibus machina quadam spiritus emissus, jucundos ac suaviter resonantes cantus efficit. Præterea arbores illas aureas, lateque splendentes, in quibus aviculæ musicæ ex auro factæ considebant, tamquam in pinus, aut proceræ piceæ ramis, machinæ cujusdam opera melleum carmen modulantes. Sed hæc omnia non ipsum adinvenisse Theophilum, sed Leonem insignem Philosophum, qui eo imperante vixit, & cujus elogium perstringunt Scylitzes pag. 549. Ed. R. Zonaras p. 129. E. R. in Michaele Theophili F. &c. auctor est Glycas in eodem Michaele. Qui quidem ille est Leo Philosophus, cui Manasses adscribit nescio quod ὡρονόμιον, per quod Imperatori agenti in Palatio singulis horis spectandum exhiberet quidquid novi apud gentes remotiores fieret. Sed ut ad arborem auream a Theophilo in Magnaura positam revertar, præstat quod de hac machina, illius αὐτόπτης Luithprandus, pluribus loco laudato commemorat: *Hanc itaque* (domum Magnauram) *Constantinus* (Porphyrogenitus) *tum ob Hispanorum nuntios, qui tunc noviter eo venerant: tum ob me & Luitefredum, hoc modo parari jussit. Ærea, sed deaurata quædam arbor* (ita Græci non semel exteris imponunt, dum æs pro auro puro

Edit. Paris. pag. 128.

venditant, licet revera ex auro solido conflatam scribat Continuator Theophanis lib. IV. n. XXI.) *ante Imperatoris oculos stabat: cujus ramos itidem æreæ diversi generis deauratæque volucres replebant, quæ secundum species suas diversarum avium voces emittebant. In primis vero solium ejusmodi erat arte compositum, ut in momento humile, excelsius modo, quam mox videretur sublime. Sed sedile quod erat immensæ magnitudinis, incertum utrum ærei an ligneî, verum auro tecti leones quasi custodiebant. In hac igitur duorum Eunuchorum humeris incumbens, ante Imperatoris præsentiam sum deductus. Cumque in adventu meo leones rugitum emitterent, aves secundum species suas perstreperent, nullo sum terrore, nulla admiratione commotus: quoniam quidem ex his omnibus eos qui bene noverant fueram percontatus. Tertio itaque Imperatorem pronus adorans, caput sustuli: & quem prius moderata mensura a terra elevatum sedere vidi, mox aliis indutum vestibus penes domus laquear sedere prospexi. Quod qualiter fieret cogitare non potui, nisi forte eo sit subvectus ergalio, quod torcularium arbores subvehuntur.* At cum arbores, aves, leones, cæteræque ejusce Palatii machinæ, etiam Constantino Porphyrogenito imperante constiterint, non video cur ipsemet Constantinus in avi Vita cap. XXIII. scribat præclara hæc omnia opera conflasse Michaelem Theophili filium, scilicet τῷ χρυσῷ ἐκείνῳ καλαμίνῳ πλάτανον, καὶ τοὺς δύο ὁλοχρύσους γρύπας, ἐκ τῶν δύο χρυσοῦς σφηνηλάτους λέοντας, καὶ τὸ ὁλόχρυσον ὄργανον, *auream illam platanum, & duos aureos gryphes, auroque fabrefacto leones, & auro solido compactum organum*: nisi forte opera illa Theophili ex auro solido confecta fuerint, hæc vero ex ære auro obducto. A Porphyrogenito porro hauserunt quæ habet in hanc rem præter Manassem Scylitzes in eodem Basilio pag. 544. E.R. ubi tamen γύπας, *vultures*, pro γρύπας præfert codex editus. Iisdem similia etiam tradit Glycas, qui rugitum emittentium leonum præterea meminit. Jam vero ex Luithprando docemur ab Imperatoribus in Palatio Magnauræ excipi solitos principum legatos: quod & observare est ex eodem Porphyrogenito cap. LIII. Δοχῆς δὲ γεγονυίας ἐν τῇ Μαγναύρᾳ, καθὼς ἐστὶ τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμαίων ποιεῖν, ὅτ' ἄττικα ἤτοι ἐφ' ἡγεμονίας ἔθνους τινὸς περιφανοῦς καὶ μεγάλων εἰσδέχεσθαι μέλωσιν. *Excipitur in Manaura, ut facere solent Romani Imperatores, cum percelebrem & magnum nationis alicujus principem excepturi sunt.* Ab eo etiam hausit quæ habet hoc loco Scylitzes pag. 586. E.R. qui, ut & Leo Grammaticus pag. 604. E.R. præterea Armeniorum Legatos in hoc Palatio a Leone Philosopho Basilii filio exceptos narrat. Denique Guillelmus Bibliothecarius p. 228. E.R. ait Legatos Hadriani PP. *ad Irenis Palatium descendentes, in domum, quæ dicitur Magna aurea, a Joanne a secretis, Spatharioque Candidato, & Strategio Spathario Candidato, quibus subministrationis gratia deputati fuerant, laudabiliter susceptos.* In eo pariter Palatio solemni apparatu celebratas Imperatorum nuptias tradit idem Grammaticus in Michaele p. 458. E.R. Μιᾷ δὲ τῶν σφαυθτων ἐν τῷ ἁγίῳ Στεφάνῳ τῷ ἐν τῇ Δαφνῇ, γενομένῳ τῷ πατρὶ εἰς τὴν Μαγναύραν, τῆς δὲ συγκλήτου ἀνακλιθείσης ἐν τοῖς Δικαστηρίοις κυβίτοις, *cum qua in æde S. Stephani ad Daphnen corollis nuptialibus donatus est, convivio in Magnaura parato, & Senatu ad Tribunal Novemdecim accubituum recumbente.* Et in Basilio pag. 473. Ποιήσας τοὺς γάμους ἐν τῇ Μαγναύρᾳ, καὶ ἐν τοῖς Δικαστηρίοις κυβίτοις, *celebratis nuptiis ad Manauram, & ad Novemdecim accubita.* Adde Symeonem Logoth. in eod. Basil. n. XIX. Præsertim vero in hoc Palatio agebantur Conventus ii publici, quibus Imperator ipse intererat. Hinc legimus apud Theophanem anno I. Leonis Chazari, eundem Augustum σιλέντιον ἐν τῇ Μαγναύρᾳ fecisse: Imperatricem Irenem an. V. populum εἰς τὸν Μαγναύρας congregasse, & an. VIII. una cum Constantino filio, decreta secundæ Synodi Nicænæ coram Tarasio Patriarcha & Episcopis subscripsisse; quod refert etiam Ignatius Episcopus in vita Tarasii n. XXI. Theophilus apud Cedrenum pag. 533. E.R. morti proximus ad Magnauram deferri se præcepit, quo convocatum Senatum alloqueretur. In eo Palatio Basilius Macedo, exacto Photio, Silentium habuit, ut auctor est Nicetas Paphlago in vita Ignatii Patr. CP. pag. 712. edit. MDCXVIII. Leo Grammaticus pag. 486. E.R. ait Leonem Philosophum Imperatorem propter morbum, quo extinctus est, non potuisse ἐν τῇ Μαγναύρᾳ τὸν δημηγορίαν διακαλέσαι ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς νηστειῶν, *in Magnaura orationem habere in capite jejuniorum*: denique Alexandrum Imp. mortuo Leone fratre σιλέντιον καὶ σύνοδον ἐν τῇ Μαγναύρᾳ fecisse. In Magnaura agitata judicia colligere est ex iis quæ habent Theophanes anno I. & IX. Nicephori Logothetæ, Cedrenus pag. 568. edit. Reg. & Glycas, ubi tradunt Basilium Macedonem justitiæ amantem, judices constituisse, qui quotidie pro tribunali sederent in Magnaura, in Hippodromo, & in Chalce. Atque ex iis conjicere licet sedisse judices in Consistorio, quod a Justiniano conditum fuisse diximus.

III. PALATIUM FLACCILLIANUM in undecima Regione statuit vetus Urbis Descriptio, quod quidem ab Ælia Flaccilla prima Theodosii M. Imperatoris uxore ædificatum tradit Chronicon Alexandrinum pag. 708. edit. Reg. Καὶ αὐτὴ Φλακίλλα κτίζει Φλακιλλιανῶν τὸ Παλάτιον, *& ipsa Flaccilla condidit Palatium Flacillianarum*. Nec diversum ab eo quod infra pag. 781. idem scriptor Palatium Placillianarum vocat, in quo, Justiniano imperante, asservabantur Augustorum vestes, & alia Imperii symbola: nam Flaccillam & Placillam promiscue appellari a scriptoribus observatum supra in stemmate Theodosii. Sic igitur Chronicon Alexandr. ubi de seditione Victoriatorum: Ἦσαν οἱ δῆμοι ἀπὸ τοῦ Παλατίου Πλακιλλιανῶν ἕτω λεγομένων σίγνα βασιλικὰ ἀποκείμενα ἔχοντες, καὶ ἔβαλον εἰς τὸν κεφαλὸν τὸ αὐτὸ Τπατίε. *Tuleruntque Factiones signa vel insignia imperatoria ex Palatio Placillianarum, ubi asservabantur, & imposuerunt capiti Hypatii.* Neque aliter indigitatur a Procopio lib. I. de Bello Pers. cap. XXIV. ἐστι τοίνυν ἡμῖν Βασίλεια ἕτερα, Πλακιλλιαναί τε καὶ τὰ τε Ἑλένης ἐπώνυμα, *alia sunt porro nobis Palatia, Placillianæ scilicet, & quod Helenæ nomen præferunt.*

IV. PALATIUM PLACIDIANUM in prima urbis regione collocatur in veteri urbis Descriptione quæ asservatur in Bibliotheca Cæsarea: *Continet in se idem Palatium magnum, Lusorium, Palatium Placidianum, Domum Placidiæ Augustæ*, &c. Ex quibus conficitur diversas fuisse ædes Palatium Placidianum, & Domum Placidiæ Augustæ, tametsi utraque nomen Placidiæ præferat: nam domus Placidiæ Augustæ, a Galla Placidia Theodosii M. filia extructa fuit: Palatium vero Placidianum, a Galla Placidia ejusdem Theodosii uxore altera, si conjecturæ licet indulgere: quam enim scriptores Gallam nude vocant, auctori Chronici Alexandrini Galla Placidia dicitur, quod & suadet Gallæ Placidiæ filiæ nomen. An vero per Πλακιδιανάς, uti vocant scriptores, Palatium, vel domus Placidiæ intelligatur, ex his quæ mox de posteriori observabimus, facile, vel certe liberum erit cuique statuere. pag. 130.

V. PALATIUM HELENÆ, quod à Procopio lib. I. de Bello Pers. c. XXIV. παλάτιον τὸ Ἑλένης ἐπώνυμον nuncupatur, παλάτιον Ἑλενιανῶν perperam dicitur apud Theoph. an. XVI. Anast. Dicori: legendum enim Ἑλενιανῶν, quomodo præferre codicem Peiresc. monet Goarus: *Palatium Helenianense*, Anastasio in Hist. Eccl. pag. 50. ubi Cedrenus ad hunc annum, ἐν τῷ Παλατίῳ nude habet. Meminit præterea Theophanes an.

VIII. ejusdem Anastasii, *βαλανεῖον τῶν Ἑλενιανῶν*, *Balnei Helenianarum*, in cujus labro Olympius quidam Arianus, cum inter lavandum, de sancta Trinitate blasphemias evomeret, miserè periit: quod in Africa accidisse perperam dixit Paulus Diaconus lib. XV. Hist. Misc. pag. 428. edit. Canisii: etsi rem accuratius quam Theophanes commemoret. Sed quod *Helenianarum* Theophanes, *Elyanensium Balneum* ille appellavit: quaquidem nomenclatura locum *Helianas* dictum agnoscit Marcellinus Comes: *Forum Theodosii in loco, qui Helignæ dicitur, ædificatum est.* Sed & Victor Tunnensis in Anastasio, *Helianas* hoc Balneum nuncupat: *Olympius quidam Arianus in Balneis, quæ Helianæ vocantur, apud Regiam urbem, sanctam & consubstantialem Trinitatem blasphemans, tribus ignis jaculis* (apud Isidorum *sicilis* habetur, apud Theodoretum vero, de quo niox, *τρισὶ σίκλαις*,) *Angelo ministrante visibiliter in piscina frigidæ aquæ* (*ἐν ὑδροφόρῳ* habent Theodoretus & Theophanes) *perfusus, vitam impiè simul prodigioseque finivit.* Miraculum hoc in tabella depictum addit idem scriptor, ut & Theodoritus lib. IV. Hist. Eccl. apud Joannem Damascenum lib. III. de Imag. pag. 190. edit. Romanæ, quisquis ille sit Theodoritus, seu sit Theodorus Lector, quod vult Billius, sive alius scriptor, qui hanc ipsam historiam recitans, habet *ἐν τῷ λατρῷ τοῦ παλατίου τῆς Ἑλενιανῶν*. Porro si *Helianæ*, pro *Helenianæ*, corrupte, labente ætate, dictus Palatii Helenæ tractus fuit, quod maximè probabile est, ex his locis facilè erit deprehendere illius situm, nempe in Foro Theodosii! Meminit denique idem Theodoritus Curatoris Palatii, seu *τοῦ παλατίου τῆς Ἑλενιανῶν, τὴν φρουρίδα πεπιστευμένου*, quem & *διατέρεων* vocat. Juxta Helenianas stetisse ædem S. Thyrsi, & ædem SS. Carpi & Papyli docent Synaxaria.

VI. PALATIUM ELEUTHERII appellatum, quod Portui ejusdem nominis ad Propontidis littus adjaceret, ædificavit Irene Imperatrix Leonis Chazari conjux, quæ ab rerum administratione a filio remota, in illud demum concessit. Theophanes an. 1. Constantini: *ταύτην δὲ μετὰ τὴν ἀπαδίαν αὐτῆς ἐκάθισεν ἐν τῷ Παλατίῳ τῷ Ἐλευθερίου, ὃ αὐτὴ ᾠκοδόμησεν.* *Ipsam vero matrem in Palatio Eleutherii, quod ipsa struxerat, ubi vitam ageret securam, remisit.* Zonaras pag. 96. edit. Reg. *Αὐτὴν δὲ τὴν μητέρα τῶν βασιλέων ἐντίμως καταγαγὼν, εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, ὃν ἐν τοῖς Ἐλευθερίου ἐδείματο, διάγειν ἐκέλευσε, matrem Palatio honorificè eductam, in domo ab ea in Eleutherii tractu constructa, vitam agere præcepit.* Παλάτιον & οἶκος τῆς Ἐλευθερίου dicitur eidem Theophani an. 1. Nicephori General. *ἀνάκτορα τῆς Ἐλευθερίου* auctori vitæ ejusdem Theophanis Sigrianensis, & in illius Synaxario ad XII. Martii. Addit Codinus pag. 59. edit. Reg. non modo *τὰ παλάτια τοῦ Ἐλευθερίου* ædificasse Irenem, sed & *ἐργοδόσια, officinas*; præterea Hippodromum, quem inter tractus Eleutherii & Amastriani excitarat Theodosius junior, demolitam fuisse, ejusque loco *τὰ πισσέλια, Pistrina* ædificâsse. Meminit præterea Palatii istius Ignatius Episcopus in vita Tarasii Patr. CP. n. XXVII, quod a conditrice Irenes appellatur apud Guillelmum Bibliothecarium pag. 228. ubi de legatis Hadriani II. PP. *Sicque ad Hirenis Palatium descendentes, in domum quæ dicitur Magna aurea, Joanne a secretis, Spatharioque Candidato, quibus subministrationis gratia deputati fuerant, laudabiliter suscipiuntur.* Appulerant scilicet legati ad Portum Eleutherii, cui vicinum fuit Irenes Palatium. Anonymus in Collect. CP. pag. 86. meminit ejusdem *Ἐλευθερίου τοῦ εἰς τὸ Σενάτον τὸ Παλάτιον κτίσαντος, Eleutherii qui Palatium ad ædem Senatum dictam excitavit.* Vide quæ observamus infra de Palatio Irenes.

VII. PALATIUM BLACHERNARUM, a loco quem *Blachernas*, etiam ante instauratum a Constantino Magno Byzantium, appellabant, in quo ædificatum fuit, nomenclaturam sumpsit. De ejus conditore silent scriptores, tametsi ante Anastasium Dicorum stetisse constet. Siquidem auctor est Suidas eundem Augustum magnum in Blachernis condidisse Triclinium, quod de ejus nomine Anastasiacum appellatum est: *ὁ αὐτὸς κτίζει καὶ τὸν μέγαν Τρίκλινον τὸν ἐν Βλαχέρναις, ὃς Ἀναστασιακὸς μέχρι τῆς δεῦρο λέγεται.* Sed an illud sit, quod *πολύτιμος* dictum fuit, cujus meminit Nicetas in Alexio Man. F. n. XVIII. non omnino constat. *Τὸ Ἀνδρονίκου καταβάντος ἀπὸ τοῦ τυραννικοῦ εἰς τὸ ἐν Βλαχέρναις Βασίλειον, καὶ γενομένου ἐν τῷ ἐντὸς τούτου ὑψηρεῖ δόμῳ, ὃς Πολύτιμος λέγεται, ἐρίσαται καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος,* &c. *Cum autem Andronicus ex tyrannicis ædibus in Blachernianum Palatium descendisset, & Polytimi sublimes ædes ingressus esset, tum & Alexius Imperator adfuit,* &c. Certe Palatium ipsum Blachernianum *πολύτιμον*, & *magnificum* fuisse docet Odo de Diogilo lib. IV. de Profectione Ludovici VII. Regis Franc. in Orientem, a quo sic illius elegantia describitur: *Fundatur quidem in humili, sed sumptu & arte, decenti proceritate consurgit, & triplici confinio triplicem habitantibus jucunditatem afferens, mare, campos, urbemque visibus alternis despicit. Exterior ejus pulchritudo fere incomparabilis est; interior vero, quidquid de ea dixero superabit. Auro depingitur undique, variisque coloribus, & marmore studioso artificio sternitur area, & nescio quid plus ei conferat pretii, vel pulchritudinis, ars subtilis, vel pretiosa materia.* Sed hanc potissimum Palatii Blacherniani elegantiam Manueli Comneno Imperatori adscribunt scriptores, a quo ita instauratum tradunt, ut illius conditor agnoscatur a Benjamino Tudelensi in Itinerario, ubi & structuræ commendationem, & tricliniorum ornamenta, *αὐτόπτης* ipse ita prosequitur, ex versione Constantini l'Empereur: *Ipse autem Rex Emanuel in regiam suam magnam in littore ædificavit Palatium, præter illud a majoribus exstructum: idque Blachernas vocavit: & columnas ac earum ornamenta auro & argento probato obduxit: iisque cum bella ab antiquis antequam nascerentur gesta, tum quæ ipse gesserat insculpsit. Ibidem solium suum ex auro & gemmis paravit, solioque aurea corona ex aurea catena impendet, æquali cum inferiori sedili ambitu. In ista margaritæ, quarum pretium nemo facile æstimet; etenim nocte nullis ibi lucernis opus habent; siquidem omnes margaritarum luce fruantur, quæ ipsos admodum illuminant. Sunt & alia quæ nemo recensere facile queat. Atque eo annuatim e tota Græcia omnia tributa inferunt, ut turres inde impleantur, cum vestibus fericis & purpureis, tum etiam auro. Nec structura, nec divitiæ tantæ in ulla regione reperiuntur.* Atque inde *Novum Palatium* non semel nuncupatur a Willelmo Tyrio, qui Manuelis ætate vivebat, (ut & Odo de Diogilo & Benjaminus Tudelensis) lib. II. cap. VII. VIII. lib. XX. cap. XXVI. lib. XXII. cap. IV. Enimvero quod Benjaminus egregio depicta artificio fuisse in hoc Palatio ait bella a Manuele gesta, traditur etiam a Nicetâ in illius Vita lib. VII. n. III. *Φιλοκαλίαν δὲ κατηγοροῦσι τοῦδε τοῦ Βασιλέως καὶ οἱ κατ' ἀμφω τὰ ἀνάκτορα μίγιστοι ἀνδρῶνες, οἳ αὐτὸς ἀνήγειρεν, οἳ ψηφίδων χρυσῶν ἐπιθέσεσι διαυγάζοντες, τυποῦσιν ἀνθεσι βαφῆς πολυχρόου, καὶ τέχνῃ χειρῶν θαυμασίᾳ, ὅσα οὗτος κατὰ βαρβάρων ἠνδραγάθησατο, ἢ ἄλλως ἐπὶ βέλτιον Ῥωμαίοις διεσκεύασε.* *Magnificentiam ejus testantur etiam maximi illi angiportus in utroque Palatio* (Magno scilicet & Blacherniano) *extructi, qui musivo aureo refulgentes, diversis coloribus & miro manuum artificio adumbrata exhibent bella ejus gesta cum barbaris, aliaque ad utilitatem Romani imperii administrata.* Iis fere consona quoad tabellas, in quibus depicta erant bella ac gesta Manuelis, habet Cinnamus lib. IV. n. XIV. ubi tamen adulationem quamdam immensiorem deprehendi eorum qui gesta altius plus solito evehunt, annotat, adeo ut ipse non semel Manuel ex ea indignatus fuerit. Sed quod *novum Palatium* vocat Tyrius,

Edit. Paris. pag. 131.

ille contra τὰ κατ' νότον τῆς πόλεως παλαιότερα ἀρχεῖα vocat, *antiqua Palatia quæ ad meridiem vergunt*, ubi denique quod ἀνδρῶνα Nicetas, ille δόμον appellat. Apud eundem Cinnamum lib. II. nu. XVII. Conradus Imperator cum Manuele Palatia addit, quæ ad urbis partem australem erant, ἰσορήσων ὅσα τι ἐνταῦθα θαύματος ἄξια, καὶ τοῖς ἐπὶ τῇδε νεὼν ἐντὸξόμενος ἱεροῖς: *Visurus in iis quæ admiratione digna sunt, lustraturusque ædem sacram quæ ibi exstructa est*, Blachernianam scilicet. Neque ipsum dumtaxat Blachernarum Palatium novis ædificiis auxit Manuel, ornavitque, sed & mœnibus & propugnaculis muniit. Nicetas in Isaacio lib. I. nu. VII. Στὰς τοίνυν θωρακοφόρος ἔσω τοῦ περιβόλου τῆς πόλεως, ὃν ὁ Βασιλεὺς ἀνήγειρε Μανουήλ, ἐρυμα δὴ ἐν Βλαχέρναις ἀρχαῖον: *Itaque thoracatus stans intra eum urbis ambitum, quem Manuel Imperator excitarat, ad munimentum Palatii Blacherniani*. Ejusdem muri, seu propugnaculi ad muniendum Blachernianum Palatium a Manuele ædificati rursum meminit in Alexio Ang. lib. III. num. X. Id porro propugnaculum postmodum Castelli appellatione donatum docemur ex Cantacuzeno lib. III. cap. C. Τὸ ἐν Βλαχέρναις φρούριον, μέρος ἦν αὐτὸ τοῦ περὶ τὰ βασίλεια φρουρίου ὄν, Κάστελλιον προσαγορεύομενον, ἐξεπορθησαν: *Propugnaculum quod est in Blachernis, partem munitionis quæ circa Palatium est, Castellum appellatum, diripiunt*. Atque illud amplum fuisse oportet, cum & in eo variæ habitantium ædes extiterint. Idem Cantacuzenus lib. IV. cap. XL. Ἐπειδὴ εἰς τὰ βασίλεια ἐλθόντες, τὸ λεγόμενον Κάστελλιον διεπόρθησαν, ἀφύλακτον εὑρόντες, καὶ διήρπασαν τῶν ἐνοικούντων οἰκίας: *Postea ad Palatium venientes, cum Castellum quod dicitur custode vacans offendissent, illud expoliatis incolentium domibus vastarunt*. Incertum tamen an hoc loco Castellum fuerit illud propugnaculum quod ad Blacherniani Palatii munitionem, ex variis ædium sacrarum & publicarum demolitionibus, excitasse Isaacium Angelum tradit in illius Vita Nicetas libr. III. nu. V. quod quidem πύργον vocat: Προθέμενος δὲ καὶ πύργον τεκτήνασθαι κατὰ τὸ ἐν Βλαχέρναις παλάτιον, ἅμα μὲν εἰς ἔρυμα τῆς ἀνακτόρων, ὡς ἔφασκε, καὶ ὑπερέρεισμα, ἅμα δὲ καὶ εἰς ἐνοίκησιν ἑαυτῷ, ναός τε κατὰ τὰ ἀκρα παλαι ἐσαμένης ἀτιμελῶς κατηρεφῆ, &c. *Cum turrim in Blacherniano Palatio cum novæ munitionis, ut ajebat, tum suæ habitationis causa exstruere voluisset, & ædes sacras quæ ad littus neglectæ jacebant, & multas illustres urbis domos demolitus est*. De Palatii situ, constat apud omnes extitisse ad caput Sinus Ceratini, *in angulo civitatis juxta portum*, inquit Tyrius lib. II. c. VIII. ad ipsa Freti littora, ut est apud Nicetam in Alexio Ang. lib. III. quod rursum infert in Manuele lib. II. nu. VII. ubi scribit Majonem Regis Siciliæ Guillelmi Ammiratum cum classe ad caput Sinus usque appulisse, & in ipsum Blachernianum Palatium sagittas, quarum cuspides argenteæ auratæque erant, conjecisse: καὶ φωτα μὲν ἓξ ἐπίχουτα πορθμὸν διαπλεύσας, καὶ ταῖς ἐν Βλαχέρναις βασιλείοις κατακολπίσας, βέλη κατ' αὐτῶν ἀφῆκεν, ἀργυρίους μὲν ἔχοντα τοὺς ἀτράκτους ἀλλιαμένους ἐς βάθος χρυσῷ. Neglectum fuisse a Francis Augustis urbem obtinentibus tradit Gregoras lib. IV. p. 62. E. R. At Michael Palæologus rursum instauravit, & a situ & pulvere purgavit. Quippe litteræ quas ad Concilium Lugdunense misit an. MCCLXXIV. in Blacherniano Palatio exaratæ dicuntur apud Waddingum, & alios. Sed & Cantacuzenus lib. IV. cap. XXIII. in eo contra Barlaamum & Acyndinum a se coactam Synodum testantur. Ex quo præterea colligimus apud eundem scriptorem Blachernianum, & Constantinianum, Palatia diversa esse, ita ut Leunclavii & aliquot aliorum error deprehendatur, qui Palatium, quod hodie Constantini vocant, idem esse cum Blacherniano contendunt. de Balneis ad Blachernas supra diximus; harum etiam meminit Continuator Theophanis lib. IV. num. XXII. Incertum porro an Palatii Blacherniani pars, an vero ædis sacræ Blachernarum Deiparæ fuerit *Alexiacum Triclinium sacrarum Blachernarum*, in quo acta Pseudosynodus Palamitarum, Joanne Cantacuzeno & Joanne Palæologo imperantibus, anno MCCCLIV. Indict. VII. Τρίκλινον ὁ ἐπιλεγόμενος Ἀλεξιακὸς τῶν ἱερῶν Βλαχερνῶν, in actis ejusdem Pseudosynodi pagg. 138. & 168. apud Combefisium. Pachymeri vero lib. IV. cap. IV. βασιλικὸς Ἀλεξιακὸς Τρίκλινος, cujus meminit præterea cap. V. libr. VII. cap. XXXIV. & libr. VIII. cap. XXIV. nuncupatur. De veteri Blachernarum appellatione agimus pluribus ubi de Blachernia-na Deiparæ æde.

VIII. PALATIUM LAUSI, seu LAUSIACUM, a Lauso Patricio & Præposito sacri Cubiculi, qui Arcadio imperante multas dignitates adeptus dicitur, ædificatum, & statuis ac marmoribus exornatum tradit Codinus Origin. Constantinopol. Verum quod subdit unam fuisse ex XII. ædibus, quas Constantinus Magnus, pro totidem Senatoribus Romanis, qui cum eo in Thraciam concesserant, ædificarat, non cohæret cum Arcadii imperio, sub quo vixisse Lausum volunt, & quem eum esse putant viri eruditi, cui Palladius Episcopus Helenopoleos historiam suam de sanctis Patribus Eremitis ac Monachis conscripsit, & quam de ejus nomine Lausiacam appellari voluit. Ejusdem Lausi Præpositi mentio est præterea in Actis S. Melaniæ apud Surium XXXI. Jan. In ea æde erant & marmoreæ aquilæ, & phialæ, & gradus, & aræ quadrangulæ ad Urbis ornatum. Cedrenus pag. 322. E. R. non modo statuas illas recenset, sed & addit ἐν τοῖς Λαύσου extitisse οἰκήματα παμποίκιλα, ξενοδοχεῖά τινα, ὅπου ὁ Φιλόξενος ἐχορήγει τὸ ὕδωρ, ἔνθα ἔσχε τὴν κλῆσιν: *Varia habitacula, & aliquot Xenodochia, ubi Philoxenos aquam suggerebat, unde habebat nomen*. Quibus verbis Cisternam illam intelligit, quæ Φιλόξενος appellabatur, de qua egimus libro superiori. Ἐν Μέσῃ, seu in Media urbis platea, extitit Lausiacum Palatium, nec procul a Foro Constantini, quod indicat Chronicon Alexandrinum, ubi enarrat incendium, quod imperante Phoca accidit: tametsi Triclinium fuisse Magni Palatii videatur innuere Continuator Theophanis libr. III. numer. XLIV. Τὰ Λαύσου, perinde ac Zonaras tractum in quo exstructum fuit Lausiacum Palatium, vocant Theophanes pagin. 157. E. R. & Lo Grammaticus pag. 467. E. R. Palatium vero ipsum Τρίκλινον Λαυσιακὸν dicitur Scylitzæ in Leone Armenio, in Theophilo, & in Basilio Macedone, pagg. 491. 520. & 588. E. R. *Lausiacum* nude apud Constantinum lib. de Adm. Imp. cap. L. Leonem Grammaticum pag. 461. E. R. & Glycam in Basilio. Meminit idem Scylitzes horti τοῦ Λαυσιακοῦ pag. 521. E. R. Scribit Continuator Theophanis lib. III. nu. XLIV. Theophilum Imperatorem Lausiacum Triclinium χρυσοειδέσι λίθοις, *musivo aureo* exornasse, & τοῖς καλάδωσιν, ex Basilisci tyranni Palatiis in Lausiacum transtulisse. Idem libr. I. num. XIX. tradit Leonem Armenium in eo lites dijudicasse. Vide Gyllium in Constantinop. lib. II. cap. XXV. Statuæ vero, quæ eo incendio, quod Basilisco imperante accidit, consumptæ dicunt, fuere Junonis Samiæ, Minervæ Lindiæ, & Veneris Cnidiæ, quæ describuntur a Cedreno pag. 332. E. R. In statuam Veneris Cnidiæ, Praxitelis opus, habentur Epigrammata aliquot in Anthol. lib. IV. cap. XII. de qua præter scriptores veteres consulendus etiam Constantinus Porphyrog. libr. I. de Themat. cap. XIV.

IX. PALATIUM SECUNDIANARUM. Vide infra, ubi de Tribunali Hebdomi.

X. PALATIUM IN TAURO, vel certe Regias ædes amplitudine & elegantia conspicuas ædificasse Leonem M. auctor est Zonaras: οἶκον ἐν τῷ Ταύρῳ βασιλικὸν πολυτελῆ τε

Edit. part. pag. 132.

καὶ μέγιστον. Palatii in Tauro meminit Codinus: Ἐν τῷ Ταύρῳ στήλη τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἵσταται· ἦν δὲ ἀρχῆν ἀργυρᾶ, ἔνθα τοὺς ἀπὸ τῆς ἑῴας ἤκοντας ἐδέχετο ἐκεῖσε, καὶ ἀρχῆν Παλάτιον ὑπῆρχε, καὶ ξενοδοχεῖον Ρωμαίων, &c. *Stetit in Tauro statua Theodosii M. quæ primum argentea fuit, ubi gentium exterarum legatos excipiebat: prius autem Palatium extitit & Xenodochium Romanorum.* Quæ tamen an ad Palatium Leonis referenda sint, non ausim affirmare, ut & quæ tradit de quatuor statuis ex Ephesino templo Veneris advectis, quas *ἐν τοῖς Ταύρου μέρεσιν ἐν τοῖς Παλατίοις* repositas scribit: ut Juliani Παραβάτ. & Galli fratris. Porro per Palatium in Tauro, Basilicam Theodosianam, aut Capitolium intelligi putat Gyllius lib. III. cap. VII. quæ quidem post incendium, quod eodem Leone imperante accidit, quoquomodo fuerint refecta, nomen amisisse colligit ex recentioribus scriptoribus, tradentibus in Tauro fuisse Palatium & Xenodochium; a quibus, inquit, non dissentiunt quidam Senes Constantinopolitani, qui testantur etiam sua memoria circa domum ubi hodie cuditur moneta, vicinam Foro Theodosii, fuisse Palatium magnum, quod aliqui dicunt Mamethem Regem, qui cepit Constantinopolim, prius incoluisse, quam construxisset ingens illud claustrum Palatii siti in primo colle, ex illiusque ruinis Reges Turcorum sua ædificia ornasse, &c.

Edit. Paris. pag. 133.

XI. PALATIUM BASILISCI, exstruxit Basiliscus Imperator, Verinæ Augustæ frater. Michael Glycas in Basilisco pag. 264. E. R. Ὅτος ἐν Κωνσταντινουπόλει κτίσας παλάτιον, ἐκάλεσεν αὐτὸ τὰ Βασιλίσκια. *Hic Palatio Constantinopoli condito, idipsum Basilisci Palatium nuncupavit.* Codinus p. 50. E. R. ait tractum urbis, τὰ Βασιλίσκια appellatum, domum fuisse ejusdem Basilisci, ὅτις βασιλεύσας ἐποίησε αὐτὸν τετρατὸν παλάτιον, *quam imperio potitus in amœnissimum Palatium mutavit*, quo vetustate abolito, loco *Basilisci* nomen remansit. Meminit Theodorus Lector Eccl. I. pag. 183. domus Basilisci: ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ Βασιλίσκου εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἔρχεται, *ex domo Basilisci, in Ecclesiam venit.* In hoc tractu ædificatum templum SS. Cosmæ & Damiano, & alterum S. Tryphoni sacrum extitisse alibi observamus. Sed & tradit Continuator Theophanis lib. III. num. XLIV. Theophilum Imperatorem τὰ καλάθωσιν ἐκ τῆς Βασιλίσκου τοῦ Τυράννου παλατίων, in Lausicam Triclinium transtulisse.

XII. PALATIA IN TRACTU CARIANI filiabus suis extruxit Theophilus Imp. Continuator Theophanis lib. III. n. VIII. de Theophilo: φῶς τούτοις οἰκόν τινα καὶ ἀνάκτορα ταῖς ἑαυτοῦ θυγατράσι παρὰ τὸν ἄτω καλούμενον χῶρον τὰ Καριανοῦ πλησίον χωρεῖ ἐξανίσησί τε καὶ ὑψηρεν, ὧν λείψανά τινα καὶ κολωνοὶ τῆς ἐκείνων μνήμης μέχρις ἡμῶν διασώζονται. *Ad hæc domum quandam & Palatia filiabus suis ad locum Cariani nuncupatum ingenti sumptu extruxit, quorum hactenus reliquiæ aliquæ atque rudera memoriam conservant.* Eadem habet Scylitzes pag. 518. E. R. qui etiam meminit ejusdem Palatii in Michaele Theophili filio p. 539. quod τὸ ἐν τῇ τοποθεσίᾳ τῆς Καριανῆ ἀνάκτορον, & τὰ κτλ τοῦ Καριανῆ ἀνάκτορα vocat; quo etiam matrem & sorores in monachas prius attonsas relegasse Michaelem tradit p. 545. ubi Zonaras οἶκον τῆ. Καριανοῦ habet. Continuator vero Theophanis lib. I. nu. III. ut & Symeon Logotheta num. V. ἐν τοῖς τῆ Καριανοῦ παλατίοις. Nicetas in vita Ignatii Patr. CP. pag. 689. ed. 1618. τὰ Καριανοῦ vocat. Porro Cariani Triclinium partem fuisse Magni Palatii videtur innuere idem Continuator Theophanis lib. III. num. XLII. & XLIII. quo loco describit Theophili Imperatoris in Magno Palatio substructiones, ubi & appellationis rationem subdit: Ὅτι γὰρ Καριανὸς, ὃς οὕτω φέρει τὴν κλῆσιν, ἀφ' οὗ τὸ ἀπὸ τῆς γραδώσεως ἔχειν ἀπὸ λίθου Καριανοῦ οἷόν τινα πλατὺν ποταμὸν, ὃ καὶ χειματτίζων σύμμετρον βεσιάριον τῆς ἀποθησαυρισομένων πίπλων ἐκ σπειχῶν τῆς αὐτῆ ἀρετῆς ἔργον ἐστι. *Nam & Cariani Triclinium, sic nuncupatum a gradibus ex Cario marmore flumen quoddam repræsentantibus, quod & hactenus sericarum vestium penus est, ac Vestiarium vocatur, illius curæ opus est.* Mox subdidit eidem vicinum fuisse Triconchum, & in hoc Cariani Triclinium appetente hyemali solstitio secedere solitum Theophilum, in quo ab australibus ventis sese tutaretur, cum in Margarites Triclinio a verno æquinoctio ad autumnale morari esset solitus. In Blachernis exstructam fuisse τὸ Καριανὸν ἰμβολον a Mauricio Imp. an. V. auctor est Theophanes.

XIII. PALATIUM MANGANORUM, nude *Mangana* appellatum, primus extruxit Basilius Macedo, uti tradunt Porphyrogenitus in avi vita cap. LIX. & ex eo Scylitzes pag. 588. E. R. τοῦ αὐτοῦ Βασιλείου ἔργον ἐστὶ τὰ Μάγγανα λεγόμενος οἶκος βασιλικός. *Ejusdem Imperatoris opus est domus regia quæ Mangana appellatur.* At antea ædificatum innuit Nicetas Paphlago in S. Ignatio Patr. CP. scribens eundem Ignatium a Basilio Macedone ab exilio revocatum, in urbem venisse, & ἐν τοῖς προγονικοῖς αὐτῆ παλατίοις τοῖς καλουμένοις Μαγγάνοις, *in avitis Palatiis, quæ Mangana appellant, collocatum.* Unde conjicere licet a Michaele Rhangabe Imp. ejusdem Ignatii parente primo extructum, deinde instauratum vel auctum a Basilio. Extitit porro juxta ædem S. Georgii, quam ibi postmodum excitavit Constantinus Monomachus. Anna Comnena lib. III. Alexiad. p. 80. E. R. Ἐν τοῖς κτὶ τὴν μονὴν τοῦ μεγάλου μάρτυρος Γεωργίου παρὰ τοῦ ἀποβεβιωκότος Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου Βασιλέως οἰκοδομηθεῖσαν οἰκήμασι κατασκευάσασα, Μάγγανα ταῦτα ἡ κοινὴ ἔτι καλήσκει διάλεκτος. *Migravitque in ædes Monasterio magni martyris Georgii, quod olim extruxit Constantinus Monomachus Imperator, vicinas, quas Mangana vulgaris lingua nuncupat.* Hinc crebra istius Palatii mentio apud Scriptores. Zonaras ait eundem Monomachum extremum diem clausisse κτὶ τὰ ἐν τοῖς Μαγγάνοις Βασίλεια, ut & Alexium Comnenum, ἐν τοῖς κατὰ τὸ μονὸν τῆς Μαγγάνων λαμπροτάτοις οἰκοδομήμασιν, Nicetas in Joanne nu. I. in Triclinio, quod πεντόροφον vocat Anna Comnena lib. XV. extremo. Palatium Manganorum tandem destruxit Andronicus Tyrannus ut auctor est idem Nicetas in eodem Andronico lib. num. VI. a quo in *Interiore Philopatio* stetisse dicitur: εἶχον τὸ κατάντημα τῆς ὁδοῦ περὶ τὰ λεγόμενα τοῦ Μαγγάνα παλάτια, ἃ καὶ αὐτὰ κατὰ τὸ ἐντὸς Φιλοπάτιον ᾠκοδόμηντο, ἐσύστερον δ' Ἀνδρόνικος κατεδάφισε. *Factus est concursus versus Manganorum Palatia, quæ ad interius Philopatium ædificata, & ab Andronico postmodum destructa sunt.* Idem scriptor in Alexio Manuelis F. num. XIII. εἰς τὰς ἐν τῷ Φιλοπατίῳ βασιλικὰς μετασκευασμένων οἰκοδομὰς, αἳ τῆς Μαγγάνη ἐλέγοντο. *In Manganicas Imperatorias ædes ad Philopatium digressus.* Theosterictus in S. Niceta Hegumeno nu. XLIII. meminit Zachariæ cujusdam ἐπιτρόπου τῆς βασιλικῶν οἴκων, τῆς ἐπιλεγομένου τὰ Μάγγανα, ut Anonymus Combefisianus in Constantino Porphyrogenito nu. XV. Michaelis Καράτορος τῆς Μαγγάνων. Unde colligi posse videtur ærarium publicum in ea æde asservatum, cum Curatores dicti potissimum fuerint ejusmodi ædium Præfecti.

pag. 134.

Enimvero PHILOPATIUM Byzantii appellabant porrectiorem planitiem arboribus consitam, in qua deambulationi, venationi, atque adeo captando aeri Imperatoribus licebat indulgere. Bina autem ejusmodi Philopatia observare est, alterum intra urbem, ubi extitit Palatium Manganicum, alterum extra, ad Portam Auream, ubi fuit Palatium Peganum; de quo quidem Philopatio exteriore agimus ubi de eodem Palatio Pegano. Porro nescio an ad Philopatium interius pertineat, atrii, quod hoc ipso loco stetit, descriptio, cujus situs & amœnitas prædicantur a Procopio l. I. de Ædif. c. XI. Ait quippe ex Propon-

tide ad Urbis latus orientale navigio appellentibus ad ſiniſtram occurrere Thermas Arcadianas, (quæ in prima regione ſtetere, ut & Palatium Manganorum:) ubi Juſtinianus atrium urbi præſtruxit, quod & ambulacrum erat in ea degentium, & navigantium ſtatio, *ἀυλὼ τῆς μὲν πόλεως προβεβλημένῳ, καὶ τοῖς μὲν ἐκεῖθεν διατριβὼ ἔχουσιν ἐς περιπάτους αὖθι ἀνειμένῳ*. Id, inquit, ſol oriens luce colluſtrat, deinde ad occaſum declinans commode inumbratum relinquit. Ipſum etiam circumluit mare allabens placide & fluminis ritu ex Ponto veniens, ita ut iis, qui illic deambulant, ſermocinari liceat cum navigantibus, & a ventis leniter ſpirantibus circumflatur. Solum vero ac ſuperiora marmoribus, columnis ac ſtatuis exornantur, quas inter extitit columna purpurea cum ſtatua Theodoræ Auguſtæ, ad quam referri debent; ni fallor, bina epigrammata Pauli Silentiarii in Anthol. libr. IV. capit. V. Procopii Græca omnia non exſcribo. Tradit præterea Svidas in Gratiano, *ἐν τῷ περιπάτῳ* ſtetiſſe equeſtres ſtatuas ejuſdem Gratiani, Valentiniani & Theodoſii, & cujuſdam nani Firmiliani nomine. Sed non auſim aſſerere has ſpectare ad Atrium Juſtinianeum.

XIV. PALATII ZENONIS, ſeu *βασιλικὴ οἶκος τοῦ Ζήνωνος*, meminit Continuator Theophanis lib. I. num. III.

XV. PALATIUM SIRENES, ab Irene Auguſta Leonis Chazari Imp. uxore, Conſtantini Cæci matre, ni fallor, nomen accepit. Hujus meminit Guillelmus Bibliothecarius in Hadriano II. PP. quo loco narrat ut ejuſdem Pontificis Legati ab Imp. Baſilio excepti fuerint: *Sicque ad Hirenis Palatium deſcendentes, in domum quæ dicitur Magna aurea — laudabiliter ſuſcipiuntur*.

XVI. PALATIA, ſeu ÆDES IMPERATORIAS ad ædem SS. Quadraginta Martyrum ædificavit Andronicus Comnenus Imp. Nicetas in Andr. lib. II. nu. VII. *Ἐπὶ πᾶσιν ἀνεγείρας κατὰ τὸν νεὼν τῶν τεσσαράκοντα Μαρτύρων πολυτελῆ οἰκήματα, ἑαυτῷ ἀφώρισεν εἰς ἐνοίκησιν, ὑπίκα ἂν ἀφίκοιτο πρὸς τὸ τέμενος*. *Poſt omnia juxta templum SS. Quadraginta Martyrum, magnificas ædes ſtruxit, in quibus cum templum vellet ingredi verſaretur*. Has poſtea in Noſocomium mutavit Iſaacius Angelus Imp. Idem ſcriptor in Iſaac. libr. III. nu. VII. *Μετέβαλε δὲ εἰς νοσοκομεῖον καὶ τοὺς βασιλικοὺς δόμους, οὓς κατὰ τὸν νεὼν τῶν τεσσαράκοντα Μαρτύρων ὁ βασιλεὺς Ανδρόνικος ἐδομήσατο*. *Regias ædes quas adædem SS. Quadraginta Martyrum ſtruxerat, in Noſocomium mutavit*.

XVII. PALATIUM a ROMANO SENIORE Imperat. ad Ciſternam Boni, quæ extitit in XIV. Regione in Hebdomo, conditum narrant Scylitzes pag. 644. E.R. & Glycas, in quo ſe ab ardore ſolis æſtivo refrigeraret.

XVIII. PALATIUM ROMANO filio, poſtmodum Imperatori, ædificaſſe Conſtantinum Porphyrogenitum auctor eſt in illius Vita Anonymus Combefiſianus nu. XXI. *Τῷ δὲ βασιλεῖ Ῥωμανῷ τῷ υἱῷ αὐτοῦ παλάτια κατεσκεύασε πλείονα, ὑπὲρ παλαιῶν βασιλέων, οἵτινες ἐκ βάθρων ἐγείρας· ὧν τινῶν δόμων τὸ πολυχρήματον, καὶ εἰς πολλὰ θεωρῶ καὶ πλῆ διάνοιαν ἐκπλῆττον καὶ διαμερίζον, θαῦμα τοῖς βλέπουσιν ἐντίθησι*· *Romano Imperatori filio ſuo majora extruxit Palatia, quam Imperatorum ſuperioris ævi extiterant, magnificas ædes a fundamentis excitans: quarum multiplex variaque figuratio, in quo multa animum cogitationemque cum ſtupore dividens admirationem parit*.

XIX. PALATIUM IRENES, dictum ab Irene Manuelis Comneni Imperatoris uxore. Nicetas in Alexio Ang. lib. III. num. X. *Τὰς ὑπερμεγέθεις δόμους ἀνιὼν, οἱ τῆς ἐξ Αλαμανῶν δεσποίνης κικλίσκοντο*· *Conſcenſis altiſſimis ædibus, quæ ab Alamannorum domina nomen habent*. Conſule ſtemmata Byzantina.

A

VI.

Edit. pariſ. pag. 135.

TRIBUNALIA.

I. PALATIIS Tribunalia videntur adjungenda, quod revera ædes regiæ fuerint, & ad ea interdum diverterent Imperatores, etſi non tam domicilia, quam ædificia publicis quibuſdam uſibus ac ceremoniis deſtinata cenſeri debeant, uti ex iis quæ mox dicturi ſumus patebit. Inſigne autem illud eſt, quo TRIBUNAL NOVEMDECIM ACCUBITORUM, ſeu ACCUBITUUM, ut alii efferunt, *Τρεβουκάλιον δεκαεννέα ἀκκουβίτων*, vel *τὰ δεκαεννέα ἀκκούβιτα*, vocabant, & a Conſtantino Magno ædificatum ſcribit Codinus. Sed præſtat priuſquam de appellatione, ſitu & uſu quicquam obſervemus, illius deſcriptionem exhibere, ex Luithprando lib. VI. Hiſt. c. III. *Eſt domus juxta Hippodromum, Aquilonem verſus, miræ & altitudinis & pulchritudinis, quæ Decaennea cubita vocatur. Quod nomen non ab re, ſed ex apparentibus cauſis ſortita eſt. Δέκα enim Græce, Latine Decem, ἐννέα Novem, Cubita a cubando, inclinata vel curvata poſſumus dicere. Hoc autem ideo, quoniam quidem decem & novem menſæ in ea, quæ ſecundum carnem eſt Domini noſtri Jeſu Chriſti Nativitate apponuntur; in quibus Imperator pariter & convivæ non ſedendo, ut cæteris diebus, ſed recumbendo epulantur: quibus in diebus non argenteis, ſed aureis vaſis miniſtratur*. Ex quibus primo colligimus *Accubitus* vocabulo hoc loco innui menſas, quo modo uſurpatur a Paulino Nolano epiſtola 33. *Video congregatos ita diſtincte per accubitus ordinari*, (pauperes) *& profluis omnes ſatiari cibis*. Notum autem *Accubita* & *Accubitus* Latinis eſſe quod Græcis *ἀνακλιντήρια*, ſeu *Reclinatoria*, uti vocantur a Wilramo Abbate in Cantica Canticorum cap. II. quæ in Lexico Gr. MS. Regio cod. MMLXII. ſic definiuntur: *Ακκύβιτα, ῥωμαϊκὰ μαλακαὶ εἰς ὕψος ὑρμένια*, quibus ſimilia habent Balſamon in Can. LXXIV. Trull. & Joannes Citri Epiſcopus in Reſp. ad Cabaſil. Lampridius de Commodo: *Non accubuit in accubitis quæ pilum leporinum habuiſſent, aut plumas perdicum ſubalares*. Ab accumendo, ut hic ſatis innitur, nata vox. Lexicon aliud MS. Regium cod. DCCCCXXX. *ἀκουμβῶ, τὸ ἀντιπίπτω, παρὰ Ῥωμαίους, ὅθεν καὶ τὰ ἀκούμβιτα*. Hinc *Accubitus* & *Accubita*, dicta ipſa prandia apud Iſidorum lib. XX. Orig. cap. I. & Papiam. Acta S. Baſiliſci Martyris num. X. *Magiſtrianus, & qui cum eo erant, facto terræ motu, de accubitu præ magno timore, relictoque prandio trementes venerunt*, &c. Hinc etiam *accubitus vaſtatorii* in Charta Conradi Imper. ann. MCXLV. pro eo jure quod *Procurationis*, ſeu *Giſti*, noſtri vocant. Sed & *Accubitus* & *Accubita* ipſas accubitorias veſtes, quæ Accubitis inſterni ſolent, Græcis *κατάκλιτα*, ut quibuſdam placet, appellatas docent Gloſſæ Latinæ MSS. Reg. cod. MXIII. *Periſtromata, gemina tegmina, vel Accubitus*. Alio loco: *tegmina, accubitus, periſtromata*. Eædem *Accubitalia* dicuntur Pollioni in Claudio. Apud Ordericum Vitalem libr. II. pagin. 412. *Accubitalia triclinia* recenſentur inter Palatii ædes. A publicis igitur prandiis, quæ Magnatibus ab Imperatore, maxime in Chriſti Natalitiorum feſtis ibi exhibebantur, *Accubitorum*, a menſarum vero numero, *Novemdecim Accubitorum* nomen ſortita eſt hæc ædes: quemadmodum Svetonius cap. XIX. dixit Tiberium prandium populo mille menſis dediſſe. Atque ejuſmodi publicorum prandiorum *τῇ ἁγίᾳ Χριστοῦ γεννήσει*, *in Chriſti Natalitiis* meminit Theophanes anno XXXI. Juſtiniani, ſcribens eundem Auguſtum terræ motu, qui hoc anno accidit, adeo conſternatum, ut ſtemma per quadraginta dies capiti non impoſuerit, & abſque

eo sacris Christi Natalitiis ad Ecclesiam processerit, insuper solita fieri prandia ad Tribunal novemdecim accubitorum intermiserit, eorum pretio in pauperes insumpto: Ὡσὶ δὲ τὰ ἐξ ἔθους γινόμενα ἄρισα εἰς τὰ ιθ'. ἐτανσαν, καὶ τῷ τούτων ἐξοδον τοῖς πτωχοῖς δέδωκαν. Agathias lib. v. pagin. 145. eundem terræ motum accidisse ait, exacto autumno, & quando τὰ ὑπὲρ τῶ ὀνομάτων συμπόσια ἐτελεῖτο, ἅπερ Ρωμαῖοι νομίσαι, quæ ita reddidit interpres Vulcanius, *pro nominibus, vel nominum impositione; convivia agitantur, ex veteri Romanorum consuetudine*. Cedrenus vero de eodem terræ motu scribens, ea convivia per continuos duodecim dies exhibita ab Imperatoribus testatur: καὶ τὰ ἐξ ἑτῶς κτητόρια τὰ δωδεκαήμερα οὐκ ἐποίησεν, *solemnia etiam duodecim dierum convivia non egit*. Quo loco κλητόρια, recte restituunt viri docti, uti in Leone Basilii filio habet Symeon Logotheta numer. VII. & ex eo Scylitzes pagin. 599. E. R. λέων δὲ ὁ βασιλεὺς μὴ δυνάμενος τὰ κατὰ τόπον ἐκτελεῖν κλητόρια, Αὐγούστου μὴ ὄντος, εἴφη Αννας ἡ θυγατέρα Ζωῆς τῆς τοῦ Ζαυτζᾶ· *Porro Imperator cum ex more convivia peragere non posset, Augusta non existente, Annam Zoes Zautzæ filiam coronat*. Ubi indubie Scylitzes convivia quæ ad Tribunal novemdecim accubitorum exhibebantur intellexit. In eodem perinde novemdecim accubitorum Tribunali peracta fuere solemnia illa convivia, quæ dedicata æde Sophiana Kalend. Januar. exhibuit per quindecim dies Justinianus, si qua fides Anonymo, qui voce κλητορεῖον utitur: Καὶ τῇ ἐπαύριον ἐποίησε τὰ ἀνοίξια τοῦ ναοῦ, — καὶ μέχρι τῶν ἁγίων Θεοφανίων δι' ἡμερῶν πεντεκαίδεκα κλητορείων πάντας καὶ ῥογῶν, καὶ δ' χαρτῶν τῷ Θεῷ. *In Crastina autem templi apertionem fecit, — cunctos ad usque sancta Theophania diebus quindecim convivüs excipiens, muneraque elargiens, ac Deo gratias agens*. Quæ quidem convivia cum per quindecim dies circa Christi Natalitia & Theophania celebrata sint, non alia fuisse a consuetis licet opinari. Sed & Svidas κλητόριον, βασιλικὴν τράπεζαν, *mensam Imperatoriam* fuisse scribit, locum scilicet in quo publicas epulas celebrabant. Antigonus Patricius & Scholarum Domesticus, uti refert Constantinus Porphyrogenitus in avi vita cap. x. & ex eo Anonymus Combefisianus in eodem Basilio numer. XII. κλητόριον ἐν ταῖς βασιλικαῖς οἰκίαις, αἳ κατὰ τὸ πλησιάζουσαν τοῖς Βασιλείοις αὐλὴν ᾠκοδόμησε, καὶ πολυτελῶς ἐσκεύασατο, in quo Patrem suum Bardam ipsum Imperatorem ac Senatum convivio excepit. Quæ Constantini verba ita accepit interpres Allatius, quasi Antigonus, κλητόριον, seu locum convivii exædificarit: hæc enim sic Latine reddit: *Antigonus Patricius, & scholarum Domesticus, Cletorio in Imperatoris ædibus, in propinquo Regiæ impluvio, ædificato, sumptuosum convivium, opiparumque apparavit*. At nemo non videt κλητόριον non esse ædem, sed ipsum convivium, quod ille ἐσκεύασατο, *in Regis ædibus quæ Imperatorio Palatio adjacebant apparavit*, uti recte vertit postea Combefisius cap. XII. id est in Tribunali novemdecim accubitorum, quod Regiæ proximum erat: quippe MS. Constantini, quem laudat Annibal Fabrotus in Notis ad Anastasii historiæ Ecclesiasticæ pagin. 121. habet hoc loco ᾠκοδόμητο, ita ut vox hæc referatur ad βασιλικὰς οἰκίας, quas priores Imperatores exædificarint; tametsi haud nescius sim *conviviam struere* dixisse Latinos scriptores. Tacitus lib. XV. Annal. *Nihil usquam perinde lætum sibi, ac publicis locis struere convivia*. Et Martialis *Structorem* appellat eum qui convivium apparat: ut *structuram*, convivii apparatum, Ammianus libr. XVI. Vetus interpres Juvenalis ad istud sat. VII. — *Veniet qui fercula docte componat. Structor, ut Cocus*. Quinetiam κλητώριον eadem notione usurpat Symeon Logotheta in Leone Philosopho nu. XXIV. Καὶ ἐκίρασε τῷ Βασιλεῖ εἰς τὸ κλητώριον, *miscuit Imperatori inter epulas*: ut & Anonymus Combefisianus in eodem Leone nu. XXIV. In his denique Christi Natalitiorum festis Circenses ludos agi solitos testatur Beniaminus Tudelensis, qui Manuele Comneno imperante scriplit: unde colligitur hanc festivitatem & conviviis & ludis publicis Byzantinos Augustos celebrasse. Neque tantum in hacce festiva Christi solennitate exhibebantur ejusmodi prandia publica in Tribunali Novemdecim accubitorum, sed & in aliis cerenonlis. Narrat quippe Leo Grammaticus pag. 458. E. R. Michaelem Imper. & Eudociam Augustam corollis nuptialibus donatos fuisse in æde S. Stephani ad Daphnen in Palatio, γενομένῳ τῷ τασεῶ εἰς τὴν Μαγναύραν, τῆς δὲ συγκλήτου αἰτακλιθείσης ἐν τοῖς Διπλα ἐν τῇ καβίτου. *Convivio ad Magnauram celebrato, & Senatu ad Novendecim accubita recumbente*. Ac de ejusmodi epulis publicis in hisce occasionibus intelligendus Evagrius lib. VI. cap. 1. Enimvero longe alius fuit primævus istorum Accubitorum usus. Nam cum veteres Christiani communes epulas, ut mutuæ caritatis indices ac illices, quas ideo ἀγάπας vocabant, in præcipuis anni solemnitatibus invicem, atque adeo in ipsis Ecclesiis, celebrare solerent: id postea quoad epularum locum improbatum est. Vetitum enim crebris Conciliorum Canonibus, in ipsis sacris ædibus συνοδίαν, καὶ ἀκοίβιτα σφαγιάν, aut τὰς ἀγάπας ποιῖν, uti observare est ex Synodo Laod. Can. XXVIII. & Trull. Can. LXXIV. Concilio Antisiod. cap. IX. Aquisgranensi cap. LXXX. S. Bonifacio Arch. Mogunt. in capit. Cap. XXI. Attone Episc. Basil. in Capit. cap. XXII. & Joanne Citrensi: quod hæc Paganismum quodammodo saperent, cum Paganis solemne esset in festivitatibus suis in templis ipsis publica agere convivia, ut docent Vopiscus in Tacito, Ammianus libr. XXII. Tertullianus libr. de Conviviis, Lex. XVII. & XIX. Codin. Th. de Paganis, &c. Epulæ porro istæ solemnes non jam amplius in Ecclesiis, sed in adjunctis ad hunc usum ædibus, quas Accubitorum nomine donarunt, celebrari cœpere. Cujus quidem moris postmodum inducti meminit præ cæteris Anastasius Bibliothecarius in Leone IV. PP. pagin. 178. ubi potissimus ejusmodi epulas in Christi Natalitiis celebratas perinde observat: *Accubitum, quod Dominus Leo III. PP. a fundamentis construxerit, & omnia ornamenta quæ ibi paraverat, præ nimia vetustate — deleta sunt, & in die Natalis Domini nostri Iesu Christi tam Domnus Gregorius, quam & Domnus Sergius sanctæ recordationis ibidem epulabantur*. Ejusmodi accubitorum Ecclesiis adjunctorum meminit idem Anastasius in Gregorio III. pag. 74. E. R. *Accubita sunt ad B. Petrum in ruinis posita — restauravit atque depinxit*. Et in Leone III. pag. 129. *Fecit in Patriarchio Lateranensi Triclinium, — in quo & accubita collocavit, & in medio conchum Porphyreticam aquam fundentem*. Ibidem p. 178. *Fecit atrii domum a fundamentis, — in qua etiam & accubitus collocavit*. Denique Joannes Diaconus in Episcopis Neapolitanis, in Vincentio Episcopo: *Fecit baptisterium fontis majoris, & accubitum juxta positum grandi opere depictum*. Certe longe errant qui apud Anastasium & alios, ejusmodi *accubita* cancellos interpretantur, aut pluteos, quibus circumseptæ erant atrii Porticus, uti describuntur a Paulino Natali x. quod præterea perspicue patet ex Ordine Romano, ubi summus Pontifex post celebratam sacram Liturgiam, in has ædes, cum Ecclesiæ primatibus qui eidem adfuerant, descendere dicitur, & cum iis, invitatis prius a Notario Vicedomini, vel a Nomenclatore, convivari: *deinde descendunt Primates Ecclesiæ ad Accubita, invitante Notario Vicedomini, & bibunt ter*. Ubi notanda quæ de Nomenclatore hic habentur, cum eo referri possit vocis κλητόριον, cujus supra memi-

Edit. Paris. pag. 136.

Edit. Pariſ. pag. 137.

nimus, etymon; ita ut κλιντόρια inde dicta fuerint ejuſmodi convivia, quod ad ea invitarentur ſubinde Proceres, & e Clero præcipui per *Nomenclatores*, quos ὀνοματοκλήτορας vocant Athenæus, Lucianus, & Gloſſæ Græco-Latinæ, quibus id potiſſimum officii fuit, ut ad convivia publica nobiliores evocarent: quorum avaritiam perſtringunt idem Lucianus & Ammianus lib. XIV. quod mercede accepta magnatum *prandiis ſubdititios & ignobiles obſcuros infererent*. Gloſſæ Latinæ MSS. ex Codice Reg. ſignato MXIII. *Nomencalator, nomen eſt officii per nomen clamare ad prandium*. Gloſſæ aliæ Gr. Cod. MMLXII. ἱστίατωρ, ὁ δειπνοκλήτωρ. Atque eo forte etiam ſpectant verba Agathiæ laudata, qui peracta iſta convivia Natalitiorum Chriſti, ὑπὲρ τῶν ὀνομάτων ait, id eſt cum eorum qui invitabantur ederentur nomina a Nomenclatore: ita ut hoc loco ὑπὲρ idem valeat quod διά. Scio vocis κλιντήριον ab ἀνακλιντήριον, quod idem ſonat ac *Accubitus*, effictam & contractam exiſtimari poſſe. In hiſce porro feſtivitatibus *menſam tenere* dicebatur ſummus Pontifex, ut eſt apud Anaſtaſium in Stephano IV. & Guillelmum Bibliothecarium in Stephano VI. Accubitum Lateranenſe, ſeu Triclinium a Leone III. PP. ad Lateranum ad publicas epulas extructum pluribus deſcribit Panvinius lib. IV. de Baſilica Lateran. cap. III. & IX. & Nicolaus Alemannus in Diſſert. de Lateranenſib. Parietinis cap. IV. V. VI. ut & ejuſmodi conviviorum Eccleſiaſticorum apparatum, ex Cencii Camerarii Ceremoniali, cujus hæc ſunt: *Porro autem in Baſilica magna Leoniana, ubi hoc die mane dominus Papa comedit, circa menſam Pontificis parata ſunt undecim ſcamna pro quinque Presbyteris totidemque Diaconis Cardinalibus, & Primicerio. Ibi etiam lectus ipſius Pontificis ſolemniter eſt præparatus in figura undecim Apoſtolum recumbentium circa menſam Chriſti. Tranſiens autem Pontifex per ipſam Baſilicam intrat cameram ſuam, ubi in ſcypho argenteo recepto a Camerario Presbyterio, eoque ſicut in Nativitate Domini erogato, ſurgit, & ducitur a magiſtro Seneſcalco & Pincerna in locum qui dicitur Cubitorium*. Quam quidem vocem poſtremam, Pontificis lectum ſub tribunali ſtratum, in ſummo Triclinii loco, interpretatur Alemannus. Idem porro Cencius de ſecundæ diei Paſchatis convivio: *Deinde Pontifex ducitur, ſicut heſterna die, ad convivium, quod etiam hodie in Baſilica Leoniana, quæ eſt juxta Cameram, celebratur, finitoque convivio deſcendit ad Eccleſiam Lateranenſem*. In eo denique Triclinio Leoniano, qua die Pontifex coronam & infulas accipiebat, publicum ibidem exhibere primoribus epulum conſueviſſe annotat idem Alemannus ex Actis Innocentii III. PP. & ex Jacobo Card. Stephaneſco in lib. de Coronat. Bonifacii VIII. Jam vero cum τῶν ἁγίων, ſeu publicarum in Chriſti Natalitiis epularum primis olim Chriſtianis maxime familiaris exoleviſſet uſus, ædes illa Conſtantinopolitana Novemdecim Accubitorum nomine donata, non jam epulis iſtis in feſto Chriſti natalitio fieri ſolitis, ſed majoribus & præcipuis ceremoniis dicata legitur. In ea quippe Imperatores, Auguſtæ, & Imperatorum liberi corona interdum donabantur. Nam apud Theophylactum Simocattam lib. I. cap. I. Tiberius Imperator a Juſtino dictus, φοραδίῳ ἀχθεὶς ἐπὶ τὸ ὑπαίθριον βασιλείων αὐλῷ, ἥτις παρῳώτιδι τῷ πολυτιβέδι τῷ ἀνακτόρων οἰκίᾳ, *in atrium Palatii, adjunctum ædi Palatiorum multis lectiſterniis inſtructæ, geſtatus* coronatus eſt: Evagrius pariter habet ἐν τῇ ὑπαίθρῳ αὐλῇ. Ex quibus docemur *Tribunal* iſtud erectum fuiſſe in atrio ſubdiali Palatii Novemdecim accubitorum, a quo Tribunal τῶν ἑννέα ἀκουβίτων appellatum fuit, quod idem Simocatta indicat c. X. ejuſdem libri, quo loco nuptias Mauricii deſcribit. Ait enim accitum ab eo Joannem Patriarcham in Palatium, ἐν τῷ μεγάλῳ θαλάμῳ τῷ πρὸς τῇ μεγίστῃ τῶν βασιλείων αὐλῇ, *in magno thalamo juxta atrium maximum Palatii, quod*, inquit, *Auguſtæum vocant*, nuptias peregiſſe, & ſponſos coronaſſe; poſtea vero utrumque deductum ἐπὶ τὸν βασίλειον παστάδα, *in geniale cubiculum*, a Patriciis fauſta adprecantibus Cæſari ſponſo ἐπὶ θρόνου καθίσαντι, *in throno ſedenti*, ut ad porticus Palatii ſeſe militibus gratulaturis conſpiciendum præberet, eoſque nuptialibus congiariis donaret. Mox deſcribens loci ornatum: ἡ δὲ παστὰς ἡ βασίλειος μεγαλουργῶς ἐκεκόσμητο, *jam vero thalamus Imperatorius magnifice exornatus erat*: deinde addit τοὺς δήμους, factiones, hymenæum acclamaſſe. Ex quibus perſpicue patet peracta hæcce nuptiarum ſolemnia in loco patenti, tribunalque quod aſcendit Mauricius, illud eſſe quod extitit in ædi Tribunali Novemdecim accubitorum dicta, quæ non modo vicina erat Hippodromo, ſed Palatio, & ædi Sophianæ. Apud Nicephorum Conſtantinopolitanum pag. 175. I. edit. & Theophanem an. 4. Leonis Iſauri, eundem Leonem legimus Conſtantinum filium corona donaſſe, ipſo Paſchatis die, ἐν τῷ Τριβουναλίῳ λεγομένῳ δεκανείᾳ ἀκουβίτων. Ita apud eundem Theophanem idem Coprony mus ann. XXVIII. Eudociam tertiam conjugem in eodem Tribunali coronavit, & Leo Chazarus Eudocimum fratrem Nobiliſſimum renuntiavit: denique apud Leonem Grammaticum p. 473. E. R. Baſilius Macedo Leonis filii conjugem ibidem diademate cinxit. Sed & Theophanes p. 342. E. R. narrat Leonem Chazarum *ſilentium* celebraſſe ἐν τῷ Τριβουναλίῳ τῶν ιδ'. ἀκουβίτων contra ſanctas imagines. Ex his ſatis patet ædem iſtam ad publicas epulas celebrandas non modo deſtinatam fuiſſe, ſed & ad Auguſtorum & Auguſtarum inaugurationes: unde illud eſſe conſtat *Tribunal purpureis gradibus extructum*, quod ab auctore Deſcriptionis Urbis, in ſecunda regione, ubi extitit Hippodromus, ad quem ædificatam tradit αὐτόπτης Luithprandus, ſtatuitur. Ibi enim a prima fere novæ urbis origine Imperatores recens renunciatos illud aſcendiſſe legimus, quo populo ſpectandos ſe præberent. Ita apud Marcellinum lib. XXVI. Procopius Tyrannus Urbem ingreſſus, *Tribunal* primum conſcendens, populum allocutus eſt, indeque *Curiam*, ac demum *Palatium* introiit. Ubi quod Marcellinus *Tribunal*, Zozimus rem eamdem enarrans, τὸ πρὸ τῆς αὐλῆς βῆμα appellat. Τριβουνάλιον Παλατίου dicitur a Suida in VV. σῦλη & τριβουνάλιον, qui in eo ſtetiſſe præterea ait Eudociæ Theodoſii Junioris uxoris, ipſius Theodoſii, Marciani, & Conſtantini ſtatuas: Ἔνθα, inquit, ὀρχήσεις ἦν δύο μερῶν ἐγίνοντο ἕως Ἡρακλείου *ubi ſaltationes duarum Factionum fiebant uſque ad Heraclium*. Quibus conſimilia habet Codinus. At Himerius Tribunal iſtud in ipſo Palatio extitiſſe videtur indicare: Ἐν τῷ Παλατίῳ, ἐπὶ τῷ Τριβουναλίῳ Εὐδοκίας γυναικὸς τοῦ Θεοδοσίου τοῦ ἐκγόνου Θεοδοσίου, ἔνθα χὴ ὀρχήσεις πλείους· *In Palatio, in Tribunali* ſtetit ſtatua *Eudociæ uxoris Theodoſii nepotis Theodoſii M. ubi & ſaltationes multæ fiebant*. Quippe poſt celebratas ſolemnes in principum coronationibus epulas, ducebantur choreæ, ac ſaltabatur: quod diſerte ait Simocatta lib. I. cap. X. Tribunal iſtud perinde ac Tribunal Novemdecim accubitorum Conſtantino Magno adſcribit Codinus: ἵκτισται καὶ τὰ Παλάτια Χαλκῆς, — καὶ τὸ Τριβουνάλιον, ita ut unum idemque ſit. Sed & neſcio an per φραντιάραν, quam adjunctam, aut vicinam fuiſſe Hippodromo ait, illud Tribunal intellexerit auctor Chronici Alexandrini ann. XII. Arcadii, quo conflagraſſe ſcribit θύρας τοῦ Ἱππικοῦ σὺν τῇ Πραντιάρᾳ. Ita ut locus ita dictus fuerit a publicis epulis in eo celebrari ſolitis. Nam convivia publica, quæ populo dabantur apud Romanos, vulgo *prandia* vocant ſcriptores Latini, ut ob-

pag. 138.

servatum a Petro Fabro lib. 1. Semestr. cap. VI. ubi multa de Epulis publicis, ut & a Guillelmo Stuckio. Demum istius Tribunalis, cum ruinam minaretur, tectum & cameram denuo instauravit Constantinus Porphyrogenitus, ut testatur in illius Vita Anonymus Combefisianus n. XX. Ὁρῶν γὰρ ταύτῃ (τῆς Δικαιωτικῆς ἀκροβίτων στέγης) σεσαθρωμένην καὶ καταπίπτουσαν, καὶ εἰς ἀκοσμίαν, πολλὴν οὖσαν, ταύτῃ ἀναλαμβάνει. τῆς γὰρ κεχρυσωμένης αὐτῆς ὀροφῆς τῷ χρόνῳ διεῤῥυηκυίας, αὐτὸς ταύτῃ φροντίσας, νεοφανῆ καὶ λαμπρὰν ἀνέδειξε· κοιλωτήτας γὰρ ὀκτωγώνους σωρεύσας, καὶ ταύτας ὀπαῖς καὶ ζωγλύφοις ποικίλοις διαγλύφοις κεκοσμηκὼς, εἰς ἀμπέλων ἕλικας, καὶ φύλλα καὶ δένδρων ἰδέας χηματιζομένας, καὶ ταύτας χρυσῷ περιβαλών, τοσοῦτον ἀφελείᾳ παρέσχεν, ὡς ἐξίστασθαι τοὺς φοβουμένους ὁρῶντας. *Videns enim computruisse ac ruinam minari tectum, vel lacunar Tribunalis Novendecim accubitorum, valdeque deformatum esse, ipsum rursum instaurat. Nam cum deauratum ejus lacunar lapsu temporis diffluxisset, eo ipse prius submoto, aspectu novum splendidumque effecit. Sinus quippe octangulos componens, eosque foraminibus variisque sculptis figuris exornans, in vitium malleolos foliaque atque arborum species figuratos, aurique stellis aspersos, tanto decore cumulavit, ut qui oculos animumque spectaculo adhibeant, mente excidant.* Sed & idem auctor est n. XXXV. eundem Augustum in Brumalibus, seu in Kalendis Januariis, morem ab Imperatoribus pridem observatum ac receptum revocasse; in quibus epulis & vestibus purpureis ac ingentis pretii Senatum procerесque excipere solebant: Τῷ δὲ δεξιώσιν τῶν Βρουμαλίου τοῦ Πορφυρογεννήτου δεῖ ἔξωθεν· ἔθος γὰρ τοῖς πάλαι βασιλεῦσι τελούμενον, καὶ ὁ Πορφυρογέννητος εἰς ἔργον τοῦτο ἐξελήλυκεν. τῷ γὰρ ἡμέραν ἐν ᾗ τὸ τῆς κλήσεως αὐτῷ στοιχεῖον Κάππα ἀποκεκλήρωται, λαμπροτάτῳ ἑορτάζων πανηγύρει, πολυάνθρωπον ταύτῃ δεικνύει. καὶ ταῖς γὰρ πολυτελέσι & πολυόψοις ἑκάστας τραπέζαις Σύγκλητον ἅπασαν δεξιούμενος, χορηγίας ἐργετικωτέρας τὸ ταμιεῖον τῆς ἑορτῆς ἐπωλαπλασίαζε, σηρικῶν ἐπιβολαίων ἐπιδόσεων, ἀργυρίων πολλῶν καὶ ἀπείρων ἐθνικῶν ἀλλαγῶν· ξύλων Ἰνδικῶν ὑπερβολάς, ἃ ἔτις ἀκήκοεν, ἢ γεγονότα τεθέαται. *Brumalii autem Porphyrogeniti convivia atque epulas operæpretium ut describamus, Quod enim veterum jam Imperatorum moribus receptum erat, etiam Porphyrogenitus opere complevit. Diem enim cui nominis ejus initialis littera K addicta est, celeberrimæ festivitatis sibi loco ducens, ingenti celebrandum convenit indicebat. Lautissimis enim largissimisque dapibus Senatum omnem excipiens beneficentiæ majoris muneribus, festivitatis lætitiam ac splendorem multis partibus cumulabat: sericarum vestium ac prætextarum abunde largitione: vis magnæ pecuniæ & innumerabilis purpurearumque vestium, Indicarum arborum, quas nemo audierat unquam aut viderat, fragrantia recreans.* Ex quibus quo spectet tetrastichon Petri Patricii ad Leonem Philosophum nuper in Glossario ex Lambecio allatum, sat percipimus, quod hic rursum describemus.

Εἰς μῆκος ἐλθὼν δ' ὀτυχισάτων χρόνων
Νικᾷς ἀνίσων εἰς ἀεὶ τροπαιά τι,
Συγκλητικοῖς ἅπασι σοῖς Βρουμαλίοις
Παπυρίζων ἐνδιδοὺς ἑτησίως.

Sed & inde colligimus cur Januarium mensem χρυσοχίτωνα vocet Paulus Silentiarius in Descriptione ædis Sophianæ, quod scilicet Kalendis Januariis vestes auroclavatæ Senatoribus ab Imperatoribus distribuerentur & erogarentur, quod & attigimus in ejus ædis Descriptione n. XXIII. Nam & ita describuntur ejusmodi vestes Senatoriæ apud Continuatorem Theophanis lib. IV. n. XXI. scribentem post necem Michaelis a Basilio Macedone inventas ἐν τῷ βασιλικῷ ταμιείῳ, καὶ στολὰς δέ τινας βασιλικὰς & Αὐγουστιακὰς, ἀλλὰ καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς, τὰς μὲν ὁλοχρύσους, τὰς δὲ χρυσοϋφάντους· *Regias quasdam tam Imperatorum* A *quam Augustarum vestes, adeoque etiam Senatorias, alias ex auro solidas, aliasque auro intextas.* Id porro ipsum factitasse Augustas in eo Palatii Triclinio, quod Porphyram vocabant, testatur Continuator Theophanis lib. III. nu. XLIV. ubi de Porphyra: Ἥτις ἔτω λέγεται, διὰ τὸ τὴν βασιλίσσαν ἐκεῖσε ἐκπάλαι διατίμαν τὸ ὀξὺ ταῖς Ἀρχοντίσσαις κατὰ τὸν τῶν Βρουμαλίων καιρόν. *Palatii locus est ita dictus, quod illic ab olim Augustæ nobilibus matronis in Brumalibus coccinum purpuramque erogaret.* De Brumalibus vero pluribus egimus in laudato Glossario. Denique Porphyrogeniti postquam e vivis excessit cadaver, priusquam in Templum Apostolorum deferretur, expositum in eo Tribunali, sacros hymnos concinentibus Sacerdotibus & Monachis, scribit supra laudatus Anonymus n. LII. *Edit. Paris. pag. 139.*

B At unde ejusmodi in festis Christi Natalitiis convivia fluxerint, nemo, opinor, hactenus tradidit. Ego vero, si conjecturæ licet indulgere ac divinationi in re satis obscura, ea convivia publica fluxisse putem ab iis quæ in Kalendis Januariis celebrabant Pagani, de quibus agunt passim qui in Gentilia ista festa acrius invehuntur sancti Patres, Ambrosius, Asterius, Prudentius, & alii. Kalendarum autem nomenclatura, non ipse tantum primus Januarii dies intelligitur, sed qui proxime præcedebant, aut subsequebantur, quos Ἰαναρίας ἡμέρας, *Januarios dies* Romani appellabant, ut scribit Eunapius in Maximo pag. 113. in quibus festa exacta convivia a magnatibus & summis Magistratibus auctor est idem scriptor, evocatis ad ea viris nobilioribus & honoratis, τοῖς ἐν ἀξιώμασι καὶ κατὰ διγένειαν φροβεβυκόσιν. Atque hæc quidem festa convivia, ludicraque, instituta potissimum C videntur occasione festi Votorum, quod III. Nonas Januarii celebrari solitum docet idem Eunapius & vetus Kalendarium, quod hoc die hæc verba præfert, *Ludi, votorum nuncupatio.* Sed *& post Kalendas Januarias die tertio pro salute principis vota suscipiuntur*, ait Cajus JC. L. CCXXXIII. D. de Verb. sign. In hac enim Votorum solemnitate peragebantur & sacrificia & Ludi Circenses, atque adeo publica convivia, eaque in ipsis deorum fanis ac templis: quod etiam obtinuit postquam Christo nomen dedere Imperatores, submotis tantum sacrificiis, ut docet Lex Honorii XVII. Cod. Th. de Paganis: *Ut profanos ritus jam salubri lege submovimus, ita festos conventus civium & communem omnium lætitiam non patimur submoveri. Undeque absque ullo sacrificio, atque ulla superstitione damnabili, exhibere populo voluptates, secundum veterem consuetudinem: inire etiam festa convivia, si quando exigunt publica Vota, decernimus.* Sed ea convivia in templis agitari postmodum prohibuit idem Honorius L. XIX. eod. tit. Cum porro Festa, seu Vota ista publica agebantur ab universo populo pro salute Principum ac Imperatorum, eaque *nuncuparentur*, *susciperentur*, ac *solverentur* in templis, sacrificiis eum in finem institutis; vicissim Principes ac Imperatores, vel eorum nomine præcipui in provinciis ac civitatibus Magistratus, quo gratiam referrent subditis sibi ac devotis populis, Circenses & convivia populo exhibebant. Hinc frequens in nummis & inscriptionibus formula, VOTA PVBLICA, NVNCVPATA, SVSCEPTA SOLVTA. At cum profanos hosce ritus abolere & E submovere penitus non possent Christiani, qui *Vota & Gaudia Cæsarum a castis & sobriis & probis expungenda* existimabant, ut loquitur Tertullianus lib. de Conviviis cap. XXXV. quod in aliis similibus Gentilium ritibus facere, *pertinaci Paganismo mutatione subvenientes, ne rei in totum mutatio irritaret*, ait Beda, ista convivia ac *Vota jocorum*, uti vocantur a Chrysologo serm. CLV. non extinxere omnino, sed in festis Christi Natalitiis, in quos dies etiam Ka-

lendæ istæ Januariæ procurrebant, ut alibi diximus, fieri decrevere *secundum veterem consuetudinem*, abrogatis solummodo sacrificiis, paganisque omnibus superstitionibus, quæ sub *Votorum* nomine proscribuntur in Synodo Trullana Can. LXII. quæ quidem convivia publica per duodecim dies continuabantur, ut ex Cedreno docuimus. Ad hæc præterea Natalitiorum convivia referendæ videntur binæ Aviti Viennensis Archiepiscopi epistolæ LXXI. & LXXII. quæ ex earum genere sunt, quæ ἑορτασιμαὶ, seu *festivæ* dicuntur Theodoreto epist. IV. XXVI. & LVI. quod ab Episcopis scriberentur ab alios Episcopos, Paschatis, Natalis Domini, aliisque solemnioribus festis, quibus sese invicem consalutarent, & quam prospere festivitatem exegissent, nuntiarent; in quibus videtur innuere Avitus exacta ab ipsis Pontificibus suis plebibus convivia; de quibus silet in iis epistolis, quas in Paschalibus festis scripsit: ac epistola quidem LXXI. *Unde servans post cultum Natalis Dominici solitæ sollicitudinis servitutem, tota nosse vos voti ambitione desidero*, &c. Mox: *Nam si vos Christo favente, aut ad Ecclesiam potuisse procedere, aut devotionem consuetudinariam rescripseritis impleſſe, participes reddite lætitiæ vicinorum, epulaturos nos profitemur auditu, si illos quibus præsentia vestra donata est, refectos cognoverimus intuitu*. Et epist. LXXII. *Illam plebem refecistis gaudio, istam ditate rescripto*. Nec obstat quod binæ istæ epistolæ scriptæ sint, non ad Episcopos, sed ad virum illustrem Ansemundum, cum indubiæ spectent Natalitia convivia, ut & forte alia festiva perinde ad Viventiolum Episcopum, quæ est LXIV. *Inter has tamen multiplices epulas animorum, etiam corporalibus quoque deliciis ornastis & mensam, qui spiritalibus paveratis Ecclesiam*. His addendæ præterea epistolæ LVI. LVIII. & LIX. & epist. II. III. & IV. ejusdem Aviti, ex iis quas nuper edidit V. C. Steph. Baluzius lib. I. Miscellan. Ejusmodi perinde litteras festivas legere est inter eas quæ Desiderii Episcopi Cadurcensis nomine circumferuntur LXXII. & LXXVII. ut & in Ruticianis lib. I. epist. XIV. lib. II. epist. XLIV. quibus vicinos Episcopos invitabant, ut in hisce præcipuis festis, in suis Ecclesiis sacra facerent, & plebem suam divini verbi pabulo reficerent. Quo videntur spectare quæ habet Lambertus Schafnaburgensis an. MLXXIV. *Archiepiscopus Rascha Coloniæ celebravit, eratque cum eo Episcopus Mimigardevurdensis, ad communicanda tantæ solemnitatis gaudia familiaris amicitiæ obtentu evocatus*.

Edit. Paris. pag. 140.

II. TRIBUNAL aliud IN FORO CONSTANTINI statuitur in Regione tertia, in veteri Urbis Descriptione, illud forte de quo hæc habet Anonymus in Collectaneis antiq. Constantinopol. Ἀπεθμήθη εἰς ἓν τῶν σκαλίων τοῦ αὐτοῦ φόρου, ἔνθα τὰ ἄριστα τὰ ὠφέλιμα ὑπῆρχεν. *Capite truncatus est in uno e gradibus ipsius fori, ubi olim epulæ ac prandia fiebant*. Ita ut eidem usui fuerit quo Tribunal novemdecim accubituum.

III. Sed præ cæteris celeberrimum fuit TRIBUNAL HEBDOMI, cum in eo Imperatores & renuntiarentur, & toti plebi spectandos sese præberent, priusquam Urbem ingrederentur. Illud autem varie a descriptoribus effertur, interdum enim *Tribunal Hebdomi*, interdum *Hebdomum* nude, quandoque *Tribunal Campi*, sæpe etiam nude *Campus* appellatur. Ac Tribunal quidem Hebdomi, quod in Hebdomo, Tribunal vero Campi, quod in patente planitie, quam Κάμπον vocabant, steterit: nam majores fere omnes urbes Campos habuisse indicavimus in Dissert. IV. ad Joinvillam, instar Romæ, quæ campos varios, atque in iis Martium extra mœnia habuit, in quibus plebs non modo armis instrueretur & exerceretur, sed etiam ludicris indulgeret. Unde in veteri inscriptione, CLXXI. VIII. *Campus ubi ludunt*, habetur. Et in alia, MXX. VI. mentio fit *Porticus quæ ducit ad ludum publicum*: tametsi haud omnino constet an *ludus* ille *publicus* is fuerit qui in Campo exerceretur; nam & ludum *matutinum Gallicum*, *Magnum*, *Daciçum*, habuit Roma, ut auctor est P. Victor, quorum etiam ludorum mentio est in veteribus inscriptionibus apud Gruterum, de quibus quædam attigit Turnebus lib. XXX. Adverss. cap. XX. In Campis igitur qui ad majorum urbium mœnia erant, non modo adolescentes oppidani exercebantur, ut fuere *Campi* illi *jaculatorii*, apud Ulpianum ad legem Aquiliam, ubi scilicet adolescentes jaculationi sese exercebant, de quibus præterea in Lege XI. D. Ne quid in loco publ. Quinetiam in iis *ludebant*, seu ludicris indulgebant, ut testatur Strabo lib. V. pag. 136. ubi Campum Martium ad Romæ urbis mœnia describit: Καὶ γὰρ τὸ μέγεθος τὸ πεδίον θαυμαστὸν ἄμα, καὶ τὰς ἁρματοδρομίας, ἢ τῷ ἄλλῳ ἱππασίαν ἀκώλυτον παρέχειν τῷ τοσούτῳ πλήθει, τῇ σφαίρᾳ, καὶ παλαίστρᾳ γυμναζομένων· *Nam magnitudo ejus mirabilis est, & curruum equorumque decursionibus libere patet, tantæque multitudini, pila, circo, & palæstra se exercentium*. Ejusmodi autem oppidanorum adolescentium decursionibus & exercitationibus, ne quid confusionis, vel præter præscriptas leges accideret, præerant Magistratus, qui *Curatores lusus juvenum* dicuntur in veteribus inscriptionibus, CCCLXXXVIII. III. CCCCL. VII. MXXVIII. I. Enimvero Tribunalia educi ac exstrui solita in Campis in publicis Augustorum allocutionibus, præ cæteris docet Ammianus lib. XX. ubi de Juliano recens Imperatore acclamato: *Edictoque ut futura luce cuncti convenirent in Campo, progressus Princeps ambitiosius solito Tribunal ascendit, signis aquilisque circumdatus & vexillis, septusque tutius armatarum cohortium globis*. Infra eodem libro: *Ingressus itaque Parisios Leonas, susceptus ut honoratus & prudens, postridie Principi progresso in Campum, cum multitudine armata pariter & plebeja, quam de industria convocarat, & Tribunali ut emineret altius superstanti, scripta jubetur offerre*. Sed & ut olim in Campo Martio Reges & Magistratus creatos auctor est Dionysius Halicarnasseus, ita & in Campo Constantinopolitano, atque adeo in isto, de quo agimus, Tribunali proclamatos & inauguratos Imperatores docent passim scriptores Byzantini. Narrat Idatius Valentem a Valentiniano fratre Imperatorem *levatum Constantinopoli in milliario* VII. *in Tribunali*: ubi Chronicon Alexandrinum habet nude ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, Themistius ἐις τὸ φροντιστήριον, Ammianus lib. XXVI. in suburbano: *Productum eundem Valentem in suburbanum—Imperatorem pronunciavit*. Tradit porro Themistius Orat. XVI. pag. 414. locum in quo Valens Imperator renunciatus est, τιμιώτερον ποιῆσαι πορφύρᾳ, καὶ βήματι, καὶ ἀνδριᾶσι, basi, & suggestu, & statuis illustriorem effecisse: ita ut Tribunal Hebdomi ab eo constructum fuisse liceat opinari. Apud Marcellinum Comitem: *Levatus est Arcadius Aug. Constantinopoli in Milliario* VII. *in Tribunali a Theodosio Augusto patre suo*, &c. Ubi Chronicon Alexandrinum ἐν τῷ Τριβουναλίῳ τοῦ Ἑβδόμου habet. Idem Idatius de Honorio: *Honorium pater suus Theodosius in eodem loco quo fratrem ejus Arcadium Cæsarem fecit, id est septimo ab urbe Regia milliario*. De Theodosio Juniore sic Chronicon Alexandrinum: Ἐπὶ τούτων τῶν Τριάτων ἐτυράνθη Θεοδόσιος υἱὸς Ἀρκαδίου ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰς τὸ Ἑβδόμον, ἐν τῷ Τριβουναλίῳ· *His Coss. levatus est Theodosius Junior Augustus Constantinopoli in Tribunali*. Marcianus, in eodem Chronico, ἐν τῷ Ἑβδόμῳ Imperator renunciatur a Circensibus, seu Factionibus: *Zenon a Leone Augusto filio in Septimo contra consuetudinem coronatus est*, ut habet Victor

Tunnenſis: ita Auguſti renuntiati leguntur Baſiliſcus ἐν Κάμπῳ, apud Theodorum Lectorem, Zonaram & Cedrenum; Mauricius a ſocero Tiberio ἐν Τριβουναλίῳ apud Theophanem & Zonaram; ἐν φροντίσῳ τῷ Ἑβδόμῳ, in Chronico Alexandrino: Phocas Tyrannus ad ædem S. Joannis Baptiſtæ, quæ in Hebdomo extitit, proindeque Tribunali proxima, apud Simocattam lib. VIII. c. X. & Theophanem p. 243. E. R. Apud Gregorium Magnum lib. XI. epiſt. 1. *In Septimo Palatio, quod dicitur Secundianas*. Cujus quidem Palatii nomenclaturæ nihil quod ſciam occurrit apud ſcriptores Byzantinos: nec ſcio an a Secundiano, ſeu Secundino Conſule, qui Anaſtaſii Imperatoris ſororem uxorem duxerat, nomen habuerit. Præterea Leo Armenius ἐν τῷ φρὰ τ πόλεως Τριβουναλίῳ, coronam excepit, apud eundem Teophanem. Denique meminit Leo Grammaticus Proceſſus ad Tribunal, in Romano Imp. pag. 497. E. R. Ἐποίησεν Ῥωμανὸς Βασιλεὺς ἐν τῷ Τριβουναλίῳ φρόντισον, συντεταγμένων ἁπάντων μετ' ὅπλων ἐκείνου· *Romanus Imperator Proceſſum fecit ad Tribunal, cunctis militibus armatis comitantibus*. Unde patet Hebdomum, ſeu Palatium Hebdomi, & Tribunal, promiſcue pro ipſo, cui adjunctum erat Tribunal, Palatio apud ſcriptores uſurpari. Sic Rufinum Præfectum Prætorio ab exercitu cæſum Arcadio imperante ἐν τῷ Τριβουναλίῳ Philoſtorgius lib. XI. cap. III. & ex eo Nicephorus lib. XIII. cap. I. commemorant, quem Chronicon Alexandrinum ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, Zozimus lib. V. & alii, ante Urbis portas interemptum ſcribunt. Theophanes Mauricii & filiorum cæſorum capita τεθῆναι ἐν Κάμπῳ τῷ Τριβουναλίῳ ἡμέρας ἱκανάς, *exponi in Campo Tribunalis per aliquot dies*, juſſiſſe Phocam refert. Quod etiam Theophylactus Simocatta commemorat lib. VIII. cap. XII. Εἶτα πρὸς τὸ πεδίον τὸ ἀναπεμενον ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ, ὃν Κάμπον Ῥωμαῖοι καταλαμάζουσι, ταῖς τυράννοις στρατιαῖς τῶν ἡγεμόνων ἀπάντων μετ' ὅπλων ἐκείσε· *Deinde in planitie quæ ad Hebdomum eſt, quam Campum Romani vocant, tyrannicis militibus Imperatorum cædem, defixis ad ſpectaculum capitibus, promulgat*. Et ſane *Campum* pro ipſo Hebdomo uſurpant Menæa ad XXIX. Julii, ut alibi obſervamus. Campus vero Hebdomi deſcribitur a Claudiano lib. II. in Rufinum:

> *Urbis ab anguſto tractu, qua vergit in auſtrum*
> *Planities vicina patet: nam cætera pontus*
> *Circuit, exiguo dirimi ſe tramite paſſus.*

Illius meminere paſſim ſcriptores, ubi de terræ motu, qui anno XXX. Theodoſii Junioris urbem per quatuor menſes continuos concuſſit, agunt. Byzantii enim terrore conſternati extra urbem fugientes ἐν τῷ λεγομένῳ Κάμπῳ, ſupplicationibus una cum urbis Epiſcopo vacavere, ut habent Theophanes, auctor Chronici Alexandrini, Cedrenus, Codinus & alii paſſim, qui miraculum de puero in aere divinitus ſublato, neminemque in tanto periculo extinctum narrant. Hujus porro ſupplicationis, ſeu litaniæ memoriam quotannis deinceps factam obſervat idem Chronicon Alexandrinum: ὅθεν καὶ ἡ μνήμη κατ' ἔτος ἐπιτελεῖται τῆς λιτανίας μέχρι καὶ νῦν ἐν τῷ Κάμπῳ ὑπὲρ τῆς τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ μακροθυμίας, *unde quotannis iſtius ſupplicationis memoria hactenus in Campo celebratur in gratiarum actionem divinæ clementiæ*. Meminit iſtius anniverſariæ in Campo litaniæ Theodorus Lector Ecl. I. in Marciano, ubi a Tauro proceſſionis initium ſumptum videtur innuere, & XXVI. Januarii illam peragi ſolitam, tametſi Menæa ad XXV Septembris hanc referant. Similiter percepto Antiochiæ terræ motu everſæ nuntio, Juſtinum Seniorem Imp. an. IX. lugubres veſtes induiſſe, & Byzantios per ſeptem dies, ἐκ τῆς πόλεως πεδίον ἑπτὰ σημείοις ἀπέχον, *ad Campum qui ſeptem milliaribus ab urbe abeſt*, litanias inſtituiſſe narrat Cedrenus. Alterius denique terræ motus, qui urbem per quadraginta dies anno XXVII. Juſtiniani Magni afflixit, memoriam, cum proceſſionibus ἐν τῷ Κάμπῳ actam auctor eſt Theophanes pag. 194. Edit. Reg. & ex eo Cedrenus pag. 385. Edit. Reg. Ita tradit Chronicon Alexandrinum ann. I. Heraclii facto terræ motu λιτὰς γενέσθαι εἰς τὸ Κάμπον, καὶ χαλεθῆναι τὸ τρισάγιον. Palladius in Vita Chryſoſtomi pag. 86. E. R. ex editione V. C. Emerici Bigoti, ait Arcadium Imperatorem urbe egreſſum τοῦ γυμνασθῆναι ἐν τῷ παρακειμένῳ πεδίῳ, *ut ſeſe exerceret in vicino Campo*. Sed an idem ſit cum eo de quo agimus, non conſtat.

Edit. Pariſ. pag. 141.

VI.

DOMUS AUGUSTÆ.

PRæter Palatia ædeſque Imperatorias, extitere in urbe DOMUS DIVINÆ AUGUSTARUM ſex, uti appellantur in veteri Urbis Deſcriptione, ea qua exarata eſt ætate, ex quibus quinque dumtaxat recenſentur. Ac primum quidem

I. DOMUS PLACIDIÆ AUGUSTÆ, qua nomenclatura duæ memorantur in eadem Urbis Deſcriptione, in prima ſcilicet Regione & decima, licet unius fere meminerint ſcriptores quam a Galla Placidia Theodoſii Magni filia ædificatam ſcribit auctor Chronici Alexandrini pag. 708. E. Reg. Ἐκ ταύτης ἔσχεν θυγατέρα ὁμώνυμον τῇ μητρὶ Γάλλαν τὴν καὶ Πλακιδίαν. εἰσελθοῦσα ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτῆς Θεοδοσίου, κτίζει τὸν οἶκον τῆς Πλακιδίας. *Ex hac filiam ſuſcepit matri cognominem Gallam, quæ & Placidia dicta eſt. Hæc cum patre Theodoſio Conſtantinopolim profecta, domum Placidiæ appellatam ædificavit*. Placidianarum nomine donatur a Socrate lib. VI. cap. XIV. ubi de Eudoxia Arcadii conjuge: Ἐν μιᾷ δὲ τῶν Βασιλίδων οἰκίᾳ καταλύει, ἣ προσωνυμία Πλακιδιαναί· *Ad unam ex Auguſtarum ædibus divertit, quam Placidianas vocant*. Ubi Nicephorus Calliſt. lib. XIII. cap. XV. habet: Παραιτησάμενος δὲ τὸν ἐκκλησιαστικὸν οἶκον, ἐπί μίαν τῶν βασιλικῶν οἰκιῶν ἦλθεν, ἣ Πλακίδιαναὶ ὠνόμασται. *Et quod Eccleſiaſticum hoſpitium averſatus fuerat, in unam ex domibus Imperatoriis venit, cujus nomen erat Placidianæ*. Vigilius PP. in Ep. encycl. ad Eccl. univerſam: *Ad Placidianas tamquam nihil mali ulterius patientes — redivimus*. Addicta porro fuit potiſſimum Pontificibus Romanis, atque adeo etiam videtur conceſſa, in quam diverterent, vel eorum Apocriſiarii, cum in Urbem veniebant. Vigilius PP. in eadem epiſtol. *in Placidiana domo* commoratum ſe ait. Anaſtaſius Bibliothec. de Legatis S. Agathonis PP. p. 54. E. R. *Et dans inducias ad retractanda ſcripta, tribuit eis omnia quæ ad ſuſtentationem eorum ſufficiebant in domo quæ appellatur Placidia*, &c. Et alibi pag. 65. de Conſtantino PP. Conſtantinopolim ingreſſo: *Apoſtolicus Pontifex cum camelauco, ut ſolitus eſt Romæ procedere, a Palatio egreſſus, in Placidias uſque, ubi placitus erat, properavit*, id eſt uti ei placuerat. Sed & in hac domo ſtetit Oratorium, quod proprium Sedis Romanæ fuiſſe dicitur, in quo ſcilicet Pontifices & eorum Apocriſiarii ſacra facerent ſecundum ritum Eccleſiæ Romanæ. Idem Anaſtaſius in S. Martino PP. pag. 49. *Qua de re hujuſmodi pravitatem ſuam defendens* (Paulus Patr. Conſtantinopolit.) *quod numquam nec a prioribus hæreticis præſumptum eſt, ipſe illicite præſumere ſtuduit in tantum, ut altare ſanctæ noſtræ Sedis, quod erat in domo Placidiæ ſacratum in venerabili oraculo ſubvertens, diriperet*. Quibus conſona ſcribunt Ado Viennenſis, Marianus Scotus, Uſpergenſis, & alii Chronographi. Eccleſiæ S. Stephani Protomartyris πλησίον τῶν Πλακιδίων mentio eſt in Synaxariis ad XXIII. Decemb. Habuit autem hæc Domus ſuos *Curatores*, ut cæte-

pag. 142.

cætera urbis Palatia: memoratur enim apud auctorem Chronici Alexandrini in Phoca pag. 876. E. R. Photius ὁ κυρὰτωρ τῆς Πλακιδίας, quam quidem dignitatem Zimarchus gessisse dicitur sub Justino Seniore, cujus commilito fuerat, apud Theophanem pag. 200. E. R. Ex quo emendandus Gregorius Magnus lib. XI. epist. 1. ubi de proceribus qui a Phoca cum Mauricio interfecti sunt: *Sed & aliqui procerum, qui ei cohærebant, id est Constantius Patricius & Curator & Placidas, sed & Georgius Notarius Principis:* ubi legendum *& Curator Placidias*, seu ut est in ed. an. MDVIII. *Curator de Placidias*. Quærit Gyllius lib. III. cap. ult. an ad Domum Placidiæ pertineat Agathiæ Epigramma, quod habetur in Anthologia lib. IV. cap. 1. cum hoc lemmate: εἰς εἰκόνα ἀνατεθεῖσαν ἐν τοῖς Πλακιδὰ ὑπὸ τῆς τοῦ υἱοῦ σχεσίας, *in imaginem seu statuam erectam in tractu urbis Placidæ appellato a scriniariis novi scrinii*. ita ut Domus Placidæ illa sit quæ in decima Regione stetit, sicque legendum in veteri Urbis Descriptione. Verum quin legendum sit ἐν τοῖς Πλακιδίαις, vel certe Placidiæ ædes intelligenda sit, satis declarant & Thomæ Curatoris dignitas, & auctæ ab eo regiæ opes, denique posita & erecta a novis scriniis juxta Imperatoris & Imperatricis statuas imago, cum in ædibus istis ac Palatiis reponerentur Thesauri Imperatorii, quibus præerant Curatores. Ejusmodi porro est Epigramma Agathiæ;

Θωμᾶν παμβασιλῆος ἀμεμφέα κηδεμονῆα,
Ἀνδισαν οἱ τὸ νέον τάγμα μετερχόμενοι,
Θεσπεσίης ἄγγιστα σοφῆριδος, ὄφρα κ' αὐτῇ
Εἰκόνι χῶρον ἔχοι γείτονα κοιρανίης.
Αὐτὸς γὰρ ζαθέοιο θρόνῳ ὕψωσε μελάθρῳ,
Πλοῦτον ἀεξήσας, ἁγνὰ μετ' εὐσεβίης.
Εὐγνώμων τὸ πόνημα. τί γὰρ γραφίς οἶδεν ὀπάσσαι,
Εἰ μὴ τοῖς ἀγαθοῖς μνῆσιν ὀφελομένῳ.

Quæ sic reddidit Florens Christianus:

Curatorem inculpatum dominantis in orbe,
Thomam, omnis pubes e legione nova
Divinam juxta bigam posuere, ut imago
Vicinum imperio posset habere locum.
Ipse domus etenim erexit decora ardua sacræ,
Auxit opes domini, cum pietate tamen.
Sic gratus labor hic: namque hoc pictura dat unum,
Debita virtuti gratia nulla perit.

II. DOMUS PULCHERIÆ AUGUSTÆ, conditas scilicet a Pulcheria Arcadii Imp. filia, Marciani Imp. uxore, binas habet vetus Urbis Descriptio, quarum unam in Regione tertia, alteram in undecima statuit. Ab alterutra dictus videtur urbis tractus, quem τὰ Πυλχεριανὰ appellat Porphyrogenitus in Vita Basilii cap. LXII. ubi ædem sancto Laurentio sacram extitisse ait.

III. DOMUS AUGUSTÆ EUDOXIÆ, quæ in undecima Regione statuitur in veteri Urbis Descriptione, ædificata fuit ab Eudoxia Arcadii Imperatoris uxore, si bene conjicio.

Edit. Paris. pag. 143.

VII.

DOMUS NOBILISSIMÆ.

DOMUS NOBILISSIMÆ, seu Imperatorum filiabus potissimum addictæ, vel certe ab iis ædificatæ, tres fuere, ea qua scripta est vetus Urbis Descriptio tempestate. *Nobilissimas* autem Imperatorum natas appellatas jam ante Constantini Magni ætatem docet vetus inscriptio CCLVII. 7. IVLIAE NOBILISS. PVELLAE. FIL. GALLIENI. AVG. ET. SALON. AVG. In his porro recensentur potissimum

I. DOMUS NOBILISSIMÆ ARCADIÆ, ab Arcadia Arcadii Imperatoris filia condita: stetit illa in nona Regione, ut est in veteri Urbis Descriptione. Et

II. DOMUS NOBILISSIMÆ MARINÆ, quam in prima Regione collocat eadem Urbis Descriptio, exstruxit vero Marina Arcadii Imp. ex Eudoxia filia. Chronicon Alexandrinum: Μαρίνα δὲ τὸν οἶκον ἔκτισε τὸν Μαρίνης. Illius meminit Theophanes an. XXXVIII. Justiniani, ubi de Bellisario: ἐξ ἧς τούτῳ φερνικὰ ἦλθεν εἰς τὸν δεσποτικὸν οἶκον τῆς Μαρίνης, *& bona ejus omnia Dominicæ ædi Marinæ addicta sunt*. Ex quibus percipimus domum hanc recondendis Cæsarum divitiis fuisse destinatam. Palatium dicitur eidem Theophani an. V. Phocæ, quo loco Domentiæ ejusdem Augusti filiæ cum Prisco Patricio celebratas nuptias commemorat: Καὶ γενομένου τοῦ γάμου ἐν τῷ Παλατίῳ τῆς Μαρίνης, ἐκέλευσεν ἱππικὸν ἀχθῆναι, *Celebratisque in Marinæ Palatio nuptiis, equestre certamen agi præcepit*. Habuit etiam suos *Curatores*, ut cætera urbis Palatia, quos inter Georgium Theodoræ Augustæ consanguineum, τὸν κυρὰτορα τῶν Μαρίνης memorat idem Theophanes an. XXXV. Justiniani p. 200. E. R. Istius denique Palatii meminit Leo Grammaticus in Michaele pag. 469. E. R. qui vicinam fuisse Magno Palatio indicat; ut & Anonymus Combefisianus in Constantini Porphyrogeniti Vita n. XLII. a quo instauratum insigne Balneum hactenusque neglectum scribit.

VIII.

PATRIARCHIUM.

I. PATRIARCHIUM, Πατριαρχεῖον, seu ædes Patriarchæ, haud procul a Magna Ecclesia extitit, quomodo jubentur Episcopi sua domicilia habere, in Concilio Carthaginensi IV. cap. XIV. Patriarchii præ cæteris meminerunt Theophanes & Auctor incertus eidem subjunctus pagg. 308. 440. Illud E. R. ἱερὸν ἀνάκτορον vocat Nicetas in Alexio Man. F. n. XI. Ἐπισκοπεῖον Palladius in Vita Chrysostomi pag. 82. & alii non semel. Nicetas Paphlago in Vita S. Ignatii Patriarchæ Constantinopolitani, sub Basilio, turbine ac procella, Patriarchii plumbeum tectum instar membranæ convolutum in terram dejectum scribit. Constitit autem Patriarchium variis Tricliniis, quorum præcipuum illud fuit quod

THOMAITES, Θωμαΐτης, nuncupabatur, quodque Augustæum spectabat, ut auctor est Codinus de Off. cap. XVII. num. XVIII. Μετὰ ταῦτα ἀνέρχεται ἐπὶ τὸ Τρίκλινον τὸ λεγόμενον Θωμαΐτῳ φερὸς τὸν Αὐγουστεῶνα ἀποβλέπτε. *Post hæc ascendit in Triclinium, quod Thomaites dicitur, & Augusteonem respicit*. Ad Augusteonem etiam statuit Nicetas in Alexio Man. F. num. VI. & Androni, Macroni dicto, adjunctum fuisse ait: Ἀπό τε τοῦ ἀνδρῶνος τὸ καλούμενον Μάκρωνος εἰς τὸν Αὐγουστεῶνα φερούσης, καὶ τῷ σωπεμένῳ τούτῳ Θωμαΐτου δόμῳ. *Ab Androne, quem Macronem appellant, in Augusteonem spectante, & huic adjuncta Thomaitæ domo*. Meminit rursum n. XII. Conflagravit Thomaites eo incendio quod accidit anno I. Constantini Irenes Augustæ F. Theophanes: Καὶ ἐκάη ὁ Τρίκλινος τοῦ Πατριαρχείου ὁ λεγόμενος Θωμαΐτης. *Conflagravit etiam Triclinium Patriarchæ, quod Thomaites dicitur*. Sed & una cum eo præclaros Joannis Chrysostomi in sacram Scripturam Commentarios, qui in hoc Triclinio asservabantur, igne absumptos testatur Zonaras pag. 96. E. R. Εὐφρησμῷ δὲ συμβάντος, ὁ μέγας Τρίκλινος τῆς ἱερῶν ἀνακτόρων ὁ Θωμαΐτης λεγόμενος, ἔργον γέγονε τοῦ πυρός, ὅτε λέγεται καυθῆναι καὶ τὰ χειδιάσματα τῆς ἐξηγήσεως τῆς θείας γραφῆς, ἃ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν συνεγράψατο Ἰωάννης, ἐκεῖσέ που ἀποκείμενα. *Orto autem incendio, magnum sacrorum Palatiorum Triclinium, quod Thomaitem vocant, conflagravit, unaque crematos esse ferunt eo in loco asservatos Commentarios in sacram Scripturam a Joanne Chrysostomo exaratos.* Cedrenus rem ipsam enarrans pag. 472. E. R. conflagrasse ait Θωμαΐτην, καὶ τὰς ὑποκάτω καμάρας, *& quæ ei subjectæ erant cameras, aut fornices*, in qui-

bus habebantur Chrysostomi Commentarii ; ubi scilicet erat Bibliotheca Patriarcharum ; ut idem scribit in Theophilo pag. 521. ex Theophanis Continuatore lib. III. num. XIV. κατὰ τὴν Πατριαρχικὴν ἐν τῷ Θωμαΐτῃ βιβλιοθήκην, Quæ quidem Βιβλιοθήκη Πατριαρχική non semel dicitur in Actis VI. Synodi act. XIII. & XIV. & *Bibliotheca Ecclesiæ* apud Anastasium in Agathone PP. & *Constantinopolitana*, apud Ordericum Vitalem lib. I. ubi de eodem Agathone : ex qua depromi solebant libri, siquando in Conciliis aut Synodis de Rebus Ecclesiasticis controversiæ enascerentur. In Thomaite, ἐν τῷ Θωμαΐτῃ, actas interdum Synodos docent Photius in Nomocanone tit. XIII. cap. II. & Allatius lib. II. de Consensu utriusque Eccl. cap. XII. n. I.

Edit. Paris. pag. 144.

II. DOMUS MICHAELITZÆ dicta, Triclinium aliud Patriarchii extitit, a Michaele Oxyta Patriarcha Constantinopol. qui sub Manuele Comneno vixit, appellatum & ædificatum. Nicetas in Alexio Man. F. num. XI. Τοῖς κατὰ τὸ ἱερὸν ἀνάκτορον οἰκήμασι δίδοται, ὃν δομήτωρ ὁ Πατριάρχης γέγονε Μιχαήλ. *In ædes sacrorum Palatiorum, seu Patriarchii, quas Michael Patriarcha exstruxerat, perducitur.* Et num. XVIII. Τοῦτο δὲ ἦν ὁ τῆ Μιχαηλίτζῃ λεγόμενος οἶκος. *Erat autem illud Domus quæ Michaelitzæ dicitur.* Sed & ad Patriarchium spectasse videtur,

III. MACRON, qui & ANDRON, seu Angiportus, Ἀνδρὼν ὁ καλούμενος μακρὸν, Nicetæ in Alexio Man. filio, loco supra laudato, Thomaitæ Triclinio adjunctus ; quo loco cur Wolphius ἀνδρῶνα, *locum ubi Catechumeni instituuntur*, vertat, non plane assequor, cum Græcis perinde ac Latinis scriptoribus ἀνδρὼν longe aliud sonet. Vitruvius lib. IV. cap. X. Græcos ait ἀνδρῶνας appellare *itinera quæ inter duas aulas media sunt interposita*, quasi μεσαύλια. Festo, *Andron, est atrium, seu locus domicilii longitudine angustior, in quo viri plurimi morantur.* Papiæ, *est viarum concursus*, vel *angiportus*: Joanni de Janua, *spatium inter duas domos*: denique in Gloss. Gr. MS. Regio Cod. DCCCCXXX. Ἀνδρῶνα definitur οἶκος ἔνθα οἱ ἄνδρες ἐώθασι ἀθροίζεσθαι, *domus in quam solent homines convenire*. Atque hac notione *Andronas* usurpat Concilium Carthaginense IV. cap. XLVII. & ex eo Acto Episcop. in Capitul. §. XLIV. ubi vetantur *Clerici per plateas & andronas ambulare.* Ita apud Joannem Diacon. in Vita S. Gregorii Magni lib. II. cap. XXIX. Petrum Damian. lib. III. Epist. IV. lib. VIII. Epist. XI. Hincmarum Opusc. LV. Capitulor. cap. XLV. Thomam Archidiaconum in Hist. Salonit. cap. XL. & alios hanc vocem usurpari quivis deprehendat. Rursum porro Nicetas in Isaacio Angelo & Alexio filio num. II. Macronis meminit, quem Milii fornicibus vicinum fuisse scribit, ubi enarrat incendium urbe a Francis capta excitatum, quo conflagrarunt ὅσα πρὸς ἀνίδα κίνδυνε τοῦ Μιλίου, καὶ τῷ ἀνδρῶνι συνῆπτατο τῷ Μάκρωνι, καὶ τῷ λεγομένῳ αἱ Συνόδοι. *Quæcumque ad Milii fornicem vergebant, & Androni, Macroni dicto, adjuncta erant, & loco qui Synodi appellabatur.* Μακρὼν porro idem fuit quod ἀνδρών, uti indicat Nicetas, Porticus scilicet oblongior, (unde ei appellatio indita fuerit, quomodo μάκρωνας Græci vocabant, qui oblongiori erant capite) qua divisa & disparata invicem Triclinia connectebantur. Nam & ita *Macronam* usurpat Anastasius Bibliothecarius in Leone III. PP. *Macronam vero ipsius Lateranensis Patriarchii, quæ extenditur a Campo, & ultra imagines Apostolorum, quæ præ nimia vetustate ruituræ erant — restauravit, & in melius firmissimis marmoribus stravit, atque cameram ipsius Macronæ noviter fecit, & diversis historiis pictura mirifice decoravit.* Neque, opinor, aliter Pachymeres lib. IX. cap. I. Macronem Patriarchii repræsentat : scribens Michaelem Andronici Palæologi Senioris filium, recens Imperatorem a Patre dictum, περιῃρεθέντων τῶν τοῦ Τρικλίνου Μάκρωνος δρυφάκτων, *remotis Triclinii Macronis cancellis*, in Clypeo elatum plebi, quæ ad αὐλαίαν Αὐγουστῶνος convenerat, spectandum expositum fuisse : nam ejusmodi Andrones cancellis seu pluteis ut plurimum clauduntur.

IV. THESSALI, seu Θετταλὸς, Τρικλίνου ὅτου ὀνομαζομένου ἐν τῷ Πατριαρχείῳ meminit Continuator Theophanis lib. IV. n. III. ut & Symeon Logotheta in Michaele Theophili filio n. I.

V. De utroque SECRETO, MAJORE & MINORE, quod in Patriarchio extitit, agimus ubi de Tribunalibus Ecclesiasticis.

IX.

ÆDIFICIA ALIA PUBLICA.

I. SENATUS, seu domus in quam Senatores convenire solebant, binæ in urbe extitere, prior in Regione secunda, altera in sexta, ut est in veteri Urbis Descriptione. Utramque Constantino Magno adscribere videtur Hesychius Milesius, & ex eo Codinus : Ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ τὸν τῆς Συγκλήτου βουλῆς ἀνῳκοδόμησεν οἴκους, Σενάτα τούτους ὀνομάσας. *Præterea Senatorum domus ædificavit, easque Senatus appellavit.* Chronicon Alexandrinum in Constantino Magno pag. 664. E. R. Κτίσας ἐγγὺς καὶ Βασιλικῷ ἐχυσαν κόγχῳ, ἐξ ἴξω μεγάλως κίονας στήσας καὶ ἀνδριάντας, ὥπερ ἐκάλεσε Σενάτον, καλέσας τὸν τόπον Αὐγουσαῖον. *Condens propter eam (Regiam) Basilicam cum testitudine, extra vero, columnas ingentes & statuas posuit, ac ædem quidem Senatum, locum vero Augustæum appellavit.* Et sane Libanius Orat. ad Theodosium de Seditione, Senatum a Constantino Magno in nova a se excitata urbe constituisse auctor est, βουλυτήριον μέγα, ἣ Σύγκλητον, præterea Sozomenus lib. II. cap. II. Βουλυτήριον δὲ μέγα, ᾧ Σύγκλητον ὀνομάζουσιν, ἕτερον συνεστήσατο, τὰς αὐτὰς τάξεις, τιμὰς, καὶ ἱερομηνίας, καὶ Ῥωμαίοις τοῖς παλαιοτέροις ἔθος. *Curiam etiam magnam, quam Senatum vocant, aliam constituit, cui eosdem honores, eosdemque dies feriatos, qui Romanis veteribus tribui solent, assignavit.* Et Chronicon Alexandrinum de Constantino : Συγκλήτῳ τε τιμήσας. Sed & Theophanes an. XXV. Constantini : καὶ Σύγκλητον ἔχειν ἐκέλευσε. Anonymus de Constantino post Ammianum Valesii : *Ibi etiam Senatum constituit secundi ordinis, Claros vocavit.* His consentanea scribens Themistius orat. XIII. pag. 299. ait γερουσίαν, *Senatum*, in nova urbe, Κωνσταντίνῃ γέννημα καὶ θρέμμα, *Constantini fœtum & alumnum* esse. De hoc vero Senatu Constantinopoli a Constantino constituto consentit etiam Philostorgius lib. II. cap. IX. At Zozimus lib. III. p. 713. id juris a Juliano Imp. urbi concessum exerte tradit : ἔδωκε μὲν τῇ πόλει γερουσίαν ἔχειν, ὥσπερ ἐν τῇ πόλει Ῥώμῃ, *potestatem urbi fecit habendi Senatum, ut in urbe Roma.* Quem quidem Senatum debitis ac congruis donari honoribus, Theodosium pressius urget Themistius orat. XVIII. Jam vero Senatus, qui in secunda Regione extitit, situm & ornamenta passim describunt qui res Byzantinas litteris mandavere : atque in primis Zozimus lib. V. pag. 801. ubi incendium enarrat quod sub Arcadio & Honorio, cum Joannes Chrysostomus Patr. CP. Urbe exactus est, pulchriorem urbis faciem absumpsit : Ἐνέπεσε δὲ τὸ πῦρ καὶ εἰς τὸν εἰωθότα δέχεσθαι τὴν γερουσίαν οἶκον, πρὸ τῆς Βασιλείων ὄντα, εἰς πᾶν κάλλος καὶ φιλοτιμίαν ἐξησκημένον. *Irruit ignis & in illam domum, in qua Senatus haberi solebat, quæ ante Palatium sita, & ad omnem elegantiam & magnificentiam elaborata erat.* Magnæ Ecclesiæ ad Meridiem adjunctum fuisse *Senatum* refert Sozomenum lib. VIII. cap. XXII. idem incendium describens : Ἐνεμήθη καὶ τὸν παρακείμενον αὐτῇ ἐκ μεσημβρίας μέγιστον οἶκον τῆς Συγ-

pag. 145.

κλήτε βελῆς, *vicinam Ecclesiæ ad Austrum amplissimam Senatus domum absumpsit*. Et Chronicon Alexandrinum pag. 715. E. R. Καὶ αἰφνιδίῳ ἐκάη ἡ μεγάλη ἐκκλησία σὺν τῷ Συνάτῳ, & *derepente conflagravit Magna Ecclesia cum Senatu*. Denique Historia Conciliabuli excitati contra Joannem Chrysostomum : Ἐντεῦθεν ἄνεμος ἀπηλιώτης ἐπιπνεύσας σφοδρῶς, ἐκ τοῦ τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ τὸν βασιλικὸν οἶκον τῆς συγκλήτου γερουσίας, ἐπὶ μεσημβρίαν κείμενον, διήνεγκε τὸ πῦρ, ὡς τέλος κατειλυμένατο αὐτόν. *Tum vero ventus subsolanus vehementer flans, & ab Ecclesia in Regiam domum Senatus, quæ ad Meridiem sita est, ignem transferens, ipsam tandem consumpsit*. Statuitur etiam ab eodem Sozomeno lib. VIII. cap. XX. ad meridionalem partem Magnæ Ecclesiæ, ubi ait statuam Eudoxiæ Augustæ Columnæ Porphyreticæ impositam stetisse πρὸς μεσημβρίαν τῆς ἐκκλησίας, πρὸ τοῦ οἴκου τῆς μεγάλης Βουλῆς, *ad meridiem Ecclesiæ, ante domum Magni Senatus*. Neque tamen ita adjuncta fuit aut vicina ædes Senatus Magnæ Ecclesiæ, quin aliquot passibus ab ea abesset, totumque Forum interesset, Augustæum nempe, ita ut ad Meridiem ei obversaretur. Palladius in vita Joannis Chrysostomi pag. 92. ex Editione V. Cl. ac doctissimi Emerici Bigoti : Ὅπου γε καὶ τὸν καλούμενον παρὰ τοῖς ἔξω σύγκλητον, ἀπὸ πολλῶν βημάτων κειμένην ἀντικρὺ τῆς ἐκκλησίας ἐκ μεσημβρίας, φρονίμως τὸ πῦρ τὸν ἀγοραῖον δῆμον τὸν ἀφ' ἑσπέρας διαπεράσαν, ἐλυμήνατο, *cum ædem, Senatum ab exteris nuncupatam, multis passibus dissitam ex adverso Ecclesiæ ad meridiem, ignis ille interjectam populi in Foro coacti multitudinem, pontis instar, sapienter prætergressus pessumdederit*, &c. Cedrenus pag. 322. E. R. Senatum, qui sub Leone M. Conflagravit, πρὸς τὰ βόρεια τοῦ φόρου *ad septentrionalem partem Fori* stetisse ait. Proinde Senatus altera fuit ex iis exhedris quæ septentrionali Regiarum porticuum parti adjacuit, quarum meminit Lex LIII. Cod. Th. de Operib. public. Idem etiam Cedrenus in Constantino an. XXVIII. Senatum ponit juxta Forum, ἐντῷ Φόρῳ πλησίον τῷ λεγομένῳ Συνάτου. In ipso Foro, idem in Leone M. an. V. sub quo conflagrasse narrat ἐν μὲν τῷ Κωνσταντίνου Φόρῳ οἶκον μέγιστον Συνάτον καλούμενον, ἐκ χαλκῶν εἰκόνων καὶ πορφυρῶν λίθων διακεκοσμημένον, *domum maximam Senatum appellatam, æreis imaginibus & purpureis marmoribus ornatam*. Regiæ Porticui proximum fuisse docet supra laudatus locus Chronici Alexandrini : siquidem *Basilica* idem fuit quod *Senatus*, quod velle videtur illius scriptor, qui ad Augustæum perinde *Senatum* ponit, quo loco conflagrasse scribit eo incendio, quod in seditione Victoriatorum accidit sub Justiniano : ὁμοίως δ' ἐξεκαύθη τὸ Συνάτον, ὅπερ ἐστὶ τὸ λεγόμενον Αὐγουσταῖον, *similiter conflagravit Senatus, ubi est quod Augustæum nuncupatur*. Basilicam vero & Senatum eandem fuisse ædem innuere præterea videtur Historia Conciliabuli excitati contra Joannem Chrysostomum, in qua βασιλικὸς οἶκος τῆς συγκλήτου γερουσίας appellatur. Ædem hanc Senatoribus addictam, ab eodem Justiniano deinceps instauratam, novisque donatam ornamentis, ad Augustæi partem orientalem stetisse tradit Procopius lib. I. de Ædif. cap. X. ubi & situs, & illius elegantia graphice describitur: Ταύτῃ ἐς τὰ πρὸς ἑῶ τῆς ἀγορᾶς τὸ Βουλευτήριον ἵδρυται, λόγῳ μὲν τῇ τε πολυτελείᾳ καὶ τῇ κατασκευῇ τῇ πάσῃ κρεῖττον, *ad Fori* (Augustæum supra appellat) *latus orientale est Senatus, opus Justiniani Augusti, adeo splendidum, itaque rebus omnibus apparatum, ut facultatem dicendi superet*. Et cap. II. Ἀγορά τις πρὸ τοῦ Βουλευτηρίου ἵτυγχανεν ἐοῦσα, καλοῦσι δὲ Αὐγουσταῖον οἱ Βυζάντιοι. *Pro Senatu Forum est, quod Byzantii Augustæum vocant*. Quæ vero ante ædem stetere, ingentes columnas, statuasque innumeras, quibus ornata, fuit, hisce subsequentibus verbis exequitur dicto cap. X. Ἐξ δὲ ἑπάλξεσιν ἑστᾶσιν· οἱ μὲν δύο πλὼ τοῦ Βουλευτηρίου τοῖχον ἐν μέσῳ ἔχοντες, ὃς πρὸς δύοντα ἥλιον τέτραπται. οἱ δὲ τέσσαρες ὀλίγῳ ἐκτός. τὸ μὲν εἶδος

A λευκοὶ ἅπαντες· μέγεθος δὲ φρῶτοι ὄψ ἐν τῇ γῇ κιόνων, οἶμαι, τῇ πάσῃ· στοὰν δὲ ποιοῦσιν οἱ κίονες ὄροφον ἐν δόλῳ ἐλίττουσαν· τὰ δὲ ἄνω τῆς στοᾶς ἅπαντα μαρμάρων μὲν κάλλει διακεκόσμηται τοῖς κίοσι τὸ εἶδος ἴσων· ἀγαλμάτων δὲ πλήθει ὑπεράνω ἑτοίμων θαυμασίως, ὡς ὑπογέγραπται. *Stant pro Senatu columnæ sex, quarum duæ parietem ejus Soli occidenti obversum in medio sustinent : quatuor aliquantulum ab eo distant : candidæ omnes, & columnarum quas habet universus terrarum orbis, meo quidem judicio, maximæ. Porticum vero efficiunt columnæ, cujus fastigium in tholi seu testudinis formam circumvolvitur. Porticus porro pars superior marmore columnis concolori tota nitet, ac magno superstantium statuarum numero mirum in modum distincta est*. Quæ quidem non parum illustrant quæ ex Chronico Alexandrino laudavimus. Nam & μεγάλους κίονας & ἀνδριάντας, quos extra ædem statuerat Constantinus, hic observare est : & κέγχην, seu tholum quo regebatur Porticus ista Justinianea, quatuor ingentibus columnis incumbentem. Verum si Basilica ædes eadem fuit cum ea quam *Senatum* etiam dixere, quod omnino existimare licet, nisi Basilica ipsa duxerit ad locum Senatus, Tholum istum, seu Concham, columnis innixam, quæ vestibuli vicem præstitit, intelligi apud Cedrenum nemo opinor inficiabitur, quo loco scribit in seditione Victoriatorum conflagrasse φροσκήνιον τῆς Βασιλικῆς, quod quidem illud est, quod postmodum refectum a Justiniano tradit Procopius, qui lib. I. de Bello Persico cap. XXIV. προπύλαια τῆς Βασιλέως αὐλῆς vocat : Καὶ τῆς Βασιλέως αὐλῆς τὰ ἐκ τοῦ προπυλαίων ἄχρι ἐς τὸν Ἄρεως οἶκον καυθέντα ἐφθάρη, & *ex aula Imperatoris quidquid a vestibulo ad Martis ædem pertinebat, igne corruptum est*. Qui quidem C οἶκος Ἄρεως, a Martis statua ibi stante forte nomenclaturam acceperit. Basilicam vero χρυσόροφον fuisse innuit Codinus, unde *inaurata* dicitur in Constitutione Theodosii & Valentiniani, quæ habetur in L. II. Cod. Just. de Operibus publicis, qua vetant Imperatores ex tabulato opere stationes aut ergasteria in Basilica fieri, equos intromitti, vel nuptias celebrari : quia nempe in Regiis Porticibus Basilicæ adjunctis erant ejusmodi stationes & ergasteria, a quibus sensim in Basilicam ipsam inducta fuerant : quo loco *Stationes* proprio vocabulo videntur dictæ Bibliopolarum officinæ, quas in Regiis prostitisse supra observavimus, unde in Statutis Academiarum Bibliopolas ipsos stationarios, quod etiamnum in Anglia obtinet, appellari pluribus docuimus in Glossario nuper edito. Vestibulum autem Basilicæ, seu ædi Senatus præstruxerat seu instauraverat Theodosius junior, curante Theodoro Præfecto Prætorio: quod omnino docent binæ inscriptiones huic olim vestibulo appositæ, quæ descriptæ leguntur in Anthologia lib. IV. cap. XXVIII. ac prior quidem cum hoc lemmate : εἰς τὴν ἀψῖδα ἐν τῇ Βασιλικῇ ἐν Βυζαντίῳ, *in fornicem in Basilica, in Byzantio* :

Τετραπόροις ἀψῖσι πόλιν Θεόδωρος ἐγείρας,
Ἀξιός ἐστι πόλιν καὶ στρατὸν ἰθυνέειν.

Quæ sic reddidit V. Cl. Petrus Menardus Turonensis :

Quadriforis ornans Theodorus arcubus urbem,
Est dignus magnam quartum qui dirigat urbem.

E Ubi nescio an non legendum sit πύλῃσι, in primo versu; cum indicet Theodorum, qui arcubus quatuor adornatum vestibulum erexerat, dignum esse quarta in urbe præfectura. Alterius epigrammatis lemma est ejusmodi : εἰς τὸ ἕτερον μέρος τῆς αὐτῆς ἀψῖδος, *in partem alteram ejusdem fornicis* :

Ἐφιστί σοι, Θεόδωρε, τύχης ἀρχίοκα τιὼν
Ἔργα κοσμήσαι θαύμασι τοσσατίοις,
Δῶρά τε κυδήεντα πορὼν χρυσάσπιδα Ῥώμῃ,
Ἣ σ' ὕπατον τιθῖξεν, καὶ τριστάραχον ὄρχῳ.

Quæ sic reddidit idem Menardus:

Fortunæ templum recte, Theodore, stupendi
Miraclis operis condecorare studes.
Recte bellati potuit dona inclyta Romæ
Illam rexisti nuper, adhucque regis.

Theodorus autem, quem Consulem semel, & ter Præfectum Prætorio fuisse declarant Epigrammata, Consulatum gessit cum Eutropio anno CCCXCIX primam vero Præfecturam Honorio A. IV. & Eutychio Coss. an. CCCXCVIII. secundam Basso & Philippo Coss. an. CCCCVIII. tertiam denique Honorio A. VIII. & Theodosio A. III. Coss. anno CCCCIX. quod docent inscriptiones aliquot Legum Codicis Theodosiani, quo proinde postremo hoc anno ædificatum Basilicæ vestibulum colligitur, cum paulo ante una cum *Senatu* conflagrasset eo incendio quod propter Chrysostomum excitatum est sub Arcadio, uti natrat Zozimus: quod quidem vestibulum proinde illud est, quod τὸν Σενάτε οἶκον ὑπὸ τεσσάρων κίονων βασαζόμενον vocat Anonymus in Collectan. Constantinop. pag. 96. & ab eodem Theodosio Juniore nescio qua de causa destructum fingit. Post instauratum igitur *Senatum* positæ postmodum in eo fuere ab Aureliano iterum Præfecto Prætorio & Patricio, imagines pectorales, seu thoracatæ, (Græci istius sæculi τὰ στηθάρια vocant) Honorii & Theodosii Augustorum & Pulcheriæ Augustæ, Constantino & Constante Coss. anno Christi CCCCXV. an. vero sequenti sub Consulatum Honorii X. & Theodosii VI. ab eodem Aureliano ἀφιερώθη ἀνδριὰς χρυσοῦς ἐν τῇ συγκλήτῳ, *dedicata est statua aurea in Senatu* ejusdem Theodosii, ut est in Chronico Alexandrino pagg. 716. 718. E. R. Sed & ipsi Aureliano dicata ac erecta pariter a Senatu statua aurea, uti docet hoc Epigramma XVII. cap IV. lib. IV. Anthol.

Edit. Paris. pag. 147.

Οὗτος ὁ κοσμήσας ὑπάτων θρόνον, ὃν τερετίταρχον
Καὶ πατέρα Βασιλῆες ἐὸν καλέσαντο μέγιστοι,
Χρύσεος ἕστηκεν Αὐρηλιανός· τὸ δὲ ἔργον
Τῆς βουλῆς, ἧς αὐτὸς ἐὼν κατέπαυσεν ἀνίας.

Ter Præfectus fuerat Aurelianus, urbi scilicet Constantinopolitanæ an. CCCXCIII. & Prætorio Orientis an. CCCCXV. & CCCCXVI. Aureas porro statuas in Senatu erigi solitas testantur illæ quæ & Romæ & Constantinopoli Symmacho viro Consulari erectæ sunt Gratiano imperante.

Enimvero in secunda inscriptione *Basilicam*, τύχης ναόν, quæ Zozimo pagin. 801. τὸ τῆς Γερουσίας τέμενος dicitur, appella observare est: quippe Basilicam excitavit Constantinus M. eo loci ubi a Byzante exstructum fuerat Rheæ templum. Hesychius Milesius de Byzante: Μετὰ δὲ τοῦτο τοῦ τείχους στέφανον, καὶ τειχίσας τὴν διὼν ἀπεργάζετο. Ῥέας μὲν, καὶ τὸν τῆς Βασιλικῆς τόπον ναόν τε καὶ ἄγαλμα καθιδρύσατο, ὅτε καὶ Τυχαῖον τοῖς πολίταις τετίμηται. *Extructo muro, delubra quoque condidit: ac Rheæ quidem, quo loco stat Basilica, templum & simulachrum posuit, ubi & Fortuna a civibus colitur.* Ita enim capienda hæc verba constat ex Zozimo lib. II. pag. 687. scribente Constantinum Magnum, Forum Maximum Byzantii excitasse quatuor Porticibus septum, & ad extremitates unius ex hisce Porticibus ædes duas extruxisse, collocatis in harum altera matris Deum Rheæ, in altera Fortunæ Romanæ simulacris: Οὗσης δὲ ἐν τῷ Βυζαντίῳ μεγίστης ἀγορᾶς τετρακόα, καὶ τὰς τῆς μιᾶς τοιᾶς ἄκρας, ἃς ὧν ἀνάγκαιον ὀλίγοι βαθμοί, ναοὺς ᾠκοδομήσατο δύο, ἐγκαθιδρύσας ἀγάλματα, θατέρῳ μὲν μητρὸς θεῶν Ῥέας, ὅπερ ἔτυχον οἱ σὺν Ἰάσονι πλώσαντες ἱδρυσάμενοι καὶ τὸ Δίδυμον ὄρος, τὸ Κυζίκῳ πόλεως ὑπερκείμενον· — ἐν δὲ θατέρῳ Ῥώμης ἱδρύσατο Τύχῃ. *Quumque Byzantii Forum maximum esset quatuor cinctum Porticibus, ubi desinit ex iis una, ad quam gradus non pauci sursum ducunt, templa duo extruxit, collocato in horum altero Matris Deum Rheæ simulacro, quod in monte Didymo, qui Cyzico imminet, olim illi constituerant, quos Jasonis navigationis socios habuit: — in altero vero Fortunam Romæ posuit.* Ubi per Forum quadriporticu instructum, *Augustæum*, in quo Senatu stetit, intelligendum, quod quadratum fuit, & Porticibus undique septum; quod de Foro Constantini dici non potest, quod rotundum fuisse ait idem Zozimus: deinde Augustæum ἀγορὰν appellat Procopius.

Verum quod Zozimus duo templa ad extremitates unius Porticus extructa ait, alterum Rheæ, alterum Fortunæ Romæ, ita capiendum existimo, ut templa appellaverit loculos in quibus ea simulacra reposita erant: quomodo vocem ναὸς alicubi usurpat Paulus Silentiarius in Descriptione S. Sophiæ: præsertim cum bina hæc simulacra ad unicam Basilicam stetisse scribat Hesychius Milesius. Addit Zozimus Constantinum Magnum Rheæ imaginem mutilasse, detractis leonibus quos tenebat, & statuæ immutata specie. Leones Rheæ ascribunt passim veteres. Lucretius lib. III.

Hinc veteres Grajum docti cecinere Poetæ
Sedibus in curru bijugos agitare leones.

Virgilius lib. X.

Alma parens Idæa Deum, cui Dyndima cordi
Turrigenæque urbes, bijugique ad fræna leones.

Ita apud Arrianum in Periplo Ponti Euxini pag. 5. Dea Phasiana, seu Rhea, depingitur κύμβαλον μὲν χεῖρας ἔχουσα, καὶ λέοντας ὑπὸ τῷ θρόνῳ. Addit idem scriptor in templo Matris Deum, quod Μητρῷον vocat, Athenis similem extitisse statuam, Phidiæ opus. Statuam vero Fortunæ urbis, supra columnam elatam in foro cum apparatu, Patriarcha preces faciente, pridie quam Urbis encænia celebrarentur, tradit idem Codinus pagg. 24. 25. E. R. & ut ab omnibus adoraretur præcepisse Constantinum narrat. Alio loco, pag. scilicet 36. ait statuam Fortunæ Urbis μετὰ μοδιόλου stetisse ἐν τῇ ἀνατολικῇ ἀψῖδι, *in orientali fornice*, forte Tholi, qui ad Basilicæ vestibulum fuit: ita habet Meursius: ubi μοδίολος vestis muliebris species est, cujus meminit Cedrenus pag. 485. E. R. Denique Zonaras pag. 47. E. R. scribit stetisse in urbe statuam æream Fortunæ Urbis, muliebri specie, quæ alterum pedem intra navem, perinde æream, ante se stantem habebat, cujus navis cum quædam fragmenta, seu vetustate, seu furto periissent, Anastasio imperante, huic rei imputatam causam incommodæ onerariarum navium ad urbem adnavigationis, iisque postmodum repertis, & in locum suum restitutis, navigationem liberam fuisse: Ἱστόρηται γε μὴν ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας Ἀνασασίου ἄγαλμα τῆς Τύχης τῆς πόλεως ἐν εἴδει γυναικὸς ἐκ χαλκοῦ πεποιημένης, θάτερον τῶν ποδῶν ἐντὸς νηὸς ἐχούσης, πρὸ αὐτῆς ἑστώσης, καὶ ὁμοίας ὕλης ἐξειργασμένης, ἵσταταί πω τῆς πόλεως, &c. Ex qua quidem Fortunæ Urbis statuæ descriptione, discimus eam esse qui in nummis Constantii Junioris, Juliani, Joviani, & Gratiani a nobis delineatis effingitur, in quorum postica parte sedet figura stolata ac galeata, hastile læva tenens, dextra vero globum, cui insistit victoriola coronam lauream porrigens: eidemque assidet figura altera perinde stolata, turrita ad caput corona, hastile, (interdum cornu Amaltheæ, ut in nummo Gratiani) sinistra, dextra vero globum cum victoriola pariter tenens, pedum altero navis proræ insistente, cum hisce subinde inscriptionibus, GLORIA ROMANORVM, vel GLORIA REIPVBLICÆ, vel SECVRITAS REIPVBLICÆ. Ac priori quidem effigie Urbem ipsam Constantinopolim exhiberi censuerim, quo modo habitu militaris galeata & cum hasta effingitur in nummis Constantini, in quorum altero qui CONSTANTINOPOLIS inscriptionem præfert apud Cholium, Fortuna ipsa urbis alata, turrita corona insignis, ac cornu Amaltheæ læva, spicas dextra tenens, pedeque proram re-

pag. 148.

rens conſpicitur, cum hoc lemmate, VICTORIA AVG. Hunc porro nummum commentario illuſtravit eruditus Triſtanus tom. III. pag. 557. Scribit Socrates lib. III. cap. XI. & ex eo Nicephorus Calliſti lib. X. cap. XX. & Svidas in v. μάρις, Julianum Parabatam hoſtias publice immolaſſe τῇ Κωνσταντινοπόλεως τύχῃ, *Fortunæ Urbis Conſtantinopolitanæ*, in Baſilica, ἔνθα ἦ τὸ τύχης ἵδρυται ἄγαλμα, *in qua poſitum erat ſimulacrum publici genii*, uti vertit Henricus Valeſius. Quo loco, ut & in Notis ad Ammiani Marcellini lib. XXIII. & ad Euſebii librum de Martyribus Palæſt. cap. XI. Græcos Τύχῃ dicere ſolere obſervat, quem Latini Genium vocant: ut τυχεῖα, templa Genii publici, idque potiſſimum firmat ex Chariſio lib. I. qui *Genium* per Τύχῃ effert. Verum id licet utcumque concedatur, ita etiam Fortunam appellari a Latinis palam eſt, quam perinde coluere Imperatores, cujuſque ſtatuam in cubiculis ſervabant, ut ex Tacito, Capitolino, aliiſque ſupra lib. I. attigimus, quos præ cæteris Criticorum filiis laudant Roſinus & Dempſterus lib. II. Antiquit. Roman. cap. XVI. Deinde alia fuit Genii publici in Trajani, Hadriani, Conſtantii Chlori, Conſtantini Magni, & aliorum Imperatorum nummis; alia Fortunæ Urbis; cujuſmodi hic deſcribitur, figura. Genii quippe publici, vel regionum, vel urbium, qui δαίμονες πολιοῦχοι ſcriptoribus fere ſemper dicuntur, ut ſuo loco in hocce opere docuimus, effingi ſolent ſub adoleſcentis, maximam partem nudi, pileati, & ſacrificantis ſpecie, ſiniſtra cornu Amaltheæ tenentis, (quod etiam publico Genio tribuitur ab Ammiano lib. XXV. pag. 287.) cum haſtili, vel bacillo, ita ut alia fuerit Fortuna a Genio publico. Adde quod & Fortunæ, & Genio publico, ſua quæque templa Romæ alibique extructa legimus, ita ut ſi non utraque, ſaltem ea quæ Fortunæ dicata erant, τυχεῖα appellata fuiſſe haud abſonum fuerit opinari: quæ eadem quæ *Felicitatis ædes* dicuntur Ciceroni & aliis, eſſe cenſet Jacobus Gotofredus ad Leg. I. Cod. Th. de Alexandrinæ pleb. Primatib. Alias porro ſtatuas, ac ædis iſtius ornamenta alia commemorant paſſim ſcriptores: nam ut ait Zozimus lib. V. pag. 801. ἀγάλμασι κεκαλλώπιστο τεχνικῇ, τὸ ἀξιοφιτὶς ἐξ αὐτῆς τῆς θέας παρεχομένοις, καὶ μαρμάρων χροιᾶς, αἷς νῦν τοὺς τῶν ἐ μεταλλευόντας χρόνους. *Simulachris artificum exornata erat, aſpectu ipſo elegantiam ſuam præferentibus, & coloribus marmorum quæ hiſce temporibus non eruuntur.* Idem porro ſcriptor hos inter ædis ornatus, Muſarum, quæ in Helicone ſteterant, ſimulacra recenſet, quæ in ipſo Palatio poſuiſſe eumdem Conſtantinum auctor eſt Euſebius lib. III. de Vita ejuſdem Conſtantini cap. LII. τὰ δ' Ελικωνίδας μέσας ἐν παλατίῳ, præterea Jovis Dodonæi, & Minervæ Lindiæ, quæ pro foribus ſtabant, & exorto, Arcadio imperante, incendio, cum ædes ipſa igne abſumpta fuiſſet, unica fere ab eo intacta ſuperfuere. Simulacri Minervæ Lindiæ meminit etiam Cedrenus pag. 322. qui illud ad Occidentem Fori ſtatuit: Ἵστανται δὲ πρὸς τῷ τοῦ Φόρου πλατείαν ἀγάλματα δύο, πρὸς μὲν δύσιν, Λινδίας Αθηνᾶς χρύσεος ἔχων καὶ τὸ Γοργόνειον τέρας, καὶ ὄφεις περὶ τὸν τράχηλον ἐμπεπλεγμένους· ἔτω γὰρ τὸ εἴδωλον αὐτῆς οἱ παλαιοὶ ἱστόρουν· *Ad Fori vero plateam ſtant duæ ſtatuæ: una verſus occaſum Lindiæ Minervæ, caſſide armata, & monſtro Gorgoneo, circa collum anguibus complicatis: ſic enim imaginem ejus priſci referebant.* Minervæ Lindiæ ſimulacrum cum aliis aliquot, eo incendio, quod Baſiliſco imperante accidit, cum Baſilica ipſa aliiſque ædibus conflagravit, uti narrat Zonaras pag. 44. Ed. R. qui illud ad Lauſi Palatia ſtetiſſe videtur innuere. Extitit præterea in Senatu Porta Dianæ Epheſinæ, Trajani manus, in qua expreſſæ erant cauſæ belli Scythici, Gigantum pugna, fulmina Jovis, Neptunus tridentem geſtans, Apollo arcu inſtructus: infra, gigantes draconum in modum irruentes, manibus glebas in ſublime jactantes, torvum tuentes. Græca Cedreni pag. 322. Edit. Reg. qui hæc tradit, non exſcribo. Extitit etiam in Senatu ſtatua ærea Epiſcopi habitum referens, quæ virgam ſerpente circumvolutam manu geſtabat, (Moſis forte) quam in Novam a ſe in Palatio conditam Eccleſiam tranſtuliſſe Baſilium Macedonem narrant Leo Grammaticus pag. 472. Edit. Reg. & Symeon Logotheta num. XII. Alias denique ſtatuas quæ in Senatu poſitæ fuere, recenſent Codinus pag. 34. Edit. Reg. & Anonymus in Collect. pag. 96. nempe Aurigarum Circenſium, Dianæ, Veneris, &c. atque in iis ſtatuam Juſtini, quem Tyrannum vocat: Ἐν αὐτῇ τῇ βασιλικῇ χρυσοφόρῳ, ὀπίσω τοῦ Μιλίου, ἦν ἀνδριὰς κείμενον ἄγαλμα χρυσοῦμβαφον, ἔνθα ἦν τὸ Ἑξάμιον Ηρακλείου τοῦ Βασιλέως, καὶ γονυκλινὲς ἦν τὸ τυράννου· *In ipſa Baſilica aureo tecto operta, pone Milium, erat ſtatua viri inaurata, ibi erat Examen Heraclii Imperatoris, & ſtatua genibus inclinata Juſtini Tyranni.* Ubi γονυκλινὲς non eſt pulvinar quod genibus ſubſternitur, uti cenſet Meurſius in Gloſſario, ſed ſtatua geniculata Juſtini, quam Nicetas Paphlago in Vita Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani pag. 698. edit. MDCXVIII. terræ motu convulſam refert, Michaele Theophili F. imperante: ὅτε δὴ καὶ ἡ τοῦ λίθου Ιουστίνου ἐκ τῶν γονάτων κατέαγε κατέρρηγε, *quo tempore & ſtatua Juſtini genibus ſuccisa confracta eſt.* Erat præterea in Baſilica ſtatua Salomonis, de qua Symeon Logotheta in Baſilio num. XII. *Edit. Pariſ. pag. 149.*

Senatum a quodam Senato ædificatum, ac nuncupatum, eumdem Anonymum dixiſſe, non omnino hac in re ſanum, nolim hoc loco obſervare: ſed quod longe potiori fide digniores de eo tradunt, nempe Procopius lib. I. de ædif. cap. X. in ea æde Senatum Romanum ineunte anno conveniſſe, feſtumque ſolemne ex veteri more & inſtituto celebraſſe: ἔνθα δὴ ξυνιοῦσα ἔτους ἀρχομένου ἡ Ρωμαίων βουλὴ σύγκλητος ἐνιαύσιον ἑορτὴν ἄγει, τὰ τῆς πολιτείας ὀργιάζουσα ἀεὶ νόμιμα. Id alii aliis expreſſere verbis: Cedrenus in Leone M. pag. 348. E R. de Senatu: ἐν ᾧπερ καὶ οἱ λογάδες ἐβουλεύσαντο, ᾗ ὁ Βασιλεὺς νίκα ὑπατικὴν ἔλαβε στολὴν, *in qua ſelecti Senatores conſilia ſua agitabant, & Imperator intrabat, cum veſtem conſularem induebat.* Eadem pene habet Zonaras in Leone pag. 41. E. R. Καὶ κατέκαυσε φρὸς τοῖς ἄλλοις τόν τε ἐν τῷ Σενάτῳ καλούμενον μέγιστον οἶκον, ἐς ὃν ἡ γερουσία καὶ οἱ λογάδες συνερχόμενοι ἐβουλεύοντο, ᾗ αὐτὸς ὁ Βασιλεὺς ὅτε στολὴν ὑπατικὴν ἀνελάμβανεν, ἔργον περιφανὲς καὶ ὑπέρλαμπρον, *abſumpſit præ cæteris maximam domum, quam Senatum vocant, in quam Senatus & viri delecti deliberatum convenire ſolebant, & ipſe Imperator cum veſtem conſularem ſumebat, opus illuſtre & ſplendidiſſimum.* Atque ex his intelligimus quid velint iidem Codinus pag. 23. E. R. & Anonymus in Collectan. pag. 100. dum ſcribunt oblatos in Foro dignitatis ſuæ codicillos Conſules accepiſſe, primumque Calliſtratum in eo renuntiatum: nam quod Forum appellant, alii Senatum, ædem ſcilicet ita nuncupatam, quam in Foro ſtetiſſe ex ſcriptoribus ſupra docuimus. Sed nulla apud illos occurrit *Senatus* mentio, quem in ſexta regione extitiſſe ait auctor urbis Deſcriptionis. Quippe *Senatus*, qui non ſemel conflagraſſe dicitur, ſub Arcadio nimirum, Leone M. & Juſtiniano, una eademque eſt, ni fallor ædes: in qua ſcilicet veſtem Conſularem accipiebant Conſules, & quæ ſtetit juxta M. Palatium, M. Eccleſiam, Auguſtæum, & Regias Porticus: tametſi conſtet *Senatum* alterum, qui in ſexta ponitur, haud procul diſſitum fuiſſe.

At Baſilica ſcholis publicis videtur primitus addicta: ſiquidem ſcribit Socrates lib. III. cap. I. Julianum poſtmodum Imperatorem, litteras edoctum in Baſilica, in qua, inquit, tunc erant

scholæ publicæ: Ἰουλιανὸς δὲ ἀυξηθεὶς ἦρξε ἐν Κωνσταντινουπόλει παιδευτηρίων ἤκρωτο εἰς τὴν βασιλικὴν, ἔνθα τότε τὰ παιδευτήρια ἦν. His consona habet Nicephorus Calliſt. lib. x. cap. 1. quæ quidem *Baſilica* ea forte fuerit, quam *vetuſtam* vocat Theodoſius Junior in L. L. Cod. Th. de Operib. publ.

II. CAPITOLIUM habuit Nova Roma, perinde ac Antiqua, quod in regione ſeptima ſtatuit vetus Urbis Deſcriptio. Illius meminit auctor Chronici Alexandrini, ſcribens an. XII. Arcadii terræ motu concidiſſe τὸ σιγκόχειστον τοῦ Καπετωλίου, crucem ſcilicet, quæ ei ſuperimpoſita erat. Capitolii præterea meminit Zeno A. in L. XII. §. VI. Cod. Juſt. de Ædific. privat. qua vetat τολλὰς ἰφιξῆς κίονας ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς ἀπὸ τοῦ καλουμένου Μιλίου, ἄχρι τοῦ καλουμένου Καπετωλίου, *ſtatuas quæ complures in publicis porticibus erectæ proſtabant a Milio uſque ad Capitolium*, ædificiis aut tabulatis obſtrui. Et Coripus lib. III. de Laud. Juſtini, ubi de triumpho Juſtiniani poſt devictum Gelimerem:

Ipſe triumphorum per ſingula vaſa ſuorum
Barbarico hiſtoriam fieri mandaverat auro,
Tempore quo captis injecit vincla tyrannis
Juſtinianus ovans, quarto cum Conſule Princeps
Alta triumphali tereret Capitolia pompa.

Sed in primis Capitolii Conſtantinopolitani ſitum & uſum percipimus ex L. III. Cod. Th. de Studiis liberal. urb. Romæ, L. LIII. de Operibus publ. & L. un. de Profeſſ. eod. Cod. quæ deſumptæ videntur ex eadem Conſtitutione, Theodoſii ſcilicet & Valentiniani AA. iiſdem Theodoſio V. & Valentin. Cæſare Coſſ. an. Chriſti CCCCXXV. edita. Nam & illius exhedras aliquot *Porticui ſeptentrionali adhæſiſſe* docet dicta Lex LIII. perinde ac laudata Zenonis Conſtitutio, Plateamque ſpectaſſe; contra vero ab exhedris aliis, *quæ tam orientali quam occidentali lateri copulabantur, humiliores aliquanto atque anguſtiores*, nullum patuiſſe aditum aut egreſſum in Plateam. in Capitolio porro Profeſſorum publicorum Auditoria conſtituta, oſtendit Lex III. de Stud. &c. In iis nempe *exhedris*, *in quibus tantum amplitudinis & decoris eſſe monſtrabatur, ut publicis commodis poſſent, capacitatis ac pulchritudinis ſuæ admiratione ſufficere ſupradictorum conſeſſibus*, ut ait dicta Lex LIII. ubi de exhedris quæ Porticui ſeptentrionali adhærebant. Et vero quot profeſſoribus conſtiterit *Capitolii Auditorium*, uti appellatur in d. L. III. hiſce verbis eadem commemorat: *Habeat igitur Auditorium ſpecialiter noſtrum in his primum quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, Oratores quidem tres numero, decem vero Grammaticos: in his etiam qui facundia Græcitatis pollere noſcuntur, quinque numero ſint ſophiſtæ, & Grammatici æque decem. Et quoniam non his artibus tantum adoleſcentiam glorioſam optamus inſtitui, profundiores quoque ſcientiæ atque doctrinæ memoratis Magiſtris ſociamus auctores. Unum igitur adjungi cæteris volumus, qui Philoſophiæ arcana rimetur; duos quoque qui juris ac legum formulas pandant.* Mox aſſignata & deputata ſingulis Profeſſoribus loca, quæ *Cellulæ* ibidem & *Magiſtrationes* appellantur, ait, *ne diſcipuli ſibi invicem poſſent obſtrepere, vel Magiſtri: neve linguarum confuſio permixta, vel vocum, aures quorumdam, aut mentes a ſtudio litterarum averteret.* Grammaticam vero in Capitolio Conſtantinopolitano publice profeſſos Grammaticos docet Cledonius Grammaticus CP. *Quodam tempore dum Ars in Capitolio die competenti tractaretur, unus e florentibus diſcipulis Joannes, a Grammatico venia poſtulata, intendens in alterum ſciſcitatus eſt*, &c. Grammaticos Græcos Helladium & Syrianum, Latinum Theophilum, Sophiſtas Martinum & Maximum, & Leontium Juriſperitum, *in memorato Auditorio* profeſſos docet eadem Lex un. de Profeſſ. In eo etiam Grammaticam profeſſus eſt Priſcianus: in antiquo enim illius Cod. MS. cujus collatione emendata eſt editio Baſileenſis ann. MDLIV. ita ſcriptum legitur: *Artis Priſciani viri diſertiſſimi Grammatici Cæſarienſis Doctoris urbis Romæ Conſtantinopolitanæ Præceptoris mei liber octavus de verbo explicitus feliciter.* Ubi *Ars*, ut & apud Cledonium, peculiari quadam appellatione, *Grammatica* dicitur, quomodo in laudata L. III. apud Arnobium juniorem, Rhemnium Palæmonem, Valerium Probum, Diomedem, Marium Plotium, & alios hæc vox uſurpatur. Neque fere mihi dubium eſt, quin Capitolium idem fuerit cum *Baſilica*, quam τῆς παιδευτηρίων vocat lemma epigrammatis, quod ita concipitur lib. IV. Anthol. cap. XXIII. εἰς τὴν Βασιλικὴν τῆς παιδευτηρίων ἐν Βυζαντίῳ, in qua juris Profeſſores docuiſſe ſatis declarat ipſum Epigramma, cujuſmodi fuit *Baſilica* illa, quam *Legum* vocat vetus inſcriptio Tardæ in Tranſilvania reperta, apud Gruterum CLXXI. II.

Χῶρος ἐγὼ θεσμοῖσιν ἀνημένος, ἐνθάδε πηγὴ
Αφθονος Αὐσονίων ἐκχέεται νομίμων,
Η πᾶσιν τέτατται μὲν ἀέναος, ἰδίοις δὲ
Ενθάδ' ἀγειρομένοις πάντα δίδωσι ῥόον.

Quæ ſic reddidit V. C. Petrus Menardus Turonenſis:

Sunt hæc Auſonio ſacrata Palatia Regi,
Irriguo hunc manat fonte Latina Themis.
Hauriat hinc quivis, ſemper tamen omnis adultus
Diſcentum in juvenum funditur unda gregis.

III. BIBLIOTHECA in Regia Porticu exſtructa primum fuit a Juliano Imperatore, qui in ea genus omne librorum repoſuit, ut auctor eſt Zozimus lib. III. pag. 713. ἔτι δὲ Βιβλιοθήκῃ ἐν τῇ Βασιλείῳ οἰκοδομήσας στοᾷ, καὶ ταύτῃ βίβλους ὅσας εἶχεν ἀναθείμενος, *conſtructa præterea in Regia Porticu Bibliotheca, & libris, quotquot habebat, in ea collocatis.* Quæ quidem verba de loco in quo repoſiti fuere libri, capienda ſunt, cum paulo ante Conſtantius & Bibliothecam excitaſſet, & codices collegiſſet, quorum numerum auxit poſtmodum Julianus: quo nomine pluribus laudatur Conſtantius apud Themiſtium Orat. XIII. καὶ τὰς ψυχὰς αὐτὰς τῆς σοφῶν καὶ ἀειδίμων ἡρώων ἐπ' ὠφελείᾳ τῆς πόλεως ἀνακαλεῖται ἐξ ἀνίσησιν ἐκ τάφων. Et infra: ψυχὴ τοίνυν ὑπολαμβάνω ἐγὼ ἀνδρὸς σοφοῦ εἶναι τὴν σοφίαν καὶ τὸν νοῦν καὶ τὸν λόγον, ὑγεία δὲ τῆς ψυχῶν τούτων τὰς βίβλους τε καὶ τὰ γράμματα, ἐν οἷς ἀπόκειται αὐτῶν τὰ λείψανα. In hac Bibliotheca ſeptem Antiquarios conſtituit Valens Imperator, quatuor Græcos & tres Latinos ſcribendi peritos, qui & codices componerent, & pro vetuſtate repararent, quibus competentes de caducis popularibus annonas præberi voluit, ut eſt in L. II. Cod. Th. de Stud. liberal. urb. Rom. Verum conflagravit Bibliotheca iſta Julianea eo incendio quod Baſiliſco imperante accidit, centumque ac viginti millia codicum, quibus illa conſtabat, eo abſumpta ſunt, ut ex Malcho Byzantio refert Zonaras pag. 43. E. R. Cedrenus pag. 351. E. R. & Svidas, quo loco Malchum ſcripſiſſe hiſtoriam commemorat, in qua res geſtas Zenonis & Baſiliſci recenſet, atque in iis τὸν ἐμφρησμὸν τῆς δημοσίας βιβλιοθήκης καὶ τῶν ἀγαλμάτων τοῦ Αὐγουσταίου. Quod vero Cedrenus & Zonaras tradunt de abſumpto perinde hoc incendio Draconis inteſtino, in quo deſcripta erant Homeri Poemata, id ad Leonis Iſauri tempora rejicit Conſtantinus Manaſſes. Abſumptam igitur incendio Bibliothecam excitavit rurſum Zeno Imperator, curante Juliano Præfecto Urbi, qui Zenoni ſtatuam auratam poſuit, ante domus

Edit. Pariſ. pag. 150.

vestibulum : quod docet sequens Epigramma ex lib. IV. Anthol. cap. IV.

Οἶκον Ἀναξ Ἑλικῶνος ἀνηβήσαντα νοήσας
Κυδαλίμοις καμάτοισιν Ἰουλιανὸ πολιάρχᾳ,
Πιερικῶν προπάροιθε δόμων παγχρύσιος ἔστη.
Rex instauratas Heliconis viderat ædes,
Urbis Præfecti sumptu, assiduoque labore:
Tum aureus Aoniis prostaret ut ædibus, egit.

His enim verbis Bibliotheca designatur, quæ Heliconis & Musarum ædes est. Id præterea prorsus firmat quod subsequitur Epigramma, in quo dicitur idem Julianus, postquam Musas adornasset, auream erexisse statuam Anastasiæ, tametsi nondum sum assecutus quæ fuerit ista Anastasia; *Edit. Paris. pag. 151.*

Κῦδος Ἰουλιανοῦ πανασίδιμον, ὃς μετὰ κόσμον
Πιερίδων χρυσέῃ σῶσεν Ἀναστασίῃ.
Hæc Juliani gloria est: namque ad decus
Musarum, Anastasium auream erigit.

Sed neque diversæ sunt statuæ illæ Zenonis & Ariadnes ejusdem Augusti uxoris, quas Julianum erexisse testatur distichon, quod in Anthologia, paulo ante supra allatum Epigramma, legitur, a statuis Zenonis & Ariadnes, quas Codinus in Basilica Chalces stetisse refert; nam & Basilica, & Bibliotheca, & Chalce, sibi invicem proximæ fuere. En ipsum distichon:

Ζηνῶνα πτολιάρχος Ἰουλιανὸς Βασιλῆα,
Ζηνῶνος παράκοιτιν Ἰουλιανὸς Ἀριάδνην.
Præfectus Urbi Julianus Principem
Zenonem, & ejus conjugem Ariadnem hic locat.

Adoleverat sensim Bibliotheca ista Zenoniana, & in ingentem Codicum numerum excreverat, cum Leonis Isauri jussu rursum igne consumpta est. Quippe impius iste imaginum impugnator, cum Œcumenicum & duodecim socios qui huic præerant, in suam hæresim pertrahere non potuisset, ignominiose in ipsa æde concludi jussit, & noctu igne appositio, cum domo, libriseque, (quos ad triginta sex millia & quingenta ibi extitisse Glycas & Manasses volunt) ac sacris vasis, combussit, quod pluribus recitant iidem Zonaras, Cedrenus, Manasses & Glycas, qui Bibliothecæ situm varie referunt, seu potius variis verbis, cum in idem recidant. Nam Zonaras in ipsa Basilica statuit: Οἶκος λεγόμενος ἐν τῇ καλουμένῃ Βασιλικῇ ἐγγὺς τῆς Χαλκοπρατείων βασίλειος, ἐν ᾧ καὶ βίβλοι τῆς τε θύραθεν σοφίας καὶ τῆς ἐγγιστέρας καὶ θεοδίρκτου πολλαὶ ἐναπόκειντο. Cedrenus vero πρὸς τῇ λεγομένῃ Βασιλικῇ Κιστέρνῃ, Manasses τὸ τιμιώτατος ἐγγὺς τοῦ τῆς Θεοῦ Σοφίας, ut & Glycas hanc ponunt. Denique Codin. p. 42. E. R. historiam hanc commemorans de Œcumenico & Sociis, ædem in qua extitit Bibliotheca, Τετραδίστιον Ὀκτάγωνον vocat, eamque juxta Chalcem statuit, & constitisse ait octo Porticibus cameratis: τὸ δὲ Τετραδίστιον τὸ Ὀκτάγωνον, τὸ πλησίον τῆς Χαλκῆς, ἐστὶ ἵστατο ἀκτῶ, ἤγουν καμαρωειδῆς τόποι. At Gyllius lib. II. c. XX. haud probabile esse censet Bibliothecam extitisse in Octagono; siquidem cum scriptores narrant Octagonum conflagrasse eo incendio quod accidit in seditione Victoriatorum, non præteriissent Bibliothecam pariter deflagrasse. Neque tamen Imperatores, qui Leonem subsecuti sunt, Bibliotheta caruere; nam Bibliothecæ Palatii meminit Nicetas Paphlago in Vita Ignatii Patriarchæ Constantinopolitani, quam βασιλικὴν βιβλιοθήκην vocant Continuator Theophanis lib. I. nu. XXII. lib. III. n. XLIII. & Cedrenus in Leone Armenio pag. 493. E. R. Sed & cum ipsa Bibliotheca haud extincti periere omnino duodecim illi doctores qui ei præerant; cum Joanne Comneno imperante idem διδασκάλων numerus adhuc obtinuerit, & in colloquio quod de utriusque Ecclesiæ dissidio habitum est ab Anselmo Episcopo Havelbergensi, Nicetas Archiepiscopus Nicomediensis Œcumenici vicem aliquatenus subierit, peractumque dicatur ab eodem Anselmo in Proœmio lib. II. Dialogor. *Inter duodecim electos Didascalos, qui studiis Græcorum ex more solent præesse.* Habuit etiam Patriarcha, seu Ecclesia Constantinopolitana suam Bibliothecam, de qua suo loco agimus.

IV. OCTAGONUM conflagrasse eo incendio quod accidit in seditione Victoriatorum, Justiniano imperante tradit Cedrenus pag. 369. Edit. Reg. Τότε δὴ ἐνεπρήσθη καὶ τὸ Ὀκτάγωνον, καὶ τὸ Λοῦτρον τοῦ Σεβήρου, τὸ λεγόμενον Ζεύξιππος: *Tunc conflagravit & Octagonum, & Balneum Severi, quod Zeuxippus dicitur.* Chronicon Alexandrinum pag. 778. Edit. Reg. ubi de eadem seditione, statuit Octagonum inter Basilicam Gunariorum, & Porticum Regiam: Καὶ ἰδόντες ἑαυτοὺς βαλλομένους οἱ ὄχλοι, ἦλθον αὐτοὶ εἰς τὸν Ὀκτάγωνον τὸν ὄντα εἰς μέσον τῆς Βασιλικῆς τῆς Γουναρίων, καὶ τὴν δημοσίαν ἐμβόλα τῆς Ρηγίας· καὶ ἰδόντες οἱ στρατιῶται, ὅτι οὐκ ἠδυήσαντο εἰσελθεῖν, ἐπάνω αὐτῶν ἔβαλον πῦρ, καὶ ὑφῆψαν τὸν Ὀκτάγωνον, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ πυρὸς ἐκαύθη τὰ πέριξ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Σωρακίου, δίχα τοῦ σκευοφυλακίου τοῦ φρουρίου τοῦ ἁγίου οἴκου· *Ut viderunt plebei se jaculis ac ensibus appeti, venerunt ad Octagonum ædem sic dictam, quæ erat in medio Basilicæ Gunariorum, & publicæ Porticus quam Regiam vocant. Milites vero cum viderent introire se non posse, supra illos ignem jecerunt, & incenderunt Octagonum, & eodem igne conflagrarunt ædes adjacentes templo S. Theodori, quod Sporacii nuncupatur, præterquam scevophylacium sacræ ædis.* Ex quibus satis convincitur Octagonum stetisse haud procul a Zeuxippo, Porticu Regia, Basilica Gunariorum, & æde sancti Theodori, ac proinde a Magna Ecclesia quæ eodem incendio conflagravit. Quod firmant Theodorus Lector lib. I. pag. 183. Theophanes an. I. Zenonis pag. 104. E. R. & ex eo Cedren. p. 352. E. R. ubi de Æluro: Ἐκ τοῦ παλατίου λιτανεύων ἦλθεν εἰς τὸν ἐκκλησίαν ὀχούμενος ὄνῳ. ἐλθὼν δὲ εἰς τὸν λεγόμενον Ὀκτάγωνον, πταισθεὶς ὁ ὄνος ἔπεσεν τὸν πόδα. *Ex Palatio processione instituta venit ad Ecclesiam asino vectus: cum autem ad ædem quam Octagonum vocant, pervenisset, lapsus pedem læsit.* Cum vero Palatium & Sophianum templum vicina fuerint, sequitur Octagonum pariter interfuisse inter utrumque. At quæ ædes fuerit, non plane constat, nisi fides adhibeatur Codino scribenti pag. 42. E. R. Τετραδίστιον Ὀκτάγωνον extitisse juxta Chalcen, fuisseque locum illum in quo Bibliotheca CPolitana stetit, cui præfuit Œcumenicus cum duodecim viris aliis litteratis, sicque appellatum, quod Octo constaret Porticibus concameratis: quod sane haud procul a vero abest, cum hæc vox feminino genere ferme semper a scriptoribus efferatur, ita ut ad Βασιλικῶ fortean referri debeat, fueritque basilica octagona. Tradit Theophanes pag. 22. E. R. & ex eo Nicephorus Call. lib. VII. c. XLIX. Constantinum M. ædificasse Antiochiæ Ecclesiam, quam Ὀκταγώνου κυβικὰ appellant, quia ἐν ὀκταέδρῳ σχήματι confecta erat, ait Eusebius de Vita Constantini lib. III. cap. XLIX. al. L. Ejus etiam meminit Gregorius Abul-Faragius in Historia Dynastarum pag. 85. Inscriptio Christiana apud Gruter. pag. 1166. *pag. 152.*

Octachorum sanctos templum surrexit in usus,
Octagonus fons est munere dignus eo.

V. MONETA in XII. regione collocatur in Veteri Urbis descriptione. In dubium vocat Gyllius lib. IV. cap. VIII, fuerit-ne ædes Junonis Monetæ. Vide Marlianum lib. II. de Topogr. Urbis Romæ cap. V. Monetas porro ferreas cudisse olim Byzantios præter Aristophanem & alios a nobis laudatos in Notis ad Alexiadem, docet Aristides Platon. II. pag. mihi 241.

VI. PRÆTORIUM ædes fuit, in qua Prætor juri in Urbe dicundo præerat, ut est apud Pomponium in L. II. D. de Orig. jur. A Prætoribus præterea *Prætoria* appellata Palatia, Curiæ, seu domus, in quibus judices judicia sua exercebant,

in L. XIV. C. de Offic. Rector. Prov. & L. IV. C. de Operib. publ. Ride interim Græculorum ineptias in Gloſſis MSS. regiis Cod. MMLXII. φραιτώριον, ἀπὸ φράττω, φραιτώριον, ὅτι τὰ φραττόμενα ἐρρύηται καὶ φυλάττονται, πλὲ τὸ ι. φραιτώριον. Infra: φραιτώριον, παλάτιον. In urbe igitur Conſtantinopolitana Prætorium nuncupatum fuit, ædes in qua Præfectus Urbi vice ſacra judicabat, cujus quidem dignitatis ſumma fuit poteſtas. Ad eum enim cuſtodia & cura Urbis regiæ totius ſpectabat, & quidquid intra centeſimum lapidem admittebatur: nam ultra centeſimum, Præfecti Prætorio cognitio erat. Ad eum præterea ſpectabat cura annonæ, excubiarum, corporatorum, thermarum, venalium rerum, ſpectaculorum, ac Popularium ſive Factionum, de quibus omnibus, paſſim in Cod. Th. & Juſt. Prætorium igitur Conſtantinopolitanum ſtetit ab ipſa Urbis inſtauratione. Certe ſub Arcadio mentio illius eſt apud ſcriptores: narrat quippe Theophanes pag. 64. Ed. R. & ex eo Cedrenus pag. 327. E. R. Arcadium Imperatorem renuntiatum, τὸν μέγαν ἐμβολον ἀντικρυς τοῦ Πραιτωρίου, *magnam Porticum e regione Prætorii* condidiſſe an. I. At an. XII. ejuſdem Arcadii conflagravit. Cauſam incendii ſic refert Chronicon Alexandrinum pag. 77. E. R. ἐπὶ τῆς παρούσης ὑπατείας ἐκάη τὸ Πραιτώριον Μοναξίου Ἐπάρχου πόλεως, διὰ τὴν ἔνδειαν τοῦ ἄρτου, καὶ ἰσύρη ἡ καρούχα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς πρώτης Ρηγιῶν & ἕως τῶν Δομνίνου Ἐμβόλων, *bis Coſſ. conflagravit Prætorium Monaxii Præfecti urbis propter inopiam annonæ, traſtaque illius carruca a prima Regione uſque ad Domnini Porticus.* Denuo inſtauratum & adornatum, eodem, vel altero, Domnino curante, a Juſtino Thrace Imperatore docemur ex binis Epigrammatibus, altero Pauli Silentiarii, altero Theæteti, quæ deſcripta leguntur in Anthol. lib. IV. cap. XXIII. Prioris lemma ſic concipitur:

Παύλου τοῦ Σιλεντιαρίου εἰς τὸ Μέγα Πραιτώριον Καλλιπιδές.

Κόσμον Ἰουστῖνος Βασιλεὺς ῥυπόωντα καθήρας,
Καὶ τὰ μέγιστα δίκης ἡγλάϊσεν τιμήεν.
Σοῖς δὲ πόνοις, Δομνῖνε, κατηφέα νύκτα διώκων,
Ἐκ Θέμιδος μεγάρων, ἐκ βιοτῆς μερόπων,
Orbis Juſtinus ſordes purgavit, & altam
Juſtitiæ cultu ſplendidiore domum.
Ergo ex vita hominum, Themidiſque ex ædibus, atra
Nox, Domnine, tuo pulſa labore manet.

Alterum, Theæteti ſcilicet, ſic deſcribitur:

Θεαιτήτου τοῦ Σχολαστικοῦ εἰς τὸ αὐτό.

Ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖς ἐπὶ γήραϊ· φαιδροτέρης γὰρ
Δομνῖνος θαλάμης μητρὸς ἔτευξε δίκης.
Λάμπω ἐγὼ δόξῃ παιδὸς, ὁ παῖς δ' ἐμῷ φαείνει.
Κύδεϊ δ' ἀλλήλοις ἀντιχαριζόμεθα.

Hoc eſt, interprete V. Cl. P. Menardo Turonenſi:

Quam felix eſt prole ſenex, illuſtrior extat
Domnino matris juſtitiæ thalamus.
Splendeo nati opera, per me ſplendeſcit & ille,
Ornat & alterius gloria ab alterutro.

Neque diu manſit incolume; quippe rurſum conflagravit in ſeditione Victoriatorum ſub Juſtiniano: Theophanes pag. 156. Ed. R. καὶ συμῳδόντες ἔβαλον πῦρ εἰς τὸ Πραιτώριον, καὶ ἐκάησαν οἱ Ἔμβολοι ἀπὸ τῆς καμάρας τοῦ Φόρου, ἕως τῆς Χαλκῆς, *inde furore ſuccenſæ Factiones ignem in Prætorium immiſere, & conflagrarunt Porticus a fornice Fori uſque ad Chalcen.* Addit Chronicon Alexandrinum eodem incendio conſumpta una cum Prætorio Scrinia: ἦλθον οἱ δήμοι εἰς τὸ Πραιτώριον τῶν Ἐπάρχων, καὶ ἔβαλον ἐκεῖ πῦρ, καὶ ἐκαύθησαν αἱ στέγαι τῶν δύο βασιλικῶν οἴκων, καὶ Μόνον τοῦ αὐτοῦ Πραιτωρίου, ὅπου τὰ Σκρίνια, *venerunt Factiones ad Prætorium Præfectorum, & in illud ignem injecerunt, & conflagrarunt tecta duarum Imperatoriarum ædium, & Monon ipſius Prætorii, in quo erant Scrinia.* Tertio denique incendio abſumptum fuit Prætorium, Phoca imperante, anno III. Idem Chronicon: στάσεως δημοτικῆς γενομένης, ἐκαύθη ἡ Μέση ἀπὸ τοῦ Δαυσου, καὶ τὸ Πραιτώριον τοῦ Ἐπάρχου τῆς πόλεως ἕως τῆς Ἀρκας, ἀντικρυ τοῦ Φόρου Κωνσταντίνου. *Seditione a Factionibus excitata, conflagrarunt Media urbis platea a Lauſi Palatio, & Prætorium Præfecti urbi, uſque ad Arcam, e regione Fori Conſtantini.* Theophanes an. VI. Phocæ: πορευθέντες δὲ οἱ Πράσινοι ἔβαλον πῦρ εἰς τὸ Πραιτώριον, καὶ ἐκαυσαν τὸ Σέκρετον, καὶ τὰ Σκρίνια, & τὰς Φυλακάς, *Praſini vero prodeuntes ignem injecerunt in Prætorium, & incenderunt Secretum,* (ſeu locum in quo judicia ſua Præfectus urbi exercebat) *& Scrinia & Carceres.* Prætorii deinceps, ut loci judiciarii, aut Sedis Præfecti urbi, nulla fere occurrit mentio apud ſcriptores, ſed tantum carceris hac appellatione donati, cujus hoc loco meminit Theophanes. Narrant Glycas & Codin. pag. 39. E. R. Conſtantinum M. cum in Byzantii Curia, ſeu Senatus domo, Carceres inveniſſet, illos eodem quo erant loco reliquiſſe, ibique ſtetiſſe uſque ad Phocæ tempora. Tum enim Patriciam quamdam mulierem, eamque viduam, cui Marca nomen erat, ſortem acerbam carcere detentorum miſeratam, quod nimio ibi excruciarentur fœtore, accepto pretio, ſuam ipſius domum Imperatori conceſſiſſe, qui Carcerem illum, quem Πραιτώριον nominant, condidit. At res vera ne ſit, non diſquiro. Id conſtat Prætorii ut Carceris paſſim mentionem fieri apud ſcriptores Byzantinos, Conſtantinum Porph. in Baſilio cap. XLIV. Theophanem an. X. Rhinotmeti, & anno II. Irenes, eumdem Zonaram in Irene & Michaele Stratiotico, Cedr. p. 404. E. R. Scylitz. p. 582. Georgium Hamartolum in Michaele, Leonem Grammat. p. 467. E. R. Continuatorem Theophanis lib. IV. c. XXIII. & Anonymum Combefiſianum in Lacapeno n. XLIV. qui diſerte ac nude Πραιτώριον Carcerem Prætorii vocant, quem Nicetas in Alexio lib. III. numer. V. τὸ Πραιτώριον φρούριον. Qui quidem Prætorii Carcer, *Diomedis Carcer* dicebatur, ab adjacente æde S. Diomedis, uti ſuo loco obſervamus. Adde Menæa ad XXVIII. Novemb. in S. Stephano juniore, VIII. Decemb. in S. Michaele Syncello.

Prætorium aliud agnoſcere videtur Theophanes an. VIII. Mauricii ſcribens eumdem Mauricium ædificaſſe ædem SS. XL. Martyrum in loco, quem, inquit ille, ferunt fuiſſe Prætorium: ſiquidem Prætorium incendio domum abſumptum fuit ſub Phoca.

VII. QUÆSTORIUM, τὸ Κοιαισώριον, conflagravit una cum Thomaite Patriarchii Triclinio, & aliis ædibus uſque ad Milium, eo incendio quod accidit an. I. Conſtantini Irenes filii, ut auctor eſt Theophan. p. 394. E. R. & ex eo Cedrenus p. 472. E. R. Palatium τῆς Κοιαίστορος videtur appellari a Codino pag. 51. E. R. ubi a Conſtantino M. ædificatum ſcribit.

VIII. PRYTANEUM in Regione quinta ſtatuit vetus Urbis Deſcriptio. Eſt autem Prytaneum apud ſcriptores locus in quo a publico alebantur qui de Rep. bene meriti eſſent, dictum quaſi πυρὸς ταμιεῖον. Tradit Spartianus Hadrianum Imp. *Tiburtinam villam mire exædificaſſe, ita ut in ea & provinciarum & locorum celeberrima nomina inſcriberet, velut Lyceum, Academiam, Prytaneum*, &c. Hunc quidem imitatus videtur Conſtantinus Magnus novam Romam condendo, in qua ædificia varia conſtruxit, quibus appellationes indidit eorum quæ Romæ, & in præcipuis Græciæ urbibus a ſtructuræ ſplendore & elegantia celebritatem aliquam conſecuta erant. Nota ſunt quæ de Prytaneo Athenienſi ſcripſere veteres ſcriptores, quorum locos congeſſit Joannes Meurſius in Athenis Atticis lib. I. c. VIII. Habuit & Cyzicum Prytaneum ſuum, ut auctor eſt Livius, ut & Forum Rhegium, Calabriæ urbs, quod teſtatur vetus inſcriptio apud Gruterum CLXXIV. 7.

IX. GENICUM, τὸ Γενικὸν, Byzantii appellabant Ærarium publicum, in quod referebantur quidquid colligebatur ex tributis & vectigalibus. Bona Principis, ajunt Juriſconſulti, aut Fiſcalia ſunt, aut Patrimonialia. Fiſcalia proprie in patrimonio

Edit. Pariſ. pag. 153.

monio ejus non sunt, sed sunt quodammodo publici juris, seu potius ad usus reipublicæ destinata, nec in hæredem transeunt: unde *δημόσιον tributum* appellarunt, ut *δημοσιώνας publicanos*. Γενικὸν autem idem sonat quod *δημόσιον*. Patrimonialia vero, quę privatis usibus Principis dicata erant. Fiscalia denique, *sacras largitiones* appellabant, quasi muneribus potissimum & liberalitatibus exercendis thesauri imperatorii destinati sint, quamvis & in alias pleraſque res insumantur: vel certe quod essent subditorum largitiones: nam Principes exactionibus suis spontaneæ largitionis speciem & appellationem subinde dedere. Qui igitur bonis istis fiscalibus præerat, *Comes sacrarum largitionum*, ut qui patrimonialibus, *Comes rerum privatarum* dicebatur. Ut autem diversa ejusmodi bona, ita & diversæ in urbe ædes erant iis recondendis destinatæ: nam Γενικὸν domum appellabant, in quam tributa ac vectigalia inferebantur, ut Ἰδικὸν domum in quam bona patrimonialia Principis. Utramque a Constantino Magno ædificatam scribit Codinus. Sed ædes τὸ Γενικὸ dicta, labente ætate, non tam fuit ærarium, quam, uti vocabant, *Secretum*, seu ædes in qua de tributis & vectigalibus agitabantur lites & judicia: quod præsertim docet Constantinus Porphyrogenitus in Vita Basilii Macedonis cap. xxiv. scribens eundem Basilium interdum e Palatio decedentem, in Γενικὸν perrexisse, ut subditorum, qui ab exactoribus tributis plus justo onerarentur, causas examinaret; sed hallucinatur in ea quam de nomenclaturæ ratione profert: Αὐτὸς γὰρ Βασιλείων ὑπεκστὰς, καὶ εἰς τὸ διὰ τὸ τὰς πανταχόθεν εἰς αὐτὸ συντρέχοντας εἰς ἔοικεν, λεγόμενον Γενικὸν καθεζόμενος, τὰς ὑπὸ τῶν εἰσπραττόντων τὰς δημοσίας φόρους παλαίας, οἷα συμβαίνει διὰ τῆς ἀρχῆς τὸ μέγεθος, ἀδικουμένους, καὶ ὥσπερ εἰς κοινὸν Πρυτανεῖον εἰς τὸ τοιοῦτον διαυτήριον καταφύγοντας, καὶ τὰς οἰκείας ἐγκλήσεις προβαλλομένους, μετὰ πόνου πολλοῦ καὶ συχνῆς ἐπιμελείας ἐξήταζεν, &c. *Ipse e Regia decedens, & in Genico, ædefic, ut videtur, nuncupata, quod in illam undique omnes confluant, sedens, eorum causas multa labore & sedula diligentia examinabat, qui a publicorum vectigalium exactoribus, uti propter imperii amplitudinem fieri contingit, vexabantur, & veluti in commune Prytaneum in hanc ædem confugientes suas expostulationes depromebant.* A Porphyrogenito hausit quæ in hanc sententiam habet Scylitzes in eodem Basilio pag. 568. E. Reg. Huic Tribunali præerat Magistratus, qui Λογοθέτης Γενικὸς dicitur Nicephoro Constantinopolitano pag. 155. 1. edit. Λογοθέτης τοῦ Γενικοῦ Nicephoro Gregoræ lib. VII. pag. 190. & aliis. Λογοθέτης τῶν Γενικῶν, in Act. I. VIII. Synodi, & apud Pachymer. lib. VI. cap. XXVI. lib. X. cap. XXXIV. Λογοθέτης τῶν σεκρέτων, uti docuimus ad Alexiadem pag. 262. E. R. denique Γενικὸς nude, ut in Novella Leonis XXIV. apud Svidam in Anastasio, & Scylitzem in Basilio pag. 590. E. R. & in Menæis ad XXIII. Septemb. Sed ærarii istius publici officiales omnes ita recensentur in subscriptionibus Hypomnestici Alexio Comneno Imperatori porrecti, in Rationali peræquatorum, seu παλαιᾷ λογαριακῇ MS. hac ratione: Αἱ ὑπογραφαὶ τῶν Σεκρετικῶν. Ὁ ἀνάξιος τοῦ κρατεῖν ἐξ ἁγίου βασιλέως καὶ Γενικὸς Μιχαὴλ ὁ Κυτρίκιος. Ὁ Λογαριαστὴς τοῦ Γενικοῦ Βασίλειος ὁ Τζιρίδων. Ὁ τοῦ αὐτοῦ σεκρέτου βασιλικὸς Νοτάριος ὁ Ἀριβερτιδίων. Ὁ τοῦ αὐτοῦ σεκρέτου τοῦ Γενικοῦ Βασιλικὸς Νοτάριος Κωνσταντῖνος ὁ Ῥωτωνᾶς. Ἰωάννης βασιλικὸς Νοτάριος τοῦ σεκρέτου τοῦ Γενικοῦ, ὁ Σερβλίκας. Ὁ βασιλικὸς Νοτάριος τοῦ σεκρέτου τοῦ Γενικοῦ Νικόλαος ὁ Τζίφυλλος. Ὁ Κριτὴς τοῦ Βήλου ἐξ ἔτι τοῦ Ἱπποδρόμου Ἰωάννης ὁ Μανουηλίτης. Γενικοῦ Λογοθεσίου πράγματα vocat Theophanes in Rhinotmeto an. IX. causas & lites quæ in hoc Secreto dirimebantur. At domum hanc demolitus est Isaacius Angelus, & ex ruderibus turrim in Palatio Blacherniano exstruxit. Nicetas in Isaac. lib. III. n V. καὶ τὴν ἐκ πλίνθου πάσης ὀπτῆς λαμπροτάτην τοῦ Γενικοῦ οἰκοδομὴν κατηδάφισε, *splendidissimam Genici ædem, quæ tota latere coctili constabat, solo æquavit.*

Edit. Paris. pag. 154.

A X. IDICUM, Ἰδικὸν, ædes fuit in qua recondebantur Imperatorum bona patrimonialia, quæ & *Privata* dicuntur, quorum cura erat penes Comitem rerum privatarum, de qua dignitate agunt passim scriptores. Ut porro Ἰδικὸν Græci, ita *Privatum* absolute pro re privata Principis usurpat L. v. Cod. Th. de Exact. Corripus lib. II. num. x.

—Nos quæ tua sunt privata vocamus.

Hanc autem ædem, ut & Γενικὸν, exstruxit Constantinus Magnus, ut habet Codinus: quam Evagrius lib. III. cap. XXXIX. in Anastasio Imp. τὰ Ἰδικὰ Σκρίνια vocat. Illius meminit Porphyrogenitus in Basilio c. XXIII. & ex eo Scylitzes p. 568. E. R. τὰ ἐν τῷ Ἰδικῷ ἀριθέντος χρυσοῦ, *invento in Idico auro*, & Continuator Theophanis lib. IV. n. B XXI. & ex eo idem Scylitzes in Michaele pag. 544. E. R. Παραπλησίως δὲ ἐποίησε καὶ ἐν τοῖς βασιλικοῖς, ὧν αἱ μὲν ἦσαν ὁλόχρυσοι, αἱ δὲ χρυσοϋφαντοι, δεδωκὼς τῷ Ἰδικῷ, ὥστε καὶ ταύτας χωνεῦσαι. *Eodem modo vestibus usus est imperatoriis, quarum aliæ totæ aureæ, aliæ intextæ auro erant, quas in scrinium rerum privatarum intulit, ut conflarentur.* Nec est quod emendent viri docti Εἰδικὸν, quomodo etiam præferunt aliquot editiones Evagrii, Porphyrogeniti, atque adeo Scylitzæ, & Anonymi Combefisiani in Lacapeno n. VI. ut *Conflatorium* fuerit, uti volunt; cum Ἰδικὸν legendum sit. Nam & Theodoritus lib. III. cap. XI. ut Felicem Comitem sacrarum largitionum fuisse ταμίαν τῶν βασιλικῶν θησαύρων, ita Helpidium Comitem rerum privatarum τῶν ἰδίων τοῦ Βασιλέως χρημάτων τε καὶ κτημάτων τῶν ἡγεμονίαν habuisse ait: quem τῆς βασιλικῆς C οἰκίας φροντιστὴν, id est Comitem rerum privatarum vocat, uti interpretatur Philostorgius lib VII. cap. X. ubi nescio an non legendum sit ἰδίας, pro οἰκίας. Tametsi existimem Imperatoris thesaurum, quem Ἰδικὸν tum appellabant, postmodum οἰκιακῶν nomenclatura donatum, ac proinde ejus curam habuisse magistratum illum, quem Λογοθέτην τῶν οἰκιακῶν vocat Pachymeres l. I. c. XIII. l. II. c. XXI. l. V. c. XIII. qui forte idem cum eo qui ἐπὶ τῶν οἰκιακῶν dicitur Anonymo Barensi in Chron. ann. MXXXII. Meminit denique Leo Grammaticus in Constantino Porphyrogenito p. 497. E. R. ut & Anonymus Combefisianus in Lacapeno n. VI. cujusdam Demetrii Νοταρίου βασιλικοῦ τοῦ Ἰδικοῦ.

XI. ARCA haud procul a Foro Constantini fuit, uti declarat incendium quod anno I. Phocæ accidit. Chronicon Alexandrinum: ἐκαύθη ἡ Μέση ἀπὸ τοῦ Λαύσου, καὶ τὸ Πραιτώριον τῆς Ἐπάρχου τῆς πόλεως, ἕως τῆς Ἀρκας, ἀντικρὺ τοῦ Φόρου Κωνσταντίνου. *Conflagravit Media Platea a Lausi Palatio, & Prætorium Præfecti Urbis, usque ad Arcam, e regione Fori Constantini.* Fuit autem *Arca*, si bene conjicio, Præfecti Urbis ærarium, cujus Prætorio vicinum fuit. Hujus meminit Justinianus in L. VII. §. IV. Cod. de Advocatis diversi Judic. quam Theodoro Præfecto urbi inscriptam docuit Cujacius lib. XIII. Obs. cap. I. Recensentur etiam Arcæ aliæ passim, ut Præfecti Prætorio Quæstoris, &c. quibus qui præerant, *Arcarii* dicti. Sed de his Arcis alibi plura diximus. Vide interim Anonymum Combefisianum in Romano Lacapeno n. XXVII. *pag. 155.*

XII. BASILICA THEODOSIANA collocatur in octava Regione in veteri Urbis Descriptione.

XIII. BASILICÆ ILLI mentio est apud scriptores, ubi agunt de Atrio ejusdem Basilicæ, ex quo Cisternam magnam confecisse tradunt Justinianum Magnum ann. I. At quis Illus ille, non constat. Binos hoc nomine vulgo agnoscunt iidem scriptores; Illum scilicet tyrannum, qui in Papycio monte captus decollatusque est, Zenone imperante, ut est apud Marcellinum Comitem, & Theophanem ann.

XIV. Zenonis, qui *Ellus Magiſter* vocatur apud Liberatum Diaconum capp. XV. XVII. XVIII. & Illum natione Iſaurum, qui in Romanorum caſtris contra Miſimianos meruit ſub Juſtiniano, de quo Agathias lib. IV. Certe ab Illo Magiſtro & Tyranno, qui multos geſſit Magiſtratus ſub Leone Magno & Zenone, dictam hanc Baſilicam videtur indicare Codinus pag. 43. E. R. ſcribens τὰ καλύμενα Ἴλλου fuiſſe illius ædem: qui quidem locus ille idem forte fuerit cum Baſilica Illi.

XIV. BASILICA GUNARIORUM ſtatuitur ab auctore Chronici Alexandrini p. 778. E. R. juxta Octagonum & Porticum Regiam. Ἦλθον αὐτοὶ εἰς τὸν Ὀκτάγωνον, τὸν ὄντα εἰς μέσον τ᾽ Βασιλικῆς τῶν Γυναρίων καὶ δημοσίαν ἰμβόλα τ᾽ Ρηγίας. *Venerunt ipſi in Octagonum, quod eſt inter Baſilicam Gunariorum & publicam Porticum Regiam.* Videtur is locus qui τὰ Γυνάρια τῦ Φόρυ nuncupatur a Leone Grammatico pag. 505. E. R. & Anonymo Combefiſiano in Lacapeno n. XXXI. ubi ſcilicet *Gunarum*, ſeu pellium venditores proſtrabant. Lexicon Gr. MS. Regium cod. MMLXII. βαίτη, διφθέρα, ὅ ἐστι γουνία. Alibi: διφθέρα, τοιμενικὴν περιβολαίαν ἐκ δέρματος, οἷον γοῦνα, ἢ ἄλλο τί. Aliud Gloſſ. ſignat. DCCCCXXX. σισύρα, ἱμάτιον τραχύ, περιβόλαιον ἀγροικικόν, δυλικόν, παλαιόν, καὶ ἡ γούνα. Ita paſſim uſurpant Græci & Latini ſcriptores infimæ ætatis: cætera vide in Gloſſario noſtro nuper edito.

XV. VESTIARIUM, ut partem ærarii publici, ſub diſpoſitione Comitis ſacrarum largitionum fuiſſe recte obſervavit Cujacius ad tit. Cod. de Off. Comit. S. L. quippe ei ſuberant Procuratores Gynæceorum, Baphiorum Linificiorum, Barbaricariorum, &c. & ut ait Senator lib. VI. ep. VII. *Quidquid in veſtibus, quidquid in ære, quidquid in argento, quidquid in gemmis ambitio humana poteſt habere pretioſum, illius ordinationibus obſecundavit.* Sed de Veſtiario, & iis qui Veſtiario præfecti erant, pluribus egimus ad Alexiadem pag. 285. Edit. R. De Veſtiario vero Conſtantinopolitano, obſervo tantum illius conditorem Conſtantinum Magnum dici a Codino. A Baſilio Macedone bina Triclinia ædificata in Palatio ait Porphyrogenitus in Avi Vita. cap. LIX. Ὧν τὸ μὲν εἷς θησαυροφυλακεῖον, τὸ δὲ εἷς Βεστιάριον. *Quorum quidem unum Theſaurophylacium, alterum Veſtiarium fuit.* Veſtiarii præterea meminit Leo Grammaticus in Baſilio pag. 472. E. R.

XVI. MANGANA, τὰ Μάγγανα, locus ſic dictus, ἀφ᾽ τὸ τὰ Μάγγανα πάσης τῆς Πόλεως, ἐν τοῖς μηχανικοῖς ὕλαις ἐκεῖσε ἀποκεῖσθαι, καὶ τοῖς ὁρᾶν τὴν ταχυμαχίαν σκοπόν. *Quod in eo aſſervarentur Machinæ bellicæ totius Urbis, & materiæ mechanicæ, & cætera ad urbium oppugnationes idonea inſtrumenta.* Ita Glycas & Codinus p. 38. E. R. qui a Conſtantino Magno ædificatum volunt. Andreas Dandulus in Chron. MS. an. MCCII. *Dux autem cum ſtolo non procul Conſtantinopoli tandem pervenit. Alexius autem qui Imperium occupaverat, hæc præſciens, a loco Manganæ uſque Galathas cathenam tranſponi propugnaculis convenientibus fecerat*, &c. Sed de loci ſitu agimus pluribus ubi de Palatio & Monaſterio, quæ eidem adjacuere. Μάγγανα autem a Græcis ut & a Latinis recentioribus ſcriptoribus machinas bellicas appellari, notius eſt quam ut huic rei probandæ immorer: proponam tantum veterem inſcriptionem Antipoli repertam, in qua Μαγγονικὸν mentio videtur fieri, quod machinis bellicis reponendis perinde addictum locum exiſtimem fuiſſe: ſic illa deſcribitur apud Gruterum pag. 173. 10. ΑΝΤΙΠΟΛΙΣ. ΚΑΙ. ΟΙ. ΠΟΛΙΤΑΙ. ΤΟ. ΓΕΝΙΚΟΝ. ΜΟΝ. ΚΑΙ. ΜΑΝΓΟΝ. ΚΑΙ. ΟΤΕΛΑΡΙΟΝ. ΚΑΙ..... Hanc enim ſic interpretor, ut Antipolitani ædificaverint Ærarium generale, cujuſmodi hac appellatione extitiſſe in urbe Conſtantinopolitana ſuo loco obſervamus; præterea Monetam, & Mangonicum, ſeu Armamentarium: denique Velarium, locum ſcilicet velis reponendis deſtinatum, vel *locum in Theatro quo recipiebantur pueri poſt ludos*, uti definitur hæc vox ab Ugutione. Scio aliter videri Magno Scaligero, qui diligentia accuratiſſima indices Gruterianos confecit: hæc enim ita interpretatur, τὸ γενικὸν μονητορίων ἢ μαγγόνων καὶ βελαρίων. Cæterum huic ædi præerat officialis, qui κυρατωρ τῦ Μαγγάνων dicitur Scylitzę in Conſtantino Porphyrogenito: niſi ad Palatium ejuſdem appellationis referri id debeat.

XVII. ARMAMENTARIUM, ædes, ſeu locus in urbe, ubi reponebantur arma memoratur a Juſtiniano in Nov. LXXXV. ubi Ἀρμαμέντον dicitur, & in eo arma aſſervata indicatur. Sed quo loco tum ſteterit, omnino incertum. *Armamentum* ad Magnauram a Mauricio Imp. anno XVI. ædificatum auctor eſt Theophanes: Τῷ δ᾽ αὐτῷ ἔτει ἔκτισεν ὁ Βασιλεὺς τὸν ἡλιακὸν τῆς Μαγναύρας, καὶ ἔστησεν ἐν τῷ μεσαύλῳ τοῦ ἰδίου σώλου, καὶ ἀπέθετο ἐκεῖ τὸ ἀρμαμέντον. *Eodem anno ſolarium Magnaurę condidit Imperator, ſuamque ſtatuam in atrio erexit, ibidemque poſuit Armamentum*, ſeu *Armamentarium*. Ita etiam Codinus Ἀρμαμενταρίον CP. Mauricio adſcribit. At Cedrenus a Phoca tyranno excitatum ad Magnauram Armamentarium refert, ubi & ſtatuam ſuam poſuit. ὁ δι᾽ αὐτὸς Φωκᾶς κτίζει Ἀρμαμέντον τὸ πλησίον τῆς Μαγναύρας, στήσας τοῦ σώλου ἐπάνω αὐτοῦ. Phocæ vero ſtatuæ ad Armamentarium XVIII. diebus antequam imperio dejiceretur, erectæ meminit pariter Codinus pag. 21. Edit. Reg. ut Elpidii τοῦ ἐπάνω τοῦ Ἀρμαμέντου Theophanes anno VII. Phocæ. Templum S. Euphemię ad Hippodromum Ἀρμαμέντα καὶ κοσμοδήσιον feciſſe Copronymum ſcribit idem Codinus pag. 39. Edit. Reg. ædem vero S. Panteleemonis τὰ Ἀρμαμέντα dictam, quod ei adjacuerit, pag. 57. Narrat Porphyrogenitus in Baſilio cap. XIII. venatum exeuntem Imperatorem, καὶ ἐπὶ τῆς Ἀρμαμενταρίας λεγόμενον τόπον perveniſſe: ubi Scylitzes rem ipſam enarrans pag. 564. E. R. εἰς τὰ Ἀρμαμέντα habet. Neque diverſum videtur *Armamentarium*, quod juxta Blachernas ſtatuit Pachymeres lib. VIII. cap. XII. ſiquidem Magnauræ Palatium haud procul a Blachernis ſtetit: Καὶ πού πλησίον τῆς τῆς Βλαχέρνας παλατίων, ἐν τῷ πάλαι ἁρματοφυλακείῳ ἐν ἀλδιεῖᾳ κατέχει. *Et prope Palatium Blachernarum, in veteri Armamentario in libera cuſtodia detinet.* Ὁπλοθήκῃ βασιλικῇ ad Νεώριον ſtatuit Cantacuzenus lib. IV. cap. XXXIX.

XVIII. ARMATORIUM, Ἁρματώριον, factionis Praſinorum, τῶν Πρασίνων memorat Cedrenus in Philippico ann. II. quo loco Theophanes editus habet ὁρατώριον. Anaſtaſius & Paulus Diaconus *Oratorium* reddunt. Locus fuit, ni fallor, in quo factiones arma induebant, vel ſervabant: ita ut ſingulæ factiones ſua Armatoria haberent.

XIX. ΕΞΑΡΤΗΣΙΣ, vel potius Ἐξάρτυσις, Neorio adjacuit. Tradunt Menæa ad XXXI. Auguſti ἐν τῇ αὐλῇ τῆς Ἐξαρτήσεως τοῦ Νεωρίου ἐν Κωνσταντινουπόλει excitatam fuiſſe ædem Deiparæ ſacram, miraculis celeberrimam. Scylitzes vero in Michaele Paphlagone p. 746. E. R. incendium exortum ἐν τῇ Ἐξαρτύσει conſumpſiſſe omnes ibi ſtantes triremes cum ſuis armamentis, τὰς ἐκεῖσε ἑταμίνας πάσας τριήρεις, μετὰ τῆς ἑαυτῶν παρασκευῆς Anonymus Combefiſianus in Conſtantino Porphyrogenito n. 11. ἐν Ἐξαρτίσει δὲ ὄντος τοῦ Ῥωμανοῦ, καὶ τὰ πλοῖα διατριπίζοντος, *cum vero Romanus in Exarteſi eſſet, & naves adornaret inſtrueretque*. Nicetas in Iſaacio lib. I. n. VI. in Cod. Barbarogræco ἀκλεῶς φεύγουσι, καὶ εἰς τ᾽ Ἐξάρτυσιν ἀποκλείονται, *turpiter fugam arripiunt, & in Exartyſin ſeſe recipiunt*. Ex quibus docemur *Exarteſin* locum fuiſſe ubi conficiebantur & ſuſpendebantur naves, priuſquam in mare demitterentur. Meminit Joannes Damaſcenus χαρτουλαρίου τῆς Ἐξαρτήσεως in Epiſtola Synodica ad Theophilum Imp. pag. 130. E. R. qui navium apparatus & conditus rationes & expenſas curabat. Nec ſcio an aliud ſit ab Arſenali.

de quo mox, quem Neorio pariter, seu Portui Juliano proximum fuisse constat. His porro locis ἐξάρτησις fortean pro ἐξάρτυσις, *apparatus* ponitur, quomodo apud Choniatem scribitur. Nam & hodie Hispani *Xarcia*, vel *Jarcia*, Itali *Sarte* & *Sarti*, nostri vero *Sarties* vocant armamenta quibus naves instruuntur: quod & observatum a Cujacio lib. XXIII. Observ. cap. XXXV. Sed & ad Heptascalum, quod Neorio proximum fuit, naves fabricatas auctor est Cantacuzenus lib. IV. cap. 11. Ita Pontani editio præfert, ubi Græcus codex editus habet Κοντοσκάλιον. Ad Cosmidium fabricatas etiam triremes tradit ibidem Cantacuzenus.

XX. ARSENALIS conditorem Theophilum Imperatorem, Michaelis filium, prodit inscriptio, quæ in ejusdem ædis vestibuli ingressu legitur, quam exscripsit Thevetus lib. XIX. Cosmogr. cap. V. & ex eo Gruterus & alii. Stat autem etiamnum Arsenalis ad littus Propontidis, haud procul a Porta, quam Leonis vocant:

ΑΠΟ ΚΤΙCΕΟC ΚΟCΜΟΥ
Δ. Ψ. ϟ. Β. ΑΠΟ. ΔΕ.
ΧΡΙCΤΟC. ΕΤΟΥCΩ. Α. Δ.
ΒΑCΙΛΕΥC. ΘΕΟΦΙΛΟC.
ΥΟC. ΜΙΧΑΗΛΟΥ. ΒΗΓΑ
ΑΡΧΩΝ. ΔΙΚΑΙΟC. ΚΑΙ
ΕΥΛΑΒΗC ΚΑΙ. ΠΡΟC. ΤΟΥC.
ΑΥΤΟΥ. ΠΑΡΟΙΚΟΥC. ΑΝΗΡ.
ΑΓΑΘΟC. ΕΚΤΙCΕΝ. ΠΡΟC.
ΑΝΑΠΑΥCΙΝ. ΤΟΥ. ΛΑΟΥ
ΤΟΥΤΟΝ. ΜΕΓΑΛΟΥΤΑΤΟΝ
ΑΡCΗΝΑΛΗΝ.

Indicatur in hac inscriptione annus Mundi juxta Græcos ϛιΜCCCXLII. Christi DCCCXXXIV. unde ita videntur restituendi characteres numeros exprimentes, Χ. Υ. Μ. Β. & Ω. Λ. Δ.

XXI. CARCERES antiqui Byzantii in Strategio primitus fuerunt: quos, nova a se urbe instaurata, in eodem loco reliquit Constantinus. At hos postmodum inde transtulit Phocas. Ita Codinus pag. 39. Edit. Reg. CARCEREM juxta Bucoleonem memorat Continuator Theophanis lib. III. n. LXXXIV. & Scylitzes in Theophilo pag. 533. cui δεσμωτήριον τὸν Βουκολέοντα dicitur, in quo servatum ait Theophobum: ubi Leo Grammaticus habet ἐν ταῖς καμάραις τοῦ Βουκολέοντος. Vide Pachymer. lib. XI. cap. XIX. CARCER CHALCE dictus. Vide Magnum Palatium. PRÆTORII CARCERES. Vide Prætorium. CARCERES EXCUBITI vel ZEUXIPPI, Numeri, vide Porticus Palatii. CARCER S. DIOMEDIS. Vide Templum S. Diomedis. ELEPHANTINE, PRANDIARIA. Vide Porticus Palatii.

Edit. Paris. pag. 157.

XXII. STABULA STAURACII, versus Blachernas, habet Theophanes pag. 400. Edit. Reg. eadem opinor, quæ Βασιλικοὶ ὑπόσταθμοι Annę Comnenę p. 54. E. R. & extra Blachernas pariter extitisse dicuntur. Meminit etiam Stabulorum a Michaele Theophili F. confectorum Leo Grammaticus pag 642. Edit. Reg. Ἔκτισε δὲ Μιχαὴλ σαῦλον τοῖς ἵπποις αὐτοῦ, κοσμήσας μαρμάροις & ὑδάτων ἐπιῤῥοαῖς, κατασκευάσας ὡραιώτατον πάνυ, *Michael equis suis Stabulum construxit, quod marmoribus & aquarum copia ornavit, pulcherrimumque effecit*. Ita etiam Symeon Logotheta n. XXVII. Sed ea videntur stetisse juxta Tzycanisterium, haud procul a Palatio, ut habet Codinus pag. 42. E. R. Vide Notas ad Alexiadem pag. 250. E. R.

X.

HORREA PUBLICA.

COmplura fuerunt in urbe Horrea publica, & aliquot recensentur apud auctorem veteris Urbis descriptionis, in cujus collectione XX. fuisse ait, præter CXX. privata, in quibus asservabatur frumentum, e quo conficiebantur panes Civiles, Palatini, & Militares, id est panes Gradiles, qui scilicet quotidie *Civibus*, *Palatinis*, & *Militaribus*, domum in Urbe habentibus, distribuebantur. Horreorum publicorum mentio est in L. 11. Cod. Th. de Frumento urb. CP. & tit. de Conditis in publicis horreis, eod. Cod. & Justinianeo. Præterea in L. IV. Cod. Th. de Operibus publ. quæ vetat ædificia construi intra centum pedes ab horreis publicis, propter incendiorum metum. His qui præerat magistratus, *Comes horreorum* dicitur in L. un. Cod. Just. de Pistorib. lib. XI. Horreorum publicorum meminit præterea Marcellinus Comes in Theodosio M. *Hoc tempore dum ad Horrea publica Theodosius processum celebrat, tritici in plebe ingruente penuria, Imperator ab esuriente populo lapidibus impetitur*. Ubi processum facere dicuntur Imperatores ad Horrea publica, cum eorum inspiciendorum ac lustrandorum causa ad illa progrediebantur. Themistius orat. XI. pag. 161. ὥστε οὐδὲ ἀπαξιοῖ βασιλεὺς αὐτοπτης γίνεσθαι τούτων τῶν θησαυρῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν τοῦ χρυσοῦ ταμεῖα ἐτέροις φύλαξιν ἐπιτρέπει, τὰ σιτοφυλάκια δὲ οὐκ ἀκνεῖ οὐδὲ ἐλαττον ἑαυτοῦ ποιεῖται αὐτὸς περιοσκεῖν, *quamobrem neque dedignatur Princeps per sese hujusmodi thesauros inspicere: sed cum eos in quibus aurum asservatur, aliis custodibus permittat, frumenti dumtaxat horrea perlustrare non dubitat, nec infra majestatem suam arbitratur*. Horrea vero publica, quæ τὰ βασιλικὰ ὡρεῖα dicuntur Theophani anno I. Artemii, Βασιλικοὶ σιτῶνες Zonaræ, in Nicephoro Phoca pag. 165. E. R. ad Portus exstrui architectonica ratio suadet, inquit Gyllius. Neque tantum frumentaria erant Horrea, sed & olearia, ut infra observamus: nam & vinaria in Urbe Roma fuisse ostendit L. tabernam D. de instruct. vel instr. & L. 11. C. de Peric. & com.

I. HORREA CONSTANTIACA, a Constantio Imperatore ædificata, stetere in quinta regione, ut est in antiqua Urbis Descriptione.

III. HORREA ALEXANDRINA in regione nona collocantur in veteri Urbis Descriptione. Ea autem erant ad excipienda frumenta quæ ex Alexandria Ægypti metropoli Constantinopolim quotannis advehebantur, & quæ plebi distribuebantur, ut est apud Socratem lib. II. cap. XIII. Sozomenum lib. III. cap. VI. Nicephorum lib. IX. cap. VII. & in L. I. Cod. de Frumento Alexandrino, lib. XI. ubi plura Cujacius.

III. HORREUM THEODOSIANUM in nona regione ponit antiqua Urbis Descriptio. *Horreum Theodosianum*, inquit Gyllius lib. III. cap. VIII. *non longe a Portu Theodosiaco, posito olim in hortis, qui nunc Blanchæ appellantur, verisimile videtur non modo ratione architectonica, quæ præcipit horrea esse facienda juxta portus, qui nulli sunt neque in octava, neque in nona regionibus, sed in duodecima regione vicina nonæ regioni ex ea parte ubi fuit Portus Theodosiacus: sed etiam vero proximum apparet Theodosium adornasse Portum Theodosiacum Horreo & Foro a suo nomine appellatis*.

IV. HORREA VALENTINIANA in quinta regione statuit vetus Urbis Descriptio. Quod si ita est, aliud procul dubio fuit Horreum, ad quod Valentinianus manus æreas & *Archimodium* statuit: ac manus quidem æreas in pœnæ argumentum, qua in falsa mensura vendentes sæviebatur, manus scilicet abscissione: Archimodium vero, ut esset Modius ibi positus in examen cæterorum modiorum, uti pluribus docuimus ad Alexiadem pag. 384. 385. Edit. Reg. quippe quinta urbis regio ad Sinum Ceratinum, Horreum verro, ad quod extitere manus æreæ & Archimodius, ad Propontidem, versus Portum Theodosiacum, statuitur, cum ad Myrelæum fuisse dicatur a Codino, quod ibi extitisse auctor est præ cæteris Gyllius. *pag. 158.*

V. HORREA TROADENSIA, sic dicta, quod ex marmore Troadensi, cujus meminit Lex IX. Cod. Th. de Indulgentiis debitor. confecta essent, in quinta Regione statuit vetus Urbis Descriptio.

VI. HORREA OLEARIA statuuntur in quinta Regione, in antiqua Urbis Descriptione; in quibus scilicet recondebatur Oleum, quod publice ac gratuito populo erogabatur, ex Constantini Magni statuto, cujus meminit Svidas v. παλατῖνοι & Codinus in Orig. pag. 8, idque per Sextarios, ut est in L. xv. Cod. Th. de Annonis Civic. Vide Spartianum & Lampridium in Severo, Vopiscum in Aureliano, Marcellinum Comitem in Justino, an. v. & Jacob. Gotofredum ad L. 111. eod. Cod. de Canone frument.

XI.

PISTRINA.

PUblica & Privata PISTRINA in singulis regionibus varia recensent vetus Urbis Descriptio. Publica erant ad conficiendos panes Politicos, Palatinos, & Militares, qui quotidie in Urbe distribuebantur: Privata, pro usu cæterorum civium. Ea ut plurimum Mancipia, Græcis recentioribus Μαγκιπεῖα dicuntur, ut Mancipes, Curatores Pistrinorum, qui ἐφεστῶτες τῷ ἀρτοποιητικῷ ἐργαστηρίῳ appellantur in Novella LXXX. in Hypomnestico de Anastasio Apocrisiario, in Anastasii Bibliothecarii Collectaneis pag. 257. E. R. mentio fit: *Plutini beatissimi Imperatorii Pistoris, id est qui super omnes Pistores publicos est, eorum videlicet, qui annonas scholarium omnium solvunt, quod appellatur Tetranston*, &c. Vide Socratem lib. v. cap. XVIII. præterea Cujacium de Diverf. temp. præscript. cap. XIII. & ad L. I. Cod. de Pistor. lib. XI. & Codinum in Orig. pag. 59. E. R.

XII.

GRADUS.

IN urbe centum decem & septem GRAGUS recensentur in antiqua Urbis Descriptione, in collectione totius civitatis: in prima scilicet Regione IV. in secunda IV. in quarta VII. in quinta IX. in septima XVI. in octava VII. in nona IV. in decima XI. in undecima VII. in duodecima IX. in decimatertia VIII. in decimaquarta V. qui quidem Graduum in singulis Regionibus descriptus numerus ad CVII. excurrit, unde conficitur GRADUS Tertiæ Regionis, qui desiderantur in hac descriptione, decem fuisse. Τὸ φόρτ τ ἁγίε Κωνσταντίνε ἀναβαθμῶν meminit Anonymus Combefisianus in Leone Philosopho n. VI. Ad id vero potissimum ejusmodi Gradus in singulis Regionibus erecti erant, ut in iis distribuerentur *Annonæ Civicæ, seu Panes Gradiles*. Quippe Constantinus Magnus (ut Zozimus lib. II. & auctor Chronici Alexandrini testantur) ac filius Constantius, ut undecumque familias in novam urbem inducerent, & *Populares, Palatinos ac Militares* viros ad ædes in ea construendas invitarent, leges edidere, quibus annonæ & panes iis, qui de novo ædificassent, præberentur in publico. Lex XI. Cod. Th. de Annonis civicis & pan. Grad. *Annonas civicas ad hoc Militaribus viris beneficium divale distribuit, ut qui emolumenta perciperent, ædificandi studio magnitudinem Urbis augerent*. Et L. XII. Cod. eod. *Si quæ speciatim annonæ domus in hac urbe habentibus divæ memoriæ Constantini, vel Constantii largitates concessæ sunt*, &c. Hinc *ædium & ædificiorum* panes dicuntur in L. I. & V. quod vero in hisce Gradibus distribuerentur, *Gradiles*, in L. II. III. IV. VI. Cod. eod. ubi Graduum istorum mentio fit: ut & apud Prudentium lib. I. adversus Symmachum:

Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis.

Et lib. II.

Quæ Regio Gradibus vacuis jejunia dura Sustinet?

Desiit Panum civilium præbitio sub Heraclio, uti observare est ex Chronico Alexandrino pag. 890. E. R. Τότῳ τῷ ἔτει ἀπητιήθησαν οἱ κτήτορες (f. ὑπὲρ) τῶν πολιτικῶν ἄρτων διὰ γραφῶν καθ' ἕκαστον ἄρτον νομίσματα γ· ἓ μὴ τὸ παραχεῖν πάντας δίδιως, τῷ Αὐγούστῳ μηνὶ αὐτῆς τῆς ς'. ἔκτης Ἰνδικτιῶνος, ἀνηρέθη (perperam ἀνηρθήτη) ἡ χορηγία τῶν αὐτῶν πολιτικῶν ἄρτων, quæ verba sic reddenda fuere: *Hoc anno exacta sunt a possessoribus propter panes civiles*, vel *possessores quibus panes civiles concedi solebant, per scripturas, in singulos panes tria numismata, illisque præbitis, statim mense Augusto ejusdem sextæ indictionis sublata omnino eorumdem panum civilium erogatio*. Ubi κτήτορες sunt possessores ædium in urbe Constantinopolitana, quomodo hęc vox usurpatur in alio ejusdem Chronici loco pro cive Constantinopolitano, ut etiam apud Theodorum Studitam in Epistola inedita, quæ cuidam κτήτορι inscribitur, ut vox *possessores civitatis*, apud Liberatum Diaconum cap. XX. *habens autem consentaneos aliquantos ex Clero, & possessores civitatis, & corporatos, & milites*, &c. Exacta sunt igitur tria numismata in singulos panes ab ædium possessoribus, ut isto jure percipiendorum panum in posterum etiam gauderent. Unde evidens est perperam Salmasium νομία, pro νομίσματα reponendum existimasse. Quomodo vero in Gradibus distribuerentur, Cujacius & Jacobus Gothofredus ad tit. de Frumento Urb. Constantinopol. & de Annonis civic. Codd. Th. & Just. præ cæteris pluribus exposuere, quos non exscribam. Moneo tantum βάθρων ἐν τοῖς Ἀρχιστρατήγα μίστοι, quæ eadem sunt quæ τόποι dicta, mentionem agere Svidam v. στήλη, & Codinum in Orig. p. 19. E. R. ut & βαθμίδων Αὐγουστιῶνος eundem Codinum de Off. cap. XVII. n. I. denique τῶν ἀναβαθμῶν τε φόρε Leon. Grammaticum p. 477 E. R. sed ad Gradus Annonarios referendos vix ausim affirmare. Gradus etiam in plateis urbium aliarum observo apud Victorem Vitensem lib. I. de Persecut. Vandal. *Astante vulgo in media civitate pro Gradibus plateæ novæ*. Adde Senatorem lib. IX. Var. V. Sed nescio an huc referenda sit inscriptio quæ habetur apud Gruter CLXXV. 8 TIB. CLAVDIVS. CHRESIMVS. OB. HON. QVINQVENNALITATIS. COLLEGIO. DENDROPHOR. ROMANOR. QVIBVS. EX. S. C. COIRE. LICET. ARGENTI. P. X. ET H. S. X. MILIA N. REDDEDIT, QVÆ. DIVISA. SVNT. POPVLO. PER. GRADVS. X. AVG. COLLEGI N. NVMMIO. ALBINO. ET. FVL. ÆMILIANO. COS. Ut porro in Gradibus distribuerentur congiaria, belle exhibent veteres nummi Claudii Cæsaris, Vespasiani, Nervæ, Commodi, & Antonini a Biæo exarati ad Antonii Augustini Dialogos pp. 21. 29. 33. 51. 54.

Edit. Paris. pag. 159.

XIII.

SECRETA, SEU TRIBUNALIA JURIDICA
Civilia & Ecclesiastica.

SECRETUM apud scriptores Byzantinos pro Foro, seu loco in quo judicia exercentur, vulgo accipi haud ita pridem indicavimus in Notis ad Alexiadem pag. 269. 307. E. R. Quod firmant præterea Menæa ad XXIII. Novemb in S. Heleno. Ὁρᾷ ἑαυτὸν ἐπὶ τινος σιγριτικῆς ἐσώτατα καθέδρας, ἢ μᾶλλον δικαστικῆς κατασκεύης. Infra: τοιοῦτόν τις ἐθεάσατο ἄνδρά τινα ἐφ' ἑαυτοῦ ἐν τοῖς φρώτοις τῦ σιγρίτου φρονδίοντα, &c. Secretorum autem alia erant civilia, alia Ecclesiastica. Civilia quatuor recensent Manuel Comnenus in Novella περὶ διαφόρων ὑποθέσεων, ac primum quidem *Magni Drungarii*; alterum τῦ Προκαθημένε τ δημο-

σιακῶν δικαστηρίων, tertium τῦ Πρωτασηκρήτα, quartum denique τῦ Δικαιοδότα. In hisce Secretis ex æquo judices & advocatos esse jussit, ut quisque judex in suo foro cum idoneo assessorum, quos Σεκρητικὰς appellabant, & advocatorum numero jurisdictionem suam exerceret, ὡς ἂν ἕκαστος ἔχοιτο τῆς τοιούτων δικαστηρίων ἀπεμπόδιστον & οἰκείαν ἔχη ἐνέργειαν, *ut hac ratione quodlibet horum fororum liberam & absque ullo impedimento propriam servet jurisdictionem*. Adde caput 1. ejusdem Novellæ, & Diploma Andronici post Phranzem sub finem. Theophanes an. VII. Phocæ narrat in quadam seditione incendisse Prasinos Prætorium, καὶ τὸ Σέκρητον, καὶ τὰ Σκρίνια, καὶ τὰς φυλακάς, Secretum scilicet Prætorii. Complura vero extitisse Constantinopoli judiciaria fora innuit auctor vitæ Joannis Acatii: ἔτι δ' ἐκκλησίας, καὶ νόμοι, καὶ δικαστήρια, καὶ ὅσα δὴ καθ' ἕκαστον ἐν πόλεσιν ἑτέρως ἐστὶν ἰδεῖν, ἐνταῦθα μέροι τῆς πάνδ' ὁμοῦ τὰ πανταχοῦ γῆς σεμνία.

I. SEGRETUM MAGNI DRUNGARII, in Novella Manuelis, primum locum obtinet, diciturque Σέκρητον, seu Δικαστήριον τῦ μεγάλυ, cujus meminit etiam Scholiastes Harmenopuli lib. I. tit. IV. §. LXII. Cum autem duo potissimum μεγάλοι Δρουγγάριοι vulgo occurrant, is nempe qui τοῦ σόλυ, seu τοῦ πλωίμυ, qui rei classicæ præerat, & alter qui vigiliis & excubiis in exercitu & in urbe, & τῆς Βίγλης Drungarius dicebatur: prioris fuisse hoc Dicasterium existimo; in quo lites de rebus nauticis disceptabantur; ut est apud nos *le siege de l' Amirauté*. Meminit Nicetas in Isaacio lib. III. num. VII. τῦ Μεγάλυ Δρουγγαρίυ ὀνομαζομένου οἴκου, *domus quæ Magni Drungarii nuncupabatur*: & in Murzuphlo num. II. tractus urbis τῆς Δρουγγαρίου dicti. Sed an in hac æde judicia sua exercuerit Magnus Drungarius, vix ausim affirmare, præsertim cum Nicetas dicat Isaacium hanc ab illius possessore emisse, & ibidem Nosocomium constituisse.

II. SECRETA τῆς δημοσιακῶν, ea dicebantur, in quibus lites agitabantur de tributis & vectigalibus, & de eorum immunitate: is vero qui supremo jure præerat, προκαθήμενος τῆς δημοσιακῶν δικαστηρίων nuncupatur in Novella Manuelis Comneni, aliis Λογοθέτης τῆς σεκρέτης nude, de qua dignitate nonnulla observavimus ad Alexiadem pag. 262. E. R.

III. ASECRETEUM, seu SECRETUM τοῦ Πρωτασηκρήτου, ordine tertium ponitur in Novella Manuelis Comneni. In eo, ni fallor, res majoris momenti agitabantur, & quæ ad Principem per Secretarios deferebantur, huicque præsidebat qui Primus a Secretis dicebatur. Notum vero quæ τοῦ Πρωτασηκρήτου dignitas fuerit, quam Cancellario æquiparat Hincmarus de Ordine Palatii cap. XVI. Codinus de Offic. cap. V. nu. XXXIX. Primum a Secretis jurisdictionem habuisse satis innuit: τοῦ δὲ Πρωτασηκρήτις ὑπερίτιμα δῆλον καὶ ἀπ' αὐτοῦ ὀνόματος. πρῶτος γὰρ τῆς σεκρέτων λέγεται· ἔστι δὲ ὅτε συγκρίνουσι μετ' αὐτοῦ βασιλικῷ θεσμῷ ἕτεροι ἐντιμότεροι τούτου. *Primi a Secretis munus ex ipsa nomenclatura notum est, est enim Primus in Secretis. Interdum cum ipso judicant, Imperatoris decreto, alii etiam honoratiores ipso.* Præterea Pachymeres lib. II. cap. I. ἐν τῷ δοῦναι οἱ καὶ Πρωτοασηκρήτις πάλαι σβεσθὲν ἀξίωμα, ἕτεροι δήλων Ασηκρήτις ὑποτάξαι, ἐφ' ᾧ ἀδεκάστως καὶ ἀνεγκλήτως χρῆσθαι, *extinctam prius dignitatem Primi a Secretis resuscitans ei tradidit, subjiciens illi Secretarios, seu Asecretis, qui citra personarum acceptionem & sine ullius respectu judicia agerent*. Illius autem Secretum Ασηκρητῖον nuncupabatur, cui aliquando Imperator præsidebat. Cedrenus in Michaele Rhangabe p. 492. E. R. δικάζων τὰς μηνύσεις ὁ Βασιλεὺς ἐπὶ βήματός τε ἐν τοῖς Ασηκρητίοις ἐκάθισε, καὶ ἀκριβὴς ἐξέτασις τῶν μηνυθέντων ἐγίνετο, *ipse Imperator accusationes excipiens, pro tribunali in Asecretis sedit, eas diligenter examinaturus*. Eadem habet Continuator Theoph. l. I. n. XXI. qui scribit Leonem Armenium ἐν τοῖς Ασηκρητίοις in Michaelem Balbum, postmodum Imperatorem, mortis sententiam tulisse. Erat illud juxta Hippodromum. Idem Continuator Theophanis libr. IV. num. XIX. & Scylitzes in Michaele Theophili F. pagin. 543. φυγὴ τὴν σωτηρίαν πραγματεύεται ἐνίοθι· ἡ φυγὴ δὲ πρὸς τὸν Ἱπποδρόμου, κατὰ τὰ Ασηκρητία, ἐκεῖσε γὰρ τότε τὸ τῆς Ασηκρήτις ἦν καταγώγιον, *fugæ consulendum arbitratus, ad Hippodromum, in Asecreteæ concessit: ibi enim Secretariorum erat diversorium*. Hinc δικαστήριον τῦ Ἱπποδρόμυ dicitur in Hyppomnemate Joan. Thracensis Curopalatæ & Magni Drungarii Vigiliæ de sponsalibus, apud Leunclavium; ex quo præterea colligitur libellos supplices Imperatori porrectos ad hoc tribunal remissos fuisse δεηθέντων δὲ τῆς ἁγίας βασιλείας συ, καὶ τῷ δικαστηρίῳ τῦ Ἱπποδρόμυ παραπεμφθέντων, &c. Judicum Hippodromi mentio est etiam apud Constantinum Porphyrog. de Administr. Imp. cap. LI. διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἀγράμματον, φορεῖα Βασιλίως κατήρχετο κριτὴς ἀπὸ τῦ Ἱπποδρόμυ, καὶ συνεκαθίζετο μετ' αὐτῦ ἐν τῇ Φιάλῃ, καὶ ἔκρινε τὰς ἐλάτας, *quod vero illiteratus esset, Imperatoris præcepto, descendebat Judex ab Hippodromo, & considebat cum illo in Phiala, & remigum causas dijudicabat*. Continuator Theophanis lib. IV. num. XXX. & ex eo Scylitzes in Michaele Theophili F. p. 550. E. R. ὁ δ' αὐτὸς Βάρδας καὶ Καῖσαρ γενόμενος συνεχῶς ἐφοίτα τοὺς τῦ Ἱπποδρόμυ δικαστηρίους, *Ipse vero Bardas, Cæsar effectus, sæpe in Hippodromi tribunalia veniebat*. Tradit idem scriptor pag. 568. E. R. Basilium Macedonem judices constituisse, iisque tribunalia in quibus litigantium causas dijudicarent assignasse in Magnaura, in Hippodromo, & in Chalce. Meminit denique κριτῶν τῦ Ἱπποδρόμυ Theodorus Balsamon de Offic. Chartophylacis & Protecdici, qui quidem alii non videntur a Judicibus Veli, τῦ Βήλυ, de quibus quædam attigimus ad Cinnamum: nam in Rationali Peræquatorum Joannes Manuelites, κριτὴς τῦ Βήλυ καὶ ἐπὶ τῦ Ἱπποδρόμυ subscribit Hypommesticum Alexio Comneno Imperatori porrectum.

IV. CHALCE, ita Tribunal juridicum dictum fuit, ex quo in eo Triclinio quod vestibuli vicem Palatio antea præstabat, δικαστήριον constituit Basilius Macedo. De Chalce multa diximus, ubi de Magno Palatio egimus, ut & de Salvatoris imagine quæ inibi depicta erat, de quo consulendi præterea Continuator Theophanis lib. I. nu. IX. lib. III. nu. XIII. Anonymus Combefisianus in Leone Philosopho num. XXVI. & Symeon Logotheta in Leone Armenio num. II. qui & in Porphyrogenito nu. II. meminit etiam ὁ Σιδηρᾶς πόρτυς τῆς Χαλκῆς.

V. SECRETUM, seu δικαστήριον τῦ Δικαιοδότα, quartum recensetur in Novella Manuelis, illiusque meminit etiam Scoliastes Harmenopuli lib. I. tit. IV. §. LXII. ut & Nicetas in Alexio Man. F. num. VI. Σωὶ οἷς καὶ τὸ τοῦ Παντέχνη Θεοδώρυ περικαλλὲς οἴκημα, Ἐπάρχυ ὄντος τῆς πόλεως, καὶ τὸ τῆς οἰκιακῶν διέποντος σέκρετον, τῷ Δικαιοδοτικῷ τε θρόνῳ ἐμφρίττοντος, καὶ αὐτὸς μὲν ἐξήλυξε δρασμῷ τῷ πισῦν. *Inter quas domus pulcherrima Theodori Pantechnæ, Præfecti Urbis, & Domesticorum administrantis Secretum, & Dicæodotico throno præsidentis, destructa est*. Ex quibus Nicetæ verbis, Σέκρητον τῆς οἰκιακῶν, & Σέκρητον τῦ Δικαιοδοτοῦ, unum idemque esse videtur posse colligi, ita ut Theodorus & Præfecti Urbis, & Δικαιοδότου dignitates simul administraverit, eoque nomine τὰ οἰκιακά. Secreti vero τῆς οἰκιακῶν mentio est in Novella Alexii Comneni, & altera Manuelis Comneni, præterea apud Balsamonem in Resp. ad Marcum Patr. cap. XXIX. quod quidem non diversum a Secreto Δικαιοδότυ vel hinc patet, quod

Secretum τῆς οἰκειακῶν inter δικαστήρια civilia non recenſuerit Manuel Comnenus. Sed & hanc conjecturam firmant Gloſſæ Baſilic. in quibus οἰκεία, δικαιοδοσία exponitur. Alibi vero legitur, οἰκείῳ, ὀφφικίῳ, ubi forte legendum οἰκειακοῖ. Meminit Pachymeres lib. v. cap. XIII. μεγάλου Λογοθέτου τῆς οἰκειακῶν, ſed an poſtremis ſæculis huicce Secreto præſederit, non omnino conſtat, cum ſolam dignitatem, non vero functionem recenſeat Codinus de Offic. cap. II. num. XXXIX. etſi judicis munus Δικαιοδότῃ videatur adſcribere Pachymeres. Sed & incertum quid Byzantini ſcriptores per οἰκειακῶν intelligant. Sane οἰκειακὸς appellabant recentiores Græci, quos Latini *Domeſticos*: quorum ſcilicet Officium erat corporis Imperatorii cuſtodia. Gloſſæ Baſil. & Svidas: δομεστικοί, οἱ τῆς Ρωμαίων ἱππεῖς, οἱ κατ' Ρωμαίους οἰκειακοὶ στρατιῶται. Οἰκῖοι dicuntur Socrati lib. I. cap. XIII. eorumque cohors, quæ *Schola Domeſticorum* nuncupatur Ammiano lib. XXVI. τῆς οἰκείων σωμάτων Juliano Epiſt. XXII. appellatur. An igitur Secretum iſtud conſtitutum fuerit pro Domeſticis domus regiæ, non auſim aſſerere, nullo alio fultus argumento. At nihili eſt quod putat Meurſius, in Secreto τῆς οἰκειακῶν, cum alia iſtrumenta, tum jura urbis aſſervata: nec enim id ex Nicetæ verbis elicitur, ſed in æde Theodori tanquam Præfecti Urbis ea extitiſſe.

Edit. pariſ. pag. 161.

VI. PHIALA, Alexandrinis locus fuit, ubi frumentum publicum recondebatur, ut habet Procopius lib. VI. de Ædif. cap. I. At Byzantinis ſcriptoribus ita labrum, ſeu fontem ubi perennes aquæ ſaliunt, paſſim nuncupari pluribus docemus in Deſcriptione ædis Sophianæ nu. XXII. Extitit porro locus ita ſpeciatim dictus in Urbe Conſtantinopolitana, juxta Palatium, ubi antea ſteterat Deiparæ ædes ſacra, τῆς Μητροπολίτου appellata, quam demolitus Rhinotmetus, Φιάλῃ καὶ βάθρα τὸ δῆμα τῆς Βενέτων, ὅπως ἐκεῖ δέχονται τὸν Βασιλέα, *Phialam & Gradus* illius loco exſtruxit, *quo ibi Imperatorem exciperent*, ut ſcribit Theophanes pag. 307. E. R. ubi Cedrenus pag. 442. E. R. habet εἰς τὸ τελεῖσθαι ἐκεῖ Σαξιμοδέξιμον. Atquæ hæc quidem vox, quæ viris doctis jure negotium faceſſit, licet illius notio ex Theophane ſatis percipiatur, eodem ſignificatu occurrit apud Leonem Grammaticum in Theophilo pag. 455. E. R. & Symeonem Logothetam nu. XX. Ὁ δὲ αὐτὸς Βασιλεὺς τὸν Τρίκογχον ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ τὸ λογόμενον Σίγμα, ἔτι τὰς ἀναβάθρας, ἔνθα οἱ δῆμοι ἵστανται, ἔτισας, καὶ Φιάλῃ ἐν ᾗ γίνεται τὸ Σαξιμοδέξιμον λεγόμενον, ἔτι ἵππων ἀμφοτέρων τῆς μερῶν διερχομένων μετὰ χρυσῶν σαγισμάτων· *Idem porro Imperator Triconchum in Palatio, & quod Sigma appellatur, & Gradus ubi Factiones conſiſtunt, & Phialam ædificavit, in qua fit quod vulgo dicitur Saximodeximum, utriuſque partis equis cum aureis ſagis pertranſeuntibus.* Sed & inde vis vocis haud omnino innoteſcit: niſi forte eo ſteterint Factiones ad excipiendum Imperatorem, cum a proceſſibus maritimis rediret. Nec ſcio an eo ſpectent verba Anonymi ſcriptoris Antiquit. Conſtantinop. pag. 102. E. R. etſi hoc loco mutila: ὁ πίταξ... ὁ λεγόμενος Λέων ὁ μέγας ἐστὶν, ὁ παρὰ πολλοῖς Μακελλεῖον λεγόμενος· καθ' ὃν ... τὰ δεξήματα τῆς βασιλέως ἐκεῖσε ἐγίνοντο. Certe locus hic, quiſquis fuerit, proximus fuit Magno Palatio, ut ex ſequentibus colligitur. Teſtatur enim Porphyrogenitus libr. de Adm. Imp. cap. LI. Imperatorem ad Phialam dromonium conſcendiſſe: Καὶ ἐξερχομένου τοῦ Βασιλέως ἐν τῇ Φιάλῃ ἐν τῷ δρομωνίῳ, καὶ ἀπιόντος εἴτε ἐν προκόνσῳ, εἴτε ἀλλαχοῦ, &c. *Ingrediente Imperatore in Phiala dromonium, & abeunte in proceſſum, vel alibi*, &c. Utcunque ſit de vocis etymo, quod nondum ſum aſſecutus, vel inde colligitur Phialam littori proximam fuiſſe, ut & Palatio & Hippodromo, quod etiam ibidem indicat Porphyrogenitus: ex quo præterea docemur *Phialam* potiſſimum appellatum Tribunal, in quo controverſiæ ortæ inter Nautas & Remiges imperatorios dirimebantur a judice ibi conſtituto, qui inde ὁ ἐπὶ τῆς Φιάλης nuncupatur: Ἐξ ἀρχῆς δὲ ἄνωθεν βασιλικὸν ὄφφικιον ἦν ὁ ἐπὶ τῆς Φιάλης. ὅτος δὲ ἐπεκράτει καὶ εἶχεν ὑπ' αὐτὸν πάντας τοὺς ναύτας τῆς βασιλικῶν ἀγραρίων Ρασίων τε καὶ Μαύρων, ἄνευ τῆς ἀγραρίων τῆς Αὐγούστης· τὰ γὰρ ἀγράρια τῆς Αὐγούστης, τά τε Ρώσικα, καὶ Μαῦρα ἐπεκράτει καὶ ἐξουσίαζεν ὁ τῆς Τραπέζης τῆς Αὐγούστης· *Primitus vero Phialæ præſes officium imperatorium erat, eique ſuberant omnes remiges agrariorum Imperatoris tam Ruſſorum quam Nigrorum, exceptis iis quæ ad Auguſtam pertinebant: iſta enim ſive Ruſſa, ſive Nigra, ſub menſæ Præpoſito erant*, &c. Iſtius Phialæ meminit Gregorius in Vita S. Baſilii Junioris num. XXXVIII.

XIV.

SECRETA ECCLESIASTICA,

SEU Tribunalia, in quibus controverſiæ Eccleſiaſticæ agitabantur, plura recenſent ſcriptores, quod quidem nomen tum primum a Tribunali civili ad Eccleſiaſticum tranſtuliſſe Paulum Samoſatenum Epiſcopum obſervat Euſebius lib. VII. cap. XXX. Quinque autem, primitus fuerunt Secreta eorum quos Ἐξωκατακοίλους appellabant, ut eſt apud Balſamonem de Cartoph. & Protecd. ſcilicet M. Oeconomi, M. Sacellarii, M. Scevophylacis, Chartophylacis, & Sacellarii: quibus ſextum additum eſt Protecdici. Erant porro Exocataceli in Eccleſia præcipuæ illius dignitates, poſt Patriarcham, & ante Epiſcopos in Synodis ſedebant, erantque veluti Patriarchæ intimi Conſiliarii. De is agit Codinus lib. de Off. cap. I.

I. SECRETUM MAGNI OECONOMI, Οἰκονόμιον videtur appellari a Codino, quo loco meminit τοῦ μεγάλου λατρικοῦ τοῦ Οἰκονομίου. In eo forte dilceptabantur lites & controverſiæ de Eccleſiæ poſſeſſionibus & bonis: nam Magnus Oeconomus in omnes facultates proventuſque Eccleſiæ jus habebat. Vide L. XIV. Cod. de Sacroſanct. Eccl. Annam Comnenam lib. XV. Alexiad. pagin. 485. E. R. Codinum de Offic. & Meurſium in Gloſſ.

II. SECRETUM MAGNI SACELLARII, illud dicitur cui præerat Magnus Sacellarius, cujus munus erat Sacerdotes & Monachos, qui *pag. 161.* inordinate vivebant, caſtigare, eoque nomine habebat in ſua juriſdictione τὰ ἀνδρῶα καὶ γυναικεῖα μοναστήρια, ut eſt apud Codinum de Off. cap. I. & Martinum Cruſium in Notis ad Malaxum pagin. 203. Magni Sacellarii officium in codice MS. Pachymeris Auguſtano ita deſcribi monet Pontanus in Notis ad Cantacuzen. lib. III. cap. LXXIII. Σακελλάριος, ὁ παιδεύων τοὺς ἀτακτοῦντας τῆς μοναχῶν καὶ ἱερέων, καὶ ἐπισκοπῆς μοναστηρίου τοῖς ἀνδρώοις καὶ γυναικείοις. Quæ quidem Codino lucem afferunt. Hinc diſcimus cur S. Martinus PP. Conſtantinopol. perductus, reuſque factus, ante Sacellarium ſteterit. Auctor hiſtoriæ de illius exilio, apud Anaſtaſium in Collectaneis p. 86. *Mane tulerunt eum de cuſtodia conſtituendum in Cella Sacellarii, jubentes convenire omnem Senatum, quod & factum eſt.* In eo porro præſediſſe Magnum Sacellarium infra docetur: *Intendens autem primus qui præſidebat Sacellarius cum reliquis principibus, a longe juſſit eum ſurgere a ferculo & ſtare.* Cella vero Sacellarii circa imperiale ſtabulum extitit. Idem pag. 91. *Eduxerunt autem ſanctum Apoſtolicum virum de Cella judicii, & ſtatuerunt eum in medio atrii, quod erat ante Cellam Sacellarii & imperialis ſtabuli.*

III. SECRETI MAGNI SCEVOPHYLACIS juriſdictio erat circa vaſa ac τὰ ἱερὰ σκεύη, quorum cuſtos erat, ut eſt apud Balſamonem & Codinum. Vide noſtram Deſcriptionem S. Sophiæ num. LXXXVII.

IV. SECRETUM MAGNI CHARTOPHYLACIS, Σέκρετον Χαρτοφυλακικόν dicitur Joanni Episcopo Citri, τὸ ἀγγεῖόν τε Χαρτοφύλακος σέκρετον, Michaeli Cerulario Patr. CP. in Edicto de projecto Pittacio, apud Leonem Allatium dissert. II. de Libr. Eccles. pag. 170. in quo Chartæ Ecclesiasticæ asservatæ dicuntur: unde fortasse idem fuerit quod Χαρτοφυλακεῖον nuncupatur Niceræ in Alexio Ang. lib. II. nu. IV. & tom. I. Juris Græco-Romani pag. 256. Quæ autem, & quam ampla fuerit Carthophylacis in rebus Ecclesiasticis jurisdictio, vel ex eo colligitur, quod non sigilli duntaxat Patriarchalis & Archivorum Ecclesiæ custos fuerit, sed & præcipuus ac primus Patriarchicæ jurisdictionis judex, omnium scilicet causarum Ecclesiasticarum, ac præsertim matrimonialium: ut pluribus docent Balsamon ad Concil. VII. Can. VIII. & libr. VII. Juris Græco-Rom. tom. I. pag. 458. Codinus de Offic. cap. I. & alii.

V. SECRETUM PRÆFECTI SACELLIO, seu illius, qui ὁ τε Σακελίε dicebatur, qui & quibusdam *Minor Sacellarius* appellatur: De illis jurisdictione sic Codinus de Offic. cap. I. ὁ τε Σακελίε κρατῇ τὰς καθολικὰς ἐκκλησίας, καὶ τὸ σακέλιον, *præerat Ecclesiis Catholicis*, seu Parochiis, uti appellamus, & *Sacello*, id est Thesauro Ecclesiastico. Addit Balsamon Emphyteuseon administrationem habuisse. Meminit istius dignitatis Cantacuzenus l. III. c. LXXIII.

VI. SECRETUM PROTECDICI, quem in numerum ἐξωκατακοίλων allegit Xiphilinus Patr. CP. ut est apud Joannem Episcopum Citri in Resp. ad Cabasilam libr. V. Juris Rom. tom. I. pagin. 327. eoque nomine is Secretum habuit & jurisdictionem, quam sic describit Codinus de Offic. cap. I. εἰς τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν αἰχμαλώτων, καὶ κριτὴς τῶν ἐγκληματικῶν ὑποθέσεων. Quæ ita explicat Turco-Græcia pagin. 218. ὁ Πρωτέκδικος, ὁ τῶν φοσφυγάς ἀναδεχόμενος, erat nempe primus Defensor eorum qui ad Ecclesias confugiebant veluti ad Asylum, de quorum criminibus & immunitate cognoscebat. Eapropter jus dicebat in Proscenio Magnæ Ecclesiæ, quod Πρωτεκδικεῖον vocabant. Nicetas in Alexio Man. F. num. VII. κάτεισιν εἰς τὸ φροσκήνιον τὸ νεὼ, ἐν ᾧ οἱ τῆς Καισαρίσσης ὑπερμάχοντες ἠυλίσθησαν, φεύγοντες, ὃ Προτεκδικεῖον κικλήσκεται, *in templi vestibulum, quod & Protecdiceum dicebatur, descendit, in quo qui pro Cæsarissa pugnabant, sese receperant*. Eo enim confugiebant nocentes, quo prætereuntium commiserationem excitarent, & immunitatis jura sibi servari exposcerent. Idem Nicetas in Andronico lib. II. num. X. καὶ ὁ μὲν εἰσῆλθε τὸν θεῖον ἱερῶν ναόν, ἅτε τὸν ἀνάκλαυθμον, ὃν οἱ φωνῆς ἀνιέρχόμενοι τὸ οἰκεῖον ἀνακεκαλυμμένως ἱκετεύσι πλημμέλημα, τὴν ἐκ τῶν ἱερῶν τε καὶ ἐξιόντων τὸ ἱερώτατον τέμενος αἰτοῦντες συγχώρησιν, *templum eo habitu ingressus, eam sedem conscendit, in qua homicidæ suum facinus exponentes, ab ingredientibus & egredientibus veniam petunt*. Neque tamen in ipso hærebant vestibulo nocentes, sed & in medio templo stabant, opem ingredientium implorantes. Idem Nicetas in Isaacio lib. I. num. VI. ἐξελθὼν γὰρ νυκτὸς, καὶ φοὺς τὸν μέγαν τῆς ἁγιᾶς Σοφίας ναὸν εἰσελθὼν, καὶ μέσον τὸ ἱερὸν σὰς, παρεκάλει τοὺς εἰσιόντας βοηθῆσαι αὐτῷ, *de nocte enim egressus magnum S. Sophiæ templum subiit, & in media æde stans, opem introeuntes ut sibi auxilio essent deprecabatur*. Interdum etiam sacrum Lavacrum prehensabant, vel ipsam sacram Mensam. Sed hæc nota.

VII. SECRETUM MAJUS PATRIARCHÆ memorant scriptores, ubi de Niceta Patr. CP. agunt, quem anno XXVII. Rhinotmeti erasisse sacras imagines ajunt in Ecclesiis, atque adeo in utroque Secreto Patriarchii, Majore & Minore. Nicephorus CP. p. 236. E. R. I. edit. Τπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Νικήτας ὁ τῆς πόλεως φρέδρός τινα μὲν τῶν ἐκ χρόνε ἠφανίσθη τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀνακαινίζει κτίσματα· τάς τε ἐν τοῖς ἐκεῖσε ἱδρυμένοις τῶν φροέδρων οἴκοις, ἃς (ἐς) Ρωμαῖοι Σέκρετα καλοῦσι, τό τε μικρὸν δόμημα καὶ τὸ μέγα, τε Σωτῆρος καὶ τῶν ἁγίων ἔσας διὰ ψηφίδων χρυσῶν, καὶ κηροχύτε ὕλης εἰκονογραφίας ἀπέζυσε. *Sub idem tempus Nicetas urbis Patriarcha, ædificia quædam Catholicæ Ecclesiæ, quæ vetustate collapsa fuerant, instaurat. Tum ibi excitatis processionum ædibus, quas Romani Secreta vocant, tam in majore quam minore, Christi Domini ac Sanctorum imagines aureo musivo atque ex cera factas eradit*. Utrumque Patriarchæ Secretum in ipso Patriarchio statuit Theophanes an. XXVII. ejusdem Rhinotmeti, ubi rem eandem refert: Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Νικήτας ὁ ψαδῶνομος Πατριάρχης τὰς ἐν τῷ Πατριαρχείῳ εἰκόνας τε Μικρε Σεκρέτε ἀφῃρέθη μουσίῳ ὕσας ἔξεσι. καὶ τοῦ Μεγάλε Σεκρέτε τῆς φροπικῆς ἐξ ὑλογραφίας ὕσης κατήνεγκε, ᾗ τῶν λοιπῶν εἰκόνων τὰ φρόσωπα ἔχρισεν. *Hoc ipso anno Nicetas titulo tenus Patriarcha imagines quæ in Patriarchii Minore Secreto musivo exaratæ erant, erasit: quæ vero paululum extabant in Magno Secreto, dejecit, & reliquarum imaginum facies delevit*. In Majore Secreto projectum in sacra mensa a Legatis Apostolicis Pittacium a Michaele Cerulario Patr. CP. anathemate damnatum fuisse refert ejusdem Michaelis edictum descriptum ab Allatio in Dissert. II. de Libris Eccl. Gr. p. 170. ἐν τῷ μεγάλῳ Σεκρέτῳ ἀναθέματι ὑπεβλήθησαν. Quod vero vir magnus apud Nicephorum, *Secreta*, φροέδρων οἴκους appellari existimat, quod essent stationes ad quas procedebant Clerici Ecclesiarum, vel quod essent καλιαί, in quibus in his occasionibus Imperatores pernoctarent, vix est vero consentaneum, cum hac notione Secreta usurpari nequaquam reperiantur; imo pro ædibus in quibus lites agitantur. Verum cum per se jurisdictionem Patriarcham habuisse non legamus, dubium relinquitur, cui potissimum usui addicta fuerint ejusmodi Secreta, Majus & Minus; nisi dicamus in iis exocatacœlos interdum judicasse.

VIII. SECRETUM MINUS PATRIARCHÆ, cujus mox meminimus, in Patriarchio perinde extitisse præterea indicat Cedrenus p. 467. E. R. ubi de Niceta Patr. CP. τὰς ἐν τῷ Μικρῷ Σεκρέτῳ τε Πατριαρχείε εἰκόνας ἀφανισθείσας ἔσας ἔξεσι, καὶ τὰς λοιπὰς εἰκόνας ἐν ὅλῳ τῷ Πατριαρχείῳ. In Minore Secreto actas Synodos docet Xiphilinus in sancito quodam apud Leunclav. pag. 57. προκαθημένε τε ἁγιωτάτε οἰκεμενικε Πατριάρχε ἐν τῷ Μικρῷ Σεκρέτῳ.

XV.

ÆDES PUBLICÆ JUDÆORUM ET SARACENORUM.

I. SYNAGOGA Judæorum extitit eo loco ubi postmodum ædificata Chalcopratiorum ædes. Sed non leviter fallitur, fallitque Zonaras, cum scribit, Constantinopoli Synagogam a furente plebe incensam, eoque facto infensum Theodosium M. graviorem mulctam irrogasse incendiariis, jussisseque rursum excitari, quod sane procul est a vero: cum id non in Urbe regia, sed in quodam Orientis castello factum constet; quippe, ut refert Paulinus Presbyter, qui ea vixit tempestate, in vita S. Ambrosii, *posito Theodosio Imperatore Mediolani, Ambrosio vero constituto Aquilejæ, in partibus Orientis in quodam Castello a Christianis viris, Synagoga Judeorum & Lucus Valentinianorum incendio concremata sunt, propterea quod Judæi vel Valentiniani insultarent Monachis Christianis: Valentinianorum enim hæresis triginta Deos colit, sed de ejusmodi facto Comes Orientis ad Imperatorem relationem direxit, qua accepta Imperator præceperat, ut Synagoga ab Episcopis loci reædificaretur, in Monachos vero*

vindicaretur, &c. Paulino consona sunt quæ ipsemet Ambrosius scribit ad Theodosium Epistol. XVII. *Relatum est a Comite Orientis militarium partium incensam esse Synagogam, idque auctore factum Episcopo*. Mox satis innuit Synagogam hanc extitisse in oppido ignobili: *Si ædificio incenso moveris vilissimo, quid enim in tam ignobili castro esse potuit?* &c. Et rursum: *Quid autem habere potuit Synagoga in castro ultimo, cum totum quidquid illic est, non multum sit, nihil pretiosum, nihil copiosum*. Hac de re pariter scribit Epist. seq. ad Marcellam sororem. Lex vero qua Synagogas Judæorum destrui vetuit Theodosius M. videtur esse L. VIII. Cod. Th. de Judæis. Zonaræ παρόραμα deprehendit præterea, qui in ea occurrit narratione parachronismus. Nam id sub Theodosio M. cum Honoratus præfecturam Urbis CP. administraret, accidisse commemorat. Atqui Honoratus primus Urbi Præfectus an. CCCLIX. a Constantio Augusto datus legitur, uti multis observavit Jacobus Gotofredus ad L. 16. Cod. Th. de Prætorib. proindeque istud muneris obiisse longe ante Theodosium M. sub quo nullus hac appellatione Præfectus Urbi CP. habetur in eorum serie quam edidit idem Gotofredus. Sed & in eo falsus Zonaras, quod Theodosio M. adscripserit, quod Junioris fuit. Simile enim quidpiam narrat Evagrius lib. I. cap. XIII. de Judæorum Synagoga a Christianis Antiochiæ Judæis ablata, quam cum reddi protinus Theodosius Junior præcepisset, monitum & increpatum per literas a Symeone Stylita, mandata sua revocasse, Præfectumque, a quo de Synagoga reddenda impulsus fuerat, abdicasse magistratu. Quo pertinent ejusdem Theodosii Junioris Constitutiones quæ habentur in Cod. Th. L. XXV. XXVI. & XXVII. de Judæis, quibus vetat non modo Judæorum Synagogas auferri, vel flammis exuri, aut novas exstrui, sed & *si quæ essent post legem* (Theodosii M.) *vel ereptæ Synagogæ, vel Ecclesiis vindicatæ, aut certe venerandis mysteriis consecratæ, pro his loca eis in quibus possint exstruere ad mensuram scilicet sublatarum præberi*. Datæ autem hæ leges Asclepiodoto & Mariniano Coss. an. Chr. CCCCXXIII. proindeque ante conditam ab eodem Theodosio Chalcopratianam ædem; siquidem verum sit quod refert Cedrenus pag. 343. E. R. hanc demum excitasse an. XLII. Imperii, συναγωγὴν Ἰουδαίων πρότερον οὖσαν, *cum antea esset Judæorum Synagoga*. Verum cum probabile sit has Theodosii leges potissimum editas propter ædem Chalcopratianam ædificatam, ubi erat antea Judæorum Synagoga, existimem potius id ante annum CCCCXXIII. accidisse, & ad hanc ædem spectare hæc verba (*vel venerandis mysteriis consecratæ*) cœptamque ædificari ante has leges, demum confectam sub exitum imperii: proindeque emissas a Theodosio leges, quo Judæos quodammodo solaretur ob eversam in Chalcopratiis Synagogam. De Chalcopratiis & æde Deiparæ Chalcopratiana infra agimus; addo tantum ex Leone Grammatico pag. 465. E. R. ad eam processisse Imperatores in festo Annuntiationis Deiparæ.

Edit. Paris. pag. 164.

II. METATUM, seu SYNAGOGA SARACENORUM. Constantinus Porphyrogenitus lib. de Adm. cap. XXI. auctor est Saracenorum templum, seu sacellum ritui ac religioni Saracenicæ addictum, in urbe demum ædificatum, Michaele Balbo imperante, Masalmæ, præcipui Valid Sultani, vel Chalyphæ Copiarum Ducis rogatu, qui ea tempestate urbem obsidione cinxerat: Ἰστέον δὲ ὅτι ὅτος ὁ Μαβίας ἴσχυσε μὲ τὸν Σοφιὰμ, ἴσχυσε μὲ τὸν Μαβίαν ὑπῆρχεν ὁ Μασαλμὰς ὁ κατὰ Κωνσταντινούπολιν στρατήσας, ὃ τινος καὶ διαιτήσεως ἐκτίσθη τὸ τοῦ Σαρακηνῶν μαγίσδιον ἐν τῷ βασιλικῷ Πραιτωρίῳ· *Sciendum vero Mabiam istum nepotem fuisse Sophiam, Masalman vero nepotem Mabiæ, qui quidem Masalmas ille est qui adversus Constantinopolim exercitum duxit, & cujus rogatu Saracenorum Sacellium ædificatum est in Imperatorio Prætorio*. Ubi Μαγίσδιον, *Mosqueam* Meursius interpretatur. Illud etiam Saracenicum Sacellum in Prætorio statuit Nicetas, & in quadam seditione eversum, Alexio Angelo imperante scribit in illius Vita lib. III. num. V. Ἐπεὶ δὲ τὰς Πραιτωρίου ἀνατρέψαντες πύλας ἀνέσειον τοῖς ἔνδον διδάσκοντες, σκύλλουσί τε τὰ ἐκείσε χριστιανικὸν ναὸν, τὸ δὲ τοῦ Σαρακηνῶν συναγώγιον ἀναστῶσιν ἐκ βάθρων αὐτοῦ· *Prætorii foribus effractis, & captivis libertate donatis, Christianorum quæ ibi stabat ædem spoliant, Saracenorum vero Sacellum ab ipsis fundamentis evertunt*. Rursum tamen instauratum est: nam a Francis, qui Isaacio Angelo auxilio venerant, direptum mox, & incensum ab iis tradit idem Niceras in eodem Isaacio & Alexio F. num. II. Καὶ δὴ τὸ σωτάγμα ἐκεῖνο τὸ πεπηρὲν τὴν πόλει φόρον διαλιάδων, — τῷ τοῦ ἐξ Ἀγαρ συναγωγίῳ λάθρα ἐμπίπτουσιν, ὃ φησὶ Μιτάτον ὁ δημώδης ἐκάλεκτος, ἐς τὰ ἐνόντα μὴ ξίφους λυσάσαι· *Ea scelerata cohors cum ad urbem mari appulisset, — in Saracenorum Synagogium, quod Mitatum vulgus vocat, irrumpunt, & per vim omnia diripiunt*. Et mox, qua in urbis parte steterit, satis declarat, ubi describit incendium quod ab iisdem Francis excitatum est. Cœpisse enim ait a Synagogio Saracenorum, quod ad septentrionalem Urbis partem ad mare, & ædem sanctæ Irenes vergit: Ἤρξατο μὲν οὖν ἡ φορὰ τῆς πυρὸς ἀφὴ ἀπὸ τοῦ συναγωγίου τῶν Σαρακηνῶν· τὸ δὲ ἐστὶ κατὰ τὸ πρὸς θάλασσαν ἐπικλινὲς βόρειον μέρος τῆς πόλεως καὶ τῷ τειχίνῃ ἐγγίζον, ὃ ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Εἰρήνης ἵδρυται. Ex his porro patet Meskitæ Saracenicæ in Urbe conditorem Isaacium Angelum perperam Latinos scriptores agnoscere, cum longe ante Isaacium extiterit. Quippe ab eo Saladini rogatu, quocum fœdus inierat, conditum diserte tradit Innocentius III. PP. libr. XIII. epist. CLXXXIV. *Quinetiam Isakius Imperator ob gratiam Saladini fieri fecit in urbe Constantinopolitana Meskitam*. Et scriptor Historiæ Hierosolymitanæ, in Gestis Dei per Francos pag. 1159. *Dignum sane quod urbs illa solo tenus eversa procumberet: nam, si famæ creditur, novis polluebatur Mahumeriis, quas perfidus Imperator* (Isaacius) *indulserat fieri, ut fœdus quod Turcorum conjuratus inierat, obligativus confirmaret*. Denique Matthæus Paris, & Radulfus de Diceto an. MCLXXXVIII. *Insuper etiam & idem Saladinus misit idolum suum Constantinopolim Imperatoris assensu, ut ibi publice coleretur: sed per gratiam Dei captum est in mari a Januensibus*. Matthæus Westmonasteriensis ann. MCLXXXIX. *Insuper idem Saladinus misit Constantinopolim quosdam ritus suæ legis ibi observandos*. Cur vero Μιτάτον Saracenicam Meskitam vulgo vocatam dicat Nicetas, non plane video. Scio μιτάτον apud S. Athanasium de imagine Berytensi, & in VI. Synodo act. XI. pro quavis æde, ut *Metatum* apud Latinos, usurpari. Sumitur etiam interdum μιτάτον pro loco castrorum, ita ut quod Prætorium veteres, Byzantini *Metatum* appellaverint. Vide Bulialdum ad Ducæ cap. III. pag. 227.

XVI.

VARII URBIS TRACTUS.

DOMUS insignes Senatorum, seu *Procerum*, uti appellantur in L. XIII. Cod. Th. de Prætorib. a quibus plerique Urbis tractus appellationem sumpsere, complures recensentur a scriptoribus. Narrant quippe ii Constantin. M. evocatis, vel adductis Roma Senatoribus, vel qui eum comitati Byzantium ultro venerant, ære suo exstructas concessisse. Zozimus lib. II. p. 687. κατασκευάσαι δὲ οἰκίας τισὶ τῶν ἐξ τῆς γερουσίας ἀκολουθήκασιν αὐτῷ, *quibusdam eum secutis Senatoribus ædes exstruxit*. Hesychius Milesius: Καὶ τοῖς ἀκολουθήσασιν αὐτῷ ἀπὸ

Edit. Paris. pag. 165.

ἀπὸ τῆς μεγάλης Ῥώμης συγκλητικοῖς ἐφιλοτιμήσατο οἴκους, οὓς αὐτὸς κατεσκεύασεν ἐκ χρημάτων ἰδίων· *Quin & Senatoribus qui ipsum Rom a secuti erant, ædes propria pecunia ædificatas donavit.* Sozomenus lib. II. cap. III. Ἐπὶ δὲ τοὺς αὐτόχθονας οὐκ ἰκανοὺς ἐνόμισε πολίτας τῷ μεγέθει τῆς πόλεως, μεγίστας οἰκίας κατὰ τὰς ἀγορὰς προελόμενος οἰκοδομήσας, ἄνδρας ἐν λόγῳ σὺν τοῖς οἰκείοις δεσπότας ποιήσας, ἐν ταύταις κατῴκισε, τοὺς μὲν ἐκ τῆς ἀρχαιοτέρας Ῥώμης, τοὺς δὲ ἔξ ἑτέρων ἐθνῶν μετακαλεσάμενος· *Cum vero cives indigenas urbis magnitudini satis idoneos haud judicaret, amplissimas ædes per compita diversis in locis ædificavit, & in iis viros celebres cum eorum familiis collocavit, quorum partem ex Antiqua Roma, partem autem aliam ex aliis nationibus accersivit.* Sozomeno consona habet Nicephorus Callist. lib. VII. cap. XLVIII. & Anonymus de Gestis Constantini: *Deinde quæsitis eiundique civibus, divitias multas largitur est, ut prope in ea omnes thesauros & regias facultates exhauriret.* Theophanes ann. XX. Constantini de Nova Urbe: Ἣν φιλοτίμως δημάρενος οἴκοις περιφανέσι, τοὺς ἀπὸ Ῥώμης ἀξιολόγους μετῴκισε, καὶ ἐξ ἄλλων τόπων καὶ γένος ἐπιλεξάμενος, ἐξ οἴκου μεγάλου αὐτοῖς χαρισαμένος, οἰκῆσαι τὴν πόλιν πεποίηκε· *Urbe igitur præclaris ædificiis exstructa viros dignitate præcipuos ab urbe Roma aliisque locis selectos illuc transtulit & præclaris ædibus assignatis, urbem præcepit incolere.* Cedrenus anno XVIII. ejusdem Constantini: Ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ Εὐφράτᾳ πρὸς ναοῦ κτίσεως πρεσάξαι, αὐτὸς καὶ περὶ ἐποικήσεως προσέθηκε· καὶ τοὺς δακτυλίους ἑκάστου τῶν πρώτων ἀρχόντων ἀναλαβόμενος οἴκους δημάρενος περιφανεῖς, τὰς γυναῖκας αὐτῶν μετὰ τῶν παίδων ἐκ πάντων τῶν ἐπ' αὐτοῖς εἰς τὸ βασιλίδα εἰσήγαγεν· *Imperator templi structuræ Euphratæ demandato negotio, ipse etiam de frequentanda hominibus urbe curam gessit. Nam domibus magnificis exstructis annulos primarii cujusque viri recepit, eorumque uxores, liberos, ac totas familias in regiam urbem traduxit.* Ado Viennensis in Chronico de Constantino: *Idem Urbem nominis sui statuens in Thracia, sedem Romani imperii, & caput totius Orientis ipse voluit. Caput vero totius imperii ante Romam beatis Apostolis Petro & Paulo sub testamento tradidit; nobiliores Romanorum, Consulares queque viros, ac pene totum Senatorum ordinem cum uxoribus & liberis, in secundam vel Novam Romam Constantinopolim translatum habitare constituens.* Rem etiam pluribus prosequuntur Michael Glycas, & Codinus pagg. 10. 11. E. R. qui duodecim numero Romanos Senatores Byzantium cum familiis migrasse tradunt, iisque a Constantino in variis urbis regionibus assignatas domos, a quarum dominis tractuum eorundem plerique nomenclaturam postmodum accepere. Hi vero secundum Glycam fuere Olybrius, Verus, Urbicius, Zoticus, Eugenius, Eubulus, Studius, Florentius, Callistratus, Maurianus, Severus, & Isidorus, quorum quatuor priores Magistri, cæteri Patricii erant. Alii alia comminiscuntur nomina: ii enim in Synaxariis ad XXXI. Decembr. in S. Zotico ita recensentur, Armatus Magistrianus, Paulinus illius consobrinus, Olympius, Verus, Severus, Marianus, Anthymus, Urbicius, Isidorus, Callistratus, Florentius, Eubulus, Sanson, Studius, & Zoticus, ὧν καὶ ἐπωνυμίαι ἐν ταῖς διαφόροις οἴκοις μέχρι τῆς σήμερον ἐπικέκληνται, *quorum etiamnum nomina servant plerique sacræ ædes.* Horum denique procerum, seu Senatorum nomina aliter etiam describit Codinus: nam his accenset Philoxenum, Probum, Dominum, seu potius Domninum, Agricolaum, Darium, Marinum, Rhodanum, Salustium, & Modestum, quos omisit Glycas, præter Eubulum & Urbicium. Quinetiam Nicephorus Bryennius in Proœmio Hist. num. IX. Ducam quendam Constantini Magni affinem una cum illo Roma Byzantium venisse fingit. Ita sibi gratis indulgent Græculi isti scriptores, cum plerosque ex iis Senatoribus, a quibus tractus Urbis appellationem sumpsere, sub subsequentibus Augustis, vixisse constet ex Codice præsertim Theodosiano. Verum quocumque modo se res habeat, non modo primi isti Patricii Constantiniani magnificas in Urbe habuere ædes, sed & qui sub aliis vixerunt Imperatoribus sibi exstruxere, a quibus perinde suam sumpserunt Urbis regiones ac tractus nomenclaturam. Nam ad Urbem adornandam non Imperatores dumtaxat, sed & potentiores & magnates, ipsorum Augustorum exemplo, excitatis tum privatis, tum publicis ædificiis, ejus splendori certatim studuere. Themistius Orat. VI. in Theodosium pag. 62. Καὶ δὴ οὐ τὰ μὲν τὰ κοινὰ ἐπιδίδωσι, τάχα δὲ ἀπολεῖται, ἀλλ' αὔξεται ὥσπερ ζῶον ἅμα ἡ πόλις, καὶ μιᾶς ὥσπερ ἅπαντας κατεχούσης ὥσπερ ἐπιπνοίας ἐκ τοῦ ζήλου τοῦ βασιλικοῦ καὶ ἄρχοντας καὶ ἰδιώτας, ὃς μὲν φρόδομον ἐγήρα, ὃς δὲ θάλαμον, ὃς δὲ ἀνδρῶνα, ὃς δὲ ἑπτάκλινον, ἢ ἐννεάκλινον οἶκον· τῷ δὲ καλλωπίσματι τύχη καὶ τὰ ἔδαφη λίθῳ Λακαίνῃ καὶ Λιβύσσῃ καὶ Αἰγυπτίᾳ, &c. *Neque vero cum publica promoveantur, privata minuuntur interim atque excidunt, sed tamquam animal quoddam universa simul gliscit atque augetur civitas, & tamquam uno eodemque ex situ Imperatoris, afflatu Magistratus æque atque privatos corripiente, hic vestibulum excitat, ille thalamum, alter andronas, alter septem aut novem capax lectulorum cubiculum, parietes alius, solumque Laconico & Lybico atque Ægyptio marmore consternit,* &c. In eamdem ferme sententiam ita scripsit Manuel Chrysoloras in veteris ac Novæ Romæ Comparatione p. 118. E. R. Εἶτα τὰς ἁπανταχόθεν τέχνας εἰς κάλλωπισμὸν αὐτῆς συνήγαγον, ὧν οἱ πλούσιοι πλεῖστοι, καὶ μεγάλοι μεγάλους, καὶ βασιλεῖς βασιλικοὺς οἰκοδομοῦσι. *Deinde omnes artes ad exornandam eam contulerunt, divites statim sumtuose, Magnates magnifice & Reges regie ædificarunt.* Tantus autem erat ædium in urbe numerus, adeoque sibi erant invicem connexæ ut vix locus sub dio apertus inveniretur. Agathias lib. V. pag. 146. Ed. Reg. Ξυνηρεφὴς γὰρ ἁπανταχοῦ αἱ οἰκοδομίαι τῆς πόλεως, καὶ ξυνηγμέναι ἀλλήλαις, καὶ σπανιώτατα ἰδοις τις ἂν χωρίον ὕπαιθρον καὶ ἀναπεπταμένον, καὶ παντάπασιν ἐλλιπὲς τῇ ἐπιφοιτήσει· *Continuæ enim omni ex parte sibique mutuo connexa sunt ædificia, egregque ujpiam locum aliquem subdium & apertum, & contigui ædificii expertem conspiciat.* pag. 166. Atque licet hodie ex antiquis illis Christianorum principum ædibus, quibus olim Urbs superbiebat, paucæ admodum supersint, Turcique exteriori cultui parum consulant, plateæ etiamnum adeo sunt angustæ, *ut ædes alicubi utrinque se fere contingere videamur*, uti testatur Thomas Smithus in Notitia Constantinopoleos pag. 80. Immensum in Urbe ædium numerum & elegantiam attigit præ cæteris Adamnanus lib. III. de Locis sanctis cap. I. *Domus intra civitatis mœnia habet numerosas, ex quibus plurimæ miræ magnitudinis, lapideæ, instar Romæ habitaculorum consurgunt.* Et Guntherus in Historia Constantinopolit. cap. XV. *Structuram autem ædificiorum in corpore civitatis, in Ecclesiis videlicet & turribus, & domibus Magnatorum, vix ullus vel describere potest, vel credere describenti, nisi qui ea oculata fide cognoverit.* Existimat Gyllius lib. IV. cap. ult. cum auctor veteris Urbis Descriptionis quatuordecim Regiones non continuisse ait nisi quatuor mille & trecentas octoginta octo domos, id intelligendum de ædibus civium principum majoribus; ut Sextum Rufum & P. Victorem, tradentes XIV. regiones Romæ continuisse circiter MDCCLX. interpretari necesse esse illustres & capaces, cum utraque Roma, vetus & Nova, maxima esset, & frequentissime habitaretur. Nec mirum si tot ædibus ubique Urbs coruscabat, cum ut civium frequentia floreret, iis qui & domos haberent, & qui novas ædificarent, privilegia

indulserit Constantinus, ut scilicet iis annonæ civicæ, seu panes de publico darentur, qui inde *ædium panes* dicti, uti suo loco observamus, ubi de Gradibus. Quibus quidem allecti privilegiis undique in Urbem quique confluebant, ædesque sibi exstruebant. Atque hanc civium frequentiam ita prædicat Sidonius carm. 11.

Porrigis ingentem spatiosis mœnibus Urbem,
Quam tamen angustam populus facit, &c.

Quod suis reddidit verbis Willelmus Malmesburiensis lib. IV. Hist. Angl. pag. 137. ex Sidonio mutuatus. Quo certe spectat quod de Athanarico Gothorum rege narrat Rodericus Toletanus lib. II. Rer. Hispan. cap. III. Is enim a Theodosio Magno Imperatore ut Constantinopolim accederet invitatus, *cum eo Urbem est ingressus, miransque Urbis situm, stationemque navium, populisque diversarum gentium, quasi uno fonte e diversis mundi partibus scaturire, En, inquit, cerne quod incredulus audiebam.* Ut porro Constantinopolis in ipsis sui primordiis incolarum frequentia ac multitudine floruerit, multis prædicat Eunapius Sardianus; qui Juliano imperante vixit, in Ædesio pag. 39. Ἡ μὲν γὰρ Κωνσταντινούπολις, τὸ ἀρχαῖον Βυζάντιον καὶ μὲν τὰς παλαιὰς χώρας Ἀθηναίοις παρεῖχε τὴν σιτοτομείαν, καὶ πλεονάζον ἦν τὸ ἐκεῖθεν ἀγώγιμον· ἐν δὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς, οὐδὲ τὸ ἀπ' Αἰγύπτου πλῆθος τῶν ὁλκάδων, οὐδέ τι ἐξ Ἀσίας ἁπάσης, Συρίας τε ἔτι Φοινίκης καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν συμφερόμενον πλῆθος σίτου, καὶ ἀπαγωγὴν φόρου ἐμπλῆσαι καὶ χορέσαι τὸν μεθύοντα δῆμον, ὃν Κωνσταντῖνος τὰς ἄλλας χορηίσας (leg. χορώσας) πόλεις ἀνδρώπων, εἰς τὸ Βυζάντιον μετέστησε, ἐξ (ὧρας) τῶν ἐν τοῖς θεάτροις κρότων, παραβλυζόντων χραιπάλης ἀνδρώπων ἑαυτῷ συνεπίσατο, σφαλομένων (ἀνδρώπων) ἀγαπήσας ἐγκώμια, καὶ μηδεμιᾶ ὀνόματος τῆς πόλεως ὑπὸ συνηθείας φθεγγομένων τέρμα. *Constantinopolis vetusto nomine Byzantium, antiquitus suppeditabat Athenienses annonam, fidemque omnem excedebat frumenti inde advecti vis: at nostro seculo neque onerariæ naves, quas Ægyptus mittit, totaque Asia cum Syria & Phœnice, neque frumentariæ copiæ ex aliis provinciis vectigalibus comportatæ, explere valent aut satiare circumfluentem & copiosam populi multitudinem, quam Constantinus viduatis urbibus Byzantium transtulit, ac circum se habere voluit, ad captandos in theatro a temulentis & crapulam rejectantibus plausus: ambiens scilicet a titubante populo laudari, nominarique ab his qui vix illius nomen nisi ex usu efferre poterant.* Ita denique Socrates lib. IV. cap. XV. Κωνσταντινούπολις καὶ ἄπειρα τρίφουσα πλήθη, &c.

I. ACROPOLITÆ domus. Vide infra, *Iberitzæ*.

II. ALONITZIUM, sic dictus locus in Foro Tauri. Origines CP. MSS. ὅτι ἐν τῷ Ταύρῳ εἵλκυσε τὸ μεγάλου Θεοδοσίου ἵσταται. ἦν δὲ φοίνιξ ἀρτὸς, ἔνθα τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἥκοντας ἐδέχετο ἑκεῖσε· ὑπῆρχε δὲ φοίνιξ Παλάτιον καὶ ξενοδοχεῖον Ῥωμαίων, εἰς τὸ κολούμενον δυκόστι Ἀλωνίτζιον. *Statua quæ in Tauro stat, est Magni Theodosii. Locus vero antea erat, ubi exterarum gentium Legatos excipiebat. Prius autem erat Palatium & Xenodochium Romanorum, versus scilicet Alonitzium*, seu Areolam.

III. ANEMODULIUM, Ἀνεμοδούλιον, æneum quiddam fuit quadrilaterum, in sublime elatum, cui insistebant duodecim Ventorum statuæ, ut habet Codinus pag. 54. E. R. qui erectum ab Heliodoro Astronomo, quem Ἡνιοβῆ vocant Origines CP. MSS. Leone Isauro imperante, tradit, præterea machinam istam æream Dyrrachio a muliere quæ illam in dotem acceperat, allatam. Eædem Origines CP. Τὸ δὲ Ἀνεμοδούλιον ἐποιήθη παρὰ Ἡλιοδώρου Ἀστρολόγου, ἐπὶ τοῦ χρόνου λέοντος τοῦ Συρογενοῦς, ὃς καὶ ἐποίησε τοὺς ιβ' ἀνέμους· τὰ δὲ τέσσαρα χαλκουργεύματα τὰ μεγάλα ἤχθησαν ἀπὸ τοῦ κάστρου τοῦ Δυρραχίου· ἦν δὲ αὐτὰ γυνὴ χήρα εἰς φερνὴν αὐτῇ ἀπό τινος· μετὰ τοῦτο δὲ ἐποιήθησαν καὶ ἄστρονομίαι ἐπάνω τούτου. At quam Leoni Isauro eæ Origines. & Codinus, vel certe illius ætati, Cedrenus, a quo graphice describitur, Theodosio M. adscribit, pag. 323. Τὸ τετράσκελες τέχνασμα, ὃ δὴ λέγουσιν ἀνέμων, ἤγειρεν ὁ μέγας Θεοδόσιος, πυραμίδος σχῆμα ζωγραφῶν, καὶ ζώοις πλαστοῖς κεκοσμημένον, βλαστοῖς τε καὶ καρποῖς καὶ ῥοίσκοις· γυμνοὶ τε ἔρωτες ἑστῶτες φοιτῶντες, ἀλλήλοις ἡμέρως, καὶ τοῖς κάτω περῶσιν ἐμπαίζοντες· ἄλλοι δὲ ἐποχλάζοντες ἐμπάλιν νέοι, σάλπιγξι χαλκαῖς ἐμφυσῶντες ἀνέμους· χαλκῶν δὲ βρίτας ὕψοθεν πετομένων, πνοὰς λιγυρὰς δεικνύει τῶν ἀνέμων. *Quatuor pedibus suffultum opus, quod Contentionem ventorum vocant, Theodosius Magnus erexit, pyramidis formam depingens, & fictilibus exornans germinibus, fructibus, atque malis Punicis. Stant & nudi amores invicem sibi blande arridentes, & infra transeuntibus illudentes. Rursum alii adolescentes subsidentes æreis tubis ventos inflant, & imago ærea in sublimi volans, acutos flatus ventorum denotat.* Atque Anemodulii descriptioni mire conveniunt quæ habet Nicetas in Andronico lib. II. cap. VII. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ κίονος τὸ χαλκοῦν μετέωρον τετράπλευρον, ἐν ᾧ γυμνοὶ παιδιῶν μηλοβολοῦσιν ἀλλήλοις οἱ ἔρωτες, ὃ Ἀνεμοδούλιον κέκληται, ἑαυτὸν ἀνατείνειν ἐμηχάνατο χαλκῆν. *Habuit etiam in animo (Andronicus) æream suam statuam super columna in sublimi æneo Tetrapleuro, ubi nudi Cupidines pomis se invicem petunt, quod Anemodulium vocant, erigere.* Quo loco Codex Græco-Barbarus habet: ἔνθα πόρναι γυναῖκες ᾤκουν τὴν κατοίκησιν, *ubi meretrices habitabant*, ita ut inde colligere liceat juxta Anemodulium stetisse lupanaria publica, cujusmodi erant Romæ: ad XL. enim recenset P. Victor. Nam & in Zeugmate supra Collem a Constantino M. excitatum scribit Codinus, quod postmodum in Nosocomium mutatum est: in quo quidem lupanari, aut sane proxime illud, extitit insignis Veneris statua, quam prætergressa non signati floris mulier pudendum cogebatur ostendere, de qua etiam Gyllius lib. IV. cap. I. Notum præterea apud Aristophanem & alios vocabulum μηλοβολεῖν, *ad amorem pellicere* sonare. Extant bina Epigrammata in Anthologia lib. IV. Secundi & Philippi Poetarum, ἐς ἀγάλματα ἐρώτων, invicem perinde colludentium, quæ in Urbe Constantinopolitana stetere; sed an in Anemodulio, non ausim affirmare: alterum, quod est Secundi, placet hic describere.

Σκυλοχαρεῖς ἴδ' ἔρωτας, ἰδ' ὡς βεβαρᾶσιν ἐπ' ὤμοις
Ὅπλα φέρουσι θεῶν νηπί' ἀγαλλόμενα.
Τύμπανα καὶ θύρσον Βρομίου, Διὸς ἄλκιμον ἔγχος,
Ἀστιδ' Ἐνυαλίου, καὶ κόρυν Ἀτρομόην,
Φοίβου δ' Ἑκάτου φαρέτρην, ἁλίου δὲ τρίαιναν,
Καὶ διεραῶν χειρῶν Ἡρακλείης ῥόπαλον·
Τί πλέον ἀνθρώποισιν, ἔρως ὅτε καὶ θεὸν ἦλθε,
Τεύχεα δὲ ἀθανάτων Κύπρις ἐνεῖσατο;

Hoc est, interprete Joanne Sleidano:

Aspice ut exuviis divum lætentur Amores,
Utque ferant humeris rapta trophæa suis.
Tympana cum thyrso Bacchi, tum fulmina summi, ac
Splendentem galeam, scutaque Martis habent.
Instructam Phœbi pharetram, Neptuniaque arma, &
Herculeæ clavæ robora magna gerunt.
Quid faciant homines, quandoque Cupidine victis
Tam facili divis, abstulit arma Venus?

Jam vero Lupanaria publica extitisse in Nova, ut in vetere Roma, testantur aliquatenus quæ de Chrysargyro tradunt Evagrius, Theophanes, Cedrenus, Manasses, Glycas, & alii in Anastasio: cujus quidem auctorem Constantinum Magnum facit Zozimus lib. II. a cujus scriptoris calumnia vindicatur ab eodem Evagrio lib. III. cap. XXXIX. XL. XLII. Cui suffragatur pluribus Baronius an. CCCXXX. n. XXXV. & seqq. Ab hoc porro tributo ne meretrices quidem fuisse immunes tradit idem Zozimus; οὐδὲ δυστυχεῖς ἑταίρας ἔξω ταύτης ἐάσας τῆς φθορᾶς, Quibus subdit eo exactorum & publicanorum processisse poterviam in hoc tributo exigendo, ut matres ultro liberos distraherent, & patres

filias proſtituerent, ex harum quæſtu Chryſargyri exactoribus pecuniam offerre coacti. Atque in depravatos iſtos Byzantiarum mulierum mores Juſtiniano imperante, acrius invehitur Procopius in Hiſtoria Arcana. Nec ſcio an fidem hac in re mereatur Guibertus lib. I. Hiſt. Hieroſol. cap. II, qui dum Græcorum carpit ingenia & mores, in hæc verba prorumpit: *His denique omnibus præponendum videtur, quod imperiali apud eoſdem conſtat generaliter lege ſanctitum, quod de omnium ſcilicet filiabus, conceſſa paſſim quaſi pro juſto licentia, aſſumi debeant ſubituræ proſtibulum. Verbi gratia, ecce quis habet tres aut quatuor filias, una earum ad lupanar exponitur, & de eo ipſo tam putenti lucro, quod infelicium illarum eſt paſſione quæſitum, pars neſcio quota miſeri Imperatoris defertur ad fiſcum, pars in ſumptum ejus quæ turpiter id meruit retinetur.* Quam quidem legem Alexio Comneno videtur adſcribere cap. IV: *Quia edicto celebri de pluribus univerſorum filiabus, unam per omne imperium ſuum proſtitui juberet, & fiſco proprio lucrum fœdiſſimæ paſſionis inferret. Nec minus illud, quod de pluribus filiis unum eunuchizari, data præcepti auctoritate mandaverit, & corpora marium ademptis viribus enervia ac effœminata reddiderit*, &c. Edit. Pariſ. pag. 168. Nolim igitur hac in re omnino Guiberti, qui ut plurimum in exagitandis Græcis Byzantinis quos deſpicit, nimius eſt, fidem præſtari.

IV. ANTHEMII, Domus & Tractus, τὰ Ἀνθεμίου. Vide Templum S. Thomæ Anthemii appellatum.

V. PALATIUM ANTIOCHI, ſeu ædes, unde tractus τὰ Ἀντιόχου dictus, ab Antiocho Patricio & Præpoſito Perſa & Eunucho nomen ſumpſit, qui ibi habitavit, & Bajulus, ſeu Præceptor fuit Theodoſii Junioris, ſub quo plures geſſit magiſtratus, ut eſt apud Codinum pag. 48. E. R. Fuit autem ille Antiochus Eunuchus, qui ab Iſdigerda Perſarum Rege Theodoſii Junioris filii tutore Arcadii patris teſtamento relicto, Conſtantinopolim tutelæ principis gratia miſſus, poſtmodum Præfectus Prætorio, & Conſul fuit cum Baſſo an. Chriſti CCCCXXXI. Illius mentio eſt non ſemel in Cod. Th. in Nov. I. Theodoſii, apud Marcellinum Comitem, Svidam v. Ἀντίοχος, Theodoretum Epiſt. XCV. &c. At ſecus ſcribit Theophylactus Simocatta lib. III. cap. III. ubi de quodam Ariſtobulo: Ἦν δ' ἄρα οὗτος τῆς βασιλικῆς οἰκίας ἀροιτρὸς, τὰ Βασιλέως τ' Ἀντιόχου ἀρσαγορδούμενης · *Erat autem iſte Præfectus regiæ domus, quæ a Rege Antiocho nomen habet.* Hic *Curator Palatii Antiochi* innuitur; ſed cur hanc domum Regi neſcio cui Antiocho adſcribat, non plane percipio. Proxima fuit hæc ædes Hippodromo: ſiquidem narrat Chronicon Alexandrinum Juſtinianeos milites in Hippodromum per varios aditus irrupiſſe, atque adeo per tractum ædis Antiochi: ἕτεροι δὲ διὰ τ' Ἀντιόχου, καὶ τῆς λεγομένης Νικρᾶς πόρτας. Vicinam etiam fuiſſe ædi Sophianæ innuit Euſtathius in Vita Euthymii Patriarchæ Conſtantinopol. n. XXXVII. & LXXV. ubi etiam meminit Ætherii Curatoris τοῦ Ἀντιόχου, quem Evagrius lib. V. cap. III. ait præfuiſſe τῇ βασιλικῇ οἰκίᾳ ſub Juſtiniano. Meminit præterea idem Chronicon Alexandrinum Leontii Curatoris τῶν Ἀντιόχου, in Phoca, ut & Georgii eadem dignitate donati Theophanes anno XXXIV. Juſtiniani Magni. Unde cenſuerim deſtinatam fuiſſe hanc ædem ærario alicui publico, cujuſmodi fuere quibus κυράτωρες adſcribuntur. Huic Palatio contiguum fuit Sanctimonialium Monaſterium, quod τὰ Ἀντιόχου appellat Anonymus Combefiſianus, in Romano Imp. filio Porphyrogeniti n. III.

VI. ARGYROPRATIA, ſeu ἀργυροπρατεῖα, memorat Theophanes, aitque in ſeditione Victoriatorum anno V. Juſtiniani conflagraſſe: ἀπὸ τῆς καμάρας φόρου, ἕως τῆς Χαλκῆς, τότε ἀργυροπρατεῖα, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα πυρὶ ἀνηλώθησαν. *Vicum argentariorum* licet appellare, quomodo S. Auguſtinus lib. VII. de Civit. Dei cap. IV. & Alypius Antiochenus, ſeu auctor Deſcript. Mundi cap. LIII.

VII. ARMATI tractus, τὰ Ἁρματίου, domus fuit Armati magiſtri, qui vixit Zenone imperante. Origines CP. ineditæ, ſed videtur legendum

VIII. ARMATII, vel Harmatii, tractus, τὰ Ἁρματίου dictus, ab Armatio magiſtro militiæ præſenti, qui Zenone imperante Baſiliſci tyranni, cujus ἀνέψιος erat, exercitum prodidit, de quo Chronicon Alexandrinum pag. 755. E. R. & cæteri ſcriptores Byzantini. Ita Codinus pag. 47. E. R. qui alio loco ait, pag. ſcilicet II. τὰ Ἁρματίου exſtructa a Conſtantino M. quod τὰ ἅρματα αὐτοῦ, ἐν τῷ χόρτῳ ἴδιος ἀπέθετο, ὅτι ὑπὸ τάξιν τοῦ Βυζαντίου. Sic ſibi non conſtant Græculi ſcriptores infimi ævi. Illius ſtatuam ſtetiſſe in Smyrnio ſcribit pag. 32.

IX. ASPARIS domus extitit ubi exſtructa quæ de illius nomine Ciſterna Aſparis dicta eſt. Addunt Origines CP. ineditæ parte II ὁ δὲ οἶκος τοῦ Ἀσπάρου ἦν ὅπερ ἦχε ὁ Βασίλειος ὁ παρακοιμώμενος. Vide quæ de Ciſterna Aſparis diximus.

X. BARBARI DOMUS, cujus Porphyrogenitus meminit lib. de Adminiſtr. Imp. cap. XLIII.

XI. BASILIDIS domus, οἶκος ἦν Βασιλίδου Πατρικίου Κοιαίστορος τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, ut eſt in Originibus CP. ineditis.

XII. BLANCA, dicta Domus Andronici Comneni Tyranni, priuſquam imperaret. Nicetas in Manuele lib. IV. n. II. Καὶ παρὰ δόξαν Ἀνδρόνικος εἰς τὸν οἰκεῖον οἶκον παρελθών, ἐς τοῦ Βλάγα ἐπεκέκληται · *Et præter ſpem ædes ſuas ingreſſus, quibus Blancæ nomen eſt.* Βλάγκα dicitur Ducæ cap. XXXIX. Κοντοσκαλίου φὼς τὸν Βλάγκα meminit Pachymeres lib. V. cap. X. Unde patet ſtetiſſe hanc domum ad littus Propontidis, ubi extitit Κοντοσκάλιον, de quo ſuo loco, ubi Hortos *Blanchæ* appellatos ſua etiamnum ætate ſtetiſſe teſtatur Gyllius lib. III. cap. VIII.

XIII. BORRÆDII TRACTUS. Vide ædem S. Thomæ.

XIV. CAMILAUCIUM, locus cujus meminit Codinus pag. 62. E. R. ſic forte vocatus a ſtatua Imperatoris Camelaucio caput tecti. De Camelaucio autem diximus ad Joinvillam, & in Gloſſario ad ſcriptores mediæ Latinitatis.

XV. CANATISÆ domus a Dario uno e XII. Senatoribus qui Roma Byzantium cum Conſtantino M. venerunt, ædificata. Codinus pag. II. E. R. ὁ Δάριος ἔκτισε τῆς Κανατίσης τοῦ Σκληροῦ.

XVI. CARPIANI tractus, τὰ Καρπιανοῦ, ἀνήγειρε Καρπιανὸς πατρίκιος ἐν τοῖς χρόνοις Κωνσταντίνου υἱοῦ Ἡρακλείου τοῦ Πωγωνάτου. Origines CP. ineditæ. Vide infra in Dexiocratis tractu.

XVII CÆSARII tractus, ſeu τῆς Καισαρίου, meminit Theophanes pag. 199. E R. & ex eo Cedr. in Juſtin. pag. 387. E. R. γέγονεν ἐμφορυσμὸς ἑσπέρας βαθείας ἐν τοῖς Καισαρίου ἕως τῆς Ὀμφακιρᾶς, *factum eſt incendium profundo veſpere in tractu Cæſarii uſque ad Omphaceram*, Chronicon Alexandrin. in Phoca p. 874. E.R. haud procul a Portu Juliani extitiſſe videtur indicare: Τότε ὧδε ὢν ἐν τῇ πόλει, μετὰ τὸ βαλεῖν αὐτὸν πῦρ πλησίον τῆς Καισαρίου, καὶ ἀπορῆσαι, ἔφυγε, καὶ ἐλθὼν μετὰ καράβου εἰς τὸν Ἰουλιανοῦ λιμένα, καὶ τὰ λεγόμενα Μαύρου τινωθείς, ἐρρίψατο ἑαυτὸν εἰς θάλασσαν · *Cum ea tempeſtate eſſet Conſtantinopoli in Cæſarii compitum igne injecto, deſcivit, & fugit, navique vectus venit in Portum Juliani, ad locum qui Mauri dicitur, & redactus ad anguſtias ſeipſum præcipitem dedit in mare.* Sed & *Portus* vicinus huic tractui *Cæſarii* dicitur in quinta Synodo Conſtantinopol. actione II. ſub finem, & apud Theophanem anno IV. Conſtantini Pogonati, ubi ait Imperatorem accepto Saracenorum conſilio, qui Conſtantinopolim obſidere decreverant, igne Græco oppletas naves juſſiſſe φορυσθῆναι ἐν τῷ Προκλιανισίῳ τῆς Καισαρίου λιμένι. Ubi alii Codd. pag. 169.

habent Προκλιανισίῳ, alii Προκλιανησίῳ. Quæ quidem vox mihi prorsus incomperta. Ædi autem Cæsarii, Palatii nomen tribuere videtur Theophanes pag. 200. edit. Reg. cum τὸν κυράτορα τῆς Καισαρείας recenseat, quam dignitatem ærariorum Præfectis vulgo tribuunt scriptores Byzantini. At quis iste Cæsarius, non liquet, cum varii apud scriptores hoc nomine occurrant. Cæsarius scilicet Gregorii Nazianzeni frater, qui Comes Rerum Privatarum & Præfectus Urbi Constantinop. fuit Valentiniano imperante; Cæsarius Magister officiorum, Præfectus Prætorio, & Consul sub Theodosio Magno & Arcadio; ille forte cujus meminit Sozomenus lib. IX, cap. 11, denique Cæsarius, qui Leone Magno imperante vixit, de quo Theophanes pag. 95. E. R.

XVIII. CANICLEI tractus, τὰ Καινικλεῖα dictus, domus fuit Theoctisti Magistri & Præfecti Caniclei, seu Λογοθέτου τοῦ δρόμου, qui in Hippodromo jussu Bardæ Cæsaris patrui Michaelis Imp. Theophili filii, cujus fuerat magister ac præceptor, interfectus fuit. Rem narrant Leo Grammaticus, Scylitzes, Zonaras & alii. Origines CP. ineditæ: Τὰ Καινικλεῖα οἶκος ἦν Θεοκτίστου Μαγίστρου καὶ ἐπὶ τοῦ Καινικλείου ἐφονεύθη παρὰ Βαρδᾶ Καισαρος θείου αὐτοῦ. In eo tractu exstructum Monasterium, quod pariter τὰ Καινικλεῖα vocabant, nisi domus ipsa Caniclei in Monasterium mutatum fuerit, in quo scilicet Sophia Christophori Imp. filii Lacapeni uxor tonsis crinibus monacham egit, & in quod postea sorores suas relegavit Romanus Imperator Porphyrogeniti filius, ut est apud Anonymum Combefisii in eodem Romano n. 111.

XIV. CARBONARIA, τὰ Καρβωναρεῖα, exstruxit Hilarion Patricius Leone Macela imperante, ut habet Codinus. Ad Carbonaria stetisse ædem S. Theodori ab eodem Hilarione extructam idem scribit p. 45. E. R. *Carbonarias* ad urbium mœnia statuunt passim scriptores, Falco Beneventanus pag. 334. Charta Comitissæ Mathildis anno MLXXIX. apud Franciscum Mariam pag. 105. Chronicon Casauriense in Dominico Abbate, Pactum inter Clementem III. Papam, & Senatum Romanum anno MCLXXXVIII. apud Baronium, &c. Sed an *Carbonariæ* istæ fuerint ἀνθρακοδήκαι, uti definiuntur in Glossario Græc. Lat. & vulgo hæc vox sumitur apud Latinos, non omnino planum: qua de re agimus in Glossario ad scriptores mediæ & infimæ Latinitatis.

XX. CARPIANA. Theophanes in Mauricio pag. 238. Τοῦ δὲ Βασιλέως ἀνυποδύτου λιταδίοντος μετὰ πάσης τῆς πόλεως, παριρχομένου ἐν τοῖς Καρπιανοῖς, σασιάζουσιν ἐκ τοῦ πλήθους τινές, *Imperatore cum universa urbe nudis pedibus procedente, cum per Carpiana transiret, quidam e plebe seditionem excitarunt*. Fiebat autem hæc processio ad Blachernarum ædem, a qua locus iste haud procul abfuisse ibi indicatur.

XXI. CATABATÆ locus, in quo demersum & projectum Alexii Manuelis F. caput, Andronici Tyranni jussu, memorat Nicetas in eod. Alexio n. XVIII. extremo: ἡ μὲν (κεφαλὴ) ἐν παραβύστῳ κεῖται τὴν λεγομένην Καταβάτλω δηλαδὴ τόπου, *caput clam in Catabaten (loci nomen id est) abjicitur*.

XXII. CHALCOPRATIA, locus dictus ab ærarii officinis, quas Judæi tenebant ab ipso Constantini M. ævo, si Codinum audimus, haud procul a Basilica & Bibliotheca, atque adeo æde Sophiana, quod ex situ ædis Deiparæ, *Chalcopratiorum* appellata colligitur. Leunclavius in Pand. Turc. cap. CCXLVIII. ait etiamnum esse in urbe *vicum fabrorum ex ære vasorum quævis elaborantium*, qui quidem vicus, addit ille, *in historiis Græcorum recentioribus Cedreni & aliorum celeberrimus nominatur* Χαλκοπρατία, *nimirum a distractione vasorum ex ære factorum*. At Cujacius ad L. un. Cod. de Collegiatis & Chartopratis lib. 11. contendit locum hunc perperam *Chalcopratia* a scriptoribus appellari, cum *Chartopratia* dicere debuissent, ubi scilicet erant officinæ in quibus chartæ distrahebantur: fuit enim, uti scribit Justinianus Nov. XLIV. in urbe πολλὴ ἡ τῆς χαρτῶν ἀφθονία. De Chartopratiis hodiernis CP. hæc subdit eodem loco Leunclavius: *Ad unum hujus areæ latus incipiunt illorum tabernæ, qui Persicas operis excellentis, & Turcicas ibidem pictas, Græcas, & alias coloris nitel lævigataque chartas vendunt: ideoque hæc* Χαρτοπρατεῖα *dicuntur*. Vide quæ adnotamus ad Alexiadem pag. 293. edit. Reg. & infra, ubi de Chalcopratiana Deiparæ æde agimus.

XXIII. CHRYSOCAMERA, τὸ Χρυσοκάμαρον, pone Myrelæum, ὅπισθεν τοῦ Μυρελαίου statuitur a Cod. p. 54. edit. Reg. ex Origin. CP. ineditis, ubi stetisse ait ζῴδιον Χρυσοῦν, seu statuam auream, a qua locus appellatus fuit: hanc vero sublatam sub tempora Michaelis Theophili filii scribit. Meminit ibidem loci alterius ejusdem appellationis juxta S. Acacii ædem, ubi stetit ædes Moselis, additque ibi asservatam Christi imaginem. Ædes vero S. Acacii, ut & Myrelæum in decima Regione extitere. *Edit. Paris. pag. 170.*

XXIV. CILYA. Victor Tunnensis de seditione agens, quæ propter *Trisagium* hymnum Anastasio Dicoro imperante accidit, & incendio quod tunc non parvam Urbis partem absumpsit; *combusta est civitas ἀπὸ τῆς* Κιλυᾶς *quod vocant, usque ad Constantini Forum supra longitudinem plateæ columnarum* XCIV. Meminit Chronicon Alexandrinum loci τῶν Κιλίκων, quem intra veteris Byzantii fines collocat, proindeque haud procul a Constantini foro: sed an idem sit cum loco de quo Victor, non liquet. Ait porro Byzantium a Byzante conditum, ἔνθα τὸν καλοῦνται αἱ Νίκαι, πλησίον τῶν Κιλίκων.

XXV. CLAUDII tractus, τὰ Κλαυδίου dictus, domus fuit Claudii Patricii & Quæstoris Basilisco imperante, ut ait Codinus pag. 52. E. R. Addunt Origines Constantinop. ineditæ, ὃς ἐκ παλαίστου ᾠκοδόμησε οἶκος, *qui & Palatium hic ædificavit*.

XXVI. COLUMNÆ JUNCTÆ, τὰ ζευκτὰ κιόνια εἰσὶν ὅπου εἶχε τοὺς τιμίους σταυροὺς, καὶ ὁ Ρωμανὸς ὁ Γέρων ᾤκοδόμησεν αὐτόν· *Locus ita appellatus extitit ubi erant venerandæ cruces, has erexit Romanus Lacapenus*. Ita Origines Constantinop. ineditæ, ex quibus Codinus pag. 58. E. R.

XXVII. CONDOBAUDI ædes, a qua τὰ Κωνδοβαύδου dictus tractus ille ubi stetit, unde Condobauditæ dicti quidam hæretici, qui ἕνα Θεὸν εἶναι τῷ ἀριθμῷ, καὶ οὐχὶ τῇ ἀπαραλλάκτῳ ἰσότητι, *unum Deum esse numero, non vero incommutabili æqualitate* esse ajebant, ὅθεν τὸ ἐν τοῖς Κωνδοβαύδου λεγόμενος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔχειν αὐτοὺς συναγωγεῖον, κἀκεῖ συνάγεσθαι, *quod in tractu Condaubaudi dicto in Urbe Constantinopolitana convenitus suos agerent*, ut est apud Timotheum Presbyterum lib. περὶ τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ.

XXVIII. CONTARIA, locus ita appellatus ante instauratam a Constantino M. urbem, ubi Byzantii occidentalium incursionum metu vigilias agebant, sic porro dictus, ὅτι ἦλθεν ὁ Αἵμος ὁ Βασιλεὺς Θρᾴκων ἐπὶ Βύζαντα, ἐκόψαν οἱ Βυζάντιοι ἐκ τῆς ἰκαΐας κοντάρια, ut habet Chronicon Constantinopolitanum. Ibi postea idem Constantinus templum exstruxit Deiparæ, quæ postmodum S. Theclæ nomen sumpsit. V. Codinum pag. 28. 43. E. R. & Anonymum in Collect. Constantinop. pag. 98.

XXIX. CORDOMITI, τοῦ Κορδομίτου, ædes, ædificata a Sallustio uno e XII. Senatoribus quos Roma Byzantium adduxit Constantinus Magnus, ut habet Codinus pag. 11. E. R.

XXX. CRENETISSÆ, ædes ad Acropolim extitere, ubi habitabat Alexius Moseles ex nobili Crenitarum in Armenia gente ortus, cui Mariam filiam Theophilus Imperator uxorem dedit, a qua illius ædes Κρηνιτίσσαι dictæ. Ita Continuator Theophanis lib. III. n. XVIII.

XXXI. DAGISTÆI ædis meminit Continuator Theophanis lib. I. n. III. quam nude Δαγιστέα nuncupat. Vide quæ supra annotavimus lib. I. cap. XVII. n. XIII. ubi de Dagistæi Balneis.

XXXII. DEUTERUM Δεύτερον, locus & tractus urbis ita appellatus, occurit sæpe apud scriptores Byzantinos, qui in eo ædes sacras Sanctæ Annæ, Sancti Georgii, S. Pauli, & SS. Notariorum extitisse narrant, de quibus agimus suis locis. Codinus p. 49. Ed. Reg. hunc tractum ita appellatum vult, quod Justinianus Rhinotmetus recuperato Imperio in Urbem per Aquæductum, ἀφ' τὰ ἀγωγὰ πρὸς τὴν Παλαιὰν καλουμένην πόρτην, *versus Portam quam Antiquam appellabant*, ingressus, ibi columnam statuerit, locumque Δεύτερον nuncupari voluerit propter *secundo* adeptam imperii dignitatem. Ita nugatur de Deuteri appellatione, ut & Joeles in Apsimaro, quam constat longe ante Rhinotmetum obtinuisse, cum illius Procopius meminerit lib. 1. de Ædif. c. III. & eandem S. Annæ ædem in Deuteri tractu statuat. Hunc porro Synaxaria ad XXV. Octob. juxta Melandesiam portam, quæ Aureæ vicina fuit, ut Gyllius lib. IV. c. IV. in duodecima Regione, ubi Porta Aurea stetit, recte ponunt: quod firmat satis Procopius, scribens haud procul a S. Annæ æde in Deutero aliam ædificasse Justinianum Zoæ Martyri, ἀμφὶ τῆς πόλεως ἀγυιὰν ἐσχάτην, *ad ultimam urbis plateam*. Sed & Nicetas in Alexio Angelo lib. III. num. X. Blachernianum Collem, qui in decima Regione fuit, Deutero videtur opponere, scribens exorto Byzantii incendio, ab hoc Colle ad Deuterum usque flammam evolasse: Πάντα γὰρ ὅσα ἐκ τοῦ τῆς Βλαχερνῶν βουνοῦ πρὸς τὴν μονὴν διήκει τῶν Εὐεργέτου κατεβάλοντο, καὶ ὑπερεμιχίδη τὸ καλούμενον Δεύτερον ἡ τοῦ πυρὸς ἐρώμη. *Nam quidquid a Colle Blachernio usque ad Evergetæ Monasterium pertinet, incendio est absumptum, flammæ impetu ultra Deuterum elato.* Scribit Continuator Theophanis lib. IV. num. XXXIV. eo terræ motu qui accidit sub Michaele Theophili filio die Ascensionis Christi, τὰς ἐν τῷ Δευτέρῳ κ τῷ ἁγίαν Ἄνναν στρῶσι ἑστώσας στήλας, *statuas quæ in Deutero ad S. Annam suis firmiter basibus fixa stabant*, dejectas. Porro *Deuterum* dictum fuisse, quod secundo milliari a veteri Byzantio dissitum esset, ut Hebdomum apud Socratem & Idacium, quod septimo, simile est vero, vel potius duobus stadiis, ut Anna Comnena lib. VIII. p. 222. E. Reg. Decimum appellatum ait, quod decem stadiis Constantinopoli remotum fuerit. Memorat Paulus Diaconus in Vita & Passione S. Cypriani loci *Sexti* appellati, in quo passum S. Cyprianum scribit, quem falli constat, cum ait quarto milliario a Carthagine positum, cum ex eo nominatus sit, quod sexto lapide ab ea urbe distaret, ut habet Romanum Martyrologium. Vide ædem S. Timothæi.

Edit. Paris. pag. 171.

XXXIII. DEXIOCRATIS tractus. Origines Constantinopolit. ineditæ: Τὰ δὲ Δεξιοκράτους οἶκος ὧν Δεξιοκράτους Πατρικίου ἐν τοῖς χρόνοις Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, ἐν ᾧ καὶ γηροκομεῖον ἀπήγειρε Μαυρίκιος ὁ Βασιλεὺς σὺν τοῖς ἐμβόλοις. οἶκος δὲ ὧν ἐκεῖ Καρτιανῆ Πατρικίᾳ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐκλήθη ὁ τόπος ἀφοσιωρείαν Καρτιανῆ.

XXXIV. ELEUSIÆ loci meminit Theophanes pag. 191. Edit. Reg. ubi ait anno XXII. Justiniani Magni in seditione Factionum ædificia incendio absumpta, ἀπὸ τ Χαλκοῦ Τετρατύλου ἕως τῆς λεγομένης Ἐλευσίας. Quo loco Codex Barberinus habet Εὐλυσίας, Cedrenus vero ἐκκλησίας, quod magis probem.

XXXV. EUGENII. In Menæis ad XXII. Februarii, celebratur Inventio Reliquiarum SS. Martyrum Andronici & Juniæ ἐν τοῖς Εὐγενίου. Istius etiam tractus meminit Pachymeres lib. VII. cap. XXXI.

XXXVI. EULOGII PERSÆ domus meminit Leo Grammaticus in Michaele p. 469. E. R.

XXXVII. EUSEBII ædem, seu τὰ Εὐσεβίου, exstruxit Eusebius Patricius Justino Juniore imperante, ut vult Codinus p. 54. E. R.

XXXVIII. EXOCIONIUM, τὸ Ἐξωκιόνιον, vel Ἐξακιόνιον, muri Constantiniani pars fuit, non Monasterium, uti perperam viri docti existimarunt, eamque appellationem sortitum est, quod priusquam urbis producerentur muri a Constantino, hoc in loco columna esset cui ejusdem Augusti insistebat statua. Codinus: Τὸ Ἐξωκιόνιον, Χερσαῖον ὂν τεῖχος παρὰ τ μεγάλου Κωνσταντίνου κτισθέν· διήρκεσε δὲ χρόνους λβ'. μέχρι τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ Μικροῦ· ἐξωθεν δὲ ἵστατο κίων στήλῃ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ τοῦτο χάριν λέγεται Ἐξωκιόνιον. *Exocionium, murus erat terrestris a Magno Constantino conditus: perstitit autem annis XXXII. usque ad Theodosii Junioris imperium. Extra vero stabat columna habens statuam Magni Constantini, unde Exocionium appellatur.* Ad Exocionium productos a Constantino muros idem tradit pag. 12. 39. Diruto Constantiniano muro, mansit loco Exocionii appellatio, quem interdum, ut Theophanes pag. 43. 421. Ed. Reg. Codinus, Anonymus in Collectaneis pag. 89. E. R. & alii Ἐξακιόνιον, cæteri rectius, si etymon spectetur, Ἐξωκιόνιον vocant. Narrat Scylitzes pag. 532. Edit. Reg. muros ad Exocionium, (qui scilicet supererant) eo terræ motu, qui Michaele Theophili F. imperante accidit, corruisse: τότε κ τὸ Ἐξωκιόνιον πρὸς γῆν ὑδάφισε τεῖχος. Ea sunt murorum Constantinianorum rudera, quæ ἐπιτειχίσματα κ τὸ Ἐξωκιόνιον vocat Nicetas in Alexio Man. F. num. IX. Continuator Theophanis lib. IV. num. XXXIV. de eodem terræ motu qui accidit καθ' ὃν ἡ τῆ Κυρίᾳ τῆ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνάληψις ἑορτάζεται. Τὸ πρὸς νότον, τὸ τρίτον τῆ Ἐξακιονίᾳ πρὸς γῆν ἐδαφίζοντες, ναοῦς τε διέφθειρε καὶ οἴκους λαμπρούς, &c. *Die Ascensionis Domini, Exacionii tertiam partem solo prostravit, quæ scilicet ad Austrum spectat, elegantiaque habet templa & magnificas ædes.* Ἐξωκιονίου meminit Gregorius in Vita S. Basilii Junioris num. XXXII. præterea idem Scylitzes pag. 480. Edit. Reg. ubi de quodam Nicolao Pseuderemita, quem Theophanes Ἐξακιονίτου vocat pag. 421. Edit. Reg. In Exocionio complures stetisse statuas, quas confregit Mauricius, vel ad S. Mamantem transtulit, scribunt Codinus & Anonymus in Collectan. antiq. Constantinop. pag. 89. E. R. Has inter recensetur Constantini Leonis ex Irene filii, brevi insistens columnæ. Εἰς τὸ Ἐξωκιόνιον ædificatam ædem S. Trinitati sacram auctor est idem Codinus pa. 63. Edit. Reg. at nescio qua conjectura nixus scripsit Gyllius lib. IV. cap. I. Exocionium, quod infra Hebdomum in Regione undecima statuit, nuncupatum a columna illa sustinente Veneris statuam lapideam, quæ virgines suspectas de stupro discernebat ab integris, cum statua illa in Zeugmate, non in Exocionio ponatur. Situm vero columnæ, atque adeo ipsam columnam Exocionii sic describit idem Gyllius: *Infra quod* (suburbium Hebdomi) *si columna, a qua dicunt appellatum locum Exocionium, fuit illa quæ in dorso quinti Collis bene excelsa undique procul longe eminere supra omnes domos paulo ante videbatur, facile intelligeremus muros quos posuit Constantinus, non processisse ultra hanc columnam, distantem a Templo Apostolorum circiter quatuor stadia. Hanc columnam transferri vidi in ædificationem ædis, quam Rex Soleimannus construere aggressus est: cujus scapus est marmoris pyrropœcili altus circiter sexaginta pedes. Ejus perimeter est tredecim pedum & dodrantis. Capitulum Corinthium quidem, sed marmoris albi. Ejus stereoma, & stylobates, & basis sunt marmoris albi: stereoma altum, ut id scalis ascendere habuerim necesse: stylobates altus quatuor pedes & novem digitos: plinthus pedem & sex digitos.* Idem Gyllius cap. seq. ait similem columnam in quarti Collis latere meridionali extitisse sua ætate, quæ in basi habebat circulum illum laureatum, radiatum, similitudinem crucis Labaricæ gerentem, qualis in Xerolophi columna cochlide Arcadii videtur. *pag. 172.* Celebratur porro potissimum Exocionii tractus, quod in eo habitarent Ariani, qui inde passim a scriptoribus Ἐξωκιονῖται, & Ἐξακιονῖται nuncupantur, ex quo scilicet a Theodosio Magno una cum

Patriarcha Demophilo urbe migrare, & extra urbem conventus suos agere compulsi sunt: unde vox illa Demophili in templo, pridie quam urbe excederet, apud Socratem lib. v. cap. VII. Ἐπεὶ τοίνυν ὁ Βασιλεὺς ἡμᾶς ἐκκλησιῶν χωρίζει, ἴστε τῇ ἑξῆς συναχθησομένους, ὑμᾶς ἔξω τῆς πόλεως· *Quandoquidem Imperator nos ab Ecclesiis segregat, sciatis vobis cras extra civitatem conventus agendos.* Quocirca Ariani, qui per annos XL. Ecclesiarum administratione potiti erant, ex urbe se subduxere, Gratiano VI. & Theodosio I. Coss. ut ait idem Socrates, qui lib. VI. cap. VIII. ἔξω τῆς πόλεως συναγωγὰς suas fecisse praterea testatur. Exacti autem urbe Ariani a Theodosio Magno, Joanne Chrysostomo impellente. Georgius Alexandrinus in Vita ejusdem Chrysostomi, apud Photium pag. 250. Τῶν Ἀρειανῶν τὰς ἐκκλησίας ἀφείλετο, καὶ τὴν βασιλέα αἰτησάμενος τῆς πόλεως ἐξέβαλε· *Ecclesias Arianis abstulit, & facultate ab Imperatore impetrata, ex urbe exegit.* Exactos urbe Arianos a Theodosio Magno, Ausonio, & Olybrio Coss. scribit auctor Chronici Alexandrini: Ἐπὶ τούτων ἐν ὑπάτων Θεοδόσιος ὁ Βασιλεὺς ἔδωκε τὰς ἐκκλησίας τοῖς ὀρθοδόξοις, πανταχοῦ ποιήσας σάκρας, καὶ διώξας ἐξ αὐτῆς τοὺς λεγομένους Ἀρειανοὺς Ἐξωκιονίτας· *His Coss. Theodosius Imperator dedit Ecclesias orthodoxis, ubique emittens sacras, seu mandata, & ex iis abegit Arianos Exocionitas.* Ubi perperam ἐφθμὰς editum, vocemque σάκρας Epistolas imperatorias significare non advertit interpres. Exhinc Ariani Exocionitæ passim nuncupantur apud scriptores. Idem Chronicon in Leone Magno: Ὁ αὐτὸς Λέων Βασιλεὺς διωγμὸν μέγαν ἐποίησε τοῖς τοῦ δόγματος τῆς Ἀρειανῶν Ἐξωκιονιτῶν, *idem Imperator Leo accerrime persecutus est Arianos Exocionitas,* iisque Ecclesias abstulit. Idem ad ann. XI. Zenonis, de Athalarico Rege Ariano: ὢν δὲ Ἀρειανὸς τῷ δόγματι, ὅ ἐστιν Ἐξωκιονίτης, *erat autem Arianus, id est Exocionita.* Verum etsi a Theodosio & a Leone adempta essent Exocionitis in urbe templa, hos tamen toleravisse videtur Justinianus Magnus; quippe ut habent Theophanes, & ex eo Cedrenus anno I. ejusdem Augusti, Ἰουστινιανὸς ἀπέπαυσεν πάσας τὰς ἐκκλησίας ἐκ τῆς αἱρετικῶν, καὶ ἀπέδωκεν αὐτὰς τοῖς ὀρθοδόξοις δίχα τῆς Ἐξωκιονίτης Ἀρειανῶν· *Justinianus abstulit omnes Ecclesias hæreticis, easque orthodoxis concessit, exceptis iis quæ Arianorum Exocionitarum erant.* In Arianorum fanis opes immensas Justiniani ætate repertas, & ab eo expilatas, auctor est Procopius in Historia Arcana pag. 51. 1. edit. Ex his igitur error deprehenditur viri doctissimi in Notis ad Crescomium, scribentis apud Cedrenum & alios reponendum ἐξωκιονίτας, quasi fuerint qui in columnis sedes fixerint Monachi.

XXXIX. FLAVIANÆ, locus ita dictus, cujus meminit Theophanes pag. 157. E. R. ubi de seditione Victoriatorum: Ἦλθον δὲ ἀπὸ Φλαβιανῶν νεώτεροι Πρασινοὶ λωρικάτοι διακόσιοι, *Venerunt a Flavianis Juniores Prasini loricati ducenti.* Fortean a Thermis Flavianis.

XL. GAINÆ domus, a qua τὰ Γαϊνᾶ Urbis tractus dictus, fuit illius Gainæ, qui Arcadio imperante Imperium affectavit, & in Thracia occubuit, ut est apud Codinum p. 53. E. R.

XLI. GALLÆ ædes extra Portam Blachernarum habet auctor incertus post Theophanem pag. 432. E. R. δωμάτια τινὰ τῆς Γάλλης ἔξωθεν τῆς πόρτης τῆς Βλαχερνῶν.

XLII. GERMANI domus meminit quinta Synodus CP. Collat. II. sub finem.

XLIII. HARMODII, seu τόπος Ἁρμοδίου, meminit Gregorius Monachus in vita S. Basilii Junioris cap. LV.

XLIV. HEBDOMUM, suburbanum primo fuit, seu locus juxta urbem. Procopius lib. I. de Ædif. cap. IV. ait Justinianum ædificasse ædem S. Theodotæ ἐν φοραΐῳ καλουμένῳ Ἑβδόμῳ, *in suburbano quod Hebdomum appellabatur.* Meminit rursum aliarum ædium sacrarum ab eodem Augusto ædificatarum ἐν τῷ καλουμένῳ Ἑβδόμῳ, eodem lib. cap. VIII. & IX. Themistius orat. XVI. de Valente Imperatore a fratre renuntiato in Hebdomo; Φοιτήσαντες μὲν εἰς τὸ φοραῖον βασιλικῇ ἰδιώτης, ἐπανήκοντες δὲ οὐκ εἰς μακρὰν ξυνωρὶς αὐτοκρατόρων· *Profecti quidem ad suburbanum Imperator & privatus, reversi autem non ita multo post par Imperatorum.* Et sub finem ejusdem orationis, ἐκ ἑκατιάν, urbis scilicet, vocat Hebdomum, in quo Valens imperii insignibus a fratre donatus fuit. Extra urbem etiam statuitur a Sozomeno lib. VII. cap. XXI. quo loco ait inventum caput S. Joannis Baptistæ repositum a Theodosio Magno in templo, quod ἀπὸ τοῦ ἄστεως Κωνσταντινουπόλεως ἐν τῷ καλουμένῳ Ἑβδόμῳ perinde excitarat. Ex quo emendandus auctor Chronici Alexandrini, ubi rem eandem enarrans: οἰκὸν οἰκοδομήσας ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ ἁγίου ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ Κωνσταντινουπόλεως; ibi enim vox, ἀπὸ, omittitur. Nicephorus CP. in Heraclio pag. 93. 1. edit ἀπὸς τὸ πεδίον τὸ ἀπὸ τῆς πόλεως, ὃ Ἑβδομον καλοῦσι, *ad Campum qui urbi objacet, quem Hebdomum vocant.* Loco appellationem a septimo milliario inditam plerique scriptores volunt. Socrates lib. VI. c. IV. de eodem S. Joannis B. templo: ὑποκρινόμενος γὰρ δαιμονιᾶν, ὡς ἀξόμενος τὸ μαρτύριον τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, (ἑπτὰ δὲ σημείοις τοῦτο ἀπέχον τῆς πόλεως καταλαμβάνει, *simulans se dæmonio agitari, quasi preces facturus, ad Martyrium Joannis Baptistæ (aberat quidem illud a civitate septem milliaribus) contendit.* Et cap IX. de hac ipsa æde: ἀπέχει δὲ τοῦτο ἑπτὰ σημείοις τῆς πόλεως. Cedrenus in Justino pag. 366. Edit. Reg. Campum, qui vulgo Tribunalis dicitur, quem alii ἐν Ἑβδόμῳ statuunt, τὸ ἀπὸ τῆς πόλεως πεδίον ἑπτὰ σημείοις ἀπέχον, *campum ante urbem, & ab ea septem milliaribus dissitum* vocat. Hic scriptoribus Latinis *Septimum milliare* vulgo appellatur. Idatius in Fast. *Ipso anno levatus est Valens Aug. Constantinopoli in Milliario* VII. *in tribunali a fratre suo Valentiniano*, &c. Chronicon Alexandrinum ubi de Valentis inauguratione, habet nude ἐν Ἑβδόμῳ. Themistius in Philadelph. εἰς τὸ φοραῖον. Idem Idatius de Arcadii inauguratione: *His Coss. levatus est Arcadius August. Constantinopoli in Milliario* VII. *in tribunali a Theodosio Augusto patre suo*, &c. Marcellinus Comes: *Honorium pater suus Theodosius in eodem loco quo fratrem ejus Arcadium, Cæsarem fecit, id est septimo ab urbe regia Milliario.* Et Anastasius Biblioth. in Constantino PP. p. 65. E. R. *A quo loco navigantes venerunt a septimo Milliario Constantinopolim.* Ita *novum Consistorium* a Justiniano M. in *septimo Milliario* conditum indigitatur in ejusdem Constitutionibus, in quarum aliquot hæc verba leguntur: *Recitata septimo Milliario hujus inclytæ civitatis in novo Consistorio Palatii Justiniani*, ut L. XXII. Cod. de Sacrosanct. Eccles. Aliæ habent *Septimiliario*, ut Nov. CXVIII. *Septimiliario in Novo Palatio.* quædam, *recitata septimo in novo Consistorio* &c. ut L. XXXIV. C. de Donat. L. XIX. de Jure delib. ex quibus emendandas constat leges, quæ pro *septimo* habent *septies*, ut L. III. C. de Jure dot. L. XII. C. Si certum petatur, L. penult. de Reb. cred. &c. Ita *septimum* nude, vel *septimus locus* dicitur scriptoribus. Marcellinus Comes: *Vitalianus Scytha assumptis Romanorum equitum peditumque plusquam* LX. *millibus armatorum in triduo congregatorum, in locum qui Septimus dicitur, advenit, ibique castra metatus est.* Victor Tunnensis: *Zenon a Leone Augusto filio in Septimo contra consuetudinem coronatur.* Paulus Diac. lib. XVII. Hist. Misc. *Scribonium jussit sagittari apud Septimum.* Joannes Diac. lib. III. vitæ S. Gregorii cap. XIX. *Phocas cum exercitu in Septimum veniens, Imperator efficitur.* Sed septem revera milliaribus ab Urbe dissitum fuisse Hebdomum, vix in animum induxerim, cum paulo post Justiniani tempora, Hebdomum una cum Blachernis, producto ulterius muro inclusum constet ab Heraclio, quo hæc pars civitatis ab Avarum,

Edit. Paris. pag. 173.

seu Hungarorum, inturſibus tuta eſſet. Hebdomum enim & Blachernas decimam quartam. Urbis regionem confeciſſe, antequam in Urbe includerentur, docet vetus Urbis Deſcriptio: unde Valentem & Arcadium *levatos in Conſtantinopoli in Milliario* VII. ajunt Idatius & Marcellinus Comes: Theodoſium Juniorem *ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰς τὸ Ἑβδόμου, ἐν τῷ τριβουναλίῳ* Chronicon Alexandrinum. At cum vero ſimile non ſit, imo negari poſſit, urbem tantæ fuiſſe amplitudinis, ut ultra ſeptem milliaria protenderetur, inde cenſuit Roſweidus ad Vitas Patrum Hebdomum appellatum, quod eſſet ſeptima Urbis regio, quod refutatione non eget. Sed & id forte Gyllium impulit lib. IV. cap. IV. ut *Hebdomum a ſeptenario numero ſuburbiorum, quæ nomina retinuerunt etiam incluſa intra urbem* appellatum cenſeret, quemadmodum locum alium quem *δεύτερον*, ſeu *ſecundum*, vocabant, de quo ſupra egimus. Et certe apud Anaſtaſium in Leone III. pag. 130. Ed. Reg. tractum urbis Romæ ita appellatum obſervo: *Fecit in Baſilica beati Archangeli, quæ ponitur in Septimo, veſtem de ſtauraci*, &c. Et infra pag. 131. meminit *Eccleſiæ B. Marcelli ſitæ in Quarto decimo*: quarum quidem appellationum rationem iis inveſtigandam relinquimus, qui Romanas res perſequuntur. Neque enim aſſerere velimus Hebdomum a ſeptem ſtadiorum intervallo dictum, uti *Decimum* appellatum ait Anna Comnena lib. VIII. Alexiad. quod decem ſtadiis Conſtantinopoli abeſſet, cum contraria conſtans ſit ſcriptorum ſententia. Cujuſdam loci ſexto ab urbe milliario diſſiti meminit Liberatus Diaconus cap. XX. *Foras civitatem regiam ſexto milliario in exilium miſſus eſt, juxta baſilicam Ariſphocæ, in via quæ ducit ad Stoma Ponti*. Ætate porro Theodoſii Junioris extra urbem extitiſſe Hebdomum docet Ruffinus lib. III. de Vitis Patrum num. XIX. *Fuit quidam nuper monachus in Conſtantinopoli temporibus Theodoſii Imperatoris. Habitabat autem in parva cella foris civitatem, prope proaſtium, qui vocatur in Septimo, ubi ſolent Imperatores egreſſi de civitate libenter degere.* Sed & ſub Juſtiniano, quod ex Cedreno colligere eſt, quo loco meminit *Proceſſus* ejuſdem Imperatoris *ad Hebdomum*, id eſt ad Palatium quod in Hebdomo erat, cum *proceſſus* fierent tantum in Palatia ſuburbana. Intra urbem vero demum incluſum fuiſſe cum Blachernis tradit Chronicon Alexandrinum; Unde inquit Gyllius Hebdomum ſuburbium fuiſſe in decima quarta urbis regione, ubi extitit ædes S. Joannis Baptiſtæ, colligitur. Quemadmodum autem decimæ quartæ regionis, ut eſt in veteri Urbis Deſcriptione, *modicum ſitu planæ, dextro latere in clivum jurgente, uſque ad medium fere plateæ ſpatium nimis pronæ, mare uſque mediocris hæc quæ civitatis continebat partem, explicatur æqualitas*: ita apud Gregorium Monachum in vita S. Baſilii Junioris num. VII. Hebdomum verſus mare, ſeu ad caput Sinus Ceratini videtur collocari, ubi *αἰγιάλια τοῦ Ἑβδόμου* meminit: quod & firmat loco laudato Anaſtaſius, ſcribens Conſtantinum Papam *ad ſeptimum milliarium* appuliſſe: ad portum ſcilicet, qui *λιμὴν τοῦ Ἑβδόμου* dicitur Theophani, quem purgatum fuiſſe ait an. XXV. Juſtiniani M. Nicephorus CP. pag. 96. 1. ed. *ὃς ἀναχθεὶς προσωρμίζετο ἐν προαστίοις τοῦ Βυζαντίου καὶ τῷ παραθαλασσίῳ τόπῳ τῷ καλουμένῳ Ἑβδόμῳ*; *hic ad Byzantii ſuburbana, eumque locum quem Hebdomum vocant, claſſem appellit*. Ita Nicephorus Phocas Imperator acclamatus cum claſſe Chryſopoli *εἰς τὸ Ἑβδομον* appulit. Promontorii, ſeu *ἀκρωτηρίου τοῦ κατὰ Ἑβδομον* meminit Zonaras in Conſtantino Pogonato p. 73. In Hebdomo autem Palatium Conſtantini, Tribunal, & varias ædes ſacras ſtetiſſe, alibi oſtendimus. Ex quibus, ut & ex præallatis ſcriptorum locis evidenter patet Hebdomum partim intra, partim extra urbem extitiſſe cenſeri debere, tametſi loca varia tamquam in urbe extiterint, quæ extra fuere, non ſemel habeant ſcriptores, ut exemplis aliquot probavit vir doctiſſimus Hadrianus Valeſius in Diſcept. de Baſilicis cap. VIII. extremo. *Edit. Pariſ. pag.* 174.

XLV. HELIANÆ. Vide *Palatium Helenæ*.

XLVI. HEXAHIPPIUM, locus forte a ſex equis in eo erectis dictus. Illius meminit Chronicon Alexandrinum p. 760. E. R. ubi enarrat incendium a quibuſdam ſeditioſis in Hippodromo excitatum, Anaſtaſio Dicoro imperante, quo conflagraſſe ait *ἀπὸ δημοσίου ἰμβολου ἕως τοῦ Ἑξαππίου*, *magnam Porticum uſque ad Hexahippium*: unde colligere eſt haud multum abfuiſſe a magna Porticu.

XLVII. HILARÆ, locus ita dictus, haud procul a Magna Eccleſia extitit, ut ex Theophylacto Simocatta lib. VIII. cap. IV. colligimus: *Ὁ δὲ Γερμανὸς ὑπὸ κάτω τῆς χλαμύδος κρύψας τὸν Θεοδόσιον, διὰ τῆς λεγομένων Ἱλαρᾶς (τόπος δὲ οὗτος τοῦ ἄστεος) διεσώσατο. Germanus Theod ſuum chlamyde ſua protectum per Hilaras, (locus eſt urbis) illæſum eduxit.*

XLVIII. IBERITZÆ domus, Gregoræ ſcilicet cognomento Iberitzæ, dignitate Magiſtri, Conſtantini Ducæ, qui imperium ſibi aſſerere conatus eſt poſt Alexandri interitum, de quo præ cæteris Symeon Logotheta n. XXII. ſoceri, verſus Acropolim extitit, ut ex Scylitze & Codino ad Alexiadem docuimus p. 259. E. R. Domum vero hanc prius a Conſtantino Magno excitatam docent Origines CP. MSS. *κατὰ τοὺς Ἰβηρίτζη, ὅτι τις καλητὰι τοῦ Ἀκροπολίτου.*

XLIX. LAMPRI, *τοῦ Λαμπροῦ*, ædes verſus templum SS. Apoſtolorum, ædificata fuit a Modeſto, uno e duodecim Senatoribus, quos Roma Byzantium adduxit Conſtantinus M. Ita Codinus p. 11. E. R.

L. MALACTAREA. Origines Conſtantinopol. ineditæ parte II. *Ἡ πλακωτὴ Βασιλικὴ Κυπέρα Μαλακταρέα λεγω, ὅτι ἐκτίζετο ἡ ἁγία Σοφία· ὡσαύτως καὶ ἡ ἀνωθεν αὐτῆς εἶχε Βασιλοκάθισμα ὀνομαζομένη, ἡ αὐτὴ Μαλακταρέα ἐτύγχανε τὰ διπλώματα τῆς ἁγίας Σοφίας.*

LI. MARINACII ædes, vel tractus, *τὰ Μαρινακίου*, dictus, ubi ſtetit Valentiniani Junioris ſtatua, habetur apud Anonymum in Collect. de Antiq. CP. p. 103.

LII. MAURIANI tractus, ſeu *τὰ Μαυριανᾶ*, ubi extitit templum ſanctæ Reſurrectionis, ſeu S. Anaſtaſiæ, habetur apud Codin. p. 45. E. R. Origines CP. ineditæ parte II. *Ὅτι τὰ Μαυριανὰ ὄντος Πατρικίου Μαυρικίου τοῦ Βασιλεως καὶ Ἐξαρχοβίτα, ἐκτίσε λεγω οἶκος αὐτοῦ. μετὰ δὲ βασιλεῦσαι αὐτὸν, ὠνομάσθη ὁ τόπος τὰ Μαυριανᾶ.* Domninum, unum e duodecim Senatoribus qui Roma Byzantium cum Conſtantino M. venerunt, *εἰς τὰ Μαυριανὰ* etiam ædem ædificaſſe tradit idem Codinus p. 10. E. R. Mauriani Comitis Domeſticorum & vices agentis Magiſtri militum ſub Honorio meminit præterea Lex. 1. Cod. Th. de Venatione ferarum: alterius vero ejuſdem nominis ſub Zenone Chronicon Alexandrinum ann. XIII. Ejuſdem Zenonis. *Μαυριανὸν ἰμβολον* memorat Continuator Theophanis lib. I. n. XIV.

LIII. MAURI ædes, ſeu tractus, *τὰ Μαύρου* dictus, juxta Portum Juliani extitit. Theophanes p. 307. Ed. R. *Ἐν τῷ Ἰουλιανισίῳ λιμένι τῆς Σοφίας, πλησίον τοῦ Μαύρου. In Portu Juliani, qui & Sophiæ dicitur, juxta ædes Mauri.* Chronicon Alexandrinum in Phoca p. 788. E. R. *Καὶ ἐλθὼν μετὰ καράβου εἰς τὸ Ἰουλιανὸν λιμένα, καὶ τὰ λεγόμενα Μαύρου, σπεύσας ἐξῆλθεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν. Et veniens in lembo in Juliani portum, ad ædes Mauri appellatas redactus ad anguſtias, ſe præcipitem in mare dedit.* Porro Maurus recenſetur a Codino p. 10. E. R. ex duodecim Senatoribus qui Roma cum Conſtantino Byzantium migrarunt, a quo etiam domum, quæ *τὰ Βιλανᾶ* dicebatur, exſtructam ait.

LIV. MAXIMINI domus, in urbe, ad littus Propontidis, deſcribitur a Cyro Exconſule in Epigrammate quod legitur in Anthолog. lib. IV. cap. XXIII. *εἰς τὰ Μαξιμίνου οἰκίαι*. Binos hoc nomine agnoſcit ſub Juſtiniani tempora Procopius, Maxi-

minum scilicet Theodori satellitem, qui tyrannidem affectavit in Africa lib. II. de Bello Vand. cap. XVIII. alterum Præfectum Prætorio Italiæ, lib. II. de Bello Goth. c. XXXIX. lib. III. cap. VI. cujus hæc domus fuit.

LV. MESOMPHALUS, Μεσόμφαλος, tractus urbis sic appellatus, quod in medio septem Urbis Collium extiterit, proindeque in media Urbe. Origines Constantinop. ineditæ: Τὸ λεγόμενον Μεσόμφαλον, μέσον ἐστὶ τῶν ἑπτὰ λόφων, ἤγουν ἡ μοῖρα ἡμισυ τῆς πόλεως ἔχει τρεῖς λόφους, καὶ ἡ ἑτέρα τρεῖς καὶ μέσον ἐστὶ τοῦτο, διὸ ἐκλήθη Μεσόμφαλον.

LVI. MELTIADIS tractus, τὰ Μελτιάδου. Vide Templum S. Blasii.

LVII. NARSIS tractus, τὰ Νάρσου, apud Symeonem in Theophilo num. XXVII. Vide *Xenodochium Narsetis*.

LVIII. NEOLEA, ubi Fortunæ Urbis statua stetit, memoratur a Codino p. 32. E. R. Stetere etiam ibi statuæ aliæ, Adami, Evæ, Prosperitatis, & Famis.

LIX. NICÆ, Νίκαι, *Victoriæ*, locus ubi olim exstructum a Byzante Thraciæ Rege Byzantium. Chronicon Alexandr. p. 618. E. R. Καὶ ἐπωνόμασε τὸν τόπον, ἤγουν τὸ ἐμπόριον ἐξ αὐτοῦ ὀνομα τὸ Βυζάντιον, ἔνθα νῦν καλοῦνται αἱ Νίκαι, πλησίον τῶν Κηλίκων. *Et locum sive Emporium de suo nomine Byzantium appellavit, ubi nunc stant quæ vocantur Victoriæ, juxta Celeces.* Sic porro dictus videtur a Victoriarum statuis in eo loco erectis, in quas ita lusit Palladas lib. IV. Anthol. c. XXI. quod inscribitur εἰς Νίκης ἀγάλματα. *Edit. Paris. pag. 175.*

Νίκαι πάρεσμεν αἱ γελῶσαι παρθένοι,
Νίκας φέρουσαι τῇ φιλοχείρῳ πόλει.
Ἐγραψαν ἡμᾶς οἱ φιλοῦντες τὴν πόλιν,
Πρίποντας νίκαις ἐντυποῦντες χήματα.

Quæ ita vertit Septimius Florens:

En nos lubentes adsumus victoriæ,
Urbi ferentes optimæ victorias;
Jussere amantes urbis hic nos pingier.
Habitum deuere, qui decet victorias.

Extitit in Regione X. Romæ veteris locus dictus *Victoria Germaniciana*, ut auctor est P. Victor.

LX. OMPHACERA, locus & tractus cujus meminit Theophanes, & ex eo Cedrenus anno XXXV. Justiniani, ubi de incendio, quod partem urbis absumpsit: καὶ γέγονεν ἐμφρασμὸς μέγας ἐν τοῖς Καισαρεὺς ἐκ τῆς λεγομένης Ὀμφακερᾶς.

LXI. OXYBAPHIUM, τὸ Ὀξυβάφιον, locus in quo tingebantur purpuræ, habetur in Originibus CP. ineditis, ubi de loco dicto τὰ Νάρσου.

LXII. PARDI ædes incendio absumpta est in seditione Factionum, an XXII. Justiniani: Theophanes, καὶ ἐνεπυρίσθη ἡ οἰκία ἡ λεγομένη Πάρδου. Quæ quidem Pardi nomenclatura admonet, ut sepulchralem inscriptionem hactenus ineditam, quæ in æde sacra vici *Rougba*, versus Aleppum, in triplici tumulo exarata legitur, ne pereat, hoc loco describam.

ΒΙΖΖΟC ΠΑΡΔΟ
ΕΠΗΔΗΜΗCΑ ΚΑΛωC
ΗΛΘΑ ΚΑΛωC ΚΑΙ ΚΙΜ
ΚΑΛωC ΕΤΞΗΤΑΙ ΤΠΕΡ
Ι CΗ ΗΜΟΤ.

Supra ædis januam hæc habentur ΗΖΖΟΤΜ ΠΑΡΖΟV., Epitaphium sic scribi debuit: *Bizzoς Πάρδος ἐπιδήμησα καλῶς, ἦλθον καλῶς, & κεῖμαι καλῶς, ἔχεις ὑπέρ ἐμοῦ* vel *μοῦ*.

LXIII. PELARGORUM tractus τὰ τῶν Πελαργῶν dictus a tribus ciconiis marmoreis ab Apollonio Tyaneo ibi olim erectis. Hesychius Milesius. Ἀνὴρ δέ τις τῶν ἐκ Τυάνων, τεμὼν μαρμάρου Ἀπολλώνιος ἐκ λίθου ξέσας τρεῖς ἀνέστησατο Πελαργοὺς ἀντιφερισώτους ἀλλήλοις ὁρῶντας, οἱ κὴ μέχρι τοῦ δεῦρο ἐξαίνασι τοὺς ὄφεις, οὐ συγχωροῦντες ἐπιβοιτῆσαι τῇ πόλει τὸ τῶν Πελαργῶν γένος. *Vir quidam Tyanis oriundus, nomine Apollonius ex cæsa lapide tres erexit ciconias ex opposito se invicem respicientes, quæ ad hæc usque tempora permanent, arcentes ab urbe ciconiarum genus.* Quibus scilicet antea Byzantium infestabatur, uti narrat Tzetzes Chil II. Hist. LX. ubi de Apollonio:

Καὶ Πελαργοὺς ἐγγλύψαι δέ ποτε μαρμαρίνους,
Ἐκ Βυζαντίης Πελαργοὺς ἐξήλασε μακρόθεν,
Οφεις νεκροὺς δεξαμεναῖς ῥιπτουμένους Βυζαντίων,
Καὶ τῷ φαρμάκῳ κτείνοντας τοὺς πίνοντας ἀθρόως.

Et marmoreas ciconias aliquando sculpens, Byzantio procul ciconias expulit quæ serpentes mortuos in cisternis Byzantiorum projiciebant, & veneno passim bibentes enecabant. His addenda quæ habent Cedrenus in Domitiano pag. 246. Ed. Reg. & Codinus pag. 13. ed. Meurs. Meminit porro istius loci Socrates lib. VI. cap. XXXVIII. ut & Paulus Diaconus lib. XIV. Hist. Misc. sub an. XXV. Theodosii Junioris: ubi scribunt incendium ortum in Neorio pervenisse ad Thermas Achilleas, indeque ad Novatianorum Ecclesiam πλησίον τοῦ Πελαργοῦ. Habuit etiam vetus Roma in Regione nona locum *Ciconias nixas* appellatum, ut auctor est P. Victor.

LXIV. PETRI tractus, τὰ Πέτρου, οἶκος ὢν Πέτρου Πατρικίου ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου αὐτοκράτορος δὲ τὸν ναὸν καὶ τὸ γηροκομεῖον. Cod. De hoc Petro Magistro officiorum & aliis ejusdem nominis sub Justiniano proceribus, vide quæ observat Alemannus ad Procopii Anecdota.

LXV. PHILADELPIUM appellatum ajunt a Constantii & Constantis fratrum se se invicem salutantium statuis ibidem erectis. Constantino Magno quippe extincto, Constantius ex Oriente, & Constans una cum Gallo ex Occidente in Urbem reversi, eo in loco sibi invicem occurrere, se seque salutavere ac amplexati sunt. In cujus occursus ac fraternæ concordiæ memoriam erectæ utriusque ibi statuæ, locoque Philadelphii appellatio indita est. Ita Anonymus in Collectan. CP. pag. 102. & Codinus in Orig. pag. 24. Ed. Reg. qui addit alios tradere Philadelphium, versus fossam illam, in qua est fornix, extitisse veteris urbis propugnaculum, portamque terrestrem ibi exstructam a Caro Imperatore quod habetur etiam apud Anonymum in Collectaneis antiquitatum Constantinopolit. pag. 98. 99. 102. Denique scribit idem Codinus pag. 25. Edit. Reg. Crucem statuisse Constantinum Magnum in Philadelphio supra columnam inauratam, ad Crucis quam in cœlo viderat, & columnæ Porphyreticæ formam, præterea filiorum in thronis sedentium statuas, & e regione earum columnam fatidicam, quæ stabat ἀντικρὺς τῶν δύο υἱῶν αὐτοῦ ἐπὶ θρόνου καθεζομένων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀσπαζομένων, *e regione filiorum Constantini M. in thronis sedentium, & aliorum quise invicem amplectuntur.* pag. 176. Crucis hoc in loco erectæ a Constantino Magno meminit Nicephorus Callistus lib. VIII. cap. XXXII. scribitque tres ab eo in Urbe erectas cruces ad exemplum & formam trium illarum Crucium quas in Cælo viderat, primum, Romæ contra Maxentium pugnans, iterum cum commisso cum Byzantiis prælio de iis victor evasit, tertium denique cum Istro ponte juncto Scythas subegit. Harum, inquit ille, primam supra Fori fornicem statuit, nomenque *Jesus* imposuit: alteram *Christi* nomine nuncupatam in Philadelphio, tertiam demum in Artopolio, cui nomen Νῖκος dedit, ita ut hæc verba conficerent Ἰησοῦς Χριστὸς Νικᾷ, *Jesus Christus vincit*. De Cruce in Philadelphio ejus verba sunt: τὸν δὲ ὃς ἐκαλεῖτο Χριστὸς, σεβάσμιον καὶ θεῖον

Θεῖον σαυρὸν, ἐπὶ πορφύρῳ Ρωμαίῳ ἀνίσα χίονι ἐν τῷ Φιλαδελφίῳ ὕστωσί πως ἀριμείνῳ. Ita de tribus Crucibus a Constantino in Cælo conspectis nugatur ille scriptor. Extant in Anthologia Gr. lib. IV. cap. XXVIII. tria epigrammata, cum hoc titulo, ἐν τῷ πορφυρῷ χίονι εἰς τὸ Φιλαδέλφιον, quasi inscripta fuerint *in columna* ista *purpurea*, quæ stetit *in Philadelphio*: ex quibus docemur in loco illo erectum Collegium eorum qui Musis studerent a Muselio, qui præterea Imperatoris statuam in eadem æde posuerit. Sic autem hæc se habent:

Εὖνος μὲν βασιλῆι Μουσήλιος, ἔργα βοῶσι
Δημόσια· θειαρὴν φράγματα πᾶσιν ἔχει·
Μουσῖον Ῥώμῃ δ' ἐχαρίσατο, καὶ Βασιλῆος
Εἰκόνα θεσπεσίην ἔντος ἐγραψε δόμων.
Εἰς τὸ αὐτό.
Τιμὴν μεσσοπόλοις, πόλεως χάριν, ἐλπίδα κούρων,
Ὅπλα δὲ ταῖς ἀρεταῖς, χρήματα τοῖς ἀγαθοῖς.
Εἰς τὸ αὐτό.
Ταῦτα λόγοις ἀνέθηκεν ἐκὼν Μουσήλιος ἔργα,
πιστεύων καθαρὸς ὡς Θεός ἐστι Λόγος.

Quæ hisce versibus Latinis reddidit V. Cl. Petrus Menardus Turonensis:

Gratus erat Regi Muselius: hoc opera ipsa
Clamant, & firmant publica facta fidem.
Musæum egregium Romæ fabricavit, ibique
Divinis Regem pinxit imaginibus.
In idem.
Urbi ornamentum, pueris spem, præmia doctis,
Armaque virtuti, divitiæque bonis.
In Idem.
Verbo perfecit mentis Muselius ista,
Verbum inconcusse qui putat esse Deum.

Ex quibus quidem versibus docemur Collegium istud *ultro* id est propriis sumptibus ædificatum a Muselio, qui alius non videtur a *Muselio*, qui *Præpositus sacri Cubiculi* dicitur in L. IX. Cod. Th. de Indulg. debit. quæ est Theodosii Junioris, cujus proinde statua illa fuerit quam Muselius in Collegio statuit. Et certe cum hæc dignitas Eunuchos potissimum spectaverit, qui inde non semel & ἀρχιευνοῦχοι, & πρῶτοι τῶν εὐνούχων scriptoribus Byzantinis dicuntur, eo videtur allusisse poeta initio primi epigrammatis, Εὖνος μὲν Βασιλῆι Μουσήλιος, ita ut per εὖνος, ad, εὐνοῦχος respexerit. Theodoritus de Vit. Patr. cap. VIII. de Eunuchis quibus adempta est spes liberorum: Καὶ τούτου ἕνεκα δῆτοι εἶναι Βασιλεῖ νομιζόμενοι, καὶ τὴν προσαγορείαν ἐντεῦθεν καρπούμενοι, *eoque benevoli Imperatori esse creduntur, indeque nomen accipiunt*. Nam & *Præpositos* nude etiam dictos ejusmodi Eunuchorum principes observare est ex Simocatta lib. IV. cap. XVII. Regionem porro, in qua Philadelphium extitit, indicat Nicetas in Isaacio Angelo & Alexio F. n II. ubi narrat incendium a Francis Constantinopoli excitatum, quod maximam Urbis partem absumpsit: Ἠθάλωντο δὲ καὶ οἱ τοῦ Δομνίνου λεγόμενοι ἴμβολοι, αἵτε ὑπόστεγοι ἀμφίδυμοι, ἄμφοδοι, αἱ ἀπὸ τοῦ Μιλίου ἀρχόμεναι, ὧν ἑτέρα εἰς αὐτὸ φρατῆναι τὸ Φιλαδέλφιον. *In cineres redacta sunt & Domnini Porticus, & duplices tecti angiportus a Millo incipientes, quorum alter ad ipsum Philadelphium pertinet*. Quo loco ὑπόστεγοι ἄμφοδοι, viæ illæ sunt quas Zonaras pag. 43. Edit. Reg. τὰς δημοσίων πλατείων σοὰς vocat, quæ a Milio ad Forum Constantini pertinebant. Philadelphium vero collocatur in Regione sexta a Gyllio lib. III. cap. IV.

LXVI. PHILIPPICI DOMUS, exstructa a Philippico, qui Mauricio imperante magnus bello Dux habitus est. Theophanes pag. 229. E. R. & ex eo Cedrenus pag. 398. E. R. καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει δὲ ἔκτισε τὸν οἶκον τὸν λεγόμενον τοῦ Φιλιππικοῦ. Condidit etiam Palatium Chrysopoli ad excipiendum Imperatorem & ejus liberos, & Monasterium, ut habent iidem scriptores.

LXVII. PHOCOLISTUM, τὸ Φωκόλιστον, A sic dictum quod Phocæ Tyranni equus ὤλισθησε, *cespitaverit* & ceciderit. At Panodorus Ægyptius & Theodorus Thebanus tradunt, locum olim extra urbem latronibus fuisse frequentatum, quos captos Constantinus M. ibi furcis affixerit, ἐφυλάκισεν, indeque appellatum Φουλκόλιστον. Ita suo more nugatur Codinus p. 43. E. R.

LXVIII. PICRIDII ædem, seu τὰ Πικριδίου, ædificavit Picridius Cubicularius, Irene Atheniensi imperante. Codin. pag. 57. E. R. *Edit. Paris. pag. 177.*

LXIX. PITHECIUM, Πιθήκιον, Palatii Thermas, vel locum ubi extiterunt, appellatas auctor est Symeon Logothetta in Leone Armenio num. VII.

LXX. PITTACIA, seu τὰ Πιττάκια, tractus urbis ita nuncupatus, non semel occurrit apud scriptores, quem Codinus pag. 20. Edit. R. ita dictum ait, quod ad Leonis M. statuæ columnæ impositæ, & ab Euphemia illius sorore eo in loco erectæ, gradus, cives ac provinciales suas deponerent querimonias, ac libellos supplices, vulgo τιττάκια appellatas, quas apparitores qui ad hanc columnam stabant, ad Imperatorem deferebant, qui statim responsum singulis dabat. Meminit ejusce Leonis columnæ, quæ in Pittaciis stetit, Cedrenus pag. 322. E. R. εἰς τὰ Πιττάκια κίων στήλην ἔχει Λέοντος τοῦ τῆς Βερίνης ἀνδρός, *quæ in Pittacis est columna, habet statuam Leonis Verinæ conjugis*. Theophanes, & ex eo Cedrenus, an. XXXVI. Justiniani M. seditionem popularem ἐν τοῖς Πιττακίοις excitatam fuisse narrant: & anno XII. Arcadii scribit idem Theophanes Eudoxiam Augustam ἀργυρέαν στήλην ἰδίαν ἐν τόπῳ τῷ λεγομένῳ τὰ Πιττάκια, πλησίον τῆς ἁγίας Εἰρήνης, *statuam suam argenteam, in loco nuncupato Pittacio, juxta ædem sanctæ Irenes*, posuisse; quod & habet Zonaras p. 33. E. R. λέγεται δὲ τῆς Εὐδοξίας ἔργον τυγχάνειν ὁ εἰς τὰ λεγόμενα Πιττάκια ἴσως κίων, *Columna quæ in Pittaciis erecta est, Eudoxiæ opus esse dicitur*. Illa ipsa, ait Theophanes, propter quam S. Joannes Chrysostomus in exilium ab ipsa Eudoxia actus est, quæ quidem statua a Socrate lib. VI. c. XVI. Sozomeno lib. VIII. cap. XX. XXI. Nicephoro lib. XIII. cap. XVII. & aliis rerum Ecclesiasticarum scriptoribus, qui historiam hanc commemorant, juxta ædem Sophianam statuitur, cui vicina fuit ædes S. Irenes. Marcellinus Comes sub Coss. Theodosii Junioris & Rumoridi: *Eudoxiæ Arcadii uxoris super Porphyreticam Columnam argentea statua juxta Ecclesiam posita hactenus fixit*. Habitum statuæ, ut & illius situm, ita describit loco laudato Socrates: Τῆς Αὐγούστης Εὐδοξίας ἀνδριὰς ἀνέστη ἀργυρᾶς ἐπὶ κίονος πορφυροῦ χλαμύδα ἐνδεδυμένος· ἕστηκε δὲ οὗτος ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ, ὅτε ἐγγὺς, οὔτε πόρρω τῆς ἐκκλησίας ἐν ἐπωνύμῳ Σοφίᾳ, ἀλλὰ διήργασται ἄμφω Μέση πλατεῖα ὁδός. *Statua Eudoxiæ Augustæ argentea Porphyreticæ Columnæ impositæ erecta est: stetit autem illa in editiori basi, neque omnino juxta ædem Sophianam neque etiam procul ab ea, sed utramque dirimit Media platea*. Πρὸς μεσημβρίαν τῆς Ἐκκλησίας, πρὸ τῆς οἴκου τῆς μεγάλης Βουλῆς, *ad meridiem ædis Sophianæ, ante domum Magni Senatus* collocatur a Sozomeno. Ex quibus, ubi locus *Pittacia* appellatus extiterit, facile conjici potest.

LXXI. PORPHYROGENITI ædes juxta Palatium extitit. Cantacuzen. lib. I. c. LIX. Ἐπανῆλθεν αὖθις εἰς τὰ Βασίλεια, καὶ ἐν τοῖς τοῦ Πορφυρογεννήτου οἴκοις τῶν Βασιλείων πλησίον ἐγγὺς, *venit rursum in Palatium, & in vicinis Palatio Porphyrogeniti ædibus habitavit*. Meminit istius ædis præterea lib. III. c. XCIX. & lib. IV. c. XXXIX. a qua, Portula urbis vicina, Πορφυρογεννήτου πύλη eidem dicitur lib. III. cap. XXII.

LXXII. POSIS, ædes sic dicta, condita a Constantino Irenes filio. Chronicon Alexandrinum pag. 444. E. R. Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ σὺν Εἰρήνῃ τῇ μητρὶ αὐτοῦ, οἳ κτίζουσι τὴν Πόσιος, *Constantinus filius* (Leonis Chazari) *cum Irene matre*,

qui condidit ædem Poſeos. Meminit illius ædis Nicetas Paphlago in vita Ignatii Patr. CP. pag. 693. edit MDCXVIII. Ὁ μὲν δὴ εἰς τὰ Πόσιος ἐκάθητο, *ac ille quidem in æde Poſeos reſidebat*. Et pag. 695. τὸν μητρῷον δὲ οἶκον τὰ Πόσιος καταλαβών, *maternam vero domum aſſecutus*. Idem ſcriptor progredienti a Poſi ad ædem SS. Apoſtolorum tranſeundum fuiſſe ante templum S. Gregorii Theologi ait.

LXXIII. PRASINA, Origines CP. ineditæ parte II. τὰ τῶν καλουμένα Πράσινα ἀφ' οὗ τοῦτο οὕτω ἐκλήθη, ἀφ' οὗ εἶναι ἐκεῖσε ταῦλον τῆς Πρασίνων.

LXXIV. PROBI ædes, Patricii nempe illius, quem plebs in ſeditione Victoriatorum, ſub Juſtiniano Imperatorem appellavit, ad Portum Juliani ſeu Sophiarum extitit. Theoph. p. 157. E.R. ut & Chronicon Alexandr. p. 778. E.R. κἀκεῖθεν κατῆλθεν ὁ δῆμος πάλιν ἐπισείοντες ἐπὶ τὸν Ἰουλιανοῦ λιμένα, εἰς τὸν οἶκον Πρόβου, ζητοῦντες ὅπλα, καὶ κράζοντες ἄλλον Βασιλέα τῇ πόλει, καὶ ἔβαλον πῦρ εἰς τὰ Πρόβου, καὶ κατενέχθη ὁ οἶκος. *Et inde deſcendens rurſum plebs ad Juliani Portum proruit, in domum Probi quærens arma, & ut alius Urbi Imperator daretur inclamans, & ignem injecit in domum Probi, ex quo prorſus dejecta eſt*. Quo etiam loco ſtatuitur a Theophane pag. 199. Ed. R. & Cedreno p. 387. E.R. ubi de incendio quod accidit anno XXXIV. ejuſdem Juſtiniani: γέγονεν ἐμφρησμὸς μέγας ἀπάτης τῆς Σοφιῶν, καὶ ἕως τοῦ Πρόβου, *factum eſt magnum incendium a Portu Sophiarum uſque ad domum Probi*. Codinus pag. 53. Ed. R. ait Probum Patricium templum S. Joannis Baptiſtæ de ſuo nomine Πρόβου appellatum, præterea παλάτια θαυμαστὰ πάνυ exſtruxiſſe: quæ quidem magnifica palatia non alia videntur ab ædibus, quæ Probi nuncupantur.

LXXV. PROTASII tractus, τὰ Πρωτασίου, a Protaſio Magiſtro dictus. Codinus pag. 40. E.R.

LXXVI. PSICHÆ. Hujus loci meminit Scylitzes pag. 628. E.R. & Anonymus Combefiſianus in Lacapeno num. XXX. Ἐγένετο δὲ ἐμφρησμὸς φοβερὸς ἐγγὺς τῆς ὑπαγίας Θεοτόκου τοῦ Φόρου, καὶ ἐπυρπολήθη ὁ Ἐμβολὸς ἄχρι τῆς λεγομένης Ψιχῶν· *Terribile etiam incendium fuit prope ædem Deiparæ in Foro, & abſumpta eſt Porticus uſque ad Pſichas*, ſeu *ad Micas*, uti interpretatur Xylander. Certe *Micam auream* in Regione ſecunda veteris Romæ ſtatuit Publius Victor. Leo Grammaticus pag. 505. E.R. habet μέχρι τῆς Ψηχῶν. *Edit. Pariſ. pag. 178.*

LXXVII. PSIPHA, ſeu τὰ Ψιφά: ἐν οἷς λιθοξόοι ἐπωλοῦντο, ut eſt in Originibus Conſtantin. ineditis, ubi de æde ſanctæ Anaſtaſiæ.

LXXVIII. PTERON, Πτερόν, locus ita dictus, cujus meminit Chronicon Alexandr. pag. 708. E.R. in quo murum conditum fuiſſe narratur an. XV. Heraclii, quo Blachernarum templum in urbe includeretur: Τούτῳ τῷ ἔτει ἐκτίσθη τὸ τεῖχος πέριξ τοῦ οἴκου τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς Θεοτόκου, ἔξωθεν τῆς καλουμένης Πτεροῦ· *Hoc anno extructus eſt murus circa ædem Dominæ noſtræ Deiparæ, extra locum Alam dictum*. Πτερόν Procopio lib. II. de Ædif. cap. VIII. Ed. R. eſt ſpecies propugnaculi, cujuſmodi ſunt murorum urbis Cortinæ, quibus teguntur propugnatores, ſic appellata, quod ſupra muros poſita, veluti in aere ſuſpenſa videatur: ubi de Caſtro Zenobia dicto: Πτερὰ τὸ οἰκοδομίαν καλοῦσι ταύτην, ἐπεὶ ὥσπερ ἀποκρέμασθαι τὰ τείχη δοκεῖ. Sed an hoc loco Πτερόν idem ſonet, non omnino planum videtur.

LXXIX. RUFI tractus, vel ædes, extitit juxta Magnam Eccleſiam, uti colligitur ex incendio, quod anno XXXVII. Juſtiniani Magni exortum, abſumpſit Xenodochium ſancti Sampſonis. καὶ τὰ ἐμφρησθέντα τοῦ (f. τῆς) Ῥούφου εἰκώματα, ἤ μεσαύλιον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ut habet Theophanes pag. 203. E.R. & ex eo Cedren. p. 387. E.R.

LXXX. SCYLA, carcer, ut videtur. Continuator Theophanis lib. IV. num. XIX. & Scylitzes de Theoctiſto occiſo a Barda p. 543. E.R. ἠγέντο μὲν οὖν πρὸς τὰ Σκυλὰ φρουρᾷ τινὶ παραδοθησόμενος, *ad Scyla ergo ductus eſt in cuſtodia tradendus*, aſſervandus. Locum ita dictum in ingreſſu Palatii fuiſſe tradit idem Continuator Theophanis lib. I. nu. IX. Ὅτε δὲ κατ' ἐκεῖνα ἐγένοντο Σκυλαί, οὕτω δή τινα τόπον κατὰ τὰς βασιλικὰς οἰκοδομὰς λεγόμενον, &c. *Ubi autem ad Scylas venerunt, locum ſic nuncupatum ad ingreſſum Palatii*, &c. Et lib. II. n. I. καὶ τότε νεκρὸν ἀνηλεῶς τε καὶ ἀφειδῶς ἀφ' τῆς Σκύλων εἰς τὸν ἱππόδρομον ἐξήγαγον, *defuncti cadaver crudeliter effrenique licentia per Scylas ad Hippodromum eduxerunt*. Ilius loci meminit præterea Symeon Magiſter in Leone Armenio nu. II. quem juxta Chalcen extitiſſe innuit.

LXXXI. SIDERA, Σιδηραί, locus juxta Petrium Monaſterium, ſic appellatus apud Bryennium & Annam Comnenam. Proinde alius a Sidera, loco quem ad Urbis partem meridionalem ſtatuit Scylitzes in Leone Phil. Vide Notas ad Alexiadem pag. 248. & ubi de Porta Ferrea agimus.

LXXXII. SMYRNIUM, τὸ Σμύρνιον, ait Codinus pag. 33. Edit. R. verſus ſeptentrionalem urbis partem, erat locus concavus decem ulnarum, in quo erant novem ſtatuæ, ſcilicet Conſtantini Magni, Fauſtæ uxoris, Hilarionis Præpoſiti, Criſpi filii Conſtantini, Severi, Armatii, Zeuxippi, Vigilantii, & Eleutherii; quas quidem ſtatuas a Conſtantino Magno erectas, Ariani, Valente imperante, terra obruerunt. Non tamen hæ ſtatuæ omnes a Conſtantino Magno poſitæ, cum ex iis quorum erant, ſonge poſt Conſtantinum vixerint. Tametſi id ipſum dicant Origines Conſtantinop. ineditæ, in quibus fuit illa Βυγλεντία τὰ τὰ Βυγλεντία κτίσματος. Ita nugantur Græculi iſti ſcriptores. Illud ſtetiſſe πλησίον τῆ Τετραδησίᾳ ἐμβόλου σωίγγος τῆ ἁγίᾳ Θεολόγῳ τοῦ Σφωρακίου, tradunt eædem Origines Conſtantinop.

LXXXIII. SPHORACII ædes, & tractus, τὰ Σφωρακίου dictus, appellationem ſumpſere a Sphoracio, qui Conſul fuit cum Herculano, an. II. Marciani Imp. ut eſt in Chron. Alexandrino pag. 740. E.R. qui Marcellino Comiti *Sporatius*, Senatori, quem ſecutus eſt Panvinius in Faſtis Conſularibus, *Aſporatius*, ut & in ſubſcriptione L. XXIII. Cod. de Epiſc. & Cleric. nuncupatur. At in ſubſcriptione legis latæ a Marciano hoc anno, quam deſcripſit Leunclavius in Notis ad Synopſin Baſilic. pag. 98. Σφωρακίων dicitur, ut & ſcriptoribus Byzantinis, qui ædes aliquot ſacras ἐν τοῖς Σφωρακίου recenſent, ædem ſcilicet S. Joanni Baptiſtæ, alteram S. Cyro, tertiam denique S. Theodoro Tyroni dicatam: quam quidem haud procul a Magna Eccleſia ſtetiſſe ſuo loco obſervamus. Sed & in tractu Sphoracii, ἐν τοῖς Σφωρακίου, pulcherrimam & ampliſſimam domum habuiſſe ſe teſtatur Nicetas Choniates, de Statu urbis poſt expugnationem, n. II. Τὰ Φωρακίου dicitur tractus ille Auctori incerto poſt Theophanem pag. 436. E.R. ut & Symeoni Magiſtro in Leone Armenio n. IV. ubi de quodam qui τοιμικὸς εἰς τὰ Φωρακίου fuiſſe dicitur: unde licet conjicere in eo tractu extitiſſe aliquod Tribunal juridicum.

LXXXIV. STUDII ædes. Vide templum S. Joannis Baptiſt. Studii nuncupatum.

LXXXV. SYBAITICUM. Hujus loci meminit Nicetas Paphlago in Vita S. Ignatii Patr. Conſtantinopolit. pag. 695. edit. MDCXVIII. τὸν ἐπὶ τὰ Συβαϊτικὸν ἀφ' ἧς ἐμβολὴ ποιούμενος πορείαν, *ad Sybaiticum per Porticum iter faciens*.

LXXXVI. SYNODI, Σύνοδοι, locus, vel ædes juxta Patriarchium. *Vide Patriarchium*.

LXXXVII. TERTIUM, Τέρτον, locus, ſeu tractus Conſtantinopoli, cujus mentio eſt in Synaxariis & Mæneis ad XXX. Mail in S. Iſaacio, qui Valentis Imperatoris excidium prænuntiavit: πάλιν δὲ προφθάσας ὁ ἅγιος ἐν τῷ λεγομένῳ Τέρτου, ἐπιλάβετο αὐτοῦ ἡ χαλινός.

LXXXVIII. TETRAPYLUM ÆREUM, unum habuiſſe Conſtantinopolim tradit vetus Urbis Deſcriptio, etſi regionem

Edit. Paris. *pag.* 179.

in qua extitit non indicet, ubi perperam *aureum* pro *æreum* scriptum reperitur. Illud autem a Constantini Magni temporibus stetit, siquidem verum sit quod ait Codin. p. 26. E. R. stetisse per annos CLX. usque ad Zenonem Imperatorem: cum a Constantino ad Zenonis imperium tot interstint anni. Tradit auctor Chronici Alexandrini pag. 736. E. R. eo terræ motu, qui accidit sub Theodosio Juniore, maximam urbis partem concussam, præsertim ἀπὸ τῶν λεγομένων Τρωαδησίων Ἐμβόλων, ἕως τοῦ Χαλκοῦ Τετραπύλου, *a Porticibus, quas Troadenses vocant,* (extitere illæ in duodecima Regione) *usque ad æneum Tetrapylum*. Cedrenus pag. 348. E. R. Tetrapylum statuit versus Forum Tauri, quod extitit in septima Regione, scribens incendium in urbe exortum an. v. Leonis Magni absumpsisse in Tauro duas ædes sacras maximas, unam quidem haud procul a Tetrapylo, alteram incumbentem Foro Tauri: καὶ τῶν ἱερῶν δὲ οἶκοι μέγιστοι δύο διακοσμημένοι παντοίοις λίθοις, ὧν ὁ μὲν τοῦ Τετραπύλου πρὸ πόρρω ἐτύγχανεν ὤν, ὁ δὲ τῆς τοῦ Ταύρου ἐνίκατο ἀγορᾶς. Menæa ad 1. Augusti Tetrapylum faciunt vicinum urbis tractui Βηλεντίου appellato. Cum igitur æneum Tetrapylum ad Zenonis tempora stetisse scribat Codinus, nullibi tamen eo imperante, vel destructum, vel incendio absumptum legitur. Imo Evagrius lib. III. cap. XXVIII. ex Joanne Rhetore, ait Mammianum quendam, qui ab infima conditione ad ordinem Senatorium pervenerat sub Zenone, excitasse in urbe duas Regales Porticus, δύο βασιλείους στοὰς, structura eleganti, atque ὥσπερ τι μεθόριον μέσον τῶν δύο βασιλείων στοῶν, Τετράπυλον ἀνασπάσαι, χίοσί τε καὶ τῇ ἐκ χαλκοῦ ὕλῃ μάλα κόμψως ἠσκημένον, *erexisse Tetrapylum veluti interstitium inter duas illas Regias Porticus interjectum, columnis & ænea materia pereleganter & exquisite elaboratum*. Subdit deinde has Porticus Mammiani sua etiamnum ætate, hoc est Mauricio imperante, nomen servasse, etsi prioris elegantiæ reliquias vix haberent: verum Tetrapyli ænei a Mammiano excitati, ne vestigium quidem illius reliquum vidisse. Sed an Tetrapylum istud diversum fuerit a priori, non liquet, cum ne Mammiani quidem Porticuum meminerint cæteri rerum Byzantinarum scriptores: at post Zenonem non semel Tetrapyli mentionem agi etiam deprehendimus. Quippe Theophanes, & ex eo Cedrenus, sub annum XXII. Justiniani Magni narrant incendium exortum eo anno in urbe obvia quæque consumpsisse, ἀπὸ τοῦ Χαλκοῦ Τετραπύλου, ἕως τῆς λεγομένης τοῦ Ἐλευσίου, ita quidem Theophanes, cujus codex Barberinus habet Εὐλυσίου, Cedrenus vero ἐκκλησίας. Chronicon Alexandrinum in Phoca an. VII. ædem SS. Quadraginta Martyrum πλησίον τοῦ Χαλκοῦ Τετραπύλου statuit, ut & Synaxaria: quam quidem ædem περὶ τὸ καίριον καὶ μέσον τῆς πόλεως, *in media urbe* stetisse auctor est Nicetas Choniates, ut & Forum Tauri. Anonymus in Paraphrasi Oraculorum Leonis pag. 276. Tetrapylum haud procul a Sigmate, quod in tertia Urbis Regione fuit, statuit, κατοικῶν ἐν τῷ Τετραπύλῳ ἐπὶ τῷ ψυχρότερον μέρος τοῦ Σίγματος, *habitans in Tetrapylo, ad frigidiorem partem Sigmatis*. Gyllius porro lib. III. cap. VI. censet Tetrapylum fuisse templum Jani quadriformis, quale Romæ olim fuit, quatuor portis pervium, quatuor anni tempora designantibus, uti describitur a Servio, qui Jani simulacrum ait captis Falisci Romam translatum *ad Forum transitorium, & quatuor portarum unum templum institutum*, id est eo loci ubi Forum deinde transitorium fuit, quod a templo Jani pervio appellationem sumpsit. Janus enim ab eundo appellatur, ideoque transitiones perviæ Jano sacræ, & fores ædium Januæ nominantur. Unde forte Tetrapylum Constantinopolitanum, prius nominatum Τετράβιον ait Codinus, quasi *Quadrivium*, quod nempe ex quatuor partibus pervium esset. Τετράβιλον habetur in Originibus Constantinop. MSS. quo spectant quæ infra narrat de velis obductis ipse Codinus. Sed & non Jani duntaxat simulacrum, verum etiam templum ipsum Romanum æneum fuisse Jani docet Procopius lib. I. de Bello Goth. cap. XXV. Ὅτι γὰρ ἅπας χαλκοῦς ἐν τετραγώνῳ χώματι ἵσταται, τοσοῦτος μὲν ὅσος τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἰάνου ἐστίν, &c. *Templum illud totum ex ære constat, quadrata forma, eaque magnitudine quæ tegendo Jani simulacro idonea sit*, &c. Sed vix crediderim Constantinum Magnum aut ejus successores, qui gentilium fana evertebant, templum quadratum Jano sacrum excitasse, nisi ante instauratam a Constantino urbem suum Tetrapylum habuerit Byzantium, siquidem Tetrapyla Jano sacra fuere, quod jure in controversiam cadit. Nam Tetrapyla quæ habuere urbes præcipuæ, inter opera publica recensentur a scriptoribus. Alypius Antiochenus, seu vetus auctor Descriptionis Orbis cap. XIX. de Bostræ in Arabia Tetrapylo: *in quo publicum Tetrapyli opus admirantur*. Et cap. XVII. §. IV. ait Cæsareæ in Syria Τετράπυλον ubique prædicari, cujus etiam mentio habetur in libro Miraculorum S. Anastasii Martyris, qui laudatur in Synodo Nicæna II. act. IV. Evagrius lib. II. cap. VIII. ait Proterium quendam Alexandrinæ cæsum, funeque circumligatum, ἀνὰ τὸ καλούμενον Τετράπυλον, *supra Tetrapylum* eductum, omnium oculis subjecisse. Idem denique scriptor cap. XII. ejusdem libri describens terræ motum qui Antiochiæ accidit, evertisse Porticus ante Palatium refert, καὶ τὸ ἐπ' αὐταῖς Τετράπυλον, *& quod iis insistit Tetrapylum*: ita ut *Tetrapylum* fuerit ædificium altius, quatuor portis pervium, cui adnexæ erant Porticus, in quas per has portas ibatur: quod certe videtur innuere loco laudato Evagrius, cum ait Mammianum inter duas Porticus Tetrapylum excitasse ærea vestitum materia, & columnis adornatum. Quod vero Jacobus Gothofredus Alypii editor *Tetrapylum* cum *Quadriporticu* confundit, nihili est, ut & quod affert ex Strabone de Nicæa Bithyniæ urbe, cujus verba longe aliter capienda pridem monuit Casaubonus. *pag.* 180.

LXXXIX. TOPI, locus ita appellatus, haud procul ab Arcadianis, & æde S. Michaelis Archangeli, statuitur a Svida v. στήλη, & a Codino pag. 19. E. R. ubi βάθρα ita nuncupata ajunt, ἐν τοῖς πλησίον μέρεσι τῶν βάθρων τῶν λεγομένων Τόπων, *prope gradus qui vocantur Topi*. Exiterunt autem Thermæ Arcadianæ in prima Regione ad Propontidis littus, ubi etiam collocantur Topi apud eundem Codinum pag. 12. E. R. scribentem muros Urbis maritimos Constantinianos ab Acropoli ad Topos fuisse protensos, & a Topis ad ædem Deiparæ Ῥάβδου appellatam. Ad Topos ædem S. Lazari stetisse præterea tradunt Leo Grammaticus & Scylitzes, ut & idem Codinus pagg. 40. 41. E. R. qui loco nomen inditum tradit, quod in hisce Gradibus sederint judices a Zenone Imperatore submissi, qui Basiliscum tyrannum condemnarunt, & eo usque protensa τὰ τῶν τειχίνων κτίσματα a Constantino Magno condita.

XC. TOXARÆ ædes, illius fuit Toxaræ Manclavitæ, qui jussu Basilii Macedonis Michaelem Ebriosum in Palatio, quod templo S. Mamantis adjacebat, occidit. Ita Codinus pag. 53. E. R. Constantinus Toxaras dicitur Leoni Grammatico pag. 469. E. R.

XCI. TRIEXODON, paulo infra ædem S. Mocii extitit, proindeque haud procul a Porta Aurea. Codinus: τότε λεγόμενον Τριέξοδον τὸ ἀπὸ τὰ Κέρα κάτωθεν τοῦ ἁγίου Μωκίου ὑπάρχον. &c.

XCII. TUBACÆ ædes, (τῆ Τυβάκης οἴκοις) extructa a Constantino Magno, ut habent Origines Constantinop. MSS. & Codinus pag. 11. E. R.

XCIII. TZAUSÆ tractus, τὰ Τζαύσια, dictus, occurrit apud Symeonem Logothetam in Basilio num. XLIV.

XCIV. VIGLA, seu *Vigilia*, Græcis recentioribus Βίγλα, locus sive ædes ubi excuba-

bant milites qui urbis ſecuritati invigilabant: noſtris *Corps de Garde*. Occurrit apud Annam Comnenam lib. IV. quæ hanc haud procul a Portu, ſeu Freto ſtatuit. Vide Notas noſtras ad Alexiadem pagg. 314. 315. E. R. & Anonymum in Collectan. Conſtantinop. pag. 98.

XCV. VIGLENTIA, τὰ λεγόμενα Βιγλέντια, Codino pag. 28. E. R. ſeu τὰ Βιγλεντία, ut eſt in Collectan. Conſtantinop. pag. 98. ubi extitit ὀχυρωτάτη φυλακὴ Conſtantini Magni, antequam Byzantium conderet. Ædis ſacræ ἐν τοῖς Βιγλεντίοις mentio eſt in Menæis XXVIII. Julii. Vide Stemma Juſtiniani Imp. in Vigilantio.

XCVI. URBICII Arcus ſeu Fornix, de quo hæc Codinus pag. 12. E. R. Ἡ δὲ ἐκεῖσε ὁρωμένη ἀψὶς ἡ λεγομένη νῦν Οὐρβικίου, πρότερον πύρτα ἦν χερσαία τοῦ Βύζαντος. *Qui vero ibi conſpicitur Fornix, nunc Urbicii nomine donatus, prius fuerat porta terreſtris Byzantii*. Origines CP. inditæ paulo aliter: ὁ μὲν τόπος ἐκ τοῦ Οὐρβικίου ἐκλήθη Πρωτασίου. Vide Codinum pag. 40. E. R. Urbicii Præpoſiti ſub Conſtantino M. meminit idem Codinus, ut & Urbicii conditoris ædis S. Juliano ſacræ pag. 38. Urbicius alter, cujus habetur fragmentum περὶ ταχτικῶν, floruit ſub Anaſtaſio, ut ipſemet prodit ſub finem, & docet vetus Epigramma, quod Salmaſius deſcripſit in Notis ad Spartianum, ex cujus lemmate ἀπὸ ὑπάτων, ſeu virum Conſularem fuiſſe colligimus.

XCVII. ZEUGMA, tractus in Urbe ita appellatus, ex eo quod reliquiis S. Stephani Conſtantinopolim translatis, & ad hunc locum adductis, mulæ ibi currui junctæ ſunt, quo ad Conſtantianas pervenerunt, ubi quaſi quodam conſtrictæ vinculo ultra pergere non potuere, uti narrat Nicetas Rhetor de Inventione corporis S. Stephani, & ex eo Codinus pag. 47. E. R. Zeugmatis mentio fit apud Theophanem in ſeditione Victoriatorum p. 155. E. R. εἰκοστὸς ἐκτὸς ἐστιν ὁ φερόμενος εἰς τὸ Ζεῦγμα, *ſexta & vigeſima jam tædes ad Zeugma patrata eſt*. Ita legendum in editione Luparea ex Alemanno ad Procopii Hiſt. Arcan. pag. 64. 1. edit. & infra: τὸν ξυλοπώλην τὸν εἰς τὸ Ζεῦγμα τίς ἐφόνευσεν; *fabrum lignarium ad Zeugma quis interfecit?* in Zeugmate ædificaſſe Proclum Patr. CP. ædem SS. Coſmæ & Damiani auctor eſt Codinus pag. 47. E. R. ſed an fidem mereatur quod ibidem recitat de loci appellatione, alii viderint; mihi enim non probatur. Sed incertum etiam an diverſum ſit a Zeugmate quod Ζεῦγμα τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου vocat pag. 12. ubi ſitum Byzantii a Conſtantino M. primum inſtaurati deſcribit, cujus latus maritimum ait ab Acropoli promotum uſque ad Zeugma S. Antonii, & a Topis ad ædem Deiparæ Ῥάβδου appellatam. Ex quibus Zeugma S. Antonii ad Propontidem fuiſſe colligimus. De ſtatua Veneris quæ in Zeugmate ſtetit, diximus ſupra ubi de Anemodulio.

CONSTAN-


32
2
1
26
8
4
29
26
30
27
34
30
25
28
27
27
26
1
2
33
31
31
36
36
38
210.
210.



PROSPECTVS EXTERIOR ÆDIS SANCTÆ SOPHIÆ CP.



Inuenda hæc tres Tabellæ ante Lib. 3. CP.

PROSPECTVS INTERIOR AEDIS

SANCTAE SOPHIAE CP

PROSPECTVS INTERIOR ÆDIS
SANCTÆ SOPHIÆ C P.

Edit. Paris. pag. 1.

CONSTANTINOPOLIS CHRISTIANA,

SEU

DESCRIPTIO

URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ,

Qualis extitit sub Imperatoribus Christianis,

LIBER TERTIUS.

I.

ÆDES SACRÆ,

ECCLESIÆ CATHOLICÆ, ORATORIA, Monasteria.

CUM Urbs Constantinopolitana variis ædificiis, publicis perinde ac privatis, structuræ elegantia & materiæ dignitate perilluſtribus ubique colluceret; tum maxime ædibus sacris conspicua fuit, quæ pari decore & magnificentia a Principibus & Magnatibus Christianis excitatæ, ingenti & ultra quam credi potest numero regiones omnes exornabant. Harum autem ea erat structura, ut humana arte & ab hominibus excitata vix crederentur, ut ait Manuel Chrysoloras pag. 119. E. R. ἐδήμουτο δὲ ναοὺς, οἵους ἀπιστεῖσθαι ἀνθρωπίνῃ τέχνῃ καὶ παρ' ἀνθρώπων γεγενῆσθαι. Guillelmus de Baldenzel in Hodœporico: *In hac civitate multæ sunt Ecclesiæ, & fuerunt plures, supra modum pulchræ, opere Mosaico, marmoribus & singulari modo construendi mirabiles.* Quo spectant quæ de Ecclesiarum apud Christianos veteres magnificentia in Libello precum Marcellini & Faustini scribuntur: *Habeant illi Basilicas auro coruscantes, pretiosorumque marmorum ambitione vestitas, vel erectas magnificentia columnarum*, &c. Ædium porro urbis Constantinopolitanæ numerum & elegantiam ita prædicat S. Gregorius Nazianzenus in Somnio de Anastasiæ templo:

pag. 2.

Η μὲν δὴ πολλοῖσι ἀγαλλομένη, μεγαλοῖς τε
Κάλλεσι δωδαλέοις ἡ βασιλὴς πόλις,
Νηοῖς οὐρανίοισιν ἀγάλλεται ἔξοχον ἄλλων,
Νηοῖς τοῖς ποτ' ἐμοῖς, νῦν γε μὲν ἀλλοτρίοις.

Dotibus ampla quidem multis Urbs Regia gestit,
Multaque quæ visu sunt speciosa tenet:
At summum decus ipsius sunt maxima templa,
Templa ego quæ quondam nunc alienus habet.

Fulcherius Carnotensis lib. 1. Hist. Hieros. cap. IV. in hæcce verba exclamat: *O quanta civitas nobilis & decora! quot Monasteria quotquo Palatia sunt in eo miro opere fabrefacta!* Et Willharduinus noster num. LXVI. *Cum ilz virent ces halz murs, & ces riches tours dont ere cloſe tot entor a la reonde, & ces riches Palais, & ces haltes Tgliſes dont il i avoit tant, que nuls nel poiſt croire, ſe il ne veiſt a l'oil, & le lonc & le lé de la ville, que de totes les autres eres ſouver ine.* Quem quidem immensum ædium sacrarum in Urbe numerum hisce etiam prædicat Willelmus Antistes Tyrius lib. XX. cap. XXVI. *Sed & urbem totam tum interius, tum exterius, simul & Ecclesias & Monasteria, quorum pene infinitus est numerus, columnas etiam trophæorum argumenta, arcus quoque triumphales, deducentibus eum magnis proceribus locorum gnaris, Dominus Rex peragravit.* Auctor vitæ Joannis Acacii: Ἐτι δ' ἐκκλησίαι, καὶ νόμοι, καὶ δικασήρια, καὶ ὅσα δὴ καθ' ἕκαστον ἐν πόλεσιν ἐπίρρωτα ἐστὶν αἰδεῖν, ἐνταῦθα ζῶντι τις πάνθ' ὁμοῦ τὰ πανταχοῦ γῆς ἄπαντα, ὥστ' ἐοικέναι πῶς δὲ πῶς πόλιν κοινῶν τινι τῆς γῆς ἐργασηρίῳ, μᾶλλον δ' ἐνταῦθά ἐστι τὸ κοινὸν ἀνθρώπων ἐμπόριον, καὶ ἡ κοινὴ τῶν ἐν γῇ φυομένων διοίκησις. *Ecclesiæ præterea, & leges, & tribunalia, & quæcumque singulatim in civitatibus aliis videre est, & quæ ubique in terrarum orbe rara sunt, hic omnia simul reperiat, sic ut communem quandam officinam Urbs referat, seu potius commune sit hic hominum emporium, communisque rerum quæ in terra enascuntur dispensatio.* Et Matthæus Camariota in Declamat. de Expugnata a Turcis Urbe pag. 80. Ὅσῳ λαμπροτέρα ἦν, τοσούτῳ νῦν αἰθλία καθέστηκεν· οὐδὲν αὐτῆς μακαριώτερον πρότερον, οὐδὲν ἐλεεινότερον νῦν. ἔξω αὐτὴν καὶ οὐρανῷ παραβάλλειν, ὡς ἥλιον δὲ στιλπνὸν καὶ ἀστέρας τὰ ποικίλα τῆς ναῶν καὶ τῆς ἄλλων περιβλέπτων οἰκημάτων προβαλλομένην καλλή τε καὶ μεγέθη πάντων ἀσύγκριτα ἄγαν. *Quo splendidior olim erat, tanto nunc miserior redacta est: quemadmodum nihil antea illa beatius, ita contra nihil nunc eadem miserius. Poterat ipsa vel*

cælo comparari, utpote quæ tanquam sole & luna & stellis, varia ædium sacrarum & alia elegantium ædificiorum pulchritudine & amplitudine omnibus aliis extra omnem comparationis aleam antestaret. Benjaminus Tudelensis in Itinerario pag. 29. 1. edit. tot templa in Urbe quot anni dies: Albericus in Chron. an. MCCII. *Infra muros Urbis quingentas circiter Abbatias vel Ecclesias Conventuales* extitisse scribunt. Certe plusquam quadringentarum nomina hic recensemus.

Neque tamen ipso sui initio tot ædibus sacris coruscavit urbs Constantinopolitana, siquidem vetus auctor Descriptionis Urbis, qui sub Honorio vixisse creditur, quatuordecim tantum sua ætate Ecclesias habuisse testatur. Sed postmodum eo insaniæ processit ejusmodi substructionum libido, ut non modo Basilius Macedo in urbe vel circa urbem circiter centum ædes sacras ædificasse dicatur a Porphyrogenito in avi vita cap. LXII. Sed & abdicatis rerum publicarum, atque adeo bellorum curis, toti ædium sacrarum structuræ ita vacavit, ut qui ad prælia educendi erant, milites in cophinis occuparet, ὧν τῶν αὐτῷ ἐκ ἀφισαμένων ἀπὸ τῆς ἄρσεων, τῶντε χειρῶν αὐτῷ ἐν τοῖς κοφίνοις δαλλόντων, quod de eodem Basilio refert Zonaras. Ejusmodi excitatas ædes sacras latifundiis locupletabant, quarum reditibus alerentur & sustentarentur Clerici, qui in iis sacra ministeria perageret, quod hisce verbis indicat Justinianus in Nov. III. Ἀνιχνεύοντες τοίνυν αὐτὸ πανταχόθεν, διεῖσκομεν ὡς ἕκαστος τῶν τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας οἰκοδομησάντων ἐπὶ τῆς ἁβδαίμονος ταύτης πόλεως, ἐκ οἰκοδομίας ἐφρόντισε μόνης, ἀλλὰ καὶ τὰ χορηγίαν αὐτάρκη δοῦναι τοῖς παρ' αὐτῷ γενομένοις διάγειν οἴκοις· καὶ ὁρίσαι πόσους μὲν φρουτὴκόν ἐστι φρεσβυτέρους καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν, πόσους τε διακόνους ἀρρένας τε καὶ θηλείας, πόσους τε ὑποδιακόνους, καὶ ἀνδρὰς ψάλτας τε, καὶ ἀναγνώστας, καὶ πυλωρὰς καθεσάναι· καὶ φρὸς τοῦτο καὶ τὰ εἰκὰ δαπάνην ὥρισε, καὶ φρόσοδον οἰκείαν ἐπίδωκεν, ἀρκέσαι τοῖς παρ' αὐτῷ κατάσασιν. *Investigantes igitur illud undique, invenimus quoniam singuli horum qui sanctissimas Ecclesias ædificaverunt in hac felicissima civitate, non pro ædificio solummodo cogitaverunt, sed etiam ut expensas sufficientes darent a se factis venerabilibus domibus: & determinarent quantos quidem competens esset Presbyteros per unamquamque Ecclesiam, quantosque Diaconos masculos, atque feminas, & quantos Subdiaconos, & rursus Cantores atque Lectores & Ostiarios constitui: & super hæc etiam Oratorii expensas definierunt; & reditus proprios dederunt sufficientes iis quæ a se constitutæ sunt.* Interdum etiam ea fuit Imperatorum in ejusmodi templorum structuris vesania, ut thesauris publicis exhaustis, ad injustas & pernicioſas exactiones confugere necesse haberent, quibus subinde vexati subditi, hæcce ædificia tanquam propriis solidata & excitata substantiis intueri cogebantur. Quam quidem vesaniam arguunt scriptores Byzantini in Constantino Monomacho, cum Manganense Monasterium excitavit. Neque hisce tantum substructionibus, sed etiam addicta & attributa ipsis ædibus sacris ac monasteriis possessionum & prædiorum proprietate, rem publicam labefactarunt: adeo ut Nicephorus Phocas sanctionem edere coactus fuerit de non augendis Monasteriorum latifundiis; quam etiam firmavit Manuel Comnenus, ut refert Nicetas lib. VII. num. III. Et quidem tantum abfuit ut Manuel immodicam prædecessorum suorum struendi Monasteria cupiditatem probaret, ut etiam patrem, avum, cæterosque cognatos suos omnes, qui Monasteria extruxerant, & iis amplissima prædia donaverant, incusare non destiterit; non quod de suis opibus aliquid Deo consecrassent, sed quod Monachis, quorum erat deserta sectari, urbesque ut Sirenum cantus vitare, atque adeo divitias spernere, res suas inepta quadam prodigalitate distribuissent. Sed præsertim damnabat vanam eorum ostentationem, qui aucupandæ gloriæ, & nominis sui æternitati consecrandi animo, & templa excitabant, & in eorum liminibus sepulchra sua vario incrustata marmore & exornata proponebant. Οἱ δὲ τὸν ἐξ ἀνθρώπων θηρώμενοι ἔπαινον, καὶ τὰς κεκονιαμένας ἑαυτῶν τάφους καὶ ψηφίσι πολυχρώμοις διαδεδισμένας εἰς θέαν τοῖς εἰσιοῦσι τοὺς νεὼς φροτιθέντες, καὶ νεκροὶ ἱρῶντες στεφανώμενοι δείκνυσθαι, καὶ σιλπνοὶ καὶ φαιδροὶ τὰ φρόσωπα, ἐπ' ἀγορᾶς τε καὶ τριόδων τὰ θεῖα οἰκοδόμησαν φροντιστήρια, &c. *Hi vero laudem ab hominibus aucupantes, incrustata sua sepulchra, & musivo diversi coloris distincta, iis qui templa ingrediuntur, proponentes, & mortui quoque coronari, & hilari splendidoque vultu conspici amantes, in foro ac triviis Monasteria ædificant*, & in iis nullo cum delectu Monachos, qui nihil ultra tonsum capillum & mutatum habitum virtutis præferunt, velut in cavea concludunt. Pari etiam severitate ac censura ejusmodi ambitiose munificos carpit Theophylactus Archiepiscopus Achridensis in Institutione Regia cap. x. qui spretis templis, aç Monasteriis jam olim ædificatis, nova excitabant, sola inducti ratione, ut ipsorum institutores & conditores dicerentur: Καὶ αὐτὸς ἕκαστος νεουργός τε εἶναι φροθυμεῖται, καὶ δεσπότης τ' νεουργήματος. *Et unusquisque conditor esse & dominus novæ structuræ dici cupit.* Sed quod addit; καινίζονται δέ τινα νεαρά τε καὶ φρόσφατα ἐπὶ τοῖς τῶν καινουργούντων ὀνόμασι, *eriguntur autem nova ac recentia conditorum nominibus appellata*, videtur spectare ambitiosos illos titulos ædium sacrarum, quibus non Sanctorum ipsorum, in quorum nomina excitatæ erant, sed conditorum passim adscribebantur appellationes; quod sæpe adeo factitatum legimus, ut sancti earum Patroni, seu uti vocantur a Paulino, *Domnædii* omnino etiamnum ignorentur. Id interdum porro inde ortum videtur, quod Magnates in domibus suis Oratoria ædificarent, quæ vel successu temporis, extinctis ipsis dominis, juris fiebant publici, aut in Monasterii usum transibant: vel saltem conditorum nomina retinebant. Hinc ædium sacrarum tituli varie passim apud scriptores Byzantinos exarati reperiuntur: alii enim conditorum, alii ipsorum quibus dicatæ erant Sanctorum, alii ipsius urbis tractus in quibus sitæ erant, nomina, alii denique Sanctorum ipsorum epitheta tantum præferebant. Quandoque etiam nulla ædis sacræ adjecta aut facta mentione, solis Sanctorum ipsorum nominibus indicantur apud scriptores: quod quidem Zenonis ævo ita invaluerat, ut in testamentis, Archangeli aut Martyres, nulla facta ædis mentione, hæredes instituerentur, aut legato donarentur, ut est in L. XV. Cod. de Sacros. Eccles. quod quidem ambiguitatem quandam pariebat, de qua Justinianus in L. XXVI. §. 1. Cod. eod. Neque in urbe duntaxat, sed & in suburbanis ipsis Oratoria & Monasteria pari passim elegantia exædificata conspiciebantur: ita ut Procopius lib. 1. de Ædif. cap. VII. Justinianum dicat in Anapla, seu Bospori littoribus, ὥσπερ ὅρμῳ περιφερεῖ ἐγκαλώπισμα τὰ ἱερὰ ταῦτα addidisse.

Edit. Paris. pag. 3.

Jam vero ædium sacrarum appellatione veniunt Ecclesiæ, Monasteria & Oratoria; quibus adjungi possunt domus Hospitales, & ægris ac pauperibus reficiendis destinatæ, Ecclesias potissimum vocabant, quæ usui, seu potius cultui publico addictæ erant, id est in quibus, viris perinde ac mulieribus divinis interesse officiis licebat, quas exinde καθολικὰς, nostri *Parochias* dicunt. Quippe apud Græcos virorum Monasteria, & in iis constructæ Ecclesiæ, viris, mulierum mulieribus solummodo patent, uti observavit Goarus ad Euchologium: quod de sanctimonialium asceteriis omnino testatur auctor Vitæ S. Nili Junioris pag. 70. Hac

autem notione Catholicas Ecclesias nuncupant Synodus Trullana Can. LIX. Leo Imp. Nov. IV. Theophanes pag. 314. E. R. Leo Grammaticus pag. 459. E. R. Joannes Anagnosta de Excisa Thessalon. cap. XX. Codinus de Off. cap. I. & alii, quos in nostro Glossario nuper laudavimus.

Monasteriorum vero alia erant virorum, alia sanctimonialium, quædam duplicia, alia denique Eunuchorum. Quædam ex his Patriarchæ fuberant, de quibus Balsamon ad Can. XIX. Synodi VII. Pachymeres lib. VI. cap. XI. & alii: alia erant juris Imperatorii, seu quod ab iis dotata & condita, seu quod ea peculiari quodam privilegio sibi reservassent. Βασιλικὰ μοναστήρια dicuntur Theophani pag. 411. E. R. Constantino de Adm. Imp. cap LII. & aliis, cujusmodi sunt, quæ apud nos *Regalia Monasteria* vocantur, de quibus ut de Monasteriis duplicibus in eodem Glossario pluribus egimus.

Oratoria, seu εὐκτήρια, proprie appellantur ædes sacræ privatæ, quæ nec usui publico, ut sunt Catholicæ, nec ad Monasterii usum excitatæ erant. Hujusmodi sunt Oratoria in Palatiis Imperatorum ædificata, quæ vulgo apud nos sacrarum Capellarum innotescunt appellatione, & ea quæ in domibus magnatum. In iis autem Oratoriis sacra Officia per Sacerdotes exequi cum Episcopi indulto Dominis licebat, ex Canone XXXI. Synodi Trull. & Nov. IV. & V. Leonis, Atque has Palatinas Ecclesias & *Basilicas vulgaribus inaccessas* fuisse testatur Willelmus Tyrius lib. XX. cap. XXV. De ejusmodi vero Oratoriis apud Latinos egimus pariter in Glossario nostro.

Edit. Paris. pag. 4.

Erant præterea ædes aliæ sacræ, quæ προφητεῖα appellabant, quod Prophetis dicatæ essent, de quibus est Lex XV. Cod. de Sacros. Eccles. qua quidem appellatione donantur non modo veteris Testamenti Prophetis dicata templa, sed maxime quæ S. Joanni Baptistæ, quem Prophetæ nomine apud Christianos vulgo donari pridem obtinuit, sacrata erant. Extat epistola nescio cujus, edita post Historiam Episcoporum Virdunensium a Laurentio de Leodio conscriptam, qua is Episcopo quærenti, *cur modo in orbe Christiano non ædificentur aut dedicentur Ecclesiæ in memoria, vel nomine Patriarcharum, vel Prophetarum, cæterorumque Sanctorum, qui Domini & Salvatoris adventum præcesserunt, sicut in beatorum Apostolorum & Martyrum, seu cæterorum Sanctorum fieri solet*, ita respondet: *De hac re hæc reddi ratio potest, quia perrari sunt ex antiquis Patribus, quorum natalitii dies memoriæ traditi sint. Judæi siquidem bonis omnibus invidentes, noluerunt dies transitus vel martyrii eorum commendare memoriæ, ne eorum qui passi sunt gloria illis qui eos occiderant major fieret peracti sceleris pœna, & istorum venerandi recordatio inimicis esset illorum æterna confusio. Sed nihil hoc agentes profecerunt, quia quibus singuli dies subtracti sunt per oblivionem, omne tempus tribuitur per honorem, quia etsi nescimus quando passi sunt Martyres, tamen quia Martyres fuerunt novimus. Interea eorum reliquias aut impossibile, aut difficile est reperire, sive quibus templa ædificari aut consecrari moris non est. Quia ergo innumeri sunt sanctorum Patrum, quorum natalitii dies ignorantur, quorumque reliquiarum nihil reperitur pauciss imi, quorum dies mortis vel passionis scitur, idcirco nulli eorum memorias celebrari, vel templa construi contigit, istorum paucitate intra multitudinem delitescente.* Certe apud Latinos perinde ac apud Græcos Prophetarum festa celebrari testantur passim Martyrologia; sed an mortis dies, quos vulgo natalitios dicimus, is intelligatur, incertum: nam quidquid sit de festis Prophetarum, id constat pleraque ædes sacras, quæ in horum nomen conditæ sunt, vel ob eorum reliquias eo translatas, vel ob aliquod miraculum, vel denique ex peculiari Principum erga illos cultu ac veneratione, extructas.

Ex tanto ædium sacrarum numero, non paucæ erant Latinis potissimum addictæ, in quibus sacra Romano ritu peragebantur. Harum meminit Leo IX. PP. in epistola I. ad Michaelem Patriarcham Constantinop. cap. XXXIX. ut & Historia de Excomunicatione ejusdem Patriarchæ a Legatis sanctæ Sedis Apostolicæ sub eodem Pontifice Leone. De iis etiam egisse videtur Petrus Diaconus lib. IV. Historiæ Casinensis cap. LXVI. Eæ vero potissimum senescente Græcia erant Venetorum, Genuensium, Pisanorum, aliarumque gentium, quibuscum frequentius erat Græcorum commercium. Harum mentio est in epistola Innocentii III. PP. ad Patriarcham Constantinopolitanum, in Gestis ejusdem Pontificis. Extat alia Hadriani IV. PP. ad Gradensem Patriarcham apud Ughellum to. V. Italiæ sacræ, qua ei & successoribus facultatem concedit *Episcopum consecrandi & ordinandi in Urbe Constantinopolitana, & in aliis civitatibus, in Constantinopolitano duntaxat Imperio constitutis, in quibus Veneti plures habent Ecclesias, ubi videlicet eorum multitudo consuevit assidue convenire.*

Ædes istas sacras exornabant potissimum Sanctorum Reliquiæ, quorum infinitum propemodum numerum prædicant scriptores. Auctor Vitæ Joannis Acacii: Εὐμείρησε δὲ τοῖς κορυφαίοις τῆς Ἀποστόλων ὁρίξαι μὲν χεῖρα φιλόξενον, — ἀυχεῖ δ' ἐντεῦθεν μαρτύρων μήτηρ ἐ τροφὸς ὀνομάζεσθαι· *Meruit Apostolorum Principibus hospitalem dexteram porrigere, — atque inde gaudet Martyrum matrem & alumnam se nuncupare.* Willelmus Malmesburiensis lib. IV. Hist. Angl. *Certavere zelo Imperiali Augusti singuli decorem addere, quisque arbitrantes aliquid se institutæ debere operæ, iste Sanctorum Reliquiis, ille divitiis, Constantinus omnibus.* Robertus Monachus lib. II. Hist. Hieros. extremo. *Ibi nunc receptaculum habent sanctissimæ Reliquiæ sanctorum Prophetarum & Apostolorum, & innumerabilium Martyrum sanctorum, quæ illuc translatæ sunt a facie paganorum. — Ideo talis effecta est urbs regia Constantinopolis, ut sanctarum, quas supra diximus, reliquiarum foret tutissima regia. Et ideo debet bene Romæ coæquari dignitate sanctuarii, & excellentia regiæ dignitatis, nisi quod Roma est Papali apice sublimata, & caput & summa totius Christianitatis.* Petrus Abbas Cluniacensis lib. II. epist. XL. *Utinam posset in me corpus, quod concupiscit spiritus, urbem a cæli rege Jesu Christo, & a Principe terræ Constantino in Christo fundatam videre, & in ea non ædificia vel ornatus, sed fidem Deo subditorum principum, & Prophetarum, Apostolorum, Evangelistarum, & multorum Martyrum de diversis mundi partibus illuc translatorum, velut commune cœmeterium videre & adorare possem.* Quibus addenda quæ in hanc rem habent Guibertus lib. I. Hist. Hieros. cap. IV. Tyrius lib. XX. cap. XXV. & Willharduinus noster num. C. cujus hæc sunt: *Des Santuaires ne convient mie à parler, que autant en avoit il à ice jor en la ville, com il remanant dou monde.* Nec mirum si Constantinopoli tot extitere ædes sacræ, cum scribat Tudebodus lib. V. de Hieros. Itin. Antiochiæ sua ætate, hoc est an. MC. *mille & ducentas fuisse ædificatas Ecclesias, & ter centa & sexaginta monasteria in se habuisse Monachorum.* Sed & S. Hieronymus epist. XVII. de Hierosolymis, suo pariter ævo, *tanta in ipsa urbe orationum loca extitisse ut ad ea peragranda dies sufficere non posset.* Atque ex immenso forte isto ædium sacrarum numero *Matrem Ecclesiarum* Constantinopolim appellavit Nicetas in Murzuphlo num. V. nisi ad Patriarchalem sedem respexerit: Ὦ πόλις, πόλις, πόλεων πασῶν ὀφθαλμὸς, ἄκουσμα παγκόσμιον, ἐκκλησιῶν γαλεχὴ, πίστεως ἄρχηγε, ὀρθοδοξίας ποδηγὲ, λόγων μίλημα, καλῶ παντὸς ἐπιδιαίτημα. *O urbs, urbs, urbium omnium ocule, per orbem terrarum celebris, spectaculum ultramundanum, Ecclesiarum mater, princeps religionis, rectæ sententiæ dux, eruditionis alumna, omnis pulchritudinis diversorium.*

pag. 5.

II.

ECCLESIA SANCTÆ SOPHIÆ.



SANCTÆ Sophiæ, ſeu divinæ Sapientiæ, auguſtiſſimum Templum, diuque vulgari Magnæ Eccleſiæ appellatione donatum, cæteris quæ in Urbe Conſtantinopolitana excitata ſunt, ſemper præcelluit, quod Patriarchæ præſertim ſedes, ac proinde primarium & totius Orientis præcipuum haberetur. In majorem hanc Eccleſiam peculiaris Imperatorum Conſtantinopolitanorum venerationis argumentum inſigne eſt, quod hanc Matrem ſuam appellare ſolerent. Ita enim Zeno in Lege XVI. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, *Matrem ſuæ pietatis*, ut Acacium Patriarcham in Lege XVII. eodem Cod. *Patrem ſuæ pietatis* vocat. Neque aliter Juſtinianus in Novella III. in Præfat. *ſui Imperii Matrem* compellans, τὼ τῆς ἡμετέρας βασιλείας μητέρα. Sed hujuſce templi nomen tum late in univerſum orbem maxime diffuſum, cum de novo ab eodem Juſtiniano inſtauratum eſt ea amplitudine, & ſtructuræ elegantia, ut cæteras, quæ hactenus in orbe Chriſtiano conditæ ſunt, ædes ſacras longe ſuperarit, ex eoque ab omnibus ferme cum Græcis tum Latinis ſcriptoribus celebretur. Ejuſmodi enim eſt, ut *præ illa quicquid eſt excelſi operis admirandum fatiſcat*, ut ait Paulus Silentiarius in ejus Deſcriptione parte I. verſ. IX.

—— ᾧ ὑπὸ μοιρῳ
Πᾶν κλέος ὑλοφόροιο κατώκλασε θέσκελον ἔργου,

Et ut omnia veteris Romæ templa ac ædificia tantum antecellat,

Ὁππόσον εἰδώλοιο Θεὸς μέγας ἐσὶν ἀρίων,

quantum idolo Deus maximus præſtantior eſt, verſ. XXI. Addit deinde verſ. CLXII. eam eſſe ædis pulchritudinem, ut qui ſemel hanc ingrediuntur, pedem inde referre renuant, dum huc illuc oculos circumferunt, & tot eximiis quibus ubique decoratur ornamentis detinentur:

Εἰ δέ τις ἐν τεμένεσι θεουδέσιν ἴχνος ἐρείσει,
Οὐκ ἐθέλει παλίνορσον ἄγειν πόδα· θελγομένοις δὲ
Ὄμμασιν ἔνθα καὶ ἔνθα πολύτροφοι αὐχένα πάλλει,
Πᾶς κόρος ἀπλήρωτος ἑλιλάτα ἔκτοθεν οἶκος.

Edit. Pariſ. pag. 6.

Amio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Joannes Cantacuzenus lib. IV. Hiſt. cap. IV. Ducas cap. XX. Manuel Chryſoloras pag. 122. & auctor Hiſtoriæ Politicæ pag. 12. quorum locos ad Conſtantinopoleos deſcriptionem Bondelmontianam pridem congeſſimus: quibus addere placet Scylitzem ſcribentem, Iberem Curopalatam ex Iberia Conſtantinopolim profectum, a Romano Lacapeno Imperatore magnifice exceptum, ac in ædem Sophianam deductum fuiſſe, ut ejus molem & pulchritudinem inſpiceret; quæ is contemplatus magna cum admiratione, continuo dixit, hanc ædem vere eſſe Dei receptaculum, ἀληθῶς Θεοῦ καταγώγιον τόνδε ἱερὸν τυτονὶ χῶρον. Sed & auctor narrationis Miraculi in ſacro puteo editi, apud Combefiſium: Ἐν τῷ τῆς Θείας Λόγου Σοφίας μεγάλῳ καὶ οὐρανίῳ ναῷ· ὃν τινα χερὶ ἀνθρωπίνῃ, ὡς ὕλῃ τινὶ ὑπακούσῃ Θεὸς ἀοράτως χρησάμενος ᾠκοδόμησεν, *In magno ac cælis æquiparando Dei Verbi Sapientiæ templo, quod Deus humana manu, ceu quadam adminiſtra materia inviſibiliter uſus, ædificavit*. Ex Latinis porro ſcriptoribus præter Corippum, Reginonem, & Guillelmum de Baldenzeel a nobis eodem loco laudatos, unicus hic in præſens ſufficiat Willelmus Malmesburienſis lib. IV. ubi de Juſtiniano: *Hic litteris & bellis nobilis fecit in Conſtantinopoli Eccleſiam divinæ Sapientiæ, id eſt Domino Jeſu Chriſto, quam Agiam Sophiam cognominant: opus, ut ferunt, omnibus per orbem ædificiis magnificentius, quodque certa rerum facie inſpectum vincat ampullata verba referentium.*

Ædis porro Sophianæ primordia & incrementa, atque adeo Juſtinianeæ deſcriptionem ex variis ſcriptorum locis accurate ſatis contextam, haud ita pridem poſt Cinnamum & Notas noſtras in Hiſtoriam Comnenicam edidimus, ut ad Pauli Silentiarii, cujus meminimus, ejuſdem Templi Sophiani ἔκφρασιν, a nobis in eodem volumine tum primum publicatam, uberioris commentarii vicem præberet. Unde lectorem ad hanc noſtram lucubrationem amandare primo fuerat animus, cum res eſſet jam confecta, nec cramben repetere, ac eadem iiſdem verſibus cantare, ut ait Juvenalis, videretur operæpretium. At cum animadverterem non defuturos, qui minus abſolutam Ur-

bis Constantinopolitanæ descriptionem, quæ hic adornatur, existimarent, si quod eximium fuit ac præcipuum illius ornamentum, in hoc nostro opere omitteretur, hanc rursum retractare, ac edere constitui. Quod quidem ut in eam descenderem sententiam potissimum impulit accurata ædis Sophianæ Ichnographia, quæ in manus post editum nostrum opus forte incidit, absque cujus subsidio, quæ a Græcis scriptoribus, sed & ab ipso Petro Gyllio, qui huic labori maxima cum laude incubuit, hactenus sunt tradita, vix percipi possunt, etiam a viris architectonicæ artis peritis, cum non ita rem explicent, ut plana continuo sit legentibus. Unde accidit ut ipsemet in quibusdam offenderim, quæ ex Ichnographia ista hic emendantur, ne aliis errandi forte detur occasio. Neque tantum ædis ichnographicam descriptionem, sed & exteriorem ædis faciem, & illius partem interiorem, quæ tribus conchis constat, nacti sumus, (cujusmodi fere ex Codice Bibliothecæ Barberinæ nuper descripsit vir doctissimus Petrus Possinus in Observationibus ad Historiam Georgii Pachymeris) quæ quidem in æs incidi curavit vir rei antiquariæ perquam studiosus Ludovicus Billainius, quod nostræ lucubrationi, quam typis edendam suscepit, non minimum dumtaxat ornamentum, sed etiam rem lectoribus admodum gratam fore arbitratus sit. Ædis igitur Sophianæ descriptionem aggredimur paulo emendatiorem, atque in easdem fere sectiones, quibus prior, dispertitam.

I.

ECCLESIA CONSTANTINIANA.

EXÆDIFICATO & mœnibus longe amplificato Byzantio, veterique Urbis appellatione in suum nomen transfusa, Constantinus M. recens Christianam Religionem amplexus, anno imperii vicesimo, Templum Deo Omnipotenti, cui totum se commandarat, extruxit, illudque τῇ Ἁγίᾳ Σοφίᾳ, seu Divinæ Sapientiæ, dicavit, id est, Christo: *Filium namque Dei*, ut ait Rupertus lib. x. de Divin. offic. cap. xv. *dicimus veram & incommutabilem Sapientiam, per quam universam condidit creaturam*. Byzantii autem omisso Ἁγίας vocabulo, Σοφίαν ædem istam nude postmodum appellarunt. Procopius: Σοφίαν καλοῦσιν οἱ Βυζάντιοι τὸν νεὼν ἐπικαιριώτατα τῷ Θεῷ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπεργασάμενοι. *Ædem illam appellant Byzantii Sophiam, vocabulum supremo Numini convenientissimum nacti*. Istius conditorem agnoscunt Constantinum Theophanes, Cedrenus, Glycas, Paulus Diacon. lib. II. Nicephorus Callist. lib. VII. cap. XLIX. & quotquot fere Constantini res attigere Scriptores. At Codinus non de novo excitasse Magnam Ecclesiam, sed ædem Paganorum prius existentem, idolis & deorum simulachris purgatam, ad Ecclesiæ Christianæ usum immutasse Constantinum perperam scripsit; cum disertis verbis tradat Cedrenus a fundamentis Sophianam ædificasse ædem, illiusque condendæ Euphratæ cuidam ab eo curam demandatam. Ædis Constantinianæ forma fuit dromica, id est quadrata, sed oblongior. Ita enim δρομικὸν accipiendum censent plerique e doctioribus, etsi Allatius repugnet; unde recte Theodosius Zygomalas apud Crusium pag. 201. δρομικὸν, quod est δίκην νάρθηκος, & τὸν δρομικὸν, νάρθηκα dixit appellari. Ejusmodi autem est Narthecis, seu Ferulæ figura, ut infra ostendimus. denique δρομικὸν dictum videtur a Stadiis cursoriis, quæ in majorem longitudinem quam latitudinem porriguntur. Magnæ igitur Ecclesiæ Constantinianæ formam fuisse dromicam testatur Codinus in Descr. S. Sophiæ. Addit Anonymus auctor Descriptionis ejusdem ædis, ὁμοίαν fuisse τοῦ ἁγίου Ἀνδρονίκου καὶ τοῦ ἁγίου Ἀκακίου, quo

Edit. Paris. pag. 7.

A loco apposite Ἁγαθονίκου, pro Ἀνδρονίκου, reponit Combefisius: nulla enim S. Andronici ædes occurrit extructa Constantinopoli; Agathonici vero a Constantino condita legitur apud scriptores Byzantinos, qui perinde δρομικὸν fuisse scribunt, & quam denique in augustiorem formam excitatam refert Procopius lib. I. de Ædif. cap. V. Acaciani autem Templi mentio est in Veteri Urbis Descriptione, ubi in decima Regione statuitur, loco Heptascalo nuncupato, ut est apud Socratem lib. II. cap. XXXVIII. lib. VI. cap. XXIII. Nicephorum lib. III. cap. XXXVIII. lib. IX. cap. XLII. Cedrenum, Synaxar. &c.

II.

MAGNA ECCLESIA CONSTANTINIANA.

B VERUM cum nimium angusta visa esset Constantiniana Ædes, nec satis capax, vel quod, ut alii volunt, concidisset, forte ex terræ motibus, Constantius Constantini filius ad eam amplitudinem, qua postmodum conspecta est, hanc perduxit. Socrates lib. II. cap. XVI, καὶ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ὁ Βασιλεὺς τῷ μεγάλῳ Ἐκκλησίαν ἔκτισεν, ἥτις Σοφία μὲν προσαγορεύεται, συνῆπται δὲ τῇ ἐπωνύμῳ Εἰρήνῃ, ἣν ὁ πατὴρ τοῦ Βασιλέως μικρὰν οὖσαν τὸ πρότερον, εἰς κάλλος καὶ μέγεθος ηὔξησε, ὥστε νῦν εἶναι εἰς ἓν περίβολον ἀμφω ὡρόμενα, μιᾶς τὴν ἐπωνυμίαν ἔχουσαι. *Per idem tempus Imperator Majorem Ecclesiam fabricavit, quæ nunc Sophia dicitur. Est autem conjuncta et Basilicæ, quæ cognominatur Irene, quam pater Imperatoris, cum prius esset modica, pulchram simul amplamque reddiderat: & nunc ambæ uno ambitu comprehensæ, unius Basilicæ vocabulo appellantur.* Theophanes: ἣν δὲ ἡ ἐγκαινισθεῖσα Ἐκκλησία σφαιροειδὴς ἐξ ἴσου κτισθεῖσα, ὑπὸ μὲν Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου θεμελιωθεῖσα, ὑπὸ δὲ Κωνσταντίου πληρωθεῖσα, καὶ ἐγκαινισθεῖσα. *Per idem tempus Imperator Majorem Ecclesiam fabricabat, quæ nunc Sophia dicitur. Est autem conjuncta et Basilicæ quæ cognominatur Irene, quam pater Imperatoris, cum prius esset modica, pulchram simul amplamque reddiderat. Et nunc ambæ uno ambitu comprehensæ, unius Basilicæ vocabulo appellantur.* Socrati & Theophani consentiunt Philostorgius lib. III. cap. III. Auctor vitæ S. Pauli Patriar. CP. apud Photium, Zonaras in Justiniano, Niceph. Call. lib. IX. c. IX. & aliquot alii, qui Magnam Ecclesiam Constantio adscribunt. Confecta æde, Constantius magno apparatu illius encæniа celebravit, Eudoxio sacras preces faciente, tricesimo quarto post anno quam fundamenta jecisset, XV. Febr. ann. Christ. CCCLX. Constantio ipso X. & Juliano Cæsare III. Coss. Idatius in Fast. *His Coss. dedicatum est Constantinopoli Dominicum die* XV. *Kal. Mart.* Cedrenus an. XXII. Constantii: οὗτος ὁ Εὐδοξιος ἐνεκαίνισε τὸ δεύτερον τὸν ναὸν τῆς Ἁγίας Σοφίας, μετὰ τὸ μὴ τὸν πρῶτον ἀπαρτισμὸν αὐτὸν, καὶ τὸν ἐγκαινισμὸν ὑπὸ Εὐσεβίου, πάλιν πεσεῖν, καὶ αὖθις οἰκοδομηθῆναι μετὰ τὸν αὐτοῦ Κωνσταντίου. *Is Eudoxius denuo templum S. Sophiæ dedicavit, cum a prima ejus absolutione & dedicatione ab Eusebio corruisset, essetque a Constantino instauratum.* Istorum Encæniorum meminere præterea Auctor vitæ S. Athanasii apud Photium, Socrates lib. II. cap. XLII. Sozomenus lib. IV. cap. XXV. & Chronicon Alexandr. hoc anno: ex quibus colligitur jacta fuisse prima Magnæ Ecclesiæ fundamenta an. Christi CCCXXVI. quo Constantius solus imperare cœpit.

III.

MAGNA ECCLESIA THEODOSIANA.

ARCADIO autem postmodum imperante, cum exorta esset seditio in Majore Ecclesia de

expellendo Joanne Chrysostomo; injecto ab ils qui partes illius amplexabantur igne, statim illa conflagravit an. Chr. CCCCIV. Marcellinus Comes: *Ecclesiam Constantinopolitanam flamma ignis, quæ de B. Joannis throno quondam Episcopi nata fuit, subito conflagravit, vicinamque Ecclesiæ urbis faciem serpens nihilominus exussit*. Socrates lib. VI. cap. XVI. τινὲς δὲ τῶν Ἰωαννιτῶν κατ' αὐτὸν τὸν ἡμίφαν τὴν Ἐκκλησίαν ἐνέφησαν, ubi addit incendium istud accidisse XX. Junii, Honorio VI. & Aristæneto Coss. Theophanes vero perperam incendium Magnæ Ecclesiæ in annum duodecimum Arcadii conjicit, cum fuerit decimus. At quos Joannitas vocant Socrates & idem Theophanes an. XII. Theodosii Junioris, qui ignem in Ædem immisere, *Xylocerçetas* appellat Chronicon Alexandrinum, horamque istius cladis annotat: ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐξιώθη Ἰωάννης Ἐπίσκοπος ΚΠ. καὶ αἰφνιδίως ἐκάη ἡ Μεγάλη Ἐκκλησία σὺν τῷ Σενάτῳ ἀπὸ κρατούντων αὐτῆς τῶν λεγομένων Ξυλοκερκητῶν, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ ὥρᾳ ε'. *His Coss. ejectus est Joannes Episcopus Constantinopolitanus, & repente conflagravit Magna Ecclesia cum Senatu, incensa ab iis qui templum tenebant Xylocerçetis, feria* II. *hora* IV. Erant autem Xylocercetæ, ut hoc obiter monetam, Joannis sectatores, quique partibus illius favebant impensius contra quosdam Episcopos, qui coacta Synodo Episcopatum Constantinopolitanum ei abrogaverant. Sed cum Ecclesia sua depulso Joanne, conventus separatim agere primo cœpissent in Constantini Balneis, postea extra Urbem in Ξυλοκίρκῳ, seu in Circo ligneo, quem Constantinus, μήπω τὴν πόλιν σωοικίσας, εἰς ἱπποδρομίαν ἐκάθηρε, ξύλοις περιτηχήσας, *nondum condita Urbe, ad Hippodromi usum & spectaculum purgaverat, ligno circumdatum*, ut ait Sozomenus, eos egere. Perstitit autem Xylocertarum secta, seu Joannitarum, uti appellantur præterea a Socrate lib. VI. cap. XVI. lib. VII. cap. XXV. usque ad tempora Procli Episcopi CP. qui tandem eos ad concordiam reduxit Theodosio XVI. Consule, ut produnt idem Socrates lib. VII. cap. XLIV. Theodoretus lib. V. cap. XXXIV. & Theophanes an. XXX. Theodosii Junioris. Sed non desunt qui a nemine ignem, sed divinitus immissum tradunt, quod velle videtur Marcellinus, ut & Historia Conciliabuli excitati contra Joannem Chrysostomum: καθ' ἣν δὲ ἡμέραν ὁ ὑπὸ πισῶν ἥλιος ἀπ' αὐτῶν ἰδὼν ἐξοριζόμενος, πῦρ θεῖον ἀπὸ μέσου, τοῦ θρόνου, ἐν ᾧ καθήμενος ταῖς ἱεραῖς διδαχαῖς τοὺς ἀκροωμένους ἐπύρωθεν, ἐξ οὐδεμιᾶς ἀνθρωπίνης αἰτίας ἀναφθὲν, καὶ εἰς ὕψος ἐξαφθὲν τῶν ἀλύσεων, ὄφεως τρόπον ἕρπον, ἐπὶ νώτου ἐκτετίνακτο, τοῦ ἐπισκοπείου τοῦ ὕλου καταλυμαινόμενον. ἐντεῦθεν ἄνεμος ἀπηλιώτης ἐπιπνεύσας σφοδρῶς, καὶ ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἐπὶ τὸν βασιλικὸν οἶκον τῆς συγκλήτου γερουσίας, ἐπὶ μεσημβρίαν κείμενον, διήνεγκεν τὸ πῦρ, ἕως τέλους κατελυμήνατο αὐτόν. ἐν τρισὶ τοίνυν ὥραις τῆς ἡμέρας ἔργων πολυχρονίων κατασκευὴ, καὶ κάλλος ἀνέκφραστον ἐξηφανίσθη. *Eo die quo fidelium sol ab iis expulsus est, divinus ignis e medio throno, in quo sedens sacris doctrinis auditores inflammabat, nulla humana arte accensus, & in altum per catenas serpentis instar proserpens, ad austrum agitatur, Episcopii materiam consumens. Tum vero ventus subsolanus vehementer flans, & ab Ecclesia in Regiam domum Senatus, quæ ad meridiem sita est, ignem transferens, ipsam tandem consumpsit. Intra igitur diei tres horas operum diuturnorum constructio, & inenarrabilis pulchritudo absumpta est*. Neque tamen tota conflagravit eo incendio Magna Ecclesia, sed præsertim ea pars quæ Bema complectitur. Cedrenus: ἐν δὲ τῇ ἐξορίᾳ αὐτοῦ τῷ Ἐκκλησίαν ὁ λαὸς τῆς πόλεως ἐνέφρησεν ὡς δὲ ἄλλοι φασὶν, ὅτι πῦρ ἐξελθὼν ἐκ τοῦ βυσιαστηρίου πάντα κατέκαυσε. Id omnino prodit Georgius Alexandrinus in vita Chrysostomi apud Photium, scribens eam potissimum partem incendio absumptam, quæ circa ambonem erat: καὶ τὸ πῦρ ἀναφθὲν τῆς Ἐκκλησίας

Edit. Paris. pag. 8.

τοῦ Ἀμβωνος πολὺ μέρος κατενεμήσατο. Addit Anonymus Combefisii τῷ σὺν τῇ Ἐκκλησίᾳ pariter conflagrasse: sed errat, cum id sub Theodosio M. an. VI. cum Secunda Synodus habita est Constantinopoli, & cedente Gregorio Nectarius substitutus sit Patriarcha, accidisse subdit. Denique Magna Ecclesia rursum conflagravit Honorio imperante, Aetio III. & Symmacho Coss. ut auctor est Marcellinus Comes: *Templum Regiæ Urbis igne crematum*: cujus quidem incendii meminit ipse Honorius in Rescripto, quod extat post Epistolam XXXI. Innocentii PP. Restaurata postmodum a Theodosio Juniore, dedicata est ab Attico Patr. CP. an. VII. ejusdem Theodosii, Indict. XII. Honorio X. & Theodosio VI. Coss. Chronicon Alexandr. τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπετελέσθη τὰ ἐγκαίνια τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως μηνὶ Γορπιαίῳ ἀπὸ ε'. ἰδῶν Ὀκτωβρίων, ἡμέρᾳ κυριακῇ, &c. Stetit porro Magna Ecclesia usque ad annum DXXX. quo in seditione, quam Victoriatorum vocant, maxima Urbis pars incendio consumpta est; atque inter alia ædificia, quæ eo deleta sunt, Magna Ecclesia cum stupendis & admirandis columnis, quas usque ad CCCCXXXVII. fuisse, nescio an vere, scribit Codinus, igne consumpta procubuit, an. V. Justiniani, Indict. X. post Coss. Lampadii & Orestis an. II. mensis Januarii XV. ut est in Chronico Alexandr. unaque cum ea, illius tabularia & privilegiorum chartas ac redituum interiisse præterea auctor est Cedrenus. Quærit Gyllius lib. II. Descript. CP. cap. III. eone loco fuerit Magna Ecclesia Constantiniana, quo postea Ædem Sophianam extruxit Justinianus. Dubitandi occasionem movet Auctor Descriptionis Urbis, qui in secunda regione Ecclesiam Magnam, & Ecclesiam Antiquam, Augustæum vero Forum, quod Ædis Sophianæ propyleum quodammodo fuit, in quarta Regione statuit. Verum his reponit Gyllius, Zonaram & alios tradere Justinianum Ædem multo majorem a fundamentis excitasse, & domos proximas emisse ad eam augendam, ut & Augustæum Forum, licet diversis in regionibus ponantur. Censet denique Templum Antiquum, quod hodie intra Regium septum includitur, & Parvam Sophiam vocant, eam esse Ecclesiam, quam Urbis Descriptio Antiquam appellat, & nonnulli e Constantinopolitanis Græcis esse ædem S. Irenes, quam Constantinus juxta Sophianam excitarat persuasum habent.

IV.

MAGNA ECCLESIA JUSTINIANEA. *pag. 9.*

ABSUMPTA igitur in seditione Victoriatorum Majore Ecclesia Constantiniana, seu Constantiana, Justinianus Imp. composita civitate, & punitis seditionis auctoribus, novam & longe ampliorem cœpit eodem anno exædificare. Marcellinus Comes: *Ecclesia tunc incensa mox cœpit ab eodem Augusto renovari*. Agathias lib. V. τοῦτον δὲ φρότερον ἐμφρηδέντα ὑπὸ τοῦ δήμου, σφόδρα περιφανῆ καὶ θαυμάσιον ἤλικον ἐκ βάθρων αὐτῶν καὶ κρηπίδων ἀνεδεμήσατο, μεγέθους τε ὑπερβολῇ, καὶ κάλλους ἀφετείᾳ, καὶ ποικιλίᾳ μετάλλων ἐπικοσμήσας. *Hoc vero templum antea a plebe succensum, valde conspicuum atque admirandum ab ipsis fundamentis iterato extruxerat, magnitudinisque excellentia, & formæ decore, & varietate metallorum ornatius reddens*, Paulus Warnefridus lib. I. de Gest. Langob. cap. XXV. de Justiniano: *Extruxit quoque idem Princeps intra Urbem Constantinopolim Christo Domino, qui est Sapientia Dei, Templum, quod Græco vocabulo Ἁγίαν Σοφίαν, id est Sanctam Sapientiam nominant: cujus opus adeo cuncta ædificia excellit, ut in totis terrarum spatiis huic simile non possit inveniri*. Nec absimilia habet Manuel Chry-

soloras de ædis elegantia: *Οἶμαι κ᾽ ἐδόκει τῷ χειροκμήτων τούτων ἔργων παρ᾽ ἀνθρώποις ὅμοιον, κἀδ᾽ ἐγγὺς γενέσθαι.* Cedr. diem cœpti operis XXIII. Februarii fuisse observat: *Ἐν τῇ αὐτῇ ἴνδικτιῶνος κόσμου, ἰνδικτιῶνος ιε'. τῆς κγ'. τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς, ὥρᾳ φρώτῃ τῆς ἡμέρας, τῷ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας ἀνοικοδομῷ ἤρξατο ποιεῖν Ἰουστινιανός: Anno a Mundo condito* VIMVIII. *Ind.* XV. XXIII. *die Februarii mensis, hora* I. *diei, instaurationem Magnæ Ecclesiæ aggressus est Justinianus.* Sed in hoc Cedreni loco manifestum esse mendum tam in anno Mundi, quam in Indictione, satis patet, facili tamen Librarii lapsu, qui ϛιβ'. pro ϛμ'. posuerit. Proinde annus Mundi juxta Græcos fuit VIMXL, ut recte Zonaras tradit. Sed & in Indictione, quam XV. tum cucurrisse hoc anno uterque vult, perinde mendum est manifestum, cum certum sit X. reponi debuisse. Atque id evidenter colligitur ex verbis ejusdem Cedreni tradentis a die quo conflagraverat Magna Ecclesia, ad Encæniorum diem Ecclesiæ Justinianeæ, elapsos annos V. menses XI. dies X. Quippe conflagravit Magna Ecclesia primo seditionis die, quæ in quintum usque protracta est, a quo ad dedicationem, quæ facta est XXVI. Decembris an. Christi DCXXXVII. post Consulatum Belisarii II. Justiniani XI. Indict. XV. intersunt tot anni & dies, quot a Theophane & Cedreno computantur, Unde evidenter pater prorsus hallucinari Græculos & scriptores aliquot inferioris ævi, qui Templum Sophianum intra XVII. annos confectum tradidere.

V.

PRIMA ENCÆNIA.

ENCÆNIA porro S. Sophiæ eo quo diximus die celebrata scribit Marcellinus Comes ad eumdem annum: *Ecclesia major Constantinopoli ab Imperatore Justiniano singulariter in mundo constructa dedicatur die* VI. *Kal. Januarias.* Theophanes. *Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Δεκεμβρίῳ κζ'. ἰνδικτιῶνος. φρώτης γέγονε τὰ φρότερα ἐγκαίνια τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας· καὶ ἐξῆλθεν ἡ λιτὴ ἀπὸ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καθημένου Μηνᾶ τοῦ Πατριάρχου ἐν τῷ βασιλικῷ ὀχήματι, καὶ τοῦ Βασιλέως συμπαρόντος τῷ λαῷ· Hoc anno mensis Decembris die* XXVII. *Indict.* I. *priora Magnæ Ecclesiæ peracta sunt encænia. Processit vero supplicantis populi cœtus e sanctæ Anastasiæ templo, Patriarcha Mena in Imperatoris curru sedente, & ipso Imperatore inter plebem procedente.* Ex quibus emendandus videtur Codinus, qui peractum opus XXII. ejusdem mensis refert, nisi inter confectum Templum, & illius Encænia interfuisse quatuor dies voluerit. Dedicationis apparatum & celebritatem pluribus commemorant idem Codinus & Anonymus, qui tradunt Justinianum solemni pompa e Palatio per Augustæum una cum Patriarcha in Ecclesiam a se exstructam pervenisse, atque in hæc verba prorupisse, *Δόξα τῷ Θεῷ, τῷ καταξιώσαντί με τοιοῦτο ἔργον ἀποτελέσαι. Νενίκηκά σε Σολομών· Gloria Deo, cujus dignatione ejusmodi opus perfeci: Vici te Salomon.*

VI.

Edit. Paris. pag. 10.

SECUNDA ENCÆNIA.

AT cum non multo post confectum opus Ædis Sophianæ Hemisphærium concidisset, facta rursum nova Encænia. Concidit autem pars orientalis Hemisphærii ex continuis terræ motibus perrupta an. XXXII. Justiniani, unaque & sacram Mensam, & Ciborium, & Ambonem contrivit. Sed cum eam statim de novo instaurasset Justinianus, Hemisphæriumque longe quam antea editius eduxisset, ædem iterum ab Eutychio Patriarcha dedicari curavit, & ut ait Zonaras, *καθιερωθῆναι παρὰ Εὐτυχίου τοῦ Πατριάρχου τὸ δεύτερον.* Facta autem ista Encænia anno post Hemisphærii casum quinto: eo enim referendi versus Pauli Silentiarii I. part. versu XXXVII.

Δακρυὸ δὲ πενταέτηρον ἀποψήσαντες ὀπωπῆς
Μίλτομεν εὐφήμοις ὑπὸ χείλεσιν εὐποδας ὕμνους.

Detersis vero quinque annorum ab oculis lachrymis, ore bene auspicato præstantes hymnos concinamus. Diem & annum distinctius annotat Chronicon Alexandrinum, Justiniani scilicet an. XXXVI. Indict. XII. Decembr. XXIV. *Τούτῳ τῷ ἔτει λϛ'. τῆς Ἰουστινιανοῦ Βασιλείας, μηνὶ Ἀπελλαίῳ, κατὰ Ῥωμαίους Δεκεμβρίῳ, κδ'. ἡμέρᾳ, φρώτῃ τῆς ιβ'. ἰνδικτιῶνος, ἡ τῶν ἐγκαινίων τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας* ΚΠ. *τὸ δεύτερον ἀπετελέσθη ἑορτή· Hoc anno* XXXVI. *Imperii Justiniani, mensis Apellei, sive secundum Romanos Decembris* XXIV. *die, Indict.* XII. *Encæniorum sanctæ Dei magnæ Ecclesiæ festum secundo celebratum est.* Die etiam, qui Christi Natalitia præcessit, celebrata ea Encænia innuit idem Silentiarius I. part. versu CXCVI.

Ἔφρεπεν ἐξείης μετὰ δίσκελον ἦμαρ ἐκεῖνο
Ζωστόκου Χριστοῖο γενέθλιον ἦμαρ ἰκέσθαι·

Decebat post divinum illum diem deinceps vitæ parentis Christi natalem advenire. Ex quibus emendandus Codex Theophanis editus, qui XXIII. Decembris die peracta Encænia habet. Sed & Menæa *τῶν ἐγκαινίων τῆς ἁγίας Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας* quotannis actam memoriam volunt XXII. Decembris: *τῶν δυρκοιξίων* vero XXII. ejusdem mensis die, quo & *τὸ φωτοδρόμιον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας* celebratur. Verum auctor Descriptionis ædis Sophianæ Templi apertionem, seu *τὰ ἀνοίξια τοῦ ναοῦ*, postridie diei Encæniorum peracta auctor est, dedicata scilicet prius Ecclesia, de qua *ἀνοιξίων* solemnitate, vel saltem nomenclatura, quædam habet Goarus ex Balsamone, ad Euchologium pag. 852. Prius enim dedicatur Ecclesia, quam in eam aditus populo permittatur: in Encæniis enim, ut est in eodem Euchologio, *ἐκβάλλεται καὶ τὰς ὁ λαϊκός.* Postridie vero, postquam Clerus cantavit illud Davidis, *Ἄρατε πύλας*, &c. inter *ἐγκαινίων* solemnia, Templi portæ aperiuntur. *Φωτοδρόμιον* vero videtur appellari ea Encæniorum ceremonia, in qua in ædis sacræ circuitu lumina accenduntur ad parietes, ubi XII. cruces ab Episcopo chrismate unguntur, de quo more apud Latinos præ cæteris Durandus lib. I. Rationalis cap. VI. num. XXVII. Horum vero secundorum Encæniorum ceremoniam sic describit idem Theophanes: *Ἡ δὲ παννυχὶς τῆς αὐτῶν ἐγκαινίων γέγονεν εἰς τὸν ἅγιον Πλάτωνα, καὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν ὁ Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως Εὐτύχιος μετὰ τῆς λιτῆς, συμπαρόντος καὶ τοῦ Βασιλέως, καθιζόμενος ἐν τῷ ὀχήματι, καὶ φορῶν τὸ Ἀποστολικὸν χῦμα, καὶ κρατῶν τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, πάντων τῶν λαῶν ἀλλόντων τὸ, Ἄρατε πύλας, Ἄρχοντες, ὑμῶν· Nocturnæ vero vigiliæ dedicationi hujusmodi præmitti solitæ in æde S. Platonis peractæ: & exinde cum precationibus, præsente etiam ipso Imperatore, Patriarcha Constantinopolitanus Eutychius curru vectus, & Apostolico habitu ornatus, sacrum manibus tenens evangelium processit, cuncta plebe concinente, Attollite portas, Principes, vestras.* Sed de Dedicationis Templi ceremoniis ac ritibus consulendum supralaudatum Euchologium. Jam vero quod addit Anonymus, seu Codinus, Encæniorum celebritatem ad ipsa usque Theophaniorum festa productam, siquidem de secundis Encæniis egit, id videtur pariter dixisse Silentiarius in Proœmio vers. LXXIV.

Ἐπεὶ γὰρ ἦγες τῷ ἑορτῷ, ὡς ἴδα,
Ἅπας ὁ δῆμος, ἄϊδυς ἡ γερουσία,
Οἱ τὸν μέσον ζηλοῦντες ἀσφαλῆ βίον,
Τὰς τῆς ἑορτῆς ἡμέρας ἐπεξάγειν
Ἤιτουν. παρεῖχες· ἐξέδραμον, ἤιτουν πάλιν,
Πάλιν παρεῖχες· τοῦτο δὲ δρῶν πολλάκις,
Ἐπεξέτεινας τῷ ἑορτῷ πλείονας.

Postquam enim festum, ut par erat, celebrasti,

ſtatim plebs univerſa, Senatus, & qui mediam ac tutiorem vitæ rationem inierunt, ut celebritatis dies producerentur poſtularunt. Conceſſiſti, effluxere illi: rurſum poſtularunt, rurſum conceſſiſti: quare ſæpius repetita, feſtivitatis celebritatem magnifice dilataſti. Certe apud Græcos ἐγκαινίων feſtivitates per ſeptem dies celebratas videtur innuere Euchologium.

VII.

Edit. Pariſ. pag. 11.

ARCHITECTI.

TAm elegantis ſtupendique Templi Architecti memorantur potiſſimum duo, inter tot, quos ex univerſo pene orbe coegerat Juſtinianus, Anthemius ſcilicet Trallianus, & Iſidorus Mileſius, uterque artis mechanicæ peritiſſimus. De Anthemio ſic Paulus Silentiarius 1. part. verſ. CXXXIV.

—— ἐπῴχήμησε δὲ τέχνῃσι
Καὶ νόον Ἀνθεμίοιο κεκασμένον ἔμφρονι βουλῇ·
Κεῖνος ἀνὴρ τὰ πρῶτα θεμείλια πήξατο νηοῦ,
Εὐκαμάτων βουλῇσιν ὑποδρήσσων Βασιλήων.

Laudavit vero artem & prudenti inſtructam conſilio mentem Anthemii; vir ille primum jecerat templi fundamenta, laborioſorum Imperatorum obſecutus mandatis. Cui ſuccinit Procopius lib. 1. de Ædif. cap. 1. Τοὺς τεχνίτας ἐκ πάσης γῆς ἤγαγεν ἅπαντας· Ἀνθέμιος δὲ Τραλλιανὸς ἐπὶ σοφίᾳ τῇ καθ' ἑαυτὸν μηχανικῇ λογιώτατος, ὑφ' ᾧ καθ' αὑτὸν μόνον ἁπάντων, ἀλλὰ καὶ ὑφ' αὐτοῦ προηγεγενημένων πολλῷ, τῇ βασιλέως ὑπάρχει σπουδῇ, τοῖς τεκταινομένοις τὰ ἔργα ῥυθμίζων, τῷ τε γεννωμένων προδιασκαλεύων ἐνδαίλματα. *Artifices coegit ex toto orbe: Anthemius Trallianus mechanicorum omnium non ſolum ſui, verum etiam multo ſuperioris ævi facile princeps, illius ſtudio deſerviebat, intentus digerendo fabris operi, agendorumque imaginibus præformandis.* Quod vero τῷ γεννωμένων ἐνδάλματα Procopius, σωφλιν, ſeu futuri operis conſpectum vocant Euſebius lib. III. de Vita Conſtantini cap. XXXI. & epiſt. Himerii Rationalis apud Athanaſium pag. 803. Gloſſarium Lat. Gr. *liniamentum*, ſeu χαρακτῆρα, & περιγράφω τὸ εἶδος. De Anthemio etiam pluribus agit Agathias lib. V. & ut non modo in æde condenda præcipuus habitus ſit, ſed & ut in arte, quam Mechanicam vocant, excelluerit; ita ut & terræ motus naturales, & fulgura ipſa arte imitaretur. Unde forte eidem Silentiario parte II. verſ. CCXXXV. Ἀνθέμιος πολυμήχανος dicitur. Anthemii meminit præterea Joannes Tzetzes Chil. II. quem παραδοξογράφον vocat, quod περὶ παραδόξων μηχανημάτων librum ſcripſerit, quem in Bibliotheca Cæſarea ſervari teſtatur Petrus Lambecius. Neque alius eſt ab eo, qui a Codino μαίστωρ μηχανικὸς appellatur. De Iſidoro vero idem Procopius ſic ait: Καὶ μηχανοποιὸς σὺν αὐτῷ ἕτερος, Ἰσίδωρος ὄνομα, Μιλήσιος τὸ γένος, ἀνὴρ τὰ ἄλλως, καὶ φρόνιμον Ἰουστινιανῷ ὑπουργεῖν Βασιλεῖ. *Una aderat alter machinarius, Iſidorus nomine, ortu Mileſius, ſingulari vir intelligentia, ac dignus quem Juſtinianus Auguſtus adminiſtrum ſibi adjungeret.* Et Paulus Silentiarius part. II. verſ. CXXXVI.

—— Ἦν δὲ σὺν αὐτῷ
Πάνσοφος Ἰσίδωρος ἔχων νόον, &c.

Erat autem cum illo ſcientia perinde ac prudentia præditus Iſidorus. Utriuſque præterea meminit idem Procopius lib. II. de Ædif. cap. III. ut Codinus cujuſdam Ignatii inter tot magiſtros architectos, quibus uſus eſt Juſtinianus in condenda æde, quos centenarium expleſſe numerum idem tradit, de quo multa nugatur.

VII.

IMPENSA.

IN ea autem ædificanda, nulla ſumptuum habita ratione, ἀφροντιστήσας χρημάτων ἁπάντων, inquit Procopius, tantam pecuniarum vim expendit, ut cum iis demum egeret, tributis & vectigalibus ſubditos non vexarit modo, ſed ſtipendia etiam Profeſſoribus publicis conſtituta, Præfecti Urbis monitu, ſuſtulerit, ut auctor eſt Zonaras: ex quo, ὅθεν ἐν ταῖς πόλεσι διδασκαλείων ἐσχολακότων, ignorantia & ruſticitas in iis ſucceſſerit. Neſcio an is quem Ἔπαρχον vocat hoc loco Zonaras, ſit ille Strategius, qui Codino & Anonymo, φύλαξ τῶν Βασιλικῶν χρημάτων, & Juſtiniani frater adoptivus, ἀδελφοποίητος, fuiſſe, & Templi impenſas feciſſe dicitur. In ea porro condenda æde Barbarorum & Latinorum divitias congeſſiſſe Juſtinianum ſcribit Silentiarius part. II. verſ. CCLVI.

Καὶ γὰρ ἐμὸς σκηπτοῦχος ὅλης χθονὸς εἷς ἐπιούσης,
Βάρβαρον, Αὐσονίην τε πολύτροπον ὅλβον ἀγείρας,
Λάϊνον οὐκ ἐπέρεσσεν ἐπαρκέα κόσμον ἐδέθλοις
Ἀμβροσίῃ νηοῖο θεοδέος, ᾧ ἔνι πάσης
Ἐλπίδα Δωροσώλῳ ὑπερκύρια θήκατο Ῥώμη·
Ἀλλὰ καὶ ἀργυρέοιο χύδην ἐ φείσατο κόσμου.
Ἐνθάδε Παγγαίοιο ῥάχος, καὶ Σουνιὰς ἄκρη
Ἀργυρέας ὤιξαν ὕλας φλέβας· ἐνθάδε πολλοὶ
Ἡμετέρων θησαυροὶ ἀνοίχθησαν ἀνάκτων. *pag. 12.*

Meus namque Imperator, toto in unum eunte orbe, omnimodas Barbarorum & Latinorum congerens divitias, lapideum ornatum ad immortalis & divini templi ſtructuram idoneum non cenſuit, in quo unico ſupremam ſpem ſuam omnem & lætitiam Roma poſuerat: ſed & argenteo ſubminiſtrando abundanter ornamento non pepercit. Hic & Pangæi ſcopuli, & Sunium promontorium omnes ſuas argenteas aperuerunt venas; hic multi principum noſtrorum theſauri aperti ſunt. In illius vero, atriorumque ac ædium circumjacentium ſtructuram, præter ſacra vaſa ac reliquos ornatus, & quæ ex univerſo orbe liberaliter erogata ſunt, expenſas octogies centenas, ſeu ut habent aliæ editiones, ter millies biſque centies centenas libras, iidem tradunt.

IX.

MATERIA, LATERES.

ÆDIS parietes & cameræ coctis lateribus conſtructi ſunt, inquit Gyllius. Ita etiam Paulus Silentiarius part. II. verſ. LVIII.

Μέσσα μὲν αὖτ.... ὅσα κύκλιοι ἀντυγα τεύχει,
Ὀπταλέαις πλίνθοισιν ἀρηρότα δῆσατο τέχνη.

Media quidem quæ teretem fornicem conficiunt, coctis lateribus compacta devinxit ars architectonica. Idem verſ. XCVII.

—— Ὅπως δομήτορι μόχθῳ
Ἀνέρες ἀμφιτέχνοισιν ὑποδρήσαντες ἐΐσθλοις,
Πλίνθοις ὀπταλέοισιν ἀνεστήσαντο δεδμήσας, &c.

Quo pacto qui ædificandis artificioſis ædibus operam dederunt artifices, coctis lateribus colligatas curvaturas arcuum, & amplæ domus tectum excitarent, &c. Et Agathias lib. V. ἤρτῃ δὲ αὐτὸν (ναὸν) ἐκ πλίνθων ὀπτῶν καὶ τιτάνου, πολλαχοῦ καὶ σιδήρῳ συνδήσας. *Parietum interior pars,* ſubdit idem Gyllius, *cruſtis marmoreis veſtita excellentibus, & variis fulgurat, & permiſcet cum ſummas naturæ vires, tum mentes ſpectantium.*

X.

MARMORA.

COLUMNIS præterea marmoreis ingentibus, ac mole ſua ſtupendis, aliiſque minoris altitudinis ac molis ubique ſuſtentatur ac exornatur, tam eleganti & grata colorum varietate, ut Procopius in hæc verba prorumpat: τίς δὲ λίθων καὶ χιόνων ἐξαριθμήσαιτο τὴν ἀφθονίαν, οἷς τὸ ἱερὸν κεκαλλώπισται; λαμπρόν τις ἂν ἐντεῦθεν ἰδέσθαι τὸ ἄνθος. θαυμάσειε γὰρ εἰκότως τὴν μὲν τὸ ἀλυκτὸν, τὴν δὲ χλοάζον. καὶ οἷς τὸ φοινικοῦν ἐπαιθές, καὶ ὧν τὸ λευκὸν ἀπαστράπτει· ἔστι μὲν

μὲν τοῖ καὶ νῦν ταῖς ἐναντιωτάταις ποικίλαις χροίαις, ὥσπερ τις ζωγράφος, ἡ φύσις. *Quis columnarum ac marmorum, quibus templum ornatum est, egregiam varietatem percenseat? In prato floribus convestito versari se quispiam putet, ac merito horum purpuram, illorum viriditatem miretur: alia puniceo, alia candido fulgore prædita, & quæ natura, non secus ac pictor, coloribus dissimillimis variavit.* Istam etiam marmorum varietatem pluribus, variisque in locis commendat Paulus Silentiarius, & marmorum ipsorum genera ac colores recenset II. part. vers. cc. & seqq. In primis vero *Ægyptium*, seu Thebaicum *purpureum*, stellulis interstinctum laudat, part. I. vers. CCXLVI. part. II. vers. CCVIII. de quo præter Plinium lib. XXXVI. capp. VII. & VIII. Statius in Epithalam. Stellæ & Violantillæ:

Edit. Paris. pag. 13.

—— Rupesque nitent, queis purpura sæpe
Orbibus, & Tyrii moderator livet aheni.

Et in Balneo Etrusci:

Sola nitet flavis Nomadum decisa metallis
Purpura,

Marmor istud, Ægyptium *Romanum* vocant scriptores ejusce ævi, ut ex Cedreno in Constantino M. & Porphyrogenito in Basilio n. LV. & scriptoribus de Templo S. Sophiæ statim initio colligere est. *Phrygium*, colore variegatum, ac roseum albo cæruleo permixtum referens recenset part. II. vers. CCV. de quo idem Statius, ut & de Libyco, in Epithalam. Stellæ & Violantillæ;

Hic Libyus Phrygiusque filex.

Et in Balneo Etrusci:

—— Sola cavo Phrygiæ quam Synados antro
Ipse cruentavit maculis lucentibus Attis.

Laconicum virens, vers. CCXI. cujus etiam meminit Procopius lib. I. de Ædif. cap. X. & idem Statius:

—— Hic dura Laconum
Saxa virent.

Carium, obliquis ex sanguineo alboque livido semitulis distinctum, vers. CCXIII. *Lydium*, virenti pallidoque colore commixtum, vers. CCXV. *Præconnesium* vers. CCXLVII. cujus etiam meminit Anonymus sub finem. *Libycum*, cærulei simul & crocei coloris, vers. CCXVII. *Celticum* nigrum, candidis venis interstinctum, vers. CCXX. *Bosporicum* album, in extremis oris nigricans, vers. CCXLIX. *Thessalicum*, part. I. vers. CCLV. part. II. vers. CCXXIX. CCLI. *Molossium*, part. II. vers. CXXXII. &c. Ex tot igitur marmoris speciebus extant infinitæ, quæ Sophianam ædem suffulciunt & adornant, Columnæ, quas inter præsertim commendantur a scriptoribus octo Porphyreticæ, seu Ægyptiæ, paris altitudinis & molis, quas a muliere vidua, Marcia nomine, Roma transmissas, & a Solis delubro ab Aureliano olim extructo abstractas, auctor est apud Codinum Plutarchus Justiniani Protosecretarius. Has ad quatuor Conchas, stare suo loco ostendemus. Octo præterea prasini seu viridis coloris, stupendæ pariter magnitudinis, ac eximii decoris, Epheso a Constantino Prætore transmissas: cæteras partim Cyzico, partim ex Troade, vel ex Cycladibus, atque etiam Athenis advectas refert idem Codinus. Thevetus lib. XIX. Cosmogr. cap. I. de Columnis Templi Sophiani: *Le dedans est beau, & s'y voit grand nombre de colonnes & pilliers longs & massifs, & de pierre de marbre, jaspe, & porphyre, fort bien diaprez, & cecy est au long du Chœur, qui encore est debout. Sur chacun de ces pilliers on voit une pierre large & grande de marbre gris rouge, ou serpentin. Quand à l'estage d'en haut les colonnes y sont moindres en proportion, mais plus richement estoffées.* Dom. de Saligniaco in Itiner. *Elle est ornée de plusieurs hautes & grosses colonnes biens rares, sçavoir huit de porphyre, seize de serpentin, & quatre de marbre blanc: & par dessus, d'une belle galerie pavée de marbre transparant, & de plusieurs petites colonnes de marbre & de serpentin.* Atque harum quidem columnarum capitella ærea argento & auro exornantur. Silentiarius part. I. vers. CCLII.

—— ὅτ' ὑπὸ πίζαν
Κίονες ἱδρύσαντο καρήατα δίσμια χαλκῷ
Γλαύκια χρυσοτευκτα, παραπλάζοντα μεφίμνας.

Quorum sub imam crepidinem tollunt columnæ vestigia ære revincta ac aurata, tanta cum elegantia, ut eorum aspectu curæ omnes depellantur. Quos quidem ornatus temporis injuria ac vetustate consumptos renovavit Romanus Argyrus. Scylitzes: κατελάμψωσι δὲ καὶ τὰ κιονόκρανα τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, ἔ, τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Βλαχερνῶν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ.

XI.

MUSIVUM.

SED præter hanc marmoris jucundam gratamque varietatem, Musivo ubique fere exornatur. Cameræ enim, inquit Gyllius, calculis & tessellis vitreis inauratis fulgent, etiam ad oculos barbarorum, in quibus expressæ variæ cernuntur imagines & figuræ, ita ut tabellarum vicem expleant. Paulus Silentiarius part. II. vers. CCXXX.

Περὶν δὲ πολυτμήτοιο σίλας ψηφίδος ἰκέσθαι,
Λεπτὰς λαύτορσι παλαίμη λαΐγγας ὑφαίνων
Μαρμαρίκας ἐγραψε μὴ πλάκας, ἐς μέσα τοίχων,
Σωίδιον δ' ἐκάρτοισι κέρας βιβρηδὸς ὀπώρης,
Καὶ ταλάρους, καὶ φύλλα, &c.

At priusquam in multas partes dissectarum tessellarum splendor accederet, lapidarius manu sua tenues lapillos marmoreos contexens, veluti in tabellis, mediis in parietibus, descripsit cornu vinculis illigatum, una cum calathis & foliis, &c. E quo describit loco Porticus Atrium ambientes, vers. CXC.

—— πολυτμήτων δὲ μετάλλων
Ἁρμονίη γραφίδεσσιν ἐοικέναται. ἐν γὰρ ἐκείνῃ
Τετρατόμοις λάεσσι, καὶ ἐκτατόμοισι νοήσας
Ζευγνυμένας μὴ κόσμον ὁμοῦ φλέβας. ἀγλαΐῃ δὲ
Ζωοτύπων λαΐγγες ἰμιμήσαντο δαῆσαι,

Sectorum multas in partes lapidum compago penicillorum ductus adæquat. In illa enim tessellis quadrifidis, vel octifidis cum venustate simul junctas venas videas; expressorum vero animalium pulchritudinem imitantur connexi invicem lapilli. Manuel Chrysoloras: ὁ τοὺς κίονας, ὁ τὰς ψηφίδας, ὁ τὰς τῶν τοίχων μαρμαρώσεις, ὁ τὸ ὕλον, ὁ τὸν ἐν αὐτῇ χαλκὸν, ὁ τὸ μόλιβδον, ὁ τὸν σίδηρον, ὁ τὸ σάπφειρον, ὁ τὸν χρυσὸν, ὁ τὸ ὕλον αὖθις τὸ ἐν ταῖς ψηφίσιν, οὐκ ἄλλο οὐτιοῦν μέρος ἐκβαῖς δυναίμεθα καταλίξαι. Musivi etiam materiam expressit Anonymus, dum ait Justinianum, testudines tum ædis, tum Porticuum ἐξ ὑελίνου χρυσοῦ deauraſſe, cujusmodi *Musivum deauratum* vocat Anastasius in Gregorio IV. μωσαϊκὸν χρυσὸν, Anonymus de Locis SS. χρυσαυγὰς ψηφίδας Sophronius in Encomio SS. Cyri & Joannis, χρυσᾶς ψηφίδας Theophanes Cerameus Homil. LV. *vitreos lapides fulvo auro supertectos*, Vita S. Laurentii Episcopi Sipontini, nu. XI. Quale vero fuit cæmentum, quo tota ædis compages, seu potius lapides aut lateres continentur, & ex quibus constiterit speciebus, describit Procopius, & ex eo auctor Descript. S. Sophiæ: συνήρμωσε δὲ αὐτοὺς (λίθους) ὁ τίτανος, ὃν περ ἄσβεστον ὀνομάζουσιν, οὐκ ἄσφαλτος, ἡ Σεμιράμιδος ἐν Βαβυλῶνι φιλοτιμία, οὐκ ἄλλο τι οὐδὲν, ἀλλὰ μόλυβδος εἰς τέλμα χυθεὶς, καὶ μεταξὺ πανταχόσε χωρήσας, ἅπτει λίθων τῇ ἁρμονίᾳ ἐντετηκὼς καὶ συνδέων ἀλύτοις αὐτούς. *Neque calx, quam vivam & inextinctam vocant, neque bitumen, sed plumbum quod lacunis infusum omnia permeat interstitia, illapsumque junctūris lapidum ipsos nectit.* Id etiam attigit Silentiarius: qui præterea addit Justinianum in compingenda, vel tegenda æde, lignis uti neutiquam voluisse, sed marmoreis longioribus tabulis totam texisse, vers. CX. & seqq. ne, inquit Agathias, incendiis rursum pateret, ξύλοις τε ἥκιστα χρησάμενος, ὡς ἂν μὴ ἐπικαιόταται πυρπολοῖτο.

Edit. Paris. pag. 14.

XII.

AMPLITUDO.

IMMENSAM ædis Justinianeæ amplitudinem non semel commendant scriptores, atque inprimis Joannes Cantacuzenus lib. III. cap. I. τὸν νεὼν τῆς Σοφίας τοῦ Θεοῦ μεγίθει μέγιστον ὄντα τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἁπάντων. Et lib. IV. cap. IV. ὁ γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας κάλλει τι καὶ μεγέθει τὰς ἁπάντας ἵκανῶν. Manuel Chrysoloras: τινὸς γὰρ λόγου ὕψος ἢ μέγεθος ἐξισώσεται τῷ ἐκείνῳ ὕψει, ἢ μεγέθει. Guillelmus de Baldenzeel in Itiner. *Credo quod sub Cælo postquam mundus creatus est, non fuit tale ædificium completum, quod huic poterit in nobilitate & magnitudine cæteris comparari.* Sed licet magnitudine & mole sua cæteras totius Orbis ædes sacras excedat, tam apta tamen constat concinnitate & proportione, ut nec longitudine aut latitudine immodica sit. Procopius: Δόρός τι αὐτῶν, καὶ μῆκος οὕτως ἐν ἐπιτηδείῳ ἀποστατόρθωται, ὥστε καὶ περμήκης ἐς ὅλως δόμα ἐκ ἀπὸ τρόπου ἡρμόσεται. Sed ita confecta est, ut non omnino quadrata sit, & longitudo latitudinem paululum excedat: ἐν τετραπλεύρῳ μὲν γὰρ τὸν τίμενός ἐστιν, οὐ πολὺ δὲ φαίνεται φροίχοι τοῦ δόρυς τὸ μῆκος, quod de æde S. Michaelis CP. dixit idem Procopius lib. I. cap. III. seu potius, quod de æde sancti Anthimi scripsit cap. VI. ut longitudo tantum superet latitudinem, quantum in latere orientali porrigitur Bema: τοσοῦτον δὲ φροίχη μόνον τοῦ δόρυς τὸ μῆκος, ἐς ὅσον δὴ χῶρον τὸν ἀβέβηλον, ἐν ᾧ τὰ ὄργια τὰ ἀῤῥητα τελεῖσθαι θέμις, καὶ τῷ πλάτει μόνον, ἢ φρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον τέτραπται, δοίκειν ξυμβαίνει. Quæ quidem est ædis Sophianæ figura & forma. Nam si ejus longitudo a Bematis cancellis, seu ubi Concha altaris cancellis includitur, ad ædis portas ineatur, tota est quadrata, quod ex Ichnographia percipere quivis potest. Unde colligitur eam fuisse apud Græcos Templorum formam ac figuram.

XIII.

LONGITUDO.

EVAGRIUS lib. IV. cap. XXXI. illius longitudinem a Concha, ubi incruentum sacrificium litatur, ad portam Conchæ adversam, esse pedum CXC. scribit: Ἐστι μὲν οὖν τὸ μῆκος ἐκ τῆς κατὰντικρὺ δύρας τῆς ἱερᾶς κόγχης, ἔνθα τὰ τῆς ἀναιμάκτου καθιερεῖται θυσίας, μέχρις αὐτῆς, ποδῶν ρλ'. At verendum ne Evagrii Codices in ædis longitudine & latitudine recensenda mendosi sint, cum utramque longe aliam fuisse constet ex Gyllio, diligenti admodum scriptore, cui longe potior fides habenda. *Longitudinem*, inquit ille, *ab Oriente ad Occasum eam ipse metiri ausus non sum, sed metiendam curavi per hominem Turcum, qui mihi retulit longitudinem Templi esse ducentorum & quadraginta pedum*. Bondelmontius, de longitudine Templi agens, ait, *per Ecclesiam esse de angulo ad angulum* CXX. *brachia, quia*, inquit, *desuper rotunda, & in plano quadrangulata recedit*. Quibus verbis innuit longitudinem se mensum esse, non ab imo Conchæ, sed qua illa ædi conjungitur, ita ut Gyllio consentiat, siquidem brachii mensura duorum pedum fuerit.

XIV.

Edit. Paris. pag. 15.

LATITUDO.

LATITUDINEM a Meridie ad Septentrionem centum & quindecim pedum esse ait idem Evagrius. At Gyllius, ex Turci relatione, ducentorum & tredecim pedum esse scribit. At tametsi uterque dissideat in ædis longitudine & latitudine describendis, saltem in eo fere conveniunt, quod latitudinem excessit: siquidem secundum Evagrium spatium istud XXV. secundum Gyllium XXVII. pedum fuerit.

XV.

ALTITUDO.

ALTITUDINEM vero tantam esse prodit Procopius, ut non modo cætera Urbis ædificia superexcellat, sed & ex supremo ædis vertice Urbs tota despiciatur: Ἐπῆρται γὰρ ἐς ὕψος ἀρέσιον, ὅσον καὶ ὥσπερ τῆς ἄλλων εἰκοσιπημάτων ἀποσαλεύσα ἐπινίνδυκεν. ὑπερκειμένη τῇ ἄλλῃ πόλει, κοσμοῦσα μὲν αὐτὴν, ὅτι αὐτῆς ἐστιν, ὡραϊζομένη δὲ, ὅτι αὐτῆς οὖσα καὶ ἐπεμβαίνουσα τοσοῦτον ἀνέχει, ὥστε δὴ ἐνθένδε ἡ πόλις ἐκ περιωπῆς ἀποσκοπεῖται. *Elata namque in altitudinem ingentem, ac veluti navis in anchoris stans, supra cætera ædificia exstitit, urbique imminet, quam ornat tamquam pars; eo gloriosa, quod intra illius ambitum adeo se tollat, ut inde civitas clare circumspectetur*. Porro altitudinem a summa curvatura arcuum usque ad pavimentum, centum quadraginta duorum pedum esse ait idem Gyllius; nam de ea silet Evagrius, qui altitudinem tantum a centro Hemisphærii refert, de qua agemus infra. Bondelmontius vero a testitudine ædis ad pavimentum, altitudinem esse ait CXLIV. brachiorum.

XVI.

PORTICUS EXTERIORES AD MERID. ET SEPT.

TOTAM ædis structuram ambiebant exteriores Porticus columnis marmoreis sustentatæ, musivoque opere exornatæ, de quibus nescio an verba ista Procopii capienda sint, an vero de interioribus Porticibus: τίς ἂν — τάς τε παμπληθεῖς διηγήσαιτο στοάς, καὶ τὰς περισύλους αὐλὰς, αἷς ὁ νεὼς περιβέβληται; Ad Meridiem enim & Septentrionem habuit Porticus exteriores, ut & ad Occidentem, de quibus mox acturi sumus. Nam ad Orientem vix crediderim extitisse, quidquid dicat Gyllius, qui ait verisimile esse istam cecidisse aliquo terræ motu, ipsiusque in locum excitatam fuisse molem illam, quæ hodie extat lapide quadrato constructa, velut crepido clivosa objecta ad fulciendam partem ædis orientalem. Quippe, etsi ædes sacræ majores Porticibus circumcingi solerent, ad Orientem tamen nullæ excitabantur, forte quod eo loci essent varia adjuncta ædificia, in quibus & Diaconi considerent, & Patriarchæ salutantes exciperent, & ædis cimelia ac vestes reponerentur, denique in quibus Imperator ipse, cum luberet, recumberet: de quibus quidem exhedris agemus infra, cum has interim in ædis Sophianæ ichnographia intueri cuivis liceat. Hanc porro ædis sacræ partem caruisse Porticu observat Procopius lib. I. de Ædif. cap. VIII. ubi ait Templum S. Michaelis in Anaplo ubique Porticibus exterioribus cingi, præterquam ad Orientem: σοὰ τὸν νεὼν περιβάλλει ἰγκύκλιος εἰς τὰ φρὸς ἕω ἀφλιτοῦσα μόνον. Similia tradit de æde Deiparæ Hierosolymitana lib. V. cap. VI. αἱ (σοαὶ) περιβάλλουσι τὸ ἱερὸν ὅλον, πλὴν φρὸς ἕω τετραμμένης πλευρᾶς.

XVII.

PORTICUS OCCIDENTALES.

AT ad Occidentem, Templi valvæ, inquit Gyllius, loco vestibuli duas Porticus habent, inferiorem, qua aditur Templum plano pede, superiorem, qua Gynæconitides aulæ adeuntur, ambas tam longas, quam Templum latum, largas viginti octo pedes. Paulus Silentiarius, part. II. vers. IX. marmore grandi constructas ait:

Edit. Paris. pag. 16.

Μυκιδανὸς δ' ἐπὶ τοῖσι πυλα..... αὐλὸν,
Δειχνύμενος φοσιόντας ὑπερ.... θυρίτρως,
Μῆκος ἔχων, ὅσον ἄφρος ἀνάκτορα πᾶσι.

Præter hæc vestibula, longum est rectumque spatium, accedentes excipiens sub amplis foribus, tantumque habens longitudinis, quantum sacrum templum latum est. De his binis Porticibus occidentalibus ita præterea Evagrius: εἰσὶ δὲ πρὸς δυόμενον ἥλιον ἐκφερεῖς ἑτέραι τοαὶ δύο, καὶ πάντοτε ὑπαίθριοι αὐλαὶ, εἰς κάλλος ἐξησκημέναι. *Sunt præterea ad occasum Solis porticus duæ admodum venustæ, & atria undique miræ pulchritudinis.* Ubi tamen incertum an porticum inferiorem & superiorem intellexerit, an vero inferiorem, quæ duplex fuit, uti mox dicemus. Subdit deinde Gyllius, Porticum superiorem supra Porticum inferiorem sitam esse inter pilas sustinentes quartam partem sphæræ occidentalem, & fenestras. Nam a parte interiori octo pilis, ab exteriori totidem sustinetur: inter quas fenestræ, tam inferiores quam superiores, illucent, cinctæ columnis quadratis. Inter hanc Porticum & Aulas fœminarum nihil interest, nisi pilæ sustinentes Porticus cameram interiorem: pavimentum enim Porticus æquale est Aularum pavimento. Porticus porro inferior, addit idem Gyllius, duplex est: interior clauditur utrinque muris marmorum jucundissima varietate vestitis: tegitur cameris figuratis ornamento tessellato calculorum inauratorum. Atque ita tribus Porticibus exornatur ædis Sophianæ vestibulum, duabus inferioribus, & una superiori: quo respexeit Silentiarius part. II. vers. VII. dum ait triplices esse Porticus occidentales:

Ἀλλὰ δύσις πυλεῶνα μέγαν..... χαῖ,
Οὐκ ἔνα, τριχθαδίας γὰρ ἔχει κλῆδας τέλσας μελάθρου.

Sed occidens ingens aperit vestibulum multorum hominum capax, non singulare ac unicum, triplex est enim sub ædis extrema. Sed prima, quæ occurrit ex inferioribus Porticibus, pertinuisse videtur ad Porticus Atrii, de quibus infra, quod τετράστυλον fuisse constat: ex quo necesse est harum unam Templi vestibulo affixam fuisse. De Porticuum istarum portis, seu aditibus, sic prosequitur idem Gyllius: *Ex hujus Porticus latere orientali novem portis patet aditus in Templum: ex latere occidentali quinque portis æneis duplicibus patet exitus ex interiori Porticu in exteriorem Porticum, ex qua proditur in aream, ubi perennes saliunt aquæ.* De novem portis, per quas Templum aditur, agetur infra: at eas per quas ab interiori Porticu in exteriorem proditur, attigit etiam Silentiarius II. part. vers. XXII. nec quinque dumtaxat, sed septem recenset, in iis binos illos in Porticum aditus complexus, qui ad Meridiem & ad Septentrionem aperiuntur.

Ἑπτὰ δ' ἀνεῳγώσας ἱερὰς πυλεῶνας ἀνοίγει,
Λαὸν ἔσω καλέοντας ὁμιλαδόν· ἀλλ' ὁ μὲν αὐτῷ
Ἐντρέφεται Νάρθηκος ἐπὶ σφετέοι μετώπῳ,
Ἐς νότον, ὃς δὲ βορῆος ἐπὶ πτερά.

Qui locus pandit & aperit septem sacras portas, populum intus invitantes catervatim: quarum una ad angusti Narthecis frontem versus Austrum convertitur; alia versus septentrionalem alam.

XVIII.

NARTHEX.

PORTICUS istas occidentales, quæ elegantis ac magnifici vestibuli vicem præbent ædi Sophianæ, Νάρθηκοι, seu *Ferulæ* nomine ævo suo donatas tradit idem Silentiarius part. II. vers. XIII.

Χῶρος ὅδε Γραικοῖσι φατίζεται ἀνδράσι Νάρθηξ.

Locus hic a Græcis hominibus appellatur Narthex. Nec alia appellatione donantur ejusmodi Porticus in ædium sacrarum vestibulis excitatæ, a Procopio lib. I. de Ædif. cap. IV. ubi de Templo SS. Sergii & Bacchi: Ἔστι δὲν αὐτοῖς μία μὲν ἡ ἐπὶ ταῖς θυρῶν σταί, Ἐπὶ τοῦ Νάρθηκος, τῷ περιμήκης εἶναι, ὠνομασμένη. *Unam habent in vestibulo porticum, nomen ex Narthece, seu Ferula ideirco nactum, quod longissime porrigatur.* Et lib. V. cap. VI. de Templo Deiparæ Hierosolymitano: Στοά τις ἐκδέχεται ἑτέρα ἐπὶ τοῦ Νάρθηκος ὠνομασμένη, οἶμαι, τῷ μὴ δρωΐδαι· *Altera succedit Porticus, quę a Narthece, seu Ferula ideo, mea quidem sententia, nomen habet, quia angusta est.* Ubi Procopius vocabuli, seu appellationis, rationem insinuat, sicque dictas istiusmodi Porticus ante Templorum vestibula, quod in majorem longitudinem quam latitudinem porrigerentur, atque ita Ferulæ speciem quodammodo referrent, quæ oblongior est quam latior, ut obiter attigimus in Notis ad Alexiadem: quippe πᾶν δρομικὸν, inquit Zygomalas, ῥάβδος λέγεται· Unde non omnino hallucinatos illos evidens est, qui Narthecem Ecclesiæ, Porticum fuisse scripsere, ut vult Allatius, Goarum innuens: quandoquidem id disertis verbis tradunt Silentiarius & Procopius: quibus favet Codinus in Originib. Lambecian p. 45. E. R. καὶ τὸ ἵππον αὐτῆς ἐκεῖσε ἐλθὼν σταῦρ ἐμφοβεῖν τὸ νάρθηκος ἢ ναοῦ. Et Theorianus in Legatione, *pag.* 17. Νάρθηκα, in quo Pœnitentes stabant, ἔξω τῆς ἐκκλησίας statuens, ubi divinas Scripturas, inquit ille, audiebant, quæ scilicet in æde sacra aut recitabantur, aut decantabantur: unde ἀκροώμενοι passim in Narthece extra Ecclesiam dicuntur constitisse, apud Gregorium Thaumat. can. XI. Zonaram ad can. I. Concilii Nicæni I. Balsamonem ad can. XIV. ejusdem Concilii: ἐν βασιλικαῖς πυλῶσι, seu Regiis ac præcipuis porticibus, vel foribus, apud Alexium Aristenum, quemadmodum nuncupantur ab Anastasio non semel, ut infra indicamus. Nam πυλῶνες βασιλικοὶ hic latiori significatione accipiuntur pro ipso Narthece, e quo per *Regias* portas in templum aditus patebat: quomodo πυλῶνας τοῦ νάρθηκος dixit Theodorus Studita in Carmine εἰς τοὺς πυλῶνας τοῦ νάρθηκος inscripto:

Πύλαι θύραι τοῦ ναοῦ φῶς ἐνδέδεσι,
Ἴδε φορτίσιον πνεῦμα σωτηρεμένον,
Καὶ τοῦτο θῦμα δεκτὸν ἐστὶ Κυρίῳ.

Ex quibus versibus conficit Allatius, πυλῶνας τοῦ νάρθηκος, a Studita πύλας ναοῦ vocari, quod secus se habet. Horum enim sensus est, ni fallor, eum qui jam Narthecem adiit, templi portas, quibus Narthex ab eo dividitur, & disparatur, ingressurum, spiritum contritum ferre debere, quod est sacrificium Deo acceptum. Neque aliam forte ob rationem dixit Silentiarius vers. XIII. in Narthece voces sonoras Davidis Psalmos concinentium alternis cantibus Sacerdotum exaudiri, ac aures Dei mulcere:

Ἐνδάδε τις κατὰ νύκτα δαήμονος ἦχος ἀείρων
Εὐκέλαδος Χριστοῖο βιαρχίῃ οὔατα θέλγει.

Hic suavis per noctem concentus perpetuo exurgens, benefici Christi aures demulcet. Ubi per κατὰ νύκτα, videtur innuisse preces vespertinas, de quibus Paulinus Nat. VII.

—— *tunc ergo solutis*
Cœtibus a Templo Domini, post quam data fessis
Corporibus requies, sumpta dape, cœpimus hymnis
Exultare Deo, & Psalmis producere noctem.

Atrium vero Narthecis αὐτῷ τῷ Νάρθηκος vocant Menæa VIII. Septembris, nempe illud quod Nartheci obversabatur: τὸ προπύλαιον αὐτομάτως ἠνέῳκτο, καὶ τούτῳ συνελθόντος τοῦ διακόνου, ἐπὶ τὴν αὐτὴν τοῦ Νάρθηκος ἔστησαν. *Propyleum suapte apertum est, & cum eo veniente Diacono, in Narthecis aula stetere.* At cur Porticum, quam nude ac simpliciter Νάρθηκα vocat Silentiarius, Ἐπὶ τοῦ Νάρθηκος appellet Procopius, nulla mihi alia suboritur conjectura, quam quod familiarem Byzantinorum civium loquendi morem expresserit, qui quod nude *Narthex* dici debuerat, *ad Narthecem*, vel *in Narthece* efferebant, ἀκροωμένους forte innuentes, qui in eo consistebant, aut qui ad eum relegabantur, quemad-

modum posteriores Græci urbem Constantinopolitanam, non πόλιν, sed τοὰν πόλιν appellabant, uti alibi observatum est. Ita Daphnense Palatium ad Antiochiam Ἐπιδάφνη dictum, quasi ἐπὶ τῆς Δάφνης. Neque enim omnino arridet eorum sententia, qui ἐπὶ, pro ἀπὸ, perperam substitutum censent. Quatuor porro in æde Sophiana Narthices statuit Codinus: Ἀπὸ τοῦ Βήματος μέχρι τῶν τεσσάρων Ναρθήκων, *a Bemate usque ad quatuor Narthices*; ut & Anonymus: καὶ τῶν τεσσάρων Ναρθήκων καμαρώσατο τὰ ὄρεφα ἐξ ὑαλίνου χρυσοῦ λαμπρότατα. *Auro etiam exornavit quatuor Narthecium cameras, & aureis ex vitro lapillis*. At qui illi fuerint quatuor Nartheces, haud bene constat. Certe in præallatis duas inferiores porticus ad templi valvas extitisse ait Paulus Silentiarius, quibus si addantur binæ illæ porticus quæ extra ædem ad latera septentrionale & meridionale extitere, quatuor Nartheces conficere licebit. Scribit porro idem Anonymus, Justinianum statuisse, ut quisquis pro delictorum modo arceretur a sacris, in his quatuor Narthecibus staret: quo quidem loco Φίνας Nartheces vocat, incomperta mihi ratione, nisi forte quod ad Templi fines haberentur Porticus istæ exteriores. Certe tertium Narthecem ejusdem ædis Sophianæ observare est in Sexta Synodo Act. XVIII. ubi δικύμβαλον ἐν τρίτῳ Νάρθηκι Μεγάλης Ἐκκλησίας statuitur, nullo alio indicio: qui quidem tertius Narthex, prima fortassis fuerit e tribus Porticibus, quas ad Occidentem ædis Sophianæ stetisse scribit Paulus Silentiarius, quæque ἐξώτατος Νάρθηξ videtur nuncupari apud eundem Anonymum pag. 248. Nam auctor est Goarus etiamnum Græcis ἐξωνάρθηκας, exteriores Porticus, ut interiores ἐσωνάρθηκας dici. Jam vero δικύμβαλον, ni fallor, locus est constans duabus trullis, κυμβαλικῶς, seu in modum cymbali, quemadmodum fuit majus ædis Hemisphærium, extructis, cujusmodi delineantur aliquot in Prospectu exterioris ædis Sophianæ, quem æri incidi ex veteribus schedis curavimus, qui in Porticibus videntur extitisse. Ita Τρικύμβαλον τοῦ Τζυκανιστηρίου memorat alicubi Codinus in Orig. Jure igitur Allatius hæc verba de Narthece infert: *Narthex vero extra Ecclesiam forte an antiquis temporibus fuerit, non disputo*. Nam ut Nartheces, quod ex prædictis satis patet, olim extra Ecclesiam, seu potius extra Ecclesiæ septa, fuere, etsi forte sacri haberentur; ita vicissim pro certo haberi debet, posterioribus sæculis Narthecem, eam ædis sacræ partem, quam hodie *Navim* vocamus, aliquando appellatam, ut patet ex Euchologio & cæteris Græcorum Ritualibus libris, & aliquot inferioris ætatis scriptoribus, quos laudat idem Allatius in Dissert. de Recentiorum Græcorum Templis pag. 110. & sequentibus. His favere videtur Lexicon MS. ex Bibliotheca Regia, cod. MMLXII. ut & auctor Etymologici: Νάρθηξ, ἀπὸ τοῦ νίπτειν, ἤγουν κάτωθεν τοῦ ἄμβωνος κεῖσθαι. Hinc enim evincitur Narthecem in Ecclesia extitisse, siquidem infra Ambonem extitit: idque inde factum existimo, quod cum in plerisque templis ac ædibus sacris deessent capaciores Porticus & Nartheces ad earum vestibula, qui ex Canonum præcepto in iis consistere tenebantur, intra ipsius Ecclesiæ claustra postmodum admissi sint; ita tamen ut a reliqua Fidelium plebe discernerentur, eaque obirent munia, quæ in Narthece olim, in primo ædium sacrarum, atque adeo *Navis* ingressu. Unde recte Nartheces dixit Symeon Thessal. Opuscul. contra hæreses, sua nimirum ætate, τῶν ναῶν ἀρχὰς nuncupatos. Scribit Theophanes anno XXXVII. Justiniani igne consumptam eo incendio quod tunc accidit, ædis S. Irenes Νάρθυκος partem. Jam vero quod a Silentiario, Procopio, iisque quos laudavimus scriptoribus Narthex dicitur, alii πρόναον vocant, ac in iis exerte Codinus cap. XVII. num. XX. quidquid dicat Allatius: ἐκτὸς τῶν ὡραίων λεγομένων πυλῶν, ἤτοι ἐν προναῷ, *extra portas pulchras seu in pronao*.

Edit. Paris. pag. 18.

Sed & Balsamon in Can. LXXIV. Synodi Trullanæ, dum ait, πάντα τόπον τῷ Κυρίῳ ἀνατιθεμένου Κυριακὸν λέγεσθαι, κἂν μὴ ἐκκλησία ἐστὶν, ἀλλὰ πρόναος τυχὸν, ἢ ἕτερόν τι ἱερὸν, *locum omnem Domino dicatum, Dominicum appellari, licet Ecclesia non sit, sed Pronaus forte, aut quidpiam aliud sacrum*. Unde conficitur Pronaum Ecclesiam, seu Ecclesiæ partem, non fuisse, tametsi aliter dicat Allatius. Idem porro Balsamon ad Can. 11. Dionysii Alexandr. πρόναον scribit fuisse τόπον δευτέρας μετανοίας τὸν λεγόμενον τῶν ἀκροωμένων, quo loco recte a Proaulio Pronaum distinguit, cum Pronaus Narthex fuerit in quo consistebant Audientes & Pœnitentes, Proaulium vero Porticus ipsa exterior seu quadriporticus, quæ προαυλίου nomenclatura donari solet. Idem denique Balsamon ait προνάους eorum fuisse, quibus non licebat ἐκκλησιάζειν, seu Ecclesiam ingredi, ut audientibus: quod intelligendum præsertim de tempore quo sacra peragebantur mysteria: nam ante Evangelium Ecclesiam ingrediebantur ad sacra Scripturas & homilias audiendas, unde ἀκροώμενοι dicti; post Evangelium autem ex ea excedebant, & in Narthece consistebant dum sacra conficiebantur mysteria, τῶν φερομένων ἐκτελουμένων μυστηρίων, ut habet Symeon Thessalonicensis lib. contra Hæreses. Denique Perdiccas Ephesius de Themat. Hieros. satis innuit Pronaum longe aliud fuisse ab Ecclesia, cum in eo arborem stetisse scribat, unde latiori significatione Pronaum pro ipso ædis sacræ proaulio, vel pro quadriporticus area accepisse satis colligitur, uti arbores in area quadriporticus Sophianæ exhibet prospectus exterior ejusdem ædis a nobis descriptus. Ita vero Perdiccas:

Καὶ δένδρον διασκιάζον ἐστὶν ἐν τῷ προνάῳ, *& arbor foliis obumbrans stans in Pronao*. Denique Charta donationis Cornutianæ edita a Suaresio: *In pronao velum lineum purum unum: & inter basilicam pro porticibus vela linea resoluta sex*. Ubi Pronaus extra basilicam esse satis patet. Neque aliter Latini scriptores Pronaos accepere, quibus ædium sacrarum atria ita indigitantur, ut Vitruvius lib. IV. cap. IV. & veteres Inscriptiones apud Gruterum XXVII. 2. CLXXII. 3. CCXIV. 1. In quibus PRONAI MATRIS DEVM, ET ÆDIS MARTIS, occurrunt. At qui πρόναον tertiam esse templi partem contendunt, in quibus est Genebrardus, existimant Gallicam inde vocem *Prone* deducendam, eam scilicet orationem, quam ex officii instituto habet Curio ad plebem in ista inferiore ædis parte, & extra Chorum, inter Missæ solemnia, quæ *Pronum* dicitur in Conciliis provincialibus Senonensi an. MDXXIV. Carnotensi MDXXVI. Catalaunensi MDLVII. & aliis. *Prone* in Consuet. Parisiensi art. XXX. Blesensi art. III. & Dunensi art. LVIII. Ita ut quodammodo hac oratione, seu adlocutione ad populum, Curio dicatur fungi officio *Doctoris audientium*, uti est apud S. Cyprianum epist. XXIV. de Lectore agentem. Scio Salmasium lib. de Primatu Papæ vocem hanc a Latino, *Præconium*, deducere, quod eo in loco Præconis verbi Dei munus impleat Curio: unde tum *Præconari* dicitur apud Anonymum lib. IV. de Miracul. S. Benedicti cap. XII.

XIX

PYRAMIDES.

QUÆ porro ad Orientem extant Pyramides ad ædis angulos exteriores, excitavit Andronicus Palæologus senior, quo partes Templi orientalem & septentrionalem ruinam ac casum minitantes fulciret. Id pluribus narrat Nicephorus Gregoras lib. VII. Hist. Ἦσαν

γὰρ παρὰ τῶν δοκίμων οἰκοδόμων, ὡς τῷ μακρῷ χρόνῳ καμόντα σωίζειν τὰ δύο αὐτοῦ ἐπιτόνδιεκεν μέρη, τότε φρὸς ἄρκτον ὁρῶν, καὶ ἔτι φρὸς τὰς ἀνατολὰς τετραμμένον, ἃ δὴ πᾶσιν ἀπηλοῦσι ταχεῖαν, εἰς μὴ σωειπιλάβοιτό τις. ὅθεν χιλιάδας νομισμάτων οὐκ ὀλίγας τοῖς οἰκοδόμοις ὁ Βασιλεὺς δεδωκὼς ἐκ τῆς Θεοδοσίνης χρημάτων τὰς ὁρωμένας ταύτας ἐκ βαθέων τῶν θεμελίων ἀνήγειρε Πυραμίδας, δι' ὧν κρατύσας τὸν ἀπηλούμενον ἔσωσε κίνδυνον. *Audierat enim ex architectis duas templi partes, septentrionalem & orientalem vetustate labascentes, brevi ruinam minitari, nisi mature occurreretur. Quare multis aureorum millibus datis de Imperatricis pecunia, eas quas videmus Pyramides ex altis fundamentis ad periculum illud propulsandum erexit.*

Edit. Paris. pag. 19.

XX.

ATRIUM.

ANTE Templi Sophiani vestibulum, proindeque antè occidentales Porticus, prostat quadrata ingens Area, uti appellatur in lege IV. Cod. Theod. de His qui ad Eccles. confug. placet enim illius descriptionem hoc loco exequi, priusquam Templum ipsum subeamus, cum vestibuli præcipuum sit ornamentum. Aream istam, seu Atrium quatuor Porticibus circumdatum, αὐλῆς nomine donat Silentiarius part. II. vers. CLXXIV.

Ἀλλὰ καὶ ἀμβροσίοιο φρὸς ἐσπέριον πόδα νηοῦ,
Τετράσιν αἰθούσῃσι περίδρομον ὄψιαι αὐτῶ,
Ὧν μία μὲν Νάρθηκι συνάπτεται, αἱ δὲ μὲν ἄλλαι
Πεπταμέναι τελέθουσι πολυχθίοισι κελεύθοις.

Sed & ad occidentalem divinæ ædis pedem, atrium quatuor porticibus circumdatum licet intueri, quarum quidem una Nartheci conjungitur, aliæ vero semitis multifidis apertæ sunt. Ubi observandum, exteriorem vestibuli Porticum ad Atrii Porticus pertinuisse, quod jam supra monuimus; alioquin Atrium Sophianum tribus tantum constitisset Porticibus, non vero quatuor, proindeque non τετράστυλον fuisset, vel *Quadriporticus*, sed *Triporticus*, uti ejusmodi Atria dicuntur Anastasio in S. Hilario PP. *Nymphæum & Triporticum ante Oratorium S. Crucis*, &c. Eusebius lib. III. de vita Constantini cap. XXXIV. de Atrio Templi Hierosol. μακροῖς περιδρόμοις ξοῶν ἐκ τετλευρᾶ περιεχόμενον. Et Sidonius lib. II. Epist. X

Huic est Porticus applicata triplex,
Fulmentis Aquitanicis superba,
Ad cujus specimen remotiora
Claudunt atria Porticus secundæ.

Eadem porro Αὐλῆς appellatione donantur ejusmodi Areæ, seu impluvia ante ædes sacras, a Procopio lib. I. de Ædif. capp. VII. VIII. lib. V. cap. VI. Αἴθρια dicuntur Eusebio lib. III. de vita Constant. cap. XXXIV. & XXXVIII. & lib. X. Hist. cap. IV. quia εἰς τὸν τοῦ οὐρανοῦ κάτοψιν λαμπρὸν καὶ ταῖς τοῦ φωτὸς ἀκτῖσιν ἀνεμπόδιστον αἴθρα præbent, ut idem scriptor loquitur. Impluvia Paulinus Nat. X. ea Atria appellat:

Istic Porticibus late circumdata longis
Vestibula impluvio tectis reserantur aperto,
Et simul astra oculis, ingressibus atria pandunt.

Semitæ vero istæ multiplices, de quibus Silentiarius, portis elegantibus claudebantur, quas θύραι μεσαύλους vocat non uno loco idem Procopius, αὐλίους πύλας Eusebius lib. III. de vita Const. cap. XXXVIII. μεσαύλιον enim τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας dicitur Theophani & Cedreno Atrium, quod αὐλὴ cæteris scriptoribus. Gloss. Lat. Gr. *Atrium*, μεσαύλιον. Paulinus Nat. X.

Basilicis hæc juncta tribus, patet area cunctis,
Diversosque aditus ex uno pandit ad omnes;
Atque itidem gremio diversos excipit uno
A tribus egressos, medio spatiosa pavito.

Procopius igitur lib. I. cap. IV. de Æde SS. Sergii & Bacchi: Ἔτι κοινῆς δὲ φροπύλαια πάντα, ἥτε αὐλὴ καὶ μέσαυλοι θύραι. *Communia sunt omnia Propylæa, atrium, et medianæ januæ.* Et lib. V. cap. VI. de Templo Hierosolymitano: Θύραι μέσαυλοι ἱεροπρεπεῖς ἔτως, ὥστε μιμοῦνται τοῖς ἔσω ἰοῦσιν, ὁποίῳ ποτὲ θεάματι ἐντυχεῖν μέλλουσι. *Medianæ januæ tam augustæ, ut intrantibus indicent quale spectaculum nacturi sint.* Mox subdit: Προπύλαια δὲ τὸ ἐνθένδε θαυμάσια οἷα, καί τις ἐπὶ κιόνων δυσὶν ἐπαιρομένη ἀψὶς εἰς ἄφατον ὕψος. *Exin vestibulum admirabile, et arcus columnis elatus geminis in altitudinem immensam.* Ex quibus patet aliud esse αὐλὴ, aliud προπύλαιον: Aula enim dicitur atrium impluvium, porticibus circumdatum; Propylæum vero, frons ac vestibulum Templi fuit, quod προτειχίσμα vocat Zonaras in Can. LXVI. Trullanum, ut & Agathias lib. V. & Photius in Descriptione Novæ Ecclesiæ a Basilio Macedone exstructæ in Palatio, ubi istius ædis προπυλαίων elegantiam describit, ut ædis Tyrensis Eusebius lib. X. cap. IV. Gloss. Gr. MS. ex Bibl. Reg. προτειχισματα, προπύλαια. Vel etiam Propylæum fuit ille forsitan arcus, seu excelsus fornix, de quo Procopius loco proxime laudato, quem Arcus nomine donat Leo Ostiensis lib. III. cap. XXVII. *Vestibulum autem Ecclesiæ superne quidem fecit musivo pulcherrimo cum Arcubus decorari.* Et infra: *Arcus ejusdem vestibuli deforis musivo nihilominus vestiens.* Sic non semel Anastasius. Ita porro ἀψῖδα interpretatur Zonaras in Can. XLVI. Concil. Carthag. τὸ γὰρ πρὸ τῆς ἀψῖδος, πρὸ τῶ προπυλαίω ἐστίν. Unde cum in Synodo III. Carthaginensi Can. XXIII. cavetur, ut iis, quorum crimina publica sunt, *ante Absidem* manus imponatur; id videtur intelligendum de Abside Narthecis, ubi consistebant Pœnitentes, non vero de Abside, seu Concha altaris, de qua agemus in sequentibus: quem quidem Canonem laudant Capitularia Caroli Magni lib. V. cap. LIII. & Hincmarus Remensis de Gestis habitis pro divortio Thiethergæ: quibus adjungenda sunt quæ habet Chrodegangus Metensis Episcopus in Regula Canon. cap. XXX. Quod vero *Absis* his scriptoribus dicitur, *Arcum* vocat Paulinus epist. XII.

Alma domus triplici patet ingredientibus arcu.

Infra:

Tergeminis geminæ patuerunt arcubus aulæ.

Quatuor denique porticibus ambiri Atrium Sophianum scribit Silentiarius, quemadmodum ædis Tyri Atrium Eusebius lib. X. Hist. cap. IV. Διαλαβὼν δὲ πλεῖστον ὅσον τὸ μεταξὺ τούτου νεὼ καὶ τῆς πρώτων εἰσόδων, τέτταρσι μὲν περιξ ἐγκαρσίοις κατεκόσμησε στοαῖς, ὡς τετράγωνον περιφράξας τὸν τόπον κίοσι πανταχόθεν ἐπαιρομένοις. *Sed inter templum & vestibulum maximo intervallo relicto, hoc spatium in quadrati speciem circumseptum, quatuor obliquis porticibus circumquaque exornavit, quæ columnis undique attolluntur.* Latinis, uti mox innui, ejusmodi impluvia, quatuor Porticibus cincta, *Atria* dicuntur. Gloss. Gr. Lat. τετρασῶον, *Atrium*. Græci vero τετράστυλα ea vocant; *Quadriporticus*, Anastasius Biblioth. in S. Symmacho PP. & *Cantarum B. Petri cum Quadriporticu marmoribus ornavit*. Idem in Dono: *Hoc atrium B. Petri Apostoli superius, quod est ante Ecclesiam in Quadriporticum, magnis marmoribus stravit*. Occurrit apud eundem in Leone III. pagg. 121. 139. 142. & in Itinerario Hierosolymitano. Harum vero Porticuum intercolumnia ut plurimum cancellis ac pluteis munita erant, quibus incumbere licebat, & in atrium prospicere. Paulinus:

Sed circumjectis in porticibus spatiari
Copia larga subest, interpositisque columnas
Cancellis fessos incumbere, & inde fluentes
Aspectare jocos, pedibusque madentia siccis
Cernere, nec calcare sola: & certamine blando
Mirari placido salientes murmure fontes.

Romani vero ejusmodi Atria *Paradisos* vocabant, ut auctor est Leo Ost. lib. III. cap. XXVII. *Fecit & Atrium ante Ecclesiam, quod nos Romana consuetudine Paradisum vocamus.* Anastasius in S. Paulo PP. *Fecit autem in Atrio, ante turrem S. Mariæ ad Gradus, quod vocatur Paradisus, oraculum*, &c. Paulus Warnefridus lib. v. de Gest. Langob. cap. XXXI. *Donus Papa Romanæ Ecclesiæ locum, qui Paradisus dicitur, ante Basilicam B. Petri Apostoli, candidis & magnis marmoribus stravit.* Ita passim vocem hanc usurpant scriptores, a Græco, παράδεισος, desumptam, quæ Hesychio dicitur τόπος ἐν ᾧ περίπατος, id est, locus Porticibus, in quibus deambulationes fiunt, septus, vel certe quivis alius deambulationi aptus. Porticus vero, quæ ante Palatia, sive Nobilium ædes erant, προδόμους appellat Lexicon Gr. MS. ex Bibliotheca Regia: πρόδομος, ἡ πρὸ τῆς οἰκίας σοᾶ, ὧν κὴ Ὅμηρος αἰθουσαν καλεῖ. Sed & περίβολον, Quadriporticus ejusmodi ædium sacrarum appellari videntur in Menæis XXVI. Octobr. Πρὸς δὲ τὸν λεγόμενον περίβολον ἀπαγινόμενος, ἀρχὴ δὲ τοῦτο τῆς πρὸς τὸν ὑσσόδε, &c. ubi perperam editum τείβολαι.

XXI.

GARSONOSTASIUM.

IDEM Atrium, sequiore Græcia, Γαρσονοστάσιον etiam dictum fuisse auctor est Theophanes pag. 203. E. R. & ex eo Cedrenus pag. 387. E. R. καὶ ἐκαύθη τὸ μεσαύλιον τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας τὸ λεγόμενον Γαρσονοστάσιον. Hanc autem Garsonostasii appellationem hausisse videntur Græci a voce Latinobarbara, *Garcio*, nostris *Garçon*: nos diceremus, *la place des Garçons*, quia in eo Atrio, seu impluvio, morari solebant, vel Magnatum famuli seu pedissequi, vel e plebecula pueri, dum ibi vel illi dominos egressuros expectant, vel hi ludo magis quam sacris intenti commorantur. Qui vero apud nos *Garciones* proprie dicantur, pluribus nuper docuimus in Glossario ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis.

Edit. Paris. pag. 21.

XXII.

PHIALA.

IN medio istius Areæ, seu Atrii Sophianæ ædis, Phialam statuit Justinianus. Sic Labrum, seu Fontem appellabant, ubi perennes aquæ saliebant, e quibus plebs lavaretur: quia, inquit Eusebius lib. X. Hist. Eccl. cap. IV. non licebat ἀνάγνοις καὶ ἀκαθάρτοις ποσὶ πρὸ ἁγνοῦ ἐπιβαίνειν ἁγίων. Fons autem iste φιάλη μεσαύλου τῆς Ἐκκλησίας, interdum λουτὴρ μεσαύλου, dicitur in Euchologio pagg. 449. & 465. E. R. Sic porro describitur a Paulo Silentiario part. II. versu CLXXVII.

Μηκεδανῆς δ' ἐρίτιμον ἐς ὀμφαλὸν ἵσταται αὐλῆς
Εὐρυτάτη φιάλη τις ἰάσπιδος ἐκτομὰς ἀκρῆς,
Ἔνθα ῥόος κελάδων ἀναπάλλεται ἠέρι πίμπτων
Οἰκὸν ὅλον παδίων ἰλαρὴν ἐρεθισμόν, &c.

In eximio longi Atrii umbilico stat ampla Phiala quædam, ex eleganti jaspide excisa, ubi immurmurans fons undas suas gestit in aerem emittere, vi quadam ex ærea fistula resilientem. Erat igitur Sophiana Phiala confecta ex jaspide: ita vero adornata, ut Porticibus ambiretur, in quibus erant fontes alii, seu putei, qui aquam populis ædem ingressuris ad lavationem suppeditabant. Anonymus: Ἐπεποίησε δὲ ἐν τῷ μέσῳ φιάλῳ γυρόθεν τοὺς φρεατικοὺς δώδεκα, ἐξ ὧν λέοντας λιθίνους ἐρεύγεσθαι ὕδωρ εἰς ἀπόπλυσιν τοῦ κοινοῦ λαοῦ. *Circa vero Phialam fecit porticus* XII. *in quibus erant putei, vel fontes, leonesque aquam eructantes, e quibus vulgus lavaret.* Quod vero per ora leonum marmoreum aquæ emitterentur, Λεοντάριον locus videtur appellatus, ex iis quæ habet idem scriptor. In Phiala Sophiana Cruces passim marmoribus inscriptas, evincit libellus Accusationis in Arsenium Patriarcham Constantinopolitanum apud Pachymerem lib. IV. cap. III. accusabatur enim τὸ προσκυνεῖσθαι τοῖς Σελτὰν ἀμινᾶς, ὡς καὶ σφὶν ἐφάνη τῷ λούτρῳ τῆς Ἐκκλησίας συχνάκις ἐλλύεσθαι, τιμίων χαρακτήρων σταυρῶν ἐκεῖσε τοῖς μαρμάροις ἐγκεχαραγμένων, Ἀγαρηνοῖς ὄσι καὶ ἀμυήτοις. *Quod nimirum se propensum ac familiarem Sultani præbuisset, adeo ut ei & comitibus permiserit sæpius lavari in lavacro Ecclesiæ, ubi sunt signa venerandæ Crucis marmoribus insculpta, cum isti essent Agareni, & Christi mysteriorum expertes.* Binas ejusmodi Phialas in atrio Novæ Ecclesiæ ex Ægyptio ac Romano, & ex Sangario marmore extruxit pariter Basilius Macedo, quas eleganter describit in illius vita Constantinus, ex filio nepos, cap. LV. Porro ante ædium sacrarum vestibula balnea & lavacra publica collocata, docet inprimis Eusebius loco laudato, in Descriptione ædis Tyrensis, & Paulinus epist. XII. & XXXI. ut & Natali IX. & X. apud quem *Cantharus* appellatur, *fastigiatoque* interdum *solido ære tholo* tectus describitur, ut & apud Anastasium Bibl. in Anastasio II. PP. & in Symmacho. Sunt enim Canthari apud Ulpianum leg. XLI. §. XI. D. de Legat. I. aquarum receptacula, unde aquæ erumpunt. Eadem igitur notione *Phialam* appellarunt Græci, quod *Nymphæum* Anastasius in S. Hilaro PP. Idem Paulinus Nat. X.

Interior variis ornatibus Area ridet,
Læta super tectis, & aperta luce serenis
Frontibus, atque infra niveis redimita columnis,
Cujus in expositio prælucens Cantharus extat,
Quem cancellato tegit ærea culmine turris.
Cætera dispositis stant vasa sub aere nudo
Fonticulis, grato varie quibus ordine fixis
Dissidet artis opus, concordat vena metalli,
Unaque diverso fluit ore capacius unda.

Meminit idem Constantinus cap. LIX. Phialæ, seu Balnei Venetæ Factionis, & alterius Phialæ Prasinæ Factionis, & lib. de Admin. Imp. cap. LI. loci φιάλας dicti, in quo judicia inter remiges exercebantur: unde illius Judex Præfectus Phialæ vocitabatur, illius forte, quam Theophanes pag. 307. E. R. & Cedrenus pag. 442. E. R. a Rhinotmeto excitatam fuisse scribunt, ὡς τὸ τιλεῖσθαι ἐκεῖ σαξοδέξιμον. Hujus mentio est apud Leonem Grammaticum in Theophilo, & Gregorium in Vita S. Basilii Junioris num. XXXVIII. At Phiala proprie dicitur totum illud ædificium, quo cingebatur & tegebatur Cantharus ipse, seu aquarum receptaculum, quod τὸ ἰμβαδὸν, ἢ τὸν πυθμένα τῆς φιάλης vocat idem Constantinus, ἰμβάτιν Theophanes & Euchologium, in quo & κολυμβεῖον nuncupatur. In simili labro scriptum olim versum hunc retrogradum, qui habetur in Anthologia, apud Gruterum, & alios, ajunt, ΝΙΨΟΝ ΑΝΟΜΗΜΑΤΑ ΜΗ ΜΟΝΑΝ ΟΨΙΝ. Quippe Fideles priusquam ædem sacram ingrederentur, aquis istis, quæ a Sacerdote benedicebantur, facies & manus lavabant. Hinc Paulinus ad Severum:

Sancta nitens famulis interluit Atria lymphis *pag. 22.*
Cantharus, intrantumque manus lavat amnis ministro.

Atque hæ fontium aquæ quotannis in pervigilio sacrorum Theophaniorum, interdum in ipso festo die, consecrabantur & benedicebantur; quarum benedictionis ordo habetur in Euchologio: unde ὑσσῶν ἁγιασικαὶ, δαιμόνων φυγαδευτικαὶ apud Clement. in Constit. Apost. ἰαματικὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων, alibi ἁμαρτημάτων λυτήριον, &c. in eodem Euchologio dicuntur. Harum loco succesSere, præsertim apud Latinos, quæ in Templorum valvis exponi solent lustrales undæ, uti qui de Ritibus Ecclesiasticis scripsere pridem docuerunt: cujusmodi forte etiam apud Græcos interdum fuere Canthari isti lustrales, quod colligere licet ex Tabella in qua Theodora Augusta Justiniani uxor opere musivo Ravennæ effingitur, & quam in ejusdem Imp. elogio delineari curavimus in Familiis Augustis Byzantinis. Enimvero quod Silentiarius de perpetuo aquarum Sophianæ Phialæ miracuLo

subdit, & ut in pervigilio sacri Festi, mense quem χρυσοχίτωνα vocat, eæ vasculis haustæ, & a plebe Christiana domum asportatæ, incorruptæ manerent, nulloque corriperentur mucore vel putredine, præclare omnino refertur a sancto Joanne Chrysostomo Orat. de Baptismo Christi, qui festum istud, sacrum Epiphaniorum diem, proinde mensem χρυσοχίτωνα Januarium fuisse coarguit. Huic autem mensi fortassis id epitheti tribuit Silentiarius, ob *Rogas* Magistratuum, aut xenia & strenas, quibus donabantur, ipsique adeo Principes: vel certe quia eo mense Magistratum ineunt Consules, & χρυσοχίτωνες in publicum procedebant. Dicitur enim Januarius, μὴν ὑπάτων, *mensis Consulum*, in Anthol. lib. I. pag. 124. de quorum processibus agunt Novella Justiniani CV. Claudianus, Marcellinus Comes, Corippus, Chronicon Alexandr. & alii. Sic autem Chrysostomus: Ταύτη γάρ ἐστιν ἡμέρα, καθ' ἣν ἐβαπτίσατο, καὶ τὴν τῶν ὑδάτων ἡγίασε φύσιν, διόπερ τούτῳ καὶ μεσονυκτίῳ καὶ τῇ ἑορτῇ ἅπαντες ἐξαυσάμενοι, εἰκάδι τὰ ὑδατα ἀποτίθενται, καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον φυλάττουσιν· ἅτε δὴ σήμερον ἁγιασθέντων τῶν ὑδάτων. Καὶ τὸ σημεῖον γίνεται ἐναργές, ὅταν ἀφαρπαζομένης ὑδάτων ἐκείνων φύσεως τῷ μήκει τοῦ χρόνου, ἀλλ' εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον, καὶ δύο, καὶ τρία πολλάκις ἔτη, τῆς σήμερον ἀντληθέντος ἀκεραίου καὶ νεαρᾶ μένοντος, καὶ μὴ τοσοῦτον τὸν χρόνον τοῖς ἀρτὶ τῆς πηγῆς ἐξαπαρθεῖσιν ὕδασιν ἀμιλλωμένου. *Hæc enim dies est qua baptizatus est Christus, & aquarum naturam sanctificavit. propterea que in hac solennitate sub media nocte omnes cum aquam hauslam accepetint, domum latices referunt ac recondunt, & per annum integrum reservant, utpote quod hodierna die sanctificatæ sint aquæ. Fitque miraculum evidens, dum nihil temporis longinquitate aquarum illarum natura corrumpitur: sed integro anno, atque adeo biennio & triennio, sæpe quæ hodie fuit hausta, incorrupta & recens permanet: ac post tantum temporis, cum iis quæ fuerint de fontibus nuper eduslæ, de integritate certat.* Extat porro etiamnum hodie Phiala ista Sophiana, ubi, ut ait Gyllius, perennes saliunt aquæ, ad quas ex area descenditur multis gradibus.

XXIII.

AUGUSTÆUM.

AULÆ ipsæ & Atria ædium sacrarum sua habebant προαύλια. Præ cæteris vero Atrium Sophianæ ædis porrectiori & amplo Foro, porticibus perinde cincto, & magnificis ædificiis exornato, obversabatur, quod Αὐγουσαῖον, Αὐγουσαίων, & Αὐγουστέων promiscue appellatur a scriptoribus. Erat autem, ut innui, Forum majus, cui Zonaras προαυλίου interdum appellationem tribuit, ut & Nicephorus Gregoras. *Proaulam* dixit Ordericus Vitalis lib. II. pag. 412. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Proaula*, i. *domus coram aula*, *Selde*: ἀγορὰν non semel vocat Procopius lib. I. de Ædif. cap. II. ubi describitur. Huic complura inædificata erant Palatia, ac domus insignes, & ædes aliquot sacræ: atque inprimis Magnum Palatium vicinum fuisse testatur Procopius, cujus Triclinium, quod Augustæum spectabat, Τρίκλινον τοῦ Αὐγουστέως dicitur apud Theophanem variis in locis, in quo corona donatas aliquot Augustas refert, ut & Theophylactus Simocatta lib. I. cap. I. Incertum porro an Triclinium istud, an vero ipsum Augustæum Forum intelligat Chronicon Alexandrinum, dum ait anno II. Leonis M. Augustæum a Theodosio Urbis Præfecto ἐκ πλαγίων τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας extructum fuisse, vel certe instauratum. Augustæo perinde inædificatum erat, ut auctor est Nicetas in Alexio Man. filio, Alexii Templum, seu Monasterium; illud, opinor, quod ab Alexio Patriarcha Constantinopolitano, qui Monomacho imperante vixit, nomen sortitum est, uti Zonaras & Scylitzes commemorant; diversum a S. Alexii æde, in cujus Catechumeniis celebratas aliquot Synodos legimus apud Allatium lib. II. de Concord. utr. Eccl. capp. II. & XII. Augustæum præterea spectabant Triclinia Patriarchæ, quæ Θωμαΐτα & Μάκρωνα nuncupabant, ut habent Codinus de Offic. cap. XVII. num. VIII. & idem Nicetas in Alexio Man. fil. In Thomaite extitisse Bibliothecam Patriarchæ scribit Scylitzes in Theophilo. Sed præsertim, ut dixi, Augustæum obversabatur ædi Sophianæ, vel certe illius Atrio; adeo ut præcipuum templi Atrium haberetur & diceretur. Zonaras enim de statua Justiniani, quæ stetit in Augustæo, scribens, ait illam stetisse ἐν τῷ προαυλίῳ τοῦ μεγάλου ναοῦ. Hinc Aulæ, seu potius αὐλαίας vocabulo, quod idem sonat ac Atrium, sæpe donatur a scriptoribus Byzantinis, a Niceta præsertim in Alexio Man. fil. num. VI. & Pachymere lib. IX. Svidas in Justiniano αὐλῶ diserte vocat, quo loco Interpres, ipseque Gyllius perperam domum aut Palatium vertunt, cum Atrium esset, & locus περίστυλος, seu porticibus undique septus, portisque clausus, quod testatur idem Nicetas loco citato, scribens πύλας τοῦ Αὐγουστέως effractas fuisse in seditione quadam: ut & Codinus in Orig. dum ait Justinianum, confecta æde Sophiana, a Palatio, ἰὼν τῆς πύλης τοῦ Αὐγουστέως, curru vectum processisse: ubi perperam πύλης reponit Meursius. Tradit denique idem Codinus de Off. cap. XVII. num. X. vestibula Magnæ Ecclesiæ in Augustæo extitisse. Augustæum autem ædificatum primo, & ita appellatum volunt a Constantino Magno, ob matrem Helenam, cui Augustæ titulum concesserat, cujusque statuam eo in Foro posuit: ita Hesychius Milesius & Chronicon Alexandrinum. Svidas in loco patente, nuncupato Daphne, stetisse statuam illam refert, indeque appellatum locum Augustæum. Ex quibus percipitur stetisse in ea Augustæi parte, quæ spectabat Regionem tertiam. Nam ædem S. Stephani, quam in Daphne statuit Theophanes, in Palatio idem scriptor & Chronicon Alexandrinum pag. 878. E. R. alii in Sigmate excitatam volunt, ut habet Gyllius lib. II. cap. XV. ex quibus evidens est Daphnen & Sigma vicina fuisse. In eo porro consentiunt scriptores, ita appellatum Augustæum propter matrem Helenam, quam, ut scribunt Eusebius lib. III. cap. XLVI. Sozomenus lib. II. cap. I. Sulpitius Severus lib. II. Hist. & veteres Nummi ac Inscriptiones testantur, Augustam appellavit. In Augusteo præterea statua argentea Theodosii Magni columnæ imposita stetit, ut auctor est Marcellinus Comes: eo nempe loco, ubi postmodum Justinianus, hac diruta, suam excitavit, uti Zonaras refert, qui statuam istam argenteam septem millia libr. pependisse, & ab Arcadio filio erectam prodit.

Edit. Paris. pag. 23.

XXIV.

STATUA JUSTINIANI.

EXCITATA igitur ædes Sophiana, dirutaque Theodosiana statua, loco ipsius suam equestrem imposuit Justinianus, ex tegulis æreis inauratis combustæ Chalces conflatam, anno Imperii XVII. Theophanes: Τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπληρώθη καὶ ὁ χαλκοῦς κίων ὁ μέγας πλησίον τοῦ Παλατίου, ὁ λεγόμενος Αὐγουστεύς, καὶ ἀνωικοδομήθη ὁ σηκὸς τοῦ Βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ἱππικοῦ. *Hoc ipso anno ingens illa ænea columna ad Palatium posita, quæ dicitur Augusteus, absoluta est, & equestris Imperatoris Justiniani statua in eam sublata.* Quod quidem ad annum Justiniani XVI. refert Cedrenus. Porro statuæ ipsi Augustæi nomenclaturam videtur adscribere Theophanes, quasi ab ipso Augusto Justiniano locus in quo stetit ejus statua, appellatus fuerit. Fuit autem χαλκῆ vestibulum Magni Palatii, ac Tri-

clinium, per quod in illud ibatur, sic appellatum, quod æreis tegulis tectum esset, uti supra pluribus a nobis observatum, ubi de Augustæo.

XXV.

PORTÆ OCCIDENTALES.

TOT igitur præclara Vestibula, & Atria, tot insignes ac marmoreæ Porticus ædi partim obversantes, partim adjunctæ, satis declarant quantum ædes ipsa intus contineat elegantiæ ac decoris, & ut verbis utar Procopii de Hierosolymitano Deiparæ Templo scribentis, Μωμῆσαι τοῖς ἔσω ἰοῦσιν, ὁποίῳ διάματι ἐντυχεῖν μέλλουσι. *Intrantibus indicant quale spectaculum nacturi sint.* Ut vero Eusebii lib. III. de Vita Constantini cap. XXXVIII. Τοῖς πρὸς ἐντὸς ποιουμένοις καταπληκτικὸν παρεῖχον τὸ ἔνδον ὁρωμένοις θέαν. *Iis qui aliunde huc tendunt admirandum præbent eorum quæ intus sunt spectaculum.* Quibus quædam consentanea habet lib. X. Hist. cap. IV. Cum ergo nemo sit, cui his perspectis, aut perlectis, nescio quod animo non obortiatur tam grande miraculum oculis usurpandi desiderium, tum ut hujus liber pateat aditus, portæ ædis aperiendæ sunt. Plures autem prostant etiamnum, pluresque extitere olim, in quatuor Templi lateribus, si quibusdam neotericis fides. Ab Occidente enim, qua maximus aditus illius est, novem portis illud initur, ut auctor est Gyllius, uti etiam delineantur in ædis Ichnographia. Harum numerum non expressit Silentiarius: sed cum dixisset vestibulum, seu Porticum occidentalem, habere septem portas, e quibus una ad Meridiem, altera ad Septentrionem prostat, addit cæterarum quæ muro occidentali, qui ædis postremus C
Edit. Paris. pag. 24. est, adjacent, clausos cardines aperire Ædituum: quia nempe eæ erant portæ, quæ Ædituorum curæ incumbebant, seu Ostiariorum. Nam, ut est apud Isidorum Juniorem in Epist. ad Luitfredum, *ad Ostiarium pertinent claves Ecclesiæ, ut claudat & aperiat Templum Dei, & omnia quæ sunt intus extraque custodiat, Fideles recipiat, Infideles & excommunicatos rejiciat.* Unde πυλωροὶ dicuntur in Epistola quæ S. Ignatio tribuitur, & in alia S. Cornelii PP. quæ extat apud Eusebium lib. VI. Hist. Eccl. cap. XXXV. θυρωροὶ in Concilio Laodic. Can. XXXIV. & Epiphanio in Exposit. Fidei Cathol. nisi per vocem, νεωκόρος, intelligatur Subdiaconus, cui Catechumenos & Pœnitentes in Ecclesiam introducere, & ex ea educere incumbebat, ex eodem Concilio Laodiceno, ut Canones XXII. & XXIII. interpretantur Zonaras & Balsamon, quemadmodum Diaconi sacris Bematis foribus D præerant, auctore Dionysio de Eccles. Hierarchia cap. V. Ita igitur Silentiarius part. II. vers. XXV.

. . . . . ἧς γε μὲν ἄλλων
Νεωκόρος παλάμῃσι μεμυκότα θυρὸν ἀνοίγει
Ἐσπέριον περὶ τοῖχον, ὃς ὕστατός ἐστι μελάθρῳ.

Cæterarum autem quæ ad murum occidentalem, qui templi postremus est, prostant, resonantem cardinem aperit Æditui. Pluribus autem Portis patuisse ædium sacrarum aditus innuit etiam Paulinus Nat. 9.

——*gaudetque piis sua mœnia vinci*
Cœtibus, atque amplis populis rumpentibus aulas
Laxari densas numerosa per ostia turbas.

Has vero ædium sacrarum, atque adeo Sophianæ, portas primarias variis appellationibus donant vulgo scriptores: nam interdum Βασιλικαὶ iis dicuntur, quomodo *Regias* passim nuncupant Latini, qui id nominis ædificiorum portis primariis fere semper attribuunt, ut Regula Magistri cap. XXX. LXXXIII. XCV. & Chronicon Novalicense cap. XIV. Versus in vita S. Theodardi Confessoris laudati, apud Catellum:

Composuit solium devotus carmine claro,
Erexit Regias undique mirificas.

Ejusmodi scriptorum locos hic omittimus, in Glossario nostro nuper edito recensitos. Sed cur ædis Sophianæ portas Regias κτιναρίας vocet Anonymus orat. in festum Restitutionis Imaginum pag. 737. non plane percipio: καθῆλθον λιταυδοῦντες μέχρι τῆς Βασιλικῶν πυλῶν τῆς καλουμένων Κτιναρίων, *ad usque Regias portas quæ Ctenariæ dicuntur, supplicantes venerunt.* Ubi perperam interpres *portas Palatii* vertit, cum ædis Sophianæ portæ satis hic innuantur. Sic autem forte dicta fuerit ex novem istis Regiis portis una, quod cancellata, & instar pectinis effecta. Easdem ὡραίας πύλας vocat Codinus de Offic. cap. XVII. nu. XX. ἐκτὸς ὡραίων πυλῶν, ἤτοι ἐν φρονάρῳ, quo loco φόναος dicitur quod Narthecem alii vocant, ut recte censuit Goarus, quidquid dicat Allatius. Has denique ἀργυρίας πύλας appellant Menæa ad XVII. Novemb. in S. Zacharia Sutore, quod novem ædis portarum præcipuæ argento obducta esset, ut fuit illa de qua Anastasius in Honorio PP. *Investivit Regias in ingressu* B *Ecclesiæ majores, quæ appellantur Medianæ, ex argento.* Verba ex Menæis ea sunt: καὶ ταύτας τὰς πύλας ἐνίωξε, καὶ εἰσελθὼν ἐν τῷ Νάρθηκι, πρὸς τὰς ἀργυρίας πύλας ἐκάστως, ὡς ἐδόξε τῷ ὁρῶντι, προσύυξατο. καὶ πάλιν ὁρᾷ τὸν αὐτὸν ἀπὸ τῆς σφραγίδος καὶ ταύτας τὰς ὡραίας ὑπανοίξαντα πύλας, &c. *Portasque ipsas aperuit, & ad Narthecem accedens, aliquanto tempore, quantum animadvertit qui vidit, oravit. Rursumque eundem videt clavi portas ipsas pulchras aperientem, &c.* Ubi portæ ἀργυρίαι & ὡραίαι eædem omnino sunt. Addit Gyllius maximum Sophiani Templi aditum ab Occasu esse plano pede: nec enim ut Pantheum Romanum gradibus ut olim ascendi, aut ut nunc descendi.

XXVI.

PORTA ORIENTALIS.

AB Oriente unica aperitur Porta, qua inquit idem Gyllius, quinque gradibus descensus patet in ædem. Silentiarius part. II. vers. CLXI.

Ἀλλ' ἐπὶ μὲν Φαίδοντα, πύλη μία.

Τῆς ἰδίας istius πύλης meminit Auctor Historiæ de Miraculo in sacro Ecclesiæ Puteo edito. At ædis Ichnographia binas exhibet ad extrema partis orientalis, easque majores. Per illam vero ex binis illis portis orientalibus, quæ Meridiem respicit, Sultanum Turcicum Templum ingredi ajunt, ex qua in proximam Aulam secedit, ad latus Bematis meridionale extantem, ubi consistit, cum Sacris prophanis interest. Meminit Palladius in vita S. Joannis Chrysostomi pag. 96. edit. V. C. Emerici Bigoti, Orientalis Portæ Ecclesiæ Antiquæ Sophianæ, quæ eadem est, ni fallor, quam hoc loco statuit Paulus Silentiarius, & juxta Diaconicum Codinus, in quo Imperator divinas lectiones auditu excipiebat.

XXVII.

PORTA SEPTENTRIONALIS.

DENIQUE ad Septentrionem bifidam Portam statuit Silentiarius part. II. vers. CLIV. *pag. 31.*

——πρὸς μὲν ἀήτεω
Ἀρκτῶον ξυνοχῇσιν ἀναπλίνουσι θυρέτρων
Διζυγίων.

Sed ad Septentrionem bifidarum portarum cardines sustentant. Et infra vers. CLXI.

——πρὸς δὲ κελαινῆς
Νυκτὸς ἔδος διοδὴν ἐπὶ δικλίδα λαὸς ὁδεύει.

Ad Septentrionem vero per duplicem portam populus ingreditur. At vero ad Meridiem nullas portas fuisse observat, sed e regione Septentrionalium, sinus affabre confectos Aulis similes fuisse innuit, vers. CLVI.

——νότιον δὲ ποτὶ πτερὸν, εἶτα πυλάων
Εὐτύκτους κευεῶνας ἐειδομένους τινὶ παστῷ.

Versus vero meridionalem plagam, e regione portarum, sinus affabre exstructos, cœnaculis similes sustentant.

XXVIII.

XXVIII.

PILÆ MAJORES.

ÆDem ipsam ingredientis primo sese offerunt aspectui sex Pilæ majores, quibus tota concameratio incumbit: quarum quatuor in medio ipso templo in quadrum dispositæ, immensi hemisphærii pondus sustinent, quatuor aliæ ad Orientem & Occidentem, quatuor conchas quæ ædis extrema contrahunt, & mediam partem veluti circumcludunt: unde fit ut pars ædis interior & media illa ingens & vacua, si sola consideretur comprehensa intra pilas & columnas, sit forma ovata: si vero tota tam intra quam extra pilas perspiciatur, sit quadrata. Ita enim ex utroque latere velut alæ appensæ sunt tres aulæ inferiores, & totidem superiores, ut ab imo pavimento procedat quadrata usque ad curvaturam superiorum aularum, deinde intra octo Pilas in ovatam formam contrahatur usque ad curvaturam quatuor arcuum sustinentium Hemisphærium. Sic autem appellantur ejusmodi fulcimenta ex lapidum congerie in altum educta. Paulinus:

Quæq, prius Pilis stetit, hæc modo sulta columnis,
Vilia mutato sprevit cæmenta metallo.

Idem alio loco:

Nam steterant vasto deformibus agmine Pilis,
Nunc meliore datis eadem vice sulta columnis,
Et spatii cœpere, & luminis incrementa.

At Pilas istas πισσὰς vocant Procopius, Eusebius lib. III. de vita Constantini cap. XXXVI. & Euchologium ubi de dedicatione ædis sacræ: πισσὰς vero Theophanes, Cedrenus & Codinus de S. Sophia, Lexicon Gr. MS. Bibliothecæ Regiæ cod. MMLXII. πισσὰς, ὁ τὸ τοῖχος, nempe *fulcimentum.* Suidæ, πισσοὶ dicuntur; πισσοὶ, Harmenopulo lib. II. tit. IV. §. XL. & LVI. & Nicephoro Callist. in Proœmio pag. 18. Ed. R. Iis autem vocabulis innuuntur grandiores & validiores Pilæ, quæ graviora ædificiorum onera fulciunt ac sustentant: unde vox παρεπίσια efficta, de qua postea. Sed de nominis origine parum constat, nisi a Græco πισσὸς, quod idem sonat ac κύβος, deducatur. Pilæ enim istæ, figura ubique quadrata, & in modum cubi, vel certe ex lapidibus quadratis confectæ, exurgunt. Cum igitur latis ac prægrandibus constent lapidibus, & certam quodammodo lapidum congeriem efficiant, ideo λόφοι, seu *aggeres* appellantur a Procopio, qui Pilas IV. quibus incumbit Hemisphærium, sic describit: καὶ δὴ τῶν νεὼ μέσα λόφοι χειροποίητοι ἑστᾶσι τέσσαρες, οὓς καλοῦσι πισσούς. δύο μὲν πρὸς βορρᾶν, δύο δὲ πρὸς ἄνεμον νότον, ἀντίοί τε καὶ ἴσοι ἀλλήλοις, κίονας ἐν μέσῳ ἑκάτεροι καὶ τέσσαρας μάλιστα ἔχοντες. πεποίληται δὲ λόφοι λίθοις ξυμπεφυρμένοις σωλῆσι, λογάδην σωληλεγμένοις, ἐς ἀλλήλους τε πρὸς τῷ λιθολόγῳ ἐπισαμένως ἐνηρμοσθεῖσιν, ἐς ὕψος μέγα ἐκτεταμένοις· αἰχμάσαις ἂν αὐτὰς εἶναι σκοπέλους ὀρῶν ἀποτόμους. *Medio in templo aggeres manufacti, quos vocant pilas, quatuor stant: duo ad Septentrionem, ad Meridiem duo; adversi inter se & æquales: utrumque par columnas* IV. *comprehendit intercapedine sua. Ejusmodi Pilarum fabrica lapidibus constat ingentibus, quos diligenter collectos scite artifices commiserunt. Tam alte evadunt, ut abruptos montium scopulos videre tibi videaris.* Et infra describens quemadmodum invicem injecto & fuso plumbo lapides cohæreant: οἱ λόφοι, ὥσπερ ἐπεμνήσθην ἀρτίως, ἐκ τούτων ταῖς ἄλλαις οἰκοδομίαις πεποίηνται, ἀλλὰ τρόπῳ τοιῷδε. λίθων ἐπιξόλῃ ἐν τετραγώνῳ διαπεπόνηται, σκληρῶν μὲν φύσιν, ἐργασίαν δὲ λείων, ἐκτομὴν δὲ, εἰ μὲν τὰ πρὸς ἕω κοντὰ ποιεῖσθαι τῷ τε λόφῳ πλαγίων μήλοιεν, ἐγγωνίων, εἰ δὲ τὰ μεταξὺ ἐκτοκεκληρωνται χώραν, ἐν τετραπλάρῳ γεγενημένων. *Pilarum de quibus mentionem proxime feci, non eadem est ac reliqui ædificii compositio, sed hujusmodi. Quadrata est structura lapidum, quibus natura dutitiem, ars lævorem dedit, ita cæsis ut ii quidem, qui eminentis laterum cujusque Pilæ destinati erant, angulati sint: quadrati vero qui in medio sedent.* Ita præterea describuntur Pilæ istæ a Silentiario part. II. vers. XXXIII.

Εἰσὶ γὰρ ἀντολικαί τε καὶ ἑσπερίδες μετὰ κύκλας
Κύκλες ἡμιτελεῖς, μετὰ κίονα δίζυγα Θήβης,
Εὐπαγέες τεῖχοι πίσυρες, γυμνοὶ μὲν ὁρᾶσθαι
Πρόσθεν, ἐπὶ πλαγιὰς δέ, καὶ ἀρραγίας περὶ νώτοις
Ἀντιπόροις σφιγχθέντες ἁρμόγματι, ἡμικάτω δὲ
Τετράχι μοιρηδὸν ἐφεδρήσασι θεμείλοις,
Πέτραις ἀρραγέεσσιν ἀρηρότες, &c.

Extant enim post orientales & occidentales arcus, arcus dimidios, post duas Thebanas columnas, bene compacti muri quatuor, qui interiori parte carent ornatu, sed ad latera & versus infracta terga fulcimento constricti, validis cæteroquin fundamentis quadrifariam divisi insistunt, duris lapidibus aptati, &c. Pilas, inquit Procopius, coagmentat, non calx, quam vivam & extinctam vocant; non bitumen, sed plumbum lacunis infusum, ἀλλὰ μόλυβδος ἐς τέλμα χυθείς, καὶ μεταξὺ παντοίως χωρήσας, ᾗ τι λίθων τῇ ἁρμονίᾳ ἐντετηκώς, καὶ σωδέων ἀλλήλοις αὐτούς. Quod & attigit Silentiarius II. part. LX. At vers. XXXIX. videtur innuere immissam in Pilas calcem arena mixtam:

—— ὧν δέμας μίσσε
Ῥῆγμα πυριφλέκτοιο λίθος φορυχοῖσι κεράσσας.
Ἁρμονίῃ ξυώσειν ἀνὴρ δομητορι τέχνῃ.

Quarum per medium, artifex pulverem lapidis igne cocti aqua temperatum immittens, earum junctiuram arte architectonica commisit. Cui concinit Anonymus, scribens ἔμπλασιν πάντων ᾗ πισσῶν, factam esse μετὰ ἐλαίου καὶ ἀσβέστου, additque ferreis præterea vectibus invicem connexos esse lapides, ne convellerentur, ac dissilirent. Quod vero tradit Procopius utramque Pilam habere duas columnas in sui medio, sic a Gyllio describitur: *Ad eorum* (arcuum) *imam curvaturam extremæ partes ultra Pilas projectæ in sphæræ quartam partem recedentes, quæ nituntur quatuor arcubus, qui sustentantur duabus Pilis minoribus, & duabus majoribus. Quatuor enim Pilæ majores non solum sustinent quatuor arcus majores, sed etiam earum singulæ duos arcus minores, unum pergentem in longitudinem, alterum in latitudinem, quibus Templum longe porrigitur, & late dilatatur.*

XXIX.

TRIGONI.

IN altum proinde eductæ quatuor majores Pilæ, quatuor majores Arcus sustentant, qui in quadrum connexi, interjectum opus in trianguli formam in quatuor lateribus efficiunt, cujus ima pars presse intercepta arcuum coitu, acutum facit angulum infimum, ac superior sese explicans, Hemisphærio terminatur, cæterosque angulos ibi efficit. Ita Procopius, quod attigit Silentiarius II. part. vers. LIII.

—— ἀνίσσυται δ' ἴσα τοιγώνῳ
τοῖχος ἐπικλινθείς.

Illic murus assurgit in trianguli formam inclinatus. In his triangulis visuntur etiamnum hodie quatuor Evangelistæ opere musivo depicti.

XXX.

ARCUS.

QUatuor igitur Arcus majores in ordinem quadrum dispositi Pilis istis quatuor majoribus incumbunt, fulcientes Hemisphærium. Procopius: ἐπὶ τούτοις δὲ ἀψῖδες τέσσαρες ἐν τετραπλάρῳ ἀνίσχουσιν, ita ut earum capita bina cocant, Pilarumque fastigiis innitantur, curvaturæ in altitudinem immensam educantur: τὰ δὲ δύο ἄλλα ἐπιμήκη εἰς ἀπέραντον ὕψος ᾐώρηται. Ac duo quidem Arcus, qui ad Orientem & Occidentem porriguntur, vacuo in

Edit. Paris. pag. 27.

aere erecti ſtant: Ἀφ' ἑκατέρων δὲ αἱ μὲν δύο κατὰ κέντρου τοῦ ἄνω ἐπανεσπήκασι πρὸς ἀνίσχοντά, τε καὶ δυόντα τὸν ἥλιον. Paulus Silentiarius part. II. verſ. CXVI.

Ἀλλ' ἐπὶ . . . καὶ ἔσω . . .
Ἀψίδας ὑπέρθεν ὅλας περιπίπτατα αἴθηρ.

Cæterum ad Orientem & Occidentem ſub arcubus totus patet aer, Evagrius: αἱ δὲ ἀψῖδες κεναὶ ἐξ ἑδάφους μέχρι τῆς ὀροφῆς ἐταίρονται. Cum ergo nihil ſubſtructum habeant, ſed aperti & vacui a parietibus ſint, Templum longe capacius efficitur, ὃ δὴ καὶ ἐμποδὼν τῷ θαύματι τοῦ τηλικούτου μεγέθους γινόμενον, ait idem ſcriptor. Sic enim ab Oriente & Occidente quarta pars Sphæræ applicatur Hemiſphærio, ut intus una & eadem concameratio eſſe videatur: foris vero ſeparata appareat, ornatius efficiens Hemiſphærium ſupra duas quartas Sphæræ partes. Horum Arcuum alterum, occidentalem ſcilicet, miſere diſtractum, ac jamjam ruinam minitantem, renovavit Baſilius Macedo, & in eo Deiparæ & Apoſtolorum Petri & Pauli imagines depingi curavit, eſt ut auctor Conſtantinus in illius vita cap. LIV. τοῦ τε τοῦ περιωνύμου καὶ Θεοῦ ναοῦ ὃς τὸ τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ Σοφίας κεκλήρωται ὄνομα, τῷ μὲν ἀπὸ δύσεως ἀψῖδα τῷ μεγάλῳ τε καὶ μετεώρῳ, ἱκανῶς διαῤῥαγῆσαν, καὶ πτῶσιν οὐκ εἰς μάκρας ἀπειλοῦσαν, αὐτὸς ἐμπειρίᾳ τεχνιτῶν περισφίγξας καὶ ἀνανεωσάμενος, ἀσφαλῆ καὶ μόνιμον ἀπειργάσατο. *Celeberrimi divinique templi quod a magna Dei Sapientia nomen ſumpſit, quæ ad Occidentem ſpectat apſidem ingentem ſublimemque, miſere diſtractam, caſumque celerem minantem, ipſa artificum peritia adſtrictam, renovatamque tuta ſecuritate firmavit.* Extant præterea in Bibliotheca Regia cod. VIIIMDCLI. verſus ſcripti in Fornicem ædis Sophianæ, quem inſtauravit Romanus Imperator, in quibus & quinquaginta auri talenta templi miniſtris diſtribuiſſe dicitur. Quis vero ille Romanus, & an Romanus Argyrus, quem exornaſſe Magni templi columnarum capita ſcribit Cedrenus pag. 729. Ed. R. an vero Lacapenus, aut Romanus Conſtantini Porphyrogeniti filius, ex his haud planum fit. Ita porro deſcribuntur: Στίχοι ἡρωϊλίγμοι οἱ ἐν τῷ παστοφορίῳ καὶ σεμνῷ ναῷ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας ἐγγεγραμμένοι ἀψῖδα.

Καὶ τὴν οὕτω παλαίωσιν ἀψῖδα χρόνῳ μογοῦσαν
Ῥωμαίοις μ' ἐδράσειν ὁλβιώτερος ἄναξ,
Ὃς καὶ χρυσοῦ πεντήκοντα τάλαντα Θεοῖο
Τμηνοπόλοισι νέμων φρόδιτο δισεβίως

Et hunc fornicem vetuſtate fatiſcentem Romanus feliciſſimus Imperator me fecit: aurique talenta quinquaginta Dei miniſtris pie diſtribuens addidit,

XXXI.

ARCUS SEPTENT. ET MERID.

ARcus alii duo, ſeptentrionalis ſcilicet & meridianus, ſuppoſitum habent parietem cum columellis. Procopius: Αἱ δὲ λειπόμεναι (τῶν ἀψίδων) οἰκοδομίαν τινὰ ἔχουσι κίονας μικροὺς κομιδῇ ἐνερθεν ἐχούσιν. Paulus Silentiarius part. II. verſ. CXVIII. de Arcubus:

Ἐς δὲ νότον κελάδοντα, καὶ εἰς κλίσιν ἀβρόχου ἄρκτου
Τοῖχος ἐερσινέτης ἀνατείνεται ἄχρι γενείου
Ἀντυγος.

Ad auſtrum vero reſonantem, & ad partes numquam madidæ Urſæ, validus exurgit paries, uſque ad menium, ſeu partem inferiorem immenſi arcus. Parietem hunc ſic deſcribit Gyllius: *Quorum quidem* (Arcuum) *duo, ſeptentrionalis & meridianus, curvaturam ſuam imam ſubſtructam habent tenui pariete feneſtellis vitreis pleno, ſuſtentato columnarum duplici ordine, inferiore & ſuperiore. Inferior habet octo columnas ad ſolum nitentes, ſuperior ſex ſuſtinentes parietem ſubtilem, & ſubjectum imæ Arcus curvaturæ.* Duplicem iſtum columnarum ordinem & numerum deſcripſit pariter Silentiarius, ac primo inferiorem, II. part. verſ. CXX.

—— λίλαιται δὲ τέτρασι δοιαῖς.

Octo vero coruſcat columnis. Et mox (nam hoc loco Codex MS. lacunis ſcatet) de ſuperiori columnarum ordine:

. . . . . ἐξ γὰρ ἐπ' αὐτῷ.
Κίονες αἱ . ἐς . χλοόντι σμαράγδῳ
Ἀκαμάτων ξωοχῆας ἀνεσήσαντο τενόντων,
Ἔνθα γυναικείων ἀνιφαίνεται ἕνδια δώκων.

Sex enim columnæ virenti ſmaragdo ſimiles, ſupra eas indefeſſorum nervorum commiſſuras excitarunt, ubi matronalium aularum apparent domicilia. Neque aliter Evagrius: Ἔνδεξιῷ δὲ καὶ κατὰ τὸ ἀριστερὸν, κίονες αὐτοῖς περιτετάχαται ἐκ Θετταλοῦ λίθου πεποιημένοι, ὑπερῳά τε μετεωρίζουσιν ἑτέροις παραπλησίοις κίοσι, φροκύπτειν τοῖς βουλομένοις διδόντες εἰς τὰ τελούμενα. *In dextro autem ac ſiniſtro latere ex adverſo fornicum poſitæ ſunt columnæ, ex lapide Theſſalico confectæ, & ſolaria ſuſtinent, quæ aliis item ſimilibus columnis ſuffulta, iis qui myſteria ſpectare voluerint, ex ſublimi conſpiciendi copiam faciunt.* Sunt igitur iſtæ columnæ ex marmore Theſſalico; quod & indicat Silentiarius verſ. CXXIX. Θεσσαλίδος πέτρης ἀμάρυγματα. At cum Silentiarius, & Gyllius octo columnas in inferiori iſto ordine ſtatuunt, id intelligendum, in utroque latere. Quippe Procopius quatuor dumtaxat inter utramque pilam ſtatuit, uti n. XXVIII. obſervavimus; quibus ſi addantur duæ dimidiatæ columnæ pilis adjunctæ, quomodo in Ichnographia delineantur, totidem erunt quot Saliniacenſis Toparcha in Itinerario, loco ſupra laudato, ait eſſe, majores columnæ, viginti ſcilicet octo. Atque in hunc, qui etiamnum perſtat, modum parietes iſtos excitavit Iſidorus Junior, Iſidori, qui una cum Anthemio ædem Sophianam primum ædificaverat, ex fratre, aut ſorore, nepos. Nam cum anno XXXII. Juſtiniani Hemiſphærii pars orientalis ex terræ motu collapſa eſſet, ex eo quod integrum remanſerat, defectum, qui tantæ ruinæ præbuerat occaſionem, agnoſcens, Arcum orientalem & occidentalem ſuo, ut erant, loco reliquit, ſeptentrionalis vero & meridiani curvaturæ ſubſtructum parietem introrſum porrexit, pauloque latiorem effecit, ut congrua cum cæteris proportione ovalem quodammodo figuram efficeret. Agathias: Ἰσίδωρος δὲ ὁ νεώτερος ἐκ τῶν ἄλλων μηχανοποιῶν τὸ φρόνημα ἐν ἑαυτοῖς ἀναδιωρήσαντες καὶ τῷ σωζομένῳ τὸ πεπονδὸς ὁποῖόν τι ᾖ, καὶ ἐς ὅτι δή ποτε ἡμάρτητο ἐπιφρασάμενοι, τῷ μὲν ἑῴῳ τε ἐσπερίᾳ ἀψῖδα ἕστῶσαν μένειν καὶ χώραν ἐφεῖναν· τῆς δὲ ἀρκτῴας τε καὶ νοτίας τῷ ἐπὶ τῷ κυρτώματος οἰκοδομίαν πρὸς τὰ ἔνδον ὀρθοτενάντες, καὶ δίρυτέραν ἱρέμα ποιησάμενος, ὡς μάλιστα ἁρμοδιώτατα ταῖς ἄλλαις συνενδικέναι, καὶ ὁμολογεῖν τῷ ἰσόπλευρον ἀρμονίαν, περιεῖλαι ταύτῃ δεδωίωται τῷ τὸ κενώματος ἀμετρίαν, καὶ ὑποκλέψαι βραχύ τι τῆς ἐκτάσεως μέρος, ὁπόσον ἑτερόμηκες ἀπετελεῖτο σχῆμα, ἔστω τε ἐπ' αὐτῷ ἤδρασαν πάλιν τὸν ἐν μέσῳ ὑπαρχνέχοντα, εἴτε κύκλον, εἴτε ἡμισφαίριον, εἴτε ὁτῳδηποῦν σώματι παρ' αὐτοῖς ἐπικεκλημένον. *Iſidorus autem Junior aliique fabricarum ſtructores priorem in ſemetipſis formam contemplantes, & ex eo quod integrum manſerat, id quod affectum erat quale eſſet, quidque vitii habuiſſet cognoſcentes, fornicem orientalem & occidentalem ſuo ut erat loco reliquerunt; ſeptentrionali vero & auſtrali quæ ſuper curvaturam erat ſtructuram introrſum porrigentes, pauloque latiorem efficientes, ut quam aptiſſime cum aliis quadraret, æquilateramque compagem præſeferret, eaq; ratione vacuitatis nimietatem coarctare poſſent, & exiguam aliquam extenſionis partem detrahere, in quantum diverſæ longitudinis figura efficeretur; atq; ita deſuper firmarunt qui in medio eſt poſitus, ſive Orbem, ſive Hemiſpherium, ſive alio quocunque nomine ab ipſis appellatur.* Sed audiendus inprimis Gyllius, qui totam hanc ædis partem gra-

phice describit: *Latitudo*, inquit, *dilatatur ultra pilas arcubus & columnis, & parietibus, ex utroque latere, septentrionali scilicet & meridionali, sex velut aulas capiens, tres inferiores, & totidem superiores, vario marmore vestitas, concameratas, calculis inauratis & figuratis ornatas. Ita enim ex singulis pilis duplices Arcus nascuntur in Templi latitudinem porrecti, ut eorum alterum conquiescat in muro extrinsecus obnitente majoribus pilis, a quibus quatuor arcus in utrumque parietis latus emittuntur, duo quidem inferiorum aularum concamerationem sustinentes, reliqui duo superiorum totidem aularum testitudines, quarum latera singularum partim adnituntur ad arcus, partim ad columnas. Unde fit ut pars ædis interior, & media illa ingens vacua, si sola consideretur comprehensa intra pilas & columnas, sit forma ovata: si vero tam intra quam extra pilas perspiciatur sit quadrata. Ita enim ex utroque latere velut alæ appensæ sunt tres aulæ inferiores, & totidem superiores, ut ab imo pavimento procedat quadrata, usque ad curvaturam superiorum aularum, deinde intra octo pilas in ovatam formam contrahatur usque ad curvaturam quatuor Arcuum sustinentium Hemisphærium*. Has Aulas, & in ovalem formam contractam mediam ædis partem, nescio an intelligat Silentiarius II. part. vers. CXXIX.

. . . . , μέσσα δὲ ναῶ
Ἐνδιχα καλλιχόροιο διακρίνουσιν ἰδυῖαι
Γείτονες αἰθούσης περιμήκεες.

Media vero rotundi templi domicilia distinguunt ac separant a sede ingentis Porticus, quæ vicina est. Nam per ναὸν καλλιχόρον mediam ædis partem in Chori, seu in ovalem formam contractam; per αἴθουσαν vero περιμήκη, Porticus, quæ extra quatuor pilas interius curvantur, & a Meridie & Septentrione eam cingunt, videtur intellexisse: cujusmodi ναῦς, seu Chori ædis Blachernianæ fuit figura, ut auctor est Procopius lib. I. de Ædif. c. III. ubi de columnis ædis: Καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῷ ναῷ μέρη κατ' ἀξὺ ἑστᾶσιν οἱ κίονες, κατὰ δὲ μέσα ὑποστέλλονται ἄσω. *Columnæ rectis ordinibus ubique stant, præterquam in medio, ubi introrsum recedunt ac sinuantur*. Sed de Aulis agetur infra.

XXXII.

Edit. Paris. pag. 29.

HEMISPHÆRIUM.

QUatuor majoribus arcubus, qui quatuor majoribus pilis, quas structiles columnas vocat Ulpianus, innituntur, incumbit ingens Hemisphærium, (Trullum, aut Trullam vulgo vocant) seu ædificium rotundum ac teres, quod in immensam altitudinem educitur. Procopius: ὑπερθεν δὲ αὐτῆς (ἀψίδων) κυκλοτερὴς οἰκοδομία ἐν τροχοῦ ἐπῄρται, *ædificium aliud sustinent rotundum ac teres*. Hujus parietem, qui in orbem fertur, sustinetque testitudinem orbiculatam, ex lateribus tenuibus, spongiosis ac candidis, quos ex Rhodo insula advehi curaverat Justinianus, confectum esse ait Codinus, iisque levibus adeo, ut eorum quinque lateris unius pondus ex aliis exæquarent: ex quo, inquit, in vulgus fama sparsa sit, Trullum Templi Sophiani esse hederaceum, ὅτι ὁ τροῦλος κισσαρινός ἐστιν. Quo loco Allatius legendum censet κυπαρίσσινος, tanquam si Hemisphærium confectum fuerit ex nunquam putrescenti ligno. Nam certe cupressinis tabulis tegi solitas ædes sacras auctor est Leo Ost. lib. I. c. XX. Verum alii, ut Lambecius & Combefisius, legunt, ὅτι κισσηρίου ἐστὶν ὁ τροῦλος, id est, pumiceus Trullus. Parietes vero isti lateritii opere musivo interius ubique exornantur. Anonymus, διὰ ὅλου ἐμουσίωσεν αὐτόν. Quadraginta fenestris, teste Gyllio, lucem admittit idem paries, ὅθεν ἀεὶ ἡμέρα φῶτον, ait Procopius. Unde cum pars illa Hemisphærii tota luminibus seu potius fenestris colluceat, τὸ ἔμφωτον dicitur. Evagrio, qui ejus latitudinem, seu diametrum esse pedum LXXV. scribit: τὸ δὲ πλάτος τοῦ ἐμφώτου αὐτοῦ, ποδῶν οε'. Qua vero Hemisphærium quatuor arcubus insistit, seu in ima sui parte, major Coronis totum illius circuitum interiorem ambit ac circumdat. Silentiarius II. part. vers. LXXVII.

Λαΐνη δ' ὅλα νῶτα κατεσφήκωσέ τις ἄντυξ,
Πάντοθεν ἀδίνητος ὅπῃ ἔ ῥίζα καθέρπει
Σφαίρης ἡμιτόμοιο, κὴ ἂν τυγέες ἰσόν, ἑλιγμῷ
Τῷ πυμάτῳ κύκλοιο τὸν ἀψίδων κατὰ νῶτα
Ἀνέρες ἐσφάκωσαν.

Lapidem vero Coronis undique rotunda dorsum omne ambit, (quo & Hemisphærii basis & arcuum curvaturę pertinent) extremi conversione circuli, quem summis fornicibus artifices circumdederunt. Mox addit prominentes ejusdem Coronidis lapides viam angustam, cancellis, ut par est credere, ferreis munitam, porrigant, qua κανδηλάπτης, seu κηροφόρος, & qui luminaria accendit in Hemisphærio pendentia, progredi solet:

—— ὑπὸ φορβλῆτι δὲ κόσμῳ
Ἐκκριμίες λαΐγγες ἐσερκώσαντο πορείῃ
Στεινῇ, τερμιόωσαι, ὅπῃ καὶ φωσφόρος ἀνὴρ
Ἀτρεμοι ἀμφιθέων ἱερὰς λαμπτῆρας ἀνάπτει.

Sub prominenti autem ornatu, pensiles lapides semitam faciunt angustam ac definitam, ubi is qui defert lumina, intrepidus circumiens, sacras lucernas accendit. Ejusmodi Coronidem cancellis munitam scite descripsit Angilrannus in Miraculis S. Richarii Abbatis Centulensis n. v.

—— *a celso delapsus culmine templi*
Concidit, ac penitus horrendam mortem obisset,
Parietis in partem nisi vis divina tulisset,
Cujus porrecti lapides sic forte fuere,
Ut per circuitum posses incedere templi,
Tutius utque per hos valuisset figere gressus,
Desuper adjunctum erat munimen podiorum.

XXXIII.

THOLUS, seu TRULLUS.

MUro Hemisphærii testudo orbiculata, in sphæræ modum compacta, incumbit. Hanc vulgo θόλον vocant Græci scriptores. Est autem θόλος, ut est apud Hesychium, στρογγυλοειδὴς οἶκος, seu ut est apud Isidorum & Papiam, *eminens rotunditas & fastigium Templi*. Ugutioni, proprie quidem *Tholus, est velut scutum breve, quod in medio tecti est, in quo trabes coeunt*. Cujus quidem vocis meminit Vitruvius lib. IV. cap. VII. tametsi de significatione inter se dissentiant illius Interpretes. *Tholo fastigiatum* dixit Paulinus: & vetus Epigramma in Asclepiodotum lib. IV. Anthol. Gr. c. XXVIII. κοῖλον ἔρεισμα θόλου eleganter appellavit parietes in orbem interius circumductos, qui testudinem sphæricam seu Tholum sustinent. *pag. 30.* Ab ejusmodi Tholis dictum Θολωτὸν Magni Palatii Triclinium, ab Anastasio Dicoro extructum, ut refert Zonaras; quod idem esse constat cum Trullo, in quo habita Sexta Synodus, ἐν τῷ Σικρίτῳ τοῦ θείου Παλατίου τῷ λεγομένῳ Τρούλλῳ, ut habent Acta ejusdem Synodi: quod quidem Triclinium a Macario Ancyrano dicitur fuisse οἶκος περιφανὴς ἐν καλῷ τῷ Βασιλέως ΚΠ. παλατίῳ κείμενος. *Basilica* nuncupatur ab Anastasio Bibl. in Agathone PP. p. 54 & *Palatium* in Leone II. p. 56. E. R. Ita ab eadem figura domum quamdam in Urbis conspectu, Τρούλλου nomine donatam scribit Leo Grammat. p. 453. E. R. Tradit Procopius Hemisphærii testudinem eatenus de industria sursum tenuari ac deficere, ut per ipsius aperturas lux intret affatim: ἔ ἁλίσκεται τὸ οἰκοδόμημα καταβραχύ, ἐξεπίτηδες παραμένον τοσοῦτον, ὅσον τὰς χώρας, ἃ δεῖ τὸ διηρημένον τῆς οἰκοδομίας ξυμβαίνει εἶναι, φέγγους ἁβρὰς ἀγωγὰς εἶναι. Rem mirandam, inquit Silentiarius, intueri licet, ut inferne latior, sensim desiciat, & in orbem, veluti cælum, convolvatur testudo, II. part. vers. LXXVIII.

Εσι δ' ἰδεῖν μίγα θάμβος, ὅπως κ) βαιὸν ἐοῦσα,
Εὐρυτέρη μὲν ἔνερθεν, ὕπερθε δὲ μὴ πανίρτη,
Ως πόλος ἠερόφοιτος.

Rem certe videre licet mirandam, ut sensim procedens, inferne latior, superne minus extenditur, ut polus in aere versans. Ita etiam Agathias, ubi de Hemisphærio: ἐ γίγονεν ἐντὸς ἱκανῶς ἡ ὑπερις μὲν καὶ εὐτέρα, ἐ πανταχόθεν τῇ γραμμῇ ἐξισάζων, στενότερος δὲ καὶ ὀξυτενὴς, κ) οἷος οὐκ' οὖν λίαν ἐκπλήττειν τοὺς θεωμένους ὡς πάλαι, πολλῷ δὲ ὅμως πλέον ἐν τῷ ἀσφαλεῖ βεβηκέναι. *Factumque inde est (Hemisphærium) verisimiliter directum quidem, versatile, omnique ex parte adamussim quadrans, angustius vero & in acutum tendens, quodque non ita valde percellat spectatores, ut olim, multo vero tutius obfirmatum.* Ita autem sensim tenuatur & deficit testudo, ut cymbali figuram effingat, & κυμβαλικῶς circinata sit, ut est apud Anonymum. Sic enim secundo extructam prodit, ne rursum caderet, ἵνα μὴ πάλιν ταχέως πέσοι. Quæ quidem cæterorum Trullorum, vel Tholorum, forma etiam fuit, ut nempe inferne latiores, sensim in sphæram desinerent, atque adeo ovi formam referrent; unde ᾠωτὰ, vel ᾠοτὰ dicta sunt ejusmodi ædificia, ut illud quod ᾠωτὸν appellat Joles pag. 172. seu ᾠατον uti præfert editio Regia, & in Palatio extitisse narrat: quod illud idem est, quod antea Θολωτὸν, & Τροῦλλον vocabant. Cum igitur sphæræ speciem quodammodo exhiberet, ideo σφαῖρας nomine donatur a Zonara non semel, & aliis: nam & Trullum instar sphæræ ubique sinuari dixit Silentiarius vers. LXXIV.

Εγρομένη δ' ἐφύπερθεν ἐς ἄπλετον ἠέρα πήληξ
Πάντοθι μὲν σφαιρηδὸν ἑλίσσεται, οἷα δὲ φαιδρὸς
Οὐρανὸς ἀμφιβέβηκε δόμῳ σκέπας.

Excitatus autem desuper in infinitum aerem apex ubique quidem in circuli speciem volvitur, & veluti pulcrum cælum ædis tectum ambit. Atque hæc quidem testudo ita parieti tereti imponitur, ut propter illius tenuitatem, non firmæ inniti fabricæ, sed aurea catena de cælo pendere videatur. Procopius: τοῦτο δὲ τὸ κυκλοτερὲς παμμεγέθης ἐπανεστηκυῖά τις σφαιροειδὴς θόλος ποιεῖται αὐτὸ διαφερόντως ἐξαίσιον. δοκεῖ δὲ οὐκ ἐπὶ τερράς τῆς οἰκοδομίας ἐξῃρῆσθαι τὸ παρεμένον ἰσᾶναι, ἀλλὰ τῇ χρυσῇ σειρᾷ τῇ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἐξημμένον καλύπτειν τὸν χῶρον. Eadem propemodum habet de Hemisphærio Ædis SS. Apostolorum lib. I. de Ædif. c. IV. In interiore Tholi, seu, ut vocant, Trulli, centro ac testudine, Justinianus opere musivo Christum in iride sedentem, orbem judicantis effigie, describi curavit, ut αὐτόπται testantur; quemadmodum in Novæ Ecclesiæ a se in Palatio excitatæ Tholi testudine, Christi & Angelorum ei administrantium effigies, Basilius Macedo, ut auctor est Photius in illius Descriptione. In suprema vero, & quæ extra eminet, Sophiani Tholi parte, positam fuisse Crucem, seu Σιγυχειστον, tradit Silentiarius part. II. vers. LXXVIII,

. . . . . ἀκροτάτης δὲ
Σταυρὸν ὑπὲρ κορυφῆς ἐρυσίπτολιν ἔγραφε τέχνη.

Supra summum vero verticem, crucem urbis liberatricem ars descripsit. Quæ quidem crux in ædis exteriori facie a nobis delineata, supremo Hemisphærio imminet. Unde conjicere est delineationem hanc, quæ ad nos pervenit, factam fuisse cum adhuc Urbs Christianis Augustis pareret. Sed & Silentiarius part. II. vers. CXIII,

Οὕτω τετραπόροισιν ἐφ' ἁλίδεσι καλύπτρη
Εὐ πήληξ βαθύκολπος ἀείρεται. ἡ τάχα φαίης
Οὐρανὸν ἐς πολύκυκλον ἀλωόμενον ὄμμα τιταίνειν.

Ita supra quatuor arcus testudo erigitur excelsa & ampla, quo dum pervenit vagabundus oculus, eum cælestes in orbes defixum diceres.

Edit. Paris. pag. 31.

XXXIV.

ALTITUDO CENTRI.

IMmensam Hemisphærii, ac stupendam altitudinem prædicat his verbis Evagrius: θόλος ἐστὶν ὁ ἐκ ἀναχτόρων νηὸς, τέτταρσι μετεωριζομένη ἁλισίν, ἐς τοσοῦτον ὕψος ἐπαιρομένη, ὡς ἔνερθε μὲν τοῖς ἀτενίζουσι δυσέμικτον εἶναι τῷ ἡμισφαιρίῳ ἀποτεράτωσιν. ὕπερθε δὲ τοῖς γινομένοις μηδαμῇ πειρᾶσθαι, εἰ κ) μάλα τολμητής τις εἴη, ὑποκύπτειν, κ) ἐς τὸν πυθμένα τὰς ὄψεις παραπίμπειν. *Ædes Sanctuarii testudo est quatuor fornicibus in sublime erecta: in tantam altitudinem sublata, ut ex inferiore quidem loco aspicientes, Hemisphærii fastigium difficile possint cernere: in superiori autem loco constituti, quamtumvis audaces sint, nunquam despicere conentur, & usque ad solum oculos demittere.* Eam autem altitudinem a pavimento ad centrum Hemisphærii, seu Tholi mediam testudinem, esse pedum CLXXX. tradit idem Scriptor: τὸ δὲ βάθος ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ ἡμισφαιρίου μέχρις ἐδάφους, ποδῶν ρπ'. Neque dissentit Joannes Gravius Anglus, ipse αὐτόπτης, in Præfatione ad Tabulas Geographicas Natlir-Eddini Persæ, scribens accepisse se a Turcis, *Ulug Beigum*, præter alia instrumenta Mathematica exactissima, quæ paraverat, *quadrantem* stupendæ molis construxisse, cujus *radius* altitudinem summi fornicis Templi S. Sophiæ adæquaret: *Quæ etsi*, inquit, *dictu incredibilia, (nam testudo Hemisphærii centum octoginta pedes Romanos superat.) illi tamen Persas fide dignos hæc eadem narrantes sæpius audivisse contenderunt.* Ad eam porro altitudinem eductus potissimum Tholus, cum post illius casum denuo instauratus est,

XXXV.

CASUS TRULLÆ seu HEMISPHÆRII.

ANno quippe Justiniani XXXII. cum crebris terræ motibus concussum Hemisphærium rimas ageret, tandem pars illius orientalis concidit, & Ciborium, & Sacram Mensam una cum Ambone contrivit, Annum, mensem, & diem casus Hemisphærii describit Theophanes: τούτῳ τῷ ἔτει, μηνὶ Μαΐῳ ζ'. ἡμέρᾳ γ' ὥρᾳ πέμπτῃ φιλοκαλουμένου τοῦ τρούλλου τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας (ὡς γὰρ διεῤῥηγμένος ἐκ τῶν γενομένων σεισμῶν, ἐργαζομένων τῶν Ισαύρων) ἔπεσε τὸ ἀνατολικὸν μέρος τῆς ὁροῦποστολῆς τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, κ) συνέτριψε τὸ κιβώριον, κ) τὴν ἁγίαν τράπεζαν, κ) τὸν ἄμβωνα. *Hoc anno, mensis Maii die* VII. *feria* III. *hora post exortum* V, *suis pene jam ornamentis perfecti, & Isaurorum operæ bene instructi, Magnæ Ecclesiæ trulli (disruptus enim & hiatu deformis ex terræ motuum concussione cernebatur) pars orientalior contractæ ad sanctum altare testudinis decidit in terram, & ciborium contrivit, & sanctam mensam, & ambonem.* Ad hunc Hemisphærii casum spectant etiam versus Pauli Silentiarii part. I. vers. LII.

Ηδη μὲν θεναροῖσιν ἐπιμβαυῖα θεμείλοις
Σφαίρης ἡμιτόμοιο κατήριπτε θέσκελ' ἄντυξ, &c.

Jam conciderat admirabilis ille fornix Hemisphærii, fundamentis nixus firmissimis. Et vers. CXLI,

Οὐ γὰρ ἀποτμηγέντος ἐρεχθείμοιο καρήνου
Ωκλασεν.

Neque enim procubuerunt excelso vertice avulso. Collapsum igitur, vel certe labefactatum Hemisphærium non modo de novo instauravit Justinianus, sed etiam in majorem altitudinem extulit, Isidoro Juniore Milesio usus Architecto, Isidori, qui Ædem Sophianam primum extruxerat, nepote, cujus meminit Procopius lib. II. de Ædific. cap. II. obierat enim Anthemius. Agathias: τότε δὲ αὐτὸν ὑπὸ τῷ κλόνῳ τὸ μεσαίτατον μέρος τῆς ὀροφῆς, καὶ ἅπαντα ὑπερ-

βάλλον ἀποβεβληκότα, ἐπεσκεύασέ τε αὖθις ὁ Βασιλεὺς βεβαιότερον, ἢ ἐπὶ μεῖζον ὕψος ἐξῆρε. *Tum vero mediam maxime ipsius tecti partem collapsam, quæque altitudine omnia quæ corruerant superabat, Imperator firmiorem reddidit, & in majorem altitudinem sustulit.* Quam quidem majorem altitudinem xxv. pedum esse tradunt scriptores omnes. Theophanes: Βασιλεὺς ἐγειρει ἄλλους πυλῶνας, καὶ ἐδέξατο τὸν τροῦλλον, καὶ οὕτως ἐκτίσθη, ὑψωθεὶς πλέον εἴκοσι πόδας εἰς ἀνάβασιν ἐπάνω τοῦ φωτὸς κτίσματος. *Pilas alias Imperator extruxit, quæ trullum deinceps exceperunt: atque ita instauratus est xx. pedes altior, quam in priori ædificatione antea fuerat.* Zonaras: ὅθεν λέγεται καὶ τὸν τροῦλλον προσάξει τῆς Βασιλείων καθαιρεθῆναι καὶ αὖθις ἀνεγερθῆναι ἐπὶ πόδας εἴκοσι καὶ πέντε μειζοτέρους, καὶ καθιερωθῆναι παρὰ Εὐτυχίου τοῦ Πατριάρχου τὸ δεύτερον. *Qua de causa trullum etiam jussu Imperatoris demoliti, denuo instaurarunt, xxv. pedibus altius eductum, & ab Eutychio Patriarcha iterum dedicatum.* Ex quibus apparet quæ fides adhibenda sit nugacibus ac imperitis ævi extremi Græculis, scribentibus, ulnis duntaxat quindecim a priori altitudine excisis, Hemisphærium rursum ædificatum, in quibus est Glycas: ἀνεγείρεται αὖθις, πεδεινὸς δὲ λειτόμενος πρὸς τὸ πρῶτον ὀργυιῶν ιε'. Eadem habent Anonymus & Codinus. Cum igitur Evagrius Hemisphærii altitudinem a pavimento ad illius centrum, pedum CLXXX. Gyllius vero altitudinem a summa curvatura Arcuum usque ad pavimentum, CXLII. pedum esse tradant, videtur confici Hemisphærii ipsius altitudinem esse XXXVIII. pedum. Nam Turcus, per quem Ædem Sophianam metiri curavit Gyllius, Hemisphærium non mensus est, qui si recte mensus esset illius altitudinem, eam ab altitudine quam tradit Evagrius, parum discrepare comperisset, ut Gyllius quidem existimat: quamquam hoc longe altius esse par est credere, si latitudini altitudo respondeat. Cum denique anno Mundi juxta Græcos VI. MCCCCXCIV. Indict. XV. mense Octobri ex terræ motu succussa pleraque Urbis templa ac ædificia corruissent, ipsiusque Hemisphærii Sophiani pars, hanc Imperator Basilius Bulgaroctonus rursum instauravit, δαπανήσας εἰς μόνας τὰς μηχανὰς τοῦ ἀνόδου, δι' ὧν οἱ τεχνῖται ἱστάμενοι, καὶ τὰς ὕλας ἀναγομένας δεχόμενοι, φκοδόμουν τὸ πεπτωκὸς, χρυσίου κεντηναρία δέκα. *Impensis in solas machinas, quibus fabri insistentes materiam sursum attractam excipiebant, & operi adhibebant, centenariis auri decem.* Ita Scylitzes & Glycas, Cochleas, Justiniano adscribit Cedrenus: Ἐποίησε δὲ καὶ τοὺς ἔξω τοῦ ναοῦ κατέναντι ἀπὸ ἴσου πυσῶν τέσσαρας κοχλίας, οὓς ἀπὸ γῆς φυτεύσας, μέχρι τοῦ τρούλλου ἀνεβίβασεν, ἑρισμα τούτοις ἀπὸ ἀψίδων κατεργασάμενος. *Fecit etiam extra ædem e regione pilarum quatuor Cochleas, quas a solo usque ad Hemisphærium eduxit, quæ arcus & fornices fulcirent.*

Edit. Paris. pag 32.

XXXVII.

PORTICUS INFERIORES.

IN ipsa æde Sophiana ad Meridiem & Septentrionem binæ procurrunt Porticus duplices, inferiores scilicet & superiores, secundum ipsius longitudinem, columnis marmoreis prægrandibus sustentatæ, quæ ædis latitudini nihil officiunt. Procopius: Στοαὶ τέ εἰσιν ἑκατέρωθι δύο, εἰκοδομίαν μὲν τοῦ νεὼ οὐδεμίαν διεργόμεναι, ἀλλὰ καὶ μεῖζον αὐτοῦ ποιοῦσαι τοῦ ὄρους τὸ μέτρον, καὶ τῷ μήκει μέχρι ἐς τὸ πέρας ξυνιξικνούμεναι, τὸ δέ γε ὕψος καταδεέστεραι. *Utrumque latus duæ Porticus ambiunt, adeo non dissepientes structuram templi, ut potius latitudinem ejus amplient, pari quidem cum ipso longitudine, ad extrema porrectæ, sed altitudine inferiores.* Cameratæ atque auro decoratæ sunt, alteraque precantibus viris assignata, inferior nempe, altera quæ & superior, fœminis, nihil habent disparile, nihil diversum: Καὶ αὐταῖς ἤ τι ἐροφὴ δόλος καὶ ὁ χρυσὸς ἐγκαλλώπισμα. ταύταις δὲ ταῖν στοαῖν ἑτέρα μὲν τοὺς ἄνδρας ἐχομένους ἐξακεκλήρωται, γυναιξὶ δὲ ταὐτὸ ποιουμέναις ἡ ἄλλη ἀνῆται, &c. Porticuum istarum inferiorum pluteos (ita enim appellat Vitruvius lib. v. cap. I. superiorum ab inferioribus columnis interscepta) sustentant non modo quæ recto ordine dispositæ sunt columnæ marmoreæ; sed etiam quatuor aliæ validiores viridis coloris, cæteris tamen vicinis altitudine inferiores, Gynæconitides, seu superiores Porticus, atque adeo inferiorum testitudines, in ipso suis medio, binæ ab utroque latere fulciunt. Paulus Silentiarius part. II. vers. CXXXV.

Αἰθούσης κατὰ μέσσον ἐρύσσατο . . χίονας
Κίονας Ἀνθέμιος πολυμήχανος ——
—— ἀλλ' ἐνὶ μέτροις
Μήκεος ἐγγυτέρων μὲν ὀλίζονες· οἷς δὲ τιθῆναι *pag. 33.*
Τῆς αὐτῆς χλοεροῖσιν ἀποστίλβουσιν ἀώτοις.
Ἀλλὰ γὰρ οὐ σοιχηδὸν ἐπιχρὼ δῖποδας οὗτοι
Πυθμένας ἐρρίζωσαν· ἐφεδρήσσουσι δὲ γαίῃ
Ἀντιοι ἀλλήλοισιν δύο δυσὶν, ὧν κατὰ κόρσης
Τετραπόροις σειρῇσιν ἐπιλιχθεῖσα χερμὶς
Νῶτον ὑπεστήριξε γυναικείοισιν ἐδέθλοις.

Sed & circa medium ipsius Porticus quatuor columnas statuit Anthemius architectus, —— sed in longitudinis modo ac mensura, proximis quidem minores: habent vero eadem ex origine, ut virentibus floribus refulgeant. At enim non illæ ordinatim, uno eodemque versu, bases firmissimas solo fixerunt, sed terræ insident binæ binis appositæ. Quarum in fastigio arcus quadrifidis implicatus vinculis, dorsum matronalibus domicilii suffulcit. De hisce quatuor columnis egit etiam Gyllius his verbis: *Camera media sustinetur columnis colorem medium inter album & glaucum præ se ferentibus, in quadrum ordinem dispositis, quarum duæ stant non longe a latere exteriori, reliquæ duæ parum absunt ab interiori latere ornato sex columnis.* Ejusmodi Columnas mole sua cæteris majores, quæ non tam ad ornatum excitantur, quam ad fulciendas superiores Porticus, πυσσὰς etiam appellare videtur Eusebius lib. III. de Vita Constantini cap. XXXVI. in Descriptione Templi Hierosolymitani: de Porticibus enim interioribus verba faciens, αἱ δ' ἄνω τῆς ἐσωθεν ὑπὸ πυσσοῖς ἀνηγέροντο.

XXXVI.

MURI OBNITENTES PILIS.

EX singulis porro quatuor majoribus Pilis, uti supra ex Gyllio ostendimus, duplices Arcus nascuntur in Templi latitudinem porrecti, itaut eorum alterum cornu conquiescat in muro extrinsecus obnitente majoribus Pilis, a quibus quatuor Arcus in utrumque parietis latus emittuntur, duo quidem inferiorum trium Aularum concamerationem sustinentes; reliqui duo superiorum totidem Aularum testitudines; quarum latera singularum partim adnituntur ad Arcus, partim ad parietes, partim ad columnas. Quippe cum ex crebris terræ motibus, vel pondere Hemisphærii, Pilæ majores quatuor laborarent, extructi sunt muri quatuor longi plus viginti pedes, lati plus octo, in altitudinem majorum Pilarum assurgentes, quibus vice ἐρεισμάτων utrumque latus ædis pertinens ad Septentrionem & ad Meridiem præfulcitur ac præmunitur. Ejusmodi Pilarum, seu *Pessorum*, vel *Pissorum* fulcimenta, παραπήσια vocant libri Basilicon ad Leg. XIV. Cod. de Operib. publ. tanquam πασσοὶς adjunctos ad muros ipsos fulciendos: quo loco frustra Cujacius in Paratit. παραπήσια legendum censet. Ea fulcimenta, ut & quatuor, quæ iis adnituntur,

XXXVIII.

PORTICUS SUPERIORES, seu CATECHUMENA vel Gynæconitides.

PORTICUS superiores, fœminis precantibus addictæ, ut plurimum Catechumeniorum, vel Cathecumenorum nomine donantur a scriptoribus: non quod in iis unquam Catechumeni constiterint, sed quod divinos, qui a Sacerdotibus & Cantoribus concinebantur, hymnos, ibi auditu exciperent mulieres: unde Κατηχούμενα, *loca Dei verba, Officiisque Ecclesiasticis audiendis superne extructa* recte viri docti interpretantur, Leo Nov. LXXIII. ἐν τοῖς ἅγ. ἐκκλησιῶν ὑπερῴοις, ἅτερ ὁ πολὺς ἄνθρωπος Κατηχούμενα καλεῖν ἔχει. Hinc ascendere in Catechumena, apud Constantinum Porphyrog. de Adm. Imp. cap. XXIX. extremo. Anastasius Bibl. in Collectaneis: *Et ascenderunt ad eum in Catechumenium Ecclesiæ ipsius Monasterii.* Cantacuzenus lib. I. cap. XLI. & ex eo Codinus de Off. cap. XVII. n. XLIII. ἄνησιν εἰς τὰ λεγόμενα κατηχούμενα. Nicetas in Alexio lib. I. n. II. παρὰ τῶν ἐπάνωθεν τὸ κατηχουμένιον ἱσταμένων, &c. ubi perperam Wolphius κατηχούμενον, *locum ubi Catechumeni instituuntur*, vertit: quo in errore versatur etiam Meursius. Nam etsi Symeon Thessalonicensis Opusc. contra Hæreses, τὰ κατηχούμενα, τῶν κατηχουμένων οἶκον interpretetur, id intelligendum est de statione Catechumenorum in Ecclesia, vel certe in Narthece. Τετρῶα nude non semel appellantur superiores istæ Porticus Sophianæ. Evagrius: Στοαὶ δὲ τῶν λελεγμένων ὑπερῴων ἔνερθε κίοσι καὶ θαλίσι μικραῖς τοσοῦτον ἔργον ἀπαρτίζουσι· *Supradictorum autem solariorum Porticus, inferius columnis ac parvis arcubus tantum opus absolvunt.* Sic ὑπερῶα τοῦ μεγάλου ναοῦ dicuntur Nicetæ Paphlagoni in Vita Ignatii Patr. Constantinopol. ὑπερῶα τῆς γυναικωνίτιδος Procopio, ἱμβελοὶ τῶν γυναικωνίτων Codino. Paulus Silentiarius de iisdem part. I. vers. CCCLVI.

Ἐνθάδε θηλυτέρων ὑπερῴια καλὰ νοῆσαι.

Et part. II. vers. CXXV.

Ἔνθα γυναικείων ἀναφαίνεται ἔνδοθι θώκων.

Catechumeni Sophiani meminit præterea Ignatius Diacon. in Vita Nicephori Patr. Constantinopol. n. LXIX. illudque τὸν τοῦ μεγίστου ναοῦ περίτυτον κατηχούμενον vocat. At sequior Græcia utramque Porticum inferiorem & superiorem Catechumenorum nomine donavit, ut advertere est ex Anonymo de Locis Hierosol. cap. I. & Codino in Descr. S. Sophiæ, qui inferiores τὰ πρῶτα κατηχούμενα, superiores δεύτερα κατηχούμενα nuncupat, uti supra a nobis observatum. Utraque, inferior scilicet & superior, marmore coruscanti strata conspicitur, ut est in Itinerario D. Saligniacensis. Superiores vero in Tholi modum cameratæ sunt. Silentiarius part. I. vers. CCLVII.

Σχῆμα δόλου φορέουσιν, ὃ ναόθεν ἐστὶν ἰδέσθαι.

Ita enim restituenda lacuna ex Procopio, ubi agit de superioribus Porticibus; καὶ αὐταῖς ἡ ὀροφὴ, θόλος. In modum Scyphi testitudinatas habet Anonymus: ἀνειρήκαντες δὲ τὰς ἀψῖδας τῶν ὑπερῴων, ἥ τε δεξιὰν καὶ τῶν ἀριστερῶν, καὶ ταύτας σκιφώσαντες σκυφικὰς ἀψῖδας. Ubi σκυφικὰς, idem valet ac κυμβαλικὰς, scyphi aut cymbali instar. *Edit. Paris. pag. 34.* Superiorum istarum Porticuum intercolumnia pluteis muniuntur marmoreis, altis quatuor pedes, quibus incumbentes vident interiorem ædis partem, tam infernam, quam supernam. Paulus Silentiarius I. part. vers. CCLXIII.

Πάντα δὲ Θεσσαλικοῖο μεταίχμια κίονες ἄνδρῶν
Λαΐνεοις ἔφραξεν ἐρείσμασιν, ἔνθα χλιβεῖσαι
Ἐργοπόνοι ἀγκῶνας ὑπερείσαντο γυναῖκες.

At quidquid inter Thessalicas columnas interjacet, lapideis pluteis communiit artifex, quibus innixæ mulieres laboriosos cubitos subsulciunt. His consentanea habet Evagrius, de lateribus meridionali & septentrionali τοῦ ναοῦ scribens: Τετρῶά τε μετεωρίζουσιν ἑτέροις παραπλησίοις κίοσι, προκύπτειν τοῖς βουλομένοις διδόντες εἰς τὰ τελούμενα. *Et solaria sustinent, quæ aliis item similibus columnis suffulta, iis qui mysteria spectare voluerint, ex sublimi conspiciendi copiam faciant.* De similibus pluteis interpositis sic Paulinus, dum agit de Porticibus Atrii:

Sed circumjectis in porticibus spatiari
Copia larga subest, interpositisque Columnas
Cancellis fessos incumbere.

Quod vero ait Evagrius, pluteis incumbentibus mulieribus divina sacrificia intueri licuisse, id intelligendum est de loco sacrificii, ac Bemate: nam dum illud peragebatur, velum statim ad intercolumnia subducebatur, neque iis capita aut oculos ad illa inspicienda promittere, sub anathematis pœna, fas erat. Id omnino colligere est ex Vita sancti Basilii, quæ Amphilochio tribuitur, qui ritus illius auctor fuisse videtur. Nam cum mulierculam impudice sibi subministranti Diacono annuentem, dum de Catechumeniis in altare prospiceret, advertisset, vela in Catechumeniis appendi præcepit: βῆλα παραχρῆμα ἐκέλευσε κρεμασθῆναι, διαπλαμένους ταῖς γωνιξίν, ὡς εἴ τις ἔξω τῆς βήλων ὀφθῆ διακύπτουσα, τῆς θείας λειτουργίας γινομένης, ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἀκοινώνητον μένειν. In Catechumeniis, ac dextra eorum potissimum parte, coactas Synodos non semel legimus. Octavam enim Synodum ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηχουμενίων τοῦ περιωνύμου ναοῦ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας celebratam fuisse auctor est Nicetas Paphlago in Vita Ignatii Patriarch. Constantinop. Extat apud Leunclavium in Synopsi Basil. Decretum Synodi, φροντιστὴν καθημένου τοῦ ἁγιωτάτου Ἰωάννου Πατριάρχου ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηχουμενίων, σωιδριαζόντων αὐτῷ πανιερωτάτων Μητροπολιτῶν. Eandem inscriptionem præfert Michaelis Cerularii Patriarchæ de Projecto Pittacio Decretum, apud Allatium Dissert. II. de Lib. Eccl. Græc. In Catechumeniis denique Sophianis quandoque coactam plebem narrat Paulus Diaconus lib. XXI. Histor. Misc. Nec mirum, cum ampla admodum tum latitudine tum longitudine essent, uti mox ex Aularum ad alas ναῦς existentium descriptione colligere est. Porro magnam Porticum, quæ una cum Bemate & tecti parte ex terræ motu corruerat, anno antequam Joannes Cantacuzenus Byzantium cepisset, instauravit primum Anna Imperatrix, Andronici Palæologi vidua; cui postmodum operi ipse Cantacuzenus, ac denique Joannes Palæologus Imperatores extremam manum imposuere. Rem pluribus narrat idem Cantacuzenus lib. IV. cap. IV.

XXXIX.

AULÆ.

NEQUE temen recta linea procedunt interiori æde Porticus: nam inter quatuor majores Pilas ab utroque latere, ad Meridiem & ad Septentrionem ita velut alæ appensæ sunt tres Aulæ inferiores, & totidem superiores, ut ab imo pavimento pars illa ædis interior & media ingens & vacua, procedat quadrata usque ad curvaturam superiorum Aularum, deinde intra octo Pilas, in ovatam formam contrahatur, usque ad curvaturam quatuor Arcuum sustinentium Hemisphærium. Unde fit ut si pars illa consideretur comprehensa intra pilas & columnas, sit forma ovata; si vero tam intra quam extra pilas perspiciatur, sit quadrata. Aulas istas *Cubicula* vocant scriptores, quorum usum describit Paulinus Epist. XII. ubi de Templo sancti Felicis Nolano: *Cubicula intra Porticus quaterna longis Basilicæ lateribus inserta, secretis orantium, vel in lege Domini meditantium, præterea memoriis*

religioſorum ac familiarum accommodatos ad pacis æternæ requiem locos præbent. Anaſtaſius in Sergio PP. *Hic tectum & cubicula univerſa in circuitu Baſilicæ in beati Pauli Apoſtoli —— ſtudioſius renovavit ac reparavit*. Ejuſmodi cubiculorum non ſemel alibi meminit, a quibus Capellarum noſtrarum, uti nunc appellantur, origo videtur deſumpta. Οἰκίσκοι dicuntur ſancto Nilo ad Olympiodorum Præfectum, in Deſcriptione Templi ab eodem Olympiodoro extructi; ἐν δὲ τῷ κοινῷ οἴκῳ πολλοῖς καὶ διαφόροις οἰκίσκοις διειλημμένῳ ἀρχῆθεν ἕκαστον οἰκίσκον πεπηγμένῳ τιμίῳ σανίδι, &c. Forma Aularum ſeu Cellarum, quas dixi (verbis utor Gyllii) cingere utrumque latus, talis eſt. Ex tribus lateribus Aulæ quadratæ ſunt, ex quarto latere quod intuetur interiorem ædis partem, figuram Templi ſequitur, quod obrotundam efficit pilarum & columnarum diſpoſitio. Suſtinetur arcubus & columnis concameratio Aularum, quarum deſcribam duntaxat tres, quibus cognitis, cæteræ omnes ſimili forma eſſe cognoſcentur. Incipiam a tribus ſuperioribus ſitis in latere Templi ſeptentrionali, quarum prima eſt in angulo intuenti Septentrionem & Orientem. Ejus duo latera exteriora ſurgunt a muro, & deſinunt in arcum. In laterum medio columnæ tres ſunt quadratæ loco parietis, nempe feneſtrarum paraſtades, quarum ſcapus habet perimetrum quinque pedum & unius dodrantis. Supra eaſdem eminent aliæ tres quadratæ: hæc omnes ſunt marmoris albi in colorem glaucum vergentis. Latus pertinens ad interiorem ædis partem habet ſex columnas viridis, ſubjectas arcui ſuſtinenti quartam partem ſphæræ orientalis, quarum imus ſcapus ambitum habet ſeptem pedum & octo digitorum. Earum intercolumnia, diaſtyli diſpoſitione diſtincta, lata ſeptem pedes & undecim digitos, pluteis muniuntur marmoreis, altis quatuor pedes, quibus incumbentes vident interiorem ædis partem, tam infernam, quam ſupernam. Latus interjectum inter primam Aulam & ſecundam a pariete exteriori vergente ad Septentrionem, uſque ad pilam magnam ſuſtinentem arcum Hemiſphærii, largum eſt quadraginta quatuor pedes, quorum partem poſſident pilæ, partem arcus ſurgens a tergo pilæ ſuſtinens Hemiſphærium: quo toto patente, lato juxta pavimentum viginti pedes, tranſitur a prima Aula ad ſecundam Aulam. Reliquam lateris inter primam & ſecundam Aulam intermedii partem, latam viginti quatuor pedes, occupant pilæ arcus & murus ſurgens velut ala uſque ad concamerationem Hemiſphærii. Secundæ Aulæ concameratio extrema ſuſtinetur arcubus & parietibus: media vero nititur quatuor columnis albis ad glaucum colorem accedentibus, quarum ſcapus in ambitu complectitur ſeptem pedes. Secunda, ſive media Aula, quadrata eſt, cujus duo latera ſuſtinentur partim muris, partim arcubus, quorum alterum cornu naſcitur a tergo duarum magnarum pilarum ſuſtinentium magnum Hemiſphærium; alterum ſuſtinetur pilis orientibus ex interiori parte murorum alarium fulcientium pilas majores. Hujus ſecundæ, ſive mediæ Aulæ latus exterius, loco parietis habet octo columnas quadratas, quarum perimeter eſt ſex pedum. In earum medio eſt magna pila, inter columnas eas paraſtadum vicem præſtantes ſunt feneſtræ. Præterea ſupra eaſdem columnas exiſtunt Pilæ paraſtadum vicem præbentes ſuperioribus feneſtris, quæ tam ſuperiores, quam inferiores, numero ſexdecim; Aulam hanc mediam illuſtrant: cujus latus vergens in latus interius ſex viridibus columnis ornatur. Harum intercolumnia habent pluteos ſimiles pluteis primæ Aulæ. Camera media ſuſtinetur columnis colorem medium inter album & glaucum præ ſe ferentibus, in quadratum ordinem diſpoſitis, quarum duæ ſtant non longe a latere exteriori: reliquæ duæ parum abſunt ab interiori latere ornato ſex columnis. Ex hac media Aula exitus patet in tertiam, per arcum tam late patentem, quam alterum, per quem aditus eſt a prima Aula in ſecundam. Tertia Aula ſimilis eſt primæ Aulæ longitudine, feneſtris, paraſtadibus, columnis: quibus quatuor ſuſtinetur ejus camera, & latus interius ſex viridibus. Jam vero inter Pilas duas, quibus ſuſtinetur quarta pars Sphæræ occidentalis, extant quatuor columnæ virides, eædemque binæ inter ſe conjunctæ: inter has intercedunt ſex columellæ virides Jonicæ. Hactenus Gyllius.

Edit. Pariſ. pag. 35.

XL.

SEDES IMPERATRICIS.

IN iſtarum Aularum ſuperiorum altera, Imperatrix conſiſtere ſolebat, cum divinis Officiis intererat. Id diſerte tradit Evagrius, ubi de columnis Theſſalicis, quæ ad Septentrionem & Meridiem, utrumque Arcum ſeptentrionalem & meridianum ſuffulciunt: ἐν δεξιᾷ δὲ καὶ κατὰ τὸ ἀώρυμον, κίονες αὐτοῖς παρατετάχαται ἐκ Θετταλικῆς λίθου πεποιημένοι. ὑπερῶα δὲ μετεωρίζουσιν ἑτέροις παραπλησίους κίοσι, προκύπτειν τοῖς βουλομένοις διδόντες ἐς τὰ τελούμενα, ὅθεν καὶ ἡ Βασιλὶς παροῦσα ταῖς ἑορταῖς τῇ ἱερουργίᾳ τῶν μυστηρίων ἐφίσταται. *In dextro autem ac ſiniſtro latere ex adverſo fornicum poſitæ ſunt columnæ ex lapide Theſſalico fabricatæ, & ſolaria ſuſtinent, quæ aliis item ſimilibus columnis ſuffulta iis qui myſteria ſpectare voluerint, conſpiciendi copiam faciant. Ex hoc etiam loco Auguſta diebus feſtis ſacrorum myſteriorum ſolemnitati intereſſe ſolet*. Unde docemur Auguſtas in ſuperiorum Aularum media, ac proinde medio in templo conſtitiſſe.

XLI.

COCHLEÆ.

IN hanc ſuperam ædis partem, aſcenſus exiſtit quatuor Cochleis, quas dixi ad fulciendas quatuor majores Pilas una cum muro oppoſuiſſe Juſtinianum, cum collapſum Hemiſphærium denuo inſtauravit. Κοχλίας Cedrenus appellat loco ſupra deſcripto n. XXXVI. ſed non ſatis proprie, inquit Gyllius, cum magis in anfractuum normalium, quam Cochlearum modum gradus ſurgant: quinque enim ab anfractibus ab imo aſcenditur, non exaſperatis in gradus, ſed in mollem clivum ſubſtructis ex amplis menſis marmoreis. Horum quinque anfractuum ſinguli alti undeviginti pedes & ſeſquipedem, lati quinque pedes: ex quibus patet pavimentum ſuperiorum Porticuum, ſeu γυναικωνίτιδων, a pavimento & ſolo ædis ad altitudinem pedum XCVII. & ſeſquipedis eductum, proindeque reliquam ædis altitudinem ad ſummam curvaturam arcuum XLV. pedum & ſeſquipedis fuiſſe; ſiquidem, ut obſervat Gyllius, tota Templi altitudo a pavimento ad illam curvaturam eſt CXLII. pedum. Anfractibus iſtis ſuccedunt alii anfractus, uſque ad Templi tectum, non clivis molliti, ſed in gradus fracti. Per hos igitur anfractus & cochleas adeuntur Aulæ & Porticus ſuperiores, & ſummæ Templi partes. Totam hanc graduum ſeriem λαβύρινθον ἀνάγοντα εἰς τὰ ὑπερῶα τῆς ἐκκλησίας vocat Scylitzes pag. 804. E. R. Meminit præterea Paulus Diaconus lib. XXIII. Hiſtor. Miſcellæ aſcenſus in Catechumenia per Æneam Portam: *Proceſſit autem & Imperatrix Eirene, cum præceſſiſſent Imperatores, ſceptris obſequentibus per ſcholas antelatis; & aſcendentibus per æneæ Portæ aſcenſum in Catechumenia Eccleſiæ, non exiens in plateam Emboli*, &c. Ubi *platea Emboli*, videtur eſſe inferior Porticus.

pag. 36.

XLII.

SEDES IMPERATORIS.

IN inferiore Porticu meridionali extitit ædicula, vel aula, in qua Imperator, cum sacrorum librorum lectionem auditu excipiebat, consistere solebat. Ait enim Silentiarius stare ad Meridiem Porticum marmoream, septentrionali omnino simílem; sed illam habere quiddam amplius: muro enim secluſum locum servare, ubi Imperatores sacrorum librorum lectionem auditu excipiunt. Sic ille part. II. vers. CLXIV.

. . . . . ἔχει δέ τι πλέον ὧδε.
Τείχει γάρ τινι χῶρον ἀποκριδέντα φυλάσσει
Αὐσονίων Βασιλῆι, θεοσέπτοις ἐν ἑορταῖς,
Ἔνθα δ' ἐμὸς σκηπτοῦχος ἐφήμενος ἠθάδι θάκῳ
Μυστιπόλοις βίβλοισιν ἑῷ ἐπίτασσιν ἀκουήν.

Habet vero illa quiddam amplius: muro enim quodam secluſum locum servat Romanorum Imperatori, ad solennia & a Deo coronata festa: ubi meus Princeps solito in throno sedens, sacri libris suum præbet auditum. Ex quibus videtur posse colligi ædiculam, seu aulam istam muris septam, eam esse, quæ etiamnum stat ad latus meridionale Bematis, in qua summus Turcorum Sultanus consistit, dum sacra prophana in sacro olim Templo peraguntur: & ad quam per portam orientalem ex Sarajo accedit. Atque inde docemur quid velit Codinus de Offic. cap. XV. n. IV. dum ait Imperatorem in Ecclesiam Sophianam procedere, ibique sancti Basilii precationes, seu illius librorum lectionem auditu excipere, juxta Diaconicum: ἀπέρχεται εἰς τὸν ἁγίαν Σοφίαν Βασιλεύς, καὶ ἀκούει παρ' αὐτοῦ τὰς τοῦ μεγάλου Βασιλείου εὐχάς, πλησίον τοῦ διακονικοῦ. *Venit in S. Sophiam Imperator, & Magni Basilii precationes auditu excipit, juxta Diaconicum.* Unde patet Diaconicum appellari exhedram illam ampliorem, quæ ad Orientem, & Bematis partem dextram, respectu ingredientium, in Ichnographia ædis Sophianæ statuitur: vel certe Concham ad latus Bematis existentem, quam eadem donatam nomenclatura diximus: quandoquidem loco huic muro secluso proximum erat, in quo Imperator consistere solebat, cum sacrorum librorum lectioni adituum suum præbebat, ut ait Silentiarius: cum deinde locus ille in meridionali Porticu inferiore extiterit, alibique collocari non debuerit, nisi ad latus Bematis. Sed & exhedram illam innui a Scylitze in Leone Philosopho putaverim, cum ait Imperatorem in Magnum Templum progressum, in Metatorium veniſſe, & in illum ubi precabatur locum, κἀν τῷ Μετατωρίῳ εἰσελθόντος, καὶ ἐν ᾧ ἠύχετο τόπῳ, &c. Nam Diaconicum & Metatorium eandem fuisse exhedram infra docemus n. LXXXVI. Incertum porro an alius eidem addictus esset locus in Ecclesia, dum sacrosanctæ Liturgiæ interesset, proindeque an eo loci assignata olim fuerit Theodosio Imperatori a sancto Ambrosio Mediolanensi Episcopo in Ecclesia sedes. Nam cum aliquando Mediolani Theodosius, more utique recepto, Sacrarium ingressus, post Donorum oblationem, in eo consedisset, id ægre tulit Ambrosius; consideransque eam consuetudinem, vel ex assentatione, vel ex ordinis inscitia esse natam, Imperatori in Ecclesia locum assignavit ante Sacrarii cancellos, ita ut populum Imperator, Imperatorem ordine sedis Sacerdotes antecederent: τόπον εἶναι τὸν Βασιλέως ἐν ἐκκλησίᾳ τέταχε τὸν ἀπὸ τῆς δρυφάκτου τοῦ ἱερατείου, ὥστε τὸν μὲν λαὸν τὸν κρατοῦντα τὴν ἀρετὴν ἔχειν, αὐτὸν δὲ τοὺς ἱερεῖς προκαθῆσθαι. Verba sunt Sozomeni lib. VII. cap. XXIV. quibus consona habet Theodoritus lib. V. cap. XVII. Addit Theophanes ab eo tempore morem hunc invaluisse, ut deinceps Imperatores extra Bema cum reliqua plebe consisterent: ὅθεν καὶ μέχρι τοῦ νῦν καλῶς ἐκράτησε τὸ ἔθος, ἔξω τοῦ θυσιαστηρίου τοὺς Βασιλεῖς ἑστάναι μετὰ τοῦ λαοῦ. Et Nicephorus Callist. lib. XII. cap. XLI. ubi eandem rem recitat, sua etiamnum ætate id obtinere scribit, nempe ut Imperator ad Bematis cancellos sedeat. Si igitur ante Bematis cancellos extitit Imperatoris sedes, in Solea stetisse conficitur: quod sane indicare videtur Nicetas Paphlago in vita S. Ignatii Patr. CP. quo loco Bardæ somnium enarrat, scribens sibi visos duos Cubicularios seu Eunuchos, quorum alter δέσμιον τὸν βασιλέα λαβών, καὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ κατασύρων, ἐξωθεῖτο τοῦ Σολέως, *arreptum Imperatorem vinctum, & ad dextrum latus tractum, e solea pepulit.* Atque inde forte quidam *Soleæ* nomen inditum existimarunt, quod eo loci Imperator in Ecclesia *Solium* suum haberet, Ut sese res habeat, hanc sancti Ambrosii Constitutionem, tanta animi devotione ac submissione excepere Imperatores, ut Theodosius Junior & Valentinianus, in eo decreto, quod extat post Concilium Ephesinum, in hæc verba prorumpant: *Ad sacra Altaria munerum tantum offerendorum causa accedimus: & cum circumseptum sacrorum Adytorum ingressi sumus, statim egredimur, nec quicquam ex propinqua Divinitate nobis arrogamus.* Nam etsi in Concilio Laodiceno Can. XIX. solis Sacerdotibus, τοῖς ἱερατικοῖς, εἰσιέναι εἰς τὸ θυσιαστήριον καὶ κοινωνεῖν liceret, is tamen mos invaluerat, ut Adyta ingredi ad offerenda dona Imperatori liceret, ut colligitur ex Synodo Trullana Can. LXIX. κατά τινα παλαιὰν παράδοσιν, inquit Balsamon, quod ab eo ipso sancti Ambrosii ævo obtinuisse par est credere.

XLIII.

CORONÆ.

JAM vero quod ait Silentiarius illic sedere Imperatorem θεοσέπτοις ἐν ἑορταῖς, id intelligendum videtur de solennioribus Christi festivitatibus, vel certe iis in quibus ad Majorem Ecclesiam procedebat, quas numero duodecim fuisse innuit Codinus in Orig. pag. 91. edit. Meursianæ, cum in cæteris, in Palatii sacris ædibus, divinis interesse Officiis soleret. Ea autem Festa majora θεοσέπτους ἑορτὰς vocavit, quod in iis Imperator corona redimitus Sacris interesset. Theophanes de Justino Imperat. Ταῦτα μαθὼν, μεγάλως ἤλγησε τῷ ζυχῷ, ὥστε καὶ τῇ ἑορτῇ προελθὼν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀνεδείξατο φορέσας τὸ στέμμα, ἤ τὴν χλαμύδα, &c. Similia habet an. XXXI. Justiniani: Ὁ δὲ Βασιλεὺς οὐκ ἐφόρεσε τὸ στέμμα ἐπὶ ἡμέρας μάλα καὶ τῇ ἁγίᾳ Χριστοῦ γεννήσει χωρὶς αὐτοῦ φορέσαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Apud Francos nostros eum olim obtinuisse morem, ut Reges in majoribus anni festivitatibus, in Ecclesia coronati divinis Officiis interessent, pluribus probavimus ad Joinvillam Dissertat. V. atque inde eas festivitates, *Curias Coronatas*, aut *Dies Coronæ*, appellatas fuisse, seu ἑορτὰς θεοσέπτους. Nam ut apud Latinos, Francos nimirum, Germanos, Anglos, & alios, in hisce occasionibus, inter ipsa sacra Missæ solennia Regum capitibus corona imponebatur ab Archiepiscopis, aut Episcopis, ut ex Anselmo Episcopo in Epist. ad Ernulphum Priorem, Eadmero lib. IV. Histor. Novorum pag. 105. Ivone Carnot. Epist. LXVI. LXVII. LXXXIV. & Baldrico lib. III. Chron. Camerac. cap. LV. colligitur: ita apud Byzantinos a Patriarcha in æde Sophiana, ὅτε δημοτελὴς καὶ μεγάλη ἐτύγχανε δεσποτικὴ ἑορτή, coronabantur Imperatores aliqua ex iis corollis, quæ supra sacram mensam pendebant, quæ peracta solennitate in suum remittebatur locum, ut pluribus narrat Constantinus Porphyrogenitus lib. de Admin. Imper. cap. XIII. cujus ritus originem Constantino M. adscribit. Neque extra istas ceremonias, ex illius edicto, fas erat Imperatori Coronam sibi imponere, vel certe inde auferre; adeo ut Leonem Coprony-mi filium miserabilem vitæ exitum ex ejusmodi statuti transgressione incurrisse tradant idem Por-

Edit. Paris. pag. 37.

Porphyrogenitus, Theophanes, Cedrenus, Glycas, Sigebertus, & alii. Inter has autem Corollas, quæ sacræ Mensæ imminebant, præ cæteris, & operis elegantia, & lapillorum pretio, conspicua fuit illa, quam a Constantino Magno dedicatam fuisse, præter Porphyrogenitum, refert Nicetas in Andronico Comneno lib. II. nu. 11. quamquam id controversum video. Quippe plerique e scriptoribus Byzantinis Sophiam ex Justino Augusto viduam, & Constantinam, Tiberii filiam, Mauricii Augusti conjugem, ipsi Mauricio magni pretii coronam obtulisse narrant, quam ille in Ecclesiam perlatam, Deo consecravit. Ita Theophanes, Zonaras, Cedrenus, Anastasius, & Paulus Diaconus ad XIX. an. Mauricii. Addit præterea Cedrenus coronam Heraclii, quæ LXX. libris est æstimata, a filio Heracleona in ædem Sophianam illatam, ubi aliæ præterea appensæ erant corollæ, ut idem Nicetas tradit in Alexio lib. III. nu. VI. Ex quibus perspicuum fit, coronas a Principibus & Magnatibus, Templis olim oblatas, & supra sacram Mensam appensas: quem morem e Latinis attigere præter Anastasium, Donnizo lib. I. de Vita Mathildis Comitissæ cap. II. auctor Relationis de Thesauro Canusinæ Ecclesiæ, Leo Ostiens. lib. III. Chron. Casin. cap. ult. Petrus Diaconus lib. IV. ejusdem Chronici cap. LXC. & Epistola CCCXLV. ex iis quæ habentur Tom. IV. Historiæ Francorum. Appendebantur autem ut plurimum corollæ istæ ad Ciboria: unde supra sacram Mensam illas pependisse, passim legimus. Anastasius in Leone IV. Papa: *Nam & super Ciborium obtulit coronas quatuor, & calices sexdecim ex auro mundissimo.* Hariulfus lib. III. Chron. Centul. *Super illa tria Altaria habentur tria Ciboria ex argento & auro parata, in quibus tres dependent coronæ, singulæ per singula ex auro gemmisque paratæ cum aureis cruciculis, altisque diversis ornamentis.* Chronicon. Frudon. lib. I. *In medio Ciborio pendentem coronam æream argento paratam.* Ejusmodi Coronas Altari imminentes *spanocliftas*, seu ἐπανωκλίστους, & *Regna*, non semel vocat Anastasius pag. 132. 133. 134. 146. 150. 174. E. R. Porro Paulinus Epist. ad Sever. Conchæ apparatum describens, Coronas pariter in ea statuit:

Crucem Corona lucido cingit globo,
Cui Coronæ sunt Corona Apostoli,
Quorum figura est in columbarum choro.

Verum an priores Imperatores in Templo coronati Sacris interfuerint, dubium facere videntur verba hæc Theodosii & Valentiniani in Constitutione, quam modo laudavimus: *Dei Templum ingressuri foris arma relinquimus, & ipsum etiam diadema deponimus, & quo submissioris Imperii speciem præferimus, eo magis Imperii nobis majestas promittitur.* Sane etsi ædem sacram Coronati ingrederentur posteriores Augusti, cum tamen ad Regias Portas accesserant, coronas deponebant. Leo Grammaticus in Michaele: μέχρι δὲ τῆς βασιλικῶν πυλῶν ἐλθὼν ὁ Βασιλεὺς, οὐκ ἀπέθετο τὸ στέφος, καθὼς εἴθισται ἐπὶ τοῖς Βασιλεῦσι, ἀλλ' μετ' αὐτὸ εἰσῆλθεν μέχρι τῆς ἁγίων θυρῶν. Hæc de Corollis annotasse intererat, cum & ad ædem Sophianam quodammodo pertineant: nunc reliquam descriptionem prosequamur.

XLIV.

PAVIMENTUM.

TEMPLI Pavimentum pretiosis, variique generis marmoribus tum porphyreticis subvirentibus, tum reliquis roseo colore variegatis ac perpolitis stratum conspicitur. Anonymus: τὸ δὲ ἔδαφος τοῦ ναοῦ κατεκόσμησε διὰ πολυτελῶν καὶ ποικίλων μαρμάρων, διφτε καὶ Ρωμαίων πηγαινσίων, καὶ τῆς λοιπῶν ῥοδοποικίλων, ἐ σιλβώσας αὐτά. His concinit Silentiarius part. II. vers. CCXLIII.

A Photius in Descript. Novæ Ecclesiæ in Palatio: ἡ δὲ τοῦ ἐδάφους θέα εἰς ζώων μορφὰς καὶ χημάτων ἄλλας ἰδίαις ταῖς πολυμόρφοις ὑφῇσι διαμορφωθεῖσα θαυμαστήν τινα τῇ τεχνίτιδι τὴν σοφίαν παρεσήσατο, *Pavimenti conspectus in animalium formas, aliarumque figurarum species multiformi tessellati operis continuatione efformatus, admirabilem quandam artificis sapientiam exhibet.* Ita etiam ædis S. Petri in Palatio exædificatæ pavimentum describit Theophanes Cerameus orat. LV.

XLV.

TESTUDO.

TESTUDO vero opere musivo ubique exornatur, ut ait idem Silentiarius par. II. v. CCLI.

Χρυσοχολήτους δὲ τέγος ὑφῖδας εἴργει,
Ὧν ἀπὸ μαρμαίρουσι χύδλω χρυσόῤῥυτος ἀκτὶς
Ἀνδρομέοισιν ἄτλητος ἐπεσκίρτησε φορεῶποις.

Testudo autem auro devinctos lapillos complectitur, a quibus effuse rutilans aurifluus radius in hominum oculos intolerabilis insilit. Sed & auro puro, ut vult Procopius: χρυσῷ γὰρ ἀκιβδήλῳ κατείληπται ἡ ὀροφὴ πᾶσα, κεραννῦσα τὸν κόσμον τῷ κάλλει. εἰκὸς μὲν τοι ἦν ἐκ τῶν λίθων αὐγὴν ἀνταστράπτουσα. Vel potius tessellis vitreis inauratis, ut Anonymus: κατεχρύσωσε τὰ ὄροφα ἐξ ὑελίνης χρυσῆς λαμπρότατα.

XLVI.

TECTUM. pag. 39.

QUOD ad tectum spectat, tradit idem Silentiarius part. II. vers. 108. in operienda æde, neutiquam lignis usum Justinianum, sed totam longis marmoreis tabulis texisse.

Καί γὰρ Ἀναξ πολύυμνος ἃ μὴ φύσις ἄρτι καλύψαι
Δένδρεσι μηκεδανοῖσι λίθων ἐκαλύψατο κύκλοις

Etenim inclytus Imperator, quæ arboribus tegere renuit natura, magnis lapidum circulis texit. Quo respexit Agathias, scribens Justinianum nequaquam ligna adhibuisse, ne incendiis, ut prius, ædes obnoxia esset: ὡς ἂν μὴ ξύλοις τὰ πυρπολοῖτο.

XLVII.

FENESTRÆ.

ÆDIS *interiora*, inquit Gyllius, *fulgent clarissima luce, ob multitudinem luminum. Summus murus, qui in orbem fertur inter quatuor summos. Arcus subjecti illuminantur viginti sex fenestris: Aulæ intermediæ triginta duabus: in singulis extremis Aulis orientalibus lucent plus viginti. Prætereo duas occidentales, & quatuor inferiores Aulas, tum duas partes Sphæræ, tum sacram ædis partem solis Sacerdotibus olim patentem. Sileo superiorem Porticum, etiam in medium Templum clarum lumen emittentem, quorum omnium lumina numerare omisi, ob multitudinem.* Atque eo spectant icta Procopii: Φωτὶ δὲ ἡλίου μαρμαρυγαῖς ὑπερφυῶς πλήθει. φαίη δ' ἂν τις ἐκτόξωθεν καταλάμπεσθαι ἡλίῳ τὸν χῶρον, ἀλλὰ τῷ αὐγλῳ ἐν αὐτῷ φύεσθαι, τοσαύτη τις φωτὸς περιουσία εἰς τοῦτο τὸ ἱερὸν περιεκέχυται. *Lumine & solari splendore mirabiliter affluit: non extrinsecus collustrari a sole locum, sed inibi nasci fulgorem diceres: tanta est affusæ templo huic lucis copia.*

XLVIII.

LAMPADES ET CANDELÆ.

VERUM etsi tot fenestris lucem excipiat ædes Sophiana, majori ferme ex lucernis, lampadibus, ac luminibus passim ad fornices, & cæteras Templi partes appensis, quibusdam etiam ἀκοιμήτοις, seu perpetuo lucentibus, vel interdiu, vel de nocte, in diurnis ac ve-

Edit. Paris. pag. 38.

ſpertinis Officiis, quodammodo collucebat: ubique enim *micabant coronæ, candelabra reſplendebant*, ut verbis utar Scriptoris Vitæ S. Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis cap. IX. & ut ait Silentiarius part. II. verſ. CCCCXXXV. appenſæ erant tum ad columnas & parietes, tum etiam a teſtitudine per catenas pendebant, tanto numero, ut in aere, tanquam in mari, fluitare lampades viderentur,

. . . . . ἐκκρεμέες δὲ
Εὐφαέος φλέγουσι κατ' ἠέρος ἀντὶ θαλάσσης.

Penſiles autem lucido in aere veluti in mari fluitant lucernæ. Neque aliter hanc Lychnorum paſſim in ædibus ſacris pendentium multitudinem expreſſit Theophanes Cerameus Homil. LV. ubi de æde S. Petri exſtructa in Palatio Conſtantinopolitano a Baſilio Macedone: Πυκναὶ δὲ λαμπτῆρες φὸς ἑαυτὰς, ὡς ἂν εἴποι τις ἐμπαθέστεροι, ἢ νεὼι δαδουχεῖσαι τῇ ἐκκλησίᾳ λυχνοκαΐᾳ, ἴσα ταῖς ἡμέραις τὰς νύκτας φωτίζοντες. *Crebræ vero lucernæ contendentes, ut ita dicam, inter ſe nunquam ſopitis ignibus templum illuminant, & noctes æque ac dies claras efficiunt.* Et Paulinus Nat. IX.

Ecce vides quantus ſplendor, velut æde renata
Rideat: inſculptum camera criſpante lacunar.
In ligno mentitur ebur, tectoque ſuperne
Pendentes lychni ſpiris retinentur ahenis,
Et medio in vacuo laxis vaga lumina nutant
Funibus, undantes flammas levis aura fatigat.

Denique Continuator Hiſtoriæ Epiſcoporum Virdunenſium: *Templum S. Mariæ ita Coronis ornavit, ut ſi manu primam tangeres, ad noviſſimam omnes moverentur*. A laquearibus enim pendebant Lychnuchi orbiculares & in modum coronæ effecti circuli complures, gradatim ſibi ipſis impoſiti, ita ut infimus major eſſet medio, & medius ſupremo, ſingulique lampadibus vitreis adornati, cujuſmodi eleganter deſcribuntur a Paulino Natali VII. Hos luminoſos circulos, quibus ſubſtrati erant diſci argentei, eleganter deſcripſit idem Silentiarius verſ. CCCCII.

Edit. pariſ. pag. 40.

—— ἐκ δ' ἑνὸς αἰώρης
Ἀργυρέους στεφανηδὸν ἀπ' ἄκρου ἤλατο δίσκους
Ἐκκρεμέας περὶ τέλσα μέσου προχάοντα μιλάδρου, &c.

Ex catena autem diſcos argenteos in modum coronæ ſuſpenſos, qua extremæ medii templi partes procurrunt, &c. Atque iſtos quidem circulos *Coronas* interdum vocant ævi medii ſcriptores Latini, ut auctor Vitæ S. Deſiderii loco proxime laudato, Anaſtaſius Bibl. in S. Silveſtro & Sixto III. PP. Flodoardus libr. III. Hiſt. Remenſ. cap. V. libr. IV. cap. XIII. Ratbertus de Caſibus S. Galli cap. IX. Iſo Magiſter de Miraculis S. Galli cap. VIII. Udalricus in Conſuet. Cluniac. lib. I. cap. II. Petrus Venerab. in Statut. Clun. cap. LII. Ægidius Aureæ vallis cap. LIII. Vita B. Joannis Gorzienſis Abbat. cap. X. num. XC. &c. S Bernardus *Rotas* appellandas potius cenſuit, lib. de Vita & Moribus Clericorum cap. XI. *Ponuntur in Eccleſia gemmatæ, non Coronæ, ſed Rotæ, circumſeptæ lampadibus, ſed non minus fulgentes inſertis lapidibus*. Sed præſertim inſtructas ejuſmodi lampadibus coronas, *Phara* appellant alii. Leo Oſt. lib. III. Chron. Caſin. cap. XXXI. *Fecit & Pharum, coronam ſcilicet maximam argenteam cum— ſex & triginta lampadibus ex ea pendentibus*. Ita promiſcue apud Valafridum Strabonem lib. II. de Mirac. S. Galli cap. XXXV. Bedam de Rat. tempor. cap. XXIV. in Hiſt. Translat. S. Sebaſtiani num. XCIV. in Vita S. Gudilæ Virg. num. XVIII. præterea apud Anaſtaſium non ſemel, apud quem in S. Silveſtro *Phara Canthara* dicuntur eæ potiſſimum coronæ, quæ lampadibus & diſcis inſtructæ erant, quos φωταδόχα ἀγγεῖα vocat Ducas cap. XXIX. Denique alios Lychnuchos in modum Crucis effictos appendit Juſtinianus. Silentiarius verſ. CCCCIX.

—— ἀλλ' ἐνὶ δίσκοις
Μεσσοὶ φέγγος ἴλαμπε φιλόστυχον. ἀλλ' ἐνὶ κύκλῳ
Καὶ μεγάλα σταυροῖο τύπον πολύωπα κοίσας,
Γείτονα μὲν δίσκοισι, πολυτρήτοισι δὲ νώτοις
Ἄγγεα ἰλαφρίζοντα σιλασφόρον.

Neque in diſcis unis nocturnum lumen ſplendet, ſed & eodem in circulo majoris etiam crucis figuram paſſim perforatam intuebere. Hunc porro ritum Cruces luminibus exornandi, ætate S. Chryſoſtomi, cujus auctor perhibetur, obtinuiſſe narrant Socrates & Nicephorus Call. & in Proceſſibus publicis Eccleſiaſticis prælatas: σταυροὶ ἀργύρειοι χερσὶν ἐπ' αὐτοῖς ἀνημμένοι προηγοῦντο. Nec deſunt qui Crucem ſupra Ambonem ſtantem, lucernis, lampadibus, ac luminibus perinde fulguraſſe ex Codino obſervant: εἶχε δὲ καὶ συχνὰ λυχνιτάρια καὶ μαργαριτάρια ἀτίδοτα. Sed & apud Latinos hunc invaluiſſe ritum docet Anaſtaſius in S. Hadriano PP. *Fecit & Pharum majorem in eadem B. Petri Eccleſia in typum Crucis, qui pendet ante Presbyterium, habentem candelas* MCCCLXX. *& conſtituit, ut quatuor vicibus in anno ipſum Pharum accendatur*. In Leon. III. *Fecit—Crucem anaglyphan interſatilem, ex auro mundiſſimo pendentem in pergula ante Altare cum candelis duodecim penſ. libr.* XIII. Ejuſmodi etiam Cruces luminoſas intellexit Silentiarius verſ. CCCCLXXXI. dum ait alium mentem oblectare intuendo σύμβολον ἱεροῖο Χριστοῖο. Sunt enim eæ lucernæ, quas *Signa Chriſti* appellat Anaſtaſius in Leone III. *Fecit in Baſilica B. Petri Apoſtoli — Gabathas fundatas Signochriſtas, quæ pendent in Quadriporticu, in Pharo æreo in medio Baſilicæ nu.* XLVIII. Et in Gregorio IV. *Signum Chriſti habet navicellas duas, & murenas tres*. Infra: *Signum Chriſti pendentem in catenulis tribus. — Signum Chriſti habet hiſtoriam in modum leonis incapillatam cum diverſis operibus puriſſimis aureis pendentibus in catenulis quatuor, & uncino uno*. Narrat Chronicon Alexandrinum pag. 716. E. R. Arcadio imperante, terræ motu Σιγνόχριστον τὸ Καπιτωλίου cecidiſſe: quo loco *Signum Chriſti* nihil aliud eſt, quam Crucis ſignum, quod in tecti vertice Capitolii Conſtantinopolitani erectum erat; σημεῖον nempe, quod τὸ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου dicitur apud Matthæum, uti locum hunc interpretantur S. Chryſoſtomus Homil. LXXVII. in XXIV. Matth. Theophylactus, Euthymius, Origenes, Euphræmus de ſecundo Domini adventu, & alii: unde *Signum Domini* appellatur a Paulino Epiſt. XII. *Vel hoc de Signo Domini ſuper ingreſſum picto, hac ſpecie, quam verſus indicat:*

Cerne coronatam Domini ſuper atria Chriſti
Stare Crucem.

Alios denique Lychnuchos in modum retis appenſos obſervat Silentiarius verſ. CCCCLXXV.

Οἱ δὲ πυρισμήρητον ἐτακτερίδα δίλγιται, ἄλλος
Εἰσορόων λαμπτῆρα μονάμπυκα.

Alius autem igne inſperſum rete inſpiciens demulcetur. Ejuſmodi ſunt, quos deſcribit Anaſtaſius in Leone III. PP. *Fecit vero ubi ſupra ante ingreſſum Præſepii Pharum in modum retis cum caniſtro, — necnon & alium Pharum majorem in modum retis cum caniſtris* XX. *pendentem ſub trabem majorem*, &c. In Leone IV. *Fecit autem ad illuminationem ipſius Baſilicæ rete ahenum cum caniſtris argenteis decem & ſeptem*. In Benedicto III. *In Baſilica Beat. Pauli Apoſtoli iſdem Antiſtes — pulcherrimi decoris recte factum miro opere, totum ex gemmis alvaberis, & bullis aureis — offerens, pendere juſſit*. Atque hi quidem Lychnuchi ad fornices & ad parietes appenſi erant, at a pavimento exurgebant veluti quædam trabes, ſeu arbores (ſic enim appellantur a Silentiario verſ. CCCCLXIII. CCCCLXIV. CCCCLXXIX.) plenæ luminibus, quibus inferior pars Templi illuminaretur, verſ. CCCCXXXIX. *pag. 41.*

Ἐς δὲ βαθὺ κριπῖδος ἰδίδλιον ἄβρα τοίσης
Δαίρατα δικραίριοι μίσσοι προχάοντα σιδήρου,
Ὧν ἐπὶ ὑποπόλοιο φάλαγξ ἐφηπίσσιται αἴγλης
Ἰδυπόροις καθύπερθεν ἐρεθεμίσισι δεθεῖσα.

In imo vero ſolo videre eſt elegantia tigna, bicornis

ferri medium transcurrentia, quorum ad lumen Sacerdotum cohors, rectis regulis rubricantibus adstricta procedit. Ait porro Silentiarius ad ejusmodi arborum collucentium lumen progredi in Templum Sacerdotum cohortem, rectis regulis rubricantibus illigatam; quibus verbis forte Clerum designavit, qui Ecclesiasticis Canonibus ac Regulis subjacet: unde ἐν τῷ κανόνι, vel ἐκ τῶν κανόνος, & *sub Canone Ecclesiastico constituti* dicuntur quicumque ex Clero sunt, in Conciliis, locis indicatis in Notis ad Alexiadem p. 420. E. R. Appellantur autem κανόνες ἐρυθρόμενοι, seu *Regulæ rubricatæ*, quod earum capita ac tituli minio ut plurimum exararentur. Unde apud Latinos passim *Rubrica* sumitur pro quavis regula: est enim *Rubrica*, in Glossar. Græco-Latin. διὰ μίλτου ἐπιγραφή. Gloss. Medicum ex Biblioth. Reg. cod MCCCCLXXXVI. *Rubrica, Titulus factus de rubeo.* Prudentius lib. II. contra Symmach.

—— *dicant cur condita sit lex*
Bis sex in tabulis, aut cur Rubrica minetur,
Quæ prohibet peccare reos, &c.

Vita S. Deicoli Abbat. Lutrensis nu. XXIX. *Dedit autem Dominus per merita servi sui eidem loco talem profectum, ut multi Nobilium—monachicam disciplinam eligerent, & Monasterium satis ditarent, ipsi quoque sacræ subjacerent Rubricæ.* Historia Inventionis Corp. S. Celsi: *Discussis sane inibi multis quæ Synodica postulat Rubrica.* Ita leges *Rubricas* vocat Sidonius lib. VIII. Epist. VI. Nolim tamen eam esse genuinam horum versuum interpretationem, qui subobscuri videntur, asserere. Jam vero Silentiarius ver. CCCCLXII. arbores istas πυξοχόμους, ita adornatas depingit, ut in imo latiores circulos, sensim in acutos, instar piceæ, aut cupressi, desinentes, sustinuisse dicat: quomodo Plinius lib. XXXIV. cap. III. describit *Lychnuchos arborum modo mala ferentium lucentes*, quos in veterum delubris extitisse observat. Ejusmodi autem candelabra multis instructa luminibus a terra surgentia, ut & Coronas in aere pendentes, quas κύκλους vocat Symeon Thessal. lib. de Templo, πολυκάνδηλα appellant Scylitzes in Michaele Calaphate pag. 557. E. R. Theophanes, & ex eo Anastasius in Hist. Eccl. & Paulus Diac. lib. XVIII. Hist. Miscellæ in Heraclio, Leo Grammaticus pag. 449. 481. E. R. idem Anastasius in Leone III. PP. p. 133. E. R. denique Codinus & Anonymus in Descript. Ædis Sophianæ. Cum igitur tot lampadibus ac luminibus ubique illa colluceret, etiam ante Justinianum, earum sumptibus non semel provisum est ab Imperatoribus, ut colligitur ex Leg. XIX. Cod. de Operib. publ. Sed præ cæteris Basilius Macedo, ἐνδείᾳ ἐλαίου ἤδη χηδὸν ἀποσβεσθέντων τῶν λύχνων τῶν ἱερῶν, μεγίστῳ κτήματος ἐπιδόσει, ὁ φροσαγορεύεται Μάντεια, τούτοις τὸ φῶς ἀσβεστον προσετηρήσατο ἄσβεστον, *Inopia siquidem olei sacris lampadibus fere extinctis, magnæ possessionis, cui nomen Manteæ erat, largitione, inextinctum deinceps lumen procuravit.* Verba sunt Constantini Porphyrogeniti in avi vita cap. LIV. quibus consona habet Cedrenus p. 587. E. R. Totam denique hanc in æde Sophiana collucentium ubique luminum seriem & multitudinem observat etiam Beniaminus Tudelensis in Itinerario, his verbis: *In medio autem Templo columnæ sunt, aureæ & argenteæ, candelabra maxima & laternæ, lampades, & alia ex auro & argento plura quam dinumerare quispiam possit.*

XLIX.

BEMA.

EXACTA & confecta, ex scriptoribus, ædis Sophianæ fabricæ descriptione, partes illius interiores singulatim, eadem, qua priora, methodo nobis restant enucleandæ. In tres autem potissimum apud Græcos, Templum dividi-

A tur, Βῆμα scilicet, Ναὸν, in quo Fideles consistunt, & Narthecem. Symeon Thessal. de Templo: ὁ θεῖος ἅπας ναὸς τριαδικῶς θεωρεῖται, τοῖς ἀφὸ τοῦ ναοῦ φημὶ, καὶ τῷ Ναῷ, καὶ τῷ Βήματι. *Sacrum omne templum trifariam consideratur, Pronao scilicet, Nao, & Bemate.* Locum Templi sanctissimum, & in quo sacra mysteria peraguntur, τὸ ἱερώτατον χωρίον, ἢ τοῖς ἀπορρήτοις ἐξακουόμενον, uti appellatur ab Agathia lib. V. varie iidem Græci vocant; interdum enim ἄδυτα, interdum ἱερατεῖον, aut θυσιαστήριον, sed communi ac magis recepto apud illos vocabulo, Βῆμα nuncupant: totum nempe locum illum, qui cancellis a Nao disparatur. Cumque Bema solis Sacerdotibus ingredi, vel in eo sedere fas esset; inde qui ei inserviebant, dicti οἱ ἀπὸ τοῦ Βήματος Gregorio Nazianzeno Orat. XIX. & eorum ordo, τάξις τοῦ Βήματος ab eodem appellatus, Orat. in sanctum Basilium; ὅσοι τοῦ βήματος, apud Eustathium in vita S. Eutychii Patriarchæ CP. num. XCIX. quod & de Diaconorum præcipuis intelligi debet, quos λειτουργῶν ἐκκρίτους Dionysius vocat, qui Episcopo astabant sacra facienti. Atque ut a Græcis ἱερατεῖον, ita a Latinis *Presbyterium* dicitur, quod in eo soli consistant Presbyteri. Est enim *Presbyterium* apud sanctum Cyprianum Epist. XXXV. XLVI. & XLIX. & in Epistola Bonifacii PP. quæ habetur in Collectione Romana Holstenii, Presbyterorum consessus & conventus, qui συνέδριον τοῦ πρεσβυτερίου dicitur Basilio Epistol. CCCXIX. ad Innocent. De Presbyterio, ita Synodus Romana sub Eugenio II. PP. cap. XXXIII. *Sacerdotum, aliorumque Clericorum Ecclesiis servientium honores a Laicorum discrete apparere convenit. Quamobrem nulli Laicorum liceat in eo loco, ubi Sacerdotes reliquive Clerici consistunt, quod Presbyterium nuncupatur, quando Missa celebratur, consistere, ut libere ac honorifice possint sacra officia exercere.* Prædictis hæc addit Synodus Romana sub Leone IV. PP. cap. XXXIII. *Nec inter sacros Cancellos Ordinibus debitos, nisi permittente Episcopo, attentent accedere* seculares. Ubi Presbyterium, sacros Cancellos promiscue appellari perspicue patet. Iis consimilia habent Anastasius in ejusdem Leonis vita p. 177. E. R. & Gelasius I. Papa Epist. IX. Atque hac notione *Presbyterium* passim usurpant Anastasius in vitis Pontificum, Ordo Romanus, Cæsarius Eysterbach. & alii quos alibi laudavimus. Sed & *Senatorium* videtur appellari in eodem Ordine Romano non semel, voce Latina, quæ idem quod πρεσβυτέριον sonat: ubi *ad Senatorium* dicitur *descendere Pontifex, ut suscipiat oblationes Principum*, vel *ut communicet eos qui in Senatorio sunt.* Descendit nempe ab Altari, ubi sacra peragit, in Presbyterium, ut Principum & Fidelium oblationes suscipiat, vel *ut communicet* eos qui sunt in Presbyterio, nempe Sacerdotes, Clericos, atque adeo populum ipsum, quod diserte ibi dicitur. Nam licet ex Concilio Toletano IV. Canon. XVIII. *Sacerdos & Levita ante Altare communicent, in Choro Clerus, extra Chorum populus*, certum est hac in re varios fuisse Ecclesiarum ritus: quippe olim laicis & fœminis ad communicandum patuere Sancta Sanctorum, ut est in Concilio Turonensi II. & libr. VII. Capit. Caroli Magni cap. CCIII. Sed ut verum fatear, nescio an his locis, in Ordine Romano, *Senatorium* idem sit omnino quod *Presbyterium*. Dubitandi causam movet, quod in eo *locus Principum* fuisse dicitur: *Pontifex autem sustentatus hinc inde dextra lævaque a Primicerio Notariorum, descendit ad Senatorium, quod est locus Principum, ut suscipiat oblationes eorum.* Et infra: *Pontifex descendit ad Senatorium, — & suscipit oblationes Principum per ordines arcuum.* Siquidem enim *Senatorium* locus fuit, in quo consistebant Principes, seu Magnates, dum sacræ intererant Liturgiæ; idem ille forte fuerit cum Solea, de qua agemus, seu pavimento editiori ante-

Edit. Paris. pag. 42.

Cancellos Bematis, ita appellatus, quod ibi *Senatores*, seu *Principes* consisterent. Nam observatum supra, ad sacros Cancellos assignatam fuisse Imperatoribus in Ecclesia sedem ab Ambrosio. *Senatores* autem appellatos Magnates, apud scriptores Christianos veteres, notum est. Proinde in Senatorio Pontifex non modo suscipiebat oblationes Principum, sed & populum ibidem communicabat. Idem Ordo Romanus: *Mox ut Pontifex experit communicare populum in Senatorio*, &c. Quo certe loco, nempe ante Altaris Cancellos, etiamnum in ædibus sacris Fideles sacram Eucharistiam accipiunt. Denique *Presbyterium* alibi usurpat pro loco in quo Presbyteri consistunt: *Presbyteri in Presbyterio omnes permanent inclinati*. Videat igitur Lector utram harum coniecturarum probet. Βῆμα autem hanc ædis sacræ partem appellarunt veteres, ab ipso Altari, cui id nominis indiderunt, quod, ut ait Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, θρόνος sit, *ἐν ὅπερ ὁ παμβασιλεὺς Χριστὸς προκάθηται μετὰ τῶν αὐτοῦ Ἀποστόλων*. Nam & Βῆμα pro Tribunali non semel usurpari observarunt viri docti. Alii a gradibus, quibus illud ascenditur, alii denique ab Altaris gradibus, quod editius fuisse infra ostendemus, dictum censent. Nam & *Bema*, ut auctor est Augustinus contra Epist. Manetis cap. VIII. & libr. XVIII. contra Faustum cap. IV. Manichæi diem festum vocarunt, quo Manes occisus est, quod quinque gradibus instructo Tribunali, & pretiosis linteis adornato, illum celebrarent: quod quidem festum a Catharis sui temporis *Malisola* appellatum fuisse scribit Ekbertus Schonaviensis Serm. I. contra Catharos. Cum igitur præcipua veneratione colenda haberetur sacra hæc ædis pars, in ea exornanda sumptibus non pepercit Justinianus: totam enim argento obduxit. Anonymus: *τὸ δὲ θυσιαστήριον ἐξ ἀργύρου λαμπροτάτου ἐνθεὶς καὶ χίονας ἀμιγέσι ἀργυρᾷ πάντα πεποίηκεν, σὺν τοῖς τυλῶσιν αὐτῶν, πάντα ἀργυρᾶ χρυσίμβατα*. Tantam autem argenti vim immisit in totum Bema, ut ad libras quadraginta millia impendisse tradat Procopius: *ὁ γὰρ τοῦ ἱεροῦ τὰ μάλιστα χῶρος ἀβίβηλος, καὶ μόνοις ἱερεῦσι βατός, ὅπερ καλοῦσιν Θυσιαστήριον, λιτρῶν ἀργύρου μυριάδας ἐπιφέρεται τέτταρας*. Ex quibus nescio an fides adhiberi omnino debeat veteri scriptori de imagine Salvatoris dicta Antiphonetes, tradenti Theodorum & Abramium Judæum, partum nescio quo miraculo immensum argentei metalli pondus, dum plumbum quod Theodorus mercando comparaverat, in argentum mutatum animadvertit, donarii vice ædi Sophianæ obtulisse: hi quidem *τοῦτον μεταλλάσαντες καὶ σφυρηλατήσαντες, δὴ χρυσοχόων καὶ ἀργυρικάτων ἐπιστημόνων, τὸ ἱερώτατον βῆμα ἅπαν σὺν τῷ ἄμβωνι περιεργασμένα ἀπετέλεσαν, καταπερ ὁρᾶται, καὶ ἔτι φαινόμενον μέχρι τῆς σήμερον*, *Conflantes ac malleis in laminas ducentes, aurificum ac argentariorum artis metallicæ peritorum opera, sacratissimum universum sacrarium, una cum ambone argento obduxerunt, quemadmodum usque hodie conspicitur*. Accidisse autem istud miraculum Heraclio imperante volunt.

Edit. paris. pag. 43.

L.

CONCHA.

BEMATIS pars præcipua fuit Concha: sed quid potissimum fuerit Concha, inter eruditos omnino non constat. Salmasius ad Plinium multus est in ea disquirenda; qui etsi probabilia dixerit, rem tamen non adeo accurate explicuit, ut perspicua sit. Goarus in Euchologio Concham cum Ciborio perperam confundit, cum Ciborium in Concha fuerit, non ipsamet Concha. Verum non admodum arduum erit Concham reperire ei qui Templorum Græcanicorum figuram inspexerit attentioribus oculis, quorum ichnographias aliquot nobis exhibuit idem Goarus pag. 13. 26. 27. atque adeo ædis Sophianæ, quam hic damus: videre est enim in ea parte, in qua stat, vel statuitur Altare, recessus aliquot in modum Hemicylindri, superne, ut par est credere, in Conchæ speciem clausi. Dixi aliquot recessus: quandoque enim unicus conspicitur, interdum trinus, ut mox indicabimus. Est igitur Concha, *τὸ Θυσιαστηρίου* pars: unde Germano Patr. CP. In Hist. Eccl. dicitur *κόγχη τοῦ Θυσιαστηρίου*, id est, Concha Bematis, seu partis illius Templi, in qua Sacra peraguntur. Concham Sophianæ ædis eleganter ac graphice descripsit Procopius. Ab humo, inquit, extat ædificium, non recta productum linea, sed laxa sensim obliquitate flexum, receditque in medio, ac figura semitereti, quam artis periti Semicylindrum vocant, ad perpendiculum surgit: in quartam vero Sphæræ partem definit operis hujusce culmen. Sed præstat Græce loquentem audire: *οἰκοδομία τις εἰς γῆς ἀνίσχει, οὐκ εἰς ἀδιάστατον πεποιημένη, ἀλλ' εἰς τὰ πλαγίων ὑπεσταλμένη καταβραχύ, ἔς τε μέσα ὑποχωροῦσα, ἐπὶ κύμα τι καὶ ἡμισυ τὸ τοῦ στρογγύλου ἴσα, ὅπερ οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα σοφοὶ ἡμικύλινδρον ὀνομάζουσιν, εἰς ὕψος ἀπότομον ἐπανίσχει. ἡ δὲ τοῦ ἔργου τούτου ὑπερβολὴ εἰς σφαίρας τεταρτημόριον ἀποκέκριται*. Deinde addit ut intra Conchæ recessum pavimentum columnis prematur semicirculari forma dispositis, ita ut sibi invicem tanquam in Choro quodammodo adsurgant. Neque minori elegantia ac concinnitate Conchæ Sophianæ & structuram & formam expressit Paulus Silentiarius I. part. vers. CCXXI.

Τριοσὰ μὲν ἀντολικῶν ἀναπίπτεται ἐνδοθι κύκλων.
Ἡμιτόμων, ὑψοῦ δὲ μετ' ὄρθιον ἀυχένα τοίχων,
Σφαίρης τετρατόμοιο λάχος τὸ τέταρτον ἀνίρπει.

Triplex ad Orientem in semicirculi speciem patet domicilium: superne autem in superiori murorum crepidine Sphæræ quartæ pars assurgit. Concha igitur Semicylindri, seu *κύκλου ἡμιτόμου*, ad perpendiculum efficti, formam refert, quousque superne claudatur in quartam Sphæræ partem, *εἰς σφαίρας τεταρτημόριον*, inquit Procopius. Quæ quidem Sphæræ pars quarta interius undique sinuata, a Conchæ marinæ figura, quam effingit, nomen est sortita, ut auctor est Silentiarius vers. CCXXVI.

Κόγχας ταῦτα κάρηνα σοφοὶ τεχνήμονι μύθῳ
Ἀνέρες ὠνόμαξαντο. τὸ δ' ἀτρεκὲς, εἴτ' ἀπὸ κόγχης
Εἰναλίης καλέουσι δαήμονες, εἴτ' ἀπὸ τέχνης
αὐτοί τι δεδάασι

Conchas hos vertices, artis architectonicæ vocabulo, vocant viri illius periti: quod autem certum est, nomen illud sive a Conchæ marinæ figura indidere, sive ab arte utcumque didicere. Ita porro effecta est Concha Sophiana, ut etsi unica superne appareat, trinos tamen recessus operiat, ac proinde triplicem Concham efficiat. Silentiarius part. I. vers. CCLXXII.

Ὡς ἡ μὲν βαθύκολπος ἀνίσουται ἠέρι κόγχη
Τριόθεν ἀντέλλουσα μία, τρισσοῖσι δὲ κόλποις
Νέρθεν ἐπιμβιβάουσα.

Igitur Concha in aerem ampla attollitur, superne quidem una exoriens, trinis vero recessibus inferne innixa. Et versu jam laudato:

Τριοσὰ μὲν ἀντολικῶν ἐναπίπτεται ἐνδια τοίχων
Ἡμιτόμων, &c.

Ubi satis ostendit inferne, seu sub Conchæ volutatione, tres Conchas contineri, quę unica Sphęræ quarta parte continentur, ac contegun tur. Trinos istos recessus belle descripsit Paulinus Nat. X.

Et etiam interiore sinu majoris in aula
Insita cella procul, quasi filia culminis ejus,
Stellato spatiosa sinu, trinoque recessu *pag. 44.*
Dispositis sinuata locis.

Et Epist. XII. ad Severum: *Prospectus vero Basilicæ, non ut usitatior mos est, sed ad Domini mei Beati Felicis Basilicam pertinet, memoriam ejus aspiciens: tamen cum duabus læva dextraque conchulis intra spatiosum sui ambitum apsis sinuata laxetur, una earum immolanti hostias jubilationis Antistiti*

patet, altera post Sacerdotem capaci sinu receptat ovantes. Triplicem igitur recessum habet Concha sub eadem concameratione, majorem & medium, in quo erat sacra Mensa, & Sacerdotum sedes, seu Synthronus: duos præterea alios minores, alterum ad dextram, seu Septentrionem, quem Prothesin vocabant; alterum ad sinistram, seu Meridiem, Diaconicum appellatum, uti mox ostendemus. Quemadmodum autem, & quare triplex Concha efficta fuerit, sic narrant postremi ævi Græculi. Tradunt quippe Architectos sacrum Bema, seu potius τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, hoc est eam Bematis partem, in qua Altare statui solet, ædificaturos, de lumine in illud immittendo invicem deliberasse, ac primum quidem unicam Concham, quam μύαξα μονοκάλαμον vocant, vel unius tenoris, per quam lux admitteretur, conficere statuisse: præcepisse vero Imperatorem (ita enim Codinus) duplicem ædificari: verum restitisse Architectos, quod locus ille nullis exterioribus suffultus esset lapideis fulcimentis, ac proinde incumbenti oneri ferendo haud par esset. Cumque incerti quid agerent], versarent animum, Imperatore præsertim non sibi constante, dicenteque interdum unicum arcum, interdum duos, μίαν ἁψίδα, ἄλλοτε δὲ δύο, fieri debere; tandem Angelum, Imperatoris habitu Architectorum magistro apparuisse; præcepisseque, ut & τρίφατος μύαξ, seu triplex Concha fieret, & διὰ τριῶν στοῶν, per triplicem Porticum (ita superiorem Conchæ concamerationem appellare videntur Græculi) sacrum Bema, vel ipsum Altare illuminaretur, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, atque ita triplicem Concham confectam esse. Quasi vero antequam operi manum admovissent Architecti, totius ædis non fuisset delineata forma ac figura: quod diserte de Sophiana tradit Procopius, ubi de Anthemio Architecto: hunc enim condendæ ædis figuram delineasse ac designasse scribit τῷ γινομένῳ ἀρδιασκάζων ἐδάλματα. Ita passim nugas suas imperitis venditant nugigeruli ac recentiores Græci. Enimvero ab hac triplici Concha *Trichoram apsidem* dictam vult Salmasius, apud Paulinum: *Reliquiis Apostolorum & Martyrum intra apsidem trichoram sub Altari sacratis*. Sic enim legendum contendit, pro *trichora sub Altaria*; cui subscribo lubens, cum unicum fuerit Altare in Apside, seu Absida, atque adeo in tota æde sacra, quod & infra satis indicat. Nam constat *trichora* dicta fuisse ea triclinia, quæ tribus cameris, conchis, aut partibus constabant, cujusmodi fuit illud, de quo Spartianus in vita Pescennii; *Domus ejus hodie visitur in campo Jovis, quæ appellatur Pescennii, in qua simulachrum ejus in trichoro constituit*. Neque enim arridet ejusdem Salmasii conjectura, qui *trichorum*, fastigium domus interpretatus est. Nam hoc loco *trichorum*, est triclinium istius domus, tribus, ut dixi, cameris constans, cujusmodi sunt in antiquis Monasteriis Refectoria, quę inde *trichora* & *trichoria* appellantur. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Tricorum, vel Triclinium, Gereord-hus*. i. domus refectionis: qua notione *tricorium*, seu *trichorium*, usurpat Ordericus Vitalis lib. III. & VI. pag. 495. & 603. At Joannes de Janua *trichorium, domum trina convivantium sessione ordinatam* esse ait, quemadmodum solent Monachi in suis Refectoriis considere. Ugutioni vero dicitur *Trichorium, locus juxta ignem causa prandii, habens cameras, vel tres absidas. Octachorum* occurrit in inscriptione ad Fontem S. Theclæ, Mediolani a S. Ambrosio exarata, apud Gruter. MDCLXVI. 8. Ita porro Concha Sophiana efficta est, ut ultra Pilas, & qua parte parietes ad latera Bematis desinunt, sinuari incipiat in formam hemicylindri, seu ubi procurrere cessant Porticus in interiore æde: quod Paulinus de Templo S. Felicis agens, sic descripsit: *Totum vero extra Conchæ Basilicæ spatium, alto & lacunato culmine geminis utrinque Porticibus dilatatur*. Addit Procopius Conchæ Sophianæ imminere nescio quam structuram μιλωοειδῆ, seu bicornis lunæ instar sinuatam; quæ simul concinnitate admirationem, simul dubiæ compagis specie timorem parit, ut quæ neque videatur pendere tuto, & quamvis firmissime nitatur, periculum tamen ostentet ibi versantibus: ὑπερθέν τε μιλωοειδές τι αὐτῇ ἕτερον τοῖς φρουχίοις τῆς οἰκοδομίας ἐπῦρται, τῇ μὲν ἀφῖξιν θαυμάσιον, τῷ δὲ σφαλερῷ τῆς σωτηρίας δοκοῦντι φοβερὸν εἶναι ὅλως. δοκεῖ γάρ πη ἐκ τῶν βεβαίων ἐπῃωρῆσθαι, ἀλλ' ἐπικινδύνως τοῖς ἐνδαίδε δοι μετεωρίζεσθαι· καί τοι ἀφαρεύντως ἐν τῷ βεβαίῳ τῆς ἀσφαλείας ἱδρυκται. Atque illud est quod intelligit Agathias, dum ait Paulum Silentiarium ita ædis Sophianę Descriptionem adornasse, ut μιγάδη τε ἐξ ὑφώματα, καὶ ὅσα διάγραμμα χήματα, καὶ ὅσα κυκλικὰ καὶ ὅσα ἐκκριμῆ καὶ φροντιζόμενα, non omiserit. Id etiam attigit Gyllius, scribens *extare Templi extremitates, ultra octo Pilas projectas, in Sphæræ quartam partem recedentes, ex supera parte quiddam lunæ curvatæ in cornua simile præ se gerentes*. Denique supra hoc lunatum ædificium, adsurgit fornix alius excelsior usque ad caput immensi istius fornicis, cujus tergo incumbit mediæ ædis vertex, uti habet Silentiarius I. part. vers. CCLXVI. Intra Conchæ utriusque, ad mediæ latera, recessum, ait idem Procopius, columnæ a pavimento assurgunt, non recto quidem ordine, sed intus semicirculari forma dispositæ, ita ut sibi invicem tamquam in choro assurgentes, lunato ædificio subsint: τούτων δὲ δὴ ἐφ' ἑκάτερα κίονες ἐπ' ἐδάφους εἰσίν, αἱδὲ αὐτοὶ κατ' ἄλλο, ἴσως τις, ἀλλ' ἴσως οὐ χῆμα τὸ ἡμικύκλου ὥσπερ ἐν χώρῳ ἀλλοις ἀποζωσάμενοι. ἐξ αὐτῶν ὑπεράνω δὴ οἰκοδόμημα μιλωοειδὲς ἀποκρέμαται. Hanc Concharum partem columnis adornatam τὸ χιονῶδες videtur appellare Pachymeres lib. I. cap. XIX. Conchæ præterea appellatione non semel donant scriptores Baptisterium Lateranensis Ecclesiæ, quam *Conchæ Paragonicam*, interdum *Porphyream*, *Constantini* vocat Joannes Hocsemius in Engelberto a Marca Episcopo Leod. cap. XXXV. *Concham Porphyreticam*, Magnum Chronicon Belgicum pag. 160. *in qua*, ait idem Hocsemius, *intravit Constantinus Paganus, & ibi lotus fuit*: de quo Constantini Baptisterio agunt præterea Theophanes ann. XVIII. Constantini & Anastasius in vit. PP. pp. 14. 23. 28. E. R. Ab ejusmodi perinde structuræ forma dictum fuit Τείχογχον, Triclinium in Palatio Constantinopolitano, cujus mentio est in Chronico Alexandrino pag. 734. Edit. Reg. & apud Leonem Grammaticum pagg. 455. & 497. E. R. ut & aliud in eodem Palatio Triclinium, Ἑπτάκογχον nuncupatum a septem Conchis, quibus constabat, in quo habita legitur Collatio Catholicorum cum Severianis, Justiniano imperante, quæ habetur in Conciliorum Codice: quod videtur idem esse cum eo, quod *Hepta* nude dicitur apud Liberatum Diaconum cap. IX. Observandum denique ἱερὰν κόγχην appellari ab Evagrio ipsum Bema cancellis suis clausum. Ait enim Sophianæ ædis longitudinem a porta Templi Conchæ obversa, ad ipsam Concham, ἔνθα τὰ τῆς ἀναμάκτου καλλιρρεῖται θυσίας, pedum esse CXC. totius vero templi longitudinem esse pedum CCLX. Unde confici videretur longitudinem Bematis fuisse pedum LXX. reliquam fuisse in Nao & Pronao, vel, si mavis, Narthece, nisi in hisce mensuris recensendis Evagrii codicem mendo non carere constaret: tametsi ex ædis Ichnographia quam damus, mediam Concham longius recedere planum sit, quam quæ ad latera extant, continereque in recessu ad minimum pedes.... Quod porro ultra Concham procurrit spatium, ita describit Silentiarius parte I. CCXXXV.

Edit. Paris. pag. 45.

Τῷ δὲ μετ' ἰκδίχεται κρατεροῖς ἀραρυῖα διμήλοις
Εἰς βάσιν ἀδύγραμμος, ὑπερθε δὲ κύκλιος ἀντυξ,
Σχήμασιν ἀμφιφαὴς σφαίρης ἐναλίγκιος, ἀλλὰ κυλίνδρῳ
Ἀνδίχα τετμημένῃ.

Hanc, inquit, *majorem Concham excipit concame-*

ratio validis incumbens fundamentis, in ima quidem parte in rectas ducta lineas, superne vero in orbem composita: neque tamen circuli omnino, sed cylindri bifariam divisi figuræ similis.

LI.

ABSIDA.

JAm vero majorem Concham, quæ Græci scriptoribus nude κόγχη dicitur, Latini inferioris ætatis passim *Absidam* appellavere. Diserte enim Paulinus Epist. XII. Absidam cum Concha confundit. Nec abludit Valafridus Strabo lib. de Reb. Eccles. cap. VI. dum ait *Absidam* esse *exedram separatam a Templo*, & *Græce Cyclon vocari*: κύκλον enim, vel certe κύκλιον, appellatam esse Concham a Græcis, docemur ex Anonymo: ἀναδύων δὲ εἰσπορεύεσθαι ἐν τῷ ἰλύματι (f. ἁλίμματι) τῷ καλουμένῳ Κυκλίῳ, ὅπερ ἐστὶν ὑποκάτω βαθμίδων, τοῦτο Ἁγια ἁγίων προσηγόρευσεν. Neque alia appellatione quam ἀψίδος, Concham Ecclesiæ sanctæ Sophiæ Nicænæ donavit Gregorius Cæsarienfis Orat. in Nicænos Patres, ut Concham Novæ Ecclesiæ in Palatio a Basilio Macedone excitatæ, Photius in illius descriptione, hisce verbis: ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἀνεγειρομένη ἀψὶς τῇ μορφῇ τῆς Παρθένου περιαστράπτεται. *Fornix vero sacrario inædificatus, Virginis Deiparæ imagine coruscat.* Ædium quippe sacrarum Conchæ in fornicis, vel arcus, seu ἀψῖδα speciem superne effinguntur. Est enim ἀψὶς, in Gloss. Gr. Lat. *forfex*, *arcus*, *fornix*. Et apud Ælfricum in Gloss. Saxon. *Absida*, dicitur esse *Sineevualt cleofa*, id est, rotunda concameratio, vel Porticus. Hinc S. Hieronymus lib. II. in Epist. ad Ephesios, dixit, *in summo Cæli fornice*, &, *ut ipso verbo utar*, *apside*. Verum si res stricte accipiatur, aliud fuit *Concha*, aliud *Absida*. Nam *Absida* proprie est ipse semicirculus, ἡμίκυκλος, qui ab inferiori θυσιαστηρίου parte in altum assurgit, & in apsidem, seu arcum, aut semicirculum sinuatur: Concha vero, ipsius Apsidis pars interior in Conchæ speciem superne camerata curvata, & sinuata. Unde recte Paulinus Apsidem a Camera, interiori scilicet, distinguit: *Apsidem solo & parietibus marmoratam camera musivo illusa clarificat*. Et Cassianus Collat. XXIV. cap. VI. *Velut si quis apsidis cameram volens in sublime concludere. Apsidem* porro & *absidem* dici vulgo, idem annotat Paulinus. Si quando autem plura essent Altaria in Templo, aut æde sacra, unumquodque *Absidam* suam habebat. Leo Ost. lib. III. cap. XXVIII. *unicuique Altari sua absida*. Præcipua vero, *Mediana*, & *Major* eidem scriptori dicitur eodem cap. ut & lib. I. cap. 19. *In Basilica, Absida media, ad quam per octo gradus ascenditur*. Ubi observandum partem istam Templi sacratam editiorem esse, & ad eam per plures gradus perveniri: unde Βήματος nomen illi inditum non insulse opinantur viri docti, quidquid alii reclament. Quæ quidem sententia firmari præterea potest ex Evodio Usalensi lib. II. de Mirac. sancti Stephani cap. I. *ipsaque etiam per se gradus absidæ conscendens, universis eminus conspicienda astabat*. In confesso tamen esse debet, in plerisque scriptorum locis, in quibus Absidarum fit mentio, id vocabuli pro toto Bemate, id est, ea Templi parte, ubi τὰ ἅγια τῶν ἁγίων peragebantur, usurpari, quemadmodum κόγχῃ usurpant Græci. Panegyricus Berengarii lib. V.

Edit. Paris. pag. 46.

Talibus aræ adeunt gestis apsida sacratæ
Lumina terrarum.

Ita passim apud Gregorium Turon. lib. II. de Mirac. S. Martini cap. XLVII. Anastasium in vit. PP. pag. 13. 17. 32. 150. 160. 166. edit. Reg. Walterium Aurelian. Episcop. in Capitul. cap. 4. S. Athelmum de Laude virginit. apud Canisium pag. 826. Petrum Diacon. lib. IV. Chr. Casin. cap. III. Petrum Damian. lib. III. Epist. VIII. Candidum Monach. apud Brovverum in Annal. Fuld. p. 116. Auctorem Chronici Fontanell. cap. XIV. XVI. & aliquot alios. Sed ut plurimum *Absidam* dici a scriptoribus ipsam Concham, vel ipsam sacram Mensam, seu Altare constat: verbi gratia, cum in Absidis repositas Sanctorum Reliquias scribunt, quas sub Altaribus, & intra Altaria recondi solitas notum est, ut S. Augustinus Serm. XXXII. De diversis cap. III. Gregorius Turon. lib. X. Hist. cap. XXXI. lib. I. de Mirac. cap. LXIII. Anastasius in Gregor. IV. PP. p. 166. E. R. Paulinus Epist. XII. ad Severum, Evodius Usalensis lib. I. de Mirac. S. Steph. cap. III. Rodulfus Presbyter in vita Rabani Mauri n. XXVII. Auctor Chronici Fontanell. cap. II. Andr. Silvius in Chr. Marcian. &c. Cum igitur Absida nihil aliud sit quam fornix, seu arcus; non mirum si in cæteris ædificiis, etiam prophanis, vocem hanc usurpent scriptores, ut Anastasius in vitis Pontificum Rom. p. 127. 129. 162 E. R. Leo Ost. lib. III. c. II. & Petrus Diac. de Viris illustr. Casin. cap. XVIII. Denique *Exedram* vocat Absidam, seu Concham, Valafridus Strabo loco supra laudato: quia, ut auctor est Eusebius in Hist. Eccl. ædificia Templis adjuncta, & ab iis quodammodo separata, ἐξέδρας appellabant. Ejusmodi enim erant Conchæ, quæ etsi ædium sacrarum non modo pars, sed etiam sacratior, essent, extra ipsas tamen procurrebant, & ab iis quodammodo secludebantur: *Exedra*, inquit, *est Absidæ quædam separata modicum a templo, vel Palatio, & dicta inde, quod extra hæreat*: quasi vocis istius etymon a Græcis non esset arcessendum. Per *Exedram* igitur, *Absida*, seu *Concha*, intelligi videtur apud sanctum Augustinum in Gestis cum Emerito Donatistarum Episcopo: *Cum Deuterius Episcopus Metropolitanus Cæsarienfis una cum — Episcopis in Exedram processisset, — scilicet Ecclesiæ majoris Cæsariæ*, &c.

LII.

FENESTRÆ CONCHÆ.

SEd nondum plane sum assecutus, cur Isidorus lib. V. Orig. cap. VIII. *Absidam* dictam scribat, *eo quod lumine recepto per arcum resplendeat*: a quo hausit quæ habet in eandem sententiam idem Valafridus Strabo: *Absida*, inquit, *Græce*, *Latine lucida dicitur*, *quia lumen acceptum per arcum intromittit*. Neque enim commune aliquid habet *Absida* cum lumine; nisi forte eam Conchæ partem superiorem, per quam lux intromittitur, Absidam dictam proprio vocabulo censuerint, quæ ipsa scilicet Conchæ Apsis circinatur, & in conchæ speciem interius sinuatur & effingitur. Observat enim Silentiarius superiorem Conchæ partem in dorsa dispertitam, quinquefariam separata ac divisa lucis receptacula, levioribus vitris operta, continere. Ita ille part. I. vers. CCLXXXV. ubi de Concha.

——— διαττμηθεῖσα δὲ νώτοις
Πίνακας μοιρηφίντα δοχήϊα φωτὸς ἀτοίγει,
Λεπταλέοις ὑάλοις κεκαλυμμένα, τῇ δχὲ μέσσης
Φαιδρὸν ἀπαστράπτουσα φαεσφόρος ἔρχεται ἠώς

Dorsis autem dispertita, quinquefariam separata ac divisa lucis receptacula aperit, levioribus vitris operta, per quorum medium belle coruscans ingreditur aurora. De fenestris Absidarum agit Anastasius in Leone III. PP. *Simul & fenestras de Absida ex vitro diversis coloribus conclusit, atque decoravit*. Et Paulinus Nat. IX.

——— *Et aperta per Arcus*

Lucida frons biſores perfunderet intima largo
Lumine, conſpicui ad faciem converſa ſepulchri,
Quo tegitur poſito ſopitus corpore Martyr.

Vitrearum porro feneſtrarum, quæ vitro in tenues laminas fuſo obductæ erant, meminiſſe Hieronymum, pridem obſervarunt viri docti. Leo Oſtienſis lib. III. cap. XXIX. & XXXII, *Feneſtras—plumbo ſimul ac vitro compactis tabulis ferroque connexis incluſit.* Harum uſum ſerius ad Britannos tranſiiſſe tradit Beda lib. I. de Wiremuthenſi Monaſterio, ſeu in Vita S. Benedicti Biſcopi cap. V.

Edit. Pariſ. pag. 47.

LIII.

MENSA SANCTA.

IN media ac majori Concha erat ἁγία τράπεζα, ſeu ſancta Menſa. Epiphanius Hagiopolita de Locis SS. πρὸς ἀνατολὰς δὲ τῆς χιόνων ὡς ἀπὸ βήματος ὀλίγον ἐστὶ κόγχη, ἐν ἧ ἐστὶ τράπεζα, ἔνθα λειτουργεῖ ὁ Πατριάρχης. *Ad orientem columnarum, poſt quoddam intervallum, eſt Concha, & ſtat menſa in qua Sacra operatur Sacerdos.* Sic autem appellabant Græci Altare præcipuum, ſuper quo τὰ ἅγια fiebant, ſeu Chriſti Corpus conficiebatur: Latini *ſanctam Menſam* vocant. Nicolaus I. Papa Epiſt. II. *Altare ſanctum in quo Deo Omnipotenti ſacrificiorum vota perſolvimus, lapis eſt naturaliter communis, — quia vero ſacratum eſt Dei adjutorio, & benedictionem ſuſcepit, Menſa ſancta efficitur.* Amalarius Fortunatus lib. III. de Eccleſ. Offic. cap. XXI. ita dictam cenſet, *quod ſit Menſa Domini, in qua convivabatur cum Diſcipulis.* Cui ſuccinit Germanus Patr. CP. ἡ ἁγία τράπεζά ἐστιν ἀντὶ τοῦ τραπέζης τοῦ Χριστοῦ, σὼ τοῖς μύσαις. *Sacra Menſa vice eſt menſæ Chriſti cum ſuis diſcipulis.* Ait præterea ſacram Menſam ſepulchrum Chriſti repræſentare: ἡ ἁγία τράπεζά ἐστιν ἀντὶ τοῦ τόπου τῆς ταφῆς, ἐν ᾗ ἐτέθη ὁ Χριστὸς, ἐν ᾗ πρόκειται ὁ ἀληθινὸς καὶ ἄφθαρτος ἄρτος, ἡ μυστικὴ καὶ αἱματος θυσία. *Sacra Menſa vice eſt loci ſepulchri in quo poſitus eſt Chriſtus, in quo proſtat verus ac cæleſtis panis, myſticum & incruentum ſacrificium.* Et certe Menſam veteribus dici ſepulchrum, vel quod poſteriores *Tumbam* appellavere, docet vetus Inſcriptio, quæ extat Mediolani in Monaſterio S. Ambroſii: MM. MINICIÆ. RVFINÆ, QVÆ. VIXIT. ANNIS. XXII. MENSE. VNO. DIEBVS. XXIV. MINICIA. DOMICIA. SORORI. POSVIT. MENSAM. CONTRA. VOTVM. Alia Brixiæ, ad S. Fauſtinum: ATTIO. PROCVLO. LECTORI. FILIO. DVLCISSIMO. QVI. VIXIT. ANN. XVIII. M. VIII. FABIA. SECVNDA. CONTRA. VOTVM. MENSAM. POSVIT. B. M. Alia ſuggerimus in Gloſſario nuper edito. Denique *Menſæ* nomine priſcis Chriſtianis videtur nuncupatus locus, in quo ſancti Martyres quodammodo immolabantur, dum vitam pro Chriſto effundebant, quemadmodum Chriſtus ipſe in ſacra Menſa a Sacerdotibus, in ſacroſanctis Miſſarum Liturgiis, quotidie immolatur. Qua quidem ſignificatione, Carthagine *Menſa Cypriani* appellabatur locus, ubi *martyrium conſummavit* ſanctus Cyprianus, & ubi poſtmodum in memoriam Menſa erecta eſt, *non*, inquit S. Auguſtinus Serm. CXIII. de Diverſis, cap. II. *quia ibi eſt unquam Cyprianus epulatus, ſed quia ibi eſt immolatus.* Extant ſermones aliquot ejuſdem Auguſtini ad hanc Menſam habiti, cujus idem præterea meminit Enarrat. in Pſalm. XXXVIII. & LXXX. & Serm. CCXXXVII. de Tempore. Narrat Sozomenus lib. IX. cap. I. & ex eo Nicephorus Call. lib. XIV. cap. II. Pulcheriam Auguſtam, Theodoſii Junioris ſororem, ſacram Menſam Majori Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ſeu ædi Sophianæ Conſtantianæ, auro, & lapidibus pretioſis inſignem & divitem obtuliſſe, & inſcriptionem in rei memoriam poſuiſſe: ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθων τιμίων θαυμάσιόν τι χρῆμα διακόσμου κατεσκεύασεν, ὑπὲρ τῆς ἰδίας παρθενίας, καὶ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ ἡγεμονίας, ἱερὰν ἀνέθετο τράπεζαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ΚΠ. καὶ

A ἐπὶ τῷ μετώπῳ τῆς τραπέζης, αἳ εἰσὶ πᾶσιν ἔκδηλαι καὶ τὰ δὲ ἐπίγραμμα. *Ex auro & lapidibus pretioſis quoddam donarium, operum quæ ſpectantur longe pulcherrimum, ſacram Menſam in Eccleſia Conſtantinopolitana pro virginitate ſua, & pro fratris imperio dedicavit: & in fronte ipſius menſæ, ut cunctis conſpicua eſſent, hæc eadem inſcripſit.* Neque minori magnificentia, aut parciori ſumptu, ſacram aliam Menſam in nova æde Sophiana erexit Juſtinianus, ut quæ tota auro & lapidum pretioſorum fulgore coruſcabat. Silentiarius part. II. verſ. CCCXXXVII.

B —— ἀφραστῳ δὲ λίθων ποικίλματι αὐγῇ.

Sed & mirabili & inuſitato opere, & inaudita hactenus materia confecta erat. Conſtabat enim, ſi ſcriptoribus Græcis fides, auro, argento, cryſtallo, cæteriſque metallis pretioſioribus, præterea margaritis, & omnis generis lapillis comminutis, ſimulque permiſtis, conflatis & liquefactis. Codinus: Τῶν τε ἁγίαν τράπεζαν, φοινικαλεσάμενος τεχνίτας, ἐβουλήσατο βαλεῖν χρυσὸν καὶ ἄργυρον, λίθους τε τιμίους ἐκ πάντων, μαργαρίτας, χαλκοῦν, σίδηρον, μόλυβδον, ὕαλον, καὶ πᾶσαν ὕλην τετριμμένην, καὶ καταμίξαντες ἀμφότερα, καὶ χωνεύσαντες, ἔχωσαν ἀββάκιον· *Sacræ vero menſæ accitis opificibus jubebat imponi aurum & argentum, lapideſque admodum pretioſos, margaritas, ærea numiſmata, ferrum, plumbum, cryſtallum, & omnem materiam comminutam: hæc diverſo modo permiſcentes, & in fornacem conjicientes, abacum fuderunt.* Eadem iiſdem pene verbis habet Anonymus, hæcque ſubdit: Τίς γὰρ διάσηται τὸ εἶδος τῆς ἁγίας τραπέζης, ἢ οὐκ ἐκπλαγῇ; ἢ τις δυνήσεται κατανοῆσαι ταύτην, διὰ τὸ πολλὰς χροιὰς καὶ ποικιλότητας ἐναλλάσσειν, ὡς τὸ ταύτης εἶδος ὁράσθαι ποτὲ μὲν χρυσίζον, ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ ἀργυρίζον, ὡς ἄλλο δὲ μέρος σαπφειρίζον ἐξαστράπτον, καὶ ἁπλῶς ἑκάστην ἀποτίλλειν χροιὰς κατὰ τὰς φύσεις τῶν λίθων, καὶ μαργαρίτης, καὶ πάντων τῶν μεταλλων· *Quem enim ipſa ſe oculis ingerens ſacræ menſæ ſpecies in ſtuporem non agat? quiſve mente aſſequi poſſit, quod longe plurimos alios ex aliis colores ac micatus mutet? ita ſcilicet, ut ejus quandoque ſpecies auro rutila videatur, alias argenti candore nitere, modo ſapphyrinum fulgorem radiare, atque ut verbo dicam, duos ſupra octoginta colores pro ſpecierum varietate, lapillorum, unionum, cunctorumque metallorum, evibrare.* Nec diſſentit Nicetas in Murtzuphlo cap. III. qui de ſacræ Menſæ Juſtinianeæ materia hæc ſcribit: Ἡ μὲν ὕλη τράπεζα, τὸ ἐκ πασῶν τιμίων ὑλῶν σωθὲν σωρευθὲν συμπεφυρμένων τυχὸν δὲ διειλημμένων ἀλλήλαις εἰς ἑνὸς ποικιλοχρόου κάλλους ὑπερβολὴν ἐξαισίαν τῷ ὄντι, καὶ ἀξιαγάστου παρ' ἅπασιν ἀνθρώποις, &c. *Nam ſacra Menſa ex omnis generis pretioſis materiis conflata, in excellentis pulchritudinis varietatem, omnibus gentibus admirabilem in fruſta eſt diſſecta*, &c. Præ cæteris vero ſacram hanc Menſam graphice deſcripſit Cedrenus, & inſcriptionem, quam in orbe poſuit Juſtinianus, exhibuit: Τότε ποιεῖ καὶ τὴν ἁγίαν Τράπεζαν, ἔργον ἀμίμητον. ἀπό τε γὰρ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ λίθων παντοίων, καὶ ξύλων, καὶ μετάλλων, ἔκ τε ἄλλων, ὅσα τε γῆ φέρει, καὶ θάλασσα, καὶ πᾶς ὁ κόσμος, ἐκ πάντων συνάξας τὰ μὲν κρείττονα καὶ τιμιώτερα πλείονα, τὰ δὲ ἐλάττω ἐνδεέστερα, τὰ τηκτὰ τήξας, τὰ ξυρὰ ἐτίβαλεν, καὶ ἕτως εἰς τύπον ἐπιχίας, ἀνεπλήρωσεν αὐτήν. ὅθεν καὶ ποικίλη φαινομένη, θάμβος παρέχει τοῖς εἰς αὐτὴν ἀτενίζουσιν, ἐπιγράψας γύρωθεν ταῦτα. ΤΑ. ΣΑ. ΕΚ. ΤΩΝ. ΣΩΝ. ΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝ. ΟΙ. ΔΟΤΛΟΙ. ΣΟΥ. ΧΡΙΣΤΕ. ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ. ΚΑΙ. ΘΕΟΔΩΡΑ. Α. ΕΥΜΕΝΩΣ. ΠΡΟΣΔΕΞΑΙ. ΤΙΕ. ΚΑΙ. ΛΟΓΕ. ΤΟΥ. ΘΕΟΥ. Ο. ΣΑΡΚΩΘΕΙΣ. ΚΑΙ. ΣΤΑΥΡΩΘΕΙΣ. ΥΠΕΡ. ΗΜΩΝ. ΚΑΙ. ΗΜΑΣ. ΕΝ. ΤΗ. ΟΡΘΟΔΟΞΩ. ΠΙΣΤΕΙ. ΣΟΥ. ΔΙΑΤΗΡΙΣΟΝ. ΚΑΙ. ΤΗΝ. ΠΟΛΙΤΕΙΑΝ. ΗΝ. ΗΜΗΝ. ΕΠΙΣΤΕΥΣΑΣ. ΕΙΣ. ΤΗΝ. ΙΔΙΑΝ. ΣΟΥ, ΔΟΞΑΝ. ΑΥΞΗΣΟΝ, ΚΑΙ. ΦΥΛΑΞΟΝ. ΠΡΕΣΒΕΙΑΙΣ. ΤΗΣ. ΑΓΙΑΣ. ΘΕΟΤΟΚΟΥ. ΚΑΙ. ΑΕΙΠΑΡΘΕΝΟΥ.

C

pag. 48.

D

E

ΜΑΡΙΑΣ. *Sacram quoque Menſam tum fecit, opus imitatione nulla æquandum. Conſtabat auro, argento, omnis generis lapidibus, lignis, metallis, omnibuſque rebus quas terra fert, & mare, & totus mundus. Ex omni materia pretioſiora plura, viliora pauciora collegerat: liquatiſque iis quæ fluunt, ſicca illis immiſerat, ſicque in formulam fundens abſolverat. Itaque varium illud opus contuentibus ſtuporem injiciebat. In orbem hac habuit inſcriptionem:* TVA DE TVIS TIBI OFFERIMVS SERVI TVI, CHRISTE, JVSTINIANVS ET THEODORA: EA TV PROPITIVS ACCIPE, FILI DEI VERBVM, QVI NOSTRI CAVSA CARNEM ASSVMPSISTI, ET CRVCI AFFIXVS FVISTI: AC NOS IN RECTA TVI FIDE CONSERVA: ET QVAM NOBIS COMMISISTI REMPVBLICAM, EAM AD TVAM GLORIAM AVGE AC TVERE, INTERCEDENTE SANCTA DEIPARA VIRGINE MARIA. Denique ſacræ Sophianæ Menſæ materiam electrinam quodammodo fuiſſe docent Gloſſ. MSS. quæ aſſervantur in Biblioth. Regia, codd. DCCCCXXX. MDCXXXVIII. & MMLXII. Ἠλεκτρον, χάλκωμα καθαρόν, ἢ ἀλλότυπον χρυσίον μεμιγμένον ὑέλῳ ἐ λίθοις, οἷας ὧ κατασκδῶς ἡ τῆς ἁγίας Σοφίας τράπεζα. Neque ſacra dumtaxat ędis Sophianę menſa ex liquatis vel contuſis pretioſis ejuſmodi materiis conſtitit, ſed etiam ea, quam in Nova aſe condita in Palatio Eccleſia ſtatuit Baſilius Macedo, ut auctor eſt in illius Vita Conſtantinus Porphyrogenitus cap. LV. Καὶ αὐταὶ αἱ ἱεραὶ τράπεζαι ἐξ ἀργύρου πάντα περιεχυμένου ἔχοντος τὸν χρυσόν, καὶ λίθοις τιμίοις ἐκ μαργαρίτῶν ἠμφισμένοις πολυτελῶν τῷ σύμπηξιν καὶ σύσασιν ἐχέσιν. *Et ipſæ ſacræ menſæ, omnia ex argento cui ſuperfuſum eſt aurum, & lapidibus pretioſis, margaritis ſuperpoſitis, ampliſſimi pretii compactionem & conſtructionem habent.* Et Photius in deſcriptione ejuſdem Templi, menſam illius ſacram, ſeu θείαν τράπεζαν, χρυσῆ τι θαυμασιώτερον σωμάτημα, *ſacram menſam, auro mirabiliorem compoſitionem*, vocat. Theophanes Cerameus Orat. LV. de æde S. Petri in Palatio: Ἡ δὲ θεία τράπεζα ταῖς ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ μαρμαρυγαῖς ἀναστράπτουσα καταπλήττει θεατήν. *Divina ſedenim menſa auri argentique ſplendore fulgurans ſpectatorem attonitum tenet.* Sed ſacra hæc menſa primum a Juſtiniano confecta caſu Hemiſphærii qui anno XXXII. ejuſdem Juſtiniani accidit, contrita & comminuta eſt, ut Cedrenus, Zonaras, & alii tradunt. Unde conjicere eſt aliam ejuſdem materiæ & operis confectam ab ipſo Juſtiniano, qui eandem, quam in priori, inſcriptionem poſuit, ſiquidem in ſecunda ſacræ Menſæ inſcriptione Theodoræ mentio facta ſit, quæ ante caſum Hemiſphęrii obierat. Menſam hanc poſtmodum direptam, & in partes confractam a Francis, qui Conſtantinopolim expugnarunt anno MCCIV. tradit Nicetas loco citato: Ἡ μὲν οὖν θυωρὸς τράπεζα —— κατεμαχίδη καὶ διεμερίδη τοῖς σκυλδυταῖς, ὥσπερ καὶ πλοῦτος ἅπας ὁ ἱερὸς ὁ τοσοῦτος τὸ πλῆθος, καὶ τῷ ἀγλαΐᾳ ἀπείρατος. *Sacra vero menſa — in fruſta eſt diſſecta, & inter milites diſtributa, ut & omnes ſacræ opes tam immenſæ, & infiniti ſplendoris.*

Edit. Pariſ. pag. 49.

LIV.

GRADUS SACRÆ MENSÆ.

SAcra porro Menſa Sophiana altius educta erat, & ad eam gradibus aliquot perveniebatur. Codinus ex Bibliotheca Regia: Ἐποίησεν Ἰουστινιανὸς ὁλόχρυσον, καὶ τῷ σκάλαι εἰς κύκλῳ, ὅπου ἵστανται οἱ ἱερεῖς εἰς τὸ ἀναβαίνειν τῷ ἱερὰν τράπεζαν. Ubi Goarus obſervat σκάλας, Græcis hodiernis gradus appellari. Hinc Symeon de Templo: καὶ ὑπερμέγεθες δὲ καὶ λαμπρότατον (θυσιαστήριον) ὡς ὄρος Θεοῦ.

LV.

COLUMNÆ SACRÆ MENSÆ.

NEque gradibus dumtaxat excelſior erat ſacra Menſa Juſtinianea, ſed & aureis columnis innixa & ſuſtentata, fundamento perinde aureo incumbebat. Silentiarius part. II. verſ. CCCXXXV.

Κίοσι δὲ χρυσέαις ἱερῆς πάγχρυσα τραπέζης
Νῶτα κατηρείσαντο, καὶ χρυσέων τε διμήλων
Ἴσανται, ἀφενῶν τε λίθων ποικίλλεται αἴγλη.

Columnis vero aureis ſacræ Menſæ ex auro omnino conflata terga ſuſtentantur, aureiſque perinde fundamentis incumbit illa, & pretioſorum lapidum fulgore variegatur. Anonymus: ὑποκάτωθεν δὲ ταύτης ἕστησε κίονας, καὶ αὐτοὺς ὁλοχρύσους καὶ λίθων πολυτελῶν. Has altarium columnas ut plurimum amplexari ſolebant, qui confugiebant in ædes ſacras, veluti ad aſylum. Theophanes de Papa Vigilio p. 191. Ὁ δὲ φοβηθεὶς τὸν ὀργὴν τοῦ Βασιλέως, τῷ θυσιαστηρίῳ Σεργίου τοῦ Μάρτυρος μονῆς τῆς Ὁρμίσδου προσέφυγε, καὶ λαβόμενος κατέσχε τοὺς βαστάζοντας τὸ θυσιαστήριον κίονας καὶ τούτους κατέσεισεν, βαρὺς ὢν, καὶ μέγας τῷ σώματι. *Ille Imperatoris iram veritus, ad altare Monaſterii S. Sergii Martyris, quod in Hormiſdæ Palatio erectum eſt, confugit; a quo vi revulſus, apprehenſas altaris ſuffulcientes columnas, ut qui gravis erat & corpore validus, ſecum traxit, & everſit.* Vigilius ipſe in Epiſt. encyclica: *Cum a ſancto ejus altare tracti pedibus traberemur columnas tenuimus, & ſuper nos etiam ipſa Menſa ceciderat, niſi Clericorum noſtrorum fuiſſet manibus ſuſtentata.* Epiſtola Clericorum Italiæ tom. I. Concil. de eodem Vigilio, *Qui viſo, ſanctus Papa columnas altaris complexus eſt.* Theophanes pag. 318. E. R. Εὗρεν τὸν Τιβέριον κρατοῦντα τῇ μιᾷ χειρὶ τὸ κιονάκιον τῆς ἁγίας τραπέζης τὸ θυσιαστηρίου τῆς ἁγίας Θεομήτορος. *Invenit Tiberium una manu ſanctæ Menſæ columellam ſanctuarii Deiparæ complexum.* Et Gregoras: Οἱ δὲ ἠγκαλίζοντο τῷ τε θείαν τράπεζαν, καὶ τὸν ὑπὸ ταύτῳ κιονίσκον. *Hi vero ſacram Menſam, & ejus columellam complexi ſunt.* Ubi unica columna altare interdum ſuſtentatum videtur indicare Gregoras: neque abs re, cum obſervare liceat, ex Euchologio potiſſimum, apud Græcos altaria, ut plurimum lapidea, quandoque quatuor in angulis, columnis, ſępe etiam unica ac media innixa, ita ut omnia ſub iis aperta omnibus ſint, atque obvia; aliquando ſolida baſi, vel lapidea, vel lateritia, vel cæmentitia ſuffulta. Vide Aimoinum lib. II. Hiſtor. Franc. cap. XXXII. & Anaſtaſium in Leone III. pag. 126. E. R.

LVI.

MARE.

ADdit denique Anonymus, ut & Codinus, ſacræ Menſæ Sophianæ *Mare* lapillis, & multo auro fuiſſe exornatum: τῷ τι θάλασσαν τῆς ἁγίας τραπέζης ἐξ ἀτιμήτων λίθων πεποίηκε, κατεχρύσωσεν αὐτῷ. Meminit etiam iſtius ſacræ Menſæ loci Euchologium Gr. pag. 499. ubi de Officio Magni & Angelici habitus: Ἀφ' ἑσπέρας εἰσφέρονται τὰ ἱμάτια τοῦ μέλλοντος λαβεῖν τὸ ἅγιον χῆμα, ἐν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ· καὶ ἀποτίθενται ἐν τῷ θαλασσιδίῳ τῆς ἁγίας τραπέζης· *Veſpera præcedente ſanctum habitum ſuſcepturi veſtimentum ad ſanctum altare aſportantur, & in ſanctæ menſæ mari reponuntur.* Quo loco Goarus θάλασσαν, & θαλασσίδιον, *cavum Menſæ receſſum* interpretatur, appoſiteque ita dictum obſervat ad inſtar θαλάσσης, ſeu aquarum receptaculi, quod circa altaria ad abluendas victimas apud Judæos extrui ſolebat, ut eſt III. Reg. cap. XVIII. & II. Paralip. cap. 4. verſ. VI. de quo Villalpandus tom. II. part. II. cap. XXXIV. Paulinus Nat. IX.

Namque tenes etiam magna Salomonis in æde
Quam

Quam fuerit decori ſiccum Mare : quod ſapiens Rex
Ære fudit ſolido, & tauris ſuſpendit abenis.

Videtur autem pars illa ſacræ Menſæ θεμείλων vocabulo deſignari a Silentiario, ſeu fundamentorum, quæ aurea perinde fuiſſe ſcribit :

—— κ᾽ χρυσίων τε θεμείλων
Ισαται.

LVII.

CIBORIUM.

SACRÆ Menſæ imminebat *Ciborium* : ità autem appellabant umbraculum quoddam altius eductum, quo univerſa Menſa ſacra tegebatur. De nominis ratione non omnino conſtat. Notum eſt ex Athenæo & Heſychio, κιβώριον eſſe apud Ægyptios genus poculi. Porphyrio ad illud Oratii lib. II. Od. VII.

Obliviofo levia Maſſico ciboria exple,

Ciborium ait eſſe *poculi genus, in modum foliorum colocaſiorum factum*. Ex quibus videtur Ciborium ita appellatum fuiſſe, quod ſuperne clauderetur in modum ejuſmodi poculorum, quorum opercula in formam acutiorem deſinunt; nam ea fuit Ciboriorum forma. Alii a κίβω, vel κιβωτὸς deducunt, quæ voces Græcis arcam ſonant : & ita Germanus Ciborium non ſemel vocat. At cæteri κιβωρίε voce ut plurimum utuntur : Chronicon Alexandr. pag. 892. E. R. τὰ κιβώρια καὶ ἄλλα κειμήλια ἀφήλοντο. Κιβώριον habet etiam Theophanes an. XXXII. Juſtiniani, Quatuor potiſſimum columnis, quæ ad ſacræ Menſæ, uti vocant, cornua exurgebant a pavimento, totum Ciborii opus inſiſtebat : ita ut, inquit Germanus Patriarcha CP. quod intra eum ambitum includitur ſacrum ſpatium, & Ciborio deſuper veluti Cælo operitur & contegitur, illud ſit, de quo Propheta dixit, *operatus eſt ſalutem in medio terræ Deus* : οἱ ἅγιοι πατέρες ὡς οὐρανὸν μὲν τὸ ἐπάνωθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ὁρόφιον ἀπαρτίζουσιν, ὡς ὅλῳ δὲ γῷ ὁρίζονται τὸ ὑπὸ τεσσάρων κιόνων τὸ εἰρημένον κιβωρίῳ συγκλειόμενον, ἢ περιγραφόμενον ἱερὸν ἔδαφος, ἐν ᾧ πληροῦται καθ᾽ ὁ Προφητικὸς λόγος, ὁ λέγων, Εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς ὁ Θεός. Pulchre autem & eleganter deſcribitur Ciborium Sophianum a Silentiario part. II. verſ. CCCIII.

Χρυσείης δ᾽ ἐφύπερθε παναχράντοιο τραπέζης
Ἀσσιτος ἀμφικάλυβον εἰς ὕψος πύργος ἀείρει
Τετραπόροις ἀψῖσιν ἐπ᾽ ἀργυρέῃσι βεβηκώς.
Κίοσι δ᾽ ἀργυρέοισιν ἀείρεται, ὧν ἐπὶ κόρυμβα
Ἀργυρέους ἵδρυσε πόδας τετράζυγος ἀψίς.

At ſupra incontaminatam menſam vaſtum in aerem immenſa turris exurgit : quadrifidis vero argenteis arcubus incumbens, argenteis perinde columnis attollitur, in quarum vertice argenteos pedes ſtatuit arcus quadruplex. Quatuor igitur columnis, iiſque argenteis & ingentibus, quibus ex eodem metallo quatuor innitebantur arcus, totum incumbebat Ciborii opus. Arcuum autem Ciborii non ſemel meminit Anaſtaſius. In Leone III. *Fecit & in circuitu Altaris ubi ſupra, alia vela alba holoſerica roſata, quæ pendent in arcu de Ciboria numero quatuor*. De columnis vero Ciborii argenteis egit Anonymus : ἔστησε δὲ κίονας δύμεγίθεις, αὐτὸς ἀργυροχρύσους, σὺν τῷ κιβωρίῳ καὶ τῷ κρείνων. Anaſtaſius in S. Gregorio I. PP. *Hic fecit B. Petro Apoſtolo Ciborium cum columnis ſuis quatuor ex argento puro*. Idem in Leone III. *Fecit in Baſilica B. Pauli Apoſtoli Ciborium cum columnis ſuis miræ magnitudinis & pulchritudinis decoratum ex argento puriſſimo, &c.* Ibidem : *Fecit in Baſilica B. Petri Apoſtoli ſuper Altare majus Ciborium cum columnis ſuis quatuor ex argento puriſſimo deaurato, cum diverſis Hiſtoriis miræ magnitudinis mirifice decoratum, quod penſat libr.* MMDCCIV. Ciborium ipſum, quod ἀργυρόγκυσον fuiſſe perinde prodit idem Anonymus, cujuſmodi paſſim deſcribuntur Ciboria apud eundem Anaſtaſium, in immenſum, veluti turris, attollebatur, quæ ſenſim in acutum verticem deſinebat, pini fere inſtar, niſi quod in ima ſui parte octilatera, ſeu in octo latera diviſa erat, quæ ſurſum ſeſe efferentia, trigoni ſupera parte longioris, ſingula ſpeciem efficiebant. Sed præſtat ipſum audire Silentiarium :

Τῷδι δ᾽ ἀψίδων ἀνατείνεται οἷά τε κώνῳ
Εἴκελον, ἀλλ᾽ οὐ πάμπαν ὁμοῖον. οὐ γὰρ ἐλίσσει
Νηόθεν ἀκρώκλοιο περίτροχον ἄντυγα πίζης.
Ἀλλά τις ὀκτάπλευρος ἔφυ βάσις, ἐκ δὲ χιλάδην
Εὐρυτέρης κ᾽ βαιὸν ἐς ὀξὺ κόρυμβον ἀνίπτει.
Ὠκτὼ δ᾽ ἀργυρέας ταναὸν πλάκας, ἁρμονίης δὲ
Ζώννυμένης δολιχὴ ῥάχις, ἵσαται, αἱ δὲ τριγώνοις
Εἴδομέναι μίχθησι πόροις ὀκτάζυγος οἶμος
Εἰς ἓν ἀγειρομένης κορυφῆς σημήϊον ἄκρης.

Supra arcus protenditur velut coni figura, non tamen ei omnino ſimilis : neque enim in imo teretem rotundæ marginis curvaturam circumvolvit, ſed enaſcitur quædam octo lateribus conſtans baſis, quæ ex latiore ambitu ſenſim in acutum faſtigium ſeſe exporrigit. Octo vero argenteas tabulas expandit ; & quæ illæ invicem cohærent, longior ſpina enaſcitur : hæ trigonis ſimiles octijugis ſemitæ meatus miſcent, in unum coeuntes ſummi apicis ſignum. Ita autem ſacræ Menſæ imminebat Ciborium, ut totam illam, veluti Cælum, contegeret, inquit Germanus Patr. CP. καὶ ὡς οὐρανὸν μὲν τὸ ἐπάνωθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ὁρόφιον ἀπαρτίζουσιν. Unde Cælo ſacrarium confert S. Maximus in Myſtagogia cap. III. Photius in Deſcript. Novæ Eccleſiæ : καὶ αὐτὸς ὁ κογχοειδὴς, καὶ τῇ θείᾳ τραπέζῃ ἐπικείμενος σὺν τοῖς ὑπερηδοσι κυλίσκοις, καὶ ὑπορόφοις ὄροφος, *ipſumque coni figura divinæque menſæ imminens umbraculum*. Neque aliter deſcribitur Ciborium a Paulino lib. II. Epigr. II.

Divinum veneranda tegunt Altaria fœdus,
Compoſitiſque Sacra cum Cruce Martyribus.

Ubi alludit ad Arcam Teſtamenti, cujus adinſtar Ciborium adinvenere Chriſtiani, ut quemadmodum divinas Tabulas, & veteris Legis fœdera includebat & operiebat Arca, ita novæ Legis Sacramenta ac myſteria illud contegeret & includeret : quod & obſervatur a Germano Patr. CP. ubi de Ciborio : ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὸν κιβωτὸν τῆς Διαθήκης Κυρίου, ἐν ᾗ λέγεται, Ἁγια ἁγίων, ἃ ἁγίασμα αὐτῷ, ἐν ᾗ φορσίταξιν ὁ Θεὸς γενέσθαι δύο χερουβὶμ ἑκατέρωθεν τοῦ ἱλαστηρίου. Atque inde Ciboria ſuper Altaria poſita legimus. Anaſtaſius in S. Symmacho PP. *Ubi & ſuper Altare Ciburium argenteum fecit, penſant. lib.* CXX. In Leone III. pag. 132. *Fecit — ſuper Altare majus Ciborium ex argento puriſſimo, penſ. lib.* CCXII. Infra : *Ubi & obtulit Ciborium ſuper Altare cum columnis ſuis*. Ibidem : *Ciborium vero quod exinde abſtulit, poſuit ſuper Altare*. Chronicon S. Trudonis lib. I. *Altare — auro argentoque imaginatum, cum Ciborio deſuper*. Leo Oſt. lib. I. cap. XX. *Super Altare autem S. Benedicti argenteum Ciborium poſuit, illudque auro & ſmaltis ſimul exornans*. Denique Flodoardus lib. IV. Hiſt. Rem. cap. XIX *Ciborium quoque ſuper Altare S. Mariæ argento aggreſſus eſt operire*. Cum igitur Ciborium, totum Altare operiret, eique quodammodo immineret, ideo καλύπτρα vocabulo donatur Sophianum a Silentiario part. II. verſ. CCCXLIV. ubi de velis agit, quæ ad quatuor Ciborii latera appendebantur :

Τέτρασι δ᾽ ἀργυρέοις ἐπὶ πλευρῇσι καλύπτρας
Ὀρθὸν ἐπιστάσαντες, ἀτειρέϊ δείξατε δήμῳ
Χρυσὸν ἅλις, καὶ φαιδρὰ σοφῆς δαιδάλματα τέχνης.

In quatuor vero argenteis lateribus tegminis directe explicantes, numeroſæ plebi oſtendite auri copiam, & elegantia exquiſitæ artis opera. Certe a Theodoro Studita, Ciborium ædis S. Joannis Bapt. carmine, quod εἰς τὸ Κιβώριον τοῦ ἁγίου Προδρόμου conſcripſit, καλύπτρας nomine indigitatur.

Θείας τραπέζης συγκαλύπτραν μι βλέπων,
Χερουβικὴν νόμιζε ταξιαρχίαν.
Χερσὸν γὰρ ἔνδον μιμαγωγεῖται νόῃ,
Τὸν μὲν ἄνω τι διατρέπω, καὶ τὸν κάτω.

Neque aliis ferme verbis Ciborium designavit Symeon Thessal. lib. de Templo, illud vocans τὸ ὑπεράνιον περὶ τὸν Θεῖον σκηνὸν, ἔνθα οἱ ἀπ' ἀγγέλων δῆμοι, καὶ ἀπ' ἁγίων ἡ κατάπαυσις. Ex quibus tandem docemur, cur Ciborium *Tegimen* & *Umbraculum* appelletur in Ordine Romano, ubi in illius consecratione divinæ instar Arcæ, si non effictum, certe inventum & adumbratum perinde Ciborium, disertis verbis innuitur. Sic autem illa concipitur: *Omnipotens sempiterne Deus, qui fideli famulo tuo Moysi præcepisti, ut duos Cherubim super Arcam Testamenti collocaret, quam extensis ad alterutrum alis protegerent, versis vultibus in Propitiatorium, Quæsumus ineffabiliter clementiam tuam, in quo* TEGIMEN *venerandi Altaris tui, in quo ipse unigenitus Filius tuus Dominus noster Jesus Christus, qui est propitiatio pro peccatis nostris, fidelium manibus jugiter immolatur, & sub quo Sanctorum tuorum corpora, quæ veraciter fuerunt Arca Testamenti tui, receptacula scilicet Spiritus sancti, per eundem consubstantialem tibi Filium, qui factus est nobis a te sanctificatio & redemptio in virtute ejusdem Spiritus veritatis, universa antiqui hostis falsitate cum satellitibus suis depulsa, cum ipsis ornamentis ad ipsum* UMBRACULUM *pertinentibus, vel ab illo dependentibus, aut eidem suppositis, tua sancta benedictione perfundere, & consecrare, atque ad tuitionem pignorum Sanctorum, ac roboranda sive multiplicanda vota fidelium tuorum diutino tempore conservare digneris, annuente eodem Domino Jesu Christo*, &c. Præfatio autem ad Consecrationem, *Præfatio Ciborii, id est, Umbraculi Altaris*, inscribitur. Ex hac igitur oratione ad Consecrationem Ciborii, patet non modo Altare, sed & Sanctorum corpora illud operuisse, quia recondita erant sub ipso Altari. Atque inde fortasse accidit, ut ædiculas, vel Tabernacula, in quibus ea recondi solent, quando non reconduntur sub Altari, Ciboria plerumque appellent scriptores. Anastasius in Honorio PP. *Ornavit autem sepulchrum ejus* (S. Agnetis) *ex argento, —posuit & desuper Ciburium æreum deauratum miræ magnitudinis*. Hugo Flaviniac. in Chr. Vird. pag. 166. *Propitiatorium sane Sanctorum exornant corpora, quorum meritis floret Ecclesia: & in medio quidem alto satis & prominenti Ciborio sanctus requiescit Vitonus, redimitus frontem auro purissimo, & gemmis pretiosissimis, quibus concluditur Majestas Dei incircumscripta & incomprehensibilis, habens ad dexteram B. Petri, & ad lævam ejusdem B. Vitoni auro prominentes imagines, opere factas cælatorio, quas ambiunt columnæ ex auro purissimo, cum basibus argenteis, arte fusili & anaglypho productæ. Ipsum quoque Ciborium, Dominicæ Resurrectionis, Apparitionis, & admirabilis Ascensionis opere cælatorio protensis adornatur insigniis, habens ante se Altare sacratum in honore S. Pulcronii, & omnium Martyrum, habens & ipsum suum Ciborium, quo continetur ejusdem Beati Pulcronii (corpus) auro & argento decoratum*, Anselmus in Episcopis Leod. cap. xxx. *In uno collocati sunt feretro, quod feretrum in Ciborio juxta corpus Beati Lamberti usque in hodiernum diem collocatum est cum aliis Sanctorum pignoribus*. Sane etiamnum in *Ciboriis*, seu, ut vocamus, Tabernaculis, ad latera ipsius Ciborii sacram Pyxidem asservantis, reponi solent Sanctorum feretra. Certe veterum Ciboriorum usum quodammodo videntur revocasse, qui ædis magnificæ, quam nuper Lutetiæ Parisiorum excitavit ANNA AUSTRIA Franciæ Regina, Regis nostri invictissimi Parens, quamque *Vallem Gratiæ* vulgo appellant, structuræ præfuerunt. Nam ad latera Altaris assurgunt sex columnæ marmoreæ excelsiores, quibus incumbunt arcus aurei, variis subinde ornamentis, ac Angelorum statuis decorati, qui universum Altare contegunt ac obumbrant. Porro cum Ciborium ad mediam Templi, vel Conchæ, altitudinem educeretur, inde forte Papias *Ciburium, altiorem medietatem* est interpretatus.

A

B

C

D

E

Edit. Paris. pag. 52.

LVIII.

CRATERES CIBORII.

SUBDIT Paulus Silentiarius, qua invicem juncti superficiei Ciborii margines connectuntur, crateras statutos (scyphi dicuntur Exod. cap. xxv.) in quibus adumbrata erant ex argento cereorum simulachra,

Οπτόθι δ' ἀλλήλοισιν ἀρηρότα πείρατα πίζης
Αρμονίῃ τεύχεσσιν, ἐνιδρύσαντο παγίντας
Αργυρέους κρητῆρας· ἐπὶ κρητῆρι δ' ἑκάστῳ
Πυρσοφόρους στήσαντο, λιπαυγέα δ' εἴχιλα χυρὸν
Κόσμον ἀπαγγίλλουσα, καὶ ὑ φάος, &c.

Qua parte invicem juncti basis fines connectuntur, ex argento compactos crateras statuere, in singulis vero crateribus candelabra posuere, seu potius adumbrata cereorum simulacra, ornatum tantum, non vero lumen porrigentia. Ejusmodi Crateres describuntur ab Eusebio lib. III. de Vita Constantini cap. XXXI. & ab Anastasio in Leone III, cujus hæc sunt: *Fecit super Ciborium de Altari majori B. Petri Apostoli Canthara majora quatuor ex argento purissimo, habentia in medio cereos ex argento deauratos pens. libras* CXL. Idem in Leone IV. *Necnon & super columnas ipsius Ciborii propter amplam pulchritudinem ex argento purissimo fecit cophinos numero quatuor, pensantes libr.* XLII. Et pag. 194. *Cereorum deargentatorum, qui stabant in Presbyterio*, meminit.

LIX.

LILIA CIBORII.

ALTERIUS vero formæ fuit Crater ille, qui describitur ab eodem Silentiario, & eo loci positus dicitur, ubi Ciborii partes extremæ & superiores invicem committuntur, part. II. vers. CCCXIII.

—— ἀρμοῖνις δὲ
Ζᾳγομένης δολιχὴ ῥάχις ἵσταται· αἱ δὲ τριγώνοις
Εἰδόμεναι μίσχοισι πόρος ὀκτάζυγος οἴμης
Εἰς ἓν ἀγειρόμεναι, κορυφῆς σημήϊον ἄκρης,
Οπτόθι καὶ κρητῆρος ὑπήρατον εἰκόνα τέχνη·
Χείλεα δὲ κρητῆρος ὑποκλαδέντα πετήλῳ
Εἶδος ἐμορφώσαντο.

Et qua illæ tabulæ invicem cohærent, longior spina enascitur: hæ trigonis similes octijugis semitæ meatus miscent, in unum coeuntes summi apicis signum, ubi & Crateris effigiem ars eduxit. Incurvata porro Crateris labra folii speciem formarunt. Nam hoc loco per Craterem in folia dispertitum, Lilia intellexit, quæ in suprema Ciborii parte una cum sphæra statuisse Justinianum tradunt qui de æde Sophiana scripsere. Anonymus: Ἐπάνω δὲ τῶν κιβωρίων ἔστησε σφαῖραν ὁλόχρυσον, ἔχουσαν καθμὸν λίτρας ριπ'. καὶ κρίνα χρυσᾶ. στήσαντα λίτρας ς'. καὶ ἐπάνω αὐτῆς, σταυρὸν χρύσεον μετὰ λίθων ἐ πολυτελῶν καὶ δυσπορίσων, ὃς τις σταυρὸς εἶλκε καὶ καθμὸν λιτρῶν ὁ'. *At supra Ciborium globum statuit totum ex auro conflatum, fecit ponderis librarum* CXVIII. *liliaque aurea pensantia libras* VI. *supraque illa aureum crucem cum lapillis pretiosis, iisque rarissimis octoginta librarum posuit*. Κρίνα autem nomen indidere Græci Crateri isti, quod ita Episylia vocent architecti, quia in formam foliorum lilii dissecatur. Ita *lilium* usurpant etiam Latini. Leo Ost. lib. III. cap. XXVIII. *Columnas, bases, ac lilia, necnon & diversorium colorum marmora abundanter coemit*. Anastasius in Leone III. *Et diversis columnis tam porphyreticis quamque albis, & sculptis, cum basibus & liliis simul postibus decoratum*. Et infra: *Hic sacer Antistes super ipsas columnas lilios poni fecit, & super ipsos lilios ex metallis marmoreis platonias posuit, diversisque picturis miræ magnitudinis opus decoravit*. Et in Leone IV. *Fecit Ciborium, & columnas, ac lilia exaurata ex argento purissimo*, &c. Adde S. Gregorium lib. I. Epist. LXVI. Alia adnotamus in Glossario nostro.

pag. 53.

LX.

SPHÆRA, seu MALUM CIBORII.

CIBORII igitur parti extremæ impoſita erant Lilia aurea, ſeu Crateris labra in liliorum ſpeciem efficta erant, ex quibus Sphæra, ſeu, ut Codino nuncupatur, μῆλον enaſcebatur, cui Crux lapidum fulgore coruſcans inſiſtebat. Quod vero *Sphæram* vocat Anonymus, & *Malum* Codinus, nihil aliud eſt quam *Polus* apud Silentiarium, qui prædictis hæc addit.

— μέσῳ δ' ἐνέπηξατο χώρῳ
Ἀργύρεον σέλβοντα πόλου τύπον.

In medio vero loco argenteam cæli ſplendentem figuram ſtatuit, Seu Sphæram ad ornatum tantum, ſeu cæli figuram repræſentare per Sphæram voluerit Juſtinianus: nam cælum per ipſum Bema, τὸν οὐρανὸν μὲν διὰ τοῦ ἱεροῦ βήματος deſignari, & τὸ θυσιαστήριον, εἰς ἄλλον οὐρανὸν nos habere, ait Symeon Theſſalonicenſis lib. de Templo. Unde Chryſoſtomus Homil. III. ad Epheſ. ſcribit, cum vela Bematis diducuntur & aperiuntur, tunc cælum ipſum quodammodo aperiri, & Angelos deſcendere: ὅταν ἴδῃς ἀνελκόμενα τὰ ἀμφίθυρα, τότε νόμισον διανοίγεσθαι τὸν οὐρανὸν ἄνωθεν, καὶ κατιέναι τοὺς ἀγγέλους.

LXI.

CRUX CIBORII.

ADDIT deinde Silentiarius ſupra Polum ſtetiſſe Crucem, quod idem eſt ac *ſupra Sphæram*, aut *Malum*:

— ὑψόθι δ' αὐτοῦ
Σταυρὸς ὑπερτέλλων ἀναφαίνεται.

Supra vero ipſum Crux ſupereminens conſpicitur. Cruces Ciboriis ſuperimpoſitas, vel Chriſtum in Cruce pendentem repræſentari ſolitum, conſtat ex iis quæ a Nicolao I. PP. traduntur Ep. II. *Quid fidei noſtræ contradicit, quod in centro cameræ, ſuper Altare, ejus figuram, quod Verbum caro factum eſt, animæ noſtræ affectando deſiderant*. Ubi vox *affectando*, idem eſt quod *adorando*: expreſſit quippe verbum χετικῶς, ſeu *affectivam ſacrarum Imaginum adorationem*, uti loquitur Anaſtaſius Bibliothecarius in Hiſt. Eccl. quam χετικλῶ appellari a Græcis ſcriptoribus in Notis ad Alexiadem pluribus probavimus, quæque in Sententiis SS. Patrum de Adorat. Imag. ſic definitur: ἔστι δὲ καὶ χετικὴ ἢ ἀσπαστικὴ προσκύνησις ἐκ φιλικῆς διαθέσεως καὶ ἀγνώμονος οἰκειώσεως ἢ ἄνοιαν ἠγαπημένου ἐπαγγελλομένη. Per vocem autem *deſiderant*, videtur innuere ſanctus Pontifex Chriſtianos & Fideles, dum Jeſum intuentur in Cruce pendentem ſuper Altare in Ciborio, ſacratiſſimum illius Corpus, quod in eo, & ſub Cruce aſſervatur, expetere, & *affectuoſis deſideriis* illius perceptionem exoptare. Verbum enim *deſiderare*, hac ut plurimum notione uſurpant ſancti Patres, ubi de ſacroſanctis Sacramentis, ac præſertim de Euchariſtiæ Sacramento agunt: ut Tertullianus lib. II. ad Uxorem cap. IV. VI. ſanctus Ambroſius de Fratre ſuo, & de Sacrament. lib. IV. ſanctus Eligius Homil. VIII. & S. Zeno Veron. Invitat. VIII. ad Fontem. Unde in Gloſſ. Lat. Gr. *Deſiderata*, exponitur λειτουργία, τελετή, id eſt, ſacroſanctum Miſſæ Officium, in quo Corpus Chriſti, & divinæ Euchariſtiæ Sacramentum conficitur, uti pridem obſervarunt Joſephus Scaliger in Epiſtolis pag. 195. E. R. Caſaubonus Exercit. XVI. ad Annal. Baron. cap. XLV. Cerda in Adverſ. cap. CXXXVI. num. XV. & alii. *Centrum* denique apud Nicolaum, nihil aliud eſt quam Conchæ Altaris pars ſuperior, quæ in Conchæ ſimilitudinem curvatur ac ſinuatur, & quam ſtellis coruſcantem, veluti cælum repræſentantem, deſcribit Paulinus Nat. X.

A *Eſt etiam interiore ſinu majoris in aulæ*
Inſita cella procul, quaſi filia culminis ejus,
Stellato ſpatioſa tholo.

Edit. Pariſ. pag. 54.

Nam Concham & Bema cælum repræſentare dixit Symeon Theſſal. ut ſupra obſervatum eſt. Quod vero de Cruce Ciborio impoſita diximus, firmatur præterea ex Anaſtaſio in Leone IV. *Sacrum deſuper conſtruxit Altare, & Ciborium cum Cruce*, &c. & ex eodem Paulino lib. II. Epigr. II. ubi totum Ciborii apparatum & ornatum deſcribit:

Divinum veneranda tegunt Altaria fœdus,
Compoſitiſque ſacra cum Cruce Martyribus.
Cuncta ſalutiferi coeunt inſignia Chriſti,
Crux, Corpus, Sanguis Martyris, ipſe Deus.

Quædam his conſentanea habet Epiſt. XII. ad Severum:

Pleno coruſcat Trinitas myſterio:
B *Stat Chriſtus Agno: vox Patris cælo tonat:*
Et per Columbam Spiritus ſanctus fluit:
Crucem corona lucido cingit globo;
Cui coronæ ſunt corona Apoſtoli,
Quorum figura eſt in Columbarum choro.

Vide eundem infra pag. 155. & Honorium Auguſtodunenſem lib. I. cap. CXXXV.

LXII.

TURRIS.

CIBORIUM, πύργος, ſeu Turris nomine donatur a Silentiario part. II. verſ. CCCIII.

Χρυσείης δ' ἐφύπερθε παναχράντοιο τραπέζης
Ἄσπετος ἀμφιέλιξθον εἰς ἱερὰ πύργος ἀείρει.

C *At ſupra incontaminatam menſam, vaſtum in aerem immenſa Turris exurgit*. Neque aliter vocatur a Germano Patriarcha Conſtantinopolitano: Ἡ χόγχη τοῦ θυσιαστηρίου μετάθεσίς ἐστι τοῦ σταυροῦ, οἱ πύργοι δὲ τὰ σημεῖα, διὰ τοῦτο δὲ ἀμφότερα λογίζονται εἰς πρόσωπον τῶν ἱερουργούντων. *Concha altaris translatio eſt Crucis, Turres vero ſigna: quapropter utraque ſacra facientium Sacerdotum perſonam repræſentant*. Vix enim Goaro aſſentiar, hoc loco quatuor Ciborii columnas deſignari exiſtimanti, præſertim cum Turris appellatione apud pleroſque ex Latinis ſcriptores, ſive *majus*, ſive *minus Ciborium* deſignetur. *Minus* enim *Ciborium* vocabant, quod erat portatile, & adinſtar majoris effictum erat, ut mox oſtendemus: ut *majus*, quod Altare operiebat. Chronicon Abbatum Montis S. Michaelis: *An.* MCIII. *Ciborium majus Eccleſiæ, quod Rogerius ædificaverat, corruit*. Et Paulus Warnefridus lib. III. de Geſt. Langob. cap. XXV. & ex eo Aimoinus lib. III. Hiſt. Fr. cap. III. *De quo auro ipſe Rex poſtmodum Ciborium ſolidum miræ magnitudinis, & magni ponderis fecit, multiſque illud gemmis pretioſiſſimis decoratum ad Sepulchrum Domini Hieroſolymam tranſmittere voluit*. Per Turrem igitur Ciborium intellexit Fortunatus Pictavienſis lib. III. Epigr. XXIII. quod inſcribitur, ad Felicem Epiſcopum, in Turrem ejus:

D *Quam bene juncta docent ſacra tiut corporis Agni*
Margaritum ingens aurea dona ferant, &c.

Et Flodoardus lib. II. Hiſt Rem. cap. VI. *Turrim quoque auream, quam ad votum ſuum fabricari fecerat, ſuper Altare poſuit S. Remenſis Eccleſiæ*. Anaſtaſius in S. Innocentio PP. *Turrem argenteam cum Patena & Columba deaurata penſantem libras triginta*. Denique S. Remigius, in Teſtamento ſuo, apud eundem ſcriptorem lib. I. cap. XVIII. *Tibi hæredi meæ Eccleſiæ ſupra memoratæ jubeo Turriculum, & imaginatum Calicem fabricari*. In his porro Turriculis ſacram Euchariſtiam ad infirmos, ſeu *ad Viaticum*, reponi ſolitam, diſerte docet Gregorius Turonenſis lib. I. de Gloria Mart. cap. LXXXVI. *Acceptaque Turre Diaconus, in qua Myſterium Dominici Corporis habebatur, ferre cœpit ad oſtium; ingreſſuſque Templum, ut eam Altari ſuperponeret, elapſa de manu ejus ferebatur in aera*. Tametſi dubitari poteſt, an Turris voce, intelligatur his locis

Turris illa Ciborii, quæ a Columba pendebat, an vero Pyxis ipsa, seu *Ciborium*, quod *Itinerarium* vocat Ordo Romanus. Nam in turriculis, seu potius arculis in modum turricularum effictis, non modo sacram Eucharistiam, sed & sanctas Reliquias reconditas constat, ut majorum Ciboriorum, in quibus divina pendebat Eucharistia, formam quodammodo referrent; unde Glossarium Gr. Lat. πυργισκάριον & πυργίσκον, *Turriculum* & *Armarium* vertit. Certe de Reliquis in Turriculis reconditis testatur Leo Ost. lib. II. cap. LIII. lib. III. cap. XXX. & Petrus Diac. lib. IV. cap. LXXIII. De sacra vero Eucharistia in Turriculis aureis vel argenteis asservata, laudandus, qui in Ecclesiis nostris adhuc perstat, mos insigne præbet testimonium, in quibus in solennioribus festis populo spectanda & adoranda in iis exponitur, in editiori Altaris, seu Tabernaculi loco; sed in illis præsertim sacris ædibus, in quibus non sub Columba, aut a superiori Ciborii parte pendet; nam in iis nusquam alio sacra Eucharistia loco spectanda exponitur. Moris quippe istius hodierni inde origo videtur sumpta, ut & sacra Eucharistia, & vasa ipsa in quibus reconditur, in tutis locis asserventur, ne furtis pateant. Unde quod certis diebus *monstratur* fidelibus sacra in iis asservata Eucharistia, ejusmodi sacra Vasa *Ostensoria* & *Monstrantiæ* etiamnum appellantur, præsertim in Germania & Belgio; quibus in Provinciis in Turris speciem semper efficta sunt, ut olim in Francia nostra: de quo more egit Gropperus in libris de Eucharistia pag. 450. & Fronto Ducæus ad Paulinum pag. 785. quin & inde Turriculis, in quibus sacræ Reliquiæ reconduntur, id nominis tribuit Chronicon Aulæ Regiæ cap. XVII. & Auctor Bohemiæ Piæ pag. 99. & 105.

Edit. Paris. pag. 55.

LXIII.

PYXIS.

DIXIMUS in Turriculis in Ciborii majoris speciem effectis recondi Pyxides, quæ sacras Eucharistiæ particulas ad Viaticum asservatas continebant. Observat quippe Honorius Augustodunensis lib. I. de Antiquo ritu Missæ cap. LXIV. *Oblatam non integram sumptam* olim a Sacerdote sacra faciente, *sed in tria divisam, unum in Calicem missum, aliud a Sacerdote consumptum, tertium in pyxidem morituris ad Viaticum repositum.* Pyxis illa, vel certe Turricula, cum ipsa Pyxide, *Ciborium minus*, & *Itinerarium* appellatur in Ordine Romano, cap. quod inscribitur, *Præfatio Minoris, vel Itinerarii Ciborii.* Lemma sequitur hæc Oratio: *Oremus, Dilectissimi, indulgentiam Omnipotentis Dei, ut post positis humanæ fragilitatis admissis, consuetæ misericordiæ suæ munera, hoc Repositorium sacris usibus præparatum, per unigenitum Verbum, Virtutem scilicet & Sapientiam suam in Spiritu sanctificationis consecrare dignetur.* Quod vero in ea Præfatione *Repositorium* vocatur, *Conditorium sacrorum pignorum* appellatur in Consecratione, quæ Præfationem subsequitur: *Conditorium* nude hoc loco: *Tunc inclinato capite Pontifex, vel Diaconus, salutat Sancta, ut si fuerit superabundans, præcipiat ut ponatur in Conditorio.* Dicitur porro *Ciborium minus*, & *Itinerarium*, ad discrimen Majoris Ciborii, quod *Umbraculum Altaris* vocat idem Ordo Romanus: *Itinerarium* autem, id est *portatile*, quemadmodum infra ibidem *Tabula Itinerariæ* nuncupatur, quod vulgo *Altare portatile* appellamus. Ciborium istud minus, *Repositorium* perinde nuncupatur in Testamento Perpetui Episcopi Turon. tom. V. Spicilegii Acheriani, illudque Græci πυξίον vocant, ut colligere est ex Pachymere lib. VII. & Nicolao Casulorum Episcopo in Typico; recentiores vero μυξόμηλον, corrupto, ut par est credere, vocabulo ex πυξόμηλον, quamobrem non desunt qui μυξόμηλον idem esse opinantur, quod ἀρτοφόριον. Sacram vero Pyxidem supra Altare appensam fuisse observare est ex Hugone Flaviniacensi in Chron. Virdun. part. II. *Pyxidem unam de Onychino, in qua servatur Corpus Dominicum, dependens super Altare.* Leo Ost. lib. III. Chr. Casin. cap. ult. *Pyxis aurea cum smaltis pro Corpore Domini.* Et Leo IV. PP. de Cura pastorali: *Super Altare nihil ponatur, nisi Capsa cum reliquiis Sanctorum — aut Pyxis cum Corpore Domini ad Viaticum pro infirmis.* Eadem verba habet Ratherius Veronensis in Synodica ad Presbyteros, nisi quod pro *Pyxis*, habet *Buxida:* qua postrema voce utitur etiam Paulus Diacon. in vita S. Gregorii M. PP. cap. XIX. Eæ autem Pyxides, in quibus sacra Eucharistia ad infirmos defertur, ex ebore, seu *eburneæ*, esse jubentur; *propter casum*; in Statutis Synodalibus Odonis Episcopi Parisiensis cap. V. num. V. & cap. ult. num. XXXV. quod videtur intelligendum, non de præcipua Pyxide quæ a columba pendebat, sed de minore, in quam ex majori sacra Eucharistia ad infirmos deferenda refundebatur.

LXIV.

COLUMBA.

JAM vero quod Corpus Dominicum sub Cruce, vel sub Crucis figura, reponi solitum fuisse in Ciborio diximus, firmatur ex Concilio Turonensi II. Can. III. quo statuitur, *ut Corpus Domini in Altari, non in imaginario ordine, sed sub Crucis titulo componatur*: id est, sub ipso Ciborio, non vero in Tabernaculo, uti appellamus, quod *imaginarius ordo* dicitur, seu in auro argentove elaborato, variisque figuris ac imaginibus adornato opere. Unde conficitur Sacrosanctam Eucharistiam ad Viaticum, sub ipso Ciborio, jam olim asservatam in Pyxide, pependisse sub Cruce, quod etiamnum in plerisque nostratibus, præsertim Cathedralibus, Ecclesiis observatur. Pendebat autem sacra Pyxis ex Columba, qua Spiritum sanctum apud Christianos adumbrari constat. Ejusmodi vero aurearum & argentearum Columbarum Altaribus, seu sacris Mensis, & ipsis etiam Baptisteriorum Fontibus imminentium meminit Synodus V. Constantinopolitana Act. V. in qua continentur expostulatione Cleri adversus Severum, qui Columbas Altaris & Baptisterii abstulerat: τὰς γὰρ ἐκ τύπου τοῦ ἁγίου Πνεύματος χρυσᾶς τε καὶ ἀργυρᾶς κρεμαμένας ὑπεράνω τῶν θείων κολυμβηθρῶν καὶ θυσιαστηρίων, μετὰ τῶν ἐσφετερίσατο, λέγων, ὅ χρῆναι ἐν ἁπλῇ περιστερᾷ ἐνομάζεσθαι τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Quæ quidem verba habentur etiam in VII. Synodo Act. V. Verum etsi Columbas Altaribus impendisse ex hoc loco non omnino constet, is tamen Ecclesiarum usus e cæteris scriptoribus, Latinis potissimum, colligitur, præsertim ex Paulino Epist. XII. ad Severum, ubi totum Altaris apparatum describit: *pag. 56.*

Et per Columbam Spiritus sanctus fluit.

Præterea ex Testamento Perpetui Episcopi, cujus meminimus, in quo donat & legat *Amalario Presbytero capsulam unam communem de serico: item Peristerium & Columbam argenteam ad Repositorium.* Quo loco *Peristerium* synonymum videtur cum Columba. Est enim Græcis περιστέριον, ut & περιστερίδιον, parvula seu minor Columba: nisi loculus fuerit, in quo ipsa continebatur Columba. Scio περιστέμια, quædam κοσμάρια dici apud Hesychium. Hunc præterea morem astruit Udalricus lib. II. Consuet. Cluniac. cap. XXX. *Prædictam autem Pyxidem — Diaconus cum Columba jugiter pendente super Altare — abstrahit.* Et lib. I. cap. IX. *Ipsæ autem Hostiæ, cum fuerint consecratæ, mutantur quatuor cum illis quæ in Pyxide & aurea Columba su-*

per Altare pendente jugiter ſervantur, maxime propter infirmos, ut quidquid de eis eveniat, Viaticum ſit in promptu. Meminit denique Anaſtaſius in Hilario & S. Innocentio PP. ejuſmodi Columbarum Altaribus impendentium. Ex quibus eum invaluiſſe in Eccleſia Orientali & Occidentali morem abunde colligitur, proindeque admodum vero eſſe ſimile, Columbam ſuam & Pyxidem habuiſſe Ciborium Sophianum.

LXV.

VELA CIBORII.

VERUM cum a ſacris Adytis arceantur prophani, ſoliſque illa Sacerdotibus pervia ſint, gradum referenti, liceat cum ipſo Silentiario part. II. verſ. cccxxxviii. in hæc verba prorumpere:

Πῆ φέρομαι; πῆ μύθος ἰὼν ἀχάλινος ὁδεύει;
Ἰχέο τολμήεσσα μεμυκότι χείλεϊ φωνή,
Μηδ' ἔτι γυμνώσειας ἃ μὴ θέμις ὄμμασι λαῶν·
Μυστιπόλοι δ' ὑπὸ χερσὶν ὅσοις τόδε θέσμα κελεύει,
Σιδονίης Φοίνικι βεβαμμένον ἀνθεῖ κόχλῳ
Φάρος ἁπλώσαντες, ἱρὰ στέψατε νῶτα τραπέζης,
Τέτρασι δ' ἀργυρέῃσιν ἐπὶ πλευρῇσι καλύπτρας
Ὀρθοτενεῖ πετάσαντες, ἀπείρονι δείξατε δήμῳ
Χρυσὸν ἄλις, &c.

Solis inquam Sacerdotibus patent, & Altaria, & quæcumque intra ſacra Vela continentur, ſeu Sancta Sanctorum. Dicuntur enim ἅγια ἁγίων, τὰ ἐντὸς τοῦ καταπετάσματος, ut eſt in Lexico MS. Regio cod. MMLXII. Nam ut ait Cyrillus Alexandr. lib. III. de Adorat. φρισβυτέροις πεπίστευται τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὰ ἔσω τοῦ καταπετάσματος, οἷς ἂν φρίκῃ λέγεσθαι, Καὶ φυλάξουσι τὴν ἱερατείαν αὐτῇ. Quæ quidem verba de Velis, quæ ad quatuor Ciborii columnas expandebantur, intelligi debere cenſuerim, de quibus agit hoc loco Silentiarius, quæ τέτρασι ἀργυρέῃσιν ἐπὶ πλευρῇσι καλύπτρας, ſeu in quatuor Ciborii lateribus explicari ſolebant, ut totus ſacrorum Adytorum locus, in quo Sancta Sanctorum conficiuntur, undique occluderetur, ne prophano vulgo, plebive pateret, quippe ut ait Gregoras lib. x. Hiſt. Οἱ δὴ Βασιλέων θάλαμοι, καὶ ὁπόσα ἀνθρώποις ἱερά τε ἅμα τίμια, ὑπὸ παραπετάσμασιν ἄλλα ἄλλοις καλύπτοντα, ἵνα μήτε δήμοις ἀνοσίοις φοιτώμενα κιβδηλεύηται, μήτε περιφρονῆται δι' τὸ τῆς καταλήψεως πρόχειρόν τε ἅμα καὶ ἄπονον. De ſacris Altaribus id prodit Symeon Theſſal. lib. de Templo: Ἀμφίοις δὲ περικεκαλυμμένον ἐστὶ καὶ κεκοσμημένον (τὸ θυσιαστήριον) ὅτι καὶ τὰ ἐν αὐτῷ δυθιώμενα, καὶ ὑπ' ὄψιν πίπτει. *Velis opertum & adornatum eſt ſacrarium, quod quæ in eo peraguntur, haud videre debeant, cum ab omnibus non comprehendi poſſint.* Et alibi: Καὶ δι' τὸ μὲν τοῦ ἐν θυσιαστηρίῳ καταπετάσματος, τὸν ἐπουράνιον περὶ τὸν Θεὸν ἐκτυποῖ σκηνὴν, ἔνθα οἱ τῶν ἀγγέλων δῆμοι καὶ τῶν ἁγίων ἡ ἀνάπαυσις· *Et quidem per velum Altaris, cæleſte Dei tabernaculum ſignificat, ubi Angelorum agmina ſunt, & ſancti requieſcunt.* Et mox ad quatuor Altaris latera expandi vela iſta ſatis prodit: Τέσσαρα δὲ μέρη ὑφάσματος ταῖς τέσσαρσιν ἔχει γωνίαις ἡ ἁγία τράπεζα, &c. *Quatuor autem velli partes in quatuor angulis habet ſacra Menſa*, &c. Anaſtaſius Bibl. in Paſchali PP. *Fecit etiam in circuitu Altaris vela rubea ſerica quatuor cum gammadiis.* Idem in Leone III. *Fecit & in circuitu Altaris — alia vela alba holoſerica roſata, quæ pendent in arcu de Ciborio, numero quatuor*, &c. adde pagg. 142. 165. E. R. Guillel. Bibl. in Stephano VI. PP. *Contulit — vela ſerica de Blattin Byzantea quatuor in circuitu Altaris majoris*, &c. Atque inde vela iſta τετράβυλα appellant Græci recentiores, Anaſtaſius in Vit. PP. *Tetravila* & *Tetravela* pagg. 62. 127. 130. 131. 139. 140. 142. 144. 145. E. R. Ea autem erant ut plurimum purpurei coloris, auro etiam interdum & Phrygio opere diſtincta, & variis imaginibus adornata, cujuſmodi deſcribuntur a Silentiario, ab Anaſtaſio, & a Paulo Diac. lib. XXIV. Hiſt. miſcellæ in Michaele. Nec ſcio an per Majoris Eccleſiæ ἐνδύτῳ, quam ad Summum Pontificem Romanum miſit Michael Palæologus, roſei coloris auro illuſam, & unionibus inſertis coruſcantem, *Tetravelum* intellexerit Pachymeres lib. V. cap. XVII, an vero tapetem qui ſacræ Menſæ inſternitur, quem ἐνδύτῳ τῆς ἁγίας τραπέζης vocat Ducas cap. XXIX. quod velle videntur viri docti: tametſi potior videatur ſententia, ἐνδύτας hoc loco ſumi pro quibuſvis Eccleſiæ velis, ſeu aulæis; qua notione ἱερὰς ἐνδύτας dixit Joannes Damaſc. in Synodica ad Theophilum Imp. VII. Synodus Act. VII. ἐνδύτας, ἤ ἕτερα βήλα, ἤ ἕτεροι ἀφιερούμενον, & B. Dorotheus in præfat. Doct. ait ἐν τῇ θείᾳ ἐνδύτῃ τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, depictam fuiſſe S. Barſanuphii imaginem: ita Maximianus Archiepiſcopus Ravennas, apud Hieron. Rubeum, donaſſe legitur Eccleſiæ ſuæ *endothyn biſſinam pretioſiſſimam omnem Chriſti Dei hiſtoriam continentem*, & *aliam ex auro endothyn, in qua auro textili pictæ erant omnium qui illum præceſſerant Archiepiſcoporum imagines*. Ubi *endothyn*, idem eſt quod ἐνδύτῳ. *Veſtes* vulgo dicuntur ejuſmodi Eccleſiarum aulæa Anaſtaſio paſſim, & cæteris Scriptoribus Latinis. Ædis Sophianæ porro ornamentorum, uti vocant, opulentiam ſic commendat Sugerius lib. de Adminiſtr. ſua: *Ammiranda ſiquidem & fere incredibilia a viris veridicis quam pluribus, & ab Epiſcopo Laudunenſi Hugone in celebratione Miſſæ de Sanctæ Sophiæ ornamentorum prærogativa, nec non & aliarum Eccleſiarum audieramus.*

LXVI.

SYNTHRONUS.

SED priuſquam e Bemate excedamus, atque adeo ex ipſa Concha, præſtat Σωθρονον, qui in ea extitit, deſcribere. Mediam enim Concham utriunque ambibant Sacerdotum & Eccleſiæ Miniſtrorum Sacra facientium ſubſellia, atque in iis Patriarchæ Sedes & Thronus excelſior, ita ut in proximum centrum coirent. Silentiarius part. I. verſ. ccxxix.

— μέσην δ' ἐζώσατο δίκην
Μυστιπόλων, καὶ βάθρα περιδρομα, καὶ τὸ μετ' αὐτῷ
Τραπέζῃ ὑπὸ πίζαν ἁλίζωσα σωρὸν
Ἐγγύτερον περὶ κέντρον ἐπὶ χθονός.

Media Concha ſedes Sacerdotales complectitur, & ſubſellia in orbem circumducta, & quidem aliqua ex ipſis ſub extremum marginem colligens, ea humi proxime circa centrum contrahit. Anonymus ſeptem ſedibus tantum, neſcio an vere, conſtitiſſe hæc ſubſellia refert, in quibus Sacerdotes Patriarchæ Sacra facienti miniſtrantes cum eo ſedere conſueverant: Τὰς δὲ βάσεις τὰς ἐπὶ τῷ ἱερεῖ, ἐν αἷς καθίζονται, σὺν τῷ Ἀρχιερέως θρόνῳ, καὶ τῷ τεσσάρων κιόνων κεκρύσωσε, σήσας εἰς τὰ ἑκάτερα μέρη. *Septem vero ſedes Sacerdotum, in quibus conſident, cum Patriarchæ Throno, & quatuor columnis deauravit, quas in quatuor partibus collocavit.* Hanc porro ſubſelliorum in Concha ſeriem Σωθρονον Græci appellant. Theophanes pag. 371. Edit. Reg. Τῷ Πατριάρχῃ Νικήτᾳ ἐν τῷ σωθρόνῳ καθεζομένῳ καὶ ὁρῶντος· *Patriarcha Niceta in Synthrono ſedente & vidente.* Scylitzes in Conſtantino: Ἐγένετο δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς παραχὴ διὰ τὴν καθέδραν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, μὴ καταδεξαμένων τὴν Μητροπολιτῶν προκαθίσαι τὸν Συγκέλλου ἐν τῷ σωθρόνῳ· *Excitatus eſt die Pentecoſtes tumultus ob ſedem in ſacra Liturgia, Metropolitis Syncellos in Synthrono admittere renuentibus.* Meminerunt etiam Σωθρόνου hac notione Nicetas Paphlago in Vita ſancti Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani, Menæa XXVII. Januar. in S. Joanne Chryſoſtomo, Euchologium Gr. ubi de Epiſcopi ordinatione, Pachymeres lib. VII. cap. XXXI. Symeon Theſſal. & alii. Et recte id nominis inditum, quod una eademque eſſet ſubſelliorum omnium compages, quæ Conchæ receſſum ambibant, ita ut in iis omnes Eccleſiæ miniſtri una & ſimul ſe-

Edit. Pariſ. pag. 57.

derent. Eusebius lib. x. Histor. Eccles. cap. IV. Ἀλλά γε ὧδε καὶ τὸν νεὼν ἐπιτελέσας, θρόνους τε τοῖς ἀνωτάτω εἰς τιμὴν τῶν προέδρων τιμῶν, ἔπειτα βαθρίδας ἐν τάξει τοῖς καθόλου τὸ πρέπον κατεμίσας: *Porro cum templum in hunc modum absolvisset, thronisque altissimis in honorem præsidentium, at præterea subsellis per universum templum ordine dispositis exornasset*, &c. Et Constantinus Porphyrogenitus in Basilio cap. LV. Οἴτε ἔντος (τοῦ θυσιαστηρίου) θάκοι, καὶ αἱ πρὸ τούτων βαθμίδες, καὶ αὗται αἱ ἱεραὶ τράπεζαι ἐξ ἀργύρου πάντα περιεχόμενον ἔχουσι τὸν χρυσόν. *Et intus sedes, & ante ipsos gradus, ipsæque sacræ Mensæ, omnia ex argento cui superfusum est aurum*, &c. Ex quo, ut & Eusebio, conficitur duplicem fuisse in Synthrono sedium ordinem, altiorum nempe quæ Episcopis & Metropolitis, majoribusque Ecclesiæ dignitatibus; inferiorum quæ inferioris dignitatis Presbyteris vel Officialibus addictæ erant: qui quidem Officiales in choros erant distributi, dextrum ac sinistrum, ut legere est apud Codinum de Offic. & in Euchologio Goari p. 268. E. R. Et revera si quot ii recensentur, vel certe major numerus, in Synthrono sedit, divisum fuisse in complures sellulas oportet, quomodo altiora & inferiora subsellia, quæ vulgo Formas dicimus, in nostratium Ecclesiarum choris observare est. A loco igitur in quo consistebat Synthronus, nempe Concha, quam etiam *Absidam* vocant scriptores aliquot Latini, ipse Ministrorum Ecclesiæ in Concha consessus *Absida* pariter dictus legitur, vel certe sedes ipsa Episcopalis, aut Patriarchalis. Quippe in veteri Glossario *Absida*, *sedes Episcoporum* esse dicitur, ut & apud Papiam, apud quem hæc habentur: *Exedra, absida, id est locus subselliorum*. Neque alia videtur significatione usurpasse S. Augustinus Epist. CCXXV. *Ad nostra subsellia relicta turba redieram — dicebam ego quibus poteram qui ad nos in absidam honoratiores ascenderant*. Idem Epist. CCIII. *In futuro Christi judicio, neque absidæ gradatæ, nec Cathedræ velatæ adhibebuntur ad defensionem*. Ex quibus perspicuum fit, cur Synodus Sardicensis Can. x. dixerit εἰς τὸν ἀξίδα τῆς ἐπισκοπῆς βαθμὸν, pro, *ad Episcopalem dignitatem, vel thronum, pervenire*, cum in *Absidis*, seu *Conchis*, in excelsioribus subselliis ac gradatis sederent Episcopi. Ea autem non pretiosis dumtaxat velis & aulæis tegebantur, ut est apud eumdem Augustinum, sed cæteris etiam aliorum Ecclesiæ Ministrorum sedibus excelsiora erant, uti innuit loco citato Eusebius, & cautum legitur in Synodo Carthag. IV. Can. XXXV. *Ut Episcopus in Ecclesia & in consessu Presbyterorum sublimior sedeat*. Hunc morem in Ecclesiis Christianorum observatum attigere præterea Urbanus I. in Epist. cap. IV. S. Ambrosius lib. de Dignitate Sacerd. cap. VI. S. Augustinus in Psalm. CXXVI. Amalarius lib. III. de Reb. eccl. cap. X. & Honorius Augustod. lib. I. capp. XII. & XV. Præsertim vero Cathedra Episcopalis, seu Patriarchalis Θρόνος voce donatur passim apud scriptores Byzantinos: Anonymus de locis Hierosol. cap. III. Hierosolymitanæ S. Sepulchri Ecclesiæ Bema describens, ἐκεῖ εἶναι ὁ θρόνος τοῦ Πατριάρχου. Atque inde factum est ut a Throno, dignitatis summo fastigio, Ecclesiæ compellarentur, & *Throni* dicerentur, quibus Patriarchæ & Episcopi præsidebant, quemadmodum Latinis *Sedes* appellari consueverunt. Jam vero cum Conchæ mediæ recessus imus subselliis ab utraque parte, & undique cingeretur, Throni Patriarcharum & Episcoporum, quos μυστικοὺς θώκους, seu Sacerdotales sedes vocat Silentiarius, ad dextram Altaris partem videntur extitisse: Scylitzes in Stratiotico, de Patriarcha: Κατελθόντα γὰρ ἐκεῖνον εὐθέως οἱ ἀνάπται τοῦ πλήθους παραλαφόντες, καὶ θρόνον ἐνεγκόντες, ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ μέρους καθίζουσι τοῦ ἁγίου Βήματος· *Illum enim descendentem continuo multitudinis incentores comprehendentes, thronumque auferentes, in dextro Bematis latere collocant*. Id etiam indicat Ordo Romanus: *Tandem Episcopus osculatur Evangelium, & Altare, & pergit ad dextram Altaris ad sedem suam*. Id observare est præterea ex Marcellino Comite, dum narrat Joannem Romanum Pontificem, cum anno DXXV. Constantinopolim perveniisset, *miro honore* a Justino Imperatore exceptum fuisse, & *dextrum dextro Ecclesiæ insedisse solio, diemque Domini nostri Resurrectionis plena voce Romanis precibus celebrasse*. Quibus verbis innuit Marcellinus, Joannem in consessu Patriarcham Constantinopolitanum præcessisse, sedisseque ad illius dextram. At Goarus in medio & intimo Conchæ recessu Patriarchicum thronum statuit, quem circumstant hinc inde Episcoporum, vel qui Sacris intersunt Sacerdotum subsellia. Addit præterea supra eum thronum Christum solere effingi, manibus in Mensam appositam in Crucis formam decussatis, dextra Panem sacrum, sinistra Crucem apprehendentem: hinc inde vero, & a lateribus, supra Episcoporum & Sacerdotum sedilia, duodecim Apostolorum effigies delineatas, ut etiam hodie in S. Pauli & Salvatoris Basilicis Romæ conspiciuntur. Unde planum fit eo respexisse Germanum Patriarcham Constantinopolitanum, cum dixit, βῆμα esse θρόνον ἐν ᾧπερ ὁ παμβασιλεὺς Χριστὸς προκάθηται μετὰ τῶν αὐτοῦ Ἀποστόλων· *Thronum in quo omnium Rex Christus cum Apostolis primus sedet*. Ut & Symeonem Thessalon. lib. de Templo: Καθίσας τῷ συνθρόνῳ τὸν Χριστὸν ἐκμιμούμενος, συγκαθέδρους ἔχει καὶ τοὺς συνεπισκόπους καὶ ἱερεῖς μιμουμένους τοὺς Ἀποστόλους: *In synthrono sedens, Christum imitans, considentes habet Coepiscopos & Sacerdotes, qui Apostolos referunt*. Et lib. de Sacramentis: Ἡ ἄνω καθέδρα τῷ ὑπερῴῳ δείκνυσι καθέδραν τοῦ Ἰησοῦ· αἱ ὑπ' αὐτὴν δὲ βαθμίδες, τῷ ἑκάστου τῶν ἱεραρχῶν καὶ ἱερέων τάξει τε καὶ ἀνάβασιν, ἔνθα δὴ καὶ ὁ θεῖος τινὰ ἕτερον καθίσαι, ἢ δὲ τῶν ἀγγέλων αὐτῶν. *Excelsa illa sedes, supercælestem Christi cathedram designat: quæ infra sunt subsellia Episcoporum & Sacerdotum ordinem & ascensum, in quo nemini alii licet sedere, ac ne ipsis quidem Diaconis*. Eadem habet aliis verbis lib. de Templo pag. 216. Διὰ τοῦ ἱεροῦ συνθρόνου, τὸν εἰς οὐρανοὺς ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς σαρκωθέντα Λόγον καθήμενον· δι' οὗ δὲ τῶν ἀναβαθμῶν, τῷ ἑκάστου τῶν ἱερωμένων ἀνθρώπων, ἢ τῶν ἀγγέλων τάξιν τε καὶ ἀνάβασιν· *Per sacrum vero consessum, Verbum incarnatum, & in cælis ad dextram Patris assidens; per gradus cujusque sanctorum virorum, & Angelorum ordo, & ascensus significatur*.

Edit. Paris. pag. 58.

LXVII.

PROTHESIS.

pag. 59.

DIXI binos recessus, seu potius duas Conchas, majori ubi stabat sacra Mensa, adjunctas fuisse, alteram ad dextram & Septentrionem, alteram ad sinistram & ad Meridiem Altaris: neque enim a Concha primaria, seu Bematis divellendæ, etsi extra ipsum Bema, cum istius quodammodo pars fuerint. Has Conchas majori adjunctas describit Silentiarius I. part. vers. CCXXXVI. Nam cum dixisset mediam ac majorem Concham, Sacerdotum subsellia in orbem circumducta continere, addit eam excipere (ad utrumque nempe latus) fornicem alium, validis innixum fundamentis, quæ *Pilæ* dicuntur Gyllio, in ima quidem parte in rectas ductum lineas, superne vero sinuatum, ita ut cylindri semisecti formam referat. Mox addit Concham, orientalem nempe, binas alias Conchas utrinque protendere, versus Occidentem progredientes, tamquam si ulnas suas extenderet, quo λαὸν πολύμυον excipiat: quibus verbis Concharum majori adjunctarum situm mire repræsentat, quæ brachiorum ulnas suas protendentium formam quodammodo præferunt: quod ex Ichnographia ædis Sophianæ licet colligere. De majori igitur adjunctis binis Conchis ita Silentiarius:

Τῷ δὲ μὲτ' ἰκδίχεται κρατερῇς ἀραρυῖα θεμείλοις,
Ες βάσιν ἀθύγραμμος, ὕπερθε δὲ κύκλιος ἄντυξ,
Σχήμασιν ἡ σφαίρης ἐναλίγκιος, ἀλλὰ κυλίνδρῳ
Ανδιχα τεμνομένοις, &c.

Hanc excipit concameratio validis incumbens fundamentis, in ima quidem parte in rectas ducta lineas, ſuperne vero in orbem compoſita; neque tamen circuli omnino, ſed cylindri bifariam diviſi figuræ ſimilis, &c. Subdit deinde binas iſtas Conchas binis columnis porphyreticis ad ſolum nitentibus exornari, quæ Gynæconitidis hac parte concamerationem ſuſtentant, binos fornices, vel arcus efficientes. Porphyreticis iſtis columnis ſex aliæ Theſſalicæ incumbunt, contra architectonicæ canones, cum binæ debuiſſent dumtaxat hoc loco ſtatui, quæ inferioribus reſponderent, verum id architecti peritiæ adſcribit Silentiarius:

—— ὅς ποτε δοιαῖς
Πήξατο θαρσαλέως ἐπὶ κίοσι τρισσάκι δοιὰς
Οὐδὲ βάσιν κεινοῖο κατ' ἤερος ἔτρισε πῆξαι.

Qui duabus columnis ſex alias impoſuit, neque earum baſim vacuo in aere defigere perhorruit. Effinguntur hæ ſex columnæ in proſpectu interioris templi. Quidquid porro inter Theſſalicas iſtas columnas interjacet, pluteis communitur, quibus, inquit, inniti poſſint mulieres quæ in Catechumeniis conſiſtunt. Harum Concharum alteram, quam ad dextram ſtatuit Symeon Theſſalonicenſis, ſeu ad Septentrionem, Πρόθεσιν Græci appellant, quaſi dicas, *Propoſitionem*, aut *Propoſitionis menſam*, a ceremonia quæ in ea peragitur nomen habentem. In ea namque, ait Allatius, Sacerdos ante Miſſam, & una cum eo miniſtrantes, res omnes ad ſacrum complendum neceſſarias, ut panem, vinum, & alia præparant, quibus finitis ſecedunt ad ſacram Menſam, ubi ſacra Liturgia inchoatur: Pachymeri lib. I. cap. XIX. κόγχη τῆς Προθέσεως dicitur. Ubi enim de cæde Muzalonum: Ὁ μέντοι γε Πρωτοβεστιάριος ἐν τοῖς ἀδύτοις καὶ αὐτὸς εἰσελθὼν τὸν ναὸν, ἐπὶ τὴν κόγχην γενόμενος τὴν προθέσεως, ἐπί τι χιονῶδες ἑστάμενον ὑπέρχεται, καὶ τῷ ἔνδοθεν σκοτάδη σὺν τοῖς ἀδύτοις θαῤῥῶν· *Protoveſtiarius ipſe quoque in adyta templi introiens, & ad Conchan Protheſis accedens, columnationem ibi ſtantem prætergreditur, tenebris quæ inibi erant, adytiſque confidens.* Sed ut verum fatear, neſcio an auſim aſſerere, an eo loci tum fuerit Πρόθεσις, quod ſuadere videtur vox *Concha*; ſed & illud τὸ χιονῶδες, cum in binis Conchis Sophianis, quæ majori adjacent in trium Concharum, quæ in manus noſtras venit deſcriptione, & quam delineari curavimus, utraque majori adjuncta Conchæ columnatione quadam conſtiterit, ac proinde ædificii intus recedentis, ac aliquot columnis ſuſtentati, ſpeciem præferat, in quo προθέσεως munia peragi potuerint, tametſi neſcio an hodie ita ſeſe res habeat, cum nec Gyllius meminerit, nec ædis Ichnographia ſimile quidpiam deſcribat. Neque enim in binis iſtis ædiculis, quæ circulari ac inferiori majoris Conchæ parte adjacent, Protheſin & Diaconicum extitiſſe par eſt credere, cum nec Conchæ ſpecie efficta ſint, & utraque vulgo in ſacris Græcorum ædibus omnibus conſpicua ſit. Utcumque ſit, utramque Concham *Secretarium* vocat Paulinus, prioriſque, ſeu Protheſis, uſum ſic deſcribit:

Hic locus eſt veneranda penus qua conditur, & qua
Promitur alma ſacri pompa miniſterii.

Et Epiſt. XII. ad Severum, loco ſupra laudato, de binis iſtis Conchis verba faciens: *Una eorum*, inquit, *immolanti hoſtias jubilationis patet*. Ubi pro, *patet*, legendum, *parat*, cenſuerim: quippe in hac Concha *hoſtias non immolat Antiſtes*, ſed in media & majori Concha: Protheſis vero *hoſtias jubilationis immolanti*, ſeu potius immolaturo *Antiſtiti parat*, vel præparat. Cum enim in utraque Concha, quæ ad ſacram Liturgiam peragendam neceſſaria ſunt, atque adeo in Protheſi hoſtia & vinum, in Diaconico veſtes & libri & vaſa ac miniſteria Eccleſiaſtica parentur, inde binæ iſtæ Conchæ *Paratoria* nuncupantur in Ordine Romano: *Calicem autem Subdiaconus accipit ſequens, & dat Acolytho, & ille revocat in Paratorium*: nempe in *Protheſin*, ubi Calices & cætera vaſa ad ſacrificii uſum reponebantur, quod ex ſacris Liturgiis abunde probari poteſt.

Edit. Pariſ. pag. 60.

LXVIII.

DIACONICUM BEMATIS.

ALTERAM Concham, quæ ad ſiniſtram, ſeu ad meridiem Altaris ſtatuitur a Theſſalonicenſi, *Paratorium* perinde vocat idem Ordo Romanus: *Reponitur liber in Paratorio quodam, ſive in Secretario.* Conchas enim majori adjunctas *Secretaria* appellaſſe Paulinum ſupra obſervatum eſt. Proinde idem eſt *Paratorium*, quod *Secretarium*. Repoſitos autem fuiſſe libros Eccleſiaſticos in hac Concha, docet idem Paulinus, dum illius uſum ſic deſcribit;

Si quem ſancta tenet meditandi in lege voluntas,
Hic poterit reſidens ſacris intendere libris.

In ea enim Concha ſacræ lectiones fiebant, ſacrique libri, finita Liturgia, publice prælegebantur. Id, ni fallor, ſatis innuit ipſe Paulinus: nam cum dixiſſet unam earum Concharum immolanti hoſtias jubilationis Antiſtiti parare, hæc ſubdit: *Altera poſt Sacrificium capaci ſinu receptat orantes.* Ita enim legendum fere cenſuerim, cum ed ta nihil aut prave ſonent, *altera poſt Sacerdotem capaci ſinu receptat ovantes*: peracto enim Sacrificio, eo ſecedebant Sacerdotes & Diaconi, & ſacrorum Librorum lectioni operam dabant. Certe in ea Concha factas ejuſmodi lectiones docet ſatis ſuperque Codinus lib. de Offic. cap. XV. numer. IV. dum ait, Imperatorem in ædem Sophianam ſecedere, ibique Magni Baſilii precationes a Patriarcha prælectas exaudire, πλησίον τοῦ Διακονικοῦ, hoc eſt, juxta Concham, quæ Διακονικὸν vocabatur. Nam haud procul extitiſſe Sedem Imperatoris, cum ſacrorum Librorum lectionem auditu excipiebat, ſupra probavimus ex Silentiario. Diaconicum igitur hæc Concha appellata eſt, quod eſſet quodammodo appendix majoris Diaconici, ſeu Secretarii, in quo & Eccleſiaſticæ veſtes, & ſacra, uti appellantur paſſim, miniſteria aſſervabantur, ex quo quæ ad ſacram Liturgiam peragendam neceſſaria erant, promebantur, & in hanc Concham deferebantur, quæ inde Diaconicum appellata eſt. Nam in ea veſtes ſacras induebant, & Sacerdos Sacra facturus, & Diaconi illi miniſtraturi. Unde cum Scevophylacii appellatione donaretur perinde majus Diaconicum, inde etiam Diaconicum minus, ſeu Concha Diaconici, Scevophylacium interdum vocatur: adeo ut quæ in Liturgiis S. Marci & S. Jacobi, ἐν Διακονικῷ peragi preces, exacto ſacrificio, dicuntur, eæ in Liturgia Chryſoſtomi ἐν σκευοφυλακίῳ fieri ſcribantur. Metatorii denique appellationem habuit eadem Concha, quemadmodum majus Diaconicum, ut infra probamus, ubi nominis rationem expendimus: nam diſerte Euchologium pag. 623. E. R. διακονικὸν & μετατώριον, confundit: quo loco non eſt major *Sacriſtia*, uti velle videtur Goarus, ſed Concha Bematis ita appellata, ex qua Patriarcha, poſt cantatas Tertiam & Sextam Odas, ad Altare procedit, ἐξέρχεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐκ τοῦ μέρους δεξιοῦ. Nec obſtat quod ad dextram Altaris Diaconicum ſtatuat, quod ad ſiniſtram reponit Theſſalonicenſis, cum, ut ait idem Goarus, dextrum vel ſiniſtrum latus pro reſpicientium ad ortum vel occaſum mutatione ſcri-

ptoribus dicatur: adeo ut ipse Goarus Prothesin ad sinistram, Diaconicum vero ad dextram statuat, contra quam Thessalonicensis, Metatorium pariter ad dextrum latus vel ædis, vel Altaris, ponit Cedrenus in Leone Philosopho: neque enim omnino constat an de exedra Diaconico ac Metatorio dicta, an vero de Concha iisdem nominibus appellata, locutus sit: locum damus infra num. LXXXVI. Sed & non desunt qui totum Bematis extra Altaris vela, atque adeo extra majorem Concham spatium, Diaconicum appellatum volunt: quod, cum intra vela, seu παραπετάσματα, de quibus mox agemus, solis Sacerdotibus consistere liceret, quæ Bematis pars inde ἱερατικὸν proprie dicta est, reliqua Diaconis permissa esset, ut qui ad utramque Concham, *Prothesin* scilicet & *Diaconicum*, pro officii ratione pergendi, & in iis consistendi necesse haberent. Nam Symeon Thessalonicensis lib. de Templo ait nulli licere in sacro Synthrono sedere, præterquam Sacerdotibus, ac ne ipsis quidem Diaconis, quibus alius attributus est locus, ὃς ἀκωλύθως ὠνόμασαι Διακονικὸν, ἔνθα ἐξ καθῆσθαι τούτοις οὐκ ἀκώλυτον, Diaconicum nempe locus sic dictus, in qua considere eis licitum sit. Huic quidem sententiæ nescio an faveat Lexicon Gr. MS. quod extat in Bibl. Reg. cod. MMLXII. ubi παραπέτασμα, τὸ διακονικὸν, τὸ παραχάλυμμα, esse dicitur; videtur enim διακονικὸν appellari velum Altaris; quasi totum Bematis spatium, quod extra vela Altaris patet, Diaconicum sit, & quia in eo & consistere & progredi, pro functionis suæ ratione, non autem sacrarium ingredi illis liceret; quemadmodum Subdiaconis eadem Bematis spatia: cum Subdiaconi & Lectores in Solea extra Bematis cancellos consisterent, ut docet idem Thessalonicensis. Atque inde colligitur quid statuat Canon XXI. Synodi Laodicenæ, dum ait, non licere Subdiaconis, intra Bematis cancellos consistere: ὁ δεῖ ὑπηρέτας χώραν ἔχειν ἐν τῷ Διακονικῷ, id enim solis Diaconis licebat. Ita porro hunc Canonem capiendum par est credere, etsi Balsamon & Zonaras Diaconicum, de munere Diaconi interpretati sint. Priori sane sententiæ favet Isidorus Mercator, qui διακονικὸν, *Secretarium* vertit: *Secretarium*, inquit, *quod Græci Diaconicum vocant*: quæ totidem verbis habentur in Concilio Agathensi Can. LXVI, ita ut per *Secretarium*, Concham intellexerit, quam Græci *Diaconicum* nuncupant, quæ a Diaconis in ea ministrantibus nomen sumpsit, uti observavimus. Nam vix est simile vero Diaconicum pro exedra extra ædem ita nuncupata sumi debere, cum & in ea quibusvis Ecclesiæ ministris consistere fas esset, & ex ea Clerici omnes ad Altare procederent. Jam vero quod in Concilio Arelatensi II. sub Siricio PP. Can. XV. *Diaconi sedere inter Presbyteros in Secretario* vetantur, id videtur intelligi, aut de majori Diaconico, Secretario, vel Vestiario, in quod Sacerdotes vel Antistites de rebus Ecclesiasticis deliberaturi secedebant, & ut verbis utar Sulpitii Severi, cum *vel salutationibus vacantes, vel audiendis negotiationibus occupati* in eo considebant; vel potius de minori Diaconico, id est Concha, quam διακονικὸν vocant Græci. In hoc enim Diaconico quando Sacerdotes Sacra facturi in eo sacras vestes induunt, aut alia quæ ad sacram Liturgiam spectant, exequuntur, cum iis, ob reverentiam, quam sacerdotali charactери debent, sedere prohibentur. Hanc porro trium ad ortum ædis Sophianæ Concharum seriem ac figuram hic exhibemus, majori forma, ac forte accuratione, quam est ea quam ex veteri Codice Bibliothecæ Barberinæ nuper descripsit vir doctissimus Petrus Possinus in Observationibus ad Historiæ Georgii Pachymeris lib. VIII. cap. XV. licet, si non fallor, & Ichnographia, & interior ac exterior ædis Sophianæ facies, quas hic damus, ex eodem Codice petitæ videantur. Nam Crux Hemisphærio imposita antequam urbs in Turcorum potestatem veniret delineatas fere arguit.

Paris. Edit. pag. 61.

LXIX.

CONCHÆ OCCIDENTALES.

DENIQUE binis istis Conchis Majori adjunctis, opponuntur ad Occidentem binæ aliæ Conchæ, eadem magnitudine & figura, quas Pilæ majores ad extrema claudunt, ac cohibent, qua parte mediam ædem contrahunt; unde fit ut media illa templi pars in ovalem quodammodo contrahi figuram videatur. Nam præter majorem quatuor in æde conspiciuntur Conchæ aliæ, duæ ad Orientem majori adjunctæ, & duæ ad Occidentem, qua aditus patet in ipsam ædem: atque eæ sunt quatuor Conchæ, quarum meminit Codinus: περὶ δὲ τίσσων ὑψηλότητος, καὶ περὶ μεγάλων κιόνων σαβίντων, ἤμελλον μετ' αὐτῶν καὶ τὰς Ρωμαϊκὰς κίονας εἶσαι, ἀλλ' οὐκ ἐποίουν, ἀλλ' ἔστησαν αὐτοὺς εἰς τέσσαρας κόγχας. Quas quidem Columnas porphyreticas Ægyptias, quas Romanas vocant, a muliere vidua, Marcia nomine, Roma ad Justinianum transmissas scripsit Plutarchus Protosecretarius. Ita porro describuntur a Paulo Silentiario binæ istæ Conchæ occiduæ, II. part. vers. CL.

Τετράσι δ' ἐξείης ἐπὶ κίοσιν ἔνθα καὶ ἔνθα
Ἀβροῖς Θεσσαλικοῖσι, φόως ἀμφέλυκέν τε καὶ ἠοῖ,
Λιθόεσσης κεν μῦθος ἐλίσσεται ἔργα κυλίνδρων
Ἡμιτόμοις ἀτάλωτα διοδμήτοις περὶ τοίχοις
Τρυτὰ διασκίοεσσιν ἀνημένα.

Ab utraque deinceps parte super quatuor præclaras columnas Thessalicas, occasum utcumque versus, secundum porticus longitudinem, volvuntur architecturæ opera, dimidiatis Cylindris similia, elegantia, circum parietes divina arte fabricatos diffusa. Sed & ita de iisdem Conchis occidentalibus Procopius: τὰ δὲ δὴ ἰὼν κατερχομένῳ τὰς ὁδοὺς ἔχων ἐγήγερται τοῖχος, ἐς αὐτὸν ἑκατέρωθεν, οἵτε κίονες, καὶ τὰ αὐτῷ ὁμοιότατα τοῖς δεδυλωμένοις ἐν ἡμικύκλῳ ἐστήκασι. *Orientem contra excitatus est paries, in quo sunt templi januæ: hinc inde columnæ & his superiora, structura jam dictis plane simili circulum exhibent.* Ex quibus porro percipimus quæ initio partis alterius descriptionis ædis Sophianæ scripsit idem Silentiarius, eandem esse occidentalis templi partis formam, quæ est orientalis, præterquam quod in occidentali medium non obtinet inflexus fornix, ut in orientali, sed in occidentali ingens aperitur vestibulum & multorum hominum capax, non singulare quidem ac unicum, sed triplex. Mox addit ut binis porphyreticis columnis, quæ harum quatuor Concharum singulas sustentant, sex aliæ Thessalicæ superponantur, qua gynæcei seu porticuum superiorum pars ultima adsurgit, quæ ita dispositæ sunt, ut ter binæ iis incumbant, proindeque duæ quæ in medio consistunt, vacuo in aere stare ac nullo fulciri fundamento videantur. Meminit rursum Silentiarius part. II. versu XXXIV. Columnarum istarum Ægyptiacarum.

pag. 61.

LXX.

CANCELLUS BEMATIS.

JAM vero majorem ac primariam Concham, quam vulgo Bema appellant, id est sacram & solis Sacerdotibus addictam ædis partem, a Nao, vel Choro separat tabulatum, columnis, cancellis, hyperthyris, & imaginibus adornatum, ne quibuslibet ad eam aditus pateat, ἵνα τὸ μυδίνας αἰσίνας ἐν αὐτῷ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχεν, inquit Germanus Patr. CP. Gregorius Nazianz. Carm. XI.

Τὸ σεπτὸν τοπάροιθε σοφῶν ἕδος ἔρκος ἀρείων
Βῆμα, τὸ δ' ἀγγελίνοισι χοροστασίῃσι τεθηλὸς
Κυκλίδα τὴν μεμάτην κόσμων δύο, τοῦτε μένοντος,
Τοῦτε περιπεπταμένοιο, θείων ὄρος, ὑμεναίων τε
Ἦν ὅτιν ἦν, &c.

Theophanes, Ceram. Homil. LV. de æde S. Petri

in

in Palatio: τὸ δὲ τῆς ἀῤῥήτου τελετῆς χωρίον, μαρμάρων θώραξ, ταῖς ἱερεῦσι περιχλείει τὸν χῶρον, ἐφ' ὧν ἐστὶν ἐπαναπαύεσθαί τε, καὶ μὴ ἀσφαλείας ἐστέρηται, καὶ τέρπειν τῇ θέᾳ τὸν ἔνδον· κώλυμα δὲ τοῦτο τῆς, ὅτου φροπετὴς, καὶ ἀτέλεστος ἔσω τῆς ἀδύτων ὑπερβῆναι φιλονεικεῖ. *Locus ille in quo arcanum peragitur ſacrificium marmoreo thorace ſeptum, & circumſcriptum eſt Sacerdotibus, ubi & requieſcere, & tuto conſiſtere, & aſpectum ſpectaculo licet oblectare: idque clauſtrum etiam ab acceſſu prohibet, ſi quis temerarius ac prophanus adita penetrare contendat.* Tabulatum iſtud ἱερὰς κιγκλίδας, ſeu ſacros Cancellos, vocant Nicephorus Calliſt. Joan. Cantacuzenus, & alii paſſim. Porphyrogenitus in Baſilio cap. LV. καὶ αἱ τῆς ἐκτὸς διειργουσαι τὰ θυσιαστήρια κιγκλίδες, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς περίσυλα, καὶ τὰ ἄνωθεν οἷον ὑπέρθυρα. *Et qui ab externa templi parte ſanctuarium ſecludunt Cancelli, & in ipſis Columnæ, & quæ ſupra eos ſunt hypertyra.* Quibus poſtremis verbis innui videtur tabulatum, quod ſupra Portas ſanctas aſſurgit, in majoris Conchæ ſepto, cujus typum ſupra adumbravimus. Κάγκελος τοῦ ἱερατείου dicitur Cyrillo Scythopolitano in vita S. Euthymii: κάγκελος τοῦ θυσιαστηρίου in Synodo Chalcedon. act. I. & apud Auctorem vitæ S. Sabæ: ἔρκος, apud Silentiarium: δρύφακτα, ſeu δρυφακτοι, apud Sozomenum lib. VII. cap. XXVII. Gloſſ. Gr. MS. Regium cod. MDCLXXIII. δρύφακτοι, τὰ διαφράγματα, ἤ τὰ περιτειχίσματα, τοῦτ' ἐστι ξύλινοι κάγκελλοι. Alio loco δρυφάκτοις, ξυλοκαγκέλλοις, ſeu ædis ſacræ cancellos vocat. Denique Cancelli iſti dicuntur κιόνια, ἤτοι τύδια τὰ διορίζοντα τὸ Βῆμα ἀπὸ τοῦ λοιποῦ ναοῦ Germano Patr. CP. qui præterea obſervat eos ut plurimum fuiſſe ære fuſiles: cujuſmodi fuere Cancelli apud Leonem Oſt. lib. III. Chronicon Caſin. cap. XXXIII. *Fecit itaque & Cancellos fuſiles ex ære ante Altare, ſcilicet inter Chorum & Adytum ſtatuendos.* Cancellos lapideos habet cap ſeq. argenteos vero Anaſtaſius in S. Sylveſtro, & aliis locis, ut & Cyprianus in vita S. Cæſarii Arelat. quales extitere Cancelli Bematis in æde Sophiana, quorum ea fuit elegantia, ut non eboris aut marmoris, vel æris quidquam in iis eſſet, ſed tabulatum omne ſeu quidquid Bema a Nao ſeparat totum argento obductum fuerit. Silentiarius part. II. verſ. CCLXV.

Καὶ γὰρ ὅσον μεγάλοιο πρὸς ὄρθριον ἄντυγα νηοῦ
Χεῖρον ἀναμάκτοισιν ἀπετρέψαντο θυηλαῖς,
Οὐκ ἐλέφας, οὐ τμῆμα λίθων, οὐ χαλκὸς ἐρίζει,
Ἀλλ' ὅλον ἐθρέγχωσεν ὑπ' ἀργυρέοισι μετάλλοις.

Nam quidquid loci verſus orientalem magni templi fornicem incruentis ſecreverunt ſacrificiis, id non ebur, aut lapidum fragmentum, vel æs dirimit, ſed totum argenteis obſepſerunt metallis. Ea autem Bematis tabulata non unicis cancellis, vel tabulis, quas πλάκας vocat Silentiarius, conſtabant, ſed in iis duodecim præſertim columnæ, argento perinde veſtitæ aſſurgebant, quæ ita diſpoſitæ erant, ut binæ ſimul cohærerent. Idem Silentiarius par. II. verſ. CCLXIX.

Οὐδὲ μὲν οὐ μούνοις ἐπὶ τείχεσιν, ὁππόσα μύθῳ
Ἀνδρα πολυγλώσσοιο διαχρέουσιν ὁμίλῳ,
Γυμνὰς ἀργυρέας ἔβαλε πλάκας· ἀλλὰ καὶ αὐτὰς
Κίονας ἀργυρέοισιν ὅλους ἐκάλυψε μετάλλοις
Τηλεβόλοις σελάεσσιν λιλαμπόμενος ἐξόσον δοιούς

Neque tamen ſolis in muris, qui viros ſacerdotali dignitate ornatos a multarum linguarum cœtu ſeparant, meras argenteas tabellas poſuit, ſed & ipſas duodecim columnas totas argenteis conveſtivit metallis, longe jaculantibus radiis coruſcantes. Iis adjunctæ erant variæ tabellæ orbiculares, in quibus opere ſculptorio depictæ erant imagines Chriſti, Angelorum, Prophetarum, Apoſtolorum, & Deiparæ. In medio vero, in tabula perinde tereti, depicta erant eodem opere ſculptorio Monogrammata Juſtiniani & Theodoræ, una cum Crucis figura. Silentiarius verſ. CCXCV.

Ἐς δὲ μέσας ἱερὸν πλάκας ἔρκι θέσθαι, αἵ τε σφῶτας
Εὐείρους, τεύχουσι μετὰ χερσὶ γράμμα χαράσσον
Ἠγλωφὶς ἐν πολύμυθον· ἀολλίζει γὰρ Ἀνάσσης
Οὐῆμα, καὶ Βασιλῆος· ἴσον γε μὲν ὀμφαλοέσσῃ
Ἀσπίδι μιηκατίοισι τύπον κοιλήνατο χείρες
Σταυρὸν ἀπαγγείλουσα

In mediis autem ſacri ſepti tabulis, quæ Sacerdotes circumſtant, eoſque ſeparant, litteram deſcribit ſcriptura unicam, ſed quæ plura verba complectitur; colligit enim Imperatricis & Imperatoris nomina: æqualem vero orbiculari clypeo figuram mediis in locis ſculpſit, crucem in ea exprimens. De Monogrammate dixi ad Annę Alexiadem, & in Gloſſario.

LXXI.

PORTÆ SANCTÆ.

ANao in Bema aditus patebat per tres portas, quæ in cancellis aperiebantur, mediam ingentem, vel majorem, alias minoris magnitudinis, ad utrumque latus, & ut Paulini verbis utar Natali X.

Trinaque cancellis currentibus oſtia pandunt.

Idem Silentiarius verſ. CCC.

—— δίχα τεμενῶν δὲ θυρέτρων
Ἕρκος ὅλον μύσῃσιν ἀνοίγεται· ἐν γὰρ ἑκάστῳ
Πλευρῇ θύρετρα διήτμαγεν ἐργοπόνος χείρ

Tribus autem portis totum ſeptum Sacerdotibus patet: in ſingulis enim lateribus parvulas portas aperuit manus artificis. Ejuſmodi ematis portas ἁγίας θύρας, ſcriptores Græci paſſim vocant, ἅγια θυρεία Pachymeres lib. IV. cap. XXV. & alii. Refert Auctor Narrationis de rebus Armeniæ, editus a Combefiſio, ab Armenis, qui Synodo Conſtantinopolitanæ, quam Quintam vocant, conſenſerant, harum alteram Armeniorum Portam de eorum nomine nuncupatam fuiſſe: τῷ ὀνόματι αὐτῶν ἐκάλεσαν ἁγίας πύλας τῆς Ἁγίας Σοφίας, ἥ τις μέχρι σήμερον καλεῖται τῶν Ἀρμενίων πύλη.

LXXII.

VELOTHYRA.

POrtæ vero ſanctæ, cum cancellatæ eſſent, velis ut plurimum obducebantur, ne quæ peragebantur Sacra in Altaribus, a quibuſvis conſpicerentur. Dicuntur autem ejuſmodi fores clatratæ & cancellatæ, καγκελοθυρίδες Anonymo: vela vero, θύρα παραπετάσματα S. Dionyſio in Epiſt. ad Demophilum: ἀμφίθυρα Chryſoſtomo Serm. III. in Epiſt. ad Epheſios, Theophylacto Simocattæ lib. V. cap. XIV. & Evagrio lib. VI. cap. XX. quaſi ἀμφία θυρῶν. Græci poſteriores βηλόθυρα, barbaro vocabulo, fores illas appellaverunt, quo utuntur Scholiaſtes Ariſtophanis ad Ranas & Codinus de Offic. unde βημόθυρον effictum in Euchologio, & apud Malaxum, etſi quaſi βήματος θυρεῖον dicta videatur poſterior hæc vox. At Guillelmus Biblioth. in Stephano VI. hanc vocem uſurpare videtur pro quovis velo, etiam Altaris: *Fecit etiam in eadem Baſilica — belothera quatuor, ex quibus unum auro textum.* Et infra: *Contulit — velothera ſerica tria in circuitu Altaris.* De velothyris, ſic Paulinus Nat. VI.

Aſt alii pretioſa ferunt donaria, meque
Officii ſumptu ſuperent, qui pulchra tegendis
Vela ferant foribus, &c.

Et Epiphanius Epiſtol. ad Joannem Jeroſ. *Inveni ibi velum pendens in foribus Eccleſiæ.* Denique in Concilio Narbonenſi ann. DLXXXIX. can. XVII. *Juniores Clerici* jubentur *ſenioribus vela ad oſtia ſublevare.* Ejuſmodi ad ædium ſacrarum introitus, ac Regias portas velorum non ſemel mentio occurrit apud ſcriptores, quorum locos aliquot collegit Roſvveidus ad Paulinum: nos etiam quædam attigimus in Gloſſario nuper edito. Ea etiam exhibet tabella vetus Græcanica, in qua Cæſarii funus depingitur, de

qua agimus infra n. ult. ut & tabella in qua Theodora Justiniani conjux exhibetur, quam in Familiis Augustis Byzantinis delineari curavimus. Sed antequam ex Bematis cancellis excedamus, observandum inde totam hanc ædis sacræ partem cancellis clausam vulgo apud nostros *Cancellum* appellari, *le Chancel*. Hugo Plagon in versione Gallica W. Tyrii MS. *Li Patriarche prit le califfre, & l'enmena el Cuer, & el Chanciel, pour bien voir apertement le Sacrement.*

Edit. Paris. pag. 64.

LXXIII.

SOLEA.

EX Bemate per tabulati portas egredientibus, primum occurrit *Solea*. Symeon Thessalon. Dial. de Sacramentis: Γίνεται εἴσοδος εἰς τὸν Σολέαν ἐκ τοῦ Βήματος· *Fit introitus in Soleam ex Bemate*. Euchologium in Ordinatione Diaconi: Ἐξελθόντες δύο διάκονοι ἐκ τοῦ ἁγίου Βήματος, λαμβάνονται, τὸν μέλλοντα χειροτονεῖσθαι διάκονον ἑστῶτα ἐν τῷ Σολέᾳ. *Exeuntes duo Diaconi ex sacro Bemate, eum qui ordinandus est in Solea stantem excipiunt*. Proxima enim sacris Cancellis fuit Solea, ut ex Cantacuzeno lib. I. cap. XLI. colligitur, scribente Imperatorem διερχόμενον τὸν Σολέαν, εὑρεῖν τὸ Πατριάρχῳ εἰς τὰ ἅγια θυρεία· *Transeuntem Soleam, invenire Patriarcham ad sacras Portas*: & Codino innuente Soleam inter Ambonem & Bema extitisse, dum ait Imperatorem ex Ambone descendere, non ex ea parte, quæ ὡραίας πύλας, sed ex altera, quæ πρὸς τὸν σολέαν & τὸ ἅγιον βῆμα respicit. Unde evidens est Soleam sacris Cancellis proximam fuisse, atque ipsi Bemati, cum & Solea & Cancelli Bema ipsum a Nao dividerent. Id enim videtur scribere Theodorus Studita: Οἵτινες θεῖοι κίονες, καὶ οἱ Σόλιοι καλούμενοι, ἃ τὸ σεβάσμιον τοῦ ἱερεῖου διακρίζουσι θυσιαστηρίου· *Sacræ Columnæ, & quæ vocantur Solii, quæ venerandum sacrarium veluti muri separant*. Ita etiam Nicephorus Patr. Constantinopol. Antirrhetico II. cap. XLV. Soleam cum Cancellis jungens: Τί οὖν εἴποις περὶ αὐτῶν ἐν ταῖς ἱεραῖς κιγκλίσι, καὶ τοῖς καλουμένοις Σωλίοις, πρὸ τοῦ θείου θυσιαστηρίου ἱδρυμένων· *Quid igitur dicerent de iis quæ in ipsis sanctis Cancellis, & vocatis Soliis, ante divinum altare extructa sunt?* Ubi Soleas numero multitudinis efferunt scriptores isti, cum Solea non ædi dumtaxat Sophianæ propria fuerit, sed ædes omnes sacræ suas Soleas haberent: quod præterea colligitur ex Leone Grammatico, ubi meminit Solearum ædium Blachernensis & S. Mocii. At quæ pars illa sit Templi, ambigunt doctiores, nec inter se consentiunt; præ cæteris vero doctissimam & luculentam ea de re dissertationem instituit Leo Allatius lib. I. Συμμίκτων, ubi discussis scriptorum sententiis, suam ipse stabilivit, dixitque Soleam esse basim, fulcimenta, ac partes inferiores tabulati cancellati, quæ solidæ fieri solent: ex quo, inquit, factum postea, ut spatium illud quod ante ipsam Soleam effundebatur, Solea dici cœperit. Cui quidem sententiæ favere videtur Lexicon Gr. MS. in Bibl. Reg. cod. MMLXII. κιγκλὶς, τὸ τοῦ δικαστηρίου κάγκελλον, ἤ ἡ Σωλέα, seu ut habet aliud Lexicon, quod inscribitur Στέφανος λέξεων, cod. MDCLXVIII. ἡ ἡ τοῦ ἱεροῦ Σωλαία, ita ut unum videatur esse Cancellus & Solea. Verum etsi certum sit Soleam appellatum spatium illud, quod Cancellis Bematis obversabatur, non ideo tamen a *Solo* isto, seu basi Cancellorum nomen sumpsit; sed potius a *Solo*, vel pavimento editiori, quod hoc loco altius eminebat. Unde recte Menardus ad librum Sacrament. Gregorii, & Goarus ad Euchologium non uno loco Soleam dixerunt esse pavimentum eminentius Ecclesiæ, quod est ante fores Sacrarii, inter Chorum & Sacrarium, in quo est altare, cujusmodi describi videtur a Leone Ostiens. lib. III. c. XXVII. *Sed illud præcipue quod secus altare est, & in Choro, gradibus illis quibus ad idem altare ascenditur, crustis pretiosorum marmorum decenti varietate distinxit*. Id sane evincunt non modo simile pavimentum aliquanto editius, quod in nostratibus Ecclesiis perinde his locis conspicitur, sed etiam voces Græcobarbaræ, ὁ σολέας, σολῆος, ἡ σολέα, ὁ σελίας, & ἡ σωλία, quibus utuntur passim Scriptores Byzantini, qui eas indubie hauserant, vel a Latinis sequioris ævi, vel ab Italis, quibuscum semper magnum habuere commercium. Quippe apud Italos quidquid supra pavimentum tantisper eminet, *soglia*, ut apud Francos *seuil*, seu *solium* dicitur: unde primum portæ gradum, seu domus limen, *le seuil de la porte* nuncupamus, primam nempe & inferiorem trabem, cui totum ædificium ligneum insistit, & quam transcendere tenetur, qui domum vult ingredi: quæ quidem trabs, *seule* vocatur in Consuetudine municipali Aurelianensi art. CCXXXVIII. & Nivernensi cap. XXVI. art. VIII. XI. *soulier* in eadem Nivernensi cap. X. art. X. ut Florentinis *sogliare*; *sol* in Remensi art. CCCLXXVII. *soline* in Ambianensi art. CXCVIII. Sed & apud Græcos recentiores σωλίαν ædium quarumvis fuisse partem docet Lexicon Gr. MS. mox laudatum: Σολία, χώρα· σωλία δὲ ἡ τοῦ οἴκου, nempe φλιά, seu limen: est enim Academicis Cruscanis, *Soglia, pietra, o scalone, dove posano gli stipiti del uscio*. Itaque, si bene auguror, *Solea* idem erit ac *Limen*, & *Soleæ*, idem quod *Limina*; qua ultima voce utuntur passimm scriptores, dum de ædibus sacris loquuntur, aut de iis qui ad ipsas sacras ædes voti causa proficiscuntnr. Paulinus Nat. IX.

Verum utinam sanis agerent hæc gaudia votis,
Nec sua liminibus miscerent pocula sanctis. *pag. 65.*

Et infra:

— Cede sacratis
Liminibus serpens.

Hinc familiaris loquendi formula, *ad Limina Sanctorum* proficisci, aut ea visitare, cum de iis qui ad eorum Sepulchra, seu Memorias, peregrinationes instituunt, verba faciunt scriptores. Nam cum Sanctorum Reliquiæ ac Corpora intra Absidas, vel Bemata, in Confessionibus, id est, sub ipsis Altaribus recondita essent, Bemaque ingredi solis liceret Presbyteris, unde *Presbyterium* Latini appellarunt; Fideles in liminibus, seu in *Soleis* Bematis consistebant, ibique preces suas ac vota exsolvebant. Nicolaus I. Papa Epist. VIII. *Tanta hominum millia protectioni atque intercessioni B. Apostolorum Principis Petri ex omnibus finibus terræ properantium, sese quotidie conterunt, & usque in finem vitæ suæ apud ejus limina semet mansura proponunt*, &c. Ita passim apud Victorem III. lib. III. Dialog. Leonem Ostiens. lib. III. cap. XLIX. Petrum Diacon. lib. IV. Chronici Casin. c. XCII. & alios: quibus in locis vox, *limina*, pro ipsa æde sacra sumitur, id est, pars pro toto. Quamquam non desunt, qui *limina*, pro ipsa ædis Porticu, atque adeo ipsis foribus, intelligi debere contendunt, in quibus subsistebant peregrinantes; cum eo prosequerentur cultu ipsos Martyres, ut & ipsam ædem iis sacram subire verentur. Paulinus Nat. VI.

—— Illa autem qui tanti muneris alto
Causa fuit Domino, medlis in liminibus stans,
Flensque iterum, sed lætitia, modo debita sancto
Vota refert.

Sed & interdum ipsos postes osculabantur: unde apud Chrysostomum Homil. III. in Epist. ad Corinth. φιλοῦσι τοὺς τοίχους, Aratorem lib. II. Histor. sacræ, & Paulinum Nat. VI. *oscula figere postibus*, Prudentium Hym. II. & XI. *Apostolorum & Martyrum exosculari limina*: denique apud Gregorium Turonensem lib. IV. de Mirac. sancti Martini cap. XIV. *Limina S. Martini osculari*. Paulinus loco laudato.

Sternitur ante fores, & poſtibus oſcula figit,
Et lachrymis rigat omne ſolum, pro limine ſancto
Fuſus humi.

Nam quemadmodum qui excommunicantur, & ab Eccleſiæ ingreſſu arcentur, dicuntur *a liminibus Eccleſiæ ſeparari*, apud Leonem Oſt. lib. III. cap. XLIII. Petrum Diac. lib. IV. capp. XXXII. LVII. LXXXVIII. XCIV. CIX. & alios paſſim: ita peregrinantes, humilitatis majoriſque venerationis gratia, ac Pœnitentium inſtar, in ipſis liminibus ſubſiſtebant, ut qui ſe ipſam ædem ſubire indignos cenſerent. Utcumque ſe res habeat, illud etiam a vero haud procul eſt, ipſos peregrinantes vota ſua exſolviſſe in Bematis liminibus, ſeu Soleis, quæ *liminaria* dicuntur. Anaſtaſio in ſancto Hadriano Papa p. 117. E. R. *pari modo & in ipſius Apoſtoli Confeſſionis liminari inferiori lib.* XXV. *Liminare* etiam eadem notione vocat Petrus Diaconus IV. cap. XCIII. quod idem Anaſtaſius pagg. 152. 156. 173. 177. E. R. *veſtibulum Altaris*, & *Confeſſionis*: cujus quidem veſtibuli ingreſſus meminit præterea pagg. 133. 134. 140. 141. 173. Jam vero φλιὰν, ſeu *Limen* appellari Soleam, ſatis declarant VIII. Sept. Menæa ubi de Templo: Τὸ προπύλαιον αὐτομάτως ἠνέῳχτο, καὶ τότῳ σωιελθόντος τοῦ Διακόνου, ἐπὶ τῶν αὐλῶν τοῦ ναοῦ ἔστησαν. αὖθις πάλιν πρὸς τὰς ἐκθύρας τοῦ ναοῦ ἐξαργύρους πύλας γενόμενοι, — τὰς ἀργυρίας πύλας κεκλεισμένας εὗρον, καὶ εἰσελθόντος ἐν τῷ ναῷ, — καὶ τῇ φλιᾷ τοῦ ἁγιάσματος προσεσωῶτος, αἱ πύλαι τοῦτο δηλῶσαι ἀνεῴχθησαν. *Templi propylæum ſponte apertum eſt, illudque ſubeunte Diacono, in Narthecis aula ſtetere: rurſum cum ad templi portas, ex argento confectas pervenisſent, — portas argenteas clauſas aperuit, & cum templum ingreſſus eſſet, — & ad ſanctuarii limen concidiſſet, ejus portæ virtute divina occluſæ ſunt.* Sed quod Græcis *Solea*, noſtris *limen* & *liminare* dictum eſt, *Rugam* videtur nuncupare Ordo Romanus; quod ex Secretario per hanc quaſi viam in Sacrarium pergeret Pontifex ſacra facturus: id enim ſonat vox *Ruga*, uti mox docebimus. Et quod *Ruga* in eodem Ordine Romano dicitur, *Curriculum* videtur appellari in veteri Charta Cornutiana edita a Suareſio: *Et ante Secretarium, vel curricula, vela linea rotulata penſilia habentia arcus duos.* Ordo igitur Romanus enarrans ut Pontifex finita ſacra Liturgia in Secretarium redit, hæc ſubdit: *Tunc ſeptem cereoſtata præcedunt Pontificem, Subdiaconus Regionarius cum thuribulo ad Secretarium: — poſt eos Bajuli, poſt eos Cereoſtatarii, poſt quos Acolythi qui rugam conſervant, poſt eos extra Presbyterium Cruces portantes, deinde Manſionarii juniores, & intrat in Secretarium.* Neque alia ſignificatione accipienda hęc vox apud Anaſtaſium Bibl. in Vitis Pontificum, ubi paſſim occurrit, quidquid reclamet Cæſar Bullingerus. In Stephanos IV. *Fecit & regulares argenteos ſuper rugas, per quas ingrediuntur ad Altare.* In ſancto Hadriano: *In eadem Baſilica ab introitu de rugas, uſque ad Confeſſionem veſtivit de argento puriſſimo.* In Leone III. *Necnon & Altare majus ſub abſida conſtruxit, cujus faciem atque Confeſſionem, ſeu rugas ad decorem ipſius Altaris inveſtivit ex argento mundiſſimo.* In Paſchali: *Sacram Confeſſionem ejus interius exteriuſque cum rugulis ſuis nobiliſſime conſtrubit.* Et pag. 150. *Confeſſionem denique ejus cum rugulis ſuis interius exteriuſque vallantem pulcherrime compſit atque decoravit.* Alibi vero non ſemel rugas iſtas in ingreſſu Presbyterii, id eſt Bematis, fuiſſe oſtendit. In ſancto Paulo: *Fecit autem & rugas in Eccleſia B. Petri Apoſtoli in presbyterio ingredientes, quas utraque parte dextra lævaque inveſtivit argento puriſſimo.* Alio loco: *Fecit etiam imagines ſex ex laminis argenteis inveſtitas, ex quibus tres poſuit ſuper rugas quæ ſunt in introitu Eccleſiæ Presbyterii.* Rurſum: *Fecit ſimul & rugas argenteas in ingreſſu Presbyterii penſantes*, &c. Cum igitur, ut habet Ordo Romanus, Acolythi *Rugam* ſervarent, neque iis fas eſſet Sacrarium ingredi, ſatis evincitur *Rugam* extra Sacrarium, atque adeo ei proximam fuiſſe. *Ruga* vero idem ſonat quod noſtris *Rue*, ſeu platea: ſic enim uſurpatur hæc vox apud Willelmum Tyrium lib. XII. cap. XXXV. & in Bulla Alexandri Papæ ann. MCLXV. in M. Paſtorali Eccleſiæ Pariſienſis lib. XIX. Charta XVII. *Uſque ad locum, qui vocatur Tudella, in ruga ejuſdem ſancti Germani.* Ita Papias pariter *Rugam* videtur accipere: *Rugæ, Romæ, Semitulæ*: ubi legendum *Rumæ*: Græcam enim vocem expreſſit ῥύμη. Gloſſ. ſancti Benedicti: *Ruga*, ῥύμη. Nam & hoc loco *Ruga* forte accipitur pro platea: ῥύμη enim Græcis non modo rugam frontis ſonat, ſed & plateam. Heſychius: ἄμφοδα, αἱ ῥύμαι, ἀγυιαί, δίοδοι. Lexicon Græc. MS. in Bibliotheca Regia cod. Ecccxxx ἄμφοδοι, ῥύμη. ἄμφοδον, δίοδον, ῥύμω. Quibus locis legendum ῥύμη, & ῥύμω, Sed & a ῥύμη, vocem Gallicam, *Rue*, deducit H. Stephanus. Recte autem *rugam, ſemitulam* vertit Papias, ſeu parvam ſemitam, cujuſmodi ſunt ſulci, quos in fronte ſenum efficiunt rugæ: unde indubie rugas appellarunt noſtri quaſvis plateas ſtrictiores, quod rugarum, quæ in fronte ſenum contrahuntur, formam referant. Sed & obſervo partem illam Templi *Plateam* & *Viam* appellari in Charta ann. MCCCXXXVIII. in eodem M. Paſtorali Eccleſiæ Pariſ. pag. 367. *Item ordinamus & pronuntiamus, quod ſi in platea, infra gradus, per quos aſcenditur ad magnum altare, licet ſit ſeu dicatur Capitium, aliqui cerei in candelabris ponantur in parte inferiori ſuper tumbis defunctorum*, &c. Infra: *De juriſdictione autem Eccleſiæ Pariſienſis, — ordinamus, quod a primo inferiori graduum, per quos aſcenditur ad magnum altare, & circumcirca magnum & parvum altaria, infra tamen clauſuram quæ ibi eſt, & non extra, tota juriſdictio eſt & erit Epiſcopi: in via autem juxta ipſos gradus, per quam itur de uno oſtio ferreo, ad aliud oſtium de tranſverſo, erit præventio inter Epiſcopum & Capitulum*, &c. Sed ut ad Soleam revertar, pars illa Templi vulgari, ac recepto loquendi modo Βῆμα Ἀναγνωστῶν dicta eſt, id eſt, in qua conſiſtebant Lectores. Cum enim in Bema ſacrum; cæteris Eccleſiæ partibus editius, ſolis Sacerdotibus ac Diaconis miniſtrantibus aditus pateret, Subdiaconi ac Lectores extra cancellos in Solea, perinde editiori, ſtabant: unde eorum Bema appellata eſt, ad inſtar Bematis ſacri in quo conſiſtebant Sacerdotes. Id adſtruit Symeon Theſſalonic. Τοὺς ὑποδιακόνους, καὶ Ἀναγνώστας καθῆσθαι χρὴ ἐξωθεν τοῦ Βήματος πρὸς τῇ Σολέᾳ, ὃς δὴ καὶ Βῆμα καλεῖται Ἀναγνωστῶν. *Subdiaconi & Lectores ſedere debent extra Bema in Solea, quæ & vocatur Bema Lectorum.* Quamquam non deſint, qui Soleam Lectorum Bema eſſe appellatam cenſent, quod ea Amboni quodammodo ſubjaceret, cui id appellationis tribuit diſerte Sozomenus lib. IX. cap. II. ubi de Euſebiæ Cæſarii uxoris cadavere in æde S. Thyrſi ad Urbem invento agit: Εἰκάζω αὐτῷ κεῖσθαι περὶ τὸν Ἄμβωνα, Βῆμα δὲ τοῦτο τῆς Ἀναγνωστῶν· *Conjicio illam jacere circa Ambonem, locus autem ille Bema Lectorum appellatur.* Et lib. VIII. ait S. Chryſoſtomum orationem habuiſſe ad populum, ἐπὶ τοῦ Βήματος τῆς Ἀναγνωστῶν καθεζόμενον. Neque aliter Socrates lib. VI ubi ſcribit, eundem ex Ambone ut plurimum ad populum peroraſſe, ὅθεν ἐώθει καὶ πρότερον ὁμιλεῖν. In Concilio Laodiceno Can. XV. dicuntur Canonici Pſaltæ ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαίνειν. In libro Sacramentorum S. Gregorii, *aſcendit Lector in Ambonem pronuntians*, &c. Ita denique S. Cyprianus Epiſt. XXXIV. Lectorem ait *ſuper pulpitum, id eſt ſuper tribunal Eccleſiæ, impoſitum legiſſe præcepta & Evangelium Domini.* Apud Clementem in Conſtitut. Apoſtol. lib. VIII. cap. XI. præcipitur ut pueri ſtent ad Bema, & præſit Diaconus, ne immodeſte ſe gerant:

Edit. Pariſ. pag. 66.

Τὰ δὲ παιδία σηκέτωσαν παρὰ τῷ Βήματι, καὶ ὄχλος αὐτοῖς ἕτερος ἔσω ἰφεσῶς, ὅπως μὴ ἀτακτῶσιν. Quo quidem loco nolim Lectores hic designari asserere, quos ex pueris & infantibus sæpe delectos constat. Jam vero totum illud spatium quod a Bematis cancellis ad arcui orientali subjectum pavimentum intercedebat, quodque majori adjacentibus utrisque Conchis obversabatur, Solea, ni fallor, fuit, quam deinde excipiebat Ambo, seu locus ubi excitatus fuit, sub ipso scilicet Hemisphærio, arcum inter orientalem, & ædis umbilicum, cum ea parte excitatum doceat Silentiarius. Soleam Sophianam, ut & Ambonem, ex Onychite lapide, ἐξ ὀνυχίτου λίθου, confeciſſe Justinianum tradunt, qui utrumque casu Hemisphærii confractum narrant, in quibus est Cedrenus. Anonymus multo pretiosiorem describit: Τόν τε Ἄμβωνα μετὰ τῆς Σολέας ἐποίησε μετὰ σαρδονύχων, ἐντιθείσης καὶ πολυτίμους λίθους, σὺν κιόνων ὁλοχρύσων, καὶ κρύων, καὶ σαπφείρων. *Ambonem cum Solea sardonychis struxit, insertis quoque lapillis cum columellis auro solidis, & crystallis, & carbunculis, & sapphyris.* Nec vetat solum, seu pavimentum, quod pedibus teritur, Onychite lapide constratum fuisse, cum Onyx marmoris species sit, quod Alabastritem etiam vocant, ex quo pretiosissima olim facta pavimenta auctor est Plinius lib. XXXVI. cap. VII. & VIII Gloss. Lat. MS. in Bibl. Reg. cod. MXIII. *Onychinum, genus metalli. Onyx, genus marmoris.* Lucanus de aula Ptolomæi & Cleopatræ, in qua Julius Cæsar post pugnam Pharsalicam regio apparatu exceptus est, lib. X.

Edit. Paris. pag. 67.

Totaque effusus in aula
Calcabatur Onyx.

Martialis lib. XII. Epigr. L.

Calcatusque tuo sub pede lucet Onyx.

Et Sidonius carm. XI.

Limina crassus Onyx crustat.

Sed & Paulus Silentiarius inter marmora varia, lapidesque opulentos, quibus ædes Sophiana passim coruscabat, Onycem recenset, part. II. vers. CCXXIII.

Ὅσσα δ' ὀνυξ ἀνέηκε διαυγάζοντι μετάλλῳ
Ὠχρείων ἐρίτιμα.

Ut & Statius:

Hic Libycus Phrygiusque silex, hic dura Laconum
Saxa virent, hic flexus Onyx, & concolor alto
Vena mari.

Et alibi:

Mœret Onyx longe, queriturque exclusus Ophites.

LXXIV.

AMBO.

SOphianum Ambonem ad Orientem & versus mediam ædis partem, paulo tamen magis ad Orientem, statuit Silentiarius in illius descriptione:

Ἔστι τις ἀμφιπόροιο κατ' ἰνδία μέσσα μελάθρου
Ἄβρὸς ἰδεῖν, ἐ μᾶλλον ἐς ἀντολίην τε νενευκὼς
Πύργος, ἀκηράσιστον ἀποκρύπτων ἥδεσι βίβλων.

Circa mediam latæ & amplæ ædis partem prostat visu venusta magisque ad Orientem protendens quædam turris, sacris libris reponendis addicta & secreta. Ad Orientem, & e conspectu Bematis statuitur pariter Ambo a Germano Patriarcha Constantinopolitano: Ὁ Ἄμβων ἀπὸ τῆς θύρας τοῦ Βήματος ἵσαται· *Ambo ante portas Bematis stat.* Ut & a Symeone Thessalon. lib. de Templo: Ὁ μὲν πρὸ τοῦ Βήματος Ἄμβων, *& qui ante Bema est Ambo*, &c. Alio loco: Τῷ ἱερωτάτῳ Βήματος καὶ ἀνατολὰς ὁρωμένῳ, καὶ τῷ Ἀμβωνος ἀντικρὺ ὄντος, εἰ τόπος ἐστί, &c. *Sacratissimo Bemate ad Orientem constituto, & contra Ambonem posito, si locus est*, &c. Juxta sacras portas statuitur etiam Ambo a Scylit. in Leone Philosopho p. 599. E. R. Ita autem excitatus erat Ambo, ut pars una Soleam & Bema, altera Ναὸν & Portas ὡραίας spectaret, inter Bema vero & Ambonem Solea intercederet: id diserte colligitur ex locis proxime laudatis, ubi de Solea egimus. Pars vero Ambonis, quæ Bema respicit, dextra nuncupari videtur Niceræ Paphlagoni in Vita Ignatii Patriarchæ Constantinopolitani, quo loco narrat somnium Bardæ Cæsaris: Καὶ ὅτε πλησίον ἦμεν τοῦ Ἀμβωνος, ὥφθησαν ὥσπερ κουβικουλάριοι δύο ἀπότομοι, καὶ ἐμβριθεῖς, ὧν ὁ μὲν δέσμιον τὸν Βασιλέα λαβών, καὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ κατασύρων, ἐξωθεῖτο τῆς Σολέας, καταπεφιλωμένως ὑπαδυνεν, &c. *Et cum ad Ambonem veniſſemus, spectati sunt veluti duo A cubiculis severi ac truces, quorum alter ipsum Imperatorem vinctum capiens, & ad dextrum latus tractum e Solea pepulit, & veluti noxium damnatum*, &c. Cedrenus idem somnium enarrans: Οἵτινες ὁδηγοῦντες αὐτὸν, ἄγουσι πρὸς τοὺς κιγκλίδας τοῦ θυσιαστηρίου· *Qui eum deducentes, ad sacrarii cancellos ducunt.* Alteram autem Ambonis partem, quæ scilicet Ναὸν, & Πρόναον, seu Narthecem spectabat, ὀπίσθιον μέρος τοῦ Ἀμβωνος vocat Alexius Aristenus in Can. XXI. Ancyr. Atque inde ὀπισθάμβωνος ἀκολουθία appellata est a Græcis ea oratio quæ peracta sacra Liturgia a Sacerdote Sacra faciente in ambone ad populum recitatur, ἐκφωνουμένη παρὰ τοῦ ἱερέως ἔξω τοῦ Βήματος, *quæ extra Bema a Sacerdote pronunciabatur*, ut est in Liturgia sancti Joannis Chrysostomi: quæ quidem oratio compendium quoddam est omnium orationum quæ in Sacrario dicuntur, & ab ipsomet Sacerdote profertur, ut populus tandem intelligat, quis earum precationum, quæ in Adytis hactenus factæ sunt, scopus fuerit & finis, ut disertis verbis indicat Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, cujusmodi ferme fuit *Oratio ad complendum*, seu Missæ *Collecta* ultima, de qua passim qui de Ritibus Ecclesiæ scripserunt. Hanc igitur orationem recitaturus Sacerdos, Bemate egreditur, Ambonemque conscendit ab Orientali aditu, & ad populum convertitur ad Occidentem, quæ pars est Ambonis postica & sinistra, respectu Bematis. Unde cum Balsamon in Can. XII. Concilii Nicæni I. transfugas a fide ait debere τρία μὲν ἔτη ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι ὀπίσθιον τοῦ Ἀμβωνος, καὶ ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν Κατηχουμένων, hæc ita capienda sunt, ut ii intra Ecclesiæ, seu Templi, septa esse intelligantur, quemadmodum Catechumeni: quippe sicut ii ante lectum Evangelium ædem sacram subeunt, sacrasque Lectiones & Homilias auditu excipiunt; ita isti ὀπίσθιον τοῦ Ἀμβωνος, περὶ τὰ κατώτερα δὴ τοῦ ναοῦ consistunt, ut ait Symeon Thessal. id est, qua parte Ambo Bemati posticus & sinister conspicitur, cum cæteris fidelibus, in statione tamen sibi ad inferiorem ædis partem assignata, & quæ Narthici conjungitur, in Ecclesia stant, finitaque Catechumenorum Missa, cum iis excedunt, & in Narthices, seu Porticus sese recipiunt. Atque hic est genuinus verborum Balsamonis sensus, quæ doctissimos viros frustra sollicitarunt.

pag. 68.

LXXV.

GRADUS AMBONIS.

AD Ambonis superiora conscendenda duplex patuit aditus seu gadus, vel Scala, ab Oriente scilicet & Occidente, ut in cæteris ambonibus: Ugutio Pisanus MS. *Ambo, pulpitum, ubi ex ambabus partibus sunt gradus*; qui quidem gradus, seu aditus, *gradus ascensionis & descensionis* dicuntur Anastasio Bibl. in sancto Silvestro PP. pag. 17. E. R. Paulus Silentiarius:

Ὀρθάδιος βάθρος, διδυμάονος ἄμβατος οἶμος,
Ὧν μία μὲν ποτὶ νῆα τετραίνεται, ἡ δὲ πρὸς αὐλήν.

Ad hanc turrem gradibus rectis pervenitur per duplicem viam, quarum altera Septentrionem, altera Orientem spectat. Duplicis istius ascensus meminit etiam Cantacuzenus lib. I. cap. XLI. & ex

eo Codinus cap. XVII. de Offic. quorum alterum statuit respicientem Portas ὡραίας, alterum Σολέαν, & Bema: κατέρχεται ἐκ ἐκ τῶ μέρους μὲν τοι, οὗ περ ἀνῆλθε, ἤως τῶ φρὸς τὰς ὡραίας πύλας ὁρῶντος, ἀλλ' ἐκ τῶ ἑτέρω τῶ φρὸς τὸν Σωλέαν, καὶ τὸν ἅγιον Βῆμα. *Descendit Imperator ex Ambone, non ex ea quidem parte qua ascendit, quæ videlicet pulchras portas respicit, sed ex ea quæ soleam & sanctum Bema.* Ascensus ad Orientem meminit Leo Grammaticus pag. 446. E. R. ἀσῆλθε μέχρι τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ἀντιστραφεὶς ἀνέβη τρεῖς βαθμοὺς τῶ Ἀμβωνος ἐστεμμένος. *Ingressus est usque ad sanctas portas, & conversus ascendit tres Ambonis gradus coronatus.* Ex quibus conficitur præterea Ambonem extitisse inter ὡραίας πύλας, per quas a Nao, in Pronaum & Narthecem exitus patebat, & Soleam, quæ extra Bema erat, uti indicavimus; quibus consentiunt scriptores de æde Sophiana, dum ajunt Justinianum confecto Templo, illud ingressum, & a Regiis Portis, seu Βασιλικαῖς, quæ eædem sunt cum Speciosis, ad Ambonem processisse, & in hæc verba exclamasse, Νενίκηκά σε Σολομών. Ita porro confecti erant bini isti ascensus, ut sibi invicem adversi in locum unum teretem ac rotundum deducerent. Silentiarius:

Εἰσὶ γὰρ ἀλλήλοισιν ἐναντίαι, ἀμφοτέραι δὲ
Ἐς ἓν χῶρον ἄγουσιν ἴσον περιώγῃ κύκλῳ.

Sunt enim hæ viæ invicem adversæ & oppositæ, & in unum locum deducunt rotundo circulo similem. Neque tamen ita erant oppositi hi ascensus, ut in medio ipso Ambone extiterint: sed erant ad latera, alter ab Oriente, alter ab Occidente habens introitum: quomodo Ambonis duplicem ascensum describit Durandus libr. IV. cap. XXIV. nu. XVII. *Dicitur autem Ambo, quia gradibus ambitur. Sunt enim in quibusdam Ecclesiis duo paria graduum, sive duo ascensus in illum per medium chori; unus a sinistris, videlicet versus Orientem, alter a dextris versus Occidentem, quo fit descensus.* Ex his etiam colligi posse videtur Ambonem media in æde extitisse, neque, ut hodie majora Ecclesiarum pulpita, utramque Pilam attigisse. Atque id evincit vox πύργος, qua Ambo donatur a Silentiario, quæ cum minime pulpitis dodiernis conveniat, videtur ille potius habuisse quid simile cum iis Cathedris excelsioribus, ex quibus Concionatores orationem habent ad populum, quæ in quibusdam Ecclesiis hac etiam in parte statuuntur. Cum præterea constet habitas homilias ad populum in Ambone Sophiano, quod testantur Socrates lib. VI. ubi de S. Joanne Chrysostomo, & Homiliæ aliquot Photii Patriarchæ, quarum indicem contexuit Franciscus Combefisius tom. III. Bibliothecæ Patrum Græcorum, quæ habitæ dicuntur ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς ἁγίας Σοφίας. Qui porro Ambonem, qui in æde sancti Pancratii Romæ adhuc visitur, in ipsa ædis navi, inspexerit, facile percipiet que Sophiani forma ac figura fuerit. Hunc eo consilio hic delineari curavimus. Proinde extitit Ambo ante Portam sacram majorem, quod disertis verbis declarat Germanus Patriarcha Constantinopolitanus scribens τὸ Ἄμβωνα φρὸ τῆς θύρας τὸ Βήματος ἱσασθαι. Ita tamen ut ab eadem porta sacra aliquanto longius distaret, cum dicat Silentiarius versus mediam ædis partem, sed magis ad Orientem extitisse: unde colligere fere licet aut infra ipsum orientalem arcum excitatum, aut sane paulo ultra mediam ædem, cum ambonem in medio choro statuere videatur Durandus. Tanta porro elegantia, ac immenso adeo sumptu Ambonem primo excitarat Justinianus, ut totum una cum Solea ex Onychite lapide confecerit, ut ex Cedreno

Edit. paris. pag. 69.



indicavimus. Addunt scriptores de æde Sophiana, sapphyris, crystallo, & lapillis aliis pretiosioribus, atque adeo columnis aureis, Ambonem adornasse, & in utroque, Ambone scilicet & Solea, ad millies centenas libras impendisse ejus tributi, quod olim Constantinus M. Sarbaro Persarum Regi indixerat: ita nugantur nuperi Græci. At cum Ambo iste, quem πολύολβον & πολυθαύμαστον fuisse scribunt Glycas & Codinus, casu Hemisphærii, qui ann. XXXII. Justiniani accidit, una cum Solea contritus fuisset, alium rursum excitavit Justi-

nianus, sed elegantia ac decore longe priori imparem, si qua fides iisdem scriptoribus: τὸν δὲ Ἄμβωνα καὶ τὸν Σολέαν μὴ δυνάμενοι ποιῆσαι τοιοῦτον πολυέξοδον καὶ πολύτιμον, ἐποίησαν αὐτὸν ὅλον μινὸν ἐκ λίθων καὶ κιόνων ἀργυρεντύτων μετὰ περιφερῶν ἀργυρῶν μετὰ τῆς Σολέας· τρῦλον δὲ τὸ Ἄμβωνος οὐκ ἠδύνησε ποιῆσαι, ὡς εἶπον, ἐκ τοῦ πολλοῦ ἐξόδου. Ut ut sese res habeat, constat ex Silentiario Ambonem excitatum post casum Trullæ totum ex marmore confectum fuisse:

Πᾶν δὲ τὸ καλλιδέμνιον ἔδος πετραῖον ἐκεῖνο,
Ἔνθα σοφῶν ἀνάγουσι θεηγόρα δίνεα βίβλων.

Addit denique Codinus Amboni superimpositam fuisse Crucem, quæ centum librarum auri fuit. Quod si ita est, dicendum erit Amboni impositam fuisse ciborii quod illud tegeret speciem, ut in nostratium Ecclesiarum ambonibus cernere est.

LXXVI.

PUTEUS SACER.

BEMATI & Amboni proximum fuisse locum ubi extitit Puteus sacer, evincunt quæ de eo scribit Anonymus, ædis scilicet Sophianæ partem illam in qua erant Ἁγιον Φρέαρ, καὶ τὸ Δυσιαστήριον ὕλον, καὶ ὁ τόπος τοῦ Ἄμβωνος, domum fuisse cujusdam Antiochi Eunuchi. Appellationis rationem mox prodit, dictumque ἀπὸ τοῦ φρέατος, cui insidens Christus cum Samaritana collocutus est, quod Samaria advectum, hoc loco positum: τοῦτο γὰρ χάριν ἐκλήθη Ἁγιον Φρέαρ. At non ipsum puteum, quod vult Anonymus, sed tabellam in qua ad puteum istum cum Samaritana sermonem habentis Christi figura exhibebatur eo in templo asservatam scribit auctor Narrationis miraculi ἐν τῷ ἁγίῳ Φρέατι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας editi, quem Combefisio viro eruditissimo, ut plurima alia, debemus; qui ad portam Templi orientalem Puteum hunc extitisse innuit: ἐν τούτῳ δὴ τῷ στόματι, φημὶ, καὶ περιωνύμῳ ναῷ, εἰκών τις ἐκ χρωμάτων Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπί τινος πίνακος ἀναγεγραμμένη καὶ τῷ ἐῶντι πύλῃ, ἐν ᾗ ἡ ἁγία ἐπιστομὶς τοῦ φρέατος. ἐκείνου τῆς Σαμαρίτιδος, καθ' ὃ ἡ ἀληθινὴ πηγή, ὁ τῆς γνώσεως ποταμὸς, ἡ μηκέτι διψῶν ἀπούσῃ πόσιν Χριστός, οἰκονομικῶς τῇ Σαμαρίτιδι καθωμίλησεν. ἐπὶ τούτῳ ἡ τῆς στόμης εἰκὼν ἀνακειμένη ἐτιμᾶτο γραφῇ, φοβουμένη καὶ σεβαμένη πιστῶς. *In hoc inquam venerando ac celebri templo quædam erat suis expressa coloribus Christi veri Dei nostri imago in tabella depicta, ad orientalem portam, ubi est putei Samaritanæ sacrum operculum ac ora, in qua fons vetus, scientiæ flumen, potio illa in perpetuum sitim extinguens Christus dispensatione sermonem contulit cum muliere præfata. In eo venerandæ imaginis reposita pictura honorem habebat, fideli piorum veneratione ac cultu.* Nicetas Paphlago in vita S. Ignatii Patriarchæ CP. pag. 712. edit. Concil. MDCXVII. ait eundem Ignatium a Basilio Imp. ab exilio revocatum, in magnam Ecclesiam ἐξ τὸ ἁγίῳ φρέατος introductum ac susceptum a Patriciis ad dexrram portam: φοὶς τοῖς ὑπερῴοις δὲ τὸ μεγάλε ναὸ ἐξ τῆς δεξιᾶς πύλης εἰσιόντι προσαπαντᾷ αὐτῷ τῶν Πατρικίων ἡ τάξις προσκυνοῦσα καὶ δεξιουμένη, *cum ad superiora templi per portam dextram duceretur, ingredientem ordo Patricius occurrans venerabundus excipit.* Meminit præterea βύλε χρυσαμένε εἰς τὸ Ἁγιον Φρέαρ, Constantinus Porphyrogenitus. Addit idem Anonymus Hierichunte allatas Tubas æreas ad sanctum Puteum positas, & ad earum similitudinem, quas tum Angeli tenebant, cum Hierichuntis muri corruere, effictas. Refert denique Codinus (quod silet Anonymus) Sellam sancti Constantini (Imperatoris nempe) stetisse ὄπισθεν τοῦ Φρέατος ἁγίου, ἐπάνω τῆς σαλπίγγων.

Edit. Paris. pag. 70.

LXXVII.

NAOS.

ABemate in alteram eamque templi partem pervenitur, quam Græci recentiores seu Byzantini proprio ac peculiari vocabulo ναὸν vocant: de cujus tamen notione haud omnino constans est doctiorum sententia. Quippe Allatius lib. de Narthece veteris Ecclesiæ, & lib. de Recentiorum Græcorum templis, ædem sacram in tres partes apud Græcos divisam fuisse contendit, in Βῆμα, in Ναὸν, & in Νάρθηκα, ac Bema quidem id appellari quod Latini Presbyterium dicunt, seu locum cancellis clausum, in quo sacra peraguntur mysteria: ναὸν vero locum illum Clericis, Psaltis & Cantoribus addictum, quem Latini Chorum appellant, a Narthece perinde per alios Cancellos disparatum; Narthecem denique esse quod aliis φρόναος dicitur, Latinis vero Ecclesiæ Navis. At cum Narthecem non in Ecclesia, sed extra Ecclesiam constitisse, sicque Porticus Ecclesiæ adjacentes appellari, contra eundem eruditum scriptorem sat multis supra probaverimus, sequitur ejus evanescere sententiam. Et sane S. Maximus in Mystagogia cap. 11. totam ædem sacram in duas dumtaxat partes dividit, ὡς τι τὸν μόνοις ἱερεῦσι τε καὶ λειτουργοῖς ἀπόκληρον τόπον, ὃν καλοῦμεν ἱερατεῖον· καὶ τὸν πᾶσι τοῖς πιστοῖς λαοῖς φοὸς ἐπίβασιν ἄνετον, ὃν καλοῦμεν ναὸν, *in eum locum qui solis sacerdotibus ac ministris attributus est, quem Sacrarium vocamus: eumque in quem fidelibus omnibus populis liber patet aditus, quem ναὸν vocamus.* Ex quo loco omnino conficitur ναὸν non fuisse ædis sacræ locum in quo Clerus constiterit, sed plebs ipsa, seu fidelium cœtus. Hisce consonant quæ prodit Silentiarius part. 11. vers. CCLXIX. duas tantummodo Sophianæ ædi partes adsignans, alteram quæ Sacerdotibus sacra facientibus intra Cancellos addicta erat, alteram quæ plebi patuit, hisce verbis:

Οὐδὲ μὲν οὐδὲ μόνοις ἐπὶ τείχεσιν, ὁππόσα μύσται
Ἀνδρα πολυγλώσσοιο διακρίνασσιν ὁμίλου
Γυμναὶ ἀργυρέας ἔβαλε πλάκας, &c.

Neque tamen solis in muris, qui viros sacerdotali dignitate ornatos a verboso, (seu potius a multarum linguarum cœtu) separant, meras argenteas tabellas posuit, &c. Nam per πολύγλωσσον ἄνδρα, variarum nationum cœtum indicasse firmat præterea idem S. Maximus cap. 1. scribens Ecclesiam complecti fideles omnes, γένα τε καὶ ἤθη, καὶ ἔθνεσι, καὶ γλώσσαις inter se discretas. Neque enim hac voce Cantores & Ψάλτας intellexisse Silentiarium existimandum est: cui alias, ut & S. Maximo consentanea scribit Symeon Thessalonicensis libro de Templo, dum ait illud in duas partes dividi, quarum altera Sacerdotibus, altera Laicis patet: καὶ οὐ πάντα τοῖς πᾶσιν ἔχωβατά· ἀλλὰ τὰ μὲν ἱερεῦσι, τὰ δὲ λαϊκοῖς· ἠκονίζηται δὲ οὗτος διπλοῦς ὢν ἔνδοθεν τε καὶ ἐκτὸς, καὶ χωρὶν αὐτὸν διπλοῦν ὄντα, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, &c. *Nec omnia omnibus, sed Sacerdotibus, alia Laicis habet pervia. Quoniam vero bipartitum est, in Adyta nimirum & exteriora, Christum ipsum imagine quadam repræsentat duplici natura, divina & humana subsistentem.* Subdit deinde τὸν οὐρανὸν μὲν διὰ τοῦ ἱεροῦ βήματος, τὰ περίχωρα δὲ διὰ τοῦ θείου ναοῦ, *Cælum quidem per sacrum tribunal, per divinum vero templum terrestria* designari. Mox templum ipsum in tres partes dividit, quæ sanctam Trinitatem exprimunt: καὶ κατ' ἄλλον δὲ σκοπὸν ὁ θεῖος ἅπας ναὸς τριαδικῶς θεωρεῖται, τοῖς μὲν πρὸ τοῦ ναοῦ, φημὶ, καὶ τῷ ναῷ, καὶ τῷ βήματι. *Alia vero ratione sacrum templum trifariam divisum consideratur, in locum, inquam, ante templum, in ναὸν & in Bema.* Ac ne quis existimet per verba, πρὸ τοῦ ναοῦ, partem ædis sacræ intelligi, quam Navim Latini dicunt, idem sese mox explicat, scribens fideles in tres

pariter ordines distribui, ἱερέων, καὶ πιστῶν τελείων, καὶ ἁλῶντων ἐν μετανοίᾳ, Sacerdotum, Fidelium Perfectorum, & Pœnitentium: denique tres has templi partes, quæ in terris, quæ in cælis, & quæ super cælos sunt designare, καὶ νάρθηκας μὲν τὰ ἐν τῇ γῇ, ναὸν δὲ τὸν οὐρανὸν, τὰ δὲ ὑπερουράνια τὸ ἁγιώτατον βῆμα, ubi Nartheces hoc loco vocat, quod supra πρὸ τοῦ ναοῦ dixit, locum vero iis qui in Pœnitentia erant destinatum. Ex his igitur prorsus patet, hac saltem tempestate, ædes sacras Græcorum, atque adeo Sophianam, choro in quo Clerus constiterit caruisse. Id præterea Ambonis Sophiani situs prorsus evincit, quem paulo ultra mediam ædem versus partem orientalem extitisse prodit Silentiarius, πρὸ τοῦ βήματος, idem Symeon, id est ante portas sacras Bematis, ut alii: in quo quidem loco si Clericorum cœtus constitisset, tabulato, ut volunt, a reliqua æde disparato, jam non populo conspicuus fuisset, nec eum inde alloqui potuissent Pontifices, vel concionari. Denique cum scriptores tradant Theodosio ab Ambrosio assignatum locum ante Bematis cancellos, ὥστε τὸν μὲν λαὸν τὸν κρατοῦντα τῷ προεδρείαν ἔχειν, αὐτὸν δὲ τοὺς ἱερέας προκαθῆσθαι· *Ita ut populum Imperator præcederet, ipse vero a Sacerdotibus præcederetur*, ut ait Sozomenus, satis inde conficitur post Bematis cancellos reliquam ædis sacræ partem plebi addictam fuisse.

Edit. paris. pag. 71.

LXXVIII.

CLERUS S. SOPHIÆ.

AT si ædes Sophiana Choro psallentium ac Clericorum caruerit, qua igitur in ædis parte ii constitere, quæri jure merito potest, cum solis Presbyteris & sacra facientibus Pontificibus Bema duntaxat pervium esset, nec Diaconis aliisque Clericis inferioris ordinis illud ingredi haud liceret: cui quidem quæstioni ut fiat satis, observandum in Clero varios fuisse ordines, Sacerdotum nempe, Diaconorum, Subdiaconorum, Lectorum, & Cantorum, quos Psaltas, vel Psalmistas vocant. Sacerdotes in Bemate constitisse notum; Diaconorum in Diaconico sedes fuisse diximus supra num. LXVIII. ut Subdiaconorum, Lectorum, & Cantorum in Solea, num. LXXIII. ac Sacerdotes quidem intra sacrarium divinos Hymnos incipiebant, quos excipiebant Διάκονοι, καὶ ἀναγνῶσται, καὶ ὑμνῳδοὶ, τοὺς θείους τε ψάλμους καὶ τὰς ἱερὰς γραφὰς κατὰ τάξιν διαδεχόμενοι. *Diaconi, & Lectores, & Cantores, Psalmos & sacras scripturas ordine excipientes*, ut testatur Symeon Thessalonicensis lib. de Templo: quod rursum infra ingerit, οἱ μὲν ἱερεῖς ἔνδον λέγουσι τὰς εὐχάς, οἱ δὲ ψάλται τὰ ἀντίφωνα ψάλλουσι, *Sacerdotes quidem intus orationes aggrediuntur, Cantores vero antiphonatim cantant*, vel respondent. Id etiamnum in sacris Missæ Liturgiis observari notissimum, in quibus Sacerdos sacra faciens, orationes orditur, quas Cantorum cœtus excipit. Sed & in vespertinis officiis Episcopus, vel Sacerdos sacris vestibus indutus ad altare procedens cantum primus imponit. Jam vero Clericorum in Ecclesia Sophiana ingens numerus fuit, tametsi status ac definitus, pro modo scilicet prædiorum & redituum, quibus ab Imperatoribus aliisque ad sacra ministeria obeunda, subinde donata fuerat. At cum Patriarchæ, quorumdam precibus, extra præstitutum numerum crebrius quam par erat Clericos alios a se ordinatos, ædis Sophianæ Clero adscriberent, accidit ut acta in immensum expensarum quantitate, novo quotidie debitorum onere gravata, prædia sua hypothecis aut pignoribus subdere plerumque illa teneretur: cum itaque οὐ πρὸς τὰς δαπάνας ἐπιζητεῖν καὶ τὰς κτήσεις, ἀλλὰ τοῖς οὖσι συμμετρεῖν καὶ τὰς δαπάνας, *non ad mensuram expensarum possessiones quærendæ sint, sed ex ipsis possessionibus expensas metiri oporteat*, inquit Justinianus Novella 111. Clericos Magnæ Ecclesiæ ad certum numerum in posterum is redigendos statuit, qui non in eadem dumtaxat sacra facerent, sed & in tribus aliis sacris ædibus, quæ ei unitæ erant & adjunctæ, Deiparæ scilicet a Verina, S. Theodori Martyris a Sporatio ædificati, & S. Irenes, in quibus, nempe ut quæ proprio carerent Clero, Magnæ Ecclesiæ Clerici divinas Liturgias κατά τινα περίοδον ἐκ κύκλου περιγραφῆς hactenus peragere consueverant. Sanxit igitur idem Augustus, ut non ultra LX. quidem Presbyteri in Majore Ecclesia deinceps essent, Diaconi masculi C. & XL. Fœminæ, Subdiaconi vero XC. Lectores CX. Cantores XXV. ita ut Clerus Sophianus, præter Ostiarios C. quadringentis XXV. Clericis constiterit. Neque tamen diu stetit Justiniani Constitutio: ita enim postea sensim auctus Patriarcharum incuria Sophianus Clerus, ut Heraclio imperante singulis ordinibus continendis assignatæ in Magna Ecclesia κάσαις, seu sedes, vix sufficerent. Unde idem Imperator novella Constitutione, quæ descripta legitur in libr. II. Juris Græco-Romani, statuit ut qui singulis ordinibus continebantur, quotquot illi tandem essent, in eo personarum numero, quo tunc erant, manerent, ne quisquam temere iis adjiceretur, donec tandem Presbyterorum catalogus ad LXXX. Diaconorum vero marium ad CL. Fœminarum Diaconissarum ad XL. Subdiaconorum ad LXX. Lectorum ad CLX. Cantorum ad XXV. Ostiariorum ad LXXV. quacunque tandem ex causa reduceretur. Verum temporis progressu longe aliter sese res habuit: eo quippe redacta, sub Constantino Monomacho in majoribus solum festivitatibus, & in Sabbatis ac Dominicis diebus incruentum perageretur sacrificium, reliquis vero nequaquam, ex redituum nempe defectu: Τοῦτο δὲ ἐγίνετο διὰ προσόδων ἔνδειαν· ὃν ὅτος δαψιλῶς ἀφορίσας, καὶ ἀποχρώντως, καθ' ἑκάστην τελεῖσθαι τὴν ἱερὰν παρισταμένας λειτουργίαν· ὃ καὶ κρατεῖ γινόμενον μέχρις ἡμῶν, καὶ σκευὴ δὲ τὰ ἱερὰ ἀνεμίνατο τοσαύτη ἀνέθετο ἐκκλησίᾳ, ἐκ χρυσοῦ καὶ πολυτίμων μαργάρων καὶ λίθων κατασκάσμενα μακρῷ παρελάσαντα τὰ λοιπὰ μεγέθει καὶ κάλλει, καὶ τιμαῖς, καὶ λοιποῖς ἄλλοις κειμηλίοις ἐκ ὀλίγοις ταύτην ἐφαίδρυνε· *Hunc redituum defectum Monomachus liberaliter supplevit, ut quotidie Missa celebraretur eo in templo: laudabili sane instituto, quod hodieque obtinet. Quin & vasa ad hoc pertinentia sacramentum ei templo dedicavit, aurea, pretiosisque ornata unionibus & gemmis, quæ magnitudine, pretio ac pulchritudine aliis antecellerent, multisque aliis donariis illud templum exornavit.* Verba sunt Scylitzæ. Atque in hanc Constantini munificentiam, instauratamque in Magna Ecclesia quotidianam divinam Liturgiam, extant bina tetrasticha Joannis Euchaitarum Metropolitani, inscripta, εἰς τὴν καθημερινὴν λειτουργίαν τῆς ἁγίας Σοφίας, quorum alterum est: *pag. 72.*

Οὐκ ἦν δίκαιον τὴν σκιὰν μὲν τοῦ νόμου
Φέρειν ἄπαυστον τῷ Θεῷ λειτουργίαν,
Σχολῆς τε καιρὸν τὴν ἀληθειαν βλέπειν,
Ὃ καὶ κατορθοῖ δεσπότης ὁ Μονομάχος.

Alterum sic habet:

Δαβὶδ μελῳδὸν δίσεβῆ νόμον γράφει,
Ἐν παντὶ καιρῷ τῷ Θεῷ δόξαν πέμπειν,
Πληροῖ δὲ τοῦτον δίσεβὴς Μονομάχος
Αἰεὶ τὸν θεῖον ἀλογεῖσθαι, θεσπίσας.

Enimvero cum Constantinopolis in Francorum potestatem venit, & quamdiu eorum perstitit imperium, instituti in æde Sophiana, more Ecclesiarum Latinarum, Canonici, ut ex Innocentii III. PP. Epistolis alibi docuimus. Tametsi porro singulis Clericorum prædictis ordinibus in æde Sophiana assignatas in Solea κάσαις designare haud promptum sit, longe major videtur difficultas de Diaconissarum cœtu, quas a viris secretum locum habuisse par est credere. Hanc obiter attigimus in Notis ad Alexiadem.

Edit. Paris. pag. 73.

LXXIX.

UMBILICUS.

TOTIUS illius ſpatii, quod intra quatuor pilas majores continetur, ſive ναὸν & Chorum confecerit, ſive non confecerit, pars media, cui nempe centrum copulæ, ſeu Hemiſphærii, ad perpendiculum imminet, videtur appellari ὀμφαλός, ſeu τὸ μέσον τε ναε apud Marcum de Dubiis typicis cap. XCVI. Μεσόμφαλος, Gregorio Cæſarienſi orat. in Nicænos Patres, & Μεσόναος apud Balſamonem in LXXIV. Can. Trullan.

LXXX.

BAPTISTERIUM.

CONFECTA ædis Sophianæ ex Silentiario aliiſque auctoribus deſcriptione, ſupereſt ut de præcipuis illius Exedris (ſic enim ſacrarum ædium appendices appellari auctor eſt Euſebius lib. x. Hiſtor Eccleſiaſt. cap. IV.) aliquid dicamus. Harum duæ potiſſimum celebriores habitæ ſunt, ut cæteras omittam, ſi quæ extitere, Baptiſterium, & Diaconicum. A Baptiſterio ordiemur, quo nomine appellant Chriſtiani locum Baptiſmi officio dicatum: illud ferme ſeorſim a Templis extrui ſolitum docet Euſebius loco proxime citato, cæterique, quos paſſim laudant Briſſonius ad Leg. *Dominico*, Cod. Theod. de Spectaculis, Steph. Durantus lib. I. de Ritib. Eccl. cap. XIX. Brouverus ad Fortunat. libr. I. Poem. XV. Joſephus Vicecomes, & alii. Neque tantum extra ædem ſacram extitit Baptiſterium, ſed etiam verſus infimam illius partem, ſeu haud longe a Porticibus occidentalibus, vel Narthece, quo ſtatui videtur loco Baptiſterium Sophianum a Codino ſcribente, τὸ ἐπίπεδον τε ναε, ἐς τὸν Λυτῆρα, καὶ τὰ Νάθηκας ἢ τὰ πέριξ αὐτῷ, fuiſſe domum Damiani Patricii: ſive hoc loco Narthex dicatur pars inferior Templi, ſeu Porticus veſtibuli. Paulus Silentiarius part. II. verſ. CXLVIII. illud fuiſſe indicat verſus Porticus inferiores quæ intra ædem ſunt, quo ferme loco hinc inde quatuor validis columnis marmoreis Catechumena ſuffulciuntur.

—— Ἐφεδρήσουσι δὲ γαίῃ
Ἀρτίοι ἀλλήλοισι δύω δυσίν· ὧν κε κόρυμβα
Τετραπόροις σηρῖσιν ἐπηλιχθέντα κεραίαις
Νώτοις ὑπερθύμοις γυναικείοισιν ἐδίθλοις,
Λαὸν ἀτιδύνουσα θροὸς ἀκράαντα λόετρα
Ἀνδρομέῃ βιότοιο καθαίρουσι,

Sed terræ inſident binæ binis oppoſitæ (columnæ,) *quarum in faſtigio arcus quadrifidis implicatus vinculis, dorſum matronalibus domiciliis ſubfulcit, plebem recta ducens ad incontaminata lavacra vitæ humanæ expiatoria, &c.* Porro tanta amplitudine fuit Baptiſterium Sophianum, ut in iis acta Concilia legamus in Synodo Chalced. Act. I. ut judicia Eccleſiaſtica acta, apud Palladium in S. Chryſoſtomo cap. XIV. & apud Cedrenum in Rhinotmeto, & Paulum Diac. lib. IV. Hiſt. Miſc. plebem Conſtantinopolitanam tumultuantem eo ſe recepiſſe. Unde non mirum, ſi μέγα βαπτιςήριον dicatur apud Auctorem Chronici Alexandrini in Baſiliſco, & μέγας φωτιςὴρ apud eundem Cedrenum in Leone Iſauro.

LXXXI.

FONS BAPTISTERII.

IN Baptiſterio erat Fons, ſeu aquarum receptaculum, Græcis Κολυμβήθρα, interdum δεξαμενὴ nuncupatum, in quod immittebantur baptizandi. Qui quidem Fons tantæ erat apud Conſtantinopolitanos venerationis, ut qui ad ædem Sophianam aſyli jus habentem, ut omnes A ferme ædes ſacræ, confugiebant, ad Baptiſterium inde contenderent, ſacroſque iſtos Fontes prehenſarent. Procopius in Hiſtor. arcana cap. XVII. Ὅπερ ἵνα μὴ γένηται δεῖσαι, ἐς τὸ τῆς Σοφίας ἱερὸν φεύγουσι, ἐς τε τὸν θεῖον λυτρῶνα ἐλθεῖν, τῆς ἐνταῦτα κολυμβήθρας ἅπτεσθαι ἐχόντο. *Id illæ veritæ ad Sophianum templum convolant, in ſacrum ſe condunt lavacrum, fontemque manibus prehenſant.* Et ſupra cap. III. τὸ δὲ δεύτερον ἐς τῆς Σοφίας τὸ ἱερὸν ἔχων, ἐς αὐτῷ πε τῷ θείαν δεξαμενὴν ἐξαπταίως ἐκάθισεν, ὥπερ μάλιστα πάντων νενομίκασι Χριστιανοὶ σέβειν. *Secundo deinde inopinato in ædem Sophianam veniens in ipſo ſacro lavacro reſedit, cujus ſumma Chriſtianis religio eſt.* Ubi imperite omnino Suidas, qui locum hunc exſcripſit, δεξαμενὴν, τράπεζαν τὰ ἱερὰ δίχωμα interpretatus eſt, cum nihil aliud ſit quam Fons Baptiſterii, qui ab eodem B Procopio & Theophane ann. II. Theodoſii Junioris & an. VII. Zenonis κολυμβήθρα, ab aliis ὑπονόμος, a Gregorio M. *Cloaca*, ab Anaſtaſio in Hiſt. Eccl. *Natatorium* vocitatur. Κολυμβήθραν dixit etiam Theodorus Lector Eccl. I. ἔ τὸν τοῦτον ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ σφαγῶναι παρισκέλασι, & *illum in ipſo lavacro jugulari præcepit*: ut & Cedrenus in Leone de Copronymo: καὶ γὰρ ἀφόδευσιν ἐν τῇ ἁγίᾳ κολυμβήθρᾳ, ubi Paulus Diaconus lib. XXI. Hiſtor. Miſc. habet, *in ſancto Lavacro*. In hos autem ſacros Fontes ex Aquæductibus influebant perennes aquæ, ut colligitur ex Anaſtaſio de Vitis PP. pag. 117. 134. 163. E.R. & ex Tractatu de Capite S. Joannis B. qui habetur in aliquot Codicibus S. Cypriani. Baptiſterium Sophianum præterea jus habuiſſe aſyli, perinde ac ipſam ædem, teſtatur Chronicon Alexandrinum p. 752. E. R. λαβὼν Βασιλίσκος τὴν γυναῖκα αὐτε καὶ τὰ τέκνα, ἔφυγεν εἰς τὸν μεγάλον ἐκκλησίαν, εἰς τὸ μέγα φωτιςήριον. *Baſiliſcus una cum uxore & liberis in magnam Eccleſiam & in Magnum Baptiſterium confugiunt.*

LXXXII.

DIACONICUM.

ALTERA quæ Eccleſiæ Sophianæ adjuncta fuit exhedra, Διακονικὸν appellata eſt. Eſt autem Diaconicum Græcis ſcriptoribus, quod alii Eccleſiæ Secretarium vocant, nos vulgo *Sacriſtiam* dicimus. Quæ quidem vox occurrit non ſemel apud Scriptores, non modo pro exhedra ita appellata, ſed & interdum pro Concha Bemati adjuncta, in qua reponebantur veſtes ſaD cerdotales ad ſacram Liturgiam neceſſariæ, de qua egimus ſupra ut apud Philoſtorgium libr. VII. cap. III. Cyrillum in vita Euthymii cap. XVIII. & XIX. Auctorem Vitæ S. Auxentii Archimandritæ cap. I. num. III. in Eucholo-gio, Typico S. Sabæ, & in Paſſione SS. Patrum Sabaitarum. Videtur autem ita appellatum, aut quod Diaconorum primitus fuerit in ea ſedes & conſeſſus, vel potius quod hæc exhedra eorum curæ potiſſimum commiſſa fuerit. In ea enim non modo quæ ad Eccleſiæ vaſa, & ſacerdotales veſtes ſpectant, priuſquam ſacra perageretur Liturgia, ſeu Divinum ac Eccleſiaſticum Officium, munia obibant Diaconi, ſed & conſidebant pro muneris ſui ratione. An vero Diaconicum Eccleſiæ idem fuerit cum eo carcere, qui perinde Diaconici nomen habuit, E video controverti, etſi probabile ſit eandem exhedram fuiſſe. Nam cum nefas ducerent priſci Eccleſiæ Pontifices, reos Clericos una cum reis ſecularibus eodem carcere detineri, ſeu quod ſuam in eos auctoritatem & juriſdictionem *pag. 74.* ſervare ac tueri, vel, quod vero ſimilius eſt, cum Clericis ſuis mitius agere vellent, quam ſolent ordinarii Judices, illos in Eccleſiarum Secretariis, Scevophylaciis, aut Catechumeniis detinebant, quouſque per pœnitentiam iis impo-

impositam, quam ἐπιτίμιον vocant, peractamque, sua expiassent delicta ac crimina: ita Gregorius II. PP. in Epist. II. ad Leonem Isaurum in VII. Synodo: *Pontifices, ubi quis peccarit, —— eum tanquam in carcerem, in Secretaria, sacrorumque Vasorum æraria conjiciunt, in Ecclesiæ Diaconica, & in Catechumena ablegant.* Hinc non semel legimus in Diaconica, vice carceris, conjectos Clericos delinquentes: eo enim spectat Lex XXX. Cod. Th. de Hæret. *Cuncti Hæretici procul dubio noverint omnia sibi loca hujus Urbis adimenda esse, sive sub Ecclesiarum nomine teneantur, sive quæ Diaconica appellantur, vel etiam Decanica.* Quo loco censet Cujacius *Diaconicum* idem esse quod *Decanicum*, carcerem nempe Ecclesiasticum, in quo detinebantur rei Clerici; qua notione accipitur Decanicum apud Jul. Anteces. Const. LXXIII. *Executor autem litium constitutus in Decanicis Ecclesiarum recludatur, competentes pœnas luiturus*: quæ totidem verbis extant lib. V. Capit. Caroli M. cap. CCXXV. ubi Novella Justiniani XCVII. habet; ἐν τοῖς καλουμένοις δικανικοῖς. Decanici præterea, vel potius δικανικοῦ, occurrit mentio in supplicatione Basilii Diaconi in Concilio Ephesino part. I. κἀκεῖθεν τυπτόμενοι παρὰ τῆς ὄχλου τῶν Δικαιῶν, ἀπηγόμεθα ἐν τῷ δικανικῷ, κἀκεῖ γυμνοὺς ἡμᾶς δεσμίους ὡς κὴ ὑπαδύνας τῇ τιμωρίᾳ ἐσύλησαν, ἐκβάτισαν, καὶ ἐπτέρνισαν. Et infra: θλιβόμενοι ἐν τῷ δικανικῷ λιμώττοντες, ubi Interpres δικανικὸν, *Tribunal Ecclesiasticum* vertit, sed perperam, ut opinor; nam etsi revera postmodum hac appellatione donari potuerit, hoc tamen loco δικανικοῦ vocabulo diserte carcer intelligitur, si non Ecclesiasticus, certe is qui Decanorum, id est, Lictorum curæ commissus erat. Nisi quis malit, Decanicum in hac Epistola accipi debere pro loco, in quo stationem suam habebant Decani, seu ῥαβδοῦχοι, uti appellantur a Cedreno pag. 170. E. R. de quibus passim agunt Scriptores. At si Decanicum idem fuit cum Diaconico, probabile est Decanicum & Dicanicum corrupte postmodum dictum, quod Diaconicum appellari debuerat. Nec scio an etiam Dicanicum a voce δίκη nuncupatum sibi persuaserint posteriores Græci, quod in Diaconicis judicia sua exercerent Pontifices, quod indicant Gesta de nomine Acacii, hisce verbis: *Dicens Petrum olim in Diaconio esse damnatum, nunc etiam Christiana societate semotum*: nam *Diaconium* & *Diaconicum* idem esse satis declarant supra allata Gregorii II. verba.

LXXXIII.

SECRETARIUM.

CUM igitur Diaconica non modo carceris vicem interdum præstarent, sed etiam Tribunalis Ecclesiastici, inde factum opinor, ut istæ exhedræ *Secretaria* appellarentur: nam proprie sunt *Judicum Secretaria*, uti est in Concilio Milevitano II. Can. XVI. *Magnum secretum judicis, unde Secretarium nominatur*, ait S. Augustinus in cap. XXXIV. Ezechiel. cap. III. Idque ex eo fluxisse arbitror, quod in Diaconicis Synodi & Concilia persæpe cogerentur, atque iis in consessibus, Clericorum causæ examinarentur: unde postea Pontificum, qui Synodis intererant Sessiones, *Secretaria* passim legimus dictas, apud Anastasium in S. Agatho pag. 54. 55. in Synodo Lateran. sub Martino PP. an. DCXLIX. in Concilio Rom. an. DCCXLV. sub Zacharia PP. Act. I. & II. Cæsaraugustano sub Damaso PP. Carthaginensi III. IV. V. Milevitano II. Carthagin. VI. Africanis cap. I. LII. Arelat. III. Hierosolymitano sub Agapeto PP. Hispalensi II. cap. I. &c.

LXXXIV.

METATORIUM.

NEQUE unicum Diaconico Sophiano nomen fuit: nam & Μιτατώριον dicebatur, siquidem μισατώριον idem est quod μιτατώριον, quod quidem opinantur viri docti. Id colligitur ex his Euchologii verbis: Μετὰ τὸ ψάλλειν τὸν τριπάγιον, κατέρχεται ὁ ἁγιώτατος Πατριάρχης ἐν τῷ Μισατωρίῳ, ἤγουν τῷ Διακονικῷ, καὶ ἐξέρχεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐκ τοῦ μέρους δεξιοῦ: *Cantatis sexta & tertia odis, descendit sanctissimus Patriarcha in Mesatorium, seu in Diaconicum, & e dextra parte egreditur.* Quemadmodum igitur *Mesatorium* ad dextram statuit Euchologium, (Ædis-ne, an vero Altaris, incertum) ita *Mitatorium* Scylitzes in Leone Philosopho pag. 602. ita ut unum idemque esse par sit credere, proindeque mendum subesse in Euchologio. Sic autem Scylitzes: Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν ὁ Πατριάρχης εἴς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχεσθαι ἐκώλυε τὸν Βασιλέα, ὅθεν δὴ τὰ δεξιὰ μέρη διήρχετο εἰς τὸ Μιτατώριον· *Atque ob hoc factum Patriarcha ei introitum templi cum interdiceret, coactus est per dextram partem in Mitatorium ire.* Et infra pag. 605. Ὅπερ χράψαντες καὶ σφραγίσαντες ἐν τῷ Μιτατωρίῳ ἔρριψαν· τὸν δὲ Βασιλέως δημοσίαν πορεῖαν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ποιησαμένου, καὶ τῷ Μιτατωρίῳ εἰσελθόντος, καὶ ἐν ᾧ κεῖτο τόπῳ, &c. *Eumque libellum consignatum in Mitatorio abjicit: Imperator vero publice in Magnum Templum progressus, cum in Mitatorium venisset, & in eo in quo precabatur loco*, &c. Ubi interea observandum, quod jam monuimus n. XLII. Mitatorium hic appellari, quod Diaconicum a Codino, siquidem locus ille in quo precari consueverat Imperator, sit exhedra illa ad dextrum ædis latus & meridionalem partem, in qua consistere is solebat, cum sacris Liturgiis intererat, quod prorsus existimaverim. Meminit præterea Μιτατωρίου Theodorus Lector Ecl. II. Lexicon Gr. MS. Bibliothecæ Regiæ cod. MMLXII & Codinus, qui illud excitatum refert a Justiniano, ἵνα, inquit, ἐκεῖσε παραμείνῃ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, καὶ πολλάκις ἐκεῖσε, *ut ibi maneret cum proceribus suis, & sæpe manducaret.* Quæ quidem ultima verba Goarum impulere, ut in Notis ad Cedrenum & Euchologium scripserit Μιτατώριον, dictum quasi μισατώριον, fuisseque cubiculum ad latus Altaris, in quo fessis a labore Cantoribus mensa frugalis, panis scilicet & vini, apponebatur, proindeque locum fuisse mensis instruendis idoneum: a qua sententia haud omnino abhorret Allatius. Verum cum Diaconicum, seu Secretarium Sophianum, amplum fuerit triclinium, neque unico duntaxat, sed variis constiterit cubiculis, multo probabilius videtur hancce inde sortitum appellationem, quod revera *domus* esset *Ecclesiæ*, hoc est æditui & Νεωκόρου, in qua etiam Imperator, si luberet, antequam sacra peragerentur Officia, vel iis finitis & exactis, moraretur. Nam ut *Metatum* Latini scriptores ædem, & domicilium vocarunt, ut constat ex Gregorio Turon. lib. V. Hist. cap. VII. lib. VI. cap. XIX. XL. lib. VII. cap. VI. XXIV. lib. VIII. cap. II. XLIV. lib. IX. cap. VI. lib. X. cap. II. XV. lib. de Mirac. cap. XLIV. lib. II. cap. XXI. XXIV. lib. II. de Miracul. S. Mart. cap. XI. lib. IV. cap. XXI. ut cæteros præteream alio a me recensitos loco, & *metari* dixerunt pro *divertere*, ut Paulinus Nat. IX. & X. ita μιτάτον eadem significatione usurpant Græci recentiores, ut habetur in Glossis Basil. S. Athanasius, sive quisquis est auctor Narrationis de imagine Berytensi: ἐπεζήτησε μιτάτον μεῖζον ὁ Χριστιανὸς, ὡς χωρῆσαι. Alios ad id firmandum laudat scriptores Meursius. Ob hanc igitur causam triclinium istud excitasse, itaque appellasse

Edit. Paris. pag. 75.

Justinianum ait Anonymus, ut in eo quiesceret: *Ἐκάλεσε δὲ — καὶ Μιτατώριον, ὅπερ ἐκεῖσε ἀνέγειρε, κοιτῶνα ὡραῖον δηλέχρυσον, ἵνα ἡνίκα πορεύοιτο ἐν τῷ ναῷ ἐκεῖσε καθεύδῃ. Vocavit porro Mitatorium, quod ibi excitavit, pulchrum cubiculum deauratum, ut cum in templum iret, ibi quiesceret.* Ubi καθεύδειν, est non tam *somno recreari*, quam *quiescere* ac *morari*. Ejusmodi autem fuit, & in eum finem extructa exhedra Ecclesiæ adjuncta, cujus meminit Anastasius in Gregorio IV. *Fecit etiam juxta Acolyti pro quiete Pontificis, ubi post Orationes matutinales, vel Missarum Officia ejus valeant membra soporari, hospitium parvum, sed honeste constructum, & picturis decoravit eximiis.* Ita Metatorium, seu Diaconicum, amplum triclinium fuit, in quo & Imperator diversari, si quando a publicis curis vellet secedere, & pietati vacare, & Diaconi considere, & Synodi peragi, Clerici delinquentes includi, sacra Ecclesiæ vasa, ministeria, & vestes asservari, atque adeo ipse Ædituus, vel qui Templi conservandi curam habebat, habitare poterant. Ædituos istos, quod iis juxta ædes sacras mansio esset, παραμοναρίους vocant Synodus Constantinopolitana sub Mena Act. v. VII. Synod. Act. VII. Can. v. & Petrus Diaconus Casinensis in Relat. de Corpore S. Benedicti n. 11. προσμοναρίους Definitiones Concilii Chalcedon. Can. 11. Leo Grammaticus in Michaele Balbo pag. 459. & Balsamon ad Marci Patr. resp. XXVIII. Προσμοναρίους etiam habuere Gentiles, si qua Menologio fides ad XVI. Novemb. quæ quidem vox habetur etiam in Italia sacra Ughelli tom. VIII. pag. 421. 423. At qui *Paramonarius* dicitur Diacono Casinensi, *Mansionarius* nuncupatur Leoni Ost. lib. III. cap. XXVI. Notum autem ex Gregorio Magno lib. III. Dial. capp. XXIV. & XXV. *Mansionarios & Custodes* promiscue appellari, quibus scilicet custodiendæ Ecclesiæ incumbebat cura; unde *Excubitores* nuncupantur Mansionarii ab Aldrevaldo lib. I. de Mirac. S. Benedicti. Ii enim non modo Ecclesiam, sed & Reliquias & Phylacteria servabant, ut colligitur ex eodem Leone Ost. lib. II. cap. XXXIV. unde *Martyrarii* dicti in Concilio Aurelian. II. Can XIII. apud Gregor. Turon. lib. II. de Mirac. cap. XLVI. & lib. IV. Hist. cap. XI. *Custodes Martyrum*, apud Anastasium in sancto Silvestro pag. 13. & in Synodo Rom. sub eodem Silvestro Can. XI. *Custodes super sepulchra Apostolorum*, apud eundem Anastasium in S. Leone I. pag. 27. *Custodes Loculorum*, in Vita S. Zozimi Episcopi Syracusani n. VI. ubi eosdem esse cum *Ostiariis* evidenter ostenditur. Sed & penes eos fuisse Ecclesiæ claves docet Petrus Diac. lib. IV. Chr. Casin. cap. LIII. Habitabant quippe Mansionarii in domo Ecclesiæ contigua, a qua nomen dignitati isti mansit. Auctor Miracul. S. Mauri Abbat. cap. X. *Clericus quidam nomine Manfredus, qui ob custodiam in contigua Basilicæ ipsius domuncula dormire erat solitus*: ubi *dormire* idem est quod καθεύδειν, id est, morari, habitare, ut monuimus. Inde *Primi Mansionarii* dignitas magna in Ecclesia Romana, qui *Custos Dominicalis Vestiarii* dicitur in Ordine Romano, & cæterorum Ecclesiæ vasorum: cum alii inferioris ordinis *Mansionarii*, *Juniores* dicerentur. Unde haud procul a vero aberraret ille, qui νεωκόρον, cui Sophianæ Ecclesiæ claves commissæ leguntur apud Silentiarium, Παραμοναρίου interpretaretur.

Edit. Paris. pag. 76.

LXXXV.

VESTIARIUM.

Sed & non omnino improbanda videtur Wolphangi Musculi divinatio, qui Μιτατώριον, apud Theodorum Lectorem, *Mutatorium* vertit. Nam cum Μιτατώριον idem sit quod Diaconicum, rursum vero Diaconicum idem quod *Vestiarium*, Vestiarium denique idem quod ἀναξυμάριον apud Codinum de Off. cap. II. locus scilicet, seu cubiculum, unde vestes mutandæ promuntur: nil vetat μιτατώριον vocem, pro μυτατώριον, usurpasse Græcos existimare. Quippe apud Latinos ævi inferioris Scriptores *Mutatorium*, si non locum unde promuntur vestes mutandæ, certe vestes ipsas quæ alternis mutantur, appellari constat: quæ quidem ἐξημοιβὲ ἱμάτια dicuntur Homero Odyss. II. *vicaria Indumenta* Cassiano lib. IV. cap. X. *mutandæ*, in Regula Magistri cap. LXXXI. *mutatoria* aliis, uti monuimus in Notis ad Alexiadem, & in Glossario nostro nuper edito: denique ἀναξίματα apud Auctorem de Off. Eccl. Constantinopol. a Medonio editum, ἀναγαὶ apud Codinum: unde ἀναώνειν apud eundem & Marcum Hieromon. de Dub. typ. cap. XLIII. Avitus Vienn. lib. III. Poem.

Serica bis coctis mutabat tegmina blattis.

Secretarium autem Ecclesiæ, *Vestiarium* appellari notius est, quam ut firmari necesse sit.

LXXXVI.

SALUTATORIUM.

Variis proinde officiis varias sortita est appellationes hæc exhedra: nam & a salutationibus Ἀσπαστικὴ οἶκος etiam dicitur Theodoreto lib. V. cap. XVII. *Salutatorium* Gregorio Turon. lib. II. Hist. cap. XXI. lib. VI. cap. XI. lib. VII. cap. XXVII. Mellitano Presbyt. de Vita S. Cæsarii Arelat. pag. 252. Aimoino lib. III. Hist. cap. XLVII. Auctori Hist. Miscellæ lib. XIII. pag. 379. edit. Canisii, & Orderico Vitali lib. II. pag. 412. Est autem *Salutatorium*, apud Papiam, *locus in quo ad salutandum advenientes excipiebantur*: & in Glossario Ælfrici, *Salutatorium*, dicitur esse *Greting-hus*, id est, domus salutationis, uti definitur ab Ugutione. Sic porro appellatum volunt Diaconicum, quod in eo Episcopi sacra facturi, antequam ad Bema, seu ad Altare, procederent, Fidelium salutationes exciperent, seu illorum se orationibus commendare, seu de negotiis, Ecclesiasticis præsertim, cum iis agere vellent. Id potissimum colligitur ex Gregorio Magno lib. IV. Epist. LIV. & XCVIII. in quibus præcipitur Episcopis aut Archiepiscopis, *dimissis jam filiis Ecclesiæ, a Salutatorio ad sacra Missarum solennia celebranda* cum pallio procedere: & Sulpitio Severo lib. II. Dial. de Vita S. Martini cap. I. ubi disertis verbis dicuntur *Presbyteri in Secretario sedere, vel salutationibus vacantes, vel audiendis negotiationibus occupati*: quo tunc tempore vetantur Diaconi in Secretario cum Presbyteris sedere in Concil. Arelat. II. uti supra observatum est. Certe Pontificem sacra facturum, antequam ad Altare procederet, a Diaconis salutari observare est ex Ordine Romano: *Cum vero Ecclesiam introierit Pontifex, non ascendit continuo ad Altare, sed prius intrat in Secretarium: — ubi cum intraverit, sedet in sella sua, & Diaconi, salutato Pontifice, egrediuntur de Secretario*: tametsi hæc verba de salutatione accipi posse non diffiteor, quam exhibent Diaconi priusquam e Secretario excedant. Nec scio an etiam in Salutatorio salutarentur Episcopi a Presbyteris diœcesanis. In Concilio quippe Nicæno Arab. cap. LV. præcipitur, *ut Chorepiscopus bis per annum congreget Presbyteros ad salutandum Episcopum, & tradendum se ei, & Communionem cum eo habendam, & prandeant cum eo, fiatque hoc primum in exitu anni, secundo vero in Festo Resurrectionis D. N. Jesu Christi*. Incertum pariter an ad has salutationes Fidelium referri debeat Canon XII. Concilii Ticinensis sub Leone IV. PP. quo prohibentur Pœnitentes *vacare salutationibus*,

ita ut iis interdictum fuerit Sacerdotes in Secretario salutare, quod Fidelibus licebat, vel certe domi salutatores admittere. Quemadmodum autem Episcopi in Secretariis salutationibus vacabant, ita & Abbatissæ. Quippe in Regula sancti Cæsarii cap. XXXVI. & Reg. sancti Donati cap. LVII. hæc verba habentur: *Observandum est ne Abbatissa ad salutationes in Salutatorium sine digno honore suo, hoc est, sine duabus aut tribus Sororibus procedat.* Et cap. XL. *Si Abbatissa, ut adsolet, cum Salutatoribus occupata fuerit.* Et in Recapitulatione Regulæ sancti Cæsarii cap. VIII. & Regula sancti Aureliani Episopi cap. I. præcipitur, *ut quæcumque ad conversionem venerit, regula ei in Salutatorio legatur.* Denique in Concilio Matiscon. I. Can. II. vetantur *viri intra Salutatorium aut Oratorium Monasterii Virginum intrare*, quibus consentanea habentur in Regula sancti Aureliani cap. XIV. quibus in locis *Salutatorium*, idem est quod *Secretarium* & *Diaconicum*.

Edit. Paris. pag. 77.

LXXXVIII.

SCEVOPHYLACIUM.

JAM vero cum in Ecclesiarum Secretariis ac Diaconicis asservarentur sacra Vasa, seu, ut vocant vulgo scriptores, Ministeria, inde factum, ut quod aliis Diaconicum & Secretarium est, interdum & sæpe Σκευοφυλάκιον appelletur, quod extitisse ut plurimum in interiore Diaconici parte ostendit Passio SS. Patrum Sabaitarum: ὅπερ ἀποτιμώμενοί τι οἱ φρόλω πατέρες Διακονικὸν στιποῦκασιν· ἐσώτερον δὲ τοῦ Διακονικοῦ Κειμηλιαρχεῖον, ἤτοι Σκευοφυλάκιον. Hinc ejusmodi Diaconica promiscue dicuntur *Secretaria*, ac *sacrorum Vasorum ærariæ*, in laudata Gregorii II. PP. Epistola: atque ita usurpari passim observare est. Meminit etiam Palladius in vita Chrysostomi cap. X. *ædiculæ, in qua sacrorum vasorum recondita erat multitudo*, in Magna Ecclesia antiqua. Cur vero in Diaconico reponerentur sacra Ecclesiæ Ministeria, ratio illa potissimum est, quod ea curæ Diaconorum ac sollicitudini incumberent. Isidorus lib. II. de Eccl. Offic. cap. IX. *Custodes Sacrarii Levitæ sunt: ipsis enim jussum est custodire Tabernaculum, & omnia Vasa Templi:* quod etiam habetur apud Cyrillum Alexandr. lib. III. de Adorat. Inde illis ea manu contingere, non autem Subdiaconis, licebat: & ut ait Concilium Laodicenum Can. XXI. ὅτι δεῖ ἔχειν ὑπηρέτας χώραν ἐν τῷ Διακονικῷ, καὶ ἅπτεσθαι διακονικῶν σκευῶν. Quæ quidem ita vertit Concilium Agathense Can. LXVI. *Non oportet insacratos Ministros licentiam habere in Secretarium, quod Græci Diaconicum appellant, ingredi & contingere Vasa Dominica*: sive ea verba intelligenda sint de majori Diaconico, sive de minori, id est, Conchula Bemati adjuncta ita nuncupata, ut supra monuimus. Verum quod ad Vasorum sacrorum curam primitus Diaconis collatam attinet, id postmodum immutatum: eorum enim illa in æde Sophiana data est Magno Scevophylaci, de qua Dignitate Ecclesiastica passim viri docti egere, cui, ut par est credere, suberant Diaconi. Porro Scevophylacii Sophiani meminit Anonymus: ἔστι δὲ ὁ τόπος ἀφ' οἰκημάτων αὐτῆς, ὃν δέδωκεν εἰς τὸν μεγάλον Ἐκκλησίαν, τὸ Σκευοφυλάκιον ὅλον, σὺν τῷ ναῷ τοῦ Ἁγίου Πέτρου. Εναγὲς κειμηλιοφυλακεῖον dicitur Justiniano in Novella LIX. cap. VI. Ex quo præterea discimus in eo asservatos duos majores lectos, δύο μεγάλας κλίνας, Studii scilicet, de quo plura alibi adnotamus, & Stephani. Nam cum funerum

pag. 78.

sumptus faceret Major Ecclesia Constantinopolitana, & eam ob rem Constantinus M. & Anastasius Imperatores destinassent mille & centum officinas in pulcherrimis Foris urbis, ut ex earum reditu faceret sumptus funerum, quod docent Lex IV. & XVIII. C. de Sacr. Eccl. Justinianus in Nov. LIX. & Leo Imp. in Nov. XII. subministrabat illa lectos seu feretra, quibus efferrentur mortuorum cadavera. Sed hæc plebem cæterosque spectabat, qui absque affectata pompa sepulturæ mandabantur. At pro majoris dignitatis, & honoratis viris, erant hæc

bina feretra, asservata in Scevophylacio, Studii nempe & Stephani, a quibus donata fuerant, ut nobiliorum funeribus inservirent. Erat præterea tertium nobilius ac pretiosius aliud feretrum in eundem usum in ipsa Ecclesia asservatum, χρυσόπαστον, seu auro ubique exoruatum, ut essent eorum qui majore pompa ac apparatu defunctis funus ducere vellent, quod suis sumptibus facere tenebantur, quos idem Justinianus taxat pro locorum spatio quibus erat pompa traducenda. Ejusmodi lectorum aureorum, & in iis mortuos efferendi formæ, imagines, & figuræ habentur in Cod. MS. CLV. Operum S. Gregorii Nazianzeni in Bibl. Regia, ubi S. Cæsarii funus effingitur, cum hisce characteribus, ΑΓΙΟC ΚΑΙCΑΡΕΙΟC ΕΝΤΑΦΙΑΖΟ μενος. In quo quidem lecto jacet S. Cæsarius cum ἱερατικῇ στολῇ. & sacra Epomide, seu Homophorio, ὡς ἰθος, uti S. Ignatii Patriarchæ CP. funus describit Nicetas Paphlago in illius vita. Fertur autem iste lectus aureus a quatuor hominibus, ut hic delineari curavimus. Nequedum vectigalibus quibus immensis locupletata erat ædes Sophiana, privantur Mahumetani Sacerdotes, inquit Gyllius lib. II. cap. IV. neque mille & centum tabernis, sive officinis, quas vectigales & liberas possident, sitas in pulcherrimis foris Constantinopoleos. Sed quo potissimum loco extiterit Diaconicum olim, seu in æde Sophiana, seu in cæteris majoribus Ecclesiis, vel quæ Scevophylacii, Vestiarii, Secretarii, & aliis nominibus donatur vulgo exedra ædi sacræ adjuncta, non adeo promptum est assequi. Allatius, uti supra diximus, Diaconicum rem prorsus diversam a Secretario facit, contenditque esse Conchamillam, quæ θυσιαστηρίῳ Conchæ, ædem ad sinistram ineuntibus, adjungitur, ubi σκευοφυλακίῳ & διακονικοῦ τράπεζα statuitur, quemadmodum nuncupatur a Symeone Thessal. Verum etsi in confesso sit eam Conchulam Diaconicum appellatam fuisse, non ideo tamen sequitur exhedram, quam vulgo *Sacristiam* vocamus, Diaconici appellationem non habuisse: nam, uti supra observatum est, Conchula ista Diaconicum appellata est, quod in ea, allata ex majore Diaconico sacra Vasa, atque adeo vestes sacerdotales ad Liturgiam sacram peragendam necessariæ reponerentur. Planum enim esse reor ex præallatis Diaconicum exedram fuisse ædi sacræ adjunctam, proinde a Bemate secluſam & remotam, quod & indicat idem Symeon, dum scribit Episcopum consecrandum a Diaconico ad Bema procedere per Templi dextram & Soleam, διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ σωλέως, deducentibus eum Sacerdotibus, & Diacono præeunte: ubi per dextram τοῦ ναοῦ, ipsum ναὸν, intelligi observant viri docti. A Diaconico igitur, quod extra ædem extitit, per Soleam transeundum fuit Sacerdoti ad Bema pergenti, (nec mirum, cum Bematis fores Soleæ obversarentur) proinde per eam ædis partem, quæ Bema a Ναῷ proprie sumpto disparabat. Atque hæc sunt quæ de æde Sophiana sparsim apud Scriptores observare licuit.

Edit. Paris. paz. 79.

CONSTANTINOPOLIS CHRISTIANA,

SEU

DESCRIPTIO

URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ,

Qualis extitit sub Imperatoribus Christianis.

LIBER QUARTUS.

I.

ÆDES ALIÆ DEO SACRÆ.

EVERGETÆ, Εὐεργέτου, Monasterium Christo Salvatori sacrum. Nicetas in Alexio Angelo lib. III. num. x. Πάντα γὰρ ὅσα ἐκ τοῦ πρὸς Βλαχερνῶν βουνοῦ φορὰς τῷ μετρίῳ διήκει τοῦ Εὐεργέτου, κατηφάλωτο, καὶ ὑπερεμπίπτει τὸ καλούμενον Δεύτερον ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐρῶν· *Nam quidquid a Colle Blachernarum usque ad Evergetæ Monasterium pertinet, flammæ impetu ultra Deuserum elato.* Et in Murzuflo num. II. Τὰ δ' ἐπὶ τούτοις ἀποσαλεύονται τῆς πλάτης τὰ μέγιστα τῆς ἀντιπάλων σκαφῶν, — καὶ διωλίφασι τὸν χῶρον, ἐς τὸ ἀποχρῶν ἀλλήλων διῃρημένα, ὃς ἐκ τῆς τοῦ Εὐεργέτου μονῆς ἐς τὰ ἐν Βλαχέρναις ἀνάκτορα γραμμικῶς ἐκμηκίζεται, ἐμπεπυρισμένος, ὧν &c. *Exinde maximæ naves a littoribus reductæ —— justis invicem distinctæ intervallis, id spatium occupant, quod ab Evergetæ Monasterio ad amussim ad Blachernianum Palatium extenditur, quod incendio desolatum est*, &c. Ex quibus Monasterii situs quodammodo percipitur, fuisseque proximum Blacherniano & Freto abunde colligitur: quod & firmat Pachymeres lib. v. cap. x. ubi ait portum, quo Latini, seu Franci, dum Urbem tenebant, utebantur, adjacuisse Monasterio Evergetæ: λέγω δὲ παλαιὸν (νεώριον) οὐχ ᾧ χθὶς καὶ φρούρῳ Λατῖνοι ἐχρῶντο τῇ πρὸς τῇ μονῇ τοῦ Εὐεργέτου Χερσῇ. Unde forte colligi potest per τὴν πρὸς τῷ Νεωρίῳ ἐκκλησίαν, in qua musivo opere descriptæ Acacii Patriarchæ etiam superstitis imagines dicuntur apud Svidam in illius elogio, eam esse quæ Εὐεργέτις dicta est. Meminit denique istius Monasterii Cantacuzenus lib. III. cap. LXXIX. quod μονὴν Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἐν Εὐεργέτιδι vocat: ut & Pachymeres lib. IX. cap. V. lib. XIII. cap. VIII. Habentur in Bibliotheca Regia sequentes versus Philes, qui dicuntur fuisse inscripti in templo Salvatoris Evergetæ, cod MMLVI. ex quibus Sanctimonialium ac Virginum fuisse docemur. Hos, haud magni licet momenti, hic descripsimus:

pag. 80.

Στίχοι τῆς ΦΙΛΗ γραφέντες ἐν τῷ ναῷ τῆς Σωτῆρος Χερσῇ καὶ Θεᾷ ὑμῶν τοῦ Εὐεργέτου.

Θεὸς μεθ' ἡμῶν ἐρανοὺς τάχα κλίνας,
Τὴν σωτηρίαν ἐλογεῖ τῆς αἰζύγων,
Ὡς ἂν ἐπ' αὐτὸν μυστικῶς ἀνακράμῃ.
Ἐξίσταται δ' οὖν ὁ στρατὸς τῆς Ἀγγέλων,
Εἰδ' οὐχί, καὶ προκύπτει αὐτὸς ὑψόθεν.
Πῶς ἂν ἴσίγα ταῦτα μικρῷ τὰ σίφη,
Νύμφον ὁρῶν ἐνταῦθα τῆς ἐκκλησίας,
Οὐ ἄστρα μιεροῖν, καὶ πολύχρωμος πόλος,
(Θεὸς γάρ ἐστι) καὶ προκύπτει, καὶ βλέπει.
Ὡς τῆς νοητῆς ἐκταθείσης παστάδος
Πλοῦ πάντα καινὰ, καὶ * καὶ ἀζώντες τύποι,
Μὴ χεῖ μικροῖν γυναιῶν ὁ δεσπότης,
Πλοῦ ἐκ ἐπὶ γῆς, ἀλλ' ἐφ' ὑψους ἁρμένος,
Καὶ δείκνυται σαρξ ἀπαθὴς, μὴ κομπάσας,
Καὶ μὴ φύγῃς, ἄνθρωπε, τὴν σωτηρίαν,
Ὁρᾷν πρὸς αὐτὸν, ὡς ὁρᾷς, οὐκ ἰσχύων,
Δεκτὸς ἑαυτὸν, ὡς δοκεῖ, βιβλίῳ.
Οἷς καὶ πτοῆς δώσαμεν ἡ στίχοι γράφει.

ETEPON.

Σκόπει διατὰ, καὶ τὸν ὑψοῦ νυμφίον
Καὶ δωμάμεις κοκλοῦσι, καὶ τ' ἄλλα σίφη,
Τὰ τῆς μονατῶν ἀκροωμένου μέλος,
Ὡς ἀντίπαις ἐλαμψιν ἡ σωτηρία,
Φείττουσι τοῦ ὀφθῆσαν ἐξ ὑψους χάριν.
Ἡμᾶς πάλιν κάτωθεν ἐλκύσαι θέλει.

II. PANTEPOPTI Monasterium, τὸ Παντεπόπτου, ab Anna Ducæna Alexii parente ædificatum fuisse haud ita pridem annotavimus ad Bondelmontii descriptionem CP. ex Zonara & Glyca, addidimusque, licet in illud concesserit Anna, non tamen fœminarum, sed virorum fuisse, (sic enim ibi legendum) cum eo relegatos Theodorum Patriarch. CP. sub Alexio Manuelis filio, & Lampardam quendam sub Andronico tyranno tradat Nicetas. Quod quidem firmat etiam Pachymeres lib. VIII. cap. XXVIII. & Dandulus in Chronic. Venet. ann. MCCXX. scribens *Paulum Abbatem Sancti Georgii de Venetiis, de Monasterio de Pantepoptis de Constantinopoli sibi a Duce commisso, corpus Sancti Pauli, qui sub Constantino Copronyma per martyrium passus est, cum favore Marini Storlato pro Venetiis Potestatis inibi, in suo transtulisse Monasterio.* Perperam porro auctor historiæ ejusdem

translationis corporis S. Pauli Venetias, apud Ughellum, ſcribit Monaſterium *Pandepopti* dicatum fuiſſe S. Georgio; cui impoſuit quod legerat apud Dandulum, translatum fuiſſe a Paulo Abbate S. Georgii de Venetiis, de Monaſterio Pandepopti CP. Eſt autem Venetiis ædes ſancti Georgii Græcis potiſſimum addicta. Vide Turcogræciam Cruſii p. 200.

III. PANTOCRATORIS, τοῦ Παντοκράτορος, Monaſterium ædificavit Joannes Comnenus Imperator. Nicetas in Man. lib. I. cap. I. κ᾽ τὸν Ισαάκιον — τῇ μονῇ τοῦ Παντοκράτορος εἱργνυσιν, ἢ τὸν Βασιλέα Ιωάννην ἔχει δομήτορα, *& Iſaacium in monaſterio Pantocratoris includunt, quod a Joanne Imperatore extructum fuerat*. Hinc lacuna ſupplenda apud Innocentium III. PP. lib. XIII. Ep. CLXII. *cum . . . quondam Conſtantinopolitanus Imperator Abbatiam Pandocraton in urbe Conſtantinopolitana feciſſet*, &c. Ita nempe hanc vocem a Latinis elatam docet præterea Epiſtola alia ejuſdem Innocentii apud Oder. Rinaldum in Annal. Eccleſ. ann. MCCVII. num. XIX. & Epiſtola de expugnata a Latinis Conſtantinopoli, apud Boncompagnum Bononienſem in Arte Dictaminis MS. *Auferuntur aurea & argentea vaſa, pallia & lapides pretioſi de famoſiſſimo Sophiæ templo, cujus pulchritudo cælum empyreum tranſcendebat, Duodecim Apoſtolorum baſilica, * Virgiliorum, & Pantocraton a victoribus ſpoliantur*. Ita etiam Anſelmus Havelsbergenſis, de quo mox, At Cinnamus lib. I. num. IV. illud ab Irene Joannis uxore conditum refert: ἡ δὲ κ᾽ φροντιςηρίοις ἐπ᾽ ὀνόματι τοῦ Παντοκράτορος ἐν Βυζαντίῳ ἀνιςήσατο, εἰς κάλλος κ᾽ μέγεθος ἐν τοῖς μάλιςα τῆδε ἐπισημοτάτων ὄν. *Monaſterium vero illa in urbe exſtruxit dicavitque Omnipotenti, elegantia & amplitudine maxime conſpicuum*. Templi τοῦ Παντοκράτορος conditricem Irenem agnoſcunt etiam Menæa & Menologium Sirleti ad XIII. Auguſt. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, μνήμη τῆς ἀοιδίμου κ᾽ παμμακαρίςου βασιλίσσης & κτιτορίσσης τῆς σεβασμίας μονῆς τοῦ Παντοκράτορος σωτῆρος Χριςοῦ Εἰρήνης, τῆς δηλ. τοῦ ἁγίου κ᾽ ἀγγελικοῦ σχήματος μετονομαθείσης Ξένης μοναχῆς, *hoc die Commemoratio beatæ Imperatricis conditricis venerabilis Monaſterii Omnipotentis Salvatoris noſtri Irenes, quæ poſt ſuſceptum ſanctum & angelicum habitum appellata eſt Xene Monacha*. In eo Monaſterio extitere Monachi Ordinis Sancti Antonii, quorum numerus ipſo Joanne ſuperſtite ad ſeptingentos excreverat, ut auctor eſt Anſelmus Epiſcopus Havelsbergenſis, qui vixit ſub ann. MCXLV. cujus locum infra damus. Certe Monaſterium virorum fuiſſe teſtatur etiam Pachymeres lib. V. ejuſque ſua ætate Hegumenum fuiſſe Patriarcham Antiochenum ex Villharduinorum familia. Sed & idem ſcriptor lib. II. cap. XXXI. meminit imaginis Deiparæ, quam a S. Luca pictam aſſerebant, in hac æde magno populi concurſu cultæ. In eo ſepulta fuit prior Manuelis Imp. uxor, ut habet idem Nicetas in Manuele lib. II. capit. V. ſed & ipſe Manuel οὐκ ἐν αὐτῷ τῷ ναῷ, ἀλλ᾽ ἐν τῷ περὶ τοῦτον ἡρῴῳ, *non in ipſo templo ſed in adjuncto Heroo*, humatum perinde ſcribit idem Nicetas lib. VII. cap. VII. ubi & ſepulcri materia & forma deſcribitur, quod codex Barbaro-Græcus in ipſo templo, ἐν αὐτῷ τῷ ναῷ extitiſſe innuit. Juxta porro hoc ſepulcrum poſitus cernebatur lapis purpureus, viri magnitudine, qui dicebatur eſſe is in quo Chriſtus de cruce ſublatus & faſciis involutus conditus fuerat, quem ipſe Manuel Epheſo advehi curarat: rem narrat loco citato Niceras, Bondelmontius: *In Monaſterio Pandocratoris eſt lapis ubi Joſeph revolvit Chriſtum in ſyndone*. Præterea Irenes, alterius Andronici Senioris conjugis τὸ λείψανον ἐν τῇ τοῦ Παντοκράτορος μονῇ depoſitum narrat Gregoras lib. VII. pag. 191. E. R. Ad hoc Monaſterium proceſſiſſe Imperatorem in feſto Transfigurationis Chriſti ait Codinus

Edit. Pariſ. pag. 81.

de Off. c. XV. n. XIII. Illius denique meminit Ducas capp. XXXVI. & XLII. ubi alii capta a Turcis urbe Pantocratoris Monaſterium occupaſſe fullones, ac cerdones in medio templi calceos conſuentes. Haud procul ab æde Apoſtolorum abfuiſſe, in undecima Urbis Regione teſtatur Gyllius lib. IV. c. II. qui hæc de ejus ſitu commemorat: *In ſuperciſlio quarti Collis vergentis ad ſolis ortum viſitur templum Pantocratoris illuſtre memoria recentium ſcriptorum, cujus parietes interiores veſtiti cruſtis marmoris varii, quod duplices Porticus habet, & plura tecta hemiſphærica tecta plumbo, quorum maximum ſuſtentatur quatuor columnis pyrropœcilis, quarum perimeter habet ſeptem pedes. Alterum hemiſphærium ſuſtentatur quatuor arcubus quos fulciunt quatuor columnæ marmoris Thebaici*. Eidem templo SS. Apoſtolorum hanc ædem vicinam fuiſſe præter Gyllium, teſtatur Narratio MS. de Beliſſario: Ἐκεῖ γὰρ ὑπερῴκιτο ὡς ἵνα μοναςήριον· πολλὰ γὰρ ἐνδοξότατα βασιλικὸν & μέγα τὸ λέγομεν Παντοκράτορα, ἐγγυτάτω κ᾽ ὡς ἄλλον ὡραῖον μοναςήριον ἁγίων Ἀποςόλων. Hac porro *Pantocratoris* appellatione Monaſterium aliud in Monte ſancto, ſeu Atho, memorat Malaxus in Hiſt. Patr. & Auctor Hiſtoriæ Politicæ,

IV. PHILANTHROPI, Φιλανθρώπου Χριςοῦ μονῆς, ſeu *Monaſterium Chriſti hominem amantis*, condidit Alexius Comnenus Imperator, ubi & humatus fuit, ut auctor eſt Nicetas in Joanne n. II. In eo Monachos ſub Regula S. Pachomii militantes conſtituit, qui ad quingentos excreverant ſub Joanne Alexii filio, ut teſtatur Anſelmus Epiſcopus Havelsbergenſis, qui hæc de ſe ſcribit lib. I. Dialogor. cap. X. *Ego cum eſſem in urbe regia Conſtantinopoli Apocriſiarius Lotharii Magni & Chriſtianiſſimi Romani Imperatoris ad Kalojohannem ejuſdem regiæ civitatis Imperatorem, & eſſem avidus explorator & diligens inquiſitor diverſarum religionum; vidi ibi multos ordines Chriſtianæ religionis. In Monaſterio quod dicitur Pantocraton, id eſt Omnipotentis, vidi ſeptingentos ferme Monachos ſub Regula B. Antonii militantes. In Monaſterio quod dicitur Philanthropon, id eſt Amantis hominem, vidi non minus quingentos Monachos ſub Regula B. Pachomii militantes. Vidi & quamplures Congregationes ſub Regula B. Baſilii Magni & doctiſſimi viri devote militantes*.

V. SALVATORIS in CHALCE ædes ſacra a Tzimiſce Imp. exſtructa fuit. Chalcen autem veſtibulum fuiſſe Magni Palatii, ſeu Triclinium per quod in illud ibatur, lib. II. docuimus: ſupra ejus fornicem, ἀνωθεν τ᾽ ἀψίδος τῆς Χαλκῆς, ædem Chriſto Salvatori, τῷ Σωτῆρι Χριςῷ, ſacram, nulli ſumptui parcens, excitavit Joannes Tzimiſces in gratiarum actionem ob devictos Bulgaros, uti præter Zonaram pag. 171. E. R. narrant Scylitzes pag. 183. E.R. & Glycas, qua apellatione, ſcilizet ὡς ὄνομα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριςοῦ τ᾽ Θεοῦ, in eodem Palatio aliam antea exſtruxerat Baſilius Macedo, ut auctor eſt idem Scylitzes pag. 585. E.R. At Codinus pag. 62. E.R. narrat ædem Salvatoris, ſeu τὸν Σωτῆρα ὡς τὸν Χαλκὸν, Romanum Seniorem primum excitaſſe, duabus columellis innixo Bemate, uti etiamnum ſua ætate conſpiciebatur, inſtitutis ibidem duodecim Clericis. Poſtmodum Joannem Tzimiſcem ad majorem amplitudinem & pulchritudinem provexiſſe, inſtitutis in ea quinquaginta Clericis, largiſque prædiis ac poſſeſſionibus ei attributis: denique collocaſſe in ea ſacram Chriſti imaginem Beryto allatam, & ejus ſandalia, quæ ἐν ποικίλοις χρυσίοις κ᾽ ὁλοχρύσοις κιβωρίοις repoſuit, ut addunt Origines Conſtantinop. ineditæ, quæ hæc ſubdunt de Zimiſce: Ἐποίησεν οὖν καὶ τὸ ἑαυτοῦ μνῆμα ἐκεῖσε ὁλόχρυσον μετὰ χυμεύσεως χρησοχικοῦς ἐντέχνε, ἄνωθεν τῆς ἐξωθεν φλοιᾶς, ἐν ᾧ & ἐτέθη· *Fecit & illic ſuum ipſius monumentum, totum ex auro, cum artificioſa aurea fuſione ſupra exteriorem corticem in quo & poſitus eſt*. Condita autem ædes Chalces a Tzimiſce ex materia magni Balnei, quod Oc-

Edit. Paris. pag. 82.

conomio adjunctum erat, haud procul a Foro Dulciario, in qua & humatus est, si eundem Codinum audimus. Obversabatur autem Foro, illi nempe quod Augustæum vocabant: siquidem Augustæum Magni Palatii vestibulum spectabat, uti etiam alibi observavimus. Zonaras in Monomacho: Τὸ Βασιλέως ἐν τῷ φρὸς τῷ ἀγορᾷ ἐπεστραμμένῳ τῷ φροτειχίσματι τὸ ἐν τῇ Χαλκῇ λεγομένῳ τὸ Σωτῆρος ναῦ φροκάθηται μετὰ πολλῆς τῆς λαμφρότητος. Meminit etiam istius ædis Nicetas in Alexio Man. F. n. XVIII. cujus verba minus recte reddidit Wolphius: καὶ διελθὼν ἡ ἐν τῇ Χαλκῇ νεὼν τὸ Σωτῆρος Χριστοῦ, ἡ πορείαν ἐπέστησεν, id est, *& pertransiens templum Salvatoris Christi, ulterius processit*: non vero ut Wolphius; *per Servatoris Christi ædem in Chalcem transiit*. Id porro observatione dignum videtur, quod ait Theodorus Balsamon ad Can. LXIX. Sextæ Synodi, cum Bema, seu τὸ θεῖον θυσιαστήριον ædium sacrarum nemini fas esset ingredi, ædis Chalces Bematis cuivis volenti patuisse accessum, rei tamen haud bene percepta ratione: Ὅτως οὖν εἰς τὸ θεῖον ἄδυτον τὸ περιωνύμως ναῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ ἐν τῇ Χαλκῇ ἀκωλύτως εἰσέρχεται ὁ βουλόμενος, ἀγνοῶ. *Quomodo ergo in divinum adytum inclyti templi Domini nostri Jesu Christi, quod est in Chalce, quicumque vult citra ullum impedimentum ingreditur, nescio*. Vide quæ de Chalces æde annotavimus ubi de Maguo Palatio.

VI. SALVATORIS, τοῦ Σωτῆρος ἐν ταῖς Νοσσιαῖς Monasterium, condidit Leo Philosophus Imp. in gratiam Constantini Cubicularii, ὃ καὶ ἐνεκαίνισεν ἅμα τῷ Εὐθυμίῳ Πατριάρχῃ, *cujus encænia celebravit cum Euthymio Patriarcha*; ut est apud Zonaram pag. 146. & Scylitzem pag. 606. E. R. Porro Barlaam Monachus, celeberrimus, qui sub Andronico Juniore vixit, inscribitur in charta an. MCCCXXXIX. apud Allatium lib. II. de Concordia utriusque Eccl. c. XVI. n. II. *Abbas Monasterii Domini nostri Jesu Christi Salvatoris Constantinopolitani*, istiusne, incertum.

VII. S. SALVATORIS, ἀπὸ λογοθέτου ædes dicta, Pisanis concessa est a Petro Capuano Cardinali Legato S. A. & a Nivelone Episcopo, post expugnatam a nostris Urbem, ut ex eorum diplomate anni MCCV. colligitur, & aliis, quæ descripta leguntur apud Ughellum in Archiepiscopis Pisanis tom. III. Ital. sacræ pag. 490. & seqq. in quibus *Ecclesia S. Salvatoris Apologotheto prope Campum Pisanorum sita* nuncupatur, ut esset *in qua eis competenter divina possent officia ministrari*. Horum aliquot inscribuntur *Priori Ecclesiæ Pisanorum C P.* Unde patet Ecclesiam S. Salvatoris intra urbis ambitum extitisse.

VIII. Salvatoris Monasterii, seu μονῆς τοῦ Σωτῆρος τῆς Ραδλωῦ ΔΤΝΑΜΕΩΣ, meminit codex MS. Bibliothecæ Cæsareæ apud Lambecium lib. IV. p. 83. sed an Constantinopoli, non plane asseveto.

IX. SANCTÆ ΔΤΝΑΜΕΩΣ Ecclesiam construxit Constantinus M. qui, ut auctor est Nicephorus Callist. lib. VII. cap. XLIX. tria maxima templa Constantinopoli excitavit, ἁγίας Σοφίας, ἁγίας Εἰρήνης, & ἁγίας Δυνάμεως, in honorem Christi, qui est Sapientia, Pax, & Virtus nostra. Figura fuisse dromica, perinde ac ædes Sophiana, & S. Agathonici, addit Codinus. In Menæis ad XVI. Maii festus dies colitur τῆς ἁγίας Εὐφημίας πλησίον τοῦ Νεωρίου λιμένος εἰς τ' ἁγίαν Δύναμιν, *S. Euphemiæ prope Neorium portum ad sanctam Virtutem*.

X. S. SPIRITUS, seu τοῦ Πνεύματος, templi meminit Codinus de Off. c. XV. n. VIII.

XI. S. TRINITATIS ædes, in Exacionio, ædificata fuit primum a Constantino M. quæ extrema Græcia *SS. Apostolorum* nomen obtinuit. Collapsam Justinianus M. instauravit. Ita Codinus p. 62. E. R.

II.

ÆDES SACRÆ DEIPARÆ DICATÆ.

DEiparæ sacratas ædes complures Constantinopoli extitisse testatur in primis Anonymus in Depositionem vestis Deiparæ pag. 754. Ἡ βασιλὶς αὕτη καὶ θεοφύλακτος πόλις, ἣν τῆς Θεοτόκου πόλιν ὁ λέγων ἢ γράφων ἐπαινεθήσεται, πομπῆς μὲν καὶ εἰς ἄπειρον φερομένοις μέτρον, ἡ μὴ φορτικὸν τὸ λεγόμενον, θείοις ναοῖς κεκαλλώπισται· τούτων δὲ, τὸ πλεῖστον μέρος καὶ ἀριθμὸν ὑπερβαῖνον, τῆς Θεομήτορος Παρθένου θεοῖ κεκτήκασιν ναοί· ἄλλοι γὰρ ἄλλό τι μέρος τῆς πόλεως διειλήφασι. καὶ οὐκ ἂν ἕροι τις τόπον δημόσιον, καὶ οἶκον βασίλειον, ἢ ἀγορὰς καταγώγιον, ἢ ἄλλο ἐν τέλει τινὸς ἐνδιαίτημα, ἔνθα μὴ πάντως ἐστὶ τῆς Θεοτόκου ναὸς ἢ ἀκτήριον. *Regalis hæc & adeo conservata civitas, quam quis Deiparæ urbem merito appellet aut scribat, pluribus, ac in immensum numerum, (absit verbo invidia) abeuntibus templis mirifice exornatur. In iis pars maxima & numero omni major, Deiparæ Virgini dicatæ ædes sunt. Aliæ siquidem aliæque locis aliis atque aliis civitatis extant: nec ullum quisquam invenerit locum publicum, ac domum regiam, vel sacrum Monasterium, aut procerum alicujus domicilium; in quibus non sit aliquod Deiparæ sacrum templum, vel oratorium.*

I. DEIPARÆ, seu S. MARIÆ AMALPHITANORUM DE LATINA, ædis, quæ propria erat Amalphitanorum Italorum, qui Constantinopoli commercii gratia commorabantur, meminit Bulla Alexandri PP. apud Ughellum in Archiepiscopis Amalphitanis n. XIII. nec scio an eadem sit cum Monasterio S. Mariæ, quam a Latinis sua tempestate possessam testatur Petrus Damiani lib. VI. epist. XIII. quæ inscribitur *M. Abbati Monasterii S. Mariæ in Constantinopoli*, quem potissimum, ut & cæteros monachos laudat, quod *dum inter exteras gentes & in peregrinæ linguæ regione consistebant, a Catholica tamen fide & piis operibus non exularent*. Unde conjicere licet a Latinis monachis possessum fuisse istud Monasterium. Vide Notas nostras ad Alexiadem p. 312. E. R. *pag. 83.*

II. DEIPARÆ AREOBINDI Monasterium, quod a Petro Mauricii Augusti fratre exstructum an. XVI. ejusdem Mauricii narrant Theophanes pag. 233. Ed. R. Zonaras, & Cedrenus, Ἀρεοβίνδου, seu τῆς Ἀρεοβίνδου appellationem habuit, διὰ τὸ εἶναι τὸν οἶκον Ἀρεοβίνδου ἐκεῖσε, *quod Areobindi domus ibi esset*, illius forte qui Consul, Magister militum, & gener Olibrii Imperatoris fuit, vel alterius Areobindi, qui Præjectam Justiniani Imp. ex sorore neptim uxorem duxit. De utroque egimus in Stemmatibus Byzantinis.

III. DEIPARÆ, seu τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἐν τῷ Σαρμασίου synaxin celebrari XXI. Julii observant Menæa: sed legendum ἐν τοῖς Ἀρματίου, ut est ad XVII. Augusti, quo celebrant Græci σύναξιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας ἐν τοῖς Ἀρματίου, & ad XVII. Januarii, quo celebrari dicitur memoria S. Theodoti Episcopi Cyrenensis.

IV. DEIPARÆ, τῆς ἁγίας Θεοτόκου Ἀρτάκης, Ecclesia, ex qua depromptam coronam ad Heraclium ad urbem tendentem detulisse Stephanum Cyzicenum Metropolitam narrat Theophanes p. 250. E. Reg. Incertum an Constantinopoli extiterit.

V. ΑΧΕΙΡΟΠΟΙΗΤΟΥ Ecclesia, seu ἡ Ἀχειροποίητος, a Constantino Magno exstructa fuit, si Codinum audimus pag. 55. Ed. Reg. Proinde alia ac diversa ab Ecclesia τοῦ Φάρου, in quam illata fuit sub Constantino Porphyrogenito imago Christi Edessena, quam ἀχειροποίητον præ cæteris appellabant Græci. Imago autem non manufacta, quæ huic ædi nomen dedit, Deiparæ fuit quæ ita describitur a Gregorio in vita Sancti Basilii Junioris num. VIII. Εὐχῆς δὲ χάριν δηλῶ

ἀπελθεῖν εἰς τὴν μονὴν τῆς ἀχειροποιήτου, ἣν περ εἰδὼς ἐπιχειρήσειν, ἀλλ' αὐτὴ ἡ Θεοτόκος ἐπίσασα, ὡς λόγος, τῇ χειρὶ τὸν ἑαυτῆς χαρακτῆρα ἐτύπωσε μέχρι τῆς σήμερον συνισάμενον. ἐν ᾧ καὶ δεσποινικὰ τελοῦνται τοῖς μετὰ πίστεως προσερχομένοις. *Orationis porro causa abire volo in Monasterium Nonmanufactæ*, (imaginis,) *quam nemo fabricatus est, sed & ipsa Deipara præsens operi, manu sua sui figuram efformavit in hunc usque diem conservatam: ad eamque proinde multa divinæ virtutis signa fiunt illuc cum fide accedentibus*. Ex quibus liquet imaginem hanc aliam prorsus fuisse a Camulianensi, quæ Christum expressit, ut indicant Menæa ad XI. Augusti, licet ita sentiant viri doctissimi. Laudatur a Petro Lambecio lib. V. de Bibliotheca Cæsarea pag. 221. Symeonis Archiepiscopi Thessalonicensis, διχῆ ἐστι τρὶς ἐγκωνίοις τὸ ἅγιον ναὸν τῆς παναγίας Θεοτόκου τῆς Ἀχειροποιήτου. Ubi hæc adduntur: λέγεται δὲ πρὸ πυλῶν τοῦ ναοῦ τῆς Θεοτόκου, ἡνίκα μὴ λιτανείας ἀσείρχεται ὁ Ἀρχιερεὺς ὑπαλέσων μικρὸν τὰ περὶ τῆς ἐγκαινίων ῥήματα, Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετά σου &c. Vixit autem Symeon extrema Græcia. Binas alias pariter τῆς Θεομήτορος ἀχειροποιήτους εἰκόνας recenset Cantacuzenus, alteram versus Cyzicum, φασὶ τὸν ἐν Τρωικῷ ναὸν, lib. II. cap. V. alteram Thessalonicæ, ubi perinde ac Constantinopoli τὸ τῆς Θεοτόκου τῆς ἀχειροποιήτου τίμιον extitit, lib. III. cap. XCIII. Sed hoc loco ἀχειροποιήτου vox non ad ædem refertur, quod vult Pontanus ex Gretzeri conjectura. Aliud denique Monasterium Ἀχειροποιήτου Deiparæ prope Cabalam haud procul ab Urbe CP. memorat Malaxus in Historia Patriarchat. pag. 129. quod & Κοπίωσις appellatum fuit, ubi de Dionysio Patr. CP. καὶ ὑπῆγεν ἐν τῷ Μοναστηρίῳ τῆς Ἀχειροποιήτου ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Κοπίωσις, ὅπερ εἶναι πλησίον τῆς Καβάλας, (mox urbe exivit) *& in Monasterium Nonmanufactæ sanctissimæ Deiparæ Conissæ prope Cabalam situm secessit*.

VI. DEIPARÆ BLACHERNARUM ædes, sic dicta, quod in Blachernis sita esset. Blachernarum autem nomen ante instauratum a Constantino Magno Byzantium loco vicino a quodam ibi regnante inditum scribit Dionysius Byzantius in Anaplo Bosporico. Situm designat Petrus Gyllius lib. I. capit. XVI. & lib. IV. capit. V. *Prope Xyloportam, & angulum urbis occidentalem, inter radices sexti Collis & Sinum, ubi stetit Deiparæ ædes Blachernana*, quam ad Freti littus sinistrum extitisse scribunt Procopius lib. I. de Ædif. cap. III. & VI. Codinus de Offic. c. XXII. nu. II. & alii. Ædem vero Deiparæ Blachernianam a Pulcheria Augusta primum ædificatam scribunt passim, præter Zonaram, scriptores Byzantini, Theodorus Lector Eccl. I. Chronicon Alexandrinum pag. 442. Ed. Reg. Theophanes pag. 90. E. R. Cedrenus pag. 344. E. Reg. Glycas, Nicephorus Call. lib. XIV. cap. II. & alii: cujus Encæniorum memoriam XXXI. Julii celebratam a Græcis observant Menæa: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἡ ἀνάμνησις τῶν ἐγκαινίων τοῦ σεβασμίου οἴκου τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου τοῦ ἐν Βλαχέρναις, ἔνθα ἀπόκειται ἡ ἁγία σορός. Hanc postmodum de novo instauravit Justinus Senior, ut auctor est Procopius lib. I. de Ædif. cap. III. At cum forma oblonga esset, & ut ait idem scriptor, ἐπιμήκης μέν, κατὰ λόγον δὲ περιβεβλημένος (ναὸς) τῷ μήκει εὖρος *illius latitudo cum longitudine non mediocri aptam haberet proportionem*, binos arcus, seu ἀψίδας, addidit Justinus Junior, ὡς εἶναι τοῦτον (τὸν ναὸν) σταυροειδῆ, *ut postea Crucis formam haberet*, inquit Zonaras, ut & Cedrenus pag. 390. E. R. Columnarum capita auro exornasse Romanum Argyrum addit idem Cedrenus pag. 429. E. R. ut & Glycas. Denique solo tenus incensum fuisse sub Romano Diogene Ind. VIII. refert Scylitzes pag. 833. E. R. restauratum postmodum, novis ornamentis, & nova ædificiorum accessione auxit mire Andronicus Senior, ut habet Nicephorus Callisti in Proœmio Hist. cui ob structuræ elegantiam dicitur ὁ τῷ σύρματι καλλωπισμένος οἶκος τῆς Θεομήτορος. Subdit ille a Byzantiis vulgo Βλαχέρνας appellari, quo modo ab auctore Chronici Alexandrini pag. 442. E. R. & aliquot aliis nuncupatur. Celeberrimi istius templi meminere passim scriptores non modo Byzantini, sed etiam Latini, atque in iis Anastasius in S. Agathone pag. 54. E. R. & Innocentius III. PP. lib. XV. epist. XXXIII. & CLIV. ubi ait ad Sedem Apostolicam nullo medio spectasse, idem lib. XIII. epist. XIX. & CLXXXV. Vide præterea Lambecium lib. V. de Cæsarea Bibl. pag. 46. *Decani Blachernarum* meminit, sub Imperatoribus scilicet Francicis, idem Innocentius III. PP. ut Cleri Græcanici sub Impp. Byzantinis Novella Heraclii in Jure Græco-Roman. lib. II. & Pachymeres lib. IV. cap. XIV. Nonnulla præterea de hac æde adnotavimus in Notis ad Villharduinum, & in Notis ad Alexiadem pag. 329. E. R. ubi de sacris Deiparæ vestibus in ea asservatis fuse egimus, de quibus etiam Anonymus Combefisianus in Leone Philosopho n. II. in Lacapeno n. X. XV. & Symeon Logotheta in Michaele num. XXXVIII. Prædictis addo, Blachernianam ædem ob ejusmodi sacras reliquias, atque adeo ob crebra miracula, quibus illa potissimum coruscabat, tantæ fuisse venerationis, etiam apud exteros, ut illius appellatione Deiparæ sacras alias ædes sibi ædificarint; quippe S. Martinum PP. martyrio coronatum in æde Deiparæ, quæ appellabatur *Blachernas*, stadio uno ab Urbe Chersone sepultum legimus in Anastasii Collectaneis pag. 105. & 262. & in Menæis ad XX. Sept. quod quidem observatum etiam ab Anonymo in Depositionem vestis Deiparæ pag. 753. cujus verba hic describam, quod ædis præterea elegantia iis præclare commendetur: Τούτων δὲ πάντων περὶ ἁπάσαν τὴν πόλιν ναῶν τε καὶ οἰκητηρίων, ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς Θεοτόκου δοξαζομένων καὶ τιμωμένων, κεφαλήτις ὥσπερ καθέστηκε, καὶ μητρόπολις, ὁ ἐν Βλαχέρναις αὐτῆς ὑπερένδοξος καὶ θεῖος ναός, πάντων αἰνίσσων, πάντων ὑπερλάμπων, καθάπερ πάντως αἰνίσσει καὶ ὑπερλάμπει περὶ κατ' ὀφθαλμὸν ἀστέρων ἥλιος· ὥσπερ γάρ τι βασίλειον ἱερώτατον καὶ θειότατον καταγώγιον ὁ ἐν Βλαχέρναις ναὸς εἶναι πιστεύεται· ὅθεν καὶ ἐν ἄλλαις πλείοσι πόλεσι, τῆς Θεοτόκου τινὲς περὶ δυσεβῶν οἴκους ἀναδειμάμενοι, Βλαχέρνας τούτους τοὺς τόπους κεκλήκασιν, ὡς λίαν ἐφηδομένης τῆς Θεομήτορος Βλαχερνῶν τῷ ὀνόματι. *Omnium vero per urbem totam sacro Deiparæ nomine venerabilium templorum & oratoriorum, velut caput quoddam ac Metropolis est illud ejus in Blachernis magnificentissimum divinumque templum: omnibus eminens, cunctis præclarius, ut Sol Cæli stellas prorsus supergreditur: quippe regale vel aulæ quoddam ac sacratissimum divinissimumque diversorium habetur, quod est in Blachernis templum: unde & in aliis civitatibus viri quidam pii ædes Deiparæ a se excitatas Blachernarum donarunt appellatione: tamquam Deipara Virgo ea delectaretur.* Addo κοσμόσωτον & περιώνυμον ναόν, ob crebras sanitates quæ Deiparæ interventu eo in templo ab ægris obtinebantur, appellari ab Anonymo in Narrat. de Imagine Salvat. dicta Antiphonetes p. 618. quod pluribus ita persequitur supra laudatus Anonymus de Depositione vestis Deiparæ p. 756. Ἔστιν ἐν συνειλόντι φάναι, ὁ ἐν Βλαχέρναις θεῖος τῆς Θεοτόκου ναός, πάσης ἐλπίδος ἡμῖν σωτηριώδης ἀπόθετον· ἐν ᾧ, καὶ ἐξ οὗ, πᾶν ὁτιοῦν ἔστι τε καὶ ἔσται ἀγαθὸν, ἀπήφαμεν, καὶ ληψόμεθα· καὶ βέβληται μὲν ἅπαξ ἡγιάσθαι, καὶ δόξῃ θείᾳ δεδόξασθαι· ἐκεῖ γὰρ ἡ Θεὸν Λόγον ἡ Θεοτόκος σαρκικῶς, ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων γεγέννηκεν· ἐν τούτῳ δὲ τῷ θεοτόκῳ ναῷ, καθ' ἑκάστην ὥραν τοῖς δεομένοις πίπτει τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν τε καὶ βοήθειαν· ἔστιν οὖν, καὶ πάλιν ἐρῶ, ὁ ἐν Βλαχέρναις θεῖος τῆς Θεοτόκου ναός, τῆς Βασιλίδος ταύτης ἀκρόπολις, ἐν ᾧ καταφεύγοντες οἱ ἐν κινδύνοις ἅπαντες, σώζονται καὶ σωζόμεθα. *Est itaque, ut paucis dicam, quod est in Blachernis divinum Deiparæ templum, totius salutis nobis reposita*

Edit. Paris. pag. 84.

repoſita ſpes, in quo & ex quo accepimus, ac ſumus accepturi, ſi quid eſt boni, ac futurum eſt, ac ſane quidem Bethleem ſanctificata eſt & divina donata gloria: quippe illic ſemel Deipara Virgo Deum Verbum Carne genuit in fine ſæculorum: at in templo hoc diviniſſimo, quavis hora, Dei clementiam ac auxilium iis parit qui precantur ac orant. Eſt ergo, ac iterum dicam, quod in Blachernis eſt divinum Deiparæ templum, arx quædam hujus regiæ urbis, ad quam omnes conſtituti in periculis confugientes, ſalutem conſequuntur, ac conſequimur. At inter tot quæ in hac æde ſacra patrabantur miracula, illud fuit præ cæteris inſigne, quod narrat Liber Virginalis, ſeu de vita S. Mariæ Virginis rythmo conſcriptus, ex Cod. MS. MDLXXVI. Bibliothecæ Regiæ.

Conſtantinopolitana urbs habet Baſilicam,
Quæ Mariæ in honore claram profert fabricam,
Hanc qui dicunt, hoc & ſciunt Lucernã cognominant.
Græco more hic decore Virginis iconia
Natum geſtat, ſindone ſtat velata ſerica,
Nec videtur, donec detur Sabato vigilia.
At cum hora veſpertina matris feſta incipit
Se expanſum & repanſum velum ſurſum recipit,
Atque vultum venerandum Virginis operit.
Tunc theſaurus diva clarus revelatur imagine
Sic ad nonam uſque horam ſtat diei craſtinæ
Surſum velum, quaſi cælum ſpectans miro ordine.
Non libratum arte vatum, nec arte mechanica
Non magnete tractum, neque aliqua vi magica,
Nec ut ille fertur ſtare quem colit gens Ethnica.
Perſtat ſurſum, dũ ſol curſum Sabbati perſequitur.
Stupor cæli ut fideli velatu cognoſcitur
Dum plebs hymnis Matri dignis ſabbatizans utitur.
Sed ut dictis horis noctis laus diei canitur,
Velum ſurſum mittens, rurſum cælitus deponitur.
Decor iſte non ſacriſtæ manu ſic obnubitur,
Nec Mariæ hac die falſum horologium,
Sed ſtat certum apertum Sabati indicium,
Feriamque poteſt quemptam edocere neſcium
Neſcientium Concurrentium Regulares numeros
Supputare, velum dare docens ſit inſtructio
Nec miraturo nec erraturo præſertim de Sabbato,
Hæc tam digno cæli ſigno piæ matri ſabbata
Vendicantur, monſtrantur laudi ejus dedita,
Qua lux orta, nox abſorpta, requies eſt reddita.
Hinc oremus, ut ſit remus in hoc ſolo poſitis
Dei æternis ac ſupernis intereſſe Sabbatis.

Edit. Pariſ. pag. 85.

Hocce σωινδεις θαῦμα, memorat etiam Belethus de Divinis Officiis cap. LI. & ex eo Durandus lib. IV. Ration. Divinor. Offic. c. I. uti jam ſupra attigimus, ſcribitque feria ſeptima Miſſam de beata Virgine ab eo miraculo ortum accepiſſe. *Nam*, inquit, *quum olim Conſtantinopoli in quadam Eccleſia imago beatæ Virginis habebatur, ante quam velum quoddam dependebat, quo tota ea cooperiebatur, contingit ut ſexta ſemper feria velum hoc a veſperis ab imagine, nullo movente decideret, & divino miraculo quaſi deferretur in cælum, ita ut jam pene ac perfecte ab omnibus conſpici poſſet, ac deinde rurſus in Sabbato, veſperis abſolutis, ad eandem imaginem deſcenderet, ibique permaneret uſque in proximum diem Veneris. Hoc ergo miraculo ſæpius viſo, ſancitum eſt, ut ſemper illo die de beata Maria in Eccleſia caneretur.* Verum licet codex MS. Libri Virginalis *Lucernam*, hanc ædem ſacram CPoli appellatam præferat, proclivis eſt error viri in Græcis parum eruditi, qui *Lucernam*, pro *Blachernæ* nuncupaverit. Neque enim Eccleſiam Deiparæ quæ *Phari* nomen habuit, intellexiſſe putaverim, in qua aſſervabatur ejuſdem divæ Virginis imago ἀρχηροποίητος, cui velum appendi potuerit. Proinde miraculum iſtud ſingulis ſeptimanis recurrens, fuit, ni fallor, illud cujus meminit Anna Comnena lib. XIII. Alexiad. pag. 376. E. R. ubi narrat parentem Alexium Imperatorem, profectum Conſtantinopoli, Kalendis Novembribus Indict. I. (an. Chriſti MCVII.) ſtationem extra urbem ad Geranium poſuiſſe, nec longius progredi auſum, quod ἐξερχομένῳ ἡ Θεομήτωρ ἐν Βλαχέρναις τὸ σωινδεις θαῦμα οὐκ ἐπεδείξατο, *quod exeunti conſuetum miraculum minime oſtendiſſet Deipara.* De ædis Blachernarum ſitu ac ruderibus hæc ſcripſit Gyllius lib. IV. cap. V. *Hodie prope Xyloportam, & angulum urbis occidentalem, inter radices ſexti Collis, & Sinum ædis ſacræ intra urbem ſitæ, quam Virgini Mariæ dicunt ſacram fuiſſe, eique fontem ſacrum adhuc ſcaturientem oſtendunt Græci, Blachernamque locum nominant, veſtigia extabant, cum veniſſem Byzantium, quæ funditus nunc fere effoſſa ſunt & deleta.*

VII. DEIPARÆ templum, quod vulgo τὸ ΚΑΡΑΒΙΤΖΙΝ, ſeu *Navicellam* nuncupabant, exſtruxit Michael Theophili filius. Nominis rationem pluribus exponit ex Originibus Conſtantinopol. ineditis Codinus pagg. 41. & 42. E. R. quem non exſcribo.

VIII. CARPIANI ædem ita dictam, Deiparæ ſacram, ædificavit Carpianus Patricius Conſtantino Pogonato imperante. Ita Codin. pag. 46. Edit. Reg.

IX. CHALCOPRATIANA, ſeu τῆς Χαλκοπρατιῶν, Deiparæ ſacra ædes nomen accepit ab Urbis tractu in quo condita, ubi jam ab ipſius Conſtantini Magni ævo habitabant Judæi, æramentorum mercaturam ibi exercentes, ut habet Codinus pag. 43. E. R. Ædificata vero ubi antea erat Synagoga eorumdem Judæorum a Theodoſio Juniore: Theophanes p. 88. E. R. & ex eo Cedrenus p. 343. E. R. Τότε καὶ τὸν τῆς Χαλκοπρατιῶν ἐκκλησίαν τῇ Θεοτόκῳ ἀνήγειρε, συναγωγὴν Ἰουδαίων πρότερον οὖσαν· *Tunc & Chalcopratiorum Eccleſiam Deiparæ ſacram excitavit, cum antea Synagoga eſſet Judæorum.* Quod vero Theodoſio Juniori, id Chronicon Alexandrinum pag. 412. E. R. Marciano & uxori Pulcheriæ tribuit: Μαρκιανὸς ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ σὺν τῇ γαμετῇ αὐτοῦ Πουλχερίᾳ κτίζει τὰ Χαλκοπράτια, ἐς τὰς Βλαχέρνας. *Marcianus gener ejus (Arcadii) cum uxore Pulcheria condidit Chalcopratia & Blachernas.* Theodorus Lector Ecl. I. & Nicephorus Call. lib. XIV. capp. II. & XLIX. eandem ædem Pulcheriæ adſcribunt: Juſtinianus vero Leonis M. conjugi Verinæ, in Nov. III. cap. I. ſiquidem Eccleſia Deiparæ, quæ juxta Sophianam extitit, eadem ſit cum Chalcopratiana, quæ Sophianæ perinde ædi proxima fuit. Nam Theophanes an. XII. Juſtini Junioris, quod Theodoſio Juniori alii, id Juſtino tribuens, ſcribit eo anno Juſtinum ademptam Judæis Synagogam *pag. 86.* τῶν οὖσαν ἐν Χαλκοπρατίοις, feciſſe ἐκκλησίαν τῆς δεσποίνης ἡμῶν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου πλησιάζουσαν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, *Eccleſiam Dominæ noſtræ ſanctiſſimæ Deiparæ, vicinam Magnæ Eccleſiæ.* Neque tamen primus hanc ædem excitavit Juſtinus, ſed terræ motu dejectam reædificavit, & prædia ac poſſeſſiones ei conceſſit, ut habet loco citato Codinus. Eandem etiam reſtauravit Baſilius Macedo, ut auctor eſt Porphyrogenitus in avi Vita cap. LXII. Formam ædis indicat idem Porphyrogenitus lib. de Adm. Imp. cap XXIX. Ὁ δὲ ναὸς τῆς ἁγίας Ἀναστασίας ἐστὶ δρομικὸς ὅλοις τῷ Χαλκοπρατίων ναῷ. Litanias ac proceſſiones & preces publicas a Blachernarum templo ad Chalcopratianum die Paraſceves fieri quotannis inſtituit Imperator Mauricius. Cedrenus: τοῦτοι δὲ καὶ τὴν λιτὴν καλουμένην Πρισβείαν, καὶ Παρασκευὴν ἐν Βλαχέρναις τελεῖσθαι, καὶ ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις πληροῦσθαι. Cujus quidem proceſſionis Timotheum Patr. Conſtantinop. qui ſub Anaſtaſio Dicoro vixit, auctorem videtur agnoſcere Theodorus Lector Ecl. II. Τὰς καὶ παρασκευὴν λιτὰς ἐν τῷ ναῷ τῆς Θεοτόκου ἐν Χαλκοπρατείοις Τιμόθεος ἐπετήσους γίνεσθαι. Subdunt Origines Conſtantinopol. ineditæ ſua ætate nuncupatam Ἁγιοσυρίτισσαν. Extitit in Eccleſia Chalcopratiana imago Servatoris ſumma veneratione, & populi concurſu culta, τοῦ Ἀπφωντοῦ appellata, quam dejecit, aut fane evertere annixus eſt Leo Iſaurus. Gregorius II. in epiſt. ad eumdem Leonem: Ἀποστέλλει σοι Ἰοβῖνον Σταθαροκανδιδάτον εἰς τὰ Χαλκοπρατῆα, εἰς τὸν Σωτῆρα καταλῦσαι καὶ κατακλά-

σαι τὸν λεγόμενον τῦ Αντιφωνητοῦ, ὅπου καὶ πολλὰ θαύματα γεγόνασιν. *Mittens Jovinum Spatharocandidatum ad ædem Chalcopratianam, ut Servatoris imaginem everteret & confringeret, ad quam plurima fiunt miracula.* Extitit autem hæc imago primitus in Tetrastylo, cujus historiam edidit ex manuscriptis Franciscus Combefisius. Τὰ ἐγκαίνια τῦ σεβασμίου οἴκου τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις XVIII. Decembris celebrata a Græcis observare est ex Menæis: eadem etiam μνήμῃ πάντων τῶν χριστιανῶν ἐξ ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν ἐν λιμῷ, καὶ δίψει, καὶ μαχαίρᾳ, ἐκ κρύους τελευτώντων celebrari scribunt ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις εἰς τὸν ναὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἔνθα ἡ ἁγία σορός. Extitit denique ἁγία illa σόρος in æde Chalcopratiana, in qua scilicet vestis Deiparæ recondita erat, cum in Blacherniana ejusdem asservaretur ἐν ἁγίᾳ perinde σορῷ Homophorium. Origines Constantinop. ineditæ, & ex iis Codinus pag. 55. E.R. Τῷ δὲ ἁγίαν σορὸν τὰ Χαλκοπρατῆα Ιουστινος καὶ Σοφία ἔκτισε, καὶ τὸν ναὸν ἀνοικοδομήσαντες· ἐκεῖσε ὦν ἀνεγνώσκων Μιχαὴλ ὁ Ραγκαβαῖος Κυροπαλάτης πρὸ τῦ βασιλεῦσαι· ὡσαύτως ὁ Βάρδας ὁ θεῖος Μιχαὴλ, ἐκ πολλοῦ τῦ μεγίστων, ὅπου καὶ ἀπόκειται ἡ ζώνη τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου· τὸ δὲ ἅγιον ὁμοφόριον κεῖται ἐν Βλαχέρναις. Adde quæ de æde Chalcopratiana, & ἁγίᾳ σορῷ in ea asservata habent Menæa XII. April. & quæ ad Alexiadem pagg. 293. 322. E.R. & de Synagoga Judæorum supra annotavimus.

X. CURATORIS nomine ædes dicta, Deiparæ sacra, condita fuit a Verina Leonis Macelæ uxore, instar sepulchri Christi, appellationemque sumpsit a quodam Curatore (Palatii forte alicujus) qui operi ab ea præfectus est, ut habet Codinus pag. 53. E.R. ex Originibus CP. ineditis, in quibus additur, extructam fuisse adinstar Dominici Sepulcri, εἰς τὸ ὁμοίωμα τῦ τάφου τῦ Κυρίου. Deiparæ dicatam ex Menæis colligimus ad VII. Decembris, quo illius Encæniorum memoria agitur: τὰ ἐγκαίνια τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τοῖς Κυράτορος. Locum designant Synaxaria ad XXII. Julii, ubi divinæ Magdalenæ σύναξις seu commemoratio fieri in templo S. Lazari, ἐν τοῖς Κυράτορος, πλησίον τοῦ Ταύρου, *& in Ecclesia Curatoris, juxta Taurum*, dicitur. Unde colligimus prope Forum Tauri extitisse.

XI. DEIPARÆ ædem juxta Magnam Ecclesiam ædificavit Verina Augusta, Leonis M. conjux. Justinianus Nov. III. cap. 1. ὕστερον δὲ ὁ προσκυνητὸς οἶκος τῆς ἁγίας ἐνδόξου Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, ὁ ὁρὸς τῷ ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας γειτονήματι κείμενος ᾠκοδομήθη παρὰ τῆς θείας τὴν λῆξιν Βηρίνης, *deinde veneranda ædes sanctæ Deiparæ Mariæ, quæ in sanctissimæ Magnæ Ecclesiæ vicinia ædificata est a piæ memoriæ Verina.* Quæ quidem S. Sophiæ vicinitas videtur evincere eandem esse cum Chalcopratiana, quæ perinde vicina fuit ædi Sophianæ. Utcumque se res habeat, ædis sacræ juxta Magnam Ecclesiam meminit Concilium CP. sub Mena, vel Menna, ut Latini scriptores efferunt, act. 1. sub initium: ubi dicitur celebratum ἐν τῷ μεσαύλῳ τῷ δυτικῷ τῦ σεβασμίου οἴκου τῆς δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῦ ὄντος πλησίον τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, *in atrio occidentali venerabilis ædis Dominæ nostræ sanctæ & glorioſæ Deiparæ & semper Virginis Mariæ, quæ est prope sanctissimam Magnam Ecclesiam.* Meminit etiam Andreas Dandulus in Chronico MS. qui S. Symeonis prophetæ corpus in eo olim asservatum testatur, indeque Venetias translatum, post expugnatam a nostris Urbem: *Plebei etiam Veneti nomine Andreas Balduino, & Angelus Drusia de oratorio S. Mariæ adhærente Ecclesiæ S. Sophiæ, corpus S. Symeonis Prophetæ cum labore auferunt, quod Venetias delatum in Ecclesia antiquitus sub Sancti vocabulo fabricata reponunt.* At corpus S. Symeonis asservatum fuit in Ecclesia S. Jacobi fratris Domini, quæ stetit juxta magnam Ecclesiam, ut infra docemus. Testatur porro Justinianus in laudata Novella, huicce ædi, ut & S. Irenes, deservisse Clericos Sophianæ ædis, cui unitæ erant: καὶ τοὺς τρεῖς ἁγιῆς οἴκους τοὺς ὑπομένοντας αὐτῇ. *Edit. Paris. pag. 87.*

XII. DEIPARÆ ΤΗΣ ΚΕΧΑΡΙΤΩΜΕΝΗΣ Monasterium excitatum, & ædificatum fuit ab Irene Ducæna Augusta, Alexii Comneni Imperatoris conjuge. Id docemur ex Cod. MMCCCCXLVI. Bibliothecæ regiæ, qui sic inscribitur: Τύπικὸν τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Κεχαριτωμένης τῆς ἐκ βάθρων νεουργηθείσης καὶ συσταθείσης παρὰ τῆς ὁσιωτάτης Αὐγούστης κυρᾶς Εἰρήνης τῆς Δουκαίνης, καὶ τὴν αὐτῆς φόρεσιν καὶ γνώμην ἐφυγηθέν τε καὶ ἐκτεθέν. *Typicum venerandi Monasterii sanctissimæ Deiparæ gratiosæ, a fundamentis de novo extructi a piissima Augusta Domina Irene Ducæna, secundum illius præceptum & mentem enarratum & expositum.*

XIII. DEIPARÆ ædes, CRYSTALLUS, seu *Glacies*, Κρύσταλλος dicta, quod cum Leo Macela Imperator illac equo vectus pertransiret, hyemali tempore, glacies delapsa illum graviter afflixerit. Vide Codin. pag. 59. E.R.

XIV. DEIPARÆ CYRI, Κύρου, ædem dictam, a Cyro Consule & Præfecto Prætorio, Theodosio Juniore imperante, exædificatam, ex Simocatta lib. VIII. c. VIII. & Cod. p. 54. E.R. jam docuimus in Notis ad Alexiad. p. 304. E.R. Ναὸς Θεομήτορος τῦ Κύρου dicitur Theophani p. 242. τὰ Κύρου Scylitzæ p. 735. E.R. & Cod. loco laud. Illius encænia celebrant Græci V. Maii: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τὰ ἐγκαίνια τῦ ναῦ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τοῖς Κύρου. Celebratur potissimum hæc ædes a scriptoribus ob imaginem Deiparæ quæ in ea magno cultu & pia veneratione colebatur, ut satis indicant Anna Comnena lib. V. Alexiad. p. 144. E.R. & Nicet. in Manuele lib. VI. n. V. præterea Menæa, & Menologium Græcorum Collegii Claromontani S. J. Parisiensis XXVIII. April. in S. Patricio, & Martyrologium quod Basilii Imperat. Porphyrog. nomen præfert, editum ab Ughello tom. VI. Italiæ sacræ, ad 1. Octob. in S. Romano. Subscribit in Concil. CP. sub Mena act. 1. Georgius Ἀρχιμανδρίτης μονῆς τῆς Κύρου.

XV. DEIPARÆ in DEUTERO ædes. Hujus encænia VI. Septemb. celebrari a Græcis observo ex Menæis: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ τὰ ἐγκαίνια τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου εἰς τὸ Δεύτερον, ἐν τῷ οἴκῳ τῆς ἁγίας Εἰρήνης.

XVI. DIACONISSÆ, seu Διακονίσσης, ædem Deiparæ sacram ædificavit Cyriacus Patriarcha CP. Mauricio imperante. Zonar. Προεχειρίσθη γοῦν Πατριάρχης Κυριακός, ἱερεὺς ὢν Οἰκονόμος τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας, ὑφ' ὃ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ναὸς, ὃς τῆς Διακονίσσης λέγεται, ᾠκοδόμηται· *Promovetur igitur Patriarcha Cyriacus, Presbyter & Oeconomus Magnæ Ecclesiæ, a quo sacrosancta Deiparæ templum, quod Diaconissæ nuncupatur, ædificatum est.* His consona habent Theophanes pag. 233. E.R. & Cedren. ad XVI. Mauricii, quo conditum notat, ut & Codin. p. 53. E.R. ex Originibus CP. ineditis, qui ita appellatum ait, quod ejusdem Patriarchæ soror in eodem Diaconissæ munus obiret, vel certe quod in ea recluſa esset. Verba Theophanis sunt: ὁμοίως δὲ ὁ Κυριακὸς Πατριάρχης τὰ Διακονίσσης τῷ ἐκκλησίαν τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἔκτισεν, *similiter & Cyriacus Patriarcha Diaconissæ Ecclesiam Deiparæ sacram ædificavit.* Ex quibus in eam conjecturam propendeo, ut Ecclesia Diaconissæ fuerit illa, quam S. Olympias, Theodosio Magno imperante, inter ædem Εἰρήνης, & Sophianam, Monacharum in ea instituto Monasterio, excitavit, ut auctor est Niceph. Callist. lib. XIII. c. XXIV. nam cum illa in seditione Victoriatorum cum magna Ecclesia conflagrasset, τῷ μεγίστῳ ποιῷ ὕστερον ἀνθις ἀνεγερθέντος νεῷ, κἀκεῖνο τῷ πρωτείαν ἐκοσμίαν ἔχει, καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατέστη ἀξίωμα, Σεργίας ἡγουμένης αὐτῷ, ἥτις ἐκ τοῦ φ μακαρίας βίον συγγράμματι καταλέλοιπεν, &c. *Maximo eo longe post templo restituto, Monasterium hoc quoque pristinam recepit venustatem, atque ad veterem restitutum est dignitatem, Sergia ei præsidente, quæ etiam beatæ hujus fœminæ vitam conscriptam re-*

liquit, Istius ædis encæniorum memoriam agunt Græci XXVIII. Julii. Menæa: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἀνάμνησις τῆς ἐγκαινίων τοῦ ναοῦ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τοῖς Διακονείων.

XVII. DEIPARÆ ΤΗΣ ΕΛΕΟΤΣΗΣ, seu *Miserantis*, ædis encænia celebrant Græci XI. Aug. Menæa & Menologium Sirleti: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τιλοῦται τὰ ἐγκαίνια τοῦ σεβασμίου καὶ περικαλλοῦς οἴκου καὶ θείου ναοῦ τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου τῆς Ἐλεούσης, *eodem die dies festus encæniorum perpulchri & venerabilis & divini templi sanctissimæ Dominæ nostræ Genitricis Dei Miserantis Mariæ.*

XVIII. EVERGETIDIS, τῆς Εὐεργέτιδος, *Benefactricis*, Deiparæ nempe, Monasterii quidam Basilius Protasecreta conditor dicitur in epigraphe epigrammatis in Symeonem Metaphrastem editi ab Allatio in tractatu de Symeonibus pag. 169. Βασιλείου Πρωτασηκρήτις καὶ κτήτορος μονῆς τῆς Εὐεργέτιδος. Extat præterea in Bibliotheca Regia Cod. MDCCLXXXVII. *Pauli Monachi Fundatoris & Abbatis Monasterii B. Mariæ Evergetidis Collectanea Ascetica*: sed utrum Constantinopoli, ex his non liquet. Utcumque sit, ejusce Monasterii Monachus fuit Neophytus Patriarcha Constantinopolitanus, Theodoti successor, de quo ita Catalogus Patriarchar. Constantinop. in Cod. Regiæ Bibliothecæ sign. MMCCCCXXIII. Νεόφυτος Μοναχὸς ὁ ἀπὸ τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Εὐεργέτιδος· περὶ δὲ οὗ τὸ χειροτονηθῆναι διωμολόγηται εἰς Ἀναγνώστης ἔχων σφραγίδα, ἓν τῷ σολῷ τούτῳ ἐμφισμένος, ἐκβαλὼν αὐτῷ, λαϊκὸν ἄμφιον ἠμφιέσατο: ἐξ οὗ δὲ τοῦτο κεκώλυται τῆς χειροτονίας, καὶ ὑπεχώρησε τῆς Πατριαρχικῶν κελλίων, φορσμένας ἐν τούτοις ἡ. μῆνας ε'. Atque ex his supplendus Catalogus Patr. Constantinop. in Jure Gr. Rom. pag. 303. ut & ex eodem Codice quæ eadem pag. deesse annotantur, in Theodoto scilicet perinde supplenda: Θεόδοτος Μοναχὸς καὶ καθηγούμενος τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου Ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Βασιλέως Πορφυρογεννήτου κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ, ἔτη β'. μῆνας π'. Et in Chliareno Neophyti successore: Κωνσταντῖνος δέχορος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ ἐπὶ τῆς Πατριαρχικῆς μικρᾶς σακέλλης ὁ Χλιαρηνός, ἔτη β. μῆνας π. Denique in Luca: Λουκᾶς Μοναχὸς ὁ Χρυσοβέργης ἔτη ιβ'.

Edit. Paris. pag. 88.

XIX. DEIPARÆ templum, EUGENII cognominatum, domus fuit Eugenii Patricii, qui Theodosio Magno imperante vixit, & ab eo in templum S. Deiparæ mutata, ut habet Codinus pag. 40. E.R.

XX. DEIPARÆ prope ædem S. Lucæ Monasterium, cujus Abbas Andreas, ita subscribit in Concilio I. Constantinopolitano sub Mena act. 1. Ἀνδρέας πρεσβύτερος καὶ ἡγούμενος μονῆς Ὑδρεκμείνης ἐν τῷ σεβασμίῳ οἴκῳ τῆς ἁγίας Θεοτόκου πλησίον τοῦ ἁγίου Λουκᾶ ἀξιώσας ὑπέγραψα.

XXI. DEIPARÆ ædem, ἐν τῇ αὐλῇ τῆς ἐξαρτήσεως τοῦ Νικομήδους, imaginibus & omni ornatu ab Iconomachis spoliatam refecit quidam Antonius Patricius, Michaele & Theodora imperantibus, quam deinceps crebris miraculis coruscasse testantur Menæa ad XXXI. Aug. Proinde illa videtur πρὸς τῷ Νικομήδους ἐκκλησίᾳ, quam Svidas in Acacio Patr. Constantinop. commemorat.

XXII. DEIPARÆ in Foro Constantini ædes exstructa, vel instaurata fuit a Basilio Macedone, ὡς ἂν ἔχοιεν αὐτὸν (τὸν ναὸν) οἱ πραγματευόμενοι εἶχον προσδοκῆς, ὅπως ταῖς πραγματείαις ἐμβραδύνωσι, *ut esset ædes in qua mercatores preces facerent, dum negotiationi dant operam*, ut est apud Porphyrogenitum in Basilio cap. LXII. Scylitzem p. 589. E.R. Glycam, & Codinum pagg. 42. & 58. E. R. Illius mentio est apud Leonem Grammaticum pag. 505. E.R. in Porphyrogenito, eumdem Scylitzem, & Anonymum in Lacapeno n. XXX. in Synaxariis ad VIII. Sept. in S. Artemidoro. Εὐκτήριον φόρον nude dicitur Theophani in Leone Armenio p. 426. E.R. Origines Constantinop. ineditæ parte II. τὸν δὲ Νέαν ἔκτισε καὶ τὸν Φόρον ὑπεραγίαν Θεοτόκον, καὶ τὰ Τζυρὰ, καὶ τὸν ἅγιον Δημήτριον Βασίλειος βασιλεὺς ὁ Μακεδών.

XXIII. DEIPARÆ in oppido Galatino ædem, seu Monasterium adhuc stare testatur Crusius pag. 205.

XXIV. DEIPARÆ HODEGETRIÆ, seu τῆς Ὁδηγῶν, ædem Deiparæ sacram condidit Pulcheria Augusta, Marciani Imperatoris conjux. Theodorus Lector Eccl. I. Ἔκτισε δὲ καὶ δίκτηρίους Πουλχερία πολλούς, τὸν ἐν Βλαχέρναις, τὸν Χαλκοπρατίων, τῆς Ὁδηγῶν, μεθ' ὧν καὶ τὸ Λαυρεντίου Μάρτυρος. *Oratoria etiam aliquot exstruxit Pulcheria, Blachernense, Chalcopratiorum, Hodegorum, & cum iis ædem S. Laurentii Martyris.* Nec condidit modo, sed & in ea imaginem Deiparæ a S. Luca depictam cum aliis reliquiis, quas Hierosolymis ab Eudocia Augusta Theodosii Junioris conjuge acceperat, reposuit. Nicephorus Call. lib. XIV. cap. II. Ἔτι δὲ ἐξ οὗ τῆς Ὁδηγῶν ἀνῳκίσας ἐτωνυμίαν, ἐφ' ᾧ πάλιν τε θείαν ἐκείνης μορφὴν, ἣν Λουκᾶς ὁ Ἀπόστολος σανίδι γράψας κατέλιπεν ἀνυχίσασα· τότε θεῖον ἐκείνης γάλα, καὶ τὸ ἱερὸν ἄτρακτον, καὶ τὰ τοῦ Σωτῆρος σπάργανα ἐθησαύρισεν, Εὐδοκίας πεμψάσης τῆς βασιλίδος, ἡνίκα δὴ ἀφῖκτο εἰς Ἱεροσόλυμα. *Templum item, quod Hodegorum nomine insigne est, in quo rursum divinam illius* (Deiparæ) *imaginem, quam Lucas Apostolus in tabula depictam reliquit, & divinum illius Lac, & sacram Colum, & Salvatoris ipsius fascias, perinde ac thesaurum, quæ quidem ad eam miserat Eudocia Augusta, quum Hierosolymam profecta est.* Asservabatur illa primum imago Antiochiæ. Idem scriptor lib. XV. cap. XIV. Ἄλλος ὁ τῆς Ὁδηγῶν ἐστὶν, ἐν ᾧ τὴν ἐξ Ἀντιόχου σταλεῖσαν εἰκόνα τῆς τοῦ Λόγου μητρὸς ἀνέστησε, ἣν Λουκᾶς ὁ θεῖος Ἀπόστολος χερσὶ καθιερεῖ, ζώσης ἔτι, καὶ τὸν τύπον ὁρώσης, καὶ τὴν χάριν τῇ μορφῇ ἐνιείσης. *Secundum templum* (a Pulcheria ædificatum) *illud fuit, quod Hodegorum vocant, ubi Antiochia missam Verbi Matris imaginem dedicavit, quam Lucas divinus Apostolus suis ipse manibus depinxit, illa adhuc vivente, & tabulam ipsam videnti, gratiamque adeo illi formæ suæ immittente.* Virorum Monasterium fuit: tradit enim Nicephorus Gregoras lib. VI. Georgium Patriarcham CP. abdicata dignitate, in illud secessisse. Ταύτῃ τοι καὶ χαίρειν εἰπὼν φιλονεικίας, καὶ θρόνου, ἀπῆλθε σχολάζων ἐν τῇ Μονῇ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς τῶν Ὁδηγῶν. *Proinde contentionibus & Sede Patriarchali valere jussis, in castissimæ Dominæ ac Deiparæ Monasterium, quod Hodegorum vocant, otio vacaturus sese contulit.* Ad muros Urbis maritimos, nec procul ab Hippodromo, extitisse docemur a Niceta in Alexio lib. III. num. VI. quo loco narrat Alexium Angelum, accepto de Joannis Comneni cognomento Crassi inauguratione nuntio, ab eoque occupatum Palatium, suos in naviculam immisisse, qui ad Hodegorum Monasterium trajicerent atque cum Varangis, imperatoriis satellitibus, Comnenianos in Theatro seu Hippodromo adorirentur, iisque profligatis, Joannem e Palatio dejicerent, οἱ μὲν οὖν πλοίων ἐπέβησαν, καὶ τῇ ἀκτῇ προσίχουσι τῆς Μονῆς τῶν Ὁδηγῶν, &c. Ad muros etiam Urbis maritimos statuit Ducas cap. II. ubi Joannis Palæologi Imperatoris in Urbem appulsum describit, innuitque ab hac æde Portulam vicinam Hodegetriæ nominatam: ἐφθασαν ἐν τῇ μικρᾷ πυλῇ τῇ ἐπονομαζομένῃ τῆς Ὁδηγητρίας. Joannes Cantacuz. lib. IV. cap. XXXIX. de eodem appulsu: Ἀθρόον μηδενὸς εἰδότος ἐπέπλωσι Βυζαντίῳ, καὶ ἐγένετο νυκτὸς ἔνδον τοῦ ἐν Ἑπτασκάλῳ Νεωρίου, *confestim, nemine sciente Byzantium adnavigavit, & de nocte in Portum, qui ad Heptascalum est, appulit.* Ex quibus conjicit Bulialdus, Portam illam inter Portas Psamatii & Catergolimenis sitam fuisse. Meminit præterea idem Ducas cap. XXXIX. τῆς πόρτης τῆς μικρᾶς τῆς ἐν τῆς Ὁδηγητρίας, *minoris portæ, quæ extitit ad Monasterium Hodegetriæ*, quam exerte statuit inter Acropolim & Magnum Palatium, quo loco etiam habetur in Constantinopolis Descriptione, quam ex Bondelmontii Codice *pag.* 89.

MS. Bibliothecæ Regiæ emendatiorem huicce operi præfiximus. De appellationis τῆς Ὁδηγῶν ratione non omnino constat. Andreas Dandulus in Chron. MS. in Leone Isauro ait ita appellatam quasi deductricem, quod duobus cæcis Deipara apparuerit, & ad Ecclesiam deductos ibi eos illuminaverit: locum damus infra. Codinus in Orig. CP. pag. 41. E.R. scribit hoc Monasterium ædificatum a Michaele Imperatore, qui a Basilio Macedone de medio sublatus est: additque (risum tenete) fuisse primum oratorium complurium cæcorum, qui in fonte ejus loci se lavantes visum receperant, & διὰ τὸ ἀναβλέψαι ἐκεῖσε τοὺς τυφλούς, Ὁδηγὸν appellatum. Origines CP. ineditæ parte II. Ὅτι τὴν Ὁδηγὸν ἔκτισε Μιχαὴλ ὁ ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Βασιλείου, πρότερον οἶκον ὑπάρχοντα καὶ τυφλῶν τόπον, τῇ ἐκεῖσε ὄντων πηγῇ βλεψάντων, καὶ ἑτέρων θαυμάτων πολλῶν γεγονότων, ἐκλήθη οὕτως. Codinum secutus est Henricus Valesius ad Theodorum Lectorem. Neque felicius viri doctissimi ad Vitam S. Basilii Junioris, & ad Pachymerem, τὴν Ὁδηγῶν ædem dictam censuerunt, quod Angelis tutelaribus dicata esset. Quin potius, ut quod Origines CP. MSS. & Codinus de Michaele ædis conditore habent, in medio relinquam, hanc esse nominis rationem prorsus existimo, quod cum Deiparæ imago a S. Luca depicta summa religione ac veneratione coleretur a Byzantiis, nullam adversus hostes expeditionem susciperent Imperatores ac Duces, quin prius eam salutassent, ac sanctam Deiparam viæ comitem seu potius ductricem sibi fieri essent deprecati. Quod hoc loco videtur indicare Zonaras pag. 133. E. R. scribens Bardam Cæsarem moturum in Agarenos Cretenses, πρὸς τὸν ναὸν τῆς Ὁδηγῶν κικλημένου, *in templum Hodegorum profectum*, τῇ Θεομήτορι σωταξόμενον, *una cum Deipara expeditionem susceperum*. Neque fere aliter verba Scylitzæ interpretatus est Xylander, ubi de Barda: πρὸς τὸν τῆς Θεοτόκου ναὸν τῆς Ὁδηγῶν φοιτήσας, *ad Deiparæ fanum, quod Hodegon dicebatur, quod eam sibi itineris ductricem votis solebant conciliare, accessit*. Continuator Theophanis lib. IV. n. XLI. de eodem Barda: Πρὸς τὸν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου ναὸν, ὃς ἔτω δὴ Ὁδηγοὶ κατονομάζεται, προσφοιτήσας, &c. Et sane vox, σωταξόμενον, apud Zonaram, videtur indicare eam esse Deiparæ imaginem, quam Imperatores in bellicas expeditiones secum educebant: ἡ τῆς Θεομήτορος εἰκών, ἣν οἱ Βασιλεῖς Ῥωμαίων ποιοῦντες συστράτηγον, *Deiparæ imago, quam Romanorum Imperatores belli sociam asciscunt*, ut est apud Nicet. in Murz. n. 1. ubi de Deiparæ imagine, quam a Francis & Latinis captam ait in eo prælio, quo ab iis ad Phileam superatus est: de qua sic Villharduinus noster n. CXIX. *A l'aïe de Dieu fu desconfiz l'Empereor Morchuflex, & dut estre pris ses cors domaines, & pardi son gonfanon Imperial, & une ancone qu'il faisoit porter devant lui, où il se fioit mult, il & li autre Gré. En cele ancone ere Nostre Dame formée*. Id est, *Deo juvante fusus est Murzuflus Imperator, ac pene ipse ab hostibus captus est; perditque vexillum imperatorium, & imaginem quam ante se deferri faciebat, cui confidebat plurimum, ut & cæteri Græci. In hac vero imagine expressa erat Deiparæ figura*. Verum si quod ait Albericus, ubi de hoc prælio, fidem aliquam meretur, quod vix putem, aliam fuisse ab Hodegetria prorsus constat. *In hac* quippe, ut ille ait, *fabrefacta est Majestas Domini, & imago B. Mariæ, & Apostolorum cum reliquiis in ea positis. Ibi est Dens, quem in pueritia mutavit Jesus: & ibi habetur de Lancea qua in cruce fuit vulneratus, de Sindone, & de triginta Martyribus. Hanc Yconiam cum in prælis ferre essent soliti, nequaquam antea potuerunt ab hostibus superari*. At si imago illa est, quam Balduinus ipse ad Ecclesiam Cistercien sem mittere decreverat, ut testatur in Epistola, quam ad Abbatem Cistercien sem scripsit de Urbis expugnatione, vel si tum eadem Venetias translata est ab Henrico Dandulo Duce, ubi & asservari dicitur a Rhaminusio, alia sane est ab Hodegetria, siquidem ad postremam usque Urbis expugnationem Constantinopoli perstitit. Sed cujusmodi illa fuerit, id constat longe ante Murzuflum elatam Deiparæ imaginem in prælia ab Imperatoribus, ut qui in ea suum omne præsidium collocarent. Nam & a Basilio Macedone bello contra Tarsenses Agarenos elata est, ut scribit Zonaras. Neque alia videtur εἰκὼν illa τῆς ὑπερμαχείας Θεοτόκου, quam Romanus Lacapenus Imperator cum venerando Crucis ligno. Epistola Christi ad Abgarum, & aliquot aliis pretiosioribus reliquiis ad Constantinum Dalassenum misit fidei faciendæ gratia, ut est apud Scylitzem: eadem perinde quam Joannes Zimisces Imperator, devictis Bulgaris, super imposita triumphali currui Bulgarica spolia collocavit, & toti triumphi apparatui præire voluit: καὶ ἀνῆψεν τύπον τῆς Θεομήτορος, ὡς πολιοῦχον, προπορεύεσθαι ἑαυτοῦ διετάξατο, ut est apud eumdem Scylitzem p. 682. E.R. quomodo etiam Joannem Comnenum Imperatorem devictis Turcis, Nicetas in illius vita cap. V. & Cinnamus lib. 1. & Manuelem Joannis filium fusis Pannonibus, actitasse idem Nicetas in Man. lib. V. c. III. testantur. Atque ille quidem in Joanne: τὰς νίκας ὡς συστρατηγίτιδι ἐμάχῃ ἐπιγραφόμενος, *cui victorias ut commilitanti invictæ acceptas ferebat*. Et in Michaele: ἵδρυτο δὲ ἐπ' αὐτοῦ ἡ εἰκὼν τῆς ἀφορμάχου συμμάχου καὶ ἀκαταγωνίστου συστρατήγου τῷ Βασιλεῖ Θεομήτορι. *Stabat autem in ipso curru imago invictæ adjutricis & insuperabilis Imperatoris commilitantis Deiparæ*. Neque porro ante initam dumtaxat expeditionem, sed & post adeptam victoriam in Hodegorum templum se conferebant Imperatores, ut qui faustos ac prosperos rerum suarum successus Deiparæ adscriberent. Andronicus Palæologus Senior apud Pachymerem lib. IX. cap. XIII. acceptis de Alexio Philantropeno, qui defecerat, debellato faustis nuntiis, totam successus tam læti felicitatem acceptam Deiparæ referens, δῆν ἐγὼ καὶ μόνῃ ταύτῃ ἀποτίμων τὰ χαριστήρια, statimque a Palatio pedes egressus cum proceribus ac Prætorianis ad Monasterium Hodegorum pervenit, καὶ κατέναντι τῆς σεβασβίας εἰκόνος καθὼς ἀποτίμων μὲν καὶ τὸ εἰωθὸς τὴν προσκύνησιν, λιπαρὰν τῷ ἐκεῖσε ποιούμενος· ἀποτίμων δὲ καὶ τῷ εὐχαριστίαν μετὰ θερμῆς ὑποπτώσεως· αὐτῇ γε μετὰ θεὸν λέγων καὶ βασίλειαν, καὶ ἐκκλησίαν εἰς χεῖρας τιθέναι, καὶ παρ' αὐτῆς καὶ μονῆς ἐλπίζειν ἀξίαν γε τῷ δυνήσειν καὶ ἐπ' ἀμφοτέραις. *Et coram sacra imagine stans, solita primum est eam adoratione veneratus: mox supplice facta oratione, gratias cum demississima prostratione corporis amplissimas retulit, subjungens ipsius se potissimum post Deum unius imperium & Ecclesiam in manus deponere, ab ipsa sperantem dignam utriusque gubernationem proventuram*. Joannes Cantac. lib. III. c. L. Εὐθὺς μὲν οὖν ἐν Βυζαντίῳ πανήγυρις ἦν λαμπρά, καὶ ἑορτὴ χαριστήριος, καὶ ὁ δῆμος πρὸς τὸ Θεομήτορος Ὁδηγητρίας τέμενος ἐχώρουν, πανδήμει δὲ χαριστήρια τῆς νίκης ἀποδόσοντες, καὶ οἱ ἐν τέλει μάλιστα, εἶτα δὲ οἱ ἄλλοι πεζῇ τοῖς ποσὶ ὁμοίως. *Confestim Byzantii dies festus publice actus est splendidissimus, omniumque jucundissimus, & populus certatim, inprimisque Principes, cæterique pedibus plebejum in morem ad Deiparæ Hodegetriæ templum concursant ei, victoriam gratulati*. Eodem capite, infra: Καὶ πάντες ἦσαν πεζοὶ παρὰ τὸ τῆς Ὁδηγητρίας τέμενος, δι' χαριστήρια ἀποδώσοντες τῆς νίκης καταλύσεως, *omnes pedibus ad templum Hodegetriæ gratias de illo victo & everso acturi convolarunt*. Sic ipsemet Cantacuzen. Imp. Constantinopoli, uti narrat lib. III. c. XCIX. διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς ἐβάδιζεν ἐπὶ Θεομήτορος τὸ τῆς Ὁδηγητρίας τέμενος, τὴν ὀφειλομένην προσκύνησιν, καὶ τῷ δι' χαριστήρια τῆς νίκης ἀποδώσων Μητρὶ Θεοῦ, *per medium Forum ad Deiparæ Hodegetriæ templum, debita ejusdem adoratione ac de præstita victoria gratiarum actione functurus petivit*. Neque prius Michael Palæologus Imperator, exactis urbe Latinis, Constantinopolim ingredi voluit, quam sacrosancta Deiparæ Hodegetriæ, cui tam insignem adscribebat successum, imago per Por-

tam Auream deferretur, quam ipse pedes subsequeretur. Nicephorus Gregoras lib. IV. Συχναὶ παρῆλθον ἡμέραι, καθ' ἣν εἰς τὸν Βασιλέα ἡ τῆς πόλεως βασιλεύουσα, πλὴν ὀφθέντα αὐτὸν, φέρει ἡ τῶν θείων εἰκόνα τῆς ὑπεραγίας Θεομήτορος τῆς Ὁδηγητρίας ἐν τῷ οὕτω πως ὀνομαζομένῃ Χρυσῇ πύλῃ εἰσελαυθέναι· ἔνθα αὐτῇ τοὺς διαφεροντως ἀποδιδόντας ὕμνους, αὖτως ἑστῶτα εἰσιέναι πεζῇ καὶ βάδην, φερομένης τῆς θείας εἰκόνος τῆς Θεομήτορος. *Post dies complures Imperator Constantinopolim intrat: non prius tamen quam sacra inviolatæ Deiparæ Hodegetriæ imago per Portam Auream appellatam ingressa esset: ubi cum illi gratiæ hymnis actæ fuissent, tum demum pedes, præcedente divina Deiparæ imagine, est ingressus.* Verum cum recepta est a Græcis Constantinopolis, erat imago illa, non in Hodegorum, sed in Pandocratoris Monasterio, quo a Venetis, qui illam impetraverant ab Henrico Imperatore, illata fuerat, at Patriarcha Constantinopolitanus horum consilia graviter oppugnavit, & quominus Venetias transferretur etiam sub anathematis censura intercessit. Rei gestæ seriem dedimus in Historia Gallo-Byzantina lib. II. n. VI. Pachymeres lib. II. cap. XXXI. ubi de ingressu Michaelis in Urbem: Καὶ δὴ πέμψας ἄγει ἐκ τῆς μονῆς τοῦ Παντοκράτορος τὴν σεβασμίαν εἰκόνα τῆς ἀγνῆς Θεομήτορος, ὃν λόγος ἔργον μὲν εἶναι τοῦ θείου Λουκᾶ, ἐκεῖσέ που παρούσης κἀκείνης, ἐξ ἀνθρώπων, δῶρον δὲ μὴ ταῦτα γενέσθαι Πελαγονίᾳ τῇ βασιλίδι παρὰ τῆς νυμφίου αὐτῆς Εὐδοκίας τῆς ἐξ Ἀθηνῶν καὶ διαφοίνης, καὶ δῶρον ἀξιόχρεων ὄντως ἐκ Παλαιστίνης ἀποσταλέν, ὑπὸ δὲ ταύτῃ Ὁδηγῷ γε οὔσῃ, δι' ἧς ἐπεπιστεύκει ἡ ἀπολύεσθαι, ἠσιλαύτων τὴν πόλιν, ἀποχωντως ἠγῆτο οἱ ἔχειν, τὴν εἰκόνα ἀποσιμεῖν χάριν. *Inter cætera afferri jussit ex Monasterio Pandocratoris sacram imaginem inviolatæ Dei Matris, quam ajunt opus esse Divi Lucæ, a vivente coramq; spectante illam expressum, missum deinde ad Pulcheriam Augustam ab hujus fratria Domina Eudocia Atheniensi ex Palestina, donum plane magnificum. Hac duce imagine præeunte ingrediendo civitatem, quam ejus beneficio consecutum se persuasum habebat, putabat se testaturum satis, cui tanti successus gratiam deberet.* Acropolita c. LXXXVIII. id ipsum enarrans, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸ τῆς Θεοτόκου ἐκτύπωμα, τὸ οὕτω πως ἐκ τῆς μονῆς παρωνομασμένον τῆς Ὁδηγῶν, *habensque etiam secum Deiparæ imaginem, quæ a Monasterio Hodegorum nomen sumpsit.* Is est enim horum verborum sensus. Eandem imaginem obsessa ab Agarenis Urbe, Leone Isauro imperante, pro mœnibus, cum vivificæ Crucis ligno circumlatam narrat Triodium Græcorum: Ὁ δὲ τῆς πόλεως ἱερὸς λαὸς τὸ σεπτὸν ξύλον τοῦ τιμίου καὶ ζωποιοῦ σταυροῦ, καὶ τὴν σεβασμίαν εἰκόνα τῆς Θεομήτορος Ὁδηγητρίας ἐπαγόμενοι, τὸ τεῖχος περιεκύκλουν σὺν δάκρυσι, τὸν Θεὸν ἱκετεύοντες. *Sacer vero urbis populus venerando vivificæ Crucis ligno, & sacra Deiparæ Hodegetriæ imagine adductis, mœnia cum lacrymis circumibat, Deum precibus obtestans.* Andreas Dandulus in Chron. MS. in Leone Isauro: *Sequenti anno Constantinopolitani Saracenis, qui de Ægypto & Palæstina venerant, prælio fortiter restiterunt; tandem de more S. Mariæ iconiam ejus, quam Lucas ipsa adhuc vivente depinxit, accipientes, personaliter illam deducunt, orantes ut quæ toties in periculis juverat, nunc etiam opem ferret. Posita igitur iconia super undas, statim procella surrexit, & omnes naves Saracenorum aut mersit aut fregit. Dicta est autem iconia, Digitria, id est Deductrix, quia duobus cæcis apparuit, & ad Ecclesiam deduxit, ibique eos illuminavit.* Sic Isaacius Angelus Imperator, Alexio Brana Urbem obsidente, eandem imaginem in mœnia circumtulit Nicetas in Isaacio lib. I. num. VII. Ἀλλ' ἐκεῖνον μᾶλλον ἀναθέματι καθυποβάλλων ἐκεῖνον, ἄνω τῆς τειχέων ἀναγαγὼν, οἷά τι ἄμαχον ὀχύρωμα καὶ ἀνάλωτον χαράκωμα, τὴν εἰκόνα τῆς Θεομήτορος, ἥτις ἐκ τῆς Ὁδηγῶν μονῆς, καθ' ἣν προσκεκμήρωται, Ὁδηγητρία ἐπικέκληται. *Sed & adeo Brananam populus aversabatur, ut etiam execraretur, Dei Genitricis imaginem, quæ ab Hodegorum Monasterio Hodegetria nuncupatur, in mœnia educens tanquam invictum propugnaculum, & vallum inexpugnabile.* Est etiam haud levis momenti cultus argumentum, quo hanc imaginem prolequebantur Imperatores Byzantini, quod ultimis Quadrageſimæ diebus, feria nempe illa quinta, quæ nostram dominicam *Judica* antecedit, in Palatium deferri curante pietatis gratia, & apud se detinerent usque ad secundam feriam hebdomadis quæ Pascha subsequitur, quo die referebatur in templum Hodegorum. Codinus de Offic. cap. XII. n. XI. Ἀπὸ δὲ τῆς φωτὸς αὐτῆς ἐπιδημοῦσα ἐν τῷ Παλατίῳ εἰκὼν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Ὁδηγητρίας, μένει μέχρι καὶ τῆς μεγάλης κυριακῆς τοῦ Πάσχα· τῷ δὲ τοιαύτῃ εἰκόνα ἐρχομένῃ μὲν ἀπαντᾷ ὁ Βασιλεὺς ἐν τῇ πύλῃ τῆς τοῦ Παλατίου αὐλῆς· τῇ δὲ τρίτῃ δὲ ἀπερχομένῃ προπέμπει μέχρι καὶ τῆς ὑψηλῶν ἐκτός, καὶ γενομένης ἐκεῖσε μνήμης τῆς Βασιλέων, ὁ Βασιλεὺς ὑποστρέφει. *A prima vigilia peregrinatur quasi in Palatio imago sanctissimæ Deiparæ Hodegetriæ, & ibi manet usque ad magnam dominicam Paschatis, cui quidem imagini venienti occurrit Imperator ad ipsam portam aulæ Palatii: secunda vero Paschatis feria abeuntem deducit usque ad excelsos gradus: & facta ibi Imperatorum commemoratione, Imperator revertitur.* His consona habet Ducas cap. XXXVIII. ubi ait imaginem Deiparæ, ex recepta consuetudine, usque ad hebdomadem Ἀκαθιστίμου, quæ scilicet Paschatis festum subsequitur, in Palatio asservari solitam. Ex quibus percipimus tametsi *Hodegetriam* non indigitet Ducas, illam tamen ipsam esse, proindeque eandem quæ in Choræ Monasterio sub postremis Imperatoribus asservabatur, & post urbem a Turcis expugnatam, ab iisdem direpta est, uti alibi observamus. Sed & interdum ex pietatis motu aliquo extra ordinem, hosque statos ac præscriptos dies in Palatium delatam testatur Gregoras lib. IX. pag. 295. edit. Genev. Quanto vero cultu haberetur apud Græcos imago Deiparæ Hodegetriæ, testatur Innocentius III PP. lib. IX. epist. CCXLI *Quandam iconam, in qua B. Lucas Evangelista imaginem beatæ Virginis propriis manibus dicitur depinxisse, quam ob ipsius Virginis reverentiam tota Græcia veneratur.* Ea porro erat Græcorum veneratio erga hanc imaginem, ut ad superstitionem prope delaberetur, quæ nec probaretur ab omnibus. Idem Pontifex: *Licet igitur nos opinionem illam qua quidam Græci existimant, quod spiritus beatæ Virginis in prædicta imagine requiescat, propter quod ipsam plus debito venerantur, tanquam superstitiosam minime approbemus*, &c. Alia istius Græcorum cultus erga Deiparam Hodegetriam exempla complura proferunt scriptores Byzantini, Gregorius in Vita S. Basilii Junioris cap. XL. Pachymeres lib. VII. cap. XXXI. lib. IX. cap. XVI. lib. X. cap. XII. Nicephorus Gregoras lib. VIII. pag. 207. E. R. lib. XI. pagg. 380. 389. 392. E. R. Cantacuzenus lib. I. cap. XXXIV. LIX. lib. II. cap. XL. lib. III. cap. LXII. lib. IV. capp. I. & XXXVI. præterea quisquis est auctor versuum Politicorum, quibus est titulus, Θρῆνος τῆς ΚΠ. seu *Lamentatio de capta a Turcis Constantinopoli:*

Πῦνι λοιπὸν τὰ λείψανα; πᾶ αἱ ἅγιαι εἰκόναι;
Ἡ Ὁδηγήτρια, ἡ κυρά, ἡ δέσποινα τοῦ κόσμου,
Λέγουσιν ἀναλήφθησαν τὸν ἀρτὸν ἀπάνω
Τὰ λείψανα τὰ ἅγια, καὶ τὰ τοῦ Χριστοῦ τὰ πάθη;
Οἱ ἄγγελοι τὰ πήραασιν ἐμπρὸς εἰς τὸν δεσπότην:
Ubi modo reliquiæ? ubi sacræ imagines?
Hodegetria, Domina & mundi Princeps;
Ajunt assumptam sursum in cælum
Reliquiæ sacræ, & Christi passionis instrumenta?
Angeli ea attulerunt coram Domino.

Edit. Paris. pag. 91.

Monasterii vero τῆς Ὁδηγῶν meminit præterea S. Joannes Damascenus in Synodica ad Theophilum Imp. pag. 129. Qualis porro & qua forma expressa fuerit in hac tabella, quibusque coloribus adumbrata imago Deiparæ, docet Theophanes Cerameus homil. XX. Ὁ γλαφυρὸς Εὐαγγελιστὴς τὴν εἰκόνα τῆς Θεομήτορος χερσὶ καὶ χρώμασιν ἐζωγράφησε ἐν ταῖς ἱεραῖς αὐλείαις ἀγκαλιζομένην τὸν κύριον, ἥτις ἐν Μεγαλοπόλει μέχρι νῦν διασώζεται. *Quinetiam Lucas elegans Evangelista Deiparæ imaginem cera*

coloribusque depinxit, sacris ulnis Dominum gestantem, quæ usque ad hodiernum diem Constantinopoli asservatur. Eadem pene habent Menæa ad XVIII. Octob. Non una tamen fuit hoc nomine Deiparæ Ὁδηγητρίας ædes Constantinopolitana: nam & aliam hac appellatione commemorat Hierosolymis Anonymus de Locis Hierosolymitanis cap. VII. quam a Monialibus possessam sua ætate ait. Meminit præterea Cardinalis Sirletus in epistola præfixa Liturgiæ S. Marci Abbatiæ B. Mariæ Ὁδηγητρίας Rossani in Calabria sub instituto sancti Basilii, quam Itali *de lo patire* vulgo appellant: & quam a quodam Nilo conditam scribit Ughellus in Archiep. Rossanensibus, a quo describitur Diploma Rogerii Siciliæ Comitis ann. MCIV. in quo *Abbatia S. Mariæ Odigitriæ* nuncupatur; in alio vero, apud eundem in Episc. Neocastrensibus, *Naodegetria*. Ajunt etiam in Sicilia asservari imaginem Deiparæ, quam d' *Itria* cognominatam volunt, quod sit exemplar expressum ex imagine quæ Constantinopoli asservabatur in ædę τῆς Ὁδηγητρίας, unde & appellationem servavit, voce licet truncata, uti censet Matthæus Catalanus Siculus in Libello de ea edito Romæ an. MDXCVI. Hæc porro imago secundum morem Græcorum vestita est, manibus expansis ad pectus, stans: puer vero Jesus sinistra globum ferens, & dextra quasi benedicens; ipsa autem a duobus Sacerdotibus Græcis sustentatur. Unde existimat idem Catalanus Siculos, qui primi hanc imaginem depinxerunt, non expressisse aliud ex imagine Constantinopolitana, quam vultum, cum in ea Deipara Jesum brachio complexa sit. Quod autem hi duo καλόγηροι hic visuntur supra unam arculam deferentes hanc sacratissimam imaginem, inde ortum putat, quod Siculi olim Constantinopolitano Imperatori subjecti, qui primi eam expresserunt, ad exemplar imaginis Constantinopolitanæ, vidissent Constantinopoli deferri eo modo a duobus Basilianis Monachis cum supplicationibus publicis deferebatur. Tradit quippe Nicephorus Call. lib. XV. cap. XIV. Pulcheriam curasse, ut in templo, ubi reposita fuerat, pervigilium & supplicatio fierent tertia quaque hebdomadis feria. Atque hinc ille mos invaluit in Sicilia, ut plurimi dies Martis a carne & lacticiniis abstineant: alii visitent duas Deiparæ Ecclesias, in quibus sanctissimum Sacramentum, veteri more, exponitur publice adorandum magno populi concursu. Neque sane mihi dubium est, quin cæteræ Deiparæ imagines, quæ a S. Luca pictæ feruntur, & Romæ & alibi coluntur, exemplaria sint ejus quæ in ædę τῆς Ὁδηγῶν asservabatur, atque in primis illa quam in Ecclesia Frisingensi esse ajunt, de qua hæc narrat Historia Episcoporum Frisingensium edita a Gevoldo in Metropoli Salisburgensi Hondii ad an. MCCCCXXII. in Nicodemo de Scala Episcopo: *Item dedit ad hanc Sedem thesaurum magnum, scilicet imaginem gloriosæ Virginis Mariæ, quam S. Lucas Evangelista propriis manibus elaboravit, quæ prius donata fuit per Imperatorem Constantinopolitanum Domino Joanni Galliatz, deinde Duci Mediolanensi, post cujus mortem devenit ad manus cujusdam Comitissæ Angliæ: postea post multos annos pro maximo donario magnifico domino Bromara de la Scala est propinata: qui eandem imaginem ob reverentiam ejus fratris Episcopi hujus sedis, scilicet Nicodemi, ad hanc Ecclesiam dedit. Qui venerabilis pater omnibus in ostensione imaginis gloriosæ Virginis in festivitatibus Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, Purificationis personaliter devote præsentibus quadraginta dies Indulgentiarum de pœnitentiis misericorditer relaxavit: quas Indulgentias & D. Joannes de Grunval Episcopus confirmavit.*

Paris. Edit. pag. 92.

XXV. DEIPARÆ, πλησίον τῆς Ἰαὶβ Monasterii Abbas Theoctistus subscribit in Concilio Constantinopolitano sub Mena, act. I.

XXVI. LIBIS, τῶν Λιβὸν, ædem Deiparæ sacram exstruxit Constantinus cognomento Λίχ, Leone Philosopho imperante. Leo Grammaticus: Λέων ὁ Βασιλεὺς παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ Λιβὸς ἐν τῇ μονῇ τῇ αὐτοῦ ἔσῳ ἐν τῷ Μαρσοδαγάρῃ, τὰ ποιῆσαι τὰ ἐγκαίνια, καὶ ἀριστῆσαι προσεκλήθη. *Leo Imperator a Constantino Libe evocatus est ad Monasterium suum, quod est in Marsodagare cum ad celebranda encænia, tum ad prandium.* Origines Constantinop. ineditæ: Ἡ μονὴ τῶν Λιβὰς ἐν τοῖς χρόνοις Ρωμανοῦ τοῦ γέροντος καὶ τοῦ Πορφυρογεννήτου Κωνσταντίνου ἀνηγέρθη παρὰ Πατρικίου τοῦ Λιβὸς γεγονότος Δρουγγαρίου τῶν πλοίμων, ποιήσαντος ἐκεῖσε ξενῶνα. *Monasterium Libis imperantibus Romano Seniore & Constantino Porphyrogenito ædificatum fuit a Lybe Patricio & Drungario classis, qui & ibi extruxit Xenodochium.* Scylitzes ut & Anonymus Combefisianus n. XXV. id ipsum enarrans, ædem hanc juxta SS. Apostolos statuit, & ab ipso Libe tantum de novo instauratam videtur innuere: Ἰουλίῳ δὲ μηνὶ προσεκλήθη Λέων ὁ Βασιλεὺς παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ Λιβὸς εἰς τὴν καινουργηθεῖσαν παρ' αὐτοῦ μονὴν, ἐγγὺς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ἐφ' ᾧ τὰ ἐγκαίνια ἐπιτελέσαι καὶ ἀριστῆσαι. *Junio mense evocatus est Leo Imperator a Constantino Libe in instauratum a se de novo Monasterium, proxime sanctos Apostolos, ad celebranda encænia, & ad prandendum.* Constantini istius meminit Porphyrogenitus lib. de Adm. Imp. cap. XLIII. cui dicitur Κωνσταντῖνος καὶ Δομεστικὸς τῆς ὑπουργίας τοῦ Λιβὲς, ὁ νῦν Ἀνθύπατος, Πατρίκιος, καὶ Μέγας Ἑταιριάρχης. Periit ille in prælio contra Bulgaros eodem Porphyrogenito imperante, ut est apud Scylitzem pag. 613. E. R. In hoc porro Monasterio sepultus est Andronicus Palæologus Senior Imp. cum ibi biennio Monachum egisset, ut auctor est Nicephorus Gregoras lib. IX. pag. 326. E. R. qui a Theodora Andronici matre renovatum narrat: Ἅμα δ' ἡλίῳ τὸν ἐκείνου νεκρὸν εἰς τὴν μονὴν τοῦ Λιβὸς ἐπικεκλημένην ἀπωίσγουσι, ἣν ἡ μήτηρ αὐτοῦ Θεοδώρα ἡ Δέσποινα ἀνεκαίνισεν. *Simul orto sole illius cadaver in Monasterium Libis nomine donatum, detulerunt, quod mater illius Theodora Augusta instauravit.* Quæ quidem Theodora in hocce a se instaurato templo humo condita postmodum fuit, ut habet Pachymeres lib. XI. cap. IV. ubi perperam Δεῖπνη μονὴ dicitur. Ibi etiam sepultam Irenem priorem Andronici Junioris uxorem tradit Cantacuzenus lib. I. cap. XL. ut Constantinum Andronici Senioris fratrem Pachymeres lib. XI. cap. XXII. ubi τῇ Λίπνῃ μονῇ dicitur. Denique ad Monasterium Libis in festo Nativitatis Deiparæ procedere solitum Imperatorem scribit Codinus lib. de Offic. cap. XV. n. 11. ex quibus Deiparæ sacrum fuisse colligitur. Meminit porro tractus urbis πρὸς τὰ τοῦ Λίβα, auctor Vitæ S. Nicolai Studitæ pag. 938. ἰδὼν τῆς πόλεως πρὸς τὰ τοῦ Λίβα μέρη τόπον ἀποχισμένον καὶ ἥσυχον ἐμφιάμενος, *in urbe ad tractum Liba locum semotum ac quieti aptum coemens*, &c. *pag. 93.*

XXVII. DEIPARÆ, τῆς ἁγίας Θεοτόκου τῶν ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ, Ecclesia πλησίον τοῦ Παλατίου *juxta Palatium extitit*. Hanc demolitus est Justinianus Rhinotmetus an. I. imperii, & in ejus solo φιάλῃ καὶ βάθρα τοῦ δήμου τῶν Βενέτων, *Phialam & Gradus pro factione Venetorum* construi jussit, Ecclesia vero Metropolitæ in Petrium postmodum translata. Rem narrant Theophanes pag. 307. E. R. & ex eo Cedrenus pag. 422. E. R. & Menæa XXIII. Augusti. Symeon Magister in Leone Armenio ait Antonium Monachum, a quo is imagines diruere persuasus est, fuisse ἡγούμενον εἰς τὴν μονὴν τὰ Μητροπολιτῶν.

XXVIII. DEIPARÆ EN OTPANOIΣ, seu *in cælis* nuncupatæ, ædes sacra, juxta Ecclesiam Sophianam stetit. Menæa ad IX. Decemb. de Conceptione Deiparæ: Τελεῖται δὲ αὐτῇ ἡ σωτηρία ἐν τῷ σεβασμίῳ οἴκῳ τῆς Θεοτόκου τῷ ὄντι ἐν τοῖς οὐρανοῖς, πλησίον τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας. Hanc ædificavit Rhodanus unus e duodecim Senatoribus, quos Roma Byzantium adduxit Constantinus Magnus. Codinus pag. 11. E. R. O Ῥοδανὸς ἔκτισε οἶκον, ὃς καλεῖται Τὰ ἐν οὐρανοῖς.

XXIX. DEIPARÆ Oratorium IN PALATIO, juxta Triclinium, quod Αὐτὰ

nomine donabatur, excitavit Basilius Macedo, ut auctor est Porphyrogenitus in avi Vita cap. LIX. Nescio an illud cujus meminit Anna Comnena lib. XII. Alex. pag. 361. E. R. quod sancto Demetrio sacrum putabant Byzantii, inquit eadem Anna, quæ illius situm hisce verbis indicat: Ὁ δέ τοι βασιλικὸς κοιτωνίσκος οὗτος, οὗπερ οἱ Βασιλῆς ἐτύγχανον διαζόμενοι, καὶ τῷ διώνυμον κεῖται πλησίον τοῦ ἐπ' ὀνόματος τῆς Θεομήτορος ἀνεγερμένου τεμένους καὶ τὰ Ἀνάκτορα· καὶ οἱ πολλοὶ τὸ τοῦ μεγαλομάρτυρος Δημητρίου ὄνομα ταύτῃ ἐπέγραφον, &c. *Conclave in quo tunc Imperatores cubabant, adhærebat sinistro lateri ædis sacræ in nomine Dei Matris intra Palatium exstructæ, quam multi perperam Magno Martyri Demetrio dicatam putant*, &c. Meminit Continuator Theophanis lib. III. n. XLIII. alterius Oratorii in Magno Palatio a Theophilo Imperatore ædificati, seu Δικτηρίου δύο περίχοντα βήματα, vel altaria, quorum alterum Deiparæ, alterum sancto Michaeli dicatum erat.

XXX. PAMMACARISTÆ, τῆς Παμμακαρίστου, Deiparæ scilicet, Monasterii ac templi præclari, licet non ita magni, ait Crusius in Turco-Græcia pag. 189. crebra occurrit mentio apud scriptores Byzantinos inferioris ævi, Pachymerem lib. VIII. cap. XXVII. lib. X. capp. II. VIII. X. XXVII. XXVIII. Cantacuzenum lib. III. cap. LXXX. Ducam cap. XXII. &c. Auctor Historiæ Politicæ pag. 15. ait olim fuisse γυναικεῖον μοναστήριον, *Monasterium sanctimonialium*, ut & Manuel Malaxus in Hist. Patriarch. pag. 109. In eo Gennadius Scholarius primus a capta a Turcis urbe Patriarcha Constantinop. relicto SS. Apostolorum templo, Patriarchalem sedem ibi fixit Sultani indulto, ὅτι οἰκοῦντες ἦσαν κύκλῳ πάντες Χριστιανοί, *quod Christiani in hoc urbis tractu potissimum habitarent*. Describitur autem pluribus a Crusio in Notis ad Malaxum pagg. 189. 190. ex Gerlachii relatione his verbis: Τὸ Πατριαρχεῖον *satis amplum Monasterium non procul a loco Blachernon in monte quasi respectu Sinus Ceratini situm est, Monachorum, domesticorum, & exterorum, qui quotidie veniunt, abeuntque, cellulas plures κυκλόθεν habet. Templum imaginibus Christi, Mariæ, Apostolorum, &c. Historiarum Biblicarum, Imperatorum Græcorum undiquaque splendens: reliquias quoque servat Mariæ Salomæ, D. Euphemiæ, sepulcrum Alexii Comneni αὐτοκράτορος, columnam ad quam Christus flagellatus dicitur, & bibliothecam paucorum librorum. In eodem Conditor Templi, ejusque uxor eleganter depicti sunt, forma Archiducali, cum inscriptione*: Μιχαὴλ Δούκας Γλαβᾶς Ταρχανειώτης ὁ Πρωτοστράτωρ καὶ κτίτωρ. Μαρία Δούκαινα Κομνηνὴ Παλαιολογίνα Βλάχαινα ἡ Πρωτοστρατορίσσα ἐκ κτιτόρισσα. Patriarchii delineationem exhibet Crusius pag. 190. Imaginis vero τῆς Παμμακαρίστου, in ea æde cultæ meminit idem Malaxus pag. 157. qui sub finem Historiæ Patriarch. templum Παμμακαρίστου multis commendat.

XXXI. PANACHRANTÆ, seu Immaculatæ Deiparæ τῆς Πανάχραντου μονή, Monasterium fuit virorum, in quod abdicata Patriarchali dignitate secessit Joannes Veccus, ut est apud Pachymerem lib. VI. cap. XIII. lib. VII. cap. IV. & Nicephorum Gregoram lib. VI. pag. 114. E. R. In hac æde asservabatur olim S. Philippi Apostoli capitis pars, quam a Leodegario Decano S. Sophiæ, Romaniæ Cancellario, Stephano ejusdem Ecclesiæ Thesaurario, & Galthero Decano ædis Deiparæ Panachrantæ, Gaufredo *de Meri* Constabulario Constantinopolitano donatam declarat sequens diploma, quod ex Tabulario Monasterii S. Mauri Fossatensis eruimus. *Nos Legiers Deens de sainte Sophie & Chancelier de l'Empire de Constantinoble, & Estienes Tresoriers de cele miesme Iglise & Gautiers Deens de l'Iglise de Nostre Dame de Panecrante, fesons á savoir á tos cels qui ces presentes Lettres verront, que li Nobles Bers Misire Geffrei de Mesri Conestables de l'Empire de Constantinoble nos pria humblement & devotement que nos por Deu & por almone li donissions aucuns Saincluaires, por envoier en so pais: Et Nos regardans la devotion de son cuer & la bone entention, por cerque nos creons que li Saincluaire seront honoré lá oú il les envoiera, li donasmes une partie du Chief Monseignor saint Phelipe l'Apostre, liquiels estoit d'ancien tens en l'Iglise Notre Dame de Panecrante, anvironné d'une bande d'or tot entor, en laquelle ses noms estoit escris de lettres Gregoises. Et por ce que nos croions que ce soit voir par le tesmoignages des Latins, qui en l'Iglise ont esté, & sont, & des Grex anciens, Nos li donasmes ces Lettres seellées de nos seaux, & prions cels ausquels ces devant dites Reliques seront données, que il por Deu, & por misericorde nos reçoivent en lor blenfez & en lor oroison. Ces Lettres furent fetes en l'an de l'Incarnation Jesu Christ* M CC & XLV *au mois de Janvier*. Gaufridi istius *de Mery* Constabularii Constantinopolitani non semel meminimus in Historia nostra Franco-Byzantina lib. IV. n. XI. XIX. & XXII. Edit. Paris. pag. 94.

XXXII. PANTANASSÆ, Παντανάσσης, *omnium Reginæ* Deiparæ sacrum Monasterium, in quo obdormitionis seu assumptionis ejusdem sacræ Virginis festum præ cæteris celebrabatur, memorat Nicetas in Isaacio Ang. lib. III. n. V. Καὶ ὁ Καισαρείτης μετὰ φυσίματος καὶ τολυχλίας ἀρχικωτάτης τῇ μονῇ τῆς Παντανάσσης δίχα τῆς ἀγορᾶς ἐπεφοίτησε, τὰ ὅσια τελίσων τῇ Μιτασάσῃ τῆς Θεομήτορος. *Castamonita cum fastu & regio comitatu per Forum in Pantanassæ Templum venit, ad celebrandum Assumptionis Deiparæ festum*.

XXXIII. DEIPARÆ ædes, quæ ΤΑ ΠΑΤΡΙΚΙΑΣ dicebatur. Huic, inquit Codinus pag. 62. E. R. adjacebat domus magna a Constantino M. exædificata, in qua Imperator, cum ad ædem Sophianam processurus erat, a Patriciis & Præpositis, ut Augustæ ab Ornatricibus, quas Ζώστας vocabant, solennibus indumentis exornabantur. Ὀπίσθεν τῆς Ἁγίας Σοφίας statuitur in Originibus CP. ineditis parte II. ubi pro ἤλασαν apud Codinum, legitur ἤλασον, id est *mutatoria* Imperatori porrigebant.

XXXIV. DEIPARÆ ΤΩΝ ΠΕΤΑΛΑ Ecclesia, corruit eo terræ motu qui Justiniano M. imperante accidit anno XXXI. ut tradit Theophanes pag. 196. E. R.

XXXV. DEIPARÆ ædis & Monasterii IN PETRIO meminit vetus Scheda apud Ughellum in Archiepiscopis Neapolitanis num. XIV. ex Regesto Roberti Regis: *Anno* MCCCXXXIV. *Monasterium Monialium Ecclesiæ S. Mariæ de Petreto de Constantinopoli Ordinis Cistercienssium regulæ S. Benedicti*, &c.

XXXVI. PERIBLEPTÆ, τῆς Περιβλέπτου, Monasterium, Deiparæ sacrum, ædificavit Romanus Argyrus, & sub prætextu illius structuræ, thesauros publicos exhausit, subditos vexavit, ab iis pecunias, & operas ad convehendas materias extorsit. Scylitzes p. 729. E. R. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς τὸν οἶκον τοῦ Τριακονταφύλλου ἐξωνησάμενος, εἰς μοναστήριον μετεσκεύασεν, ἐπ' ὀνόματι τῆς Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, μηδεμιᾶς πολυτελείας φεισάμενος, σωτερίαι μέν τοι φορφάσει ταύτῃ οὐ μικρῶς τὸ ὑπήκοον, καὶ κακώσας ἐν τε ταῖς ἀπὸ λίθων καὶ ἀπὸ ἄλων εἰδῶν ἀγαρείαις. *Romanus porro domum Triacontaphyllii emptam in Monasterium convertit, sub appellatione Dominæ nostræ Deiparæ, nullis parcens sumptibus, ejusque prætextu subditos haud mediocriter gravans lapidum ac reliquæ materiæ convectionibus*. Eadem habent propemodum Glycas & Zonaras. Τῆς Περιβλέπτου, seu τὴν Περίβλεπτον appellatum prodit præter Constantinum Manassem & Pachymerem lib. VII. cap. XXIV. idem Scylitzes, qui in eo Argyrum humatum ait: θάπτεται ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ νεοργηθείσῃ τῆς Περιβλέπτου μονῇ. Ita etiam Joeles. Virorum fuit Monasterium, in quod trusum ab Alexio Comneno Nicephorum Botaniatem refert Anna Comnena lib. III. p. 70. E. R. quod haud procul a muris maritimis extitisse indicat: εἰσαγαγόντες αὐτὸν εἰς οἰκίσκιον μικρόν, εἰς τὸ τῶν

Περιβλέπτε μονὴν ἀπάγουσι. *Inducentes eum in naviculam, ad Peribleptæ Monasterium abducunt.* A quo quidem Botaniata ita instauratum fuerat, ut secundus a Romano Argyro conditor haberetur. Zonaras pag. 234. E. R. καὶ ἐς τὸ τῆς Περιβλέπτε μονὴν ἀπελθών, ἧς ἐκεῖνος μὲν τὸν κτίτορα τοὺς Ἀργύρους Ῥωμανὸν ἐκεῖνον τὸν Αὐτοκράτορα κτίτωρ δεύτερος ἐχρημάτισε, *in Peribleptæ Monasterium abiens, cujus ille post Romanum illum Argyrum Imperatorem secundus conditor fuerat.* Eundem etiam situm huic Monasterio tribuit Gregoras lib. VII. pag. 189. E. R. καὶ ἀπελθών, οἰκητήριον ἐποιήσατο τὸ φὸς θάλασσαν τετραμμένον μέρος τῆς Περιβλέπτου μονῆς, *is digressus, domicilium sibi eam partem monasterii Peribleptæ elegit, quæ mare spectat.* Scylitzes in Michaele Calaphata pag. 752. E. R. versus Sigma stetisse innuit: ἔξω θεν τῆς Περιβλέπτου μονῆς, ἐν τῷ τόπῳ τῷ καλουμένῳ Σίγματι ἀγαγόντες ἀποτυφλοῦσι ἐξ ἀμφω. Sed & adhuc stetisse sua ætate auctor est Leunclavius in Pand. Turc. cap. LI. qui præterea subdit imagines Michaelis Palæologi Imperatoris, Theodoræ Augustæ, & Constantini filii in æde illius sacra conspici: *In Monasterio Constantinopoli, quod Græci Suluna vulgo vocant, appellatum quondam Peribleptæ, sive spectatissimæ Deiparæ, Armeniorumque sacris nunc dicatum, versus occidentalem templi partem Michael Palæologus Imperator cum Theodora Augusta pictus conspicitur, inter utrumque parentem collocato Constantino filio, cum inscriptione triplici.* Atque hæ quidem sunt imagines, quas in ejusdem Michaelis elogio dedimus in Familiis Byzantinis. In illud Monasterium in festo Præsentationis Deiparæ procedere solitum Imperatorem scribit Codinus de Off. cap. XV. n. VI. Ex eo caput S. Clementis Papæ & Martyris in Cluniacense delatum narrat Rostangnus Monachus, qui veteris illius appellationis meminit: *Est autem Abbatia illa, in qua B. Clementis caput continebatur magnæ auctoritatis in eadem civitate, quæ Græce Trenta folia, Latine vero interpretatur Rosa.* Sed & in ea æde exstitit S. Pauli primi Eremitæ corpus, inde Venetias translatum an. MCCXL. Chronicon MS. Andreæ Danduli; *Corpus S. Pauli primi Eremitæ, quod Emanuel Imperator Constantinopolim, in monasterio S. Mariæ Perivlepti ab eo constructo deposuerat, nunc Jacobus Lanzolo ab Abbate & monachis absque capite, quod prius Romam fuerat delatum obtinuit, & rediens Venetias in Ecclesia S. Juliani devote deposuit.* Monasterii illius mentio non semel occurrit apud scriptores alios Byzantinos locis indicatis in Notis ad Alexiadem pag. 263. E. R. Vide Pachym. lib. XIII. cap. XVIII. & Lambecium lib. V. de Bibliotheca Cæsarea pag. 127.

Edit. Paris. pag. 95.

XXXVII. DEIPARÆ PHARI ædes sacra extitit in majori Palatio Constantinopolitano, in ea parte quæ ab hac æde ἡλιακὸς τοῦ Φάρου, seu Triclinium, vel Solarium Phari dicitur apud Continuatorem Theophanis lib. IV. n. XXXV. Quæ vero Zonaræ pag. 104. E. R. & in Constantino Porphyrogenito, Leoni Grammatico pagg. 468. 494. E. R. & Nicetæ Choniatæ in Manuele lib. VII. n. VII. ναὸν ἐν τῷ Φάρῳ dicitur, a Niceta Paphlagone in Vita Ignatii Patriarchæ Constantinopolitani, Cedreno pagg. 178. & 485. E. R. & Constantino Porphyrogenito in Basilio cap. LIX. & in Orat. de Imagine Edessena pagg. 98. & 100. Φάρος nude appellatur: a Theophane pag. 374. E. R. ἐκκλησία τοῦ Φάρου, in Menæis 11. Junii τοῦ Φάρου ναὸς, a Landulfo Sagace lib. XXIV. *Oratorium Phari*: denique a Pachymere lib. III. cap. XXIV. ὁ κατὰ τὸν Φάρον ναὸς τῆς μεγάλων ἀνακτόρων. Deiparæ dicatam fuisse exerte docent Nicetas Paphlago & Cedrenus: in ea vero Imperatorum peracta interdum sponsalia Theophanes & Pachymeres locis laudatis. Ædis Phari Michaelem Imperatorem cognomento Ebriosum, Theophili filium, conditorem prodit Leo Grammaticus in illius Vita pag. 468. E. R. ubi ait viride marmor miræ pulcritudinis, quod Monumento Copronymi circumpositum erat, abstuliisse, & ex eo in partes dissecto cancellos novæ ædis Phari a se conditæ confeciisse: τὸν δὲ λάρνακα τῆ Κοπρονύμου σορὸν οὖσαν καὶ θαυμαστῶ διαφορήσας, ἐποίησε κιγκλίδια ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντι ναῷ ἐν τῷ Παλατίῳ ἐν τῷ Φάρῳ. Eadem habet Symeon Logotheta n. XLV. De appellationis ratione nescio an omnibus arrideat Constantini Porphyrogeniti in Orat. de Imagine Edessena conjectura, qui ita dictam scribit, quod instar vestis splendidæ, magnifice ornata fuerit: καὶ ἐν τῷ θείῳ ἐκείνῳ ναῷ, ὃς Φάρος ὠνόμασται (ἴσως διὰ τὸ οἷον ἱμάτιον λαμπρὸν κεκαλλωπῆσθαι αὐτὸ περιττῶς) ταύτῃ ἀπέδυντο. Alii ædem dicatam volunt Deiparæ Φάρῳ appellatione donatæ, quod *Phari* instar sit fidelibus in hac vita navigantibus, & ad æternæ beatitudinis portum tendentibus: ἀπὸ τῶ φῶς ἀνάπτειν τᾶσι, καὶ κατὰ τὰς νύκτας χειραγωγεῖν ἐπὶ καταγωγὰς τινὰς ἀσφαλεῖς, ἀντίμιμον τὸ κατὰ τ' Αλεξάνδρειαν ὄντατε καὶ λεγόμενον, ut ait Continuator Theophanis lib. I. n. X. qui istius ædis meminit præterea n. XX. vel denique quod ad Palatii *Pharum* ædificata fuerit. Narrant quippe scriptores, idemque Continuator Theophanis lib. IV. n. XXXV. certis intervallis in Asia excitatas turres cum Pharis usque ad ipsum Magnum Palatium, quæ Saracenorum incursus statim indicarent, quas Michael Theophili filius sustulerit, quod in Circo ad S. Mamantem decursionibus vacans κατὰ τ' ἑσπέραν ὁ ἐκ τοῦ Φάρου φανὸς δηλῶ τὸ Πάπιαν ἰδόντας τὴν ὑφ' ἑαυτῶν ἐκδρομὴν, *sub vesperam Phari laterna, Papia accendente, hostes ingruere indicaret*, in tantas angustias metumque adductum, ut nesciret quo se verteret. Erat autem Pharus ille in Palatii parte, quæ ab ea ἡλιακὸς τοῦ Φάρου dicitur eidem scriptori. Utcunque se res habeat, videtur fuisse ædes illa, quam magnificam Palatii Capellam vocat Villharduinus noster n. CXXXVII. ubi de Balduini Flandrensis Comitis Electoribus agit: *Et furent mis en une mult riche Chapelle, qui dedans le Palais ere.* Nam etsi aliæ complures in Palatio extiterint ædes sacræ, eum & Eusebius lib. IV. de Vita Constantini cap. XVII. aliquot ab eo ædificatas intra Palatii septa commemoret, & *Novam* a Basilio Macedone, aliasque ibidem exstructas suo loco observemus, præcipua tamen fuisse videtur illa; & eadem quæ *sacræ Capellæ Palatii* Constantinopolitani appellatione donatur a Rigordo, quod in ea potissimæ ac pretiosiores sanctorum Reliquiæ asservatæ legantur, imago scilicet Christi Edessena ἀχειροποίητος in hanc illata sub annum Christi DCCCCXLIV a Romano Lacapeno Imperatore, de cujus translatione in Urbem narrationem descripsit Constantinus Porphyrogenitus Græce & Latine editam a Combefisio, cujus meminerunt etiam Cedrenus pag. 178. E. R. Symeon Logotheta in Porphyrogenito n. XIII. Anonymus Combefisianus in eodem Porphyrogenito n. XII. & Menæa XV. Augusti: & lapis Christi sepulcri Epheso in eandem ædem a Manuele Comneno Imperatore translatus, ut auctor est Nicetas Choniates loco supra citato. *Ecclesiæ Buccæ Leonis*, seu Magni Palatii meminit Innocentius III. PP. lib. XV. epist. XXXIII.

XXXVIII. PONOLYTRÆ, Πονολύτραι, seu *dolorum Liberatricis* Deiparæ ædes ita dicta, ὅτι μεγάλαι ἴασεις ἐκεῖσε ἐτελοῦντο, καὶ πόνοι πολλοὶ ἐλύοντο, *quod multæ ibi sanationes fierent, & dolores & langores solverentur.* Ita Codinus pag. 46. E. R.

XXXIX. DEIPARÆ Ecclesia PROTASII cognominata, quod in urbis tractu, ubi olim habitaverat Protasius Patricius Magister, a Justino Juniore Imperatore ædificata sit, annis CCLII. post Protasii tempora, ut habet Codinus pag. 40. E. R.

XL. DEIPARÆ ædem, quæ ΡΑΒΔΟΝ appellationem habuit, primus excitavit Constantinus M. & in ea *Virgam Moysis*, τὴν Μωσέως τὴν ῥάβδον, intulit (unde Ῥάβδα nomen mansit) quam postea in Palatium transtulit: ita Codinus pag. 51. E. R. qui ædis situm indicat pag. 12. ad muros scilicet urbis maritimos: ubi etiam statuitur in Chronico Alexandrino pag. 618. E. R. haud procul a Porta S. Æmiliani, *pag. 96.*

cujus

cujus templum huic ædi proximum fuit, dum ait antiquum Byzantiii murum terrestrem ἀπὸ τοῦ καλουμένου Πετρίου ἕως τῆς πόρτας τοῦ ἁγίου Αἰμιλιανοῦ πλησίον τῆς καλουμένης Ῥάβδου, *a Petrio usque ad portam S. Æmiliani, juxta Rhabdum pertinuisse*. A Rhabdo postea Constantinus M. maritimum murum ad Auream Portam produxit, ut est apud eundem Codinum. Ædem S. Æmiliani ἐν Ῥάβδῳ statuit Porphyrogenitus in Basilio cap. LIV. vicinamque fuisse ait ædi Deiparæ, quæ scilicet Rhabdi appellationem habuit. Apud Leonem Grammaticum pag. 478. E. R. dicitur quidam Leo Catacalon Domesticus Scholarum τὸ οἴκημα ἐν τῇ Ῥάβδῳ habuisse: unde percipitur totum hunc tractum id nominis servasse. Observo præterea Ῥάβδου interdum epitheto donatam ipsam Deiparam. Joannes Euchaitarum Metropolitanus, in Jambis εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον,

Παστὰς, τράπεζα, Ῥάβδε, λυχνία, κλίμαξ
Κλίνη, κίβωτε, πρόθυρα, λαβίς, θρόνε,
Κόσμε με παστὰς, ἐμπίπλα τράπεζά με,
Στήριζε Ῥάβδε, λυχνία φώτιζέ με,
Ἀνάγε κλίμαξ, ἀνάπαυέ με κλίνη,
Τήρει κίβωτε, πρόθυρα λάμπρυνέ με,
Λαβίς με περιλάμβανε, τίμα με θρόνε.

Notum vero Deiparam ῥάβδον ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ a SS. Patribus appellari.

XLI. DEIPARÆ in SIGMATE ædem condidit Constantinus M. ac postmodum Justinianus renovavit, uti est apud Codinum pag. 60. E. R. terræ motu collapsam, longe elegantiorem refecit Basilius Macedo: Scylitzes pag. 587. E. R. ex Porphyrogenito in Basilio cap. LIV. Καὶ ἕτερον τῆς Θεοτόκου ναόν, ὃς τὸ Σίγμα κατονομάζεται, τέλειον ὑπὸ σεισμοῦ καταπεσόντα, ἐκ βάθρων ᾠκοδόμησε, καὶ ἑδραῖον καὶ ὡραιότατον ἢ πρότερον ἀπηργάσατο. *Et aliud Deiparæ templum, quod Sigma appellatur, omnino ex terræ motu collapsum, a fundamentis ædificavit, firmiusque & elegantius quam prius erat confecit*. De eo terræ motu quo hæc ædes concidit, ita Symeon Logotheta in Basilio nu. V. Μεθ' ὃν καὶ ἡ ὑπεραγία Θεοτόκος ἡλαττώθη τὸ Σίγμα. Iterum corruit eo terræ motu qui circa initium principatus Basilii Bulgaroctoni Imperatoris an. Mundi VIMDCXIX. accidit, cujus meminit Scylitzes & Glycas. Menæa & Synaxaria ad X. Januarii, quo die memoria agitur ejusce terræ motus: Τελεῖται δὲ ἡ σωίαξις δηλ. τὸν γεγονότα μέγαν σεισμὸν κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν ἐν ἀρχῇ τῆς βασιλείας Βασιλείου, ὅτε καὶ ὁ ναὸς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ὁ ἐν τῷ Σίγματι, καὶ πολλαὶ ἕτεραι ἐκκλησίαι, καὶ ἰδιωτικοὶ κατέπεσον οἶκοι. *Celebratur autem officium propter magnum terræ motum qui hac ipsa die accidit initio principatus Basilii, quando & templum sacrosanctæ Deiparæ in Sigmate, & complures aliæ Ecclesiæ, & domus privatæ collapsæ sunt*. Codinus loco laudato terræ motum hunc accidisse ait IX. Januarii die Dominico, ac S. Polyeucti festo. Sed quod subdit ab hac ædis ruina ex terræ motu, ædem ipsam σῆσμα, vel σῖμα, vulgo ante Σίγμα appellatam, nescio an hac in re fidem omnino mereatur.

XLII. DEIPARÆ ædis in SPHORACII tractu, ἐν τοῖς φωρακίοις, mentio est in Menæis in vita S. Theophanonis Augustæ XVI. Decemb.

XLIII. DEIPARÆ in tractu VIGLENTII, vel Vigilantii, seu τῆς ἁγίας Θεοτόκου ædis ἐν τοῖς Βιγλεντίου mentio est in Menæis ad XXVIII. Julii, & ad II. Augusti in qua depositæ dicuntur Reliquiæ SS. Martyrum Maximi, Dadæ, & Quintiliani, Rhodostolo in Urbem advectæ. Sed & ad I. Augusti ibidem dicitur celebrata Synaxis SS. Martyrum Menæ & Menæi ἐν τῷ Βιγλεντίῳ, πλησίον τοῦ Χαλκοῦ τετραπύλου. De urbis tractu ita nuncupato quædam supra observavimus.

XLIV. DEIPARÆ Ecclesiam URBICII cognominatam, ædificavit Urbicius Patricius & Magister militum Orientis, qui Libellum de re militari scripsit, Anastasio Dicoro imperante, CLXXX. annis post conditam Constantinop. ut ait Codinus pag. 40. E. R. ex Origin. ineditis. Istius ædis mentio est præterea in Menæis & Synaxariis ad VI. April. in S. Eutychio Patr. Constantinop. qui in ea in Monachum primum attonsus fuit, ut & in ejus Vita ab Eustathio conscripta nu. XIII. qui & situm indicat in Strategio: πάντες ἴσμεν τὸν οἶκον τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν, Θεοτόκου ἐν Ἀσπαρδίνου Μαρίας τὸν ἐν τοῦ Οὐρβικίου ἐν τῷ Στρατηγίῳ, &c. meminit etiam istius ædis Nov. III. Heraclii.

XLV. DEIPARÆ Ecclesia alia, Urbicii pariter nuncupata a tractu in quo stetit, a Justino Curopalata ædificata fuit, ut est in Originibus Constantinop. MSS. & apud Codinum p. 40. E. R.

XLVI. S. MARIÆ ἐν Λιθοστρώτῳ Abbas Ambrosius subscripsit Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda, ut Joseph ἡγούμενος τῆς ἁγίας ἐνδόξου παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας τῆς οὔσης ἐν τῷ Λιθοστρώτῳ Concilio Constantinopolitano sub Mena, act. V.

XLVII. S. MARIÆ juxta S. LUCAM Monasterii Abbas Jordanes eidem subscripsit Libello.

XLVIII. S. MARIÆ πλησίον τῶν Βοκολίων Abbas Jacobus eidem Libello subscripsit. *Edit. paris. pag. 97.*

XLIX. DEIPARÆ ἐν τῷ καστῶνα ναῷ, in Palatio, ut par est credere, ædificasse Theophilum Imperatorem tradit Continuator Theophanis lib. III. n. IX.

III.

ÆDES SACRÆ S. MICHAELI, ANGELIS, & Archangelis dicatæ.

I. SANCTI MICHAELIS ædes dicta ὁ Ἀρχιστράτηγος τὰ Ἀβάκια, juxta Xerolophum, Leonem Macelam conditorem agnoscit, hacque appellatione donata est ab abacis magnitudinis immensæ ibi inventis. Ita Codinus pag. 59. E. R.

II. S. MICHAELIS ædem, quæ ὁ μικρὸς Ἀρχιστράτηγος, & Νέα, seu Nova dicta est, condiderunt Zeno Imperator & Ariadne Augusta, ut auctor est idem Codinus pag. 60. E. R.

III. S. MICHAELIS ædem, quæ ὁ Ἀρχιστράτηγος τὰ Ἀδᾶ dicitur Codino pag. 43. E. R, τὰ Ἀδδᾶ Cedreno pag. 391. E. R. ædificavit Justinus Junior Imper. cui hæc appellatio mansit a quodam Ada Magistro, cujus domus ibi erat. Addunt Origines Constant. ineditæ, πρότερον ναὸς ὢν ἦτος ὁ ἅγιος Θωμᾶς ὁ τὰ Ἀμαντίου καλούμενος, *cum prius esset ædes S. Thomæ, Amantii cognominata*.

IV. S. MICHAELIS ædem in Palatio *Novam*, seu Νέαν, dictam condere cœpit Basilius Macedo anno IX. imperii, demumque confectam anno imperii XIV. Kalend. Maii dedicavit, illiusque encænia celebravit Photius Patriarcha, ut auctor est Symeon Logotheta numer. XI. & XVI. & Leo Grammaticus p. 472. E. R. Non uni Michaeli sacra fuit, sed etiam Christo Salvatori, & Eliæ Thesbitæ. Constantinus in Basilio cap. LIII. Κατὰ δὲ καιρὸν ἐκεῖνον ὁ περικαλλὴς ἦτος ναός, καὶ περίβλεπτος ᾠκοδομεῖτο, ὃν Νέαν βασιλικῷ ἐκκλησίαν λέγειν εἰώθαμεν, ὃς ἐπ' ὀνόματι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Μιχαὴλ τοῦ πρώτου τῶν ἀγγέλων, καὶ Ἠλίου τοῦ Θεσβίτου ἠγέρετο. Eadem propemodum habet cap. XLVIII. ut & Scylitzes pag. 588. E. R. Versus vetus Tzycanisterium extitisse docet Continuator Theophanis lib. III. num. XLIII. Ἐξ ὧν δὴ ὡράτο καὶ τὸ παλαιὸν Τζυκανιστήριον, ἐκεῖσε τηνικαῦτα τυγχάνον, ἔνθα καὶ ἡ Νέα ἔκτισται ἐκκλησία, &c. *Ex quo conspiciebatur vetus Tzycanisterium, ubi & Nova condita est Ecclesia*. Sed hæc postea ædes sub solius S. Michaelis appellatione innotuit. Georgius Diaconus in vita S. Basilii Junioris numer. XXVIII. Zonaras & Glycas varia templa S. Michaeli sacra ædificasse Basilium Imperatorem, ut cædem prædecessoris sui expiaret, tradunt: quod quidem ædis *Novæ* condendæ ad criminis expiationem consilium prodit Luithprandus lib. I. cap. II. ubi hæc de operis structura & ædis situ addit: *Fabricavit autem pretioso & mirabile opere juxta Palatium, Orientem versus, Ec-*

cleſiam, quam Νέαν, *ideſt Novam vocant in honore ſummi & cæleſtis militiæ principis Archangeli Michaelis, qui Græce* Αρχιστράτηγος appellatur. Quibus verbis ſatis innuit Luithprandus ædem Novam, Αρχιστρατήγου nomine donatam, quomodo cæteras ferme S. Michaeli ſacras ædes, quod is a Græcis ἀρχιστράτηγος τῆς ἄνω τάξεων, *Cæleſtium Ordinum Dux*, vulgo indigitaretur, ut apud Nicetam in Iſaacio lib. III. nu. v. & alios: στρατηγὸς τῆς αὐλῶν ταγμάτων, & ἀρχιστράτηγος τῆς ἄνω στρατιᾶς, apud Joannem Metropolitam Euchaitar. pag. 15. 52. quod ſcilicet ita ille ſe appellarit, Jeſum Nave compellans, ἐγὼ ἀρχιστράτηγος δυνάμεως κυρίου νυνὶ παραγέγονα. Vide Menæa ad VI. Sept. Depingebatur vero ille a Græcis, perinde ac Latinis, ἐσπασμένος ῥομφαίαν, quemadmodum a Juſtiniano ἐν πρώτῳ ædis Sophianæ veluti templi cuſtodem muſivo effictum ſcribit idem Nicetas. Nuper deſcripſimus veterem tabellam Græcanicam orbicularem opere anaglypho ex lapide .... formatam, quæ aſſervatur in muſæo RR. PP. Canonicorum Regularium S. Auguſtini, ex Monaſterio S. Genovefæ Pariſienſi; in qua quidem depictus in medio conſpicitur Michael dextra intendens clavam, ſiniſtra duos dæmonas per capillos apprehendens, qui ad Majeſtatis divinæ pedes procumbunt. Circa orbiculum effinguntur characteres Græci, qui Michaelis nomen exhibent, tametſi minus bene exarati, MIXAHA APX. In averſa parte depictos præterea cernere eſt diſtinctis cellulis ſeptem Dormientes, quorum feſtum agunt Græci & Latini XXVII. Julii dextro ac ſiniſtro promiſcue latere jacentes, non vero dextro duntaxat, uti in antro jacuiſſe obſervat Willelmus Malmesburienſis lib. II. Hiſtor. Angl. pag. 92. & Matth. Paris in Vitis Abbatum S. Albani pag. 19. etſi poſtmodum in latus ſe invertiſſe ſiniſtrum dicat, S. Edwardo in Anglia regnante, qui id tum factum, divino quodam monitus oraculo deprehenderit, cum Græci de hoc novo miraculo conſulti, *ſe a patribus accepiſſe jurarent ſuper dextrum illos latus quieſcere*. De iis præ cæteris agunt Chronicon Orientale pag. 115. 118. E. R. & Theophanes pag. 76. E. R. Ejuſdem ædis ſub S. Michaelis & Αρχιστρατήγου appellatione mentio eſt præterea apud Theophanem ann. XX. Anaſtaſii Imp. XXXVI. Juſtiniani M. & VI. Conſtantini Irenes filii, pag. 132. 200. & 397. apud Scylitzem, Glycam, &c. Apud alios vero ſcriptores crebro Νέα nude vocatur. Conſtantinus de Adm. Imp. cap. L. meminit Clerici cujuſdam, quem δομεστικὸν εἰς τὴν Νέαν ἐκκλησίαν fuiſſe ſcribit. Zonaras, Scylitzes, & Joel tradunt Conſtantinum Monomachum coronatum a primo e Presbyteris τῆς Νέας, quam vocem perperam Xylander de Nova Roma intelligi putavit. Denique Νέας meminit Anonymus Combefiſianus in Leone Philoſopho nu. v. ut & Pachymeres libr. VII. cap. XV. quam fruſtra inveſtigat vir doctiſſimus. Ut vero hanc ædem ſacram adornaret Baſilius, cæteras fere expilavit. Tradit quippe Logotheta num. XII. multa vaſa ænea confregiſſe, in uſum vertenda Novæ Eccleſiæ, marmora quoque & muſiva ex multis Eccleſiis ædibuſque ſublata ejus ædificandæ cauſa: ſed & ſtatuam æneam, quæ in Senatu ſtabat, Epiſcopi habitu virgam manu tenentis, cui ſerpens Gyris convolutus eſt, in veſtiarium tranſtuliſſe: denique Salomonis ſtatuam in Baſilica conſtitutam, ex ſuo efformatam nomine, in ejuſdem fundamenta jeciſſe. Similia habet Leo Grammaticus pag. 472. E R. ut & Codinus: τὸ δὲ μουσεῖον ἐκεῖνο, καὶ τὰ μάρμαρα ἀπὸ τῆς Βασίλειος, ὅτε ᾠκοδόμησε τὴν Νέαν καὶ τὸν Φόρον. Ubi per Φόρον intelligit ædem Deiparæ ſacram in *Foro* ab eodem Baſilio exſtructam, de qua Conſtantinus, Scylitzes, & Glycas agunt. Denique Nicetas in Iſaacio lib. III. n. v. ait eundem Imperatorem ab æde Nova quidquid pretioſum erat exportaſſe & expilaſſe: καὶ τὸν ἐν ἁπάντων περιώνυμον ναὸν, ὃς Νέα μονὴ κικλήσκεται, θείου παντὸς ἐπίπλου καὶ ἱεροῦ σκεύους ἐξέλωσε. Neque vero altera iſtius appellationis ratio prætereunda, quam ex Græculorum ſinu profert ſupra laudatus Luithprandus lib. III. cap. VIII. tametſi minus vero conſentaneam: *De æde autem ſacra, quam ædificavit, hoc addi poteſt, quod ipſam* Νέαν, *hoc eſt Novam alii vocant: alii vero* Εννέαν, *quod lingua noſtra Novennalem ſonat, appellant, eo quod ibidem Horarum Eccleſiaſticarum machina novem pulſata ictibus ſeu vocibus ſonet*. Sed non minimum ſcrupulum movet, quod Photius Patriarcha CP. in ἐκφράσει, ſeu deſcriptione Novæ Eccleſiæ a Baſilio in Palatio ædificatæ, hanc ſoli Deiparæ ſacram facit, cujus ne verbum quidem cæteri ſcriptores fecere, præter Codinum p. 42. E. R. hanc enim non modo ναὸν παρθενικὸν vocat, ſed operis titulus, prout Lambecius & Combefiſius edidere, ita concipitur: ἐκφρασις τῆς ἐν τοῖς Βασιλείοις Νέας ἐκκλησίας τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ὑπὸ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος οἰκοδομηθείσης. Habita autem hæc Oratio a Photio in illius encæniis ac dedicatione, cum extincto Ignatio ſedem Patriarchalem recepit, in qua quidem oratione nec Michaelis, nec Eliæ mentio ulla habetur. Proinde illa eſt ædes Θεομήτορος, quam in Palatio ſtatuit Anna Comnena p. 361. E. R. Sed rem conciliat Conſtantinus ipſe in Baſilio cap. LV. ubi non amplius S. Michaeli, ſed Gabrieli, Eliæ Thesbitæ, Deiparæ, & S. Nicolao dicatam innuit, ſed quod S. Gabrielem nominat, incuria videtur eſſe librarii, cum Gabrieli tribuatur epitheton τοῦ φωτοῦ τῆς ἀγγελικῶν δυνάμεων, quod S. Michaeli convenit: tametſi potuit eſſe dicata utrique.

V. S. MICHAELIS, ſeu Αρχιστρατήγου τῆς Ἀρκαδιανῆς, ædem Codinus commemorat p. 19. E. R. Binas S. Michaeli ſacras in hoc urbis tractu ædificatas a Baſilio Macedone, ut cædem prædeceſſoris Michaelis a ſe perpetratam expiaret, narrat Georgius Monachus in Vita S. Baſilii Junioris n. XXVIII. Ὡκει δὲ τότε ὁ ὅσιος, ὡς εἴρηται, ἐν Ἀρκαδιανῇ, πλησίον τῆς δύο ναῶν, τῆς ἐπ' ὀνόματι τῆς Ἀρχαγγέλων ἐγηγερμένου, οὓς ἐδείματο ὁ βασιλεὺς Βασίλειος βουλόμενος ἐκ τούτου ἀνακαλίσασθαι τὸν φόνον Μιχαὴλ τοῦ υἱοῦ Θεοδώρας τῆς βασιλίσσης. *Habitabat tunc ſanctus, ut dictum eſt, in Arcadianis, juxta duas ædes ſacras, ſub nomine Archangelorum excitatas, quas ædificaverat Baſilius Imp. volens expiare cædem Michaelis filii Theodoræ Imperatricis*. Vide *Domum Nobiliſſimæ Arcadiæ*.

VI. S. MICHAELIS ἐν τῷ Αἰθερίῳ Abbas Polychronius Concilio Conſtantinop. ſub Mena cum aliis Urbis Epiſcopis interfuit. Subſcripſit etiam Libello Monachorum ad Synodum ſub Hormiſda.

VII. S. MICHAELIS, ſeu τοῦ Αρχιστρατήγου in urbe Monaſterii meminit Pachymeres libr. VIII. cap. XXVII. ubi de Coſma poſtmodum Patr. Conſtantinop. Καὶ δὴ εἰς πόλιν ὕστερον καταστήσας, ἐν τῇ τοῦ Αρχιστρατήγου τοῦ Βασιλέως μονῇ, ἄλλας τε διακονίας ἐξέλιπε, καὶ αὐτῷ δὴ τῷ τοῦ Ἐκκλησιάρχου. *Hic poſtea in urbem venions, in Archiſtrategi Imperatoris Monaſterio cum alia exercuit miniſteria, tum Eccleſiarchæ officio functus eſt*. Quo loco vox βασιλέως, incertum an ipſum S. Michaelem ſpectet, ut epitheton fuerit, quemadmodum ἀνατολικοῦ: eidem ſacra ædes extitit, an vero ipſum Monaſterium, ut ex iis fuerit quæ βασιλικὰ appellabant.

VIII. S. MICHAELIS, ſeu τοῦ Αρχιστρατήγου, templum, τὸ Χρυσοβάλαντον appellatum ædificavit Nicolaus Patricius & Domeſticus Orientalium Thematum. Ita Codinus pag. 48. E. R. ubi nominis rationem pluribus exponit.

IX. S. MICHAELIS, ſeu τοῦ ἁγίου Ἀρχαγγέλου ἐν τοῖς Πισσίου, Monaſterii Abbas Leontius Libello Monachorum ad Synodum ſub Hormiſda ſubſcripſit.

V. S. MICHAELIS templum, quod Ἀρχαγγέλων, & τὰ Στυρεῖου appellatum fuit, id nominis ſortitum eſt, a Patricia quadam ſterili, Leone M. imperante. Cum autem eſſet

Edit. Pariſ. pag. 98.

parvum oratorium, ampliorem ædem ibi excitavit Justinianus M. quam terræ motu collapsam instauravit Basilius Macedo, qui insuper ablatam ex Strategio Phialam æream illuc transposuit. Ita Codinus pag. 40. E. R. ex quo videtur eadem, cujus meminit Procopius lib. 1. de Ædif. cap. III. ubi Justinianum cum invenisset τὸ Ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ ἱερὸν βραχύ τε καὶ ἀσυγγνῶς ἄγαν, *Archangeli Michaelis templum angustius ac nimis obscurum*, πρός Σενάτορός τινος τοῦ Πατρικίου, *a Senatore quodam & Patricio* olim exædificatum, illud demolitum a fundamento, ad majorem amplitudinem & decus summa dignum admiratione perduxisse. Deinde formam ædis describens, ait ita quadratam fuisse, ut longitudo latitudinem haud multum superare videretur. Proinde illa ipsa est quam idem Procopius in Historia Arcana pag. 73. prioris edit. τὸ Ἀρχαγγέλου ναὸν vocat. Quod vero subdit Codinus, a Basilio de novo instauratam, iis convenit quæ tradunt Gregorius Diaconus, Zonaras & Glycas, Basilium nempe, ut perpetratam a se Michaelis prædecessoris cædem expiaret, plures S. Michaeli ædes sacras ædificasse. Observat porro Maltretus in Codice Tolosano in margine Procopii hoc loco hæc legi, περὶ τ ναοῦ τοῦ ἀσωμάτου ἐν τῷ Σενατορίῳ, unde colligitur regionem in qua hæc ædes extructa fuit, *Senatorii* nomine donatam. *Edit. paris. pag. 99.*

XI. S. MICHAELIS Archangeli in COCHILO Oratorii meminit Justinianus Magnus apud Innocentium Maroniæ Præsulem, & in Collatione cum Severianis p. mihi 663. *Ingressus sum in Oratorium glorioſi Michaelis Archangeli quod est in Cochilo, & rogavi Dominum, dicens*, &c.

XII. S. MICHAELIS, seu Ἀρχαγγέλου ædis, οἴκου, versus Portum Juliani, seu Sophiæ, meminit Theophanes anno IV. Justini Junioris pag. 205. qui in ea Justum Justini filium sepultum ait. Quæ quidem ea est ædes, quam haud procul ab æde S. Juliani, quæ Portui Juliani, seu Sophiarum proxima fuit, stetisse, & ab Anastasio Dicoro ædificatam tradunt Origines Constantinop. ineditæ: Ὁμοίως καὶ τὸν Ἀρχιστράτηγον τὸν ὄντα εἰς τὸν ἅγιον Ἰουλιανὸν ὁ Δίκωρος Ἀνασάσιος ἀνήγειρεν, ὅτε ἦλθεν ἀπὸ τὸ Δυρράχιον· παῖς γὰρ ὢν ἐμάνθανε τὰ γράμματα ἐκεῖσε οἰκῶν· *Similiter & ædem S. Michaelis, quæ est juxta S. Julianum, Anastasius Dicorus exstruxit, cum Dyrrachio in urbem venit. Puer enim existens, ibi habitans, literas didicit.*

XIII. S. MICHAELIS ædem ἐν τοῖς Τζύρου excitavit Basilius Macedo, eique adjunxit *Diaconiam*: ita vocant domum pauperibus alendis adlictam, cujusmodi complures erant Romæ, quim & amplis reditibus locupletavit, ut habet Porphyrogenitus in avi vita cap. LXII.

XIV. S. MICHAELIS ædem in Palatii atrio ædificasse Theophilum Imperatorem scribit Continuator Theophanis lib. III. num. IX. Κατὰ δὲ τὴν προαυλίαν τὴν τοιαύτην, τὸν τρίκογχον ναὸν κάλλει τε κάλλιστον, καὶ μεγέθη πολλῶν διαφέροντα· καὶ τὸ μὲν μέσον εἰς ὄνομα τοῦ Ἀρχιστρατήγου. τὰ δὲ ἑκατέρωθεν ἅτε εἰς μαρτύρων γυναικῶν ὀνόματα· *Ad eorundem vero Palatiorum atrium templum triplici constans Concha exstruxit, longe pulcherimum, ac multis magnitudine præstans; ac medium quidem S. Michaeli, quæ vero utrinque adjuncta sunt, sanctis fœminis martyribus dicavit.* Sed nescio an Τρίκογχος nomenclatura eadem ædes intelligatur. Apud Anonymum Combefisianum in Lacapeno nu. VI. ἐν τῷ τρικόγχῳ παλατίῳ τυφθείς, neque enim in æde sacra cæsum quempiam par est opinari.

XV. S. MICHAELIS ædem in Galatino oppido, sua ætate dirutam tradit Gyllius lib. IV. cap. ult. *Forum vero*, ait ille, *in planitie vicina Portui, ubi Xenodochium ædificatum est in fundamentis templi D. Michaelis, quod integrum extabat, cum venissem Byzantium*, &c. Illius meminit Waddingus in Annal. Min. ar. MCCCXXVI. nu. I. ex Epistolis Ioan. XXII. PP. Vide præterea Ugellum in Archiepiscopis Amalphitanis n. XIV.

IV.

ÆDES SACRÆ SANCTIS PROPHETIS DICATÆ, quæ inde Προφητεῖα Græcis dicebantur.

I. SANCTI ELIÆ Prophetæ templum in Petrio a Zenone Imperatore ædificatum post reditum ex Persica expeditione, universo exercitu ad illius structuram pecunias ultro conferente, quod dum in Castris essent iis apparuisset S. Elias, refert Codinus pag. 47. E. R. Illud de novo instauravit Basilius Macedo, ut auctor est in avi Vita Porphyrogenitus cap. LIV. Magnam porro in S. Eliam habuisse fiduciam Basilium narrant Leo Grammaticus pag. 474. E. R. & Symeon Logotheta nu. XXI. Μεγάλῳ δὲ πίστει τοῦ Βασιλέως ἐχόντος εἰς τὸν ἅγιον Ἠλίαν, &c. quia scilicet matri suæ in imperium promotionis nuntius extiterat, ὃς καὶ τῇ αὐτοῦ μητρὶ τὴν περὶ βασιλείαν τοῦ υἱοῦ ἀνυφώσεως ἐχρημάτισεν ἄγγελος, ut ait idem Porphyrogenitus cap. LV. Quem quidem in S. Eliam cultum testatur præterea tabella præfixa Codici S. Gregorii Nazianzeni venerandæ omnino antiquitatis, qui asservatur in Bibliotheca Regia nu. CLV. in qua habitu regio conspicitur Basilius, aurato scilicet & margaritis ac lapillis exornato, cum calceis rubei coloris unionibus pariter interstinctis; sinistra globum, dextra vero una cum S. Elia hastam cum siparo, seu labarum tenet: ad sinistram effingitur S. Gabriel, habitu perinde imperatorio, Basilii capiti diadema imponens, cum hisce inscriptionibus: Ο ΑΓΙΟC ΗΛΙΑC. ΒΑCΙΛΕΙΟC ΔΕCΠΟΤΗC. ΑΡΧΙCΤΡΑΤΗΓΟC ΓΑΒΡΙΗΛ. De æde Eliæ, quam *Dominicum* nuncupabant, extat epigramma S. Gregorii Nazianzeni in edit. Leunclavii. Tradunt Synaxaria ad XVI. Decembr. Leonem una cum conjuge Theophanone in carcerem conjectum, a Basilio parente, instigante Santabareno, per tres annos retentum, tandem reconciliatum patri, διὰ ἐγκωμίων τοῦ Προφήτου Ἠλίου καταλαβόντων. Quæ quidem ad encænia ædis S. Eliæ a Basilio instauratæ referri debere vero simile est. Vide *Templum S. Michaelis in Palatio*. Meminit Gregorius Nazianzenus Jambo IV. μαρτυρίᾳ Ἠλίου τοῦ καλλιμένου Χαρίᾳ. *pag. 100.*

II. ESAIÆ Prophetæ templum excitarunt Marcianus & Pulcheria AA. postquam Hierosolymis in Urbem allatum est sanctum illius corpus, uti narrat Codinus pag. 48. E. R. haud procul ab æde S. Laurentii, ut habent Menæa & Synaxaria ad IX. Maii, quo illius festum celebratur; Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σωάξις ἐν τῷ Προφητείῳ αὐτοῦ, πλησίον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λαυρεντίου. Eadem ad XXV. Januarii; τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἁγίου Προφήτου Ἡσαΐου πλησίον τοῦ ἁγίου Λαυρεντίου. Sed an hæc ad ædis encænia spectent, mihi non constat.

III. HELIÆ, seu τῆς Ἠλίας Monasterii Abbas Silas Concilio Constantinopolitano sub Mena interfuit, cum aliis Urbis Episcopis.

IV. S. JOANNIS BAPTISTÆ, seu Πρόδρομου, ædes τὰ Κιντήλια dicta, hanc appellationem sortita dicitur a Codino pag. 46. E. R. quod ibi parvi clavi affigendis equorum soleis cuderentur, quos Græci nuperi Κιντήλια vocabant.

V. S. JOANNIS BAPTISTÆ ædes juxta Cisternam Mociam, in tractu qui Danielis dicebatur, recensetur in Synaxariis ad VIII. Januarii, quo festum celebratur S. Xenophontis: τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ Προφητείῳ τοῦ ἁγίου Προφήτου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, πλησίον τῆς Κιστέρνης τῆς Μοκησίας ἐν τοῖς Δανιήλ. Iisdem verbis indicant Menæa celebrari memoriam S. Marciani in hac æde X. ejusdem mensis. Non desunt qui tractum Danielis a S. Danielis columna, cujus meminit Svidas in v. Ἀναίμονες, appellatum velint: Περὶ τοῦ ἁγίου Δανιὴλ φησὶν ὁ Λογοθέτης ἁπλῶς ἐπιγράμμα δηθὲν τοῦ κίονος αὐτοῦ. Sed iste S. Daniel, Monachus Stylita, columnam conscendit in Anaplo, non in Urbe, Leone M. imperante, ut habent Theodorus Lector Eccl. I. p. 182. Theo-

phanes pag. 98. 104. 105. E. R. Cedrenus pag. 341. 362. E. R. & Glycas. Meminit præterea visionum Danielis, seu τῆς ὁράσεως, quibus Græci fidem dabant, Luithprandus in Legatione: quem librum *Conjectorium Danielis* vocat Joannes Sarisberiensis in Polycratico libr. II. cap. XVII. Prophetiam vero Danielis Constantinopolitani de restauranda per Francos Terra Sancta memorat Radulphus de Diceto anno MCLXXXIX. Sed quis iste Daniel, & an diversus a Stylita, incertum. Nec scio an hic locus a statua Danielis Prophetæ cum leonibus ære confecta nomen habuerit, quam in medio Foro ad Fontem (Nymphæum forte) posuisse Constantinum M. auctor est in illius vita Eusebius lib. III. cap. XLVIII.

VI. JOANNIS BAPTISTÆ in Hebdomo templum excitavit Theodosius Magnus, & in eo nuper inventum, & in urbem allatum caput sancti Præcursoris reposuit. Origines Constant. ineditæ: Ὁ δὲ προγυλάτειος ναὸς ὁ ἔχων τὰς κόγχας, ὠνομάσθη Πρόδρομος ἐκτίσθη ἐν τοῖς χρόνοις παρὰ Θεοδοσίῳ τοῦ μεγάλου, διότι ἐν τοῖς χρόνοις αὐτοῦ ἡ ἁγία κεφαλὴ τοῦ Προδρόμου ἦλθε, &c. Vide Codinum pag. 55. E. R. Chronicon Alexandrinum pag. 708. E. R. ad ann. XII. Theodosii: Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Θεοδόσιος Αὔγουστος δίρριν τὴν κεφαλὴν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ παρά τινι γυναικὶ Μακεδονικῇ, ἐν Κυζίκῳ ἐξεγέσῃ, τοῦτον ἀναχομισάμενος, καὶ ἐν Χαλκηδόνι τῶν ἀποδήμων, τιλδυταῖοι ἐκ βάθρων οἶκον οἰκοδομήσας ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Βαπτιστοῦ ἀπέθετο μὲν Πανήμῳ τῷ κβ'. Καλανδῶν Μαρτίων. *His Coss. Theodosius Augustus inventum caput S. Joannis Baptistæ apud fœminam quandam Macedonianam, quæ Cyzici degebat, postremo excitato a fundamentis in Hebdomo templo S. Joanni Baptistæ nuncupato, in eo venerandum caput Baptistæ deposuit mense Februario XII. Kalend. Martias*, Sozomenus lib. VII. cap. XXI. de Theodosio & D. Præcursoris capite: Περιλαβὼν τῇ ἀλουργίδι τὸν δίσκον, ἐν ᾧ ἐκεῖτο, ἔχων ἐπανῆλθε, καὶ πρὸ τοῦ ἄστεως Κωνσταντινουπόλεως ἔθετο, ἐν τῷ καλουμένῳ Ἑβδόμῳ, μέγιστον καὶ περικαλλέστατον τῷ Θεῷ ἐνθάδε ναὸν ἐγείρας· *Purpuræ sua thecam, in qua jacebat caput, involvens, reversus est, & ante urbem Constantinopolitanam deposuit, ædificato ibidem in honorem Dei amplissimo pulcherrimoque templo*. Atque hujus sacri Prodromi capitis historiam pridem conscripsimus, ejusque faciem Constantinopoli sub annum MCCVI. Ambianum allatam, ubi in Ecclesia cathedrali religiose pieque colitur, pluribus docuimus, cujus figuram cum ipsis Græcis inscriptionibus hic damus, ne quid quod ad res Byzantinas illustrandas conferre possit omittamus. Meminit rursum idem Sozomenus istius ædis excitatæ a Theodosio lib. VII. cap. XXIV. At Codinus pag. 55. E. R. non modo Rufinum Magistrum operi præfectum fuisse a Theodosio ait, sed & illius tectum rotunda forma fuisse: Ὁ δὲ Πρόδρομος ὁ προγυλάτειος ἐκτίσθη παρὰ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, ὅτι ἐπὶ ἡμερῶν αὐτοῦ ἦλθε ἡ τιμία κάρα τοῦ Προδρόμου εἰς τὴν πόλιν, ὧν καὶ ἐδείκνυτο ἀπὸ τοῦ Ἑβδόμου μετὰ Νικηφόρου Πατριάρχου, καὶ κατὰ

CAPVT S. IOANNIS BAPTISTÆ QVOD ASSERVATVR ET COLITVR IN ECCLESIA CATHEDRALI AMBIANENSI

Edit. pariſ. pag. 101.

ἐστὶ πρὸς τὸν ναὸν τοῦ Θεολόγου· εἶτα δὲ Μαγίστρος Ρουφῖνος ἔκτισε τὸν ναὸν τοῦ Προδρόμου. *Eccleſiam S. Joannis Baptiſtæ cum rotundo tecto Theodoſius Magnus condidit, quia ipſo imperante ſanctum ejus caput in urbem allatum fuit, quod Imperator cum Patriarcha Nectario in Hebdomo excepit, & in S. Joannis Evangeliſtæ templo depoſuit, deinde per Rufinum Magiſtrum Eccleſiam S. Præcurſoris ædificavit.* Rufini vero Magiſtri officiorum ſub Theodoſio Magno, qui & Conſul fuit ann. cccxcii. mentio eſt apud S. Ambroſium, Zozimum, Theodoretum, & in Codice Th. paſſim. Martyrii nomen huic ædi non ſemel tribuit Socrates, ubi & Hebdomum appellatum innuit, quod ſeptem ab urbe milliaribus diſtaret. Lib. VI. cap. VI. τὸ μαρτύριον τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ἑπτὰ δὲ σημείοις τοῦτο ἀπέχον τῆς πόλεως, καταλαμβάνει Et cap. XI. ὁρμήσας οὖν τῷ ἐπὶ Ἰωάννῃ μαρτυρίῳ, ἀπέχει δὲ τοῦτο ἑπτὰ σημεῖα τῆς πόλεως &c. Unde colligimus per μαρτύριον τοῦ Ἰωάννου in Vita S. Joannis Chryſoſtomi a Palladio conſcripta, Græceque nuper edita a viro clariſſ. Emerico Bigoto, & per μαρτύριον τοῦ Ἑβδόμου, in Concilio Chalcedonenſi act. I. intelligi ædem S. Præcurſoris, quæ interdum etiam nude Ἑβδόμου appellata legitur. Georgius Alexandrinus in Vita Chryſoſtomi apud Photium: Διάκονον γὰρ ἐν τῷ Ἑβδόμῳ (οὕτω γὰρ καλεῖται ὁ τόπος τῆς τοῦ ἁγίου ἐκκλησίας) παρὰ τὸν κανόνα ἐχειροτόνησε· *Diaconum enim in Hebdomo (ſic quippe appellatur locus in quo ſita eſt Eccleſia S. Joannis) contra Canones promovit.* Ædem ſancti Joannis in Hebdomo ab Juſtiniano excitatam, ſeu potius inſtauratam prodit Procopius lib. I. de Ædif. cap. VIII. aitque ſtructura & forma fuiſſe omnino ſimilem ædi S. Michaelis in Anaplo, quam multis deſcribit, hoc uno tantum diſparem, quod ſacra Joanni Baptiſtæ non erat maritima. Atque in ea quidem æde Juſtinianæa Phocam tyrannum Imperatorem appellatum tradunt Chronicon Alexandrinum pag. 866. E. R. Theophanes pag. 243. E. R. & Theophylactus Simocatta libr. VIII. cap. X. Denique hanc rurſum inſtauravit Baſilius Macedo. Porphyrogenitus in avi vita cap. LIII. Ἔτι δὲ ἐκ τοῦ πλησιόχωρον αὐτοῦ τοῦ Προδρόμου οἶκον φρὸ πάνυ πολλῶν καταπτωθέντα χρόνων, καὶ ἐρείπιον ἀντὶ ναοῦ χρηματίζοντα, περιχαδίρη μὲν τῆς ὕλης, καὶ τῆ χωμάτων ταχίστῃ δὲ σωδρομῇ καὶ ἐπιμελείᾳ τῆ φοφανῶν καὶ μεγάλων ἴσον καθίστησι· *Nec non illi* (ædi S. Joannis Evangeliſtæ) *vicinam Præcurſoris ædem, multos ante annos dirutam, & tantum parietinis conſpicuam, ruderi vetere, terraque egeſta, celerrimo auxilio & diligentia, celebribus atque ingentibus parem effecit.* Templi iſtius mentio eſt præterea apud Zonaram in Alexio pag. 235. E. R. Hujus quidem elegantiam & ſitum ſic deſcribit Gyllius lib. IV. cap. IV. *Suburbium Hebdomum appellatum in ſexto Colle fuiſſe, qui nunc eſt intra urbem, oſtendit ædes Divi Joannis Baptiſtæ, quam etiamnum Græci vulgo vocant Prodromi. Ea in latere ad Solis ortum pertinente ſita eſt, a Turcis maxima ex parte diruta, ubi aliquot columnæ marmoreæ extremam rapinam metuentes ſuperſunt, ſed paucæ ex multis ablatis. Quam autem illa ſumptuoſa fuiſſet cum alia veſtigia indicant, tum Ciſterna Boni paulo ſupra eam ſita, longa trecentos paſſus, columnis & concameratione ſpoliata, in qua nunc horti virent.*

pag. 103.

VII. S. JOANNIS BAPTISTÆ ædem ad Horologium, ſeu ad Milium, ædificavit Juſtinianus M. Codinus: καὶ ἔκτισε τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν ὄντα εἰς τὸ Ὡρολόγιον, τὸν λεγόμενον Βαπτιστήρα.

VIII. S. JOANNIS BAPTISTÆ ILLI. Origines CP. MSS. Ὅτι τὰ καλούμενα Ἰλοῦ ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Πρόδρομος, οἶκος ἦν τοῦ Ἰλοῦ Μαγίστρου πολλὰς ἀρχὰς διανύσαντος μετὰ πολλῆς δόξης ἐν χρόνοις τοῦ Λεομαχέλου καὶ Ζήνωνος, *ædes S. Joannis Præcurſoris Illi cognomen adepta, domus extitit Illi Magiſtri, qui præclaris multiſque functus eſt dignitatibus ſub Leone Macela & Zenone.* Addunt alio loco eædem Origines a S. Hypatio ædificatam hanc ædem: Ὁ δὲ ἅγιος Ὑπάτιος ἐκτίσε παραδέδωκεν αὐτῷ τόπον, καὶ ἀνήγειρε τὸν τετραυτλωμονλιὸν. Quæ verba abſunt a Codino pag. 63. E. R.

IX. S. JOANNIS BAPTISTÆ Eccleſia vetus ædificata fuit a Conſtantino M. ejus vero ædificium muris terreſtribus incumbebat. Ita Origines CP. ineditæ: Τὸν δὲ Πρόδρομον τὸν παλαιὸν ἀνήγειρεν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος· τὸ δὲ κτίσμα ἠκολούμβιζεν εἰς τὸ χερσαῖον τεῖχος, quæ verba intervertit perperamque accepit Codinus p. 61. E. R. niſi male legerit eruditus interpres, τὸν δὲ παλαιὸν λεγομένον πόρταν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρε· καὶ ἕως ἦν τὸ ἀρχαῖον, καὶ παρ' αὐτοῦ κτιδὶν χερσαῖον τεῖχος.

X. S. JOANNIS BAPTISTÆ Monaſteriolum, a Græcis ſanctimonialibus inhabitatum, Eccleſiæ τῶν Παμμακαρίστου juxta Blachernas contiguum, poſt captam a Turcis urbem ſubſtitiſſe auctor eſt Cruſius ad Malaxum p. 189. Illud idem quod Phranzes lib. III. cap. XIX. *in Trullo* ſtetiſſe ait, ubi habita Juſtiniano Rhinotmeto imperante Quiniſexta Synodus, quam Gennadius Scholarius Patriarcha CP. Urbe a Turcis capta, ſanctimonialibus, quæ in Παμμακαρίστου erant, adſignavit, cum hanc ædem ſibi in Patriarchium delegiſſet. Ita Phranzes lib. III. cap. XIX.

XI. S. JOANNIS BAPTISTÆ Monaſterii, Valentis, ſeu Οὐάλεντος nuncupati, Abbas Martyrius cum aliis Urbis Epiſcopis Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena interfuit.

XII. S. JOANNIS BAPTISTÆ Monaſterium in Petrio celeberrimum fuit, de quo etſi quædam a me obſervata ſciam ad Alexiadem pag. 249. E. R. ea hoc loco placet retexere. Μονὴν τῆς Πέτρας, & Πέτραι, & Πέτριον appellari a ſcriptoribus Byzantinis conſtat. Sanctimonialium fuiſſe docet Anna Comnena lib. II. Alexiad. p. 54. E. R. καὶ περιορισθῆναι παρακλάδι μετά τι τῆς δυγατέρων δῆθεν γυμφῶν αὐτῆς εἰς τὸν ἀγχοῦ τῆς Σιδηρᾶς διακαμένου γυναικίαν μονὴν τῆς Πετρίων, *& relegari præcipit una cum filiabus ipſius in vicinum Sideræ Monaſterium Petriorum.* Apud Zonaram p. 183. & 185. E. R. & Scylitzem p. 729. E. R. in Romano Argyropulo, Theodora Auguſta εἰς τὸ Πέτριον περιορίζεται, *in Petrium ablegatur*, & in Monacham attondetur. Zonaras: Ἡ δὲ Βασιλὶς Ζωὶ ἀφικομένη εἰς τὸ Πέτριον τὸν ἑαυτῆς ἀδελφὸν ἀπεκαρεῖ μοναχόν. Jam vero ſancto Præcurſori dicatam palam eſt ex Codino de Offic. cap. XV. nu. XI. & XV. qui κατὰ τὸ γενίσιον, & ἀπὸ τοῦ ἀπομείνου, τοῦ τιμίου Προδρόμου εἰς τὸν ἐπ' ὀνόματι τιμωμένου σεβασμίαν μονὴν αὐτοῦ τῆς Πέτρας procedere ſolitum Imperatorem ait. De loci ſitu, id conſtat ad muros urbis maritimos ad Fretum Sycenum, haud procul a Blachernis, extitiſſe, quod ex ſcriptoribus abunde probatum eſt ad Alexiadem. Vide templum Aetii, infra.

XIII. S. JOANNIS BAPTISTÆ ædem, τὸν Πρόδρομον τὸ Πρόβου, dictam, ædificavit Probus Patricius, unus e XII. Senatoribus quos ſecum Byzantium adduxerat Conſtantinus M. quam quidem poſtea Conſtantinus Copronymus in ἐργοδόσιον convertit, quod Probi appellationem retinuit. Codinus pag. 53. E. R.

XIV. S. JOANNIS BAPTISTÆ ædes in Sphoracii tractu, memoratur in Synaxariis ad XIV. Februarii, & XXIV. Junii, & in ea celebratum feſtum Inventionis capitis ejuſdem ſancti Præcurſoris, ut & illius natalitia, dicitur: τελεῖται δὲ ἡ τοιαύτη σωτέξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ φροντιστίῳ, τῷ ὄντι ἐν τοῖς Φωραΐκιου, ubi legendum Σφωραΐκιου. Agebatur etiam in hac æde commemoratio ejuſdem Sancti, quæ poſtridie Theophaniorum a Græcis celebratur ſeptimo Januarii. Eadem forte fuit ædes quam ab eodem Sphoracio ædificatam ſcribit Codinus pag. 42. E. R. τὸν Πρόδρομον τὸν εἰς τὸν Κόγχλον, ὁ αὐτὸς Σφωράκιος ἀνήγειρεν, ubi Origines CP. MSS. addunt, τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Θεολόγου τυγχάνοντα, *cum prius eſſet templum S. Joannis Theologi.*

Edit. Paris. pag. 103.

XV. S. JOANNIS BAPTISTÆ Monasterium, ΤΟΤ ΣΤΟΤΔΙΟΤ appellatum, a Studio viro Patricio conditore nomen sumpsit. Michael Studita in vita Theodori Studitæ, cujus Græca non sunt ad manum: *Venerat ab Urbe Roma vir genere & opibus præstans, Studius nomine, Eupreprium lingua nostra vocare solet, qui & Patricii & Consulis honorem fuerat adeptus. Hic cum in hac urbe domicilium collocasset, præclarum hoc templum magno Præcursori posuit.* At qua is ætate vixerit, haud omnino constat inter scriptores. Glycas Studium ait fuisse ex XII. Senatoribus qui Roma Byzantium cum Constantino M. migrarunt. Studium Comitem rerum privatarum sub Arcadio Imperatore ann. Christi CCCCI. & CCCCIV. habent Leges aliquot Codicis Theodosiani, ad quem extat Chrysostomi Epistola, qua eum consolatur de morte fratris: hunc Præfectum Urbi indigitat Palladius in vita Chrysostomi pag. 27. edit. Bigotianæ: tertius denique memoratur Studius, qui Consul fuit anno Christi CCCCLIV. qui Pantaleoni de Miraculis S. Michaelis, ὁ σιβὴς καὶ περίβλεπτος ὕπατος dicitur, proinde is cujus meminit Michael Studita; a quo Monasterium conditum est, quod de ejus nomine Στουδία, *Studii* nuncupatum fuit. Theophanes anno VI. Leonis M. & ex eo Cedrenus: Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ Στούδιος τὸν ναὸν ἔκτισε τῷ Προδρόμῳ, καὶ Μοναχὸς ἐκ τῆς μονῆς τῶν Ακοιμήτων ἐν αὐτῷ κατέστησεν. *Hoc etiam anno Præcursoris templum Studius ædificavit, & Monachos ex Acœmetorum Monasterio in eo constituit.* Theodorus Lector Ecl. I. Ἐπὶ Γενναδίου (Πατρ. ΚΠ.) Στούδιος ἔκτισε τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου, καὶ μοναχοὺς ἐκ τῶν Ακοιμήτων ἐγκατέστησεν. Suidas: Στούδιος, δυνατὸς, ὃς καὶ τῷ περιβόητον μονὴν ἔκτισεν. Continuator Theophanis lib. I. num. IX. καὶ τὸν θεῖον τοῦ Προδρόμου νεὼν, ὃν ὁ Στούδιος ἐκ βάθρων ἀνήγειρεν, &c. Denique Codinus: τὰ Στουδίου Στούδιος Πατρίκιος ἔκτισε, ἐν ταῖς χρόνοις Λέοντος τοῦ Μακέλλα, καὶ κτήσματα πολλὰ ἐπεκύρωσε, καὶ μοναχοὺς χιλίους ἀπέκαρε. *Monasterium Studii Studius Patricius condidit Leone Macela imperante, & plurimis ditavit possessionibus, atque monachos mille in eo instituit.* Hujus præterea Studii meminit Justinianus in Novella LIX. At priusquam Monasterium fieret, Parochialis ædes fuerat. Suidas: ἡ τῶν Στουδιτῶν μονὴ πρότερον καθολικὴ ἐκκλησία ἦν ὕστερον δὲ μετῆλθεν εἰς μονήν, *Studitarum Monasterium, Ecclesia fuit primum parochialis, priusquam in Monasterium converteretur.* Vulgo appellatur μονὴ τοῦ Στουδίου, vel τῶν Στουδίου, *Monasterium Studii*, in Historia Legationis Humberti Cardinalis ad Constantinum Monomachum, vel denique τῶν Στουδίων, ut habet Theophanes pag. 407. Edit. Reg. Extitit autem in XII. regione prope portam Auream. Chronicon Alexandr. in Heraclio pag. 908. Edit. Reg. Ἐτελεύτησε ὁ Βόνος ὁ τῆς ἀοιδίμου μνήμης γενόμενος Μάγιστρος, ἐτάφη δὲ τὸ λείψανον αὐτοῦ εἰς τὸ σεπτὸν μοναστήριον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου ἐπονομαζόμενον τῶν Στουδίου, πλησίον τῆς Χρυσῆς πόρτας. *Obiit Bonus inclytæ memoriæ Magister, & depositum est illius corpus in venerando Monasterio S. Joannis Præcursoris, quod Studii appellatur prope Portam Auream.* Ita Cedren. p. 485. E. R. Ὁ δὲ τύραννος διὰ τῆς Χρυσῆς πόρτης εἰσεμβαλὼν ὑπό τε τοῦ στρατοῦ, καὶ δήμου, καὶ τῆς συγκλήτου, ἦλθεν εἰς τὸν ἐν τοῖς Στουδίοις τοῦ Προδρόμου, ναόν. *Tyrannus vero per Portam Auream ingressus, exercitu, populoque & senatu faustis acclamationibus prosequente, ad ædem Præcursoris, quæ Studii dicitur, pervenit.* Neque alio statuitur loco a Nicephoro Bryennio lib. I. num. I. Κατεβὰν δὲ τούτοις ἡ μονὴ τοῦ Στουδίου ἀφώρισε, δυοῖν ἕνεκα, τὸ μὲν ἵνα καὶ πρὸς ἀρετὴν ἐπαλείφοιντο τῇ μιμήσει τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν. τὸ δ' ἵνα ἔχοιεν εὐχερῶς ἐξιέναι τῆς πόλεως, ὁπηνίκα τι ἀπιέναι, ἢ τοῖς ὅπλοις γυμνάζεσθαι. *Diversorium illis assignatum est in Monasterio Studii duabus de causis. Primum ut ad virtutem exemplis virorum præstantium informarentur: deinde ut facilem haberent exitum ex Urbe, quoties vel venationis vel exercitationis ergo prodire ipsos oporteret;* Codinus pag. 12. Edit. Reg. Monasterium Studii Monasterio Icasiæ vicinum facit. Sed an οἶκοι τοῦ Στουδίου, seu *ædes Studii appellatæ* in Chronico Alexandrino, an. Leonis VIII. in eadem regione steterint, qua Monasterium Studii, non bene constat: etsi ex iis quæ ibi narrantur, haud procul ab Hippodromo eas extitisse conjectari licet. Monasterium Studianum Franci post captam Urbem pene destruxerant, sed rursum instauravit Constantinus Palæologus Porphyrogenitus, Andronici Senioris Imperatoris frater. Gregoras lib. VI. pag. 133. Edit. Reg. καὶ τῷ νεῷ τοῦ Στουδίου λαμπρὸν ἐπιθεὶς τὸν ὄροφον, (ἠρήμωται γὰρ ὁ χῶρος ἐκεῖνος παρὰ Λατίνων, καὶ μηλόβοτος ἦν ἐκ πολλοῦ) ἔπειτα τεῖχός περιμήκη φραγμὸν καὶ περίβολον, καὶ πολλοῖς τοῖς ἀναλώμασιν εἰς μοναζόντων κατέστησεν ἀσκητήριον. *Tum etiam templo Studii splendidum tectum addidit (locus enim is desolatus erat a Latinis, & longo jam tempore oves pascebat) & firmo muro circumducto, magnis impensis Monachorum habitationi accommodavit ædificium.* Monasterii Studiani descriptionem olim exaraverat Theodorus Studita, cujus meminit Gretzerus in Horto S. Crucis p. 249 o. sub quo quidem Theodoro Abbate, monachorum numerum millenarium excessisse scribit auctor Vitæ S. Nicolai Studitæ pag. 299. edit. Combefisii. Ita etiam Origines CP. MSS. τὰ δὲ Στουδίου ἔκτισε Στούδιος ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Λεομακέλλου ἐν ᾧ ἀφοσιούρωτα κτήματα πολλὰ ἐξ χιλίων μοναχῶν μοναστήριόν τε ἐποίησεν. Studianum Monasterium, inquit Gyllius lib. IV. cap. IX. nunc non extat, sed est translatum in religionem Mahumetanam, in cujus vestibulo sunt IV. columnæ cum trabeatione egregie laborata. In interiori parte ædium utrinque columnæ sunt, VII. virides nigris maculis, velut fragmentis alterius generis lapidum insertis distinctæ; quarum perimeter est VI. pedum & VI. digitorum. Denique earum ratio capitulorum, epistyliorum opere Corinthio elaborata, eadem est quæ columnarum vestibuli. Supra illas sex totidem existunt columnæ in parte ædis superiore. In area ædis Studianæ est cisterna, cujus lateritias *pag. 104.* cameras sustentant viginti tres columnæ excelsæ Corinthiæ. Extra urbem olim fuit Studianum Monasterium, nunc est intra urbem, juxta viam qua itur ex columna Arcadii ad portam VII. turrium; quas claudit murus urbis habens portam nunc obstructam, olim patentem. Crebra porro apud scriptores mentio occurrit Monasterii Studiani, præsertim vero Monachorum & Abbatum vitæ sanctitate & doctrina illustrium, qui ex eo prodiere; unde περιφανὴς καὶ περίδοξον τῆς ἀριστῆς παιδευτήριον appellatur in vita Nicolai Studitæ, apud Wibertum in vita Leonis IX. PP. lib. II. cap. IX. Michaelem Studitam in vita sancti Theodori Studitæ, & Anonymum in vita sancti Nicolai Studitæ editum a Combefisio pp. 895. 930. 950. & in Synaxariis, præterea apud Scylitzem pp. 752. 812. E. R. & in Menæis & Menologio Basilii XI. Nov. apud Ducam cap XX. pag. 54. &c.

XVI. S. JOANNIS BAPTISTÆ, seu τοῦ ἁγίου Προφήτου Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, πλησίον τοῦ Τάφου memoriam agunt Græci XXIV. Januarii. Sed quid per Τάφον intelligant, non percipio, nisi ædes fuerit adjuncta sepulcro Dominico in Locis sanctis.

XVII. S. JOANNIS BAPTISTÆ ædes duas præterea recensent Porphyrogenitus in Basilio cap. LIV. & Scylitzes pag. 587. E. R. quarum unam ἐν τῇ Στροβιλαίᾳ, seu ut habet Scylitzes, ἐν τῷ Στροβίλῳ, a fundamentis excitavit, alteram ἐν Μακεδονιαναῖς potiori parte erexit, idem Basilius. Judæorum στροβιλιοῦ meminit Novella Manuelis Comneni de Immobilibus Magnæ Ecclesiæ, sic nempe dictorum, quod in *Strobilo* manerent, tractu forte urbis sic nuncupato.

In hisce porro Divo Præcursori sacris ædibus varias ejusdem asservatas olim reliquias par est credere, quæ capta a nostris Urbe in Galliam potissimum allatæ sunt, uti in laudato tractatu no-

stro Historico de Capite sancti Joannis Baptistæ pluribus docuimus: has inter extitit haud dubie osticulum ex manus vola, seu carpo, in manu ærea deaurata inclusum, quod in Monasterio sanctæ Magdalenæ Castellodunensi Ordinis Canonicorum Regularium sancti Augustini religiose colitur, ex cujus inscriptione in ipsa manus & brachii commissura, insignem hanc reliquiariam thecam fuisse olim doctissimæ ac nobilissimæ Annæ Comnenæ Porphyrogenitæ, Alexii Imp. filiæ, colligimus: quam quidem cum post editum supra dictum Syntagma a R. P. Claudio *Du Molinet*, sanctæ Genovefæ Paris. Canonico Regulari, viro doctissimo & rei antiquariæ perquam studioso, serius essem nactus, hic describere, ne posteritati pereat, operæpretium duxi.

Ο ΚΑΡΠΟΣ ΟΣΤΟΥΝ Η ΔΕ ΧΕΙΡ ΧΡΥΣΗ ΠΟΘΕΝ;
ΕΚ ΤΗΣ ΕΡΗΜΟΥ ΚΑΡΠΟΣ ΕΚ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗΣ.
ΧΡΥΣΗ ΠΑΛΑΙΣΤΗ ΧΡΥΣΟΔΑΚΤΥΛΟΣ ΞΕΝΟΝ
ΟΣΤΟΥΝ Ο ΚΑΡΠΟΣ ΕΚ ΦΥΤΟΥ ΤΟΥ ΠΛΟΔΡΟΜΟΥ.
ΤΗΝ ΧΕΙΡΑ ΔΩΙ ΓΑΝΩΣΕ ΤΕΧΝΗ ΚΑΙ ΠΟΘΟΣ
ΑΝΝΗΣ ΑΝΑΣΣΗΣ ΕΚΓΟΝΟΥ ΤΗΣ ΠΟΡΦΥΡΑΣ.

Id est,

Carpus est os, manus vero aurea, unde?
Ex eremo carpus, ex Palæstina.
Aureus palmus, & aurei digiti, aliunde,
Os seu carpus est ex planta Præcursoris.
Manum vero illi exornavit ars & affectus
Annæ Imperatricis Porphyrogenitæ.

XVIII. JOB Monasterii Abbates Conciliis interfuisse leguntur cum cæteris urbis Episcopis, ac Domnus quidem ἀρχιμανδρίτης μονῆς τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Ἰωὴβ, Concilio Constantinopolitano ann. DXVIII. Theodorus vero ἡγούμενος μονῆς Ἰωὴβ Concilio Constantinopolitano sub Mena.

XIX. JONÆ Monasterii seu μονῆς τῆς Ἰωνᾶ, Hegumenus Phocas subscripsit in Concilio Constantinopolitano sub Mena, cum cæteris urbis Abbatibus.

XX. SS. MACABÆORUM ædem in Sycæno oppido stetisse ipsius Heraclii A. temporibus docet Chronicon Alexandrinum anno illius XIV. Ἐλθόντων πλησίον τοῦ σεβασμίου οἴκου τῆς ἁγίων Μακκαβαίων πέραν ἐν Συκαῖς, *ad sacram sanctorum Macabeorum ædem trans urbem apud Sycas venientibus*. Horum festum agunt Græci 1. Augusti.

XXI. S. SAMUELIS Prophetæ Ecclesia juxta Hebdomum fuit, in quam illatæ ejusdem sancti Prophetæ reliquiæ sub Attico Patriarcha, ut est apud Theodorum Lectorem Ecl. II. pag. mihi 191. Ἐπὶ Ἀττικοῦ πατριάρχου ἱδρύθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου Σαμουὴλ, ἃ ἀπετέθησαν ἐν τῷ Προφητείῳ αὐτοῦ πλησίον τοῦ Ἑβδόμου, πρὸ δώδεκα Καλανδῶν Ἰουλίων. Factam hanc reliquiarum sancti Samuelis translationem Indict. IV. Arcadio Aug. VI. & Probo Coss. XIV. Kalend. Julias annotat Chronicon Alexandrinum pag. 715. E. R. Καὶ αὐτῷ τῷ ἐνιαυτῷ ἐκομίδη τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου Σαμουὴλ ἐν Κωνσταντινουπόλει διὰ τῆς Χαλκηδονησίας Σκάλας, μηνὶ Ἀρτεμισίῳ πρὸ ιδ'. Καλανδῶν Ἰουνίων, προηγουμένου Ἀρκαδίου Αὐγούστου καὶ Αἰθημίου Ἐπάρχου Πραιτωρίων καὶ ὑπάτων, Αἰμιλιανοῦ Ἐπάρχου πόλεως, καὶ πάσης τῆς συγκλήτου, ὅπερ ἀπετέθη πρός τινα χρόνον ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. Ejusdem translationis meminit sanctus Hieronymus adversus Vigilantium cap. 11. *Sacrilegus dicendus est & nunc Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Judæa transtulit in Thraciam? Omnes Episcopi non solum sacrilegi & fatui judicandi, qui rem vilissimam & cineres dissolutos in serico & vase aureo portaverunt? Stulti omnium Ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis Reliquiis, & tanta lætitia quasi præsentem viventemque Prophetam cernerent, susceperunt, ut de Palæstina usque Chalchedonem jungerentur populorum examina, & in Christi laudem una voce resonarent?* Meminit etiam ejusce translationis Sigebertus ann. CCCCVI. Corruit vero Ecclesia sancti Samuelis eo terræ motu qui anno XXXI. Justiniani Magni accidit, ut est apud Theophanem pag. 196. E. R.

XXII. S. ZACHARIÆ Monasterium sancta Dominica Carthagine Constantinopolim profecta, Leone M. & Zenone imperantibus, & a Nectario Patriarcha perhumaniter excepta, condidit, cui & ipsa præfuit, ut est in Menologio, quod Basilii Porphyrogeniti nomen præfert, ad X. Januarii. Meminit auctor Vitæ sancti Auxentii Archimandritæ n. LXVI. templi S. Zachariæ in suburbano, quod Theatrum dicebatur. Observant denique Menæa ad XII. Januarii memoriam celebrari sancti Petri τοῦ σημηφόρου, ἐν τῷ ἁγίῳ Ζαχαρίᾳ τῆς πέτρινας κεμήλης, ubi mendum indubie subest.

V.

ÆDES SACRÆ SANCTIS APOSTOLIS DICATÆ.

I. SANCTORUM APOSTOLORUM templum, omnium quæ in urbe extiterunt, post Sophianum, celeberrimum ac pulcherrimum, exstruxit Constantinus Magnus, ut in eo Imperatores Christiani post obitum humarentur. Theophanes pag. 21. E. R. de Helena matre Constantini: Ἐτάφη δὲ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὃν ἔκτισεν ὁ υἱὸς αὐτῆς Κωνσταντῖνος εἰς τὸ θάπτεσθαι τοὺς φιλοχρίστους Βασιλεῖς Χριστιανούς. *Sepulta est in templo sanctorum Apostolorum Constantinopoli, quod filius ejus Constantinus ædificaverat, quo ibi post obitum humarentur Imperatores Christiani.* Ejusdem ædis conditorem Constantinum Magnum agnoscunt præterea Eusebius lib. IV. de Vita Constantini cap. LVIII. Socrates lib. I. c. XVI. Alexander Monachus de Inventione sanctæ Crucis, Cedrenus, Zonaras, Codinus & alii passim. Quanta vero fuerit ædis amplitudo, quæve illius elegantia, multis prosequitur idem Eusebius lib. IV. de Vita Constantini cap. LIX. quæ consulto prætereo, ut & atria, & porticus, & ædificia quæ ædem ambiebant, aut ei erant adjuncta. Codin. pp. 38. & 73. E. R. templum Apostolorum Constantinianeum δρομικὸν fuisse ait & ξυλόστεγον: at Gregorius Nazianzenus in Carmine IX. de Somnio Anastasiæ, πλευραῖς σταυροτύποις τέτρακα τεμνόμενον fuisse satis indicat, proindeque in Crucis formam ædificatum, uti postmodum Justinianeum: deinde Eusebius tradit χαλκόστεγον fuisse, ita ut vix ulla videatur fides præstanda Græculis istis inferioris ævi. Sacri porro istius loci religionem auxere plurimum depositæ in eo SS. Andreæ, Lucæ, & Timothei Apostolorum reliquiæ, Constantio imperante, ac Timothei primum, deinde SS. Andreæ & Lucæ. De Timothei reliquiis ita Idacius ad Consulatum Constantii VIII. & Juliani Cæsaris: I. *His Coss. introierunt Constantinopolim reliquiæ Apostoli Timothei die Kal. Jun.* Chronicon Alexandrinum: Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων μηνὶ ταυρίῳ ά. Τιμοθέου τοῦ ἁγίου μαθητοῦ γενομένου Παύλου τοῦ Ἀποστόλου Ἐπισκόπου τε ὡραίου χειροτονηθέντος ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας, τὰ λείψανα ἐκομίδη ἐν Κωνσταντινουπόλει σὺν πάσῃ τιμῇ, καὶ ἀπετέθη εἰς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους ὑπὸ κάτω τῆς ἁγίας τραπέζης. *His Consulibus mense Panemo, die I. S. Thimothei discipuli quondam S. Pauli Apostoli, & primi Ephesi in Asia creati Episcopi, reliquiæ Constantinopolim cum summa veneratione delatæ sunt, & in æde sanctorum Apostolorum sub ipso sacro altari repositæ.* Anno vero sequenti illatæ SS. Andreæ & Lucæ in urbem reliquiæ. Idacius ad Consulatum Constantini IX. & Juliani Cæsaris II. *His Coss. introierunt Constantinopolim reliquiæ SS. Apostolorum Andreæ & Lucæ die V. Non. Mart.* Chronicon Alexandrinum: Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων μηνὶ Δίστρῳ, ἰδρύθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ λείψανα τῶν ἁγίων Λουκᾶ καὶ Ἀνδρέου τῶν Ἀποστόλων, σπουδῇ

Edit. Paris. pag. 105.

Κωνσταντίου τοῦ Αὐγούστου, μετὰ σπουδῆς καὶ θεοσεβείας, ψαλμωδίας τε καὶ ὑμνολογίας, καὶ ἀποτίθη εἰς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους· *His Coss. menſe Diſtro die* III. *Conſtantinopolim illatæ ſunt reliquiæ ſanctorum Lucæ & Andreæ Apoſtolorum cura Conſtantii Auguſti cum veneratione & cultu, pſalmis & hymnis, depoſitæque ſunt in æde ſanctorum Apoſtolorum*. Eæ porro reliquiæ ſanctorum Andreę & Lucę curante Artemio Duce & Auguſtali Alexandriæ, qui poſtmodum martyrii coronam adeptus eſt ſub Juliano, Conſtantinopolim allatæ ſunt, uti pluribus narrant Acta Artemii, Metaphraſtes in Vita ſancti Lucæ, quæ habetur ad calcem operum Oecumenii, ejuſdem Acta edita a Combefiſio pag. 517. Zonaras p. 20. E. R. Cedrenus p. 269. E. R. Synaxaria ad XXX. Novemb. Nicephorus Call. lib. X. c. XI. &c. Agunt præterea de hac translatione Philoſtorgius lib. III. cap. II. Theodorus Lector Ecl. II. Paulinus Natali XI. Menologium Sirleti XXII. Jan. & Hieron. in Chron. & adverſus Vigil. c. II. qui ſub Conſtantino peractam videtur innuere his verbis: *Sacrilegus fuit Conſtantinus Imperator, qui ſanctas reliquias Andreæ, Lucæ & Timothei tranſtulit Conſtantinopolim*. Narrat Cavaccius, Roſio Patavii in Italia Epiſcopum agente ſub ann. DCCCLXX. a Presbytero, cui incumbebat Eccleſiæ ſanctorum Apoſtolorum cuſtodia, corpus ſancti Lucæ Evangeliſtæ, & reliquias ſancti Matthiæ Apoſtoli ſubtractas, ac Patavium delatas in templo ſanctæ Juſtinæ conditas fuiſſe: qua de re pluribus etiam agit Angelus Portenarius lib. III. de Felicitate Patavina capp. XII. XIV. XVI. & XIX. Corpus vero ſancti Andreæ a Petro Capuano Cardinali Legato Sedis Apoſtolicæ, capta a Francis urbe, Conſtantinopoli delatum, & Amalphitanæ Eccleſię conceſſum fuiſſe ſcribit Ughellus in Archiepiſcopis Amalphitanis n. XII. Ejuſdem ſancti Brachium in Eccleſiam ſancti Dionyſii Vergiacenſem in Burgundiæ Ducatu translatum teſtatur Necrologium ejuſdem Eccleſiæ, hiſce verbis: *Obiit Gilla Domina Vergeii, quæ dedit huic Eccleſiæ vas in quo reponitur corpus Domini, & brachium S. Andreę*.

Edit. Pariſ. pag. 105.

At ædis Apoſtolorum conditorem non Conſtantinum, ſed Conſtantium illius filium agnoſcere videtur loco laudato Philoſtorgius, ubi has ſanctas reliquias ab eo illatas ſcribit αἰ δὲ ναὸν, ὃν ἐξεκόσμησατο, τὸν κοινὸν τῶν Ἀποστόλων ἐπιφερόμενον ὄνομα. His conſona tradunt Acta ſancti Lucæ a Combefiſio nuper edita p. 518. Sed renovatam tantum & inſtauratam, vel certe dedicatam, ſeu ædis encænia facta ab eodem Conſtantio ex Philoſtorgio licet opinari: Ἐπὶ Κωνσταντίου ἐσήλθον ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ λείψανα τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Τιμοθέου μὲν πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἰουλίων, Ἀνδρέου δὲ καὶ Λουκᾶ πρὸ πέντε Νόνων Μαρτίων, καὶ κατετέθησαν ἐν τῷ ὑπ' αὐτὸν ἐγκαινισθέντι ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων· *Conſtantio imperante illatæ ſunt Conſtantinopolim reliquiæ ſanctorum Apoſtolorum Timothei* VIII. *Kal. Jul. Andreæ vero & Lucæ* V. *Non. Mart. & depoſitæ ſunt in renovata ab illo ſanctorum Apoſtolorum æde*. Præterea Zonaras ædem Apoſtolorum a Conſtantio ędificatam diſerte tradit: Ὁ μὲν γὰρ ἐκ πρώτου τοῖς Ἀποστόλοις ἐκκλησίαν ναὸν παρὰ Κωνσταντίου τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου δεδομημένος, οὐχ οἵῳ δ' ὁ νῦν ἐστὶ, πολλῷ δὲ τούτου καὶ πρὸς κάλλος καὶ πρὸς ὄγκον λειπόμενος· *Fuerat quidem prius ibi ædes Apoſtolis ſacra, a Conſtantio ædificata, non tamen huic quæ nunc extat ſimilis, ſed ea & magnitudine & elegantia multo inferior*. Ex quibus emendandus videtur Procopius lib. I. de Ædif. cap. IV. ubi utraque Græca editio præfert Κωνσταντῖνον βασιλίᾳ ædem ſanctorum Apoſtolorum nomini & gloriæ ædificaſſe, decreto additо, ut in eo ipſe & ſucceſſores humarentur, οὗ δὴ καὶ Κωνσταντῖνος τὸν πατρὸς ἔθετο νεκρὸν, *ubi & cadaver patris poſuerat*: quæ extrema verba de Conſtantio intelligenda ex infra dicendis ſatis conſtabit. Ex illatis porro in hoc templum ſanctorum Andreæ & Lucæ reliquiis, ſanctorum Apoſtolorum nomen demum ſumpſiſſe par eſt credere, ſiquidem illud ſit quod ſanctę Trinitati dicatum fuiſſe tradit Cod. p. 62. E. R. Ὡσαύτως δὲ τῷ ἁγίᾳ Τριάδι, τῷ οὔσαν εἰς τὸ Ἐξωκιόνιον, τῷ νῦν ἁγίων Ἀποστόλων ὀνομαζομένῳ. *Ædem pariter ſanctæ Trinitatis, in Exocionio, quæ nunc ſanctorum Apoſtolorum dicitur*, condidit Conſtantinus, & collapſam Juſtinianus reſtauravit. Nam Exocionium in undecima Urbis regione, ut & *Martyrium Apoſtolorum*, extitit, uti ſuo loco indicatum. Proinde cum Philoſtorgius ait ἐγκαινισθῆναι ædem a Conſtantio, id intelligendum videtur non modo de reſtaurata, vel confecta æde, ſed etiam de mutatione appellationis, vel tituli, cum demum ſanctorum Apoſtolorum templum appellari voluerit. Id plane prodit auctor Chronici Alexandrini pag. 670. E. R. quo loco ſcribit Conſtantinum Magnum humatum fuiſſe ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Ἀνδρέου, καὶ Λουκᾶ τοῦ Εὐαγγελιστοῦ, καὶ Τιμοθέου μαθητοῦ Παύλου, καὶ Ἀποστόλου, *in æde ſanctorum Apoſtolorum Andreæ & Lucæ Evangeliſtæ, & Thimothei diſcipuli Pauli, & Apoſtoli*. Quibus conſona habet Idacius in Faſtis Coss. ubi agit de Encæniis hujus ædis, quæ facta ſunt anno V. Valentiniani: *His Coss. dedicata eſt Eccleſia, ubi beati Apoſtoli poſiti ſunt*, V. *Id. April.* At dedicationis iſtius, ſeu encæniorum ædis Apoſtolorum cauſam non tradunt, opinor, ſcriptores, quæ ad ſupradictum annum & diem revocat pariter Chronicon Alexandrinum p. 702. E. R. Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων καθιερώθη ἐκκλησία τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐν Κωνσταντινουπόλει μιᾷ Ξανθικῷ πρὸ πέντε Ἰδῶν Ἀπριλίων. Et Marianus Scotus: *Conſtantinopoli Martyrium Apoſtolorum dedicatur*. Verum cum Euſebius, Socrates, & alii e vetuſtioribus ſcriptoribus diſerte tradant ædem ipſam ſanctis Apoſtolis ſacraſſe ac dicaſſe Conſtantinum Magnum, neſcio an potior videatur ſententia Conſtantinum hanc ędificaſſe quidem, ſed confectam demum a Conſtantio, qui illius encænia celebraverit. Certe omnibus Apoſtolis ſacram fuiſſe refert Procopius lib. I. de Ædif. c. IV. Ἦν τις ἐν Βυζαντίῳ ἐκ παλαιοῦ τοῖς Ἀποστόλοις πᾶσι ἄπασι, *erat Byzantii vetuſta quædam ædes, cunctis dicata Apoſtolis*, &c.

Hanc Juſtinianus Imperator funditus demolitus, non ſolum inſtaurare ſtuduit, ſed majorem etiam facere & pulchriorem: & in formam crucis ædificavit, in cujus medio ingentem ſtatuit teſtudinem, Sophianæ omnino ſimilem, præterquam quod ædis Apoſtolorum teſtudini nullæ ſuberant feneſtræ. Forma vero ædis & elegantia pluribus ibidem deſcribuntur a Procopio. Juſtinianum etiam ædis Apoſtolorum conditorem, ſeu reſtauratorem agnoſcunt Evagrius lib. IV. cap. XXX. & ſcriptor Actorum S. Lucæ. Scriptores autem alii a Theodora Juſtiniani conjuge exſtructam volunt. Zonaras pag. 53. E. R. Ἡ δὲ βασιλὶς Θεοδώρα τὸν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων περίφημον ναὸν ἐδομήσαντο· *Imperatrix vero Theodora tunc SS. Apoſtolorum templum ędificavit*. Conſtantinus Manaſſes, de Theodora: *pag. 107.*

Αὐτὴ ναὸν ἀνήγειρεν ἀπὸ ῥιζῶν ἐκάτων
Τοῖς τῆ Κυρίῳ μαθηταῖς, μετὰ τὸν σωτῆρα σωτῆρ·
Γλαυκόφωτον ἂν εἴποι τις ἐν τοῖς ναοῖς σελήνῃ,
Εἰς κάλλος διάτρισσον τῷ λαμπρυγεῖ ἡλίῳ·

Hæc a fundamentis templum Diſcipulis Chriſti condidit, poſt primum illud facile principem ſibi locum vindicans. Appellare quis haud inſulſe poſſit inter alia templa cæruleo ſplendentem lumine Lunam: quod ſecundum Solem pulchritudine ſua ſecundas ferat. Iiſdem conſentanea tradit Glycas: verum id ex vulgaribus recentiorum Græcorum relationibus hauſiſſe videntur. Tradit quippe Codinus pag. 73. E. R. Theodoram ædem SS. Apoſtolorum renovaſſe, curaſſeque ut Lycus amnis iſthac ſubterflueret, magnis fundamentis & ingentibus lapidibus ibi poſitis: ædificatam autem ad formam ædis S. Joannis Evangeliſtæ quæ Epheſi erat. Certe Procopius lib. V. de Ædif. cap. I. auctor eſt Epheſinam ædem a Juſtiniano conditam, forma omnino ſimilem fuiſſe ædi Apoſtolorum Conſtantinopolitanæ ab eodem ædificatæ. Quod vero præter alias nugas, quas conſulto prætereo, ſubdit Codinus, ædis Apoſtolorum facta encænia, antequam Sophiana

phiana dedicaretur, falsum est omnino: siquidem post excessum Theodoræ, qui anno Christi DXLVIII. contigit XXI. Justiniani, facta Apostolorum ædis encænia scribit Theophanes, anno scilicet XXIII. ejusdem Augusti, XXVIII. Julii, feria III. τῷ δὲ Ἰουλίῳ μηνὶ κη'. ἡμέρᾳ γ'. γέγονε τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ ἡ κατάθεσις τῆς ἁγίου λειψάνων Ἀνδρέου, Λουκᾶ, καὶ Τιμοθέου τῆς ἁγίων Ἀποστόλων. *Cæterum Julio mense, die* XXVIII. *feria* III. *facta sunt encænia ædis SS. Apostolorum, & depositio sanctarum reliquiarum Andreæ, Lucæ, & Timothei SS. Apostolorum.* Encæniorum vero ceremoniam attigit etiam ibidem Theophanes: καὶ διῆλθεν ὁ Ἐπίσκοπος Μηνᾶς μετὰ τῆς ἁγίων λειψάνων καθήμενος ἐν ὀχήματι χρυσῷ βασιλικῷ ἐλαλίδῳ, κρατῶν τὰς τρεῖς θήκας τῆς ἁγίων Ἀποστόλων εἰς τὰ γόνατα αὐτοῦ, ἐτῶν ἐποίησε τὰ ἐγκαίνια. *Et processit Episcopus Menas cum sanctis reliquiis sedens in curru aureo imperatorio gemmis distincto, gestans supra genua tres thecas SS. Apostolorum, sicque encænia celebravit.* Quam quidem pompam, ut & processum publicum, prodit etiam Procopius: πομπήν τε αὐτοῖς καὶ πανήγυριν ἐπιτετελικότες, τῇ τε περὶ αὐτὰς τιμῇ ἐξεσιωσάμενοι τὰ ἐωθότα, καὶ περιστείλαντες τὰς θήκας αὖθις τῇ γῇ ἐκρύψαν, ἐκ ἄσημον, εἴ τι ἀγήτορα λιπόντες τὸν χῶρον, ἁγιὰ σώμασιν Ἀποστόλων ἀνημένον κατασήσαμενοι ξὺν εὐσεβείᾳ. *His pompa ac celebritate ornatis, solitisque honoribus rite persolutis, occlusos loculos humo denuo mandarunt: ac ne locus nota ad memoriam insigni & frequentia careret, Apostolorum corporibus illum pie dedicarunt.*

Ædem Apostolorum Justinianeam exornavit postmodum Justinus Junior, ut auctor est Theophanes pag. 204. E. R. & ex eo Cedrenus pag. 388. Ed. R. & Paulus Diaconus lib. XVI. Hist. Misc. pag. 470. renovavit vero, pristino decori restituit, & ἱερισμάτων περιβολαῖς stabilivit Basilius Macedo, ut habet Porphyrogenitus in avi vita cap. LIV. & ex eo Scylitzes, apud quem dicitur περιφανὲς καὶ μέγιστον τέμενος, *celeberrimum & maximum templum*. Nicephorus Gregoras lib. VII. enumerans erecta & restaurata ab Andronico Seniore templa, τὸν τῆς διδαχῆς τοῦ Χριστοῦ μαθητὴν καὶ Ἀποστόλων ναὸν recenset, ut & Nicephorus Callist. in Proœmio ad Hist. ubi in laudes ejusdem Andronici excurrit. De statua S. Michaelis, quam eundem Imperatorem ad hanc ædem excitasse tradit idem Gregoras, ut & Pachymeres lib. IX. cap. XV. agimus infra, ubi de templo Omnium Sanctorum: Capta a Turcis Urbe, Patriarcha CP. in æde Apostolorum sedit aliquandiu, Muchemetis Sultani permissu, cum Gennadium Scholarium ille inauguravit. Verum cum in templi septo nocte quadam inventus fuisset homo quispiam occisus, ac sibi suisque ne quidpiam accideret ejusmodi, timeret Patriarcha, quod tunc temporis tractus ille urbis cultoribus vacuus esset, in Monasterium τῆς Παμμακαρίστου concessit: rem narrant Phranzes lib. III. cap. XIX. Historia Politica pag. 15. & Malaxus in Hist. Patr. CP. pag. 108. E. R. Situm templi attigimus supra, diximusque extitisse illud in II. regione, ex veteri Urbis Descriptione, in qua hæc regio dicitur continuisse in se *Martyrium Apostolorum*. Hujus nulla restant hodie vestigia, ne fundamentorum quidem. Destruxit enim illud Mahumetes II. capta urbe, ejusque loco suam struxit cum Imareto, seu Xenodochio Messitam, Turcicarum omnium in Urbe primam, & operis magnifici, ad similitudinem ædis Sophianæ, ex ruinis cum aliarum ædium Christianorum, tum ædis Apostolorum vicinæ, uti scribunt Gyllius lib. IV. cap. II. Leunclavius in Pand. Turc. cap. CXXXIX. CXCVII. Theodorus Spanduginus pag. 198. liber inscriptus Ἄνθος apud Crusium, auctor Hist. Polit. Malaxus, &c. Tradit Pachymeres lib. IV. cap. XIV. Michaelem Palæologum Imp. Clericorum & Cantorum corpora in eo instituisse; καταθῆσαι κλῆρον ἐπὶ τῷ περιωνύμῳ τῆς Ἀποστόλων ναῷ. In eo etiam extitit sacellum S. Methodio sacrum, in quo ejus reliquiæ repositæ erant, ut est in Menologio Sirleti XIV. Jun. Meminit denique Cedrenus pag. 473. E. R. προελεύσεως Imperatoris ad ædem Apostolorum postridie Paschatis, ut Codinus de Off. cap. XV. §. X. & XI. aliarum processionum, quæ ad eandem ædem fiebant in festo Constantini M. & in festo Apostolorum.

Ædem Apostolorum ædificavit Constantinus M. seu, ut alii volunt, Constantius illius filius quo in eo humo mandarentur Imperatores Christiani, ut ex Theophane indicavimus. Eusebius lib. IV. de vita Const. c. LX. αὐτὸς γὰρ αὐτῷ ὡς δεόντα καιρὸν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, τὸν ἐνταυθοῖ τόπον ἑταμιεύετο τῆς τῶν Ἀποστόλων προσηγορίας κοινωνὸν (ὡς) τὸ ἑαυτοῦ σκῆνος, μὴ θάνατον προνοῶν ὑπερβαλλούσης πίστεως προθυμίᾳ γεγενῆσθαι, ὡς ἂν εἰ μετὰ τελευτὴν ἀξιώτο τῆς ἐνταυθοῖ μιμνησκῶν ἐπὶ τιμῇ τῶν Ἀποστόλων σωτηρίαν ἔχων. *Is igitur in opportunum venturæ mortis diem hic locum sibi divina dispensatione præparavit, qui Apostolorum appellatione innotescit, ad sui sepulchrum, ex fidei præstantia prævidens futurum, ut post mortem orationum, quæ hic ad Apostolorum gloriam offerendæ erant, particeps efficeretur.* Id ipsum pene habent Socrates lib. I. cap. ult. & Sozomenus lib. II. cap. ult. Prima autem Helena Augusta Constantini mater in hoc tempo sepulta est. Eusebius lib. III. de Vita Const. c. XLVI. καὶ τὸ σκῆνος δὲ τῆς μακαρίας, ἃ τῆς τύχης ἠξίωτο παιδὸς· πλείστη γὰρ δορυφορία ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν ἀνεκομίζετο· ἐνταυθοῖ καὶ ἡρῴοις βασιλικοῖς ἀπετίθετο. Cedrenus pag. 295. E. R. ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων θάπτεται πρώτη. Nicephorus Call. lib VIII. cap. XXXI. μετὰ δὲ διετῆ χρόνον σὺν τῇ λάρνακι ἐν τῇ Κωνσταντίνου ἀνασωθῆσα, πρώτη ἐν τοῖς βασιλικοῖς μνημείοις τῶν ἱερῶν Ἀποστόλων ταφῆς ἠξιώθη. *Biennio post una cum loculo* (Roma) *Constantinopolim deportata est, & prima in imperialibus monumentis ædis SS. Apostolorum sepultura donata est.* Sed id controversum esse (jure ne an injuria) indicavimus in Stemmatibus Byzantinis: id constat in primis Constantinum ipsum in eo humatum, illiusque corpus in theca aurea conditum, a Constantio filio in hanc ædem illatum, ut Eusebius, Socrates, Sozomenus, Alexander Monachus, auctor Vitæ Constantini, Chronicon Alexandrinum, Procopius, Theophanes, Zonaras, Abulpharagius, & alii passim tradunt. Quod vero Constantino ii, Procopius lib. I. de Æd. cap. IV. Constantio adscribit, aitque ab illo statutum, ut ipse ac successores Imperatores, fœminæ juxta ac mares, ibi humarentur: τὰς θήκας γενέσθαι αὐτῷ τε καὶ τοῖς εἰς τὸ ἑπέτα βασιλεύουσιν ἐνταῦθα τάξας, οὐκ ἀνδράσι μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναιξὶν ἐξ ἴσου τιμῶσαν· ὅπερ καὶ δεδρασώζεται εἰς τὸν δεῦτερον χρόνον. οὗ δὴ καὶ Κωνσταντίνου τοῦ πατρὸς τὸν νεκρὸν ἐθέτο. *Decreto addito, ut cum sibi, tum aliis in imperium successuris, fœminis perinde ac viris ibi sepulchra fierent, quod etiamnum servatur. Illic & Constantini patris cadaver condidit.* Cedrenus pag. 296. E. R. depositum refert ἐν λάρνακι πορφυρᾷ, ἤτοι Ῥωμαίῳ, una cum matre. Paulus Diaconus lib. II. Hist. Misc. *Funus ejus sepultum est in Ecclesia Apostolorum in sepulchro porphyretico.* Gyllius lib. IV. c. II. ait secundum viam latam quæ tendit per dorsum promontorii ab æde Sophiæ ad Portam Adrianopolitanam, prope locum ubi fuit templum Apostolorum, sibi monstratum solium, ex porphyretico marmore factum, sed vacuum & carens operculo, longum X. pedes, altum V. pedes & semissem, quod Græci & Turci dicebant esse M. Constantini. Locum autem, in quo extitit in æde Apostolorum Constantini depositum sepulchrum, describit Eusebius lib. IV. de vita Const. cap. LX. Δώδεκα δ' ἐν αὐτόθι θήκας, ὡσανεὶ στήλας ἱερὰς, ἐπὶ τιμῇ καὶ μνήμῃ τῶν τῆς Ἀποστόλων ἐγείρας χορῶ, μέσην ἐτίθη ἑαυτοῦ αὐτὸς λάρνακα, ἧς ἑκατέρωθεν τῆς Ἀποστόλων ἀνὰ ἓξ διέκειντο· καὶ τοῦτο γὰρ, ὡς ἔφη, σώφρονι λογισμῷ, ἐνθα αὐτῷ τὸ σκῆνος τελευτήσαντι τὸν βίον ἁρμόττειν μέλοι ἀναπαύεσθαι, ἐσκόπει. *Loculos igitur duodecim, quasi sacras columnas, in Apostolorum chori honorem & memoriam erigens, medium inter ipsos sepulchrum*

ſuum ſtatuit, quod utrinque ſeni claudebat Apoſtoli: ſano certe, ut dixi, conſilio præcogitans, quod ubi vitam cum morte commutaſſet, illius corpus ibi digne ac decenter quieſceret. Sed & idem Euſebius cap. LXXI. factum inde videtur innuere, ut Conſtantinus deinceps ἰσαπόστολος, *Par Apoſtolis* appellatus fuerit, & ut Sanctus a Græcis cultus fuerit, quod etiam docuimus ad Cinnamum pag. 412. τὰ τῆς τελισμακαρίας ψυχῆς σκῆνος τῷ τῶν Ἀποστόλων προσρήματι σωδοξαζόμενον, καὶ τῷ τοῦ Θεοῦ λαῷ σωκγελαζόμενον, δεσμῶν τι θείων καὶ μυστικῆς λειτουργίας ἀξιούμενον, καὶ κοινωνίας ἐσίων ἀπολαῦον ἐχῶν *Nam adhuc quidem licet contemplari beatiſſimæ animæ tumulum Apoſtolici nominis appellatione decorari, & Dei populo aggregari, diviniſque ceremoniis, & myſtico ſacrificio donari, & ſanctarum precationum communione perfrui.* Unde poſtmodum manavit apud Græcos, ut quotannis die Conſtantino ſacra, quæ eſt XXI. Maii, Imperator ad ædem Apoſtolorum, ἔνθα ἡ ἁγία τούτου σορὸς, *ubi ſacrum ipſius ſepulchrum* erat, procederet: quam quidem Imperatorum in Conſtantinum θρῆσκειαν, ut & ſepulchri Conſtantiniani elegantiam attigit etiam hiſce verſibus Joannes Euchaitarum Metropolitanus pag. 14.

Νῦν δὲ βασιλῆς προσκυνητὰς ἑλκύσης,
Ὧν ἔργον ἡ σέβουσα τὼ σορὼ χάρις
Πᾶν τετρανὸν ὕλης, ἐ τέχνης παῦν, ποικίλον
Φέρουσα, καὶ τέρπουσα τὰς θεωμένας,

Zonaras p. 10. E. R. non in ipſo templo extitiſſe Conſtantini ſepulchrum, ſed in porticu quam ad id condiderat Conſtantius filius, ſcribit: ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων κατέθετο, ἱερῷ, ἐν ἰδιαζούσῃ μὲν τοι σοφῷ. ὑπὲρ ἐπὶ τῇ ταφῇ τὰ πατρὸς αὐτὸς φκοδόμησεν. Cujus quidem Porticus meminit Cedrenus in Arcadio, quem ait ſepultum ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ἐν τῇ μεσημβρινῇ σοφῷ, *in templo Apoſtolorum, in meridionali Porticu*, una cum Eudoxia uxore. Joannes Chryſoſtomus adverſus Gentiles, & homil. XXVI. & LX. ἐν τοῖς προθύροις, in templi veſtibulo humatum Conſtantinum ſcribit. In Porticibus ſane Eccleſiarum Epiſcopos ſepultos fuiſſe ſcribit etiam Beda lib. II. Hiſt. cap. IV. ubi de S. Auguſtini Anglorum Epiſcopi cadavere: *Mox vero ut dedicata eſt (Eccleſia) intro illatum, & Porticu illius aquilonari decenter ſepultum eſt: in qua etiam ſequentium Archiepiſcoporum omnium ſunt corpora tumulata*, &c. Ut vero in S. Acacii ædem inde translatum a Macedonio Patriarcha CP. Conſtantini cadaver, ac poſtea ad priorem locum relatum fuerit a Conſtantio, narrant Socrates, Theophanes, Zonaras, & alii. A Conſtantini ſepulchro aurea ornamenta a furibus ablata auctor eſt Nicetas Choniates in Alexio lib. I. extremo. Laudatur ex Bibliotheca Scoriacenſi *Scholiaſtæ Patriarchæ interpretatio litterarum quarundam repertarum in ſepulchro Conſtantini M.* Ut etiam in hanc ædem illatum fuerit Conſtantii corpus, pluribus narrat Gregorius Nazianzenus orat. IV. ſeu II. in Julianum pag. 119. Porro ut Juſtinianus ædem Apoſtolorum ab ipſis ferme fundamentis excitavit, ita & Imperatorum ſepulchra inſtauravit ac exornavit. Codinus: τὸ δὲ ἔξω μνημοδίσιον τῶν τε ὀρθοδόξων καὶ τῶν αἱρετικῶν ὁ μέγας Ἰουστινιανὸς ἐποίησε, καὶ ἔσω μουσίῳ ἐκαλλώπισεν αὐτό, καὶ ἐκεῖσε ἐτάφη, ὡσαύτως καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Θεοδώρα ἡ κτίσασα τὸν ναόν. *Exterius vero monumentum orthodoxorum & hæreticorum Imperatorum Magnus Juſtinianus exſtruxit, & muſivo exornavit, in eo etiam ipſe & Theodora quæ ædem excitavit, humati ſunt.* Quanta vero opum profuſione ſibi tumulum erexit Juſtinianus, vel hinc patet, quod auro puro confectum ſcribat Corippus lib. III. de Laudibus Juſtini:

Donec Apoſtolici ſubeuntes atria templi,
Inclyta ſacrato poſuiſſent membra ſepulchro,
Quod prius ipſe ſibi puro conſtruxerat auro.

Neque aliud eſt μέγα ἱερὸν Ἰουστινιανοῦ, in quo conditum Michaelis Balbi Imperatoris cadaver ſcribit Scylitzes pag. 513. E. R. quam Porticus illa a Juſtiniano exſtructa. Sed & extra ipſam ædem extitiſſe ejuſmodi Imperatorum monumenta, perinde ac Zonaras & Codinus, ſatis indicat Theophanes pag. 425. Ed. Reg. & ex eo Diaconus lib. XXIV. Hiſt. Miſc. in Michaele Curopalata, ſcribens τοὺς βασιλικοὺς τάφους obſerata porta clauſos fuiſſe: firmatque quod ait Codinus, in hiſce imperatoriis monumentis ſepulta æque hæreticorum ac orthodoxorum cadavera, ubi de Copronymi ſepulchro effracto verba facit. Certe de Iconomachis Imperatoribus idem teſtantur verba Leonis Armeni apud Auctorem incertum poſt Theophanem pag. 435. E. R. Quin & ipſius Juliani Apoſtatæ ſepulchrum inter alia extitiſſe aſſerit Joannes Epiſcopus Citri in Reſponſis ad Cabaſilam: διρίσονται δὲ καὶ δυσεβῶν βασιλέων τάφοις ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἁγίοις ναοῖς, ὡς καὶ τοῦ Παραβάτου Ἰουλιανοῦ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων καὶ πανσέπτων Ἀποστόλων. *Inveniuntur etiam impiorum Imperatorum tumuli in noſtratibus ſacris templis, ut Juliani Apoſtatæ in templo SS. Apoſtolorum.* Zonaras pag. 24. E. R. & Cedrenus pag. 308. E. R. relatum illius corpus Tarſo, ubi conditum fuiſſe teſtatur Gregorius Nazianzenus orat. IV. Conſtantinopolim, & ἐν λάρνακι πορφυρᾷ κυλινδρικῇ conditum ajunt, cui inſcriptio poſita eſt, quam deſcribunt. Porro τὰ βασίλεια τῶν ἁγίων Ἀποστόλων μνήματα dicuntur ejuſmodi Imperatorum ſepulchra Nicephoro CP. ſub an. DCLXXX. τὰ τῶν βασιλέων κοιμητήρια Theophani an. II. Mauricii, βασιλικὸν πολυάνδριον auctori incerto poſt Theophanem pag. 435. E. R. βασιλικὸν πολυάνδριον Manueli Chryſoloræ, qui hæc de ejuſmodi Imperatorum ſepulchris, atque adeo ipſius Conſtantini M. ſcribit: τί γὰρ ὁ τὴν κτίσας μὲν καὶ πολιοῦχος βασιλέως τάφος, καὶ οἱ τῶν ἄλλων περὶ αὐτὸν ἐπὶ τῷ βασιλικῷ πολυανδρίῳ, ὃ μόνον θαῦμα ἦν ἰδεῖν. πολλοὶ μὲν κύκλῳ σωζόμενοι περὶ τὸν ναὸν τῶν Ἀποστόλων, πολλοὶ δ' ἤδη καὶ ἀπολωλότες, καὶ ἄλλοι δὲ ἀλλαχοῦ τῆς πόλεως ἐπὶ τῶν φροντίδων. *Nam quid Imperatoris, quem conditorem & tutelarem urbs agnoſcit, & ei adjuncta cæterorum Auguſtorum ſepulchra in hoc imperatorio cæmeterio, rem vel ſolo aſpectu admirandam, commemorem, quorum non pauca adhuc ſuperſunt circa ædem Apoſtolorum, multa quoque jam interierunt, alia etiam paſſim in templorum Pronais extant?* Τάφοι denique voce generica appellatum hunc ſepulchrorum locum indicat Continuator Theophanis lib. IV. n. XXXI. Habentur porro in Codice MS. Originum CP. cujus alibi meminimus, Imperatorum, qui in hiſce Herois uti hic appellantur, tumulo mandati ſunt, Catalogus, cum eorundem ſepulchrorum deſcriptione, quem hic ſubjungere operæ pretium duximus, quod nedum editus ſit.

Edit. Pariſ. pag. 109.

Τὰ ἐν τῷ Ἡρῴῳ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου βασιλέως μνήματα.

Ἐν τῷ Ἡρῴῳ τοῦ ἁγίου μεγάλου Κωνσταντίνου ἐν θρώτοις κατὰ ἀνατολάς, κεῖται ἡ λάρναξ τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου πορφυρᾶ, ἐν ᾗ ἀπόκειται αὐτὸς μετὰ τῆς ἁγίας Ἑλένης καὶ μητρὸς αὐτοῦ.

Ἑτέρα λάρναξ πορφυρᾶ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ.

Ἑτέρα λάρναξ πορφυρᾶ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Θεοδόσιος ὁ μικρός.

Ἑτέρα λάρναξ θράσινος Θετταλή, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ζλίων.

Ἑτέρα λάρναξ ἀνακτιανός, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ἀνασάσιος καὶ Λεμάδνη.

Ἑτέρα λάρναξ Θετταλή, ἐν ᾗ ἀπόκειται Βασίλειος ὁ Μακεδών, Εὐδοκία καὶ Ἀλέξανδρος.

Ἑτέρα λάρναξ σαγαρίνη, ἐν ᾗ ἀπόκειται Λέων ὁ Φιλόσοφος, καὶ Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ.

Ἑτέρα λάρναξ λώκνη, ἡ λεγομένη Βασιλικὴ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς Βασιλείου.

Ἑτέρα λάρναξ θράσινος Θετταλή, ἐν ᾗ ἀπόκειται τὸ λείψανον τῆς ἁγίας Θεοφανοῦς, καὶ Εὐδοκία ἡ θυγάτηρ αὐτῆς.

Ἑτέρα λάρναξ Βιβλινή, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ζωὴ ἡ δευτέρα γυνὴ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου.

Ἑτέρα λάρναξ θράσινος Θετταλή. ἐν ᾗ ἀπόκειται Εὐδοκία ἡ τρίτη γυνὴ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου.

Ἑτέρα λάρναξ Προικοννησία, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ἄννα ἡ θυγάτηρ Λέοντος καὶ Ζωῆς.

Ἑτέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Νικηφόρος ὁ Φωκᾶς.

Ετέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Μιχαὴλ ὁ Αμορραῖος.

Ετέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ρωμανὸς ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου, ὁ λεγόμενος τὸ καλὸν παιδίν.

Εσωθεν τοῦ αὐτοῦ ναοῦ ἑτέρα ξάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ Πορφυρογέννητος ὁ ἀδελφὸς τοῦ Βουλγαροκτόνου, οἱ υἱοὶ Ρωμάνου τοῦ λεγομένου καλὸν παιδίν· ὧν μήτηρ Θεοφάνους ἡ κειμένη εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ ναοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου.

Ταῦτα δὲ ἐν τῷ Ηρώῳ τοῦ μεγάλου Ιουστινιανοῦ.

Ηρῶον τοῦ Μεγάλου Ιουστινιανοῦ. Λάρναξ κατὰ ἀνατολὰς ἀπὸ λίθου ξένου καὶ ἀλλοκότου, μέσην χροίαν ἔχοντος τοῦτε Βιθηνοῦ καὶ Χαξκηδονίτου, ἐν ᾧ ἀπόκειται Ιουστινιανός.

Ετέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου τετραπολίτου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Θεοδώρα ἡ γυνὴ αὐτοῦ.

Ετέρα λάρναξ πρὸς δυσμὰς εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τὸ χρῶμα ῥοδοποικέλος δοκιμινὴ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Εὐδοκία ἡ γυνὴ Ιουστίνου.

Ετέρα λάρναξ λευκὴ Προικοννησία, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ιουστίνος ὁ μικρός.

Ετέρα λάρναξ Προικοννησία, ἐν ᾗ ἀπόκειται Σοφία ἡ γυνὴ Ιουστίνου.

Ετέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου λευκοῦ Δοκημιανοῦ ὀνυχίτου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ηράκλειος ὁ μέγας.

Ετέρα λάρναξ πράσινος Θετταλὴ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Φλαβία ἡ γυνὴ αὐτοῦ.

Ετέρα λάρναξ Προικοννησία, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ Πωγωνάτος.

Ετέρα λάρναξ πράσινος Θετταλὴ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Φαύστα.

Ετέρα λάρναξ Σαγγαρικὴ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνστάντιος ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου υἱοῦ Ηρακλείου.

Ετέρα λάρναξ ἑκατοντάλιθος, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κώνστας ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου υἱοῦ Ηρακλείου.

Ετέρα λάρναξ Ιεραπολίτης, ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ γυνὴ αὐτοῦ.

Ετέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου Προικοννήσου, ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ γυνὴ τοῦ Κοπρωνύμου. ἱστέον ὅτι ἡ λάρναξ τοῦ Κοπρωνύμου ἐξεβλήθη καὶ ἐκαύθη. ὁ δὲ λίθος τοῦ τάφου ἐπρήσθη, καὶ ἐχρημάτισε εἰς συστήματα τοῦ Παλατίου, καὶ ἀβάκια τὰ ὄντα ἐν τῷ Φόρῳ.

Ετέρα λάρναξ ἐκ λίθου Προικοννησίου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Λέων ὁ Ισαῦρος.

Ετέρα λάρναξ Προικοννήσιος Μιχαὴλ τοῦ Τραυλοῦ καὶ Θέκλας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ.

Ετέρα λάρναξ πράσινος, ἐν ᾗ ἀπόκειται Θεόφιλος.

Στοὰ ἑτέρα πρὸς μεσεμβρίαν τοῦ αὐτοῦ ναοῦ, ἥτις κατελύθη καὶ ἐστιν ἀσκεπὴς, ἐν ᾗ ἀπόκειται λαρνάκια τρία πορφυρᾶ Ρωμαῖα· τὸ ἓν πρὸς μεσημβρίαν Αρκαδίου· τὸ δὲ πρὸς ἄρκτον Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· τὸ δὲ πρὸς ἀνατολὴν Εὐδοξίας.

Στοὰ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ ναοῦ πρὸς ἄρκτον, ἐν ᾗ κεῖται λάρναξ ἀπὸ Λίθου Ρωμαίου, ἐν ᾗ δὲ ἀπέτεθο τὸ παμμίαρον σῶμα Ιουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου.

Ετέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου Ρωμαίου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ιοβιανός.

Ιστέον ὅτι ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Μάμαντος ἐν τῇ Ξυλοκέρκῳ ἐν τῷ νάρθηκι τῆς ἐκκλησίας ἐξ ἀριστέρου μέρους ἵσταται λάρναξ ἀπὸ λίθου ἑκατονταλίθου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντίνα ἡ τοῦ Μαυρικίου γυνὴ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῶν. ἐν δὲ τῇ καταφυγῇ τῆς αὐτῆς μονῆς πρὸς ἀνατολὰς ἐξ ἀριστέρου, ἐν ᾗ ἵσταται λάρναξ, καὶ ἀποτέθητο τὸ σῶμα Μαυρικίου σφαγέντος ὑπὸ Φωκᾶ.

Ιστέον ὅτι ἐν τῇ μονῇ τῆς ἁγίας Τριάδος τῆς ἐπονομαζομένης τὰ Σταυρακίου, ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς ἐκκλησίας, ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τῶν ἁγίου Ιωάννου τῶν Προδρόμου ἵσταται λάρναξ Σταυρακίου καὶ τῆς Θεοφάνους τῆς γυναικὸς αὐτοῦ.

Ιστέον ὅτι ἐν τῇ γυναικείῳ μονῇ τῶν Γαστρίων, εἰς τὸ πρὸς ἀνατολὰς δεξιὸν μέρος τῆς ἐκκλησίας ἐτάφη τὸ σῶμα τῆς ἁγίας Θεοδώρας γυναικὸς τῶν βασιλέως, ἡ ὀρθοδοξοτάτη, καὶ αἱ τε αὐτῆς θυγατέρες Θέκλα, Αναστασία, καὶ Πουλχερία.

Non solos duntaxat Imperatores in æde Apostolorum, sed & ipsos Patriarchas Constantinopolitanos humari sanxit Constantinus M. Socrates lib. I. cap. XXVI. de Constantino: Αποτεθεὶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐπωνύμῳ τῶν Αποστόλων, ἣν δι' αὐτὸ τοῦτο πεποιήκει, ὅπως ἂν οἱ βασιλεῖς τε καὶ ἱερεῖς τῶν Αποστολικῶν λειψάνων μὴ ἀπολιμπάνοιντο· *In Ecclesia Apostolorum deponitur, quam idcirco ædificaverat, ut & Imperatores & Pontifices Apostolicis non destituerentur reliquiis.* A Socrate hausit quæ habet Alexander Monachus de Inventione S. Crucis: Εἰς τοῦτο γὰρ ὁ μακάριος Κωνσταντῖνος ᾠκοδόμησεν ἐκείνην τὴν ἐκκλησίαν εἰς τὸ θάπτεσθαι ἐκεῖσε τοὺς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς, ὥσπερ μὴ εἰσὶ μακρὰν τῶν Αποστολικῶν λειψάνων. Evagrius lib. IV. cap. XXX. de æde Apostolorum condita, vel instaurata a Justiniano: ἐν ᾧ οἵτε βασιλεῖς, οἵτε ἱερώμενοι νενομισμένης ταφῆς τυγχάνουσι, *in qua & Imperatores & Pontifices debitam sepulturam consequuntur.* Cujus quidem sanctionis hanc causam reddit Sozomenus lib. II. cap. ult. Απὸ τούτου δὲ, ὡς ἔκ τινος ἔθους γενομένου καὶ οἱ μετὰ ταῦτα τελευτήσαντες ἐν Κωνσταντινουπόλει βασιλεῖς Χριστιανοὶ κεῖνται, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπίσκοποι, ὡς καὶ τῆς ἱερωσύνης ὁμοτίμου τῇ βασιλείᾳ οὔσης, μᾶλλον μὲν οὖν ἐν τοῖς ἱεροῖς τόποις καὶ τὰ πρῶτα ἐχούσης. *Ab eo igitur tanquam ex hujus rei auctore consuetudine ducta, Imperatores Christiani post mortem Constantinopoli sepeliuntur, atque etiam ipsi Episcopi: quippe cum dignitas sacerdotalis, imperii dignitati par sit, imo vero in locis sacris primas partes obtineat.* Atque inde passim humatos in æde Apostolorum Patriarchas Constantinopolitanos legimus. Concilium Chalcedon. part. I. c. XXXV. de Flaviano Patriarcha Constantinopolitano: Τὸ τῆς ἁγίας μνήμης Επισκόπου Φλαυιανοῦ τὸ σῶμα διακεκόμισται, καὶ ἐν τῇ βασιλικῇ τῶν Αποστόλων, ἐν ᾗ εἰώθασιν οἱ προλειτουργήσαντες Επίσκοποι θάπτεσθαι, τῇ χρεωστουμένῃ τιμῇ ἀποτίθεται. *Flaviani sanctæ memoriæ Episcopi corpus defertur, & in æde Apostolorum, in qua prædecessores Episcopi sepeliri consueverant, cum debito honore deponitur.* Adde Theophanem pag. 88. Ed. R. S. Joannis Chrysostomi reliquias Comanis in urbem allatas, & in æde Apostolorum depositas habent omnes fere rerum Ecclesiasticarum & Byzantinarum scriptores: non tamen cum cæteris Patriarchis, sed ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου depositas narrant passim, atque in iis præ cæteris Georgius Alexandrinus, Anonymus scriptor Vitæ ejusdem, Cosmas Vestitor, & alii. Eustathius Presbyter in Vita S. Eutychii Pathiarchæ Constantinop. n. XCVII. Μόγις δὲ τὸ σῶμα διαφυγὸν τοὺς ἁρπάζοντας, εἰσηνέχθη εἰς τὸν οἶκον τῶν ἁγίων Αποστόλων, παραδόσει τῶν ἁγίων πατέρων, προσετέθη τοῖς Πατριάρχαις ὡς Πατριάρχης, &c. Laudatur a Leone Allatio in Diatriba de Symeonibus pag. III. Constantini Porphyrogeniti λόγος ἡνίκα τὸ τοῦ Χρυσοστόμου ἱερὸν σκῆνος ἐκ τῆς ὑπερορίας ἐν τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων ἐπετέθη. Vide præterea Menæa XXVII. Januar. & XIII. Novemb. Cæteros porro, quos aut Patriarchalis, aut Augustalis dignitas non ornasset, in hac æde humari vetant Gratianus, Valentinianus, & Theodosius Augusti in L. VI. Cod. Th. de Sepulcris violatis.

II. SS. APOSTOLORUM ἐν τῷ Τρικόγχῳ, IN TRICONCHO, ædem, Zenone imperante, incendio absumptam, exædificare cœpit Justinus Junior an. VII. ut prodit Theophanes pag. 206. E. R. Extitit autem Triconchum in Magno Palatio, uti supra indicavimus. Eadem videtur, cujus meminit idem scriptor anno XXII. Anastasii Dicori: τῆς λιτῆς γενομένης ἐν τῷ Τρικόγχῳ διὰ τὴν κόνιν, *processione facta in Triconcho propter pulverem.* Est autem pulvis ille, ni fallor, cinis Vesuvianus, quem tradit Procopius lib. II. de bello Gothico c. IV. extremo, Byzantium usque olim delatum, in illiusque memoriam, ad placandum Deum solemnes preces institutas: Καί ποτε μέν φασιν ἐν Βυζαντίῳ ἐπιπεσοῦσαν (τὴν κόνιν) οὕτως ἐκπλῆξαι τοὺς ταύτῃ ἀνθρώπους, ὥστε πανδημεὶ ἐξ ἐκείνου δὴ καὶ ἐς τόδε τοῦ χρόνου, λιταῖς ἐνιαυσίαις ἐξιλάσκεσθαι τὸν Θεόν. *Ferunt aliquando Byzantium usque perductum cinerem ita incolas terruisse, ut quæ tunc ad placandum Deum decretæ sunt, etiamnum habeantur solemnes supplicationes.* Id autem quando acciderit video controverti: quippe Chronicon Alexandr. accidisse hoc ait ann. XXXIX. Theodosii Junioris: Τινὲς δὲ ἔλεγον καὶ πῦρ ἐν τῷ οὐρανῷ τεθεᾶσθαι· ὅθεν καὶ ἡ ἀνάμνησις κατ' ἔτος ἐπιτελεῖται μέχρι νῦν τῆς λιτανίας ὑπὲρ τῆς τοῦ φιλαν-

Edit. Paris. pag. 111.

ἀνθρώπου Θεοῦ μακροθυμίας ἐν τῷ Τρικόγχῳ φρικτή. Ἰδὼν A Νοεμβρίων· ἐν γὰρ τῇ τοσαύτῃ ἀπωλείᾳ οὐκ ἐθανάτωσέ τινα. *Quidam ajunt ignem in cælo visum: unde & anniversaria usque hodie peragitur memoria supplicationis in Triconcho, octavo Idus Novembris, cum in tantis minis cælestibus neminem morti dederit.* Idem scriptor id in annum XII. Leonis M. rejicit, factumque scribit 11. Novembris: Τούτῳ τῷ ἔτει ἔβρεξεν ἐν Κωνσταντινουπόλει κονίαν ἀντὶ βροχῆς. ἐπὶ παλαιστὼ ὕψος ἐπέδη εἰς τοὺς κεραμους ἡ κονία, καὶ πάντες ἔτρεμον λιτανεύοντες, καὶ λέγοντες ὅτι πῦρ, καὶ ἐσβέσθη, καὶ πυρέθη κόνις τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπησαμένου, μιᾷ Δίῳ Νοεμβρίου ια'. *Hoc anno Constantinopoli pro imbre cinis depluit, & quatuor digitos altius tegulas insedit, adeo ut omnes perculsi supplicationibus vacarent, dicerentque revera ignem esse, quo extincto cinis inventus est Dei misericordia, mense Novembri die* 11. Iisdem pene verbis hæc refert Theophanes ad ann. VII. Leonis, ut & Marcellinus Comes, qui Vesuvianum cinerem fuisse cum Procopio prodit: *Vesuvius mons Campaniæ torridus intestinis ignibus æstuans exusta evomuit viscera, nocturnisque in die tenebris incumbentibus, omnem Europæ faciem minuto contexit pulvere. Hujus metuendi memoriam cineris Byzantii annue celebrant* VIII. *Idus Novembr.* Idem in Anastasio ad Consul. Paulini & Musciani: VIII. *Idus Novemb. in quo die memoria cineris dudum totam Europam tegentis apud Byzantios celebratur.* Marcellino & Theophani consentiunt Menæa ad VI. Novembris, quo agitur μνήμη τῆς μὴ φιλανθρωπίας κατενεχθείσης κόνεως ἐπὶ Λέοντος τοῦ Μεγάλου: sed errant quod id accidisse ajunt an. XVIII. Leonis, cum XVII. vitam ille exuerit. Ex his emendandus omnino Theophanes ann. XXX. Justiniani scribens Timotheum Hegumenum Dalmati Monasterii obiisse VI. Decembris, εἰς τὸ μνήμιον τοῦ κόνεως: scribendum enim Νοεμβρίῳ, uti præfert Codex Vaticanus. Cujusmodi autem fuerit cinis ille, ex iisdem Menæis percipimus: κόνις ἦν μέλαινα καὶ παραπλήσια τῇ καμινιαίᾳ αἰθάλῃ, &c. *Cinis erat niger, & caminorum favillis similis, &c.* Illius etiam meminit Zonaras in Leone.

III. S. ANDREÆ ædes sacra, ab Arcadia Theodosii Junioris sorore exstructa fuit, unde & ARCADIÆ cognominata est. Chronicon Alexandrinum pag. 711. E. R. ἡ δὲ Ἀρκαδία ἐκτίσε καὶ ἦν οἶκον τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου, ἐπίκλην τὰ Ἀρκαδίας: Quæ quidem ædes eadem fuit, quam proximam ædi S. Mocii ex parte occidentali statuunt Porphyrogenitus in Vita Basil. c. LIV. & Scylitzes in eodem Basilio p. 587. E. Reg. a quo instauratam tradunt. Porphyrogenitus: Καὶ ἡ πλησιάζουσα δὲ τούτῳ καὶ τὸ μέρος πρὸς δυσμὰς Ἀνδρέου τοῦ πρωτοκλήτου τῶν Ἀποστόλων ναὸν ἐκ πολλῆς ἀμελείας διαῤῥύεντα εἰς τὸ ἀρχαῖον κάλλος τῇ δισούσῃ ἐπιμελείᾳ ἀνήγαγεν. Hanc denique renovavit Theodora Michaelis Palæologi Imperatoris ex Eulogia sorore neptis, ut auctor est Nicephorus Gregoras lib. V. pag. 119. E. R. qui Monasterium fuisse ait: Ὃν μὴ χρόνοι ζητήσασα, ἤγαγεν εἰς ὦ ἀνακαίνισε τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου μονῶ Θεοδώρα. Unde idem scriptor lib. VI. pag. 128. ejusdem Monasterii conditricem Theodoram agnoscit: ἀλλ' ἐκεῖθεν διὰ βραχέως ἐκλήθη παρὰ τῆς κτιτορίσσης τῆς τοῦ ἁγίου μονῆς. Ædis S. Andreæ meminit Bondelmontius noster.

Edit. Paris. pag. 112.

IV. S. ANDREÆ Ecclesiam aliam, quam Justinianus Magnus exædificaverat, εἰς Χορτοβολῶνα, *in Fœnile*, mutavit Copronymus. Codinus pag. 55. E. R. ex Originibus CP. ineditis.

V. S. ANDREÆ ΤΗΣ ΚΡΙΣΕΩΣ, vel ἐν τῇ Κρίσει, Monasterium habet Pachymeres lib VII. cap. XXXI. in quo Raulæna Protovestiariissa ædem exquisito artificio elaboratam exstruxit, & Arsenii Patriarchæ Constantinop. corpus humari curavit. Vicinum ac contiguum fuisse Aristinæ Monasteriolo prodit idem scriptor lib. VIII. cap. X. Menæa ad XVII. Oct. de S. Andreæ cadavere: κἀντεῦθεν λαβόντες, ἐν ἱερῷ τόπῳ, ᾧ Κρίσις τοὔνομα, κατεθάψαντο.

VI. S. ANDREÆ Apostoli πλησίον τοῦ τύλου μονῆς Abbas Babylas subscribit in Concilio Constantinopolitano, cum hocce titulo, Βαβύλας ἁμαρτωλὸς, καὶ ἡγούμενος μονῆς τοῦ ἁγίου Δανιὴλ τοῦ ἐν τῷ Στύλῳ, καὶ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐν τῷ μικρῷ βάθρῳ, καὶ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Ἀνδρέου πλησίον τοῦ Στύλου ἀξιώσας ὑπέγραψα.

VII. S. ANDREÆ juxta portam Saturnini, πλησίον τῆς Σατορνίνου πόρτης, Monasterii Abbas Zoticus interfuit eidem Concilio, subscripsit etiam Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda.

VIII. S. BARTHOLOMÆI ædes, de qua Menæa in S. Iosepho Melodo III. Apr. Καὶ ὁ τίμιος Ἰωσὴφ ἐλευθερωθεὶς τῆς εἱρκτῆς, φρὸς τῷ ΚΠ. διεσώζετο. ἐπὶ δὲ λείψανον ἱερώτατον τοῦ μεγάλου Ἀποστόλου Βαρθολομαίου παρά τινος λαβὼν εἶχε, καὶ ναὸν ἐπ' ὀνόματι τούτου σωτῆρα τῷ κλεινῷ Γρηγορίῳ B ᾠδείματο, καὶ ἐν φροντίδι πλείονι καθεστήκει, καὶ μεγαλοδώροις τὰς αὐτοῦ παννυχίας κατακοσμῆσαι, σὺν δάκρυσί τε καὶ συναγμοῖς ἠξίου ἃ ποθουμένου τυχεῖν. *Venerabilis vero Joseph carcere liberatus Constantinopolim salvus & incolumis pervenit. Cum vero sacras magni Apostoli Bartholomæi reliquias ab aliquo acceptas haberet, templum in illius nomen, una cum inclyto Gregorio construxit, summamque curam adhibuit, & ut cantibus ipsius festa adornarentur, cum lacrymis & planctibus rem desideratam consequi meruit.* Similia tradit Joannes Diaconus in Vita ejusdem Josephi n. XXV. Sed hanc ædem Constantinopoli extitisse, non ausim omnino affirmare: vide quæ de S. Bartholomæi corpore scribit Baronius ad Martyrol. XXV. Aug.

IX. S. JACOBI ædem juxta Chalcopratianam exædificavit Justinus Junior Imperator, in qua exC tit ere reliquiæ SS. Innocentium, S. Symeonis, S. Zachariæ Prophetæ, & S. Jacobi fratris Christi, præterea capilli S. Joannis Baptistæ, ut habet Codinus p. 36. E. R. In Menæis ad 11. Febr. celebratur festus dies SS. Symeonis & Annæ Prophetissæ ἐν τῷ σεπτῷ ἀποστολείῳ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου, τῷ ὄντι ἐν τῷ σεβασμίῳ ναῷ τῆς ἁγίας Θεοτόκου, πλησίον τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας. Ubi per ædem Deiparæ Sophianæ proximam videtur Chalcopratiana intelligi, cui adjuncta fuit. Eadem ad 11. Aprilis in S. Antipa habentur. Capta a nostris Constantinopoli, Gervasius de Castellonovo, nobilis Gallus, diœcesis Carnotensis, de quo dixi ad Villharduinum nu. V. dextram S. Jacobi Abbatiæ Sancti Vincentii ejusdem Diœcesis concesserat, ut docemur ex male confecto Tetrasticho, quod in claustro Monasterii leD gitur:

Anno milleno bis centeno duodeno,
Obiit Gervasius Castrinovi Dominus.
Nicolai digitum, dextram dedit ipse Jacobi,
Dulce Crucis lignum, Christophoriique caput.

Verum ex hisce reliquiis superest duntaxat *vera*, uti vocant, *Crux* a duobus Angelis argenteis sustentata, in quorum alis expressæ visuntur Constantini M. & Helenæ matris icones, cum hisce characteribus, Ο ΚΟCΤΑΝΤΗΝΟC. Η ΑΓΙΑ ΕΛΕΝΗ. In aliis duabus alis leguntur isti: ΙΔ Ο VOC OV. & ΙΔΟΤ Η ΜΡ. COT. Præterea os capitis S. Christophori reconditum intra duplex ex ære aurato hemisphærium, in medio in ovalem formam apertum, ubi S. Christophorus militis armati more depictus conspicitur, dextra hastam tenens, sinistra scuto innixus, cum hisce E characteribus, Ο ΑΓΙΟΣ ΧΡΙCΤΟΦΟΡΟC. Infra hi leguntur characteres, ejusce ævi more efficti:

† ΟΜΙΧΑΗΛ ΠΛΟΤΤΩ CΕ ΤΟΝ ΧΡΙCΤΟΦΟΡΟΝ:
ΧΡΑΤΕΙ ΚΡΑΤΟC COT ΜΑΡΤΤC ΕCΤΗΡΙΓΜΕΝΟC:
ΚΑΙ CΕ CΤΕΦΑΝΩ CΩΝ Δ' ΑΠΑΡΧΩΝ ΤΟ CΤΕΦΟC:

Id est, uti interpretor:

Ego Michael (f. Ducas Imp.) exorno (πλυτῷ) te Christophorum,
Conserva (vel posside) virtutem tuam martyr confirmate.
Et te Corono, Corolla autem est ex tuis primitiis.

Edit. Paris. pag. 113.

X. S. JOANNIS EVANGELISTÆ in Hebdomo ædem primus excitavit Constantinus M. Πατρικὰ ΚΠ. & Codinus: Τὸ δὲ Ἑβδομον, ὁ δρομικὸς ναὸς, ἐκτίσθη παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου εἰς ὄνομα τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου. In ea repositum S. Præcursoris caput nuper inventum, & in urbem allatum Theodosio Magno imperante, dum ædes ipsi Præcursori sacra ibidem confecta esset, narrat Codinus pag. 55. E. R. καὶ κατέθετο εἰς τὸν τοῦ ναὸν τοῦ Θεολόγου. A Basilio Macedone instauratam tradit Porphyrogenitus in Basilio cap. LXIII. Καὶ τῷ τοῦ Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου ἐν τῷ καλουμένῳ Ἑβδόμῳ ναῷ, τῷ χρόνῳ ποτὲ νήσαντα, καὶ καταβληθέντα ἀνίσησι, καλλωραΐς τε ὡραίσας, καὶ ὀχυρώμασι ἀσφαλισάμενος· *Apostoli & Evangelistæ Joannis Theologi in Hebdomo templum tempore quassatum collapsumque erigit, variis pulchritudinis generibus exornans, & fulcimentis stabiliens.* In hoc templo, quod vicinum fuisse ædi S. Joannis Baptistæ in ipso Hebdomo subdit idem Porphyrogenitus, ejusdem S. Evangelistæ synaxin celebrari potissimum observant Menæa. Præterea in eo humatum Basilium Bulgaroctonum narrant Scylitzes, Joel, & Glycas, cujus cadaver Michaele Palæologo imperante inventum, ejus jussu Selybriam translatum, & in Monasterio τοῦ Σωτῆρος depositum est. Rem narrat Pachymeres lib. II. cap. XXI. quo loco sua ætate Monasterii nomen tantum servasse ait, forma omni ejus ruinis deleta, templumque ipsum destructum, & ipsum in stabulum armentorum mutatum. Illius meminit præterea Anna Comnena lib. III. pag. 97. ejusdem etiam forte lib. XII. pag 355. ut & Cinnamus lib. IV. n. XVI. tametsi ædis situs ibi non innuatur.

XI. S. JOANNIS EVANGELISTÆ ædes in Castro Rotundo memoratur a Guillelmo Bibliothecario in Hadriano II. PP. ubi de ejusdem Pontificis Legatis Constantinopoli a Basilio Imp. exceptis: *Ad Castrum autem Rotundum, in quo est Ecclesia miræ magnitudinis sancti Evangelistæ Joannis nomini dicata, favore augustali, Sabbato mansionem suscipiunt.*

XII. S. JOANNIS EVANGELISTÆ ædem in Milio condere aggressus est Phocas tyrannus, absolvit Heraclius. Cum enim Phocas ædem sancto Phocæ Martyri, cujus festum agunt Græci XXIII. Julii, sacram ædificare aggressus esset in Milio, eo loco ubi antea erat Ἀλωή, seu equorum mutatio, eamque ad tectum usque perduxisset, captus & cæsus est ab Heraclio, qui ædem absolvit, & Joanni Theologo inscripsit. Codinus: Ὁ δὲ Ἡράκλειος ἐλθὼν καὶ κρατήσας αὐτὸν, ἐμετωνομάσας εἰς τὸ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου ὄνομα τοῦ Θεολόγου. At Origines Constantinop. MSS. aliter habent, traduntque non ab Heraclio, sed a Romano Lacapeno absolutam, & sancto Joanni dicatam: Ἀνήγειρε τοῦτον καὶ ἀνεπλήρωσε Ῥωμανὸς ὁ Λακαπηνός, καὶ ναὸν εἶναι τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου ἐφοσίταξε, καὶ ἐν τούτῳ τῷ ὀνόματι εἰς ἀεὶ τιμᾶσθαι ἐθέσπισε, καὶ δὴ καὶ μέχρι σήμερον τοῦ ἁγίου τοῦ Θεολόγου ἐπικέκληται. Δίππιον cognominatam auctor est Nicetas in Alexio Manuelis F. n. VI. quia Dihippio, de quo suo loco egimus, contigua erat: Ἐκ τοῦ μεγάλου παλατίου καὶ τὸ περίορθρον ἐκθορόντες, ὡσίασι τὰ ἀμφὶ τὸν τοῦ Θεολόγου Ἰωάννου ναὸν, ᾧ τὸ ἐπίκλην Δίππιον· *Diluculo Palatio egressi, Joannis Theologi templum quod Dibippium vocant, occupant.* S. Joannis Theologi ædis ἐν τῷ Δίππιῳ mentio est præterea in Menæis & Synaxariis XXIII. Martii. Constantinopolitani, inquit Gyllius lib. II. cap. XXIV. dicunt eam esse ædem ubi jam leones Regis stabulantur, vicinam Hippodromo & A Foro cupedinis sito prope Sophiam, olim Augustæo appellato.

XIII. S JOANNIS EVANGELISTÆ, seu Θεολόγου, ædem ad Horologium, haud procul ab æde Sophiana, exstruxit Justinianus. Codinus: καὶ ἔκτισε τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν ὄντα εἰς τὸ ὡρολογεῖον. In ea S. Tryphonis, & SS. Eustratii, Auxentii, Eugenii, & Orestis, quorum festum agunt Græci 1. Febr. XIII. Decembris, & S. Antipæ Martyris XI. Aprilis, memoriam ac synaxin celebrari annotant Menæa & Menologia: Ἡ δὲ αὐτοῦ σωάξις τελεῖται ἐν τῷ ἁγίῳ Ἀποστολείῳ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, πλησίον τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας· *Horum dies festus celebratur in venerabili Apostolico templo S. Apostoli & Evangelistæ Joannis Theologi prope sanctissimam magnam Ecclesiam.* Hujus ædis encæniorum memoriam agunt Græci 11. Augusti. Menæa: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τελοῦνται τὰ ἐγκαίνια τοῦ θείου ναοῦ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ τοῦ Θεολόγου, πλησίον τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας. Sed an diversa sit ab ea quam condidisse Constantinum Magnum ait Codinus pag. 55. E.R. vel ab ea quæ in Milio stetit, minime constat.

XIV. S. JOANNIS EVANGELISTÆ oratorium, seu τοῦ Θεολόγου δίκτυον, κατ' αὐτὴν τῆς Μονοθύρου λεγομένης εἴσοδον, *in ipso Monothyri introitu*, scilicet in Palatio, excitavit Basilius Macedo, ut & ambulationem marmoribus stratam, quæ ab hoc Oratorio ad ædem Phari excurrebat. Ita Porphyrogenitus in Basilio cap. LIX.

XV. S. JOANNIS Theologi ἐν τοῖς Βιάτα memoriam & synaxin celebrari x. Julii observant Menæa.

XVI. S. JOANNIS Theologi, seu τοῦ ἁγίου Θεολόγου τοῦ Σφωρακίου mentionem agunt Origines CP. ineditæ, ubi de loco Smyrnio appellato.

XVII. S. JOANNIS Ecclesia Arcadiana dicta, de qua Codinus pag. 40 E. R. Ὁ ἅγιος Ἰωάννης ἡ Ἀρκαδίαν ἡ, παρὰ Ἀρκαδίου ἐκτίσθη, ἐπιλεξαμένου καὶ ἐκ τῆς πολιτείας χιλιάδας ἓξ εἰς ὀψίκιον εἰς τὰ πρόκεντα αὐτοῦ· ἐκάλεσε δὲ αὐτοὺς Ἀρκαδιανούς· πάνυ γὰρ ἐφίλει αὐτά, καὶ εὐεργέτει. *Ecclesia S. Joannis, cognomento Arcadiana, condita fuit ab Arcadio, qui sex millia civium ad comitatum cum processus faceret sibi delegerat: eos autem Arcadianos vocavit, omnino enim hos amabat, & remunerabat.* Ubi Origines CP. ineditæ habent, καὶ ἐκ τῆς πολιτικῶν συνταγμάτων ς'. εἰς ὀψίκιον αὐτοῦ, ἤτοι εἰς τὰ πρόκεντα, &c. *pag. 114.*

XVIII. S. LUCÆ EVANGELISTÆ ædem, ad occasum ædis S. Philippi, haud procul a Cisterna Mocesia, cum casum minaretur, reædificavit Basilius Macedo, ut auctor est in avi vita Porphyrogenitus cap. LIV. & ex eo Scylitzes p. 587. E. R. Nescio an ad hanc ædem extiterit Ξενοτάφιον, seu κοιμητήριον, Cœmeterium publicum, quod S. Lucæ appellationem habuit, & ab Irene Attica Augusta Constantini Cæci matre conditum narrat Codinus pag. 51. & 59. E. R. ex Originibus CP. ineditis.

XIX. S. MARCI EVANGELISTÆ Ecclesia, πλησίον τοῦ Ταύρου, juxta Forum quod Tauri appellatur, exstructa fuit a Theodosio M. deinde cum ex terræ motu concidisset, rursum excitata a Romano Lacapeno, ut auctor est Codinus pag. 61. E. R. Ad Taurum etiam statuitur in Synaxariis ad 11. Januarii, & ad XXV. April. Origines CP. ineditæ: Ὁ ἅγιος Μάρκος ἐκκλησία ἦν μεγάλη ξυλότρυλλος· ἄλλως δὲ Κωνστίνα ἐστοιχίωσε, καὶ ἔστατο ἐσκεπασμένος ἐπάνω.

XX. S. PAULI in Palatio Oratorium a Basilio Macedone primum exstructum fuit, si qua fides Porphyrogenito in avi vita cap. LVII. Κατ' ἄλλα δὲ μέρη καθέσηκε τὰ λοιπά, ἐν οἷς τότε τὸ ἱεροκήρυκος Παύλου σεπτὸν τυγχάνει Ὠκτηθον, ἢ αὐτὸν κεκτημένον δημιουργὸν, μετὰ τῆς αὐτῆς πλουτοχέρου χειρός, καὶ αὐτὸ δομησόμενον· καὶ τὸ τούτου γὰρ ἔδαφος ἀργυρον ἔχει τοὺς κύκλους τῶν μαρμάρων ὑπερκλείσαντα, καὶ πολυτελείᾳ ἐκ κάλλει τῶν ἄλλων κατ' οὐδὲν ὁρᾶται λειπόμενον. *In aliis quoque Palatii partibus*

reliqua cernuntur. Inter ea sacri Præconis Pauli venerandum oratorium est, eundem auctorem agnoscens, illius largissima liberalitate excitatum: namque illius pavimenti marmora argento circumligantur, & sumptuum immanitate ac decore a nullo superatur. Et cap. LIX. illius situm indicat, scribens ei annexam fuisse a Leone Philosopho S. Barbaræ ædem: Τὸ περικαλλὲς δίκτυόν τε αἰθριοδρόμε Παύλε ᾧ ἔ τὸ μάρτυρος Βαρβάρας σωήνωται τὸ ὑπὸ τε σοφωτάτε Λέοντος δομηθέν. Et Continuator Theophanis lib. III. num. XLIII. Εἰσάγει δὲ καὶ πρὸς τὸ καινούργιον κοιτῶνα ἔ τρίκλινον, ὃν Βασίλειος ὁ ἀοίδιμος ἔκτισε βασιλεὺς, καὶ πρὸς τὸν πόρτικα ἢ πίπτε καβεκλείε, ἐν ᾧ καὶ τὸ τε ἁγίε Παύλε δίκτυόν ὑπὸ Βασιλείε τε ἀοιδίμε ἵδρυται βασιλέως. *Inducit vero & ad novæ fabricæ cubiculum tricliniumque a Basilio inclytæ memoriæ Imperatore conditum: ad porticum item quinti cubiculi, quo loco extat S. Pauli oratorium ab inclytæ memoriæ Basilio excitatum.* Ita etiam Scylitzes pag. 588. E. R. ædem S. Pauli in Palatio Basilio Macedoni adscribit. At videtur tantum ab eo renovata, vel instaurata: siquidem Mauricio imperante ædificari cœptam satis declarat Gregorius M. lib. III. epist. XXX. ad Constantinam Augustam: *Serenitas vestræ pietatis, religionis studio & sanctitatis amore conspicua, propter eam quæ in honorem S. Pauli Apostoli in Palatio ædificatur Ecclesiam, caput ejusdem S. Pauli, aut aliud quid de corpore ipsius, suis ad se jussionibus, a me præcipit debere transmitti*, &c. Constantinum Porphyrogenitum in Τετραόγχῳ τε Αποσόλε Παύλε εἰκονίσματα διάφορα efformasse, multisque aureis figuris ac imaginibus illud adornasse, auctor est in illius vita Anonymus Combefisianus n. XXI.

XXI. S. PAULI Ecclesia in Orphanotrophio a Justino Juniore ædificata fuit, anno VII. ut scribit Theophanes, qui SS. Apostolis Petro & Paulo dicatam fuisse innuit: Τούτῳ τῷ ἔτει ἤρξατο κτίζειν ὁ Ἰουστῖνος τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἁγίων Αποσόλων Πέτρε καὶ Παύλε ἐν Ορφανοτροφείῳ. *Hoc anno sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Ecclesiam cœpit Justinus ædificare in Orphanotrophio.* Scylitzes pag. 486. E. R. Svidas in Justiniano, & Codinus pag. 58. E. R. Hanc soli S. Paulo tribuunt, ut & Anna Comnena pag. 482. E. R. Pachymeres lib. IV. cap. XIV. præterea Symeon Magister in Leone Armenio n. III. & Continuator Theophanis lib. I. n. XI. qui τὸν τε θείε Παύλε σηκὸν τὸν ὀρφάνες τρίφαν λαχόντα vocat. At cum omnino constet de Orphanotrophii situ, incertum etiam an eadem sit quam ad Eugenii Portam statuit Nicephorus Gregoras lib. VII. pag. 192. ubi tradit Andronicum Seniorem instauravisse τὸν περὶ τὰς πύλας τὰς Εὐγενίε μέγιστον νεών. Extitit autem Eugenii porta versus Acropolim, proinde in prima urbis regione. Neque enim ædes S. Pauli ad Eugenianam portam eadem videtur cum æde S. Pauli, quam in Palatio excitavit Basilius Macedo, cum Oratorii, seu Δίκτυον nomine donetur: ædes vero ad Eugenianam portam magnitudine & amplitudine sua insignis fuerit, etsi utraque in eadem regione extiterit. Incertum etiam de qua sancti Pauli Ecclesia sermo sit apud Innocentium III. PP. lib. XIII. epistola XIX. quæ inscripta est *Decano de Blakerna, & G. Canonico sancti Pauli.* Porro in hac æde memoriam, seu synaxin celebrari sancti Zotici primi Orphanotrophi XXXI. Decembris observant Synaxaria. Vide eadem ad XXIX. Junii & ad XIV. Januarii in sancto Theodulo.

XXII. S. PAULI ἐν τῷ Λάτρῳ μετοχίε, seu Cellulæ ab alio Monasterio dependentis meminit Pachymeres lib. VIII. cap. VI. extremo. S. Pauli iconismum sic depingunt Menæa XXIX. Junii: Ἡν δὲ τὴν ἰδέαν — φαλακρὸς τὴν κεφαλὴν καὶ ξανθὸς, χαροποιοὺς ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς, κάτω νεύων τοὺς ὀφρῦς, λεπτὸς τὴν ὀξὺν φροσφερὴς, ὑ μάλα τὸ γένειον κεκαθηκὼς, διχαμπῆ καὶ διφέπτασαν ὅλῳ τῷ φοσώπῳ τὴν μίνα περιφέρων, ἐπὶ δ κεφαλῆς καὶ τ πώγωνος μέλασι καὶ λευκαῖς θριξὶν ἐγκοσμούμενος, ἀγκυλαῖος, ἕρωτος, ὅλον τὸ τε σώματος μέγεθος, μικρὸν σωεσταλμένος, &c.

XXIII. PAULOPETRIUM, seu ædes S. Pauli in Petrio, si bene auguror: illius mentio est in Menæis ad XXII. Febr. in qua depositum colebatur corpus sancti Athanasii Confessoris, qui vixit sub Leone Iconomacho: *Edit. Paris. pag. 115.*

Ἀθανάσιος θρέμμα Παυλοπετρίε
Αποσόλοις σωίζει Παύλῳ ἔ Πέτρῳ.
Athanasius alumnus Paulopetrii
Simul est cum Apostolis Petro & Paulo.

Adde Maximum Cytheræum ἐν βίοις ἁγίων. In hac æde synaxin celebrari sanctorum Martyrum Africani, Publii, & Terentii XIII. Martii annotant eadem Menæa.

XXIV. PAULINI Monasterii Abbas Liberius subscripsit Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda, ut Marinus Concilio Constantinopolitano sub Mena cum aliis urbis Abbatibus.

XXV. S. PETRI APOSTOLI templum intra Palatii septa exædificatum a Basilio Macedone refert Porphyrogenitus in avi Vita cap. LVII. locumque indicat in extrema Porticuum Marciani parte, eique adjunctam fuisse ædem aliam S. Michaelis: Ὡσαύτως καὶ ὁ ἐπ' ὀνόματι τοῦ κορυφαίε τ Αποσόλων Πέτρου καὶ τὸ ἄκρον τῶν Μαρκιανοῦ περιδρόμων, ὡς ἀκροπύργιον ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθὲν θεῖος ναός, ᾧ καὶ τὸ τοῦ Αρχιστρατήγου δίκτυόν ἐσῶται. *Similiter & in honorem Principis Apostolorum Petri in extremo ambulationum Marciani, velut acropyrgium, ab eodem templum exstructum, cui & oratorium Archistrategi annexum est.* A Basilio conditum pariter sancti Petri in Palatio templum testatur Scylitzes: illius vero amplitudo & elegantia pluribus describitur a Theophane Cerameo Homil. LV. qui non uni S. Petro, sed & S. Paulo dicatum innuit: Ἐν καὶ τοῦτο προέθηκε γνώρισμα τῆς ἐκείνου βασιλικῆς ὄντως, καὶ μεγάλης ψυχῆς ἔ τερπνότατον τοῦτον ἔ κηρύκων ναόν. ὃν καθάπερ κρηπίδα καὶ ἀσφάλειαν ἐν τοῖς ἀνακτόροις ἐθείματο, μέγισόν τι, καὶ κάλλιστον, &c. *Unum etiam hoc addidit animi vere imperatorii & magni argumentum venustissimum hoc Præconum templum, quod fundamenti instar ac munimenti in Palatio ædificavit maximum atque pulcherrimum.* Ubi τῶν Κηρύκων ναὸς non est templum in quo conciones sacræ habentur, quod vult Scorsus, sed templum Dei præconibus sacrum, id est SS. Petro & Paulo, in quorum festo dicta fuit hæc Theophanis homilia. Nec scio an eadem ædes fuerit cum ea quam in Hormisdæ Palatio exstruxit Justinianus, siquidem Hormisdæ Palatium intra Magni Palatii septa deinceps inclusum constat: ita ut quæ SS. Petro & Paulo primum dicata, solius postea sancti Petri nomine insignita fuerit, proindeque sit ædes illa sancti Petri, de qua hæc habet Anastasius in S. Agathone PP. pagg. 54. 55. E. R. *Suscepti sunt a Principe in Oraculo sancti Petri Apostoli intra Palatium.* Et infra: *Intra Oraculum S. Petri, intra Palatium astante.*

XXVI. SS. vero PETRI & PAULI APOSTOLORUM templum ad Hormisdæ aulam, ubi olim extiterat domus Justiniani adhuc privati, primus ædificavit idem Imperator, uti testatur Procopius lib. I. de Ædif. cap. IV. Πρῶτα μὲν Πέτρῳ καὶ Παύλῳ νεὼν ἐδείματο παρὰ τῷ βασιλείῳ αὐτῷ, ἔ Ορμίσδα τὸ πάλαιον ἐπώνυμος ὤν, ἔνθα τῷ οἰκίαν εἶχεν αὐτὸς πρὸ ἔ βασιλεῦσαι. Atque illud quidem eorundem sanctorum Apostolorum reliquiis exornare in animo habuit, iis a Pontifice Romano expetitis: Justinianus ipse adhuc privatus in epist. ad Hormisdam PP. tom. I. epist. Rom. Pontif. *Præsumentes autem de Beatitudinis vestræ benevolentia, paternam dilectionem nimium petimus, quatenus reliquiis sanctorum Apostolorum tam nos, quam basilicam eorum hic in domo nostra, sub nomine prædictorum venerabilium constructam illustrare & illuminare large dignemini.* Neque tantum reliquias Apostolorum, sed & sancti Laurentii ab

eodem Summo Pontifice expetiit. Hormisdas in epist. ad Justinum Imp. *Filius vester magnificus vir Justinianus res convenientes fidei suæ faciens, basilicam sanctorum Apostolorum, in qua desiderat & B. Laurentii reliquias esse, constituit.* In hanc Basilicam secessit Vigilius PP. seu confugit, dum sibi a Justiniano & Theodora timeret. Ipse Vigilius in Encyclica ad universam Ecclesiam: *In Placidianæ domo, antequam ad S. Petri confugeremus basilicam, facie ad faciem ita locuti sumus*, &c. Et infra: *Ea enim quæ — dixeramus, — in beati Petri basilica in Ormisda scripto firmavimus.* Rursum: *Cum ad B. Petri basilicam in Ormisda fundatam — fugissemus.* In Concilio Constantinopolitano sub Mena subscribit Παῦλος ἡγούμενος τῆς ἁγίων Πέτρου καὶ Παύλου, καὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάκχου.

XXVII. S. PETRI APOSTOLI ædem Sophianæ adjunctam, vel sane proximam, memorant Synaxaria ad XII. Decemb. ubi de S. Spiridone: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σωμάξις ἐν τῷ Ἀποστολείῳ τοῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου Πέτρου τῷ συγκειμένῳ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. In qua quidem æde synaxin Hieremiæ Prophetæ I. Maii celebrari præterea annotant eadem Synaxaria, ut ejusdem S. Petri festum XXIX. Junii, & S. Martiniani XIII. Febr. Qua duntaxat parte extitit Scevophylacium, & in eo solo quod Justinianus a quadam vidua acceperat ad ædis Sophianæ ædificationem necessario ædificatum tradit Codinus: Ἐστι δὲ ὁ τόπος τῶν οἰκημάτων αὐτῆς ὃν δέδωκεν εἰς τὸν μεγάλην ἐκκλησίαν, τὸ Σκευοφυλάκιον ὅλον, σὺν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Πέτρου. Sed & intra & ipsa Sophiani templi septa statuitur in iisdem Synaxariis ad XVI. Januar. quo Græci festum celebrant Catenarum S. Petri, quæ in hoc templo asservabantur: ἡ κατενέθη ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Πέτρου τῷ ὄντι ἔνδον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. Ædis istius encænia celebrant Græci XV. April. Menæa: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἡ ἀνάμνησις τῶν ἐγκαινίων τοῦ σεπτοῦ Ἀποστολείου τοῦ ἁγίου καὶ πανσέμνου κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων Πέτρου, τοῦ συγκειμένου τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. Eadem fortassis fuit cum æde S. Petri, quam intra Palatium stetisse diximus: nam & Magnum Palatium adjunctum fuit & proximum ædi Sophianæ. Deinde ædem S. Petri a Basilio exstructam, ad extremam Palatii partem ædificatam satis ostendunt allata verba Porphyrogeniti & Theophanis Ceramei, ita ut non omnino steterit in ipso Palatio, licet ei adjunctum fuerit. Ut vero a Græcis effingeretur S. Petrus, ita accipe ex Menæis ad XXIX. Junii. Ἦν δὲ ἰδεῖν λῶκός, ὑπόχρως, ἀναφάλας, οὗλος τὰς περιληφθείσας τρίχας, ὑποφαίνων τοὺς ὀφθαλμοὺς αἱματώδεις, οἰδότας, τῷ κάρᾳ καὶ τὸ γένειον πολιός, τῷ ῥίνα ἴσχων μακρὰν, ἀνεσπακὼς τὰς ὀφρῦς, τῷ ἡλικίαν μέτριος, ἐπὶ ὀρθότερον ἠγμένος, τὸ χῆμα τοῦ σώματος σωστικὸς, &c.

XXVIII. S. PETRI templum, quod VETUS appellatum est, condidit Petrus Patricius, cognomento Barsimianus, natione Syrus, Justiniano M. imperante. Codinus: Ὁ παλαιὸν Πέτρου Πέτρος τις πατρίκιος ἐπὶ τῶν χρόνων Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου ἔκτισεν. Addit idem Codinus Barsimianum multa obiisse munera & magistratus: Præfecturam ærarii administrasse Procopius commemorat in Hist. Arcana: Præfecturam Prætorii & Comitivam largitionum diversi Novellarum tituli demonstrant. Sed quo Urbis loco steterit hæc ædes, & an diversa ab ea quæ intra Palatium stetit, vel ea quæ Sophianæ adjuncta fuit, non facile quis definiat.

XXIX. S. PETRI APOSTOLI & S. MARCI in Blachernis, πλησίον τοῦ κόλπου τοῦ Κέρατος, *juxta maritimum Sinum Cornu dictum*, ædem sacram ædificarunt Galbius & Candidus, qui in ea primum deposuerunt ἱερὰν σορὸν, priusquam in ipsum Deiparæ Blachernense templum deferretur, ut est in Narratione historica depositionis S. Zonæ Deiparæ, edita a Combefisio pag. 768.

XXX. S. PETRI Ecclesia Pisanorum memoratur in Epistola Joannis Cardinalis tit. S. Praxedis, scripta *ad Priorem Ecclesiæ S. Petri Pisanorum Constantinopolit.* Honori III. anno V. habetur apud Ughellum tom. III. Ital. sacræ pag. 493.

XXXI. S. PETRI ædem in oppido Galatino stare etiamnum auctor est Crusius pag. 205.

XXXII. S. PHILIPPI Monasterium ædificavit Anastasius Dicorus, Origines CP. editæ: Τὸν ἅγιον Φίλιππον τὸν Ἀπόστολον Ἀνασάσιος ὁ Δίκωρος ἀνήγειρε, καὶ κτήματα πολλὰ ἐπεχώρησεν. Ad Cisternam Mocesiam statuit Cedrenus in Leone M. pag. 360. E. R. Ἦλθον εἰς τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου Φιλίππου, πλησίον τῆς κισέρνης τοῦ ἁγίου Μωκίου. *Venerunt ad Monasterium S. Philippi, quod adjacet Cisternæ S. Mocii.* Ad occidentalem Urbis partem statuitur a Porphyrogenito, qui ab avo instauratum scribit in illius vita cap. LIV. ut & Scylitzes pag. 587. E. R. Vicinum denique Flori Monasterio fuisse tradit Gregorius Diaconus in vita Basilii Junioris cap. LVI. Albericus in Chron. MS. Warnerium Episcopum Trecensem, capta a nostris Constantinopoli, ad Ecclesiam suam misisse superiorem partem capitis S. Philippi.

XXXIII. S. PHILIPPI ἐν τῷ Βριφοτροφίῳ μονῆς ἡγούμενος Anastasius subscribit in Concilio Constantinopolitano sub Mena act. I.

XXXIV. S. THOMÆ APOSTOLI ædem τοῦ Ἀμαντίου, vel Ἀμάντου, ut habent Origines Constantinop. ineditæ, cognominatam, excitavit Amantius Eunuchus, sacri Cubiculi Præpositus, Anastasio Dicoro imperante, qui a Procopio in Historia Arcana τῶν ἐν παλατίῳ δυνάχων ἄρχων; Marcellino, *Palatii Præpositus*; Evagrio, *Imperatorii cubiculi Præfectus*; Codino denique pag. 52. E. R. παραχοιμώμενος dicitur, quique a Justino Thrace occisus est, uti narrat Zonaras, qui hæc de æde S. Thomæ: Οὗτος τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Θωμᾶ ἐδομήσατο, διὸ καὶ τὸν πλησίον οἶκον αὐτοῦ Ἀμαντίου καλούμενος: *Idem S. Thomæ Apostoli ædem struxit, unde Amantii ædes nominatur.* In propria domo, ut auctor est Codinus in Orig. ὁ δὲ ἅγιος Θωμᾶς ὁ τοῦ Ἀμαντίου καλούμενος, οἶκος ἦν Ἀμαντίου. Atqui ante Anastasii tempora stetisse hanc S. Thomæ ædem videntur innuere Theodorus Lector, & ex eo Theophanes pag. 97. E. R. ubi incendium, quod in urbe Leone M. imperante an. V. accidit, absumpsisse quidquid inter ædem sancti Thomæ Amantii dictam & Neorium interjacebat: Ἐμορπισμὸς ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ μέγας ἐγένετο, — ἀπὸ τοῦ Νεωρίου ἀρξάμενος, καὶ φθάσας ἕως τοῦ Ἀποστόλου Θωμᾶ τοῦ Ἀμαντίου. Ex quibus emendandus Cedrenus pag. 348. E. R. qui ubi de eodem incendio agit, habet τοῦ Ἀμάντου. Zonaras Amantii cognomen hoc loco siluit: Πρὸς δὲ νότον ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Θωμᾶ μίκρει τοῦ ναοῦ τῶν μεγάλων μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάκχου. Unde sane colligi videtur sancti Thomæ absumptam hoc incendio ædem reædificasse Amantium, cujus nomine, Leone imperante, ab his scriptoribus donatur, quod reædificata postmodum illud obtinuerit. Sed nec mendo caret quod subdit loco laudato Codinus, ὕστερον δὲ πυρποληθέντα ὁ υἱὸς Βασίλειος ἀνήγειρεν, legendum enim Βασιλείου, quippe Leonem Basilii Macedonis filium ædem incendio rursum absumptam renovasse, & longe pulchriorem excitasse narrant Anonymus Combefisianus in eodem Leone n. IV. Symeon Logotheta n. I. Leo Grammaticus pag. 475. E. R. Zonaras, & Scylitzes pag. 594. E. R. In nona Regione extitisse ex incendio, quod sub Leone M. contigit, colligit Gyllius lib. II. capp. XV. XXV. & lib. III. capp. I. & VIII. Proxime Sophiarum Portum statuit Leo Grammaticus. Unde evidens est Portum Sophianum eundem esse qui μόλος, seu Portus S. Thomæ dicitur apud Theophanem pag. 367. E. R. ubi de ejus positione nullum profert indicium. Sed cum nona Regio ad Propontidem fuerit, non potest esse illa ædes, quam edita Constantinopolitanæ urbis & æri incisa descriptio statuit ad Fretum Sycenum, haud procul a

Edit. Paris. pag. 116.

pag. 117.

loco, ubi extitit Scala Sycena, in sexta scilicet Urbis regione. Ædis sancti Thomæ Amantii mentio est præterea in Historia translationis reliquiarum sancti Joannis Chrysostomi, quæ habetur in Menæis ad XXVII. Januarii, ubi perperam editum, ἐν τῷ τοῦ Ἀποστόλου Θωμᾶ ναὸν ἐν τοῖς Ἀμαρτίοις, pro ἐν τοῖς Ἀμαντίοις. Scribit Anonymus Combefisianus in Porphyrogeniti Vita n. XLVI. excitatum incendium ab æde sancti Thomæ ad Σιδηρᾶν πόρταν procurrisse. Hanc ædem postea sancti Archangeli Michaelis nomine donatam tradunt Origines Constantinop. ineditæ.

XXXV. S. THOMÆ ædem, quam τοῦ Ἀνθημίου appellabant, ædificavit Anthemius, qui Romæ postmodum regnavit, Marciano Constantinopoli imperante, num. IV. Ind. VII. juxta Borædium: nam Constantinopolitanum fuisse Anthemium docemur præterea ex Sidonio in ejus panegyrico, v. LXVII.

——*Tali tu civis ab urbe*
Procopio genitore micas.

Chronicon Alexandr. pag. 741. E. R. Τούτῳ τῷ ἔτει βασιλεύοντος Ἀνθεμίου ἐν Ῥώμῃ, ἐκτίσθη ὑπ' αὐτοῦ οἶκος τοῦ ἁγίου Θωμᾶ, πλησίον τοῦ Βορραιδίου, λεγόμενον τὸ Ἀποστόλιον. *Hoc anno imperante Romæ Anthemio condita est ab illo ædes S. Thomæ prope Borædium, dicta Apostolium.* Quæ quidem haud carent mendo, cum hoc anno nondum Athemius Imperator dictus esset. Et pag. 478. Οὗτος Ἀνθέμιος οἰκοδομεῖται ἅγιον οἶκον τοῦ ἁγίου Θωμᾶ τοῦ Ἀποστόλου, τὸ λεγόμενον Ἀνθεμίου, πλησίον τοῦ Βορραιδίου. Neque alia videtur ab æde S. Thomæ, quam Ἀποστόλιον perinde appellatam, & μονῇ τῆς Λυγούστης vicinam fuisse testatur Anonymus in Miraculis S. Anastasii Persæ cap. XV. Ex his intelligendus videtur Codinus pag. 53. E. R. cum ait τὸ Ἀνθεμίου ædem fuisse ejusdem Anthemii, quam εἰς ναὸν καὶ γηροκομεῖον ἀνήγειρε. Tractum vero Anthemii appellatum ad littus Propontidis, haud procul a Portu Eutropii, statuit Theophanes pag. 331. E. R. Sed & τοῦ Ἀνθεμίου meminit Leo Grammaticus p. 468. E. R. ut & Symeon Logotheta in Michaele n. XLVIII. Tradit idem Logotheta in Theophilo n. XIX. Theodorum cognomento Crithinum, Archiepiscopum, ob cultum imaginum a Theophilo male acceptum, posita postea cæsarie, τὸν Ἀνθεμίου μονὴν ædificasse, & in eo diem obiisse. Quæ quidem verba nescio an ad ædis S. Thomæ instaurationem referri debeant, an vero aliud fuerit monasterium ita appellatum.

XXXVI. S. THOMÆ ædem in *Modesti* regione præterea extitisse colligitur ex Concilio CP. sub Mena, in quo subscripsit Ἰωάννης πρεσβύτερος καὶ ἡγούμενος τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Θωμᾶ ἐν τοῖς Μοδέστου, Act. I.

XXXVII. S. THOMÆ πλησίον χειμέριος Monasterii Archimandrita Sabbas subscripsit libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda.

VI.

ÆDES SACRÆ SANCTIS MARTYRIBUS, Confessoribus &c. dicatæ.

I. ABRAHAMII Monasterium ante Justinianum in Urbe stetit: subscribit enim in Concilio Constantinopolitano act. V. cum cæteris Urbis Constantinopolitanæ Hegumenis, Alexander ἀρχιμανδρίτης μονῆς τοῦ ἐν ἁγίοις Ἀβραμίου. Sed & Libello Monachorum ad Concil. Constantinop. sub Hormisda subscribit pariter Antoninus Ἀρχιμανδρίτης μονῆς τοῦ Ἀβραμίου. Neque aliud videtur ab eo quod Ἀβραμιτῶν vocat Theophanes, & ex eo Paulus Diaconus lib. XXII. Hist. Miscellæ, quo loco ajunt Nicetam Patriarcham Constantinopolitanum erasisse in eo sacras imagines anno XXVII. Copronymi. Qui quidem Abrahamius is videtur, cujus festum agunt Græci XXIX. Octobris. Judæus nempe ille, qui ex miraculo ad Christi imaginem ad æreum Tetrapylum, ex eo Ἀντιφωνητῷ appellatam, patrato, ad idem Tetrapylum idem Monasterium excitavit, Heraclio imperante, in quo & ipse monachicam vestem induit, uti pluribus refert auctor Narrationis istius miraculi editus a Combefisio pag. 642. In Originibus Constantinop. ineditis hæc lego: Ἀχειροποίητος ἐκτίσθη παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου εἰς τὸ καθυζεῖσθαι Ἀβράμιον τὸν μοναχὸν ἐκεῖσε, διὸ ἐκλήθη Ἀβραμίτης. *Ædes Achiropœetos dicta extructa fuit a Magno Constantino, ut Abramium Monachum hic collocaret, unde Abramitæ appellationem sumpsit.* Quod si ita est, alius fuerit Abramius iste a Judæo. De æde Ἀχειροποιήτου dicta suo loco agimus. Scribit Continuator Theophanis lib. III. n. XI. & Scylitzes, τοὺς τῶν Ἀβραμιτῶν μονῆς μοναχοὺς adversus Theophilum Imperatorem, Monachorum institutum, & earundem sacrarum imaginum cultum esse acriter tutatos. Illud porro Monasterium reædificatum ajunt propter sanctam Annam, quæ dissimulato sexu, ac pro eunucho habita, inter Monachos in eo vitam exegit, Euphemiani sumpto nomine. Cum enim Monasterium, in quo illa degebat, angustius esset, ut tot caperet Monachos, qui ad illud propter ejus virtutes ac miracula confluebant, locum a sancto Tarasio Patriarcha Constantinopolitano obtinuit illius Hegumenus, in quo novum Monasterium conderet, quod Abramitarum postmodum dictum est: qui quidem forte est ille Symeon ἡγούμενος τῶν Ἀβραμιτῶν, qui subscripsit Synodo Nicænæ II. sub eodem Tarasio act. II. Menæa ad XXIX. Octob. in Synaxario: Οὗτον ὁ τῆς μονῆς φοιτητὴς, διόδιον ἐμπηδήσας, τῷ τιμιωτάτῳ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως τῷ ἁγίῳ Ταρασίῳ, δηλοποιήσας περὶ τῶν θαυμασίων ἔργων τοῦ Μοναχοῦ Εὐφημιανοῦ, ὅπως τὸ ἀφανισθησόμενον τῶν θαυμάτων, ἐκ ὀλίγου πλήθους ὑποταξαμένων, φοιτητῶν τῇ μονῇ, καὶ μὴ χωρεῖσθαι τοὺς φοιτητὰς, διὰ τὸ πάνυ στενοτέρου τοῦ τόπου ἐξ σμικρότατον διεστάφησεν· ὅρα τὸν πατριάρχην σωφρονοῦντα τῷ ἰδίῳ θελήματι· καὶ λαβὼν δῆθεν δωρεὰν αὐτοῦ τόπον ἱερώτιον, ἐν ᾧ νῦν ἡ μονὴ τῶν Ἀβραμιτῶν λεγόμενον, δι' ὀλίγου χρόνου ἐξ αὐτῶν τῶν χρημάτων φροντιστήριον ἀποκατεστήσας εἰς πολῶν ψυχῶν σωτηρίαν, &c. Edit. Paris. pag. 118.

II. S. ACACII, qui martyrium passus est Byzantii sub Diocletiano, & cujus festum agunt Græci VII. Maii, ædem ædificavit in Heptascalo Constantinus M. ut auctor est Codinus pag. 38. 39. E. R. Καὶ τὸ ἅγιον Ἀκακίου τὸν Ἑπτάσκαλον — ἀνήγειρε. Ædis situm eundem designant Menæa ad IV. Junii: tradunt quippe ædem S. Metrophanis vicinam fuisse ædi S. Acacii ἐν Ἑπτασκάλῳ. Idem observat Scylitzes in Basilio Macedone pag. 588. E. R. a quo instauratam tradit: Καὶ τὸ τοῦ Μάρτυρος Ἀκακίου ναὸν, ἐν τῷ Ἑπτασκάλῳ πτῶσιν ἀπειλοῦντα ἐπισκευάσας, τοῦ πτώματος ἔρρυσε. *Et Martyris Acacii templum in Heptascalo, quod ruinæ proximum erat, instaurans, a casu servavit.* At Porphyrogenitus, in avi vita cap. LIV. a quo sua fere hausit Scylitzes, habet Ἀκακίου ἐν τῷ Παγχάλῳ θεῖον ναὸν, quomodo Menæa & Synaxaria ad VII. Maii. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ (Ἀκακίου) σύναξις ἐν τῷ αὐτοῦ μαρτυρίῳ τῷ ὄντι ἐν τῷ Πασχάλῳ, & XXI. Julii. σύναξις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀκακίου ἐν τῷ Πασχάλῳ. Unde admodum probabile est corruptam hanc ultimam vocem ex Ἑπτάσκαλον, de quo egimus suo loco. Ædem vero Acacianam in X. Regione statuit vetus Urbis Descriptio. Πλησίον τῶν οἰκημάτων τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου ædificatam ab eodem tradunt Origines CP. ineditæ. *Chrysocamaro* proximam fuisse observat Codinus pag. 54. E. R. εἰς δὲ τὸ Χρυσοκάμαρον τὸ πλησίον τοῦ ἁγίου Ἀκακίου, ὅπου ἐστὶ τὸ Μωσηλὲ ὁ οἶκος, Χριστοῦ ὑπάρχων εἰκονισμός. Socrates lib. II. c. XXXVIII. Theophan. p. 38. E. R. Cedren. pag. 302. E. R. Zonaras, & Nicephor. lib. IX. c. XLII. narrant Macedonium Patr. CP. Magni Constantini corpus e sanctorum Apostolorum æde,

æde, ruinam ejus causatum, in ædem S. Acacii transtuliſſe, eoque facto irritatum Conſtantium, depoſuiſſe Macedonium, Eudoxio in ejus locum ſubſtituto. Verba Socratis ſunt: Μεταφέρει τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος Ἀκακίου ἀπόκειται. *Transfert corpus Imperatoris in Eccleſiam, in qua corpus Martyris Acacii depoſitum eſt.* Quæ quidem ſententiam videntur firmare Codini ſcribentis pag. 40. E. R. Eccleſiam S. Acacii conditam quidem a Conſtantino M. ſed illius nomen ædi primum impoſuiſſe Juſtinianum: ὁ δὲ Ἰουστιανὸς ὁ τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν κτίσας ἐκάλεσεν αὐτὸν (ναὸν) ἅγιον Ἀκάκιον. Quippe Socrates ſatis innuit ſua tempeſtate hanc ædem non S. Acacii appellatam, ſed tantum in ea corpus illius aſſervatum. Juſtinianus autem hanc a fundamentis inſtauravit, disjecta priore æde, uti teſtatur Procopius lib. I. de Ædif. cap. IV. ubi templi Juſtinianei elegantiam & columnas candoris eximii, & ſolum marmore conſtratum, & porticus veſtibulo præſtructas mire prædicat. Denique cum rurſum ruinam minaretur, de novo inſtauratum eſt a Baſilio Macedone, uti ex Porphyrogenito & Scylitze notavimus. An vero ædes Acaciana, quæ ſtetit in Heptaſcalo, eadem ſit, quam Καρίαν nominatam tradunt Socrates lib. VI cap. XXI. Theophanes pag. 68. E. R. & Nicephorus Call. lib. XIII. cap. XXXVIII. quod velle videtur Gyllius lib. III. cap. IX. non omnino conſtat: ſiquidem Codinus pag. 54. E. R. τὸν ἅγιον Ἀκάκιον τὸν Χαρίαν, ſeu ædem S. Acacii *Caryæ* dictam, (ſic enim legendum) a Narſete Patricio, Juſtino Seniore imperante, ædificatam ſcribit. De conditore aliter Origines CP. ineditæ: Τὸν δὲ ἅγιον Ἀκάκιον τὸν Κάραν ἐν τῇ βασιλικῇ πόρτῃ ἔκτισεν ὁ ἀδελφὸς Χαρισίου Πατρικίου ἐν χρόνοις Ἰουστίνου καὶ Τιβερίου. Verum Socrates, qui Theodoſio Juniore imperante vixit, proindeque multo ante Juſtini imperium, diſerte tradit ſub Arcadio Καρύαν appellatam ædiculam ſacram, οἰκίσκον εὐκτήριον, adjunctam domui cuidam ampliſſimæ hoc nomine donatæ, quod caſtanea vel nux arbor in area illius eſſet, ad quam fama erat ſuſpenſum ſanctum Acacium martyrem occubuiſſe, & ea de cauſa ad illam arborem parvam Eccleſiam fuiſſe ædificatam. Ex Socrate vero emendandus Theophanes, qui ἐν Καρίᾳ, pro ἐν Καρύᾳ habet. Sed quod apud Socratem & alios de Acacio ad caſtaneam ſuſpenſo legitur, repugnat omnino Synaxariis, tradentibus Acacium ſecuri percuſſum vitam martyrio conſummaſſe. Ut ut ſit, admodum probabile eſt ædem hanc, priuſquam Acacii appellaretur, *Caryam* nude appellatam: poſtmodum vero ampliori & elegantiori a Juſtiniano templo exædificato, Acacii nomen ei impoſitum. Translationis reliquiarum S. Acacii feſtum celebrant Græci XV. Sept.

Edit. Pariſ. pag. 119. III. S. ACINDYNI Eccleſia Venetorum propria fuit, eoque nomine Gradenſi Patriarchæ ſubdita. Innocentius III. PP. lib. I. Epiſt. pag. 83. ad Gradenſem Patr. *Inde eſt quod cum Eccleſiam S. Achindan. apud Conſtantinopolim te habere proponas, quidam ſuffraganeorum tuorum decimas a parochianis ejuſdem Eccleſiæ, qui de ſuis partibus ad eandem parochiam ſæpe domicilia transferunt, ex occaſione inſtanter requirunt.* Eadem *Acridani*, & *Akydani* appellatur in Bullis Celeſtini III. & Honorii III. laudatis in Notis ad Alexiadem pag. 313. quibus omnibus in locis *Acindyni* reponendum puto, cum ſanctos binos hoc nomine agnoſcant Eccleſiæ Romana & Græcanica: prioris feſtum agunt vigeſima Aprilis, alterius ſecunda Novembr.

IV. S. ÆMILIANI Eccleſia, primo parvulum Oratorium extiterat; at cum Conſtantinus Magnus Eccleſiam Deiparæ, quæ Πάλδε appellata fuit, condidiſſet, vicinam ſancti Æmiliani ædem ſacram pariter ampliorem fecit, ut habent Codinus pag. 51. E. R. & Origines Conſtantinop. ineditæ. Rurſum inſtauratam a Baſilio Macedone ſcribunt Porphyrogenitus in Baſilio num. LIV. & Scylitzes pag. 588. E. R. Ab hac æde dicta vicina urbis porta ſancti Æmiliani, de qua egimus ſuo loco.

V. S. AGATHONICI templum forma dromica exædificatum a Conſtantino Magno, ex Cedreno pag. 284. E. R. Nicephoro Call. lib. VII. cap. XLIX. & Codino in Orig. p. 38. E. R. ex Origin. Conſtantinop. ineditis: deinde in anguſtiorem formam excitatum a Juſtiniano, ex Procopio lib. I. de Ædif. cap. V. annotavimus in Deſcriptione ædis Sophianæ num. I. Idem Codinus & Anonymus in Collect. Conſtantinop. pagg. 95. 91. E. R. primum ab Anaſtaſio, deinde a Juſtiniano renovatum ſcribunt, in eoque per annos LVII. Patriarchas ſediſſe, coronatoſque Imperatores quatuor, tandemque in Magno Palatio, cui adjacebat, incluſum ſub Tiberio Mauricii ſocero. Sancti Agathonici feſtum agunt Græci XXIII. Aug ſeu XXII. ut eſt in Menologio Sirleti. Ad hanc porro ædem ſtetit ſtatua Verinæ Imperatricis, ut obſervat Suidas verbo Βηρώη: quam Origines Conſtantinop. ineditæ μετὰ τὴν ἔκδοσιν τῆς εἰκόνος βαδίδων, Leone Imperatore ipſius conjuge ſuperſtite poſitam ajunt.

VI. S. ALEXANDRI Martyris ſynaxin & feſtum diem celebrari, πλησίον τῆς ἁγίων Ἀποστόλων, *juxta ædem ſanctorum Apoſtolorum*, obſervant Menæa ad duodecimum diem Januarii.

VII. S. ANASTASII Perſæ Monachi, qui martyrium conſummavit ſub Coſrhoe Perſarum Rege, Heraclio imperante, an. DCXXVII. ædem excitavit Irene cum filio Conſtantino, ut auctor eſt Codinus pag. 39. E. R. Ejus feſtum celebrant Græci & Latini XXII. Januar. Ædis alterius ſancti Anaſtaſii a quadam vidua ædificatæ, quæ in ea ſancti reliquias recondiderit, mentionem agunt Menæa ad vigeſimum quintum Octob. ſed an Conſtantinopoli, non liquet.

VIII. ANASTASII Monaſterii ἐν τῷ ἀγωγῷ, in Aquæductu, Archimandrita Cyriacus ſubſcripſit Libello Monachorum ad Synodum ſub Hormiſda.

IX. S. ANTIPÆ ædes corruit terræ motu an. XII. Baſilii. Vide Menæa ad IX. Dec. in ſancto Stephano: & ad III. April. in ſancto Joſepho Melodo.

X. S. ANTONII templi meminit Codinus pag. 12. E. R. quo loco veteris Byzantii ſitum deſcribit. Illud etiamnum ſupereſſe ſcribit Pater Pacificus Capucinus in Itinerario Conſtantinopolitano, qui præterea ſcribit magno Græcorum concurſu frequentari ob crebra quæ ibi Deus operatur miracula. Ut vero inde corpus ejusdem ſancti in Gallias translatum fuerit, multis proſequitur Bolandus ad XVII. Januarii.

XI. S. ARTEMII Martyris templum titulo ſancti Joannis Præcurſoris primum exſtruxerat Anaſtaſius Dicorus, quo loco, dum adhuc Primi a ſecretis officio fungeretur, habitabat, poſtquam vero in illud ſancti Artemii corpus illatum eſt, de illius nomine appellari cœpit: ita Codinus pag. 46. E. R. ex Originibus Conſtantin. inedit. Sancti Artemii Ducis & Auguſtalis Alexandriæ feſtum agunt Græci & Latini XX. Octob. ædis vero ſancti Artemii mentio eſt in Menæis, ubi de Miraculis ejusdem ſancti. Vide Zonaram in Juliano.

XII. S. BASILII Monaſterium inſigne extitit Conſtantinopoli ut auctor eſt Codinus de Offic. cap. XV. in quo humatum Joſephum Patriarcham CP. ſub Andronico Seniore auctor eſt Pachymeres lib. VII. cap. XIII. S. Baſilium, inquit Gerlachius apud Cruſium in Turcogr. pag. 205. ut hoc obiter adnotem, ubique in templis Græci pingunt facie macilentia, & barba longa, Chryſoſtomum vero ſine barba, &c. Menæa ad I. Januarii in S. Baſilio Cæſar. Ἡ δὲ τοῦ τύπου τοῦ σώματος ἐστὶ πολὺ μῆκος· τὸ ὀρθὸν σχήματος ἀναδραμὼν, ξηρὸς καὶ λιτόσαρκος, μέλας τὸ χρῶμα ὠχρότητι

τὸ φρόσωπον σύγκρατος, ἐπίῤῥαν, κὶς κύκλον τὰς ὀφρῦς πεφυγμένος, τὸ ἐτισχνίον ὠτίον κὰκῶς φρυκτικῷ ἐοικώς, ὀλίγας τὸ μέτωπον ἀμ-ῤυγὰς ῥυτιδούμενος, ἐπιμήκης τὰς παρειὰς, κοίλους τοὺς κροτάφους, ἡρέμα ἐν χρῷ κυρίας, τῷ ὑπνίῳ ἀρκούτως καθημένος, μεσαιπόλιος.

Edit. Paris. pag. 120.

A Illius imaginem, ut & SS. Ioannis Chrysostomi & Nicolai, in tabella Græcanici operis expressam, uti hic describitur ex musæo RR. PP. Canonicorum Regularium Sanctæ Genovefæ Parisiensis, hoc loco exhibere placuit.

XIII. S. BASSIANI ædes, de qua ita Menologium Sirleti x. Octob. *Eodem die natalis sancti P. N. Bassiani, qui ex regione Syriæ sub Imperatore religiosissimo Marciano venit Constantinopolim, virtutibus & miraculis ita excellens, ut Imperator ipse sub ejus nomine templum construxerit*, &c. Μονῆς τοῦ Βασιανοῦ meminit præterea Theophanes in Leone M. & in Anastasio pag. 98. 122. E. R. Monasterii, seu μονῆς τοῦ ὁσίου Βασιανοῦ, Archimandrita Martyrius subscribit in Concilio Constantinopolitano anni DXVIII. in Concilio vero Constantinopolitano sub Mena Elpidius Abbas τῆς μονῆς Βασιανοῦ. Vide Menæa & Menologium Basilii ad IX. Novemb.

B

XIV. S. BENEDICTI ædem in Sycis extare ait Martinus Crusius in Notis ad Malaxum pag. 205. Illius meminit etiam Gyllius lib. IV. cap. XI. illaque est hodie Patrum Societatis JESU.

XV. SS. BENJAMINI & VERII festum & memoriam celebrari πλησίον τῆς παλατίων τοῦ Ἐβδόμου annotant Menæa ad XXIX. Julii: sed an in æde iis dicata, incertum.

C

XVI. S. BLASII Archiepiscopi Sebasteæ Martyrium, quo loco fuerit, indicant Synaxaria ad diem sancto Blasio festum XI. Febr. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σωτηρία ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ τῷ ὄντι πλησίον τοῦ Ἀποστόλου Φιλίππου ἐν τοῖς Μελτιάδου. *Celebratur illius commemoratio in sanctissimo ejus Martyrio, quod est prope ædem sancti Apostoli Philippi in tractu urbis, qui Meltiadis dicitur.* S. Blasii corpus Ragusii asservari testatur Nicolaus Huenus in Itinerario Hierosol. cujus brachium Constantinopoli delatum, Ecclesiæ Parisiensi a Petro Capuensi Cardinali concessum testatur Necrologium Ecclesiæ Parisiensis II. Non. Febr. *Ipso die obiit venerabilis Pater & Dominus Petrus sancti Marcelli tit. Presbyter Cardinalis, qui a Legatione Constantinopolitana reversus, nobis transmisit reliquias, videlicet brachium sancti Blasii, cum genu sancti Symeonis. Partem etiam quandam de vestimentis beatæ Mariæ, cum aliis multis reliquiis. Capitulum vero non immemor collati beneficii, anniversarium ejusdem Cardinalis singulis annis concessit in Ecclesia Parisiens.*

Edit. Pariſ. pag. 121.

celebrari in craſtino feſtivitatis B. Blaſii; & ſtatuit, ut de oblationibus quæ ſunt in trunco Eccleſiæ, Canonici & majori altari ſervientes qui Vigiliis anniverſarii intererunt, ſex denarios habeant; & qui Miſſæ intererunt, ſimiliter ſex denarios habeant, & Matriculatti laici duodecim.

XVII. S. CALLINICI Martyris ædis juxta Petrium mentio eſt in Menæis ad XXIX. Julii.

XVIII. SS. CARPI & PAPYLI monaſterium ad exemplar ſepulcri Chriſti ex vario & admirando marmore extruxiſſe & dotaſſe ſanctam Helenam Conſtantini matrem, variiſque poſſeſſionibus ditaſſe, ſcribunt Origines Conſtantinop. ineditæ, & Codinus pag. 50. E. R. Horum feſtum agunt Græci III. Id. Octob. Latini XIII. April. Addit Synaxarium Collegii Claromontani Soc. J. Pariſ. celebratam τῶν αὐτῶν σωμάτων ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτῶν μαρτυρίῳ τῷ ὄντι πλησίον Ελευιανῶν, ex quo monaſterii ſitum hactenus ignotum docemur. SS. Carpi & Papyli Acta ex Græcis MSS. nuper ediderunt viri doctiſſimi Henſchenius & Papebrochius.

XIX. S. CASSIANI, qui ſub Leone Magno vixit, ædis ſacræ mentio eſt in Menæis ad IX. Octob. in Synaxario ſanctæ Matronæ.

XX. S. CERYCI monaſterii, μονῆς τ' ἁγίου Κυρύκου, (forte Κυρίκου) Abbas Marcus Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena interfuit cum aliis urbis Abbatibus.

XXI. SS. CHARILAMPI & PANTALEONIS Martyrum, ſeu Χαριλάμπου & Παντολέοντος, ædem ἐν Δωτίρῳ extitiſſe obſervant Menæa ad XVII. Sept. quo eorum feſtum colebant Græci in hac æde.

XXII. S. CHRISTOPHORI Martyris ædis, juxta ſancti Polyeucti ædem, encænia celebrant Græci XVI. Decemb. Menæa: Καὶ τὰ ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ τ' ἁγίου μάρτυρος Χριστοφόρου, πλησίον τοῦ ἁγίου Πολυεύκτου. Neſcio an ædis, quam ſancto Chriſtophoro, cujus feſtum agunt Græci IX. Maii, ſacram ajunt eadem Menæa extitiſſe πλησίον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου ἐν τῷ Κυπαρισσίῳ, in qua ejuſdem ſancti ſynaxis acta dicitur.

XXIII. S. CLEMENTIS Martyris Εὐκτήριον, ſeu Oratorium, in Palatio ædificavit Baſilius Macedo, & in eo divinum ejus caput, aliorumque plurimorum Martyrum ſacras repoſuit reliquias, ut auctor eſt Porphyrogenitus in avi Vita cap. LVI. & ex eo Scylitzes pag. 588. E. R. Tres hoc nomine Martyres colit Eccleſia, quos inter fuit Clemens PP. qui tertius poſt beatum Petrum Apoſtolum Pontificatum tenuit, & in perſecutione Trajani apud Cherſoneſum relegatus, ibi alligata ad collum ejus anchora, in mare præcipitatus, martyrio coronatus eſt. At cum πολυταθὴς & χαρτιεικώτατος τῶν μαρτύρων dicatur Porphyrogenito, videtur ſanctus Clemens Ancyranus Epiſcopus intelligi, cujus feſtum diem celebrant Græci XXIII. Januarii, & martyrii genus memorant Synaxaria. Vide Silveſtrum Giraldum in Topograph. Hiberniæ diſt. II. cap. XXVIII.

XXIV. SS. CONSTANTINI & HELENÆ memoriam & ſynaxin celebrari ajunt Menæa ad XXI. Maii in Magna Eccleſia, in æde Apoſtolorum, καὶ ἐν τῷ θείῳ αὐτοῦ ναῷ ἐν τῇ καισέρνῃ τ' μονῆς, τ' Πατριάρχου ἅμα τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ συγκλήτῳ μετὰ λιτῆς ἐκεῖσε παραγινομένου, καὶ τὴν θείαν μυσταγωγίαν ἐπιτελοῦντος· *Et in ſacra illius æde in Ciſterna Monaſterii, Patriarcha, Imperatore ſimul & Senatu eo procedentibus, & ſacram liturgiam peragentibus.* Quibus in verbis mendum ſubeſſe exiſtimaverim: nam quid ſibi velint hæc verba, ἐν τῇ καισέρνῃ τ' μονῆς, non plane percipio, niſi legatur Μωκισίᾳ, aut quid ſimile, ita ut hoc monaſterium ſitum fuerit verſus Ciſternam Moceſiam.

XXV. S. CONSTANTINI Magni Imperatoris monaſterium in Arcadianis memoratur a Leone Grammatico pag. 472. E. R. ubi de Nicolao Syncello. Τελευτήσαντος δὲ Νικολάου τοῦ Συγκέλλου, θάπτουσιν αὐτὸν εἰς Αρκαδιανὰς εἰς τ' ἰδιόκτητον οἶκον, ἔνθα ἐστὶ τὸ μετόχιον τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου. *Nicolao Syncello poſt-*

A *modum mortuo, corpus ejus in Arcadianis ſepelierunt, in propria domo, ubi eſt monaſterium ſancti Conſtantini.* Interpres, *qua prædium eſt ſancti Conſtantini*: at μετόχιον Græcis nuperis eſt cella monaſtica a majori monaſterio dependens. Ita enim uſurpatur a Pachymere lib. IV. cap. VIII. & lib. V. cap. II. & aliis, uti in Gloſſario noſtro obſervatum. De Arcadianis dixi ubi de *Domo Nobiliſſimæ Arcadiæ*.

XXVI. CONSTÆ, vel CONSTANTIS monaſterii, ſeu μονῆς τῶν Κώνστα, Hegumeni Joannes in Concilio Conſtantinop. an. DXVIII. Stephanus vero in Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena cum cæteris urbis Epiſcopis ſubſcribunt.

XXVII. SS. COSMÆ & DAMIANI ædes, ſeu τῶν Ἀναργύρων ἐν τοῖς Βασιλίσκου, memoratur a Zonara pag. 57. E. R. & in Originibus Conſtantinop. ineditis: Οἱ δὲ ἅγιοι ἀνάργυροι οἱ ὄντες εἰς τὰ Βασιλίσκου ἐκτίσθησαν ὑπὸ Ιουσιανοῦ (leg. Ιουσίνου) καὶ Σοφίας. Proinde alia prorſus a *Coſmidio*, ſeu æde divis iiſdem ſacra, quæ extra urbem extitit, de qua agimus ſuo loco; & ab ea æde τῶν ἀναργύρων, quam in Zeugmate Proclum Patriarcham Conſtantinopolit. ædificaſſe ſub Theodoſio Juniore ſcribit Codinus in Origin. pag. 47. E. R. Τὰ Βασιλίσκου vero appellabant Byzantini urbis tractum, ubi Palatium a Baſiliſco Imperatore ædificatum eſt ex domo in qua privatus adhuc & Patricius habitaverat: quo quidem temporis injuria abſumpto, manſit loco Baſiliſci appellatio, ut refert idem Codinus p. 50. E. R. Οἶκος τοῦ Βασιλίσκου meminit Theodorus Lector Eclog. I. pag. mihi 183. Palatii vero *pag.* 122. ab eo conditi Glycas in illius Vita. Ἀναργύρων porro voce apud Zonaram & Codinum ſancti Coſmas & Damianus intelliguntur, quos præ cæteris ita appellarunt Græci, quod gratis medicinæ artem exercerent, ὅθεν οὐδεὶς παρά τινός τι λαβεῖν ὑπέχοντο πώποτε, ἀλλὰ δωρεὰν καὶ ἀμισθὶ ἰατρεύοντες, ut eſt in Synaxariis ad I. Novemb. Joannes Euchaitarum Epiſcopus in ædem iis ſacram Conſtantinopoli:

Ἰδοὺ τὶ τέρτιον, ὦ γέμον θυμηδίας,
Ὡς αὐταδέλφων φιλτάτων σωοικία,
Ἧν ἡ παρθένα μαρτυρεῖ τούτοις σάσις,
Καθ' ὧν ὁμοῦ σώμασιν οἱ γεγραμμένοι.
Ἀνάργυροι μὲν ὁ τρόπος τρισὶ συγγόνοις,
Τέχνῃ δ' ἰατροὶ, θαυματουργοὶ δὲ πλέον,
Ἧν οὗ θέλεις ἀμισθον ἐξαιτοῦ χάριν,
Θεῖα γὰρ ἐγγύς, δ' ἀτυχὴς δὲ ἐκ τέχνη.

In eandem ſententiam concinit Althelmus de Laude Virginum:

Nec tamen eximio virtutum munere dites,
Auri fallentis geſtant marſupia farta,
Sed loculos nummi calcant ut tetra venena,
Omnia donantes gratis pro ſtipe ſuperna.

Hinc *pecuniæ contemptores* dicuntur Myrepſo ſect. X. cap. CLXXXIII. & ſect. XXXVI. cap. XVIII. Ita medicinam gratis ſe profeſſum teſtatur Auſonius Idill. XXX.

Obtulit opem cunctis poſcentibus artis inemptæ,
Officiumque meum cum pietate fuit.

Sed & alii etiam ſancti aliquot appellati ἀνάργυροι, ut ex Liturgia Chryſoſtomi colligitur, & Menæis ad XVI. Octobris, XXVIII. Junii, & XXXI. Januarii: neque enim horum omnium dies feſtus fuit primus Julii, uti putavit Meurſius, ſed tantum ſanctorum Coſmæ & Damiani, quod ex Menæis patet, quorum etiam feſtivitas agitur I. Novemb. Jam vero ædes ſanctorum Coſmæ & Damiani, quæ extitit in ea Urbis regione quam Baſiliſci appellabant, renovata & reædificata fuit a Tiberio Curopalata, ut auctor eſt Zonaras.

XXVIII. SS. COSMÆ & DAMIANI ἐν τοῖς Δαρίου ædes memoratur in Menæis ad V. Maii, in qua ſynaxis agi ſolita dicitur SS. Martyrum Neophyti, Gaii & Gajani.

XXIX. S. CYRIACI Martyris monaſterii, ſeu μονῆς τοῦ ἁγίου μάρτυρος Κυριακοῦ, vel τ' ἁγίου Κυρια-

χοῦ nude Abbates, Acacius in Concilio CP. an. DXVIII. & Eleutherius in Concilio Constantinopolitano sub Mena subscripserunt. Vide Historiam Marcæ Anconitanæ Juliani Saraceni pag. 233. & 52.

XXX. CYRIACI, seu Κυριακοῦ μονῆς ἡγουμένου Gennadius subscribit in Concilio Constantinopolitano sub Mena act. 1. cum aliis urbis Abbatibus. Μονὴ ἡ ἐπίκλην Κυριακοῦ dicitur in libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda.

XXXI. SS. CYRI & JOANNIS Martyrum ædis sacræ meminerunt Menologium & Synaxaria ad XXXI. Januarii, quo die eorum festum agunt Græci & Latini: τὸ Ἰανουαρίου λά. τῶν ἁγίων καὶ θαυματουργῶν ἀναργύρων Κύρου καὶ Ἰωάννου, καὶ τῆς σὺν αὐτοῖς. Alia Menæa & Synaxaria ædis situm designant in Sphoracii quem vocant tractu: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν σωμάτων ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῶν, πρὸ ὀντι ἐν τοῖς Φωρακίου. Horum reliquiæ inventæ Arcadio imperante, ut habet Menologium Sirleti ad XXVIII. Junii. Vide Bolandum ad XXXI. Janu. Monasterii S. Cyri CP. meminit Ordericus Vitalis lib. VII. pag. 641.

XXXII. CYRI, seu Κύρου ἐν τοῖς Ἐλεβίχου, monasterii Abbas Joannes subscripsit libello monachorum ad Synodum sub Hormisda.

XXXIII. S. DEMETRII Martyris ædes extitit in ipso urbis Angulo, quo loco extitit Acropolis, unde ipse Angulus S. Demetrii postmodum dictus, uti ex Duca & Leunclavio docuimus in Notis ad Alexiadem pag. 259. & 384. E. R. A Barda Cæsare primo conditam scribunt Origines CP. ineditæ parte II. Τὸν δὲ ναὸν τοῦ ἁγίου Δημητρίου τοῦ ἀνωθεν τοῦ τείχους ὄντα, ἔκτισε Βάρδας ὁ Καισαρ ὁ θεῖος τοῦ ἀναιρεθέντος Μιχαὴλ, &c. Sed an hæc ædes ea sit quam Porphyrogenitus in Basilio cap. LIV. & Scylitzes pag. 588. E. R. Basilium renovasse tradunt, incertum; cum aliam ædem S. Demetrio sacram in ipso Palatio statuat Cantacuzenus lib. III. cap. VI. Καὶ πρὸς τῷ ναῷ τοῦ μεγαλομάρτυρος γενόμενοι Δημητρίου, ὃς τὰ βασιλεῖα φκοδόμητο ἐντός. Et cap. IX. Καὶ πρὸς τῷ ἐν βασιλείοις τοῦ μυροβλύτου Δημητρίου τοῦ μάρτυρος γενόμενος ναόν. Quod si eadem plane fuit, a qua Angulus urbis S. Demetrii appellationem sumpsit, dicendum erit extitisse in ea parte Palatii, quæ hunc angulum spectavit, tametsi ipsi Angulo non omnino proximum fuerit magnum Palatium. Meminit præterea Codinus lib. de Offic. cap. XV. monasterii S. Demetrii, quod Palæologorum appellat, in quo Imperatores, veteri & solenni ritu, rei divinæ operam dabant: Κατὰ τὸ μνῆμα τοῦ μεγάλου Δημητρίου εἰς τὸ ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ τιμωμένῳ σεβασμίαν μονὴν τῶν Παλαιολόγων. Ab Andronico Juniore forte vel ædificatum vel renovatum crediderim, qui sanctum Demetrium summa veneratione, & a puero coluit, ob præstitam sibi imprimis a Divo isto opem in expeditione Thessalonicensi, uti narrat Cantacuzenus lib. I. cap. LIII. *Edit. Paris. pag. 123.*

XXXIV. DII, seu S. DII, monasterium ædificavit S. Dius Theodosio M. imperante, multis pecuniis ab Imperatore suppeditatis, quibus opus ipsum peractum est, ut habent Menologium Sirleti ad XIX. Julii, & Codinus pag 61. E. R. In hoc autem Ἀκοιμήτας monachos induxit, quorum institutum hac ipsa ferme tempestate cœperat agnosci. Hujus quidem Archimandritæ aliquot celebrantur, quos inter extitere Martinus Presbyter, & Ἀρχιμανδρίτης μονῆς τοῦ μακαρίου Δίου, qui damnationis Eutychis subscripsit in Concilio Chalchedonensi act. 1. Præterea Alexander & Constans, qui subscripsere libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda PP. & Agapetus Concilio sub Mena, hocce titulo, Ἀλέξανδρος ἐλέῳ Θεοῦ πρεσβύτερος Ἀρχιμανδρίτης μονῆς τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Δίου, καὶ Ἔξαρχος τῶν ἁγίων μοναστηρίων. Unde conjicere licet non uni Abbati *Dalmati* concessam esse hanc dignitatem Exarchi monasteriorum A urbis, nisi legendum sit Δαλματῶν, quod puto: nam proxime sequitur Constans Presbyter & Archimandrita μονῆς τοῦ ὁσίου Δίου; alias monasterium Dii duos simul habuisset Abbates. Meminit præterea Nicetas Paphlago in Vita S. Ignatii P. CP. cujusdam alterius Ignatii, qui Photii partes secutus, ἄρχων τῆς μοναστηρίων καὶ τῶν Προποντίδος fuerat: monasterii vero & Monachorum Dii Theophanes pag. 114. 122. 135. & 373. E. R. ut & Victor Tunnensis in Chronico. Memoratur præterea a Nicolao I. PP. epist. 8. *Dositheus Osii Dii Presbyter & Monachus.*

XXXV. S. DIOMEDIS monasterium a Constantino M. ædificatum scribit Codinus pag. 51. E. R. Exinde Basilius variis donariis ac ingentibus reditibus locupletavit, uti Porphyrogenitus in ejus vita cap. LII. & ex eo Scylitzes pag. 586. E. R. scribunt: ex ea scilicet occasione, quam tradunt B idem Porphyrogenitus cap. VII. Symeon Logotheta in Michaele num. 11. Leo Grammaticus, Scylitzes & Zonaras. Origines CP. MSS. Τὸν ἅγιον Διομήδην ἔκτισεν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος· ὁ δὲ Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ἀνήγειρε τοῦτον, καὶ ἐκαλλώπισε, καὶ ἐπεχαρίσατο κτήματα ἐξ τὸ τῶν ἐπτασίων τῆς βασιλείας ἐκεῖσε ἰδεῖν αὐτόν. Illius etiam meminit Theophanes an. XXXVI. Justiniani, ut & Waddingus in Annal. Min. an. MCCCLXXIV. num. 1. Scribit Ughellus in Amalphitanis Archiepisc. caput S. Diomedis Martyris Constantinopoli delatum in Ecclesiam S. Petri de Canonica Amalphitanam a Petro de Capua Cardinali post expugnatam a nostris urbem. Huic ædi adjacuisse carcerem auctor est Nicetas in Alexio Man. F. Εἰς τῷ τοῦ ἁγίου Διομήδους μοναχῷ περί τινα ἐκεῖ που εἰστήκειν οὖσαν εἱρκτῶν ἀκλείως ἀπάγεται. Atque inde *Carcer Diomedis* appellatur in Historia exilii S. Martini PP. & Martyris, ubi in Prætorio Præfecti, Urbis nempe, extitisse dicitur: *Conjecerunt eum in unum carcerem cum homicidis, & post unam quasi horam tulerunt eum inde, & transposuerunt in eam, quæ dicitur Diomedis custodia, in Prætorio Præfecti.* Hypomnesticum de Anastasio Apocrisiario: *Cum adhuc essent Byzantii in custodia Prætorii Præfecti, quæ appellatur Diomedis, &c.*

XXXVI. S. DOMETII Martyris monasterii Hegumenus Stratonicus, Concilio Constantinopolitano sub Mena cum aliis urbis Hegumenis interfuit.

XXXVII. S. ELEUTHERII templum ædificavit quidam Basilius Patricius Arcadio Imperante, ut auctor est Codinus p. 61. E. R. ex Orig. CP. MSS. Illius meminere in Leone M. Theodorus Lector Eccl. 1. pag. 182. & Cedrenus pag. 348. D E. R. Prope Xerolophum statuitur in Synaxariis ad XV. Decembris, quo S. Eleutherii Martyris festus dies agitur: τιμᾶται δὲ ἡ αὐτοῦ σωμάτων ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτοῦ, πλησίον τῆς Ξηρολόφου.

XXXVIII. S. EUDOXII ædes exstructa fuit ab Eudoxio Patricio & Præfecto, Constantino M. imperante, si qua fides Codino pag. 39. E. R. Certe Eudoxium Præfectum Prætorio sub Theodosio Juniore vixisse indicant Leges aliquot in Cod. Th

XXXIX. S. EUPHEMII, seu τοῦ ἐν ὁσίοις Εὐφημίου monasterii Archimandrita Helias subscripsit libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda. Interfuit vero τῆς Εὐφημίου Abbas Cyriacus Concilio Constantinopolitano sub Mena cum aliis urbis Abbatibus.

XL. S. EUSEBII, seu τοῦ ἐν ἁγίοις Εὐσεβίου E monasterii Abbates Joannes Concilio Constantinopolitano an. DXVIII. & Antoninus Concilio Constantinopolitano sub Mena interfuere cum cæteris urbis Abbatibus.

XLI. S. EUSTATHII ædem condidit Irene Attica, Leonis Chazari Imp. conjux. Codinus pag. 57. E. R.

XLII. S. FRANCISCI, seu Fratrum Minorum ædem principalem totius Galatini oppidi esse ait Gruſius pag. 205. In ea

Philippum Atrebatensem, Augi Comitem, & Franciæ Conestabilem, qui captus in prælio Nicopolitano XXV. Sept. an. MCCCXCVI. postmodum fato functus in oppido Michalico, humo conditus fuit. De hac re audiendus Ismael Bulialdus in Notis ad Ducæ Historiæ caput XIII. *Dum anno* MDCXLVII, *per menses Februarium, Martium, & Aprilem Constantinopoli agebamus, in Monasterii sancti Francisci Galatensis sacello uno, peristylio, seu claustro contiguo, sepulchrum illius Principis marmoreum vidimus, cui sequens epitaphium characteribus Gothicis insculptum legitur:* †. SEPVLCHRVM MAGNIFICI DOMINI PHILIPPI DE ARTOES COMITIS DE EV ET CONESTABILIARII FRANCIAE QVI OBIIT IN MICHALICI MCCCLXXXXVIII DIE XV IVNII IN: Ꝙ; (*f. in quo* scilicet sepulcro) EST CARNE SVA ANIMA CVIVS REQVIESCAT IN PACE. *Hocce epitaphium crux in medio posita in duas partes dividit: ad latus insignia gentilitia Franciæ, qualia tunc indefinito liliorum numero constabant, addita Artesiæ familiæ peculiari trifidæ laciniæ in scuti fronte distinctione, cernuntur. Micalici, seu Michalizi urbs & regio est, non plus decem milliaribus distans a lacu Lopadio, ejusdemque nominis urbe.* Michalici meminit Leunclavius in Pand. Turc. c. LXXXVI. ædis vero Fratrum Minorum in oppido Galata Wadding. in Annalibus Minor. an. MCCLX. & MCCCXXVI. n. XI.

Edit. Paris. pag. 124.

XLIII. S. GEORGII in Manganis splendidum & amplum a fundamentis monasterium excitavit Constantinus Monomachus. Constant. Manasses:

Κἂν γνῶναι θέλοι τις αὐτοῦ τὰ τῆς λαμπροφυχίας,
Ἡ λαμπροδόμητος Μονὴ πιστώσεται τὸ φρᾶγμα,
Ἣν ἐκ θεμελίων ἤγειρεν ἀπὸ ῥιζῶν ἐχάτων,
Τῷ θείῳ Χριστομάρτυρι τῷ τροπαιοφόρῳ.

In quo quidem condendo tot sumptus impendit, ut exhaustis thesauris publicis, ad injustas exactiones confugere necesse habuerit. Scylitzes pag. 90. E.R. Μοναστήριον δὲ οἰκοδομῶν ὁ Βασιλεὺς κὴ τὰ λεγόμενα Μάγγανα, ἐπ' ὀνόματι τ ἁγίου μεγάλου μάρτυρος Γεωργίου, καὶ ἀφειδῶς τὰ δημόσια καταναλίσκων ἐν ταῖς οἰκοδομαῖς χρήματα, νῦν μὲν οἰκοδομῶν, νῦν δὲ καταῤῥίφων, εἰς μεγάλην ἤλασεν ἔνδειαν, ὡς πᾶσαν ἐπιτρῶσαι δι' τοῦτο καπηλείαν, καὶ ἀτόπους & σισοφισμένας εἰσπράξεις ἐφεύρηκέναι. *Cæterum Monomachus monasterium condens in Manganis, in nomine sancti magni Martyris Georgii, productis, modo ædificando, modo diruendo, iis quæ erant in ærario omnibus, ad eam pecuniæ indigentiam decidit, ut ad omne cauponandi genus, & absurdas commentitiasque exactiones recurrerit.* Occasionem seu prætextum hujus ædificandi monasterii Scleræ nam fuisse narrat Zonaras pag. 206. E.R. ut per speciem inspiciendæ structuræ, eam juxta Cynegesium habitantem inviseret: Λέγεται δὲ τῆς οἰκοδομῆς ἀρξαι δι' ὃ ἐρωμένῳ αὐτῷ, τῷ Σκληραίνῃ λέγω, ἵν' ἐκείνῃ φροντιστὴς σωιεχῶς, ἐν τῷ οἴκῳ Κωνηγεσίου ἐχούσῃ τότε δὴ τὴν οἴκησιν. Manganorum dein monasterii curam Constantino Lichudi Proedro & Protovestiario, postmodum Patriarchæ Constantinopolit. ut & immunitatis ei indultæ tabulas commisit. Idem Zonaras in Isaacio Comneno pag. 214. E.R. de Constantino: Ὥπερ ὁ Μονομάχος κὴ τὴν τῆς Μαγγάνων ἀνέθετο φρόνησιν, καὶ τὰ περὶ τ εἰλαθερίας αὐτῶν ἐνεπίθασεν ἐγγραφα. In Manganorum Ecclesia humata fuit eadem Scleræna, quam & Augustam vocavit Monomachus, cui insigne monumentum excitavit: in quo etiam Hugo Comes S. Pauli in Atrebatibus, capta a Francis Constantinopoli, sepultus est, ut habet Nicetas in Balduino Flandro n. IV. Ὁ γὰρ δὴ Κόμης τ ἁγίου Παύλου ἀπεγεγόνει θανάτου, & θάπτεται κὴ τὴν μονὴν τ Μαγγάνων ἐν τῷ τ Σεβάστης τ Σκληραίνης μνήμασι. Willharduinus noster n. CLXXVIII. de Comite S. Pauli: *Et fu enterrez à mult grant honor au Mostier Monseignor saint George de la Mange.* Cujus quidem Comitis corpus inde in Abbatiam Caricampi in Atrebatibus relatum narrat Ferreolus Locrius in Chronico Belgico an. MCCV. Scribit idem Nicetas in Isaacio lib. III. n. V. subversum pene fuisse Manganense monasterium ab eodem Isaacio, qui ex ruderibus ac maceriis turrim sive propugnaculum in Palatio Blacherniano construxit: Σὺν πολλοῖς δὲ καὶ τ περίκλυτον οἶκον τ Μαγγάνων κατέβαλε, μήτε τὸ τοῦ ἔργου κάλλος κὴ τὸ μέγεθος αἰδεσθείς, μήτε τ τροπαιοφόρον Μάρτυρα πτοηθείς: *Et præter alia multa inclytam Manganorum ædem destruxit, neque operis elegantiam & magnitudinem veritus, neque victorem Martyrem, cui ea dicata erat, reveritus.* Monasterium virorum fuit, ut satis innuunt Nicephorus Gregoras lib. IX. Hist. pag. 284. E.R. & Pachymeres lib. IV. c. XXI. in quo aliquandiu depositio imperio Monachum egit Joannes Cantacuzenus, qui ei multos insuper attribuit reditus & possessiones, ut ipsemet testatur lib. IV. cap. XVI. De sacris Reliquiis quæ in æde Manganorum asservabantur, egit idem Cantacuzenus lib. I. cap. LIX. Ad id porro monasterium in festo sancti Georgii XXIII. Aprilis procedere solitum Imperatorem narrat Codinus de Offic. cap. XV. in qua quidem processione Constantino Ducæ Imperatori structas, quas ille feliciter evasit, insidias tradunt Scylitzes & Glycas. Illius meminit etiam Pachymeres lib. V. cap. XXIII. Denique capta a Turcis urbe, ἐν τῇ τ Μαγγάνων μονῇ Τερκοκαλαγήρει hospitatos refert Ducas cap. XLII. Jam vero de monasterii situ ut aliquid dicam, ad angulum Urbis Sandemetrianum, ubi olim extitit Acropolis, statuit Ichnographia Constantinopoleos Bondelmontiana: quo etiam loco Willelmus Tyrius lib. II. cap. VII. ubi de Constantinop. *Formam habens trianguli, trium inæqualium laterum: cujus primum latus ab eo angulo, qui inter Portum & Hellespontum continetur, ubi est Ecclesia S. Georgii, quæ dicitur Mangana*, &c. Sed & hoc monasterio, Bospori imminenti ostio nomen inditum Brachii sancti Georgii. Idem Tyrius lib. XX. cap. XXIV. *Fauces Abydenas, & ostia Bospori, quod vulgari appellatione Brachium S. Georgii dicitur, feliciter ingressus est.* Et cap. VII. lib. II. de Hellesponto: *Verbo autem vulgari dicitur Brachium S. Georgii, Europæ Asiæque limes.* Neque soli Freto ac Bosporo, sive Hellesponto id inditum nominis, sed & toti Propontidi. Otto Frising. lib. I. de Gest. Frider. cap. XLV. *Erat in vicino mare Propontieum, quod modo Brachium S. Georgii ab indigenis dicitur.* Qua notione usurpatum a Monacho sancti Mariani, Conrado Uspergensi, Vincentio Belvac. & aliis ostendimus ad Willharduinum num. LXV. Vide Notas ad Cinnamum pag. 440. E.R. Prædictis addo, Græcos III. Novemb. celebrare τὰ ἐγκαίνια τοῦ θείου ναοῦ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τοῦ ἐν Λύδῃ, ἤτοι κατάθεσιν τοῦ ἁγίου σώματος αὐτοῦ, ut est in Horologio Græcorum. Vide Joannem Euchaitarum Metropol. pag. 22. Pachymerem lib. XI. c. XX. & Margarinum in Bullario Casinensi to. II. pag. 253.

pag. 125.

XLIV. S. GEORGII Εὐκτήριον, seu Oratorium, extruxit Mauricius Imperator, ut auctor est Codinus pag. 44. E.R. Illud forte quod in Deutero statuunt Synaxaria ad XXIII. Apr. quo festum sancti Georgii colitur: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σωίαξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ τῷ ὄντι ἐν τῷ Δωτέρῳ. Et ad XXII. April. in sancto Theodoro Episcopo Sycæorum: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σωίαξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ τὸ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τῷ ὄντι ἐν τῷ Δευτέρῳ.

XLV. S. GEORGII ædem, τὰ Χαλκίδου dictam, Sergius Patriarcha Constantinopol. hæreticus exstruxit, in quo & humatus fuit. Codinus pag. 62. E.R.

XLVI. S. GEORGII in Xylocirco monasterii, μονῆς τοῦ ἁγίου Γεωργίου ἐν τῷ Ξηροκίρκῳ, Abbas Eugenius subscripsit Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda. Ejusdem monasterii Abbas Cyriacus Concilio Constantinopolitano sub Mena interfuit.

XLVII. S. GEORGII monasterium in Sycis, τὸ μοναίδιον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου Συκεωτοῦ dictum Annæ Comnenæ lib. II. pag. 66. Edit. Reg. supereſt etiamnum, ut auctor est Mar-

tinus Cruſius pag. 205. Vide Monaſterium Romanorum.

XLVIII. S. GREGORII Theologi ædes, juxta quam σταυρὸς ἐν μαρμαρίνῳ κίονι κατὰ μέσον ἀνεστηλώθη τῆς λεωφόρου, *Crux marmoreæ columnæ impoſita in media platea ſtetit*, ut habet Nicetas Paphlago in vita S. Ignatii Patriarchæ Conſtantin. pag. 693. illa eſt quam Sophianæ ædi proximam fuiſſe ait Codinus in Orig. Nec ſcio an diverſa ab alia æde S. Gregorii, quam Ξηροκηπίου appellatam ſcribit pag. 49. & a quodam Patricio excitatam Theodoſio Juniore imperante. Gregorii porro icon deſcribitur in Synaxariis XXV. Januar. Sed & in Codice venerandæ antiquitatis operum ejuſdem Gregorii Nazianzeni, & ſub Baſilio Macedone ſcripti, qui aſſervatur in Bibl. Regia num. CLIV. epitaphio in ſororem præfigitur tabella grandior in tres partes diviſa: harum prior quinque figuras ſtantes complectitur, quarum prima mulieris, cum ſtola purpurei, & pallio viridis coloris, manus expanſas, ſpecie precantis, tenet: inſcriptio quæ ad capitis latera extitit, præ vetuſtate deleta. Altera, quæ eſt Epiſcopi barbati ac ſenis, cum homophorio Græcanico, ſiniſtra Evangelium tenet. Ad capitis latera ſunt hi characteres, Ο ΑΓΙΟC ΓΡΗΓΟΡΙΟC ΠΑΤΗΡ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ. Tertia eſt ejuſdem quo prior ſchematis, cum hoc lemmate; ΑΓΙΟC ΓΡΗΓΟΡΙΟC Ο ΘΕΟΛΟΓΟC. Quarta virum exhibet tunica viridi indutum, quam ambit longius pallium candidum, ad humerum dextrum fibula revinctum, manibus ex-

Edit. Pariſ. pag. 126. panſis. Huic adſcriptum, ΑΓΙΟC ΚΑΙCΑΡΕΙΟC. Quinta denique eſt mulieris cum pallio rubeo, dextram expanſam habentis, ſiniſtra vero orarium tenentis. Huic adſcriptum ΑΓΙΑ ΓΟΡΓΟΝΙΑ. Altera tabella S. Cæſarii ἐνταφιαζομένη exhibet, ubi effertur in ædem ſacram, in lectulo aureo, quem quatuor viri deferunt. Tertia denique ſanctam Gorgoniam in lecto ægram decumbentem, cui adeſt S. Gregorius, &c. Priorem tabellam hic damus dempta priori figura. Alteram exhibuimus lib. III. ſub finem deſcriptionis ædis Sophianæ.

XLIX. SS. HESPERI, ſeu EXUPERII, & ZOES, Martyrum, quorum feſtum agunt Gr. & Lat. II. Maii, ædem ſacram, ferme dirutam, de novo inſtauravit Baſilius Macedo Porphyrogenitus in illius vita cap. LIV. Τῶν δὲ καλλινίκων μαρτύρων Ἑσπερίου τε καὶ Ζωῆς ἡ θεοσέβεια οἶκον ἠδαφισμένον κιδὼν κατάλληλον τοῦ φωλεοῦ ἐδείματο. Scylitzes pag. 588. Edit. Reg. qui id ipſum habet, addit vicinam fuiſſe ædi S. Platonis. Synaxaria in Deutero ſtatuunt: Τιμᾶται ἡ δὲ αὐτῶν σωμάτων ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ, τῷ ὄντι ἐν τῷ Δευτέρῳ. Unde colligitur eandem eſſe cum æde, quam Procopius lib. I. de Ædif. cap. III. ſcribit Juſtinianum ædificaſſe, ſeu potius inſtauraſſe, Ζωῇ μάρτυρι ἀμφὶ τῆς πόλεως ἀγυιὰν ἐχάτῳ, *ad ultimum urbis vicum*, quæque haud procul ab æde S. Annæ in eodem Deutero extitit. Proinde eadem perinde etiam videtur, quam ad Ciſternam Mociſiam condidit, & S. Zoæ dicavit Marcianus Imp. in qua poſtmodum humatus fuit, ut habet Codinus p. 60. E. R. ex Originibus Conſtantinopol. ineditis: nam & Ciſterna Mociſia ad Portam auream, ut & Deuterum, extitit.

L. S. IGNATII ædes. In Menæis ad VII. Decembr. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ὅσιος Ἰγνάτιος, ὁ πλησίον τῆς Βλαχερνῶν ἐν εἰρήνῃ τετελεύτηκε. Sed an ædes S. Ignatio ſacra ad Blachernas ſteterit, neſcio an ex his elici poſſit.

LI. S. JOANNIS CALYBITÆ, cujus feſtum agunt Græci & Latini XV. Januarii, ædem Conſtantinopoli excitavere Eutropius Magiſter militum & Theodora illius parentes, verſus Occidentem, ut habet Cedrenus pag. 348. Edit. Reg. qui πτωχῷ Joanni cognomentum tribuit, quomodo Menæa, & ejuſdem ſancti vita a Bolando edita, ad quod ita alludit Contacium, quod de illo habetur in Horologio Græcor. Ποθήσας, σοφὲ, πτωχείαν τὴν ἄσυλον, γονέων τὸν πλοῦτον ἐμίσησας, &c. *Cum illibatam paupertatem deſiderares, vir ſapiens, parentum tuorum divitias ſprevisti*. Narrat idem Cedrenus Leone M. imperante exortum incendium κατὰ τὰς ἀνατολὰς ἀπὸ τοῦ Νεωρίου ἐπεκτεινόμενον μέ-

χρι τοῦ ἁγίου Ιωάννου τοῦ Πτωχοῦ πρὸς δύσιν, *ad Orientem a Navali protensum usque ad ædem S. Joannis Mendici ad Occidentem*, omnia consumpsisse; quæ aliis verbis refert Zonaras pag. 41. Edit. Reg. Εἰς μῆκος δὲ διεξῆλθεν ἀπὸ τοῦ Βοσπόρου μέχρι τοῦ ναοῦ ἁγίου Ιωάννου τοῦ Καλυβίτου, *in longitudinem a Bosporo versus ædem S. Joannis Calybitæ pervagatum est*. Excitatum porro templum in tugurio ubi sepultus fuerat, ut est in Joannis vita: sed postmodum illius corpus Romam translatum videtur, ex inscriptione, quæ legitur in Xenodochio juxta Pontem insulæ transtyberinæ, ubi extat etiamnum Ecclesia S. Joannis Calybitæ nomen præferens, a Formoso PP. qui sub an. DCXCVI. excessit, exstructa: *Hic requiescunt corpora sanctorum martyrum Hippolyti, Taurini, Herculiani, atque Joannis Calybitis: Formosus Episcopus condidit*. Unde conficitur Joannis corpus Romam translatum ante ortam Iconomachorum hæresim, imperante Leone Isauro, sub annum DCCVI. quod velle videntur viri docti. Verum non integrum Romam perlatum: siquidem caput a reliquo corpore avulsum diu postea cultum fuit, donec capta a Francis Urbe Vesontionem delatum est, ubi asservatur & colitur in Ecclesia S. Stephani. Capsæ æreæ, quæ caput includit, inscripti Græci versus bini, qui expilatas divi reliquias videntur innuere, avulsumque a corpore caput per manum prophanam a pia rursum Joannis alterius manu demum colligatum, seu thecæ inclusum:

Χεὶρ μὲν βέβηλος τιμίαν σωθεὶς χάριν,
Ἀλλ' ἁγνὴ χεὶρ Ιωάννου σωθήσεται.

Meminit Theophanes pag. 363. E. R. Andreæ cujusdam Monachi λεγομένου τοῦ Καλυβίτου.

LII. S. JOANNIS CHRYSOSTOMI ædis meminit Joannes Diaconus in Vita sancti Josephi Hymnographi nu. XXIV. ubi de ejus adventu Constantinopolim: Ὁ θεῖος Ιωσὴφ τὸν τόπον καταλιπών, τῷ τῶν μεγάλων ἐν χρυσῷ τῷ γλώσσαν Ιωάννου ὁσίῳ ἱμφιλοχωρεῖ. Mox addit ab eodem Josepho illatum in hanc ædem Gregorii Decapolitæ corpus. Ut porro sanctum Joannem Chrysostomum delineare soliti fuerint Græci ex tabella Græcanica, quæ in Gazophylacio Sangenovefano Parisiis asservatur, & quam supra, ubi de sancti Basilii æde, exhibuimus, lector percipiet. Sed & in hanc rem consulenda Menæa ad XXX. Januarii. De Joannis vero reliquiis egimus ubi de æde sanctorum Apostolorum.

LIII. S. ISIDORI ædem adjunctam ædi sanctæ Irenes, juxta ipsum mare, ædificavit sanctus Marcianus Œconomus magnæ Ecclesiæ, qui Marciano imperante vixit. Menæa ad X. Januarii in sancto Marciano: Ἐδείματο δὲ ναὸν τῆς ἁγίας Εἰρήνης τῷ πρὸς θάλασσαν, συνάψας αὐτῷ τὸν Ὀκτάγωνον οἶκον τοῦ ἁγίου Ισιδώρου· *Ædificavit templum S. Irenes versus mare, ipsi annectens Oratorium S. Isidori*.

LIV. S. JULIANI ædes cognominata Πέρδιξ, ait Codinus pag. 48. Edit. Reg. ex Originibus Constantinop. MSS. quia ad unam ex cameris, seu fornicibus, efficta erat Perdix a Constantino Magno. Hanc cum ipsis Monachis igne consumpsit Copronymus, cujus plumbum liquefactum ad usque Portum Sophianarum defluxit. Extitit haud procul ab æde Sophiana, ut docent Menæa ad XVII. Novemb. in sancto Zacharia Sutore. *Edit. Paris. pag. 127.*

LV. S. JULIANI ædem propriis sumptibus ædificavit Urbicius, ubi olim fuerant ἄπλικτα, *Castra* Romanorum, ut habent Origines Constantinopol. ineditæ, & Codinus pag. 38. E. R. pagina vero 46. Anastasium Dicorum condidisse templum sancti Juliani ait, ubi puer Dyrrachio veniens Grammaticam didicerat. In Menæis ad XII. Junii celebrari dicitur memoria τῆ ὁσίᾳ Ιουλιανῆ τῆ ἐν τοῖς Λίβα, ἐν τοῖς Δαγάτου: ubi nescio an non legendum Λιβός, cujus appellatione extitit Ecclesia Deiparæ dicata. Sancti Juliani Ciliceni Martyris festus dies agitur XXI. Junii: alterius Juliani XVII. Januarii. Sed & pro Δαγάτου, forte leg. Δαγισαίου.

LVI. S. JULIANI Martyris ædis πλησίον τῆ Φόρου encænia celebrant Græci v. Julii, ut est in Menæis. Dicata porro fuit sancto Juliano & sanctæ Basilissæ, quorum festum agunt Græci VIII. Januarii: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν συνάξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτῶν μαρτυρίῳ, τῷ ὄντι πλησίον τοῦ Φόρου.

LVII. S. LAURENTII in Pulcherianis, ἐν Πολχεριαναῖς, ædem collapsam restituit Basilius Macedo, ut auctor est Porphyrogenitus in Avi vita cap. LXII. illam, opinor, quam a Pulcheria Aug. exstructam scribunt Theod. Lector Eccl. I. pag. 161. Theophanes pag. 91. Edit. Reg. & Codin. pag. 48. Edit. Reg. Meminit idem Theophanes, ubi de seditione Victoriatorum agit, ædis S. Laurentii, quam Asyli jure donatam fuisse scribit: Καὶ ἐπέρασαν αὐτοὺς εἰς τὸ ἅγιον Λαυρέντιον, διότι προτόμια ἦχεν τοῦ μηδένα ἐκβληθῆναι τοῦ ναοῦ, ἕως οὗ πάθῃ τὸ ἱκανόν. *Et ad S. Laurentium illos deportaverunt, quod hoc gauderet privilegio Ecclesia, ut nemo ex ea ejiceretur, donec factum fuisset satis*. Meminit etiam ædis S. Laurentii Synaxarion de San. Joanne Jejunatore Patriarch. Constantinop. ad II. Sept. ut & Anonymus in Depositionem vestis Deiparæ pag. 777. apud Combefisium. Neque porro omittendum, etsi omnino a vero alienum videtur, quod de ædis S. Laurentii conditu habet Petrus Damiani lib. VIII. epist. V. *Alphanus Salernitanus Archiepiscopus, vir videlicet verax ac prudens, in Constantinopolitana se perhibet urbe didicisse quod retulit: Contigit, inquit, Imperatorem, cujus tamen vocabulum non tenebat, aliquando plagam cæcitatis incurrere, cui nulla medicinalis industriæ cura potuit subvenire. Cumque periculum hoc humano studio nullatenus potuisset evadere, aggressus est hoc apud Deum precibus impetrare: Audivit itaque per somnium, quia si B. Laurentii Martyris Ecclesiam peteret, reparati luminis claritatem divinitus obtineret. Iturus itaque Romam offert votum, jubet parari præsto navigium, fixum statuit arripiendi protinus itineris institutum. Uxor autem dum parvulis adhuc filiis amissionem formidat imperii, dum sibi regiæ dignitatis occasum, dum marini discriminis metuit viro periculum, religiosæ fraudis aggreditur argumentum. Dedit ergo remigibus hoc mandatum, ut nullatenus Romam recta progressione contenderent: sed per diversos portus, ac littorum stationes subsistendo, ac reprimendo navigium, iter tantummodo simularent. Sed dum nautæ Regem, ut edocti fuerant, varia locorum nomina permutando deludunt: ac modo in anteriora procedunt, modo per sinuosos flexus atque reflexus in eadem loca, per quæ processerant, elabuntur, Regina latomorum ac cæmentorum adhibita multitudine, augustissimam ac valde magnificam in honorem B. Laurentii construxit Ecclesiam, juxta mensuram videlicet illius basilicæ, quam præfatus Martyr habet in ipso Romæ suburbio constructam. Dicebat enim, Si datum est ut per B. Laurentium vir meus redeat ad salutem, quidquid Romæ potest, & hic nihilominus potest. Sed dum hinc Imperator per diversos anfractus ac stationes litorum spatiando deducitur, illinc per plurimos artifices operum basilica fabricatur: simul & fabrica mirifice decorata perficitur, & annus impletur. His itaque hoc modo peractis, præfatus princeps ad mœnia Constantinopolitana reducitur, qui tamen Romam esse, sociis ita perhibentibus, arbitrabatur. Provisum est itaque, ac diligentius accuratum, ut nulli nisi Latine loquentes assisterent; qui videlicet inquirenti, Romam, & B. Laurentii Martyris adesse basilicam suaderent. Ad manus itaque ductus, Ec-

cleſiam Imperator ingreditur, & confeſtim luce recepta, circumſtantes ſe ſe conſpicere, conjugem, clientes atque domeſticos admiratur. Neque majorem fidem merentur quæ de hac æde ſcribit ex Græcorum relatione Henricus Zomererus, de ultima urbis expugnatione ſcribens, in M. Chronico Belgico pag. 379. *In Eccleſia ſancti Laurentii prædictæ civitatis, ut mihi Græcus, qui propriis oculis ſæpe vidit, narravit, erat columna tota marmorea cooperta, ad modum ſcacorum, ſic ordinata, ut incipiendo a principio in uno ſcaco poneretur nomen Imperatoris, & in ſequenti nomen Patriarchæ qui præſidebat. Prædixit vero Philoſophus ille* (Leo) *columnæ ſcacis omnibus expletis, perditum iri civitatem Conſtantinopolitanam, & ſic de facto accidit: quia præſidentibus Conſtantino Imperatore, & Patriarcha Gregorio, quorum tempore capta fuit civitas, facta fuit impletio ultimorum ſcacorum.*

LVIII. S. LAURENTII monaſterium a Theodoro Abbate ejuſdem monaſterii ædificatum, Juſtiniano imperante, ſub quo is interfuit Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena, in quo ſic ſubſcribit, Θεόδωρος ὁσιαβύτερος καὶ ἡγούμενος μονῆς τοῦ ἁγίου Λαυρεντίου ὑπ' ἐμοῦ συνάσης ὑπέγραψα.

LIX. S. LAZARI monaſterium exſtruxit Leo Imp. & in eo Monachos eunuchos inſtituit, ac corpora ſancti Lazari & ſanctæ Mariæ Magdalenæ depoſuit. Leo Grammat. p. 481. E. R. Ὡσαύτως ἐκτίσεν εἰς τοὺς λεγομένους Τόπους τὸν ἅγιον Λάζαρον, καταασκάσας μονὴν ἀνδρείαν δι' εὐνούχων, ἔνθα ἐν τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα καὶ Μαρίας τῆς Μαγδαλωνῆς ἀναχωμίσας ἀπέθετο, ποιήσας καὶ τὰ ἐγκαίνια τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας. *Ad Topos pariter Eccleſiam ſancti Lazari exſtruxit, virileque Eunuchorum Monaſterium ibi conſtituit, & in eo ſancti Lazari & Mariæ Magdalenæ corpora huc allata depoſuit, celebrata ejuſdem ædis dedicatione.* Eadem propemodum habent Symeon Logotheta num. XXIV. Anonymus Combefiſianus in eodem Leone numer. XVIII. ut & Codinus in Orig. pag. 63. E. R. qui pag. 40. locum pariter deſignat, ut & Anonymus & Scylitzes ἐν τοῖς Τόποις. At Origines Conſtantinop. ineditæ parte II. ſcribunt templum ſancti Lazari ædificatum primo a Baſilio Macedone, ampliatum deinde a Leone filio: Ὁ δὲ ἅγιος Λάζαρος ἐκτίσθη μὲν παρὰ τοῦ βασιλέως τοῦ Μακεδόνος· ὕστερον δὲ παρὰ Λέοντος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἐπλατύνθη ἀποχωρισαμένου ἐν τοιούτῳ ναῷ· ἃ κτήματα πολλὰ εἰς δι' εὐνούχων μονὴν αὐτὴν ἀποκατέδυσεν. Ad urbis portulam, quæ ibi extitit, ædem ſancti Lazari ſtatuit Pachymeres lib. IX. cap. VI. & XVIII. unde percipimus cur Leo Grammaticus pag. 480. E. R. Imperatorem dicat ſpecie peregre eundi finxiſſe ſe ad ſanctum Lazarum cœnatum proficiſci: προφασισάμενος δὲ ὁ Βασιλεὺς ἀπιέναι, ἔδραμεν εἰς τὸν ἅγιον Λάζαρον, &c. Mentionem agunt ejuſdem ædis Pachymeres lib. VII. cap III. Menæa & Menologia XXII. Julii, & XVII. Octobris, & Bondelmontius in Deſcriptione Conſtantinopoleos, ut & Codinus de Officiis cap. XV. num. XVIII. ubi annotat Imperatorem κατὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ ἁγίου καὶ δικαίου Λαζάρου, εἰς τὴν ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ τιμωμένην σιβασμίαν μονὴν, procedere ſolitum. Advectum porro ſancti Lazari corpus ex Cypro, ut auctor eſt Zonaras, ἐκ τῶν Κυτιαίων πόλεως ἐν τῇ νήσῳ Κύπρου, ut eſt in Menæis & Menologiis Græcorum. Quod quidem ſancti Lazari corpus Gaſpar Bruſchius in Chronologia monaſteriorum Germaniæ ait hodie aſſervari in Andlowenſi Canonicorum Collegio in Alſatia. Allatum vero ſanctæ Mariæ Magdalenæ corpus ex Epheſo, ut eſt apud Scylitzem, quo cum ad ſanctum Joannem Evangeliſtam veniſſet, ibi ſancte obdormivit, & tumulata fuit in ſpeluncæ aditu, in qua poſtea quieverunt ſancti Pueri Dormientes. Ita Menæa ad XXII. Julii. Sancti vero Lazari & ſanctæ Magdalenæ an in Galliam revera allatæ ſint reliquiæ, ipſæque

Edit. Pariſ. pag. 128.

A revera ſerventur, inter viros eruditos graves haud ita pridem exortæ controverſiæ, quas aliis diſcutiendas reliquimus.

LX. SS. MAMANTIS & BASILISCI Martyrum ἐν τοῖς Δαρείου feſtum celebrari XXIX. Julii obſervant Menæa.

LXI. SS. MANUEL, SABEL, & ISMAEL, quorum feſtum agunt Græci XVII. Junii, Eccleſiam ad muros terreſtres condidit Theodoſius Magnus, quo loco martyrio vitam finierant ſub Juliano Apoſtata, in qua & eorum corpora depoſuit, ut auctor eſt Codinus pagg. 12. 61. E. R. ex Origin. Conſtantinop. ineditis. Horum etiam meminit Zonaras in Juliano numer. IX.

LXII. S. MENÆ Martyris, cujus feſtum agunt Græci X. Decemb. templum a Conſtantino Magno excitatum tradit Nicephorus Call. lib. VII. cap. XLIX. non tamen a fundamentis, ſed cum idolorum fanum eſſet, ejectis ſimulacris, novo indito nomine, uti erat reliquit, ut habet Codinus pag. 37. Edit. Reg. qui alibi ſubdit inventa in eo templo, cum foſſa quædam purgaretur, multa oſſa inuſitatæ longitudinis, quæ in Palatio deponi juſſit Anaſtaſius Auguſtus, quod etiam tradunt Glycas & Svidas. Ait denique idem Codinus pag. 11. Edit. Reg. Jovi primitus ſacrum fuiſſe, ſuaque adhuc ætate in marmoreis arcubus, qui duabus columnis ingentibus ſuſtentabantur, Jovis & Saturni ſtatuas ſuperfuiſſe. At Heſychius Mileſius, non Jovi, ſed Neptuno ſacrum fuiſſe contendit: Ποσειδῶνος τι τέμενος πρὸς τῇ θαλάττῃ ἀνήγειρεν ἔνθα νῦν ὁ τοῦ Μάρτυρος Μηνᾶ οἶκος διῳκοδόμηται. Quæ quidem rurſum ſui oblitus exſcripſit idem Codinus. *Itaque ex hujus inconſtantia*, inquit Gyllius lib. II. cap. XXIV. *nihil aliud aſſequi poſſum, niſi mihi veriſimilius videtur templum Menæ in his partibus Acropoleos, in quibus olim fuit templum Neptuni cum ex Dionyſio Byzantio antiquiſſimo ſcriptore, tradente paulo ſupra promontorium Boſporium fuiſſe Egreſſoriæ Minervæ aram, & templum Neptuni, & ſub templo Neptuni intra muros fuiſſe ſtadia & gymnaſia, ut planius demonſtravi in Boſporio:* (lib. II. cap. II.) *tum aſſequor ex hominum memoria viventium, aſſerentium intra clauſtra regia olim Acropolim appellatam, fuiſſe nobile templum D. Menæ.* Verum ex ſitu templi Veneris, quod Neptuni fano vicinum fuiſſe ſcribit Heſychius Mileſius, colligimus ædem Neptuni, ac conſequenter S. *Menæ Martyrium* recte collocari in quarta Regione in veteri Urbis Deſcriptione. Templum enim Veneris ad littus Propontidis haud procul ab antiquis Byzantii muris extitit, ut ex Zozimo ſuo loco docuimus. Meminit vero templi Neptuni Dionyſius Byzantius apud Gyllium lib. II. de Boſporo Thrac. cap. II. In Acropoli ſtatuitur in Originibus Conſtantinopol. ineditis: Ὅτι ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μηνᾶ, ἐν τῇ Ἀκροπόλει ὄρυγμα εὑρέθη ὅτε ἐκαθαιρίζετο, &c. Tradit denique Codinus pag. 37. Edit. Reg. ædi ſancti Menæ ultimam manum impoſuiſſe Marcianum & Pulcheriam AA. Illius meminit Nicetas Paphlago in Vita Ignatii Patr. Conſtantinop. pag. mihi 718. & ad maris littus ſtatuit: meminit etiam Vita ſancti Marcelli XXIX. Septemb. ubi juxta hanc ædem Alexandrum Acœmetorum Abbatem & inſtitutorem vitam exegiſſe commemorat: Πρὸς τῷ ἱερῷ οἴκῳ τοῦ μεγάλου ἐν μάρτυσι Μηνᾶ τὸν ἄσκησιν ἐπεδείκνυτο. Vita ſancti Alexandri habet πλησίον τοῦ οἴκου τοῦ ἁγίου μάρτυρος Μηνᾶ. Quam quidem ædem intra urbem ſitam fuiſſe ſequentia ſatis declarant. Reliquias denique ſancti Menæ Byzantium translatas obſervant Menæa ad X. Decembr. Vide eadem ad XVII. Febr. *pag. 129.*

LXIII. S. MENÆ & MENÆI, τοῦ Μηνᾶ καὶ Μηναίου, Martyrum ædem excitavit in Hebdomo Juſtinianus, ut habet Procopius lib. I. de

de Ædif. cap. IX. Vide infra ædem sacram Βηλιτίου nuncupatam.

LXIV. S. METROPHANIS, primi Byzantii Episcopi imperante Constantino Magno, ædis mentio est in Synaxariis ad IV. Junii, quo die illius festum celebrant Græci, additurque τὸ λείψανον αὐτοῦ, seu reliquias, ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, *in æde ei sacra repositas*. Menæa ad hunc diem ædis situm ita observant: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σωίαξις ἐν τῇ ἁγιωτάτῳ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ· ἐν τῷ σεβασμίῳ αὐτοῦ οἴκῳ τῷ ὄντι πλησίον τ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Ἀκακίου ἐν τῷ Ἑπτασκάλῳ. *Celebratur ejus festum in sanctissima Magna Ecclesia, in veneranda illius æde juxta S. Martyrem Acacium in Heptascalo sita.* Hanc ipsi Constantino Magno adscribit Codinus pag. 62. E. R. ubi subdit de novo postmodum instauratam a Justiniano Magno.

LXV. S. MOCII Martyris templum, a Constantino Magno ædificatum testantur passim scriptores, Theophanes pag. 18. Edit. Reg. Cedrenus pag. 284. Edit. Reg. Codinus pag. 37. Edit. Reg. & alii. Addunt Synaxaria ad XI. Maii sancto Mocio sacrum, translatas in hanc ædem a Constantino ejusdem sancti reliquias. Κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον σέλλεται, ἔνθα τῷ δεῖ ξίφει λαμβάνει ἀπόφασιν, καὶ τῷ κίφαλῳ ἀφαιρεῖται, καὶ τότε φρὸ μιλίου ἐνὸς τῆς πόλεως τίθεται. Ὕστερον δὲ ἀνοικοδομηθέντος αὐτῷ ναοῦ παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, τῷ μιγίθει τῆς κατασκευῆς, ἐς τῷ βάρει τῆς οἰκοδομῆς, πολυτελὴς ὄντος καὶ περιφανοῦς, ἐν αὐτῷ μετεθέτη. *Deinde Byzantium mittitur, ubi capitalem excipit sententiam, & capite truncatur, tum vero uno ab urbe milliari exponitur. Postmodum vero ædificata ipsi ædi sacra a Magno Constantino, apparatus magnitudine & structuræ gravitate eleganti admodum & insigni, in ipsa depositus est.* Codinus pagg. 33. & 37. ait non de novo ædificatam fuisse sancti Mocii ædem a Constantino, sed cum fanum esset deorum, illud expurgasse, dejectis simulacris ac idolis, Herculis scilicet, ut auctor est in Basilio Symeon Logotheta n. XI. vel Jovis, ut habent Origines Constantinop. ineditæ, cujus verba hic afferemus: Δεῖ εἰδέναι ὅτι ἅγιον Μωκίου φῶτον μὲν ὄντως ἀνοικοδομήθη· Ἑλλήνων πλήθη ἐκεῖσε κατοικούντων πολλά, καὶ ναὸς ἦν τοῦ Διός, καθὼς καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ λίθων ἐκτίσθη ὁ ναός· ἐλθόντες δὲ ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μωκίου, ἠρέσθησαν καὶ παρεκάλουν τὸν βασιλέα κατοικεῖν αὐτόν ἐκεῖσε· ὃ καὶ γέγονε· παρέδωκαν οὖν εἰρηναῖοι ναὸν οἱ Ἀρειανοί, καὶ ἐδοξάζετο παρ' αὐτῇ ἔτη ζ'. καὶ πέντε λειτουργούντων αὐτῇ τῷ ζ' ἔτει, ἐν ᾧ καὶ πολλοὶ Ἀρειανοὶ ἀπεκτάνησι· ἐν ταῖς ἡμέραις δὲ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου ἀνεγέρεται ὁ αὐτὸς ναός, ὃς ἕστηκε ἕως ἄρτι. *Ædes sancti Mocii primum sic extructa fuit a Magno Constantino, paganorum multitudine hic habitante, eratque templum Jovis, & ex ejus lapidibus ædes sacra est ædificata. Venientes vero in ædem sancti Mocii, (Ariani forte) deprecati sunt Imperatorem sibi illam ad habitandum concedi, qua adepta, statim templum excitarunt Ariani, & ab illis possessum est per annos septem. Cecidit vero cum in eo sacras liturgias celebrassent anno septimo, quo & multi Ariani interfecti sunt. At sub Justiniano Magno rursum ædificatur eadem ædes, uti hactenus perstat.* Subdit idem Codinus, nescio an vere, cum duplo major esset, quam sua ætate erat, media parte contraxisse Constantinum. Sed quod ait excitatum hoc loco templum a Constantino, quod ibi martyrium pertulisset sanctus Mocius, vix fidem meretur, siquidem Heracleæ passum testantur Menæa. Denique tradit idem scriptor pag. 38. Theodosio Magno imperante e Magna Ecclesia exactos Arianos, postmodum in urbem reversos obtinuisse ædem sancti Mocii, quam illi reædificarunt: sed octavo post anno, dum sacra facerent, corruisse, ac demum sub Justiniano Magno denuo instauratam. Procopius lib. I. de Ædif. cap. IV. ædem sancti Mocii omnium maximam exstruxisse auctor est: Ἔτι μὴν τοι Μωκίῳ μάρτυρι ἀνεῖται ναός, ὑπερτὰ ἱερὰ πάντα μεγίθει ἐλάσσω. *Templum item Mocii Martyris, omnium maximum.* Magnitudine etiam sua insigne fuisse templum sancti Mocii testatur præterea Porphyrogenitus in Basilii Vita cap. LIV. scribens τὸ Μωκίου τοῦ μάρτυρος μέγα τέμενος, non paucis hiatibus subactum, ipsumq; Bema ad terram prostratum, ac sacram mensam de novo instauraſſe: a quo hausit quæ habet in hanc rem Scylitzes pag. 587. Edit. Reg. Ejus etiam amplitudinem & elegantiam commendat Nicetas in Isaacio Angelo lib. II. n. II. quo loco agit de templo sancti Michaelis Chonensi, quod ædi sancti Mocii confert: Ἀλλὰ γὴ τ νεὼν τ Ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ ὁ ἄνομος ὅτος ἁρπάκτης ἐμορφήσατο, ἔργον μέγιστον καὶ περίπυστον ὄντα, καὶ ὑπερβαίνοντα εἰς κάλλος γὴ τ εἰς μῆκος ἐκτασιν τὸ ἐν σῇ βασιλίδι πόλει τοῦ καλλιμάρτυρος Μωκίου τιμιῳ. *Michaelis quoque Archistrategi templum, opus maximum & celeberrimum, quod elegantia & longitudine sancti Mocii præclari Martyris ædem in urbe imperatrice superabat, incendi passus est.* Repositæ etiam fuere in hac æde sancti Samsonis reliquiæ, sub cujus nomine exstructum fuit Xenodochium a Justiniano. Synaxaria ad XXVII. Junii: Κατατίθη δὲ τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μωκίου καθ' ἑκάστω βρύον ἰαματοφόρα ῥάματα εἰς δόξαν καὶ αἶνον Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Similia habet Menologium Sirleti. In hac etiam ædem celebratam S. Eulogii Xenodochi memoriam XXVII. April. observant Synaxaria Collegii Claromontani Parisiensis: γὴ μνήμη τ Εὐλογίου τοῦ Ξενοδόχου ἐν τῷ ἁγίῳ Μωκίῳ. Ad hanc Ecclesiam quotannis die festo Pentecostes procedere solitum Imperatorem, & abrogatæ ejusmodi processionis a Leone Philosopho causam, narrant in illius Vita Leo Grammaticus, Zonaras, Scylitzes, Anonymus Combefisianus n. XIX. Symeon Logotheta n. XI. Manasses, & Glycas, qui monasterium fuisse indicant. Meminit etiam istius ædis Sozomenus lib. VIII. cap. XVII. cujus reliquias demolitus Joannes Palæologus Imperator, Andronici filius, ex ruderibus binas turres ad Portam Auream excitavit. Ducas cap. XIII. Καὶ τὰ παραλειπόμενα τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Μωκίου, ὃν ἀνήγειρεν ὁ μέγας βασιλεὺς Κωνσταντῖνος. Vicina enim & proxima fuit Aureæ Portæ. Nicetas de Statu Constantinop. post expugnatam a Francis Urbem n. III. Ἐδει δὲ διὰ τῆς Χρυσῆς Πύλης ἡμᾶς ἐξελθεῖν. ὡς δὲ περὶ τὸν ναὸν ἤκομεν Μωκίου τοῦ καλλιμάρτυρος, &c. *Cum autem nobis per Auream Portam exeundum esset, ut ad inclyti martyris Mocii ædem venimus*, &c. Ubi perperam Μωκίου editiones præferunt. Certe extitisse in septimo urbis Colle, quem Xerolophum vocant, par est credere, cum ibi extiterit Cisterna, quæ de æde sancti Mocii Mocisiana dicta est, ut auctor est Gyllius lib. I. cap. XVIII.

Edit. Paris. pag. 130.

LXVI. S. NAZARII templum vetustate collapsum refecit Basilius Macedo, ut auctor est Porphyrogenitus in avi vita cap. LIV. Τὸν τοῦ ἀθλοφόρου Ναζαρίου ἱερὸν οἶκον ἐκ πολλῶν ἤδη χρόνων οὐ μόνον πεπτωκότα, ἀλλὰ καὶ τέλεον ἠφανισμένον νεὸν ἐδείματο, σεμνότητι καὶ κάλλει πολλῷ τὸν πρὶν ὑπερφέροντα. *Præmia reportantis Nazarii sacram ædem a multis annis non modo lapsam, sed penitus etiam destructam, novam fecit, veneratione & pulchritudine priore magis excellentem.*

LXVII. S. NICOLAI Episcopi Δίκτυον, seu oratorium intra Magni Palatii septa ædificavit Basilius Macedo, ut auctor est Scylitzes; ubi etiam statuitur Anna Comnena lib. II. Alexiad. p. 52. R. E. uti a nobis observatum: versus ædem S. Barbaræ a Pachymere lib. IV. c. VIII. seu versus Acropolim.

LXVIII. S. NICOLAI ædes versus Blachernas memoratur apud auctorem Chronici Alexandrini in Heraclio pag. 904. 906. Edit. Reg. qui incendio absumptam ab Avaribus narrat. Ibidem etiam statuitur ab Anna Comnena p. 294. E. R. Neque alia videtur ab ea quam SS. Prisco & Nicolao excitasse Justinianum scribit Procopius lib. I. de Ædif. cap. VI. quippe cum ad Blachernas, & haud

cundem ſtatuatur. Vide Menæa VI. Novemb. Lambecium lib. IV. de Bibl. Cæſarea pag. 123. & Notas noſtras ad Alexiadem p. 359. E. R. Ut porro effingeretur S. Nicolaus a Græcis, ex Tabella Græcanica, quam ſupra, ubi de æde S. Baſilii, exarari curavimus, colligi poteſt, vultu ſcilicet ſenili, quomodo deſcribitur a Joanne Euchaita pag. 24. carmine εἰς τὸν ἅγιον Νικόλαον;

Αυτόν κρατῶ σε φροσκυνῶ τε, καὶ βλέπω
Αυτόν κρατῶ σε, σὸν δὲ σῶμα καὶ τόδε,
Ανὴρ ἀναργῶς φοισβύτης· ἐκ χειμάτων
Σαφὲς τὸ σῶμα &c.

LXIX. S. NICOLAI ædes, τὰ Βασιλίδα dicta, a Baſilide Patricio & Quæſtore, qui Juſtiniano M. imperante vixit, in domo propria ædificata fuit, ut habet Codinus pag. 62. Edit. Reg. Baſilidis iſtius meminit Procopius lib. I. de Bello Perſico cap. XXIV.

LXX. S. NICOLAO & S. AUGUSTINO Cantuarienſi Epiſcopo ædem ſacram exſtruxit nobilis quidam Anglus, qui Conſtantinopolim exul ſeceſſerat poſt expugnatam a Willelmo Notho Angliam, ut habet Gotſelinus lib. I. de Miraculis ejuſdem S. Auguſtini cap. XXVI.

LXXI SS. NOTARIORUM templum ædificavit Theodoſius, & multis ditavit poſſeſſionibus, inquit Codinus pag. 61. Edit. Reg. ex Originibus CP. inediris. Sed quod Theodoſio adſcribit, alii S. Joanni Chryſoſt. & Siſinnio Patriarchis CP. tribuunt. Nam idem fuit quod Marciani & Martyrii vocant, qui ab Arianis ſub Conſtantio Imp. cæſi ſunt, Sozomenus lib. IV. cap. II. de iiſdem ſanctis: Ο δὲ τάφος ἐστὶν αὐτοῖς ἐπίσημος πρὸ τοῦ τείχους τῆς Κωνσταντινουπόλεως, οἷά γε μαρτύρων μνῆμα, ἀκτῆσιν εἶχον περικείμενος, ὃν οἰκοδομὴν ἄρξατο Ιωάννης, ἐτελεύρησε δὲ Σισίννιος. *Horum quidem inſigne ſepulchrum eſt, pro mœnibus Conſtantinopolis exſtructum, tamquam Martyrum monumentum, quod templo ambitur, quod ædificare cœpit Joannes, abſolvit Siſinnius.* Eadem habet Nicephorus Calliſti lib. IX. cap. XXX. Locum deſignant Synaxaria ad diem XXV. Octob. quo celebratur eorum feſtivitas: Καὶ θάπτονται ἐν τῇ Μελανδησίᾳ πόρτῃ, ἐν αὐτῇ τῇ Κωνσταντινουπόλει, τοποθεσίᾳ τῇ Δευτέρᾳ, ὧν τὸ ναὸν μὴ ταῦτα ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Ιωάννης ὁ Χρυσόστομος ἐκ βάθρων ἤγειρε. *Et ſepeliuntur in Melandeſia Porta, in ipſa Conſtantinopoli, in tractu qui Secundum appellatur, quorum templum poſt hæc ſanctus Pater noſter Joannes Chryſoſtomus a fundamentis excitavit.* His conſona habet Menologium Sirleti. Dicti autem Marcianus & Martyrius *Notarii*, quod Pauli Patr. CP. γραμματῆς extitiſſent.

LXXII. OMNIUM SANCTORUM, τῶν Ἁγίων πάντων, ædem exſtruxit Leo Philoſophus Imperator, ut auctor eſt Pachymeres lib. IX. cap. XIII. MS. Regii (nam hæc deſunt in edito) quam ait fuiſſe ſatis capacem ac pulchram: δι' μὲν μεγέθους καὶ κάλλους ἔχων. Nec diſſentit Codin. p. 62. E. R. tradens Leonem templum S. Stephani prope Sigma ad minorem formam redegiſſe, & ὕλῃ πᾶσαν, τάτε μάρμαρα, καὶ κίονας, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐνθεῖναι tranſtuliſſe in ædem Sanctorum omnium, atque in ea aſſervatas S. Iſaacii reliquias. At longe ante Leonem ſtetiſſe ædem Omnium Sanctorum vel ex eo percipitur, quod Anonymus, qui narrationem de miraculo imaginis Chriſti crucifixi Berytenſis, ex qua manaſſe ſanguinem & aquam ajunt cum a Judæis configeretur, conſcripſit, ſacrum illum ſanguinem una cum aqua a Nicephoro Phoca in Syria inventum, Conſtantinopolim anno Mundi VIMCCCCLXX. (Chriſti DCCCCLXII. allatum, in ædem Sanctorum Omnium depoſitum fuiſſe tradat: ejus verba ſunt ex MS. Codice Bibliothecæ Cæſareæ apud Lambecium lib. II. Comment. de Biblioth. Cæſarea: Τοῦτο τὸ θεῖον αἷμα ἐξ ὕδατος Νικηφόρος ὁ ἀοίδιμος Βασιλεὺς ἀνῆρεν ἐν μιᾷ πόλεων τῆς Συρίας, ἐλαβεν αὐτὸ, καὶ αὐτὸς δ' ἐκεῖνα ἀνεκόμισεν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐν τῷ ἑξακισχιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἑβδομηκοστῷ ἔτει, καὶ κατέθηκεν ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τῶν Ἁγίων πάντων. Illius miraculi, quod ſub Copronymo ad annum Chr. DCCLXV. refert Sigebertus, hiſtoriam deſcripſit perinde quidam Athanaſius, quæ laudatur in Synodo œcumenica Nicæna II. Habetur illa Latine edita a Surio & Lambecio, qui complura exemplaria MSS. haberi in eadem Bibliotheca Cæſarea teſtatur: ex qua præterea docemur ejus memoriam apud Græcos actam prima Jejuniorum Dominica. Subdit idem Lambecius in eodem Codice, in quo deſcribitur Anonymi narratio de imagine Berytenſi, aliam ſubjungi ejuſdem fere generis, de imagine quadam Chriſti Conſtantinopolitana juxta Eccleſiam Magnam, ſive Sophianam, collocata, quæ temporibus Juſtiniani Magni Imperatoris a Judæo vulnerata, verum emiſit ſanguinem, cujus eſt lemma, Θαῦμα γενόμενον ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν εἰκόνι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ. Ad hunc porro Chriſti ſanguinem referri debere exiſtimaverim verſus Joannis Euchaitarum Metropolitani pag. 48. εἰς τὸ δοματικὸν αἷμα.

Εν οὐρανοῖς μὲν φροσκυνητὰς ἀγγέλους
Εδει τὸ λύτρον τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἔχειν,
Αλλ' ὦ ἄμεινον τὸν δι' ὃν παρεχέθη,
Τοῦτον τὸ δῶρον φροσκυνῆν ἐν γῇ κάτω
Ομως δὲ τοῦτο φροσκυνῆσι ἐξ Νόης,
Ενταῦθα σεπτῶς νῦν τεθησαυρισμένον,
Πρέπει γὰρ αὐτοὺς αἵματι μᾶν Διδότε
Εἰς ἓν δ' αὐτὸ τοῖς βροτοῖς σωημένους

Ex quibus mihi fere pro certo habetur, Chriſti ſanguinem, ad aliquot Chriſtianorum Eccleſias, ab urbe CP. poſt illius a Francis expugnationem, delatum, eum eſſe qui in ædibus iſtis ſacris aſſervabatur, cujuſmodi eſt quem colit Mantuana civitas. Ædis iſtius ſphæra, ſeu trullus, cecidit eo terræ motu qui accidit VIII. Januarii, Baſilio Bulgaroctono imperante, anno Chriſti MXI. Indict. IX uti narrant Scylitzes pag. 706. Edit. Reg. & Glycas. Rurſum peſſime accepta eſt ædes ipſa ex alio terræ motu ſub Andronico Seniore, quo & confracta S. Michaelis ſtatua ænea columnæ impoſita. Rem ſic deſcribit Pachymeres lib. IX. cap. XV. Ο γὰρ τῶν Ἁγίων ἁπάντων νεὼς ἐκ τότε σωτικῶς, ἐξ μηδενὸς τ' ἀναγκαίων λειπόμενος, ἐλεεινῶ θρακῦσιν πάσχει καὶ πτῶσιν τῆς ὀροφῆς. ὅσπερ περὶ τὸ βῆμα, ἐξ ὅσον περὶ μέσον ἀνῳκοδόμητο. ἐξ ὁ ἐκεῖσε χαλκοῦς ἀνδριὰς τοῦ Αρχιστρατήγου, ὁ ἐπὶ κιονώδους μένων ἐρειπιώματος, εἰς πόδας δ' ἔχων τὸν Ανακτα Μιχαὴλ τῷ πόλιν φέροντα, κἀκείνῳ φροσανατιθέντα, καὶ ἐπ' ταύτης φυλακῇ ἐπιτρέποντα· ὁ τοιοῦτος ἐν ἀνδριὰς καὶ ἡ ἀνὰ χεῖρας τῷ Βασιλεῖ πόλις, ὁ μὲν τῷ κεφαλῇ ἀφαιρεῖται, ἡ δὲ ἐκ χειρῶν τοῦ κρατοῦντος ἐξολισθαίνει, καὶ φρὸς γῆν ἄμφω πίπτουσι. *Quippe templum Omnium Sanctorum, quod hactenus inconcuſſum ſteterat, cuique nulla res deerat neceſſaria, miſerabilem labem paſſum eſt, & tecti caſſum, tum quod ſacraria, tum quod mediæ ædi imminebat, & quæ ibi viſebatur ænea ſtatua ſancti Militiæ cæleſtis Ducis inſiſtens baſi rotundæ, ad pedes habens Michaelem Auguſtum Urbis ſimulachrum ſuſtinentem manibus, elque offerentem, ejuſque cuſtodiæ commendantem civitatem: talis, inquam, ſtatua capite dejecto minuta eſt, & urbis ſimulachrum de manibus Imperatoris decidit.* Sed ea poſtmodum reſtaurata ab Andronico filio, ut auctor eſt Nicephorus Gregoras lib. VI. pag. 141. ubi agens de hoc terræ motu, corruiſſe ait S. Michaelis ſtatuam, quam Michael Palæologus recepta ac recuperata urbe ante templum SS. Apoſtolorum ſtatuerat: Επιστόκα δὲ

Edit. Pariſ. pag. 131.

καὶ ὃν πρὸ τοῦ ναοῦ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐπὶ χίονος ἵστησε τῷ Ἀρχιστρατήγῳ Μιχαὴλ ἀνδριάντα, Μιχαὴλ Βασιλεὺς ὁ Παλαιολόγος, ὁπότε τὴν Κωνσταντινουπόλεως ἐγκρατὴς ἐγεγόνει. ὃν αὖθις Ἀνδρόνικος Βασιλεὺς ὁ ἐκείνου παῖς, ὡς εἶχε χρήματος, ἐπισκευάσας καὶ ἀνεστήλωσε. *Corruit & Michaelis cælestis militiæ principis statua, quam Michael Palæologus ante ædem sanctorum Apostolorum erexerat cum Constantinopolim recepisset: eandem filius ejus Andronicus eodem habitu refecit ac restituit.* Ubi pro τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, nescio an non legendum τῶν ἁγίων πάντων, nisi forte ædes Apostolorum vicina omnino fuerit ædi omnium SS. quod certe testatur Synaxarium istius Festi in Pentecostario. At extrema Græcia, ferme semper clausa fuit, adeo ut pauci recordarentur, inquit Pachymeres lib. VII. cap. XIII. ullam in eo functionem sacram fieri vidisse, quod causæ fuit ut hanc demolitus sit Joannes Palæologus Imperator, & ex ejus ruderibus binas turres ad Portam auream in Arce Heptapyrgiana ædificaverit. Ducas cap. XIII. Κατιδὼν τὸν ναὸν ἐπ' ὀνόματι πάντων τῶν Ἁγίων κτισθέντα παρὰ κυρίου Λέοντος τοῦ σοφοῦ καὶ μεγάλου Βασιλέως, &c.

Edit. Paris. pag. 132.

LXXIII. S. PANTALEEMONIS ædis non semel occurrit mentio apud scriptores Byzantinos, sed unica ne, an vero plures extiterint, non plane constat; quippe in Originibus Constantinop. ineditis, & apud Codinum pag. 52. Edit. Reg. legimus Theodoram Justiniani Magni uxorem Ecclesiam ædificasse Constantinopoli, in ea porticu, ubi ex Paphlagonia in urbem veniens habitaverat, paupercula tunc, & lanificio sibi victum quæritans. Aliam præterea commemorat pag. 57. ut & eædem Origines CP. quam a Theodora Theophili Imperatoris uxore excitatam refert, ubi antea erat *Armamentarium* a Mauricio Augusto ædificatum, unde & τὰ ἁρμαμέντα appellatum: quem quidem tractum τῆς ἁρμαμεντariας τοπον vocat Porphyrogenitus in Basilio cap. XIII. Aliam præterea ædem ipse Codinus pag. 48. Edit. Reg. a Nicolao Patricio ædificatam recenset. Denique Narseti, qui sub Phoca rebellavit, aliam adscribit Zonaras p. 65. E. R. Sed & auctor est Procopius lib. I. de ædif. Justin. cap. IX. martyrium sancti Pantaleemonis in promontorio, quod in Pontum Euxinum navigantibus ad Freti littus excurrit, ædificatum, atque eo quidem diruto, quod præ vetustate ruinam minaretur, longe præclarius & magnificentius eundem Augustum excitasse, ita ut honorem martyri asseruerit, & Freto decus addiderit, appositis utrinque ædificiis. Ab hac æde Pons vicinus, qui Barbysæ fluvio imminebat, sancti Pantaleemonis appellationem tribuit Scylitzes in Michaele Duca pag. 859. E. R. Παραγενόμενοι γὰρ ἠκροβολίσαντο πρὸς τὸ τεῖχος τῶν Βλαχερνῶν, καὶ ἀποκρουσθέντες ἐπεραιώθησαν τὸν τοῦ ἁγίου Παντελεήμονος γέφυραν, καὶ τὰ ἐκεῖσε πάντα πυρὶ κατελυμήναντο. *Accedentes enim ad murum Blachernarum, levia quædam prælia fecere, & repulsi transiere S. Pantaleemonis pontem, & quæ ibi erant omnia igni combussere.* In altera porro sacrarum istarum ædium sancti Panteleemonis festum celebrari observant Menæa: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σωτηρία ἐν τῇ αὐτῇ ἐπωνύμῳ ἐκκλησίᾳ. Sed an illius reliquias asservaverit Constantinopolis, incertum videtur. Tradit Sigebertus caput sancti Pantaleonis Martyris in Franciam allatum an. DCCCII. At Hugo Flaviniacensis in Chronico p. 166. E. R. Coloniam demum delatum ait ejusdem Martyris corpus Nicomedia, ubi martyrium pertulerat, a Colonienſi Archiepiscopo, quod ille a Constantinopolitano Imperatore obtinuerat, *quando pro ejus filia Ottoni II. in matrimonio jungenda, ejusdem Ottonis ad eundem Imperatorem Legatus missus est, cum Episcopis duobus, Ducibus & Comitibus.* Nam *cum obtentis, pro quibus ierat, licentiam redeundi accepisset, & Imperator ei sociisque ejus munera plura obtulisset, & accipere renuissent, corpus sancti Pantaleonis ab eo Archiepiscopus petiit, & obtinuit, & reversus Coloniam detulit.* Idem porro sancti Pantaleonis caput Constantinopoli Colo-

niam allatum anno denium MCCVIII. scribit Ægidius Gelenius in Colonia Agripina pag. 370. qui adscripta præterea Usuardi Martyrologio hęc verba annotat: XII. *Kal. Martii commemoratio ossium sanctissimi Pantaleonis Martyris, quando caput ejusdem Martyris per Henricum de Ulmena Militem de Constantinopoli translatum est.* Quod si ita est, dicendum erit corpus ejusdem Martyris absque capite Coloniam delatum, quod Constantinopoli asservatum fuerit. Vide quæ annotamus de templo Homonæa appellato. Observandum porro promiscue Παντελεήοντα & Παντελεήμονα a Græcis scriptoribus appellari: cum primum quidem nomen sancti proprium, alterum vero eidem inditum divinitus fuerit, voce de cælo inter martyrii tormenta ita sanctum compellante, ut est in Synaxariis. Nescio vero an alia sit a prædictis ædibus Ecclesia sancti Pantaleonis, quam a fundamentis excitasse Romanum Lacapenum auctor est in illius Vita Anonymus Combefisianus n. L. Ὡσαύτως καὶ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὸ μοναστήριον ἐκ βάθρων κτίσας τοῦ Παντελεήμονος, ᾧ ἐπώνυμον Ὄφρᾶ λιμήν.

LXXIV. S. PAULI Patriarchæ Constantinopolitani Ecclesia a Macedonio Patriarcha Constantinopolitano hæretico primum ædificata, ejusdem sancti Pauli nomen accepit, ex quo in eam illatum sancti illius corpus. Sozomenus lib. VII. cap. X. Ὁ δὲ βασιλεὺς μαθὼν τὰ συμβάντα Παύλῳ τῷ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπῳ γενομένῳ, μετεκόμισεν αὐτοῦ τὸ σῶμα, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἔθαψεν, ἣν φκοδόμησε Μακεδόνιος ὁ ἐπιβουλεύσας αὐτῷ. εἰσέτι τε νῦν ἐπώνυμος ἐστιν αὐτῷ, μέγιστος ὢν καὶ ἐπισημότατος ὁ ναὸς ὅτος. ὃ καὶ πολλάκις ἀγνοοῦντες ἀλλοθεν ἄλλοθι ὑπονοοῦσι ποιεῖ Παύλου τοῦ Ἀποστόλου ἐνδιδόναι κεῖσθαι, μάλιστα δὲ καὶ ταῖς γυναιξὶ, καὶ τοῖς δήμοις τοῖς πλείοσι. *Porro Imperator ubi cognovit ea quæ Paulo quondam Constantinopolis Episcopo acciderant, transtulit ejus corpus, & in Ecclesia sepelivit, quam Macedonius ejus persecutor exstruxerat, quæque adhuc illius nomen servat, augustissima existens ædes & nobilissima; quæ res multos veritatis ignaros suspicari facit, Paulum Apostolum hic esse conditum, maxime vero mulierculas, & pleroſque a plebe.* Quod in annum VII. Theodosii Magni conjicit Theophanes. Ædis situm in Deutero designat Nicephorus Callist. lib. XII. cap. XIV. Οἱ (ναὸς) καὶ εἰσέτι νῦν κλῆσιν Παύλου φέρει, μέγιστός τε καὶ λίαν ἐπίσημος ὢν περὶ τὸ Δεύτερον διακείμενος, ὃν οἱ ἀγνοοῦντες Παύλου τοῦ θεῖον Ἀποστόλου εἶναι νομίζουσιν. Neque alia videtur ab *Ecclesia S. Pauli*, quam in septima Urbis regione statuit vetus Urbis Descriptio, de qua etiam Gyllius lib. III. cap. VII. Ut denique in eam Ecclesiam translatum fuerit sancti Pauli Patr. Constantinopolitani corpus, pluribus illius Vitæ auctor apud Photium pag. 1427. commemorat. Hanc vero ædificarat Macedonius priusquam Patriarchæ Constantin. dignitatem consecutus esset, siquidem ἐν τῇ ἐπὶ Παύλου ἐκκλησίᾳ ab Arianis Patriarcham creatum Constantio imperante narrat Socrates lib. II. cap. XII. in Ecclesia scilicet, quæ ejus tempestate post illatum sancti Pauli corpus, ejusdem sancti nomine donata est. Exinde post Macedonii mortem Macedoniani hanc aliquandiu possederunt, donec iis ablata est, & in eam illatum corpus sancti Pauli. Socrates lib. V. cap. IX. Σωτηρίου οὖν καὶ σεβάσματι τοσῷδε δεξάμενος, εἰς ἣν ἐκκλησίαν ἐξ αὐτοῦ χρηματίζουσαν ἀπέθετο, ὧν πρότερον οἱ τὰ Μακεδονίου φρονοῦντες κατέχον. Habuere Macedoniani alias aliquot præterea Ecclesias: nam Marcellinus Comes refert Thedosio Magno imperante orthodoxos *Macedonianorum Ecclesiam extra muros Urbis positam* abstuliſſe, quod Antoninum Germis Episcopum interfeciſſent. Vide Nicephorum Call. lib. IX. cap. XLVII.

pag. 133.

LXXV S. PETRI Telonarii, qui Justiniano imperante vixit, & cujus festum agunt Græci XX. Jan. ædes fuit in Foro Bovis. Menæa & Synaxaria: καὶ κατεδίτην ἐν τῇ τοποθεσίᾳ τοῦ Βοὸς, ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ.

LXXVI. S. PETRI, seu Valentis & Daudati, Πέτρα, ἤτοι Οὐάλεντος καὶ Δαυδάτα πλησίον τῶν ἁγίων Ἀποστόλων μονὴς ἡγούμενος Martyrius subscribit in Concilio Constantinopolitano sub Mena act. 1. cum cæteris Urbis Hegumenis.

LXXVII. S. PHILEMONIS templum exstruxit Eudoxius Patricius & Præfectus sub Constantino, ut auctor est Codinus pag. 39. E R. Eudoxii alterius sub Theodosio Juniore mentio est in Codice Theodosiano. In hac æde sanctorum Martyrum Eliæ, Probi, & Martis diem festum peragi solitum observant Menæa ad XIX. Decembr. eadem ad XII. Maii in sancto Epiphanio Archiepiscopo Constantiæ Cypri: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σωάξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ οἴκῳ, τῷ ὄντι ἐνδον τοῦ ἁγίου Φιλήμονος. Similia habentur ad XXII. Januarii in sancto Anastasio Persa, ædisque situs indicatur in Strategio: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σωάξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ, τῷ ὄντι ἐνδον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Φιλήμονος, ἐν τῷ Στρατηγίῳ.

LXXVIII. S. PHOCÆ Martyris, cujus festum colunt Græci XXII. Sep. ædem in Milio, loco nuncupato Dihippio, ædificavit Phocas Tyrannus; quam priusquam tegeret, interfectus est ab Heraclio, qui hanc postmodum sancto Joanni Theologo dicavit, uti supra indicavimus. Vide Menæa ad IX. Octob. in sancto Petro. Julianus Ἀρχιμανδρίτης τῶν ἐν ὁσίοις Φωκᾶ subscripsit Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda: ut in Concilio Constantinopolitano sub Mena Demetrius Ἡγούμενος τῆς Φωκᾶ, cum aliis Urbis Abbatibus.

LXXIX. S. PIONII Presbyteri Smyrnensis synaxis celebrari dicitur ἐν τῇ Λιθοστρώτῳ, XI. Martii, in Menæis.

LXXX. S. PLATONIS ædes ab Anastasio Dicoro primum ædificata est, qui in eam decem columnas sculptas ex Thessalonica intulit, quarum duæ in Chalcen a Lacapeno postea translatæ sunt, uti tradit Codinus pag. 44. E. R. ex Originibus Constantinopol. ineditis. De novo instauratam a Justiniano addit Procopius lib. 1. de Ædif. qui quidem Justinianus in ea nocturnas vigilias encæniorum Ecclesiæ Sophianes a se pariter conditæ celebravit. Theophanes pag. 202. E. R. H δὲ παντυχὶς τῆς αὐτῆς ἐγκαινίων γέγονεν εἰς τὸν ἅγιον Πλάτωνα. At cum postmodum illius tectum laboraret, novum confecit, murosque quibus incumbebat, firmiores reddidit Basilius Macedo. Porphyrogenitus in avi Vita cap. LIV. & ex eo Scylitzes p. 588. E. R. Ὡσαύτως δὲ καὶ Πλάτωνος τοῦ μεγάλου ἐν μάρτυσι πονήσασαν τῷ τοῦ ναοῦ κατιδὼν ὀροφῷ, νέαν εἰργάσατο, &c. Ex quibus docemur dicatum fuisse templum sancto Platoni Martyri, fratri sancti Antiochi, cujus festum agunt Græci XVIII. Novemb.

LXXXI. S. POLYEUCTI ædem Juliana Valentiniani Augusti filia intra quatuor annos cum dimidio, evocatis Roma Architectis, ædificavit, si Codinum audimus pag. 46. E. R. At cum nullam hoc nomine filiam Valentiniano Primo adscribant scriptores, potior videtur Gregorii Turonensis sententia, scribentis Julianam matronam Constantinopolitanam, Justiniano Magno imperante, Cameram *S. Polyeucti*, qui Constantinopoli magno cultu colebatur, quod perjurii præsens ultor existimaretur, auro puro vestiviisse, ut avaritiam Principis deluderet. Historiam narrat lib. 1. de Mirac. cap. CIII. ubi sancti Poleucti templum ædi Julianæ proximum fuisse indicat. Illius etiam meminit Synaxarium ad IX. Januar. qui est Polyeucto sacer, Τελεῖται δὲ ἡ τούτου σωάξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ. S. Christophori Martyris ædi vicinum fuisse indicant Menæa ad XVI. Decemb. Laudat Salmasius ad Solinum pag. 1212. hos versus ex epigrammate veteri de templo Polyeucti Martyris a Juliana conditi:

Κόλποι δ' ἀμφοτέρωθεν ἐπ' ἀψίδεσσι χυθέντες
Φέγγος ἀεδίητον ἰμιμήσαντο σελήνης

Quibus ædis sacræ Concham describi observat.

LXXXII. SS. PROBI, TARACHI, & ANDRONICI, τῶν τῆς ἁγίων Μαρτύρων Πρόβα, Ταράχου, καὶ Ἀνδρονίκου, ἐν τῷ ἐκεῖ ξενῶνι exstruxit Narses Patricius, Phoca tyranno imperante, ut auctor est Zonaras pag. 63. E. R. & Codinus p. 52. E. R. At Origines Cononstantinop. ineditæ hunc Narsetem sub Justino & Sophia vixisse tradunt. Horum martyrum festum agunt Græci XII. Octobr.

LXXXIII. S. PROCOPII Martyris, cujus festum agunt Græci VIII. Julii, ædem τῷ χελώνῳ *Edit. Paris.* dictam exstruxit Constantinus Magnus, ut auctor *pag.* 134. est Codinus pag. 39. E. R. illam opinor quam renovavit Zeno Isaurus Imperator. Chronicon Alexandrinum pag. 757. E. R. Ἀνανεώσας καὶ τὸν οἶκον τοῦ ἁγίου Προκοπίου. Meminit ædis istius sancti Procopii ἐν τῇ χελώνῃ, *in testudine*, Svidas, & ex eo Codinus, narratque stetisse in ea Platonis Eunuchi & Cubicularii, qui Basilisco imperante crematus est, statuam, quæ ἐν τῷ ἀναχαιτίζεσθαι τὸν τοῦ ἁγίου Μάρτυρος ναὸν, μετετέθη εἰς τὸ ἱπποδρόμιον, *cum renovata est S. Martyris Ecclesia, in Hippodromum translata est*. Χελώνη autem videtur appellata a regione, seu tractu: nam & ædes, seu οἰκία τις διῳκοδόμητο ἐν τῇ χελώνῃ stetisse sua adhuc ætate testatur idem Svidas. Sed an templum istud idem sit cum æde sancti Procopii, quæ *Vigilantiæ* dicta est, & quam a Justiniano Magno conditam scribit Codinus pag. 54. Edit. R. ita ut ille hanc tantum renovaverit, non omnino constat. Quippe refert templum sancti Procopii cognominatum τὰ Βιγλεντίας, in Tauro ædificatum fuisse a Justiniano, qui etiam multa alia palatia ibi excitavit nomine Vigilantiæ sororis. Illud vero postmodum incendio absumptum, reædificatum fuisse ab Antonina Belisarii Magistri uxore, quæ Ζωστὴ seu *ornatrix* fuit Theodoræ uxoris Justiniani, suasu ipsius Vigilantiæ, cum qua post mariti sui mortem habitavit. Vide Notas ad Cinnamum pag. 478. Edit. Reg.

LXXXIV. S. PROCOPII ædem, τὸ Κονδυλίου dictam memorat idem Codinus pag. 46. E. R. sic appellatam διὰ τὸ Κωνσταντῖνον τὸν πατέρα Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου κονδυλίσαι ἐκεῖ τὸν ἵππον αὐτοῦ καὶ ῥίψαι αὐτὸν, *quod Justiniani Constantinus Rhinotmeti pater in eo loco equum suum pugnis instigans ab eo dejectus fuerit*

LXXXV. SS. XL. MARTYRUM, qui Sebastiæ sub Licinio martyrium passi sunt, & quorum nomina recitant Menæa & Synaxaria ad IX. Martii, quo eorum memoria recolitur, templi fundamenta primus jecit Tiberius Mauricii socer. Constantinus Manasses:

Καὶ πρῶτος κατεβάλετο τὰς ῥίζας τοῦ τεμένους
Τῶν τεσσαράκοντα Χριστοῦ μαρτύρων καλλινίκων.

Illud postmodum absolvit ipse Mauricius an. VIII. ut auctor est Theophanes, qui & situm indicat: ait enim *Prætorium* prius extitisse, ædificatumque in media urbis platea: Τῷ αὐτῷ ἔτει ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα, ἣν ἀπῄρξατο κτίζειν Τιβέριος, ἀνεπλήρωσεν, ἐν τῇ μίσῃ οὔσαν, τόπον πρῶτον ἐλέγον εἶναι Πραιτώριον. *Eodem anno Mauricius Imperator Ecclesiam Quadraginta SS. Martyrum, a Tiberio exædificari cœptam, in Media existentem, quem quidem locum ajebant ante fuisse Prætorium*. Ubi vir doctus verba ἐν μίσῃ οὔσαν, perperam interpretatus est, quasi ædes ad medium opus perducta fuerit, cum Mauricius illam absolvit: nam μίσῃ hoc loco Media urbis platea intelligitur. Origines CP. MSS. Ἅγιοι τεσσαράκοντα πρότερον ὑπῆρχον Πραιτώριον· ὁ δὲ Τιβέριος ὁ Θρᾴξ σὺν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Ἀναστασίᾳ τοὺς δεσμίους ἐξιώσας καὶ τὸν τόπον ἀνακαθήρας, καὶ διαμετρήσας, καὶ ἄλλως ἑτοιμάσας, καὶ ἐκβαλὼν τὸ χῶμα, ἐθεμελίωσε μέχρι πηχῶν ὀκτὼ τελέσαντος δὲ αὐτοῦ ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Μαυρίκιος ναὸν ποιήσας ἀνεπλήρωσε τὸν ναὸν καὶ ἱδρύσατο αὐτόν. *Ædes SS. XL. Martyrum antea Prætorium extiterat. Tiberius vero Thrax cum uxore Anastasia, eductis hinc qui carcere detinebantur, loco prius purgato, ac dimenso, ex eoque materiis ibi agestis ejectis, fundamenta ad octo cubitos eduxit. Eo*

vero mortuo, illius gener Mauricius ædem ſacram abſolvit ac dedicari curavit. Ad æreum Tetrapyſum ſtatuitur in Chronico Alexandrino pag. 874. E. R. ut & in Synaxariis: Τιλεῖται δὲ ἡ αὐτῆς σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτῆς μαρτυρίῳ πλησίον τῆ Χαλκῆ Τετραπύλῳ. Nec ſcio an illud intelligat Cedrenus p. 348. E. R. ubi ait an. Leonis M. v. templum maximum Tetrapylo vicinum incendio abſumptum. Sphæram ædis terræ motu collapſam de novo inſtauravit Baſilius Macedo. Scylitzes p. 706. E. R. Καὶ τετρώκασιν αἱ σφαῖραι τῆς ναοῦ τῆς ἁγίων τεσσαράκοντα, καὶ τῆς ἁγίων πάντων, ἃς ὁ Βασιλεὺς Βασίλειος ἀνεκτήσατο. Ædem ipſam poſtmodum coluit impenſius Andronicus Tyrannus, qui eam non modo reſtauravit & exornavit, ſed & in ipſa ſepulchri ſui locum delegit, & in eam prioris conjugis ſuæ cadaver tranſtulit, ſuam ſtatuam ad ſeptentrionales ædis partes quæ Foro obverſabantur, collocavit, atque adeo condidit ædes magnificas juxta ipſam ædem, in quibus verſaretur, cum templum vellet ingredi, quæ poſtmodum ab Iſaacio Angelo in Noſocomium verſæ ſunt. In hac denique Eccleſia extitit Chriſti imago, per quam olim cum Imperatore Mauricio collocutum ferunt, de qua Theophanes, pagin. 239. E. R. quam magnis impenſis exornavit. Hec omnia pluribus perſequitur Nicetas in Andronico lib. II. cap. VI. & XIII. Ex quibus tantum exſcribo quæ illius elegantiam, amplitudinem & ſitum ſpectant, quo loco tradit τὸν ναὸν τῆς ἁγίων τεσσαράκοντα μαρτύρων, ὡς κάλλιστον, καὶ μεγέθει μέγιστον καὶ περὶ τὸ καιριον καὶ μέσον ἀνιγηγερμένων τῆς πόλεως, *ædem SS. XL. Martyrum, ut pulcherrimam & ampliſſimam & in media urbe ſitam* delegiſſe ad ſui ſepulturam. Ad hujus ædis partem orientalem columnam ex multis lapidibus compactam erexit Phocas anno VII. Chronicon Alexandrin. Τούτῳ τῷ ἔτει ἐπληρώθη ὁ σωιδήτος κίων ὁ ἀνοικοδομηθεὶς ὑπὸ Φωκᾶ τοῦ βασιλέως, μηνὶ καὶ κτιτόρης, καὶ τὸ ἀνατολικὸν μέρος τῆς ἐκκλησίας τῆς ἁγίων μ' πλησίον τῆ Χαλκῆ Τετραπύλῳ. Huic poſtea Crux impoſita, Heraclio imperante. Idem Chronicon pag. 878. E. R. Τούτῳ τῷ ἔτει ἐπάνω τοῦ σωιδήτου κίονος τοῦ κατ' ἀνατολὰς τῆς ἁγίας ἐκκλησίας τῶν ἁγίων μ'. ὁ τίμιος σταυρὸς — ἐτέθη. *Hoc anno poſita eſt veneranda Crux in columna ex multis lapidibus confecta ad Orientem ædis LX. ſanctorum Martyrum.* Quæ quidem columna ex terræ motu, qui ſub Andronico Seniore accidit, corruit, cum baſis jam ante ruinam minaretur. Nicephorus Gregoras lib. IX. pag. 324. Πίπτωκε ὁ φὸς τοῦ νεὼ τῆς τεσσαράκοντα Μαρτύρων ἐς ἄμεινος πάλαι κίων, ὃς ὑπὸ τινὸς μὲν κακοτεχνίας τεθαμένον εἶχε τὸ φὸς τῇ βάσει μέρος. Narrat Scylitzes pagin. 549. E. R. in ea æde olim Philoſophiam docuiſſe Leonem inſignem Philoſophum, qui Theophilo & ejus filio Michaele imperantibus vixit. Hanc denique demolitus eſt Joannes Palæologus, & ex ruderibus propugnacula ad Portam auream ædificavit, uti narrat Ducas cap. XIII. De SS. XL. Martyrum reliquiis a Pulcheria inventis agit Sozomenus lib. IX. cap. II. Meminit præterea iſtius ædis Anna Comnena pag. 52. & 145. E. R. idem Scylitzes & Glycas in Monomacho, Innocentius III. PP. lib. XIV. epiſt. XCIV. Continuator Theophanis libr. IV. cap. XXXVII. Pachymeres lib. IV. cap. XVIII. &c.

LXXXVI. SS. XL. MARTYRUM templum ἐν Κωνσταντιανᾶς, *ad Conſtantianas*, ædificatum ab Anaſtaſio Imp. & Ariadne Auguſta tradit Codinus pag. 46. E. R. ex Originibus CP.

LXXXVII. S. ROMANI ædem a B. Helena ædificatam auctor eſt Codinus pag. 49. E. R. ex Originibus CP. ineditis, collapſam reædificavit Baſilius Macedo, ut ſcribit Porphyrogenitus in illius vita cap. LIV. & ex eo Scylitzes p. 588. E. R. haud procul a Porta, quæ ab hac æde S. Romani appellata eſt, de qua pluribus egimus ad Alexiadem pag. 360. E. R. & ſupra ubi de Portis Urbis. Quis autem iſte S. Romanus, incertum: nam binos hoc nomine ſanctos colit Eccleſia Græca-

Edit. Pariſ. pag. 135.

nica, quorum feſtum agit, Emeſini Contaciorum ſcriptoris, qui ſub Anaſtaſio Imperat. vixit, I. Octob. alterius Martyris in Palæſtina ſub Dioclet. XVIII. Nov. Addunt eædem Origines & Codinus, prope hanc ædem, πλησίον αὐτῆς ἁγίων σορὸν, ἐν τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου Προφήτου Δανιὴλ, & S. Romani Martyris, & reliquorum Prophetarum qui hic requieſcunt, reliquias quas eadem ſancta Helena Hieroſolymis adduxerat, hic depoſitas: denique in eo monaſterio ſanctos Joſephum Poetam, & Theodorum Studitam ejus fratrem hic commoratos, compoſuiſſeque Canones Leone Armenio imperante.

LXXXVIII. SS. SERGII & BACCHI Martyrum ſumma fuit apud Dardanos & Illyrienſes veneratio, quorum ope Juſtinus perduellionis inſimulatus ab Anaſtaſio Imperatore, una cum Juſtiniano nepote in carcerem conjectus, viſis iiſdem per quietem Anaſtaſio, liberatus eſt. In cujus beneficii memoriam poſtmodum ædes divis iſtis ſacræ variis in locis excitatæ ab iis leguntur, quas inter una fuit ad Scadram Barbenamque fluvium, de qua Theophilus Juſtiniani præceptor laudatus ab Alemanno: altera in Ptolemaide ab ipſo Juſtiniano condita, de qua Procopius lib. V. de Ædif. cap. IX. ut & tertia, cujus meminit Zonaras pag. 52. E. R. juxta Hormiſdæ Palatium, ubi priuſquam imperium adeptus eſſet habitabat Juſtinianus. In Synaxariis ad XII. Martii in vita S. Theophanis, Hormiſdæ monaſterium nuncupatur: Ὅς παρελήφθη ἐν τῇ Ὁρμίσδα μονῇ Σεργίου καὶ Βάκχου τῇ παρακειμένῃ τῷ Παλατίῳ, &c. *Aſſumptus ille in Hormiſdæ SS. Sergii & Bacchi monaſterio, quod Palatio adjacet*, &c. Neque aliud eſt monaſterium, quod Ὁρμίσδα nude appellatur in Synodo Nicæna II. actione IV. & apud Euſtachium in Vita S. Eutychii Patriarchæ CP. num. XXXVII. quippe ad Hormiſdæ palatium, quod Imperator factus magno Palatio adjunxit, bina excitavit templa, quæ a latere cohærebant, & veſtibulorum porticus, atria, & propylea communia habebant. Cumque pari invicem decore ac magnitudine eſſent, in hoc tamen differebant, quod hujus directa eſſet longitudo, illius vero columnæ in ſemicirculum diſpoſitæ eſſent fere omnes: priorem ædem SS. Petro & Paulo Apoſtolis, alteram SS. Sergio & Baccho dicavit. Ita Procopius lib. I. de Ædif. cap. IV. ubi earum elegantiam & pulchritudinem mire prædicat. Addit Cedrenus pag. 366. E. R. non modo in his excitandis præclaris templis priſtinas ſuas opes, & quas privatus poſſidebat addixiſſe, ſed & in iis monaſterium virorum inſtituiſſe: Καὶ πᾶσαν αὐτῆ τὴν φρῶλω ὕπαρξιν τοῖς δυσὶ τούτοις ἀφιερώσας ναοῖς, μοναστήριον περιφανῶν ἀνδρῶν ἀπεκλήρωσε. Sergiani monaſterii mentio eſt apud ſcriptores, in quo Joannem quemdam Theophili Imperatoris præceptorem, & præſtigiatorem inſignem, deinde Patriarcham Conſtantinopolitan. ſub eodem Theophilo, Hegumenum ſeu Abbatem egiſſe tradunt Continuator Theophanis libr. IV. cap. VII. Symeon Logotheta num. II. & Scylitzes pag. 536. E. R. Illius etiam meminit Joannes Diaconus in vita S. Joſephi Hymnographi num. V. Extitere porro ſacræ iſtæ ædes φρὸς θάλασσαν, ut indicat loco laudato Cedrenus, & pagin. 348. E. R. ubi deſcribit incendium quod ſub Leone M. accidit. *Templum Petri & Pauli*, de quo quædam adnotavimus ad Alexiadem pag. 416. E. R. *non extat*, ait Gyllius lib. II. cap. XIV. *Sergii & Bacchi adhuc ſupereſt, cujus nomen duntaxat Græci etiam nunc retinent, uſum vero & fructum Turci habent. Ejus figura rotunda, hemiſphærio lateritio tecta, octo pilis nitens. Inter pilas columnæ Jonicæ diſpoſitæ ſunt duplici ordine: inferior ordo decem & ſex columnas habet pavimenti ſolo ſuſtentatas, quarum ſex virides, decem albæ maculis diſtinctæ: ſuperior duodeviginti complectitur, quarum octo virides, decem albæ maculis rubris variæ. Capitula inferiorum echinos habent circumdantes imam*

partem, reliqua pars est tota vestitia foliis, superiorum volutæ ex quatuor angulis capitulorum eminent, echini vero prominent, reliqua pars folia egregie expressa continet. Supra inferiorum capitula existunt epistylia affabre scalpta, & zoophorus grandibus literis versuum Græcorum scalptus ambientium totius ædis circulum: pilarum summæ partes adumbrantur foliis vitium interpositis racemis indicantibus ædem Baccho sacram esse. Hos quidem Græcos versus ex Vaticano Codice descriptos exhibuit Nicolaus Alemannus in Notis ad Historiam Arcanam Procopii, quos hic pariter describere haud absonum erit. *Edit. parisi. pag. 136.*

Ἄλλοι μὲν Βασιλῆες ἐτιμήσαντο θανόντας
Ἀνέρας, ὧν ἀνόητος ἔλω πόνος· ἡμέτερος δὲ
Εὐσεβίῳ σκηπτοῦχος Ἰουστινιανὸς ἀέξων
Σέργιον αἰγλήεντι δόμῳ θεράποντα γεραίρει
Χερσὶ παμμιδέοντος ἅ τ' πυρὸς ἀτμὸς ἀνάπτων,
Οὐ ξίφος, ἀχ ἑτέρη βασάνων ἐτάραξεν ἀνάγκη,
Ἀλλὰ Θεοῦ τέτληκεν ὑπὲρ χριστοῖο δαμῶσα
Λίματι κερδαίνων δόμον οὐρανοῦ· ἀλλ' ἐνὶ πᾶσι
Κειρανίῳ Βασιλῆος ἀκοιμήτοιο φυλάξοι,
Καὶ κράτος αὐξήσειε θεοσφιλὲς Θεοδώρας,
Ἧς νόος εὐσεβίῃ, φαιδρύνεται, ἧς πόνος αἰεὶ
Καὶχ ἑτέρων θρεπτῆρας ἀφειδέας ἱστὶν ἀγῶνας.

Extant versus alii in hanc ædem conscripti a Joanne Euchaitarum Episcopo, qui & structuræ elegantiam commendat, & Palatio adeo proximam fuisse innuit, ut illius quodammodo custodis vicem præstiterit:

Οἱ γειτονεύοντες μάρτυρες τοῖς Δεσπόταις, &c.

Infra:

Τὸν πανσίβαστον τοῦτον οἶκον ἐνδάδε,
Ὃς εὐφρανθὲς μὲν ἐστὶ δοξαστῷ χράσει,
Πόλει δὲ κόσμος, τοῖς δ' ἀνακτόροις φύλαξ.
Τοῦτον Βασιλῆς δεξιοῦνται πλουσίως, &c.

Vide Menæa ad XII. Martii in S. Theophane Confessore. Sed & illud silentio haud videtur involvendum, monasterium sanctorum Sergii & Bacchi Constantinopol. Romanæ Sedi, peculiari quadam prærogativa fuisse subjectum, quod exerte docet Joannis VIII. PP. Epistola CCLI. ad Basilium Macedonem Imp. *Immensas post Deum Serenitati vestræ gratias agimus, primo quidem quod dromones vestros, qui pro defensione sancti Petri in nostro manerent servitio nobis misistis: secundo autem quod monasterium sancti Sergii intra vestram Regiam urbem constitutum, quod sancta Romana Ecclesia jure proprio quondam retinuit, divina inspiratione repleti pro honore Principis Apostolorum nostro præsulatui reddidistis.* Tametsi incertum maneat a quo ex Augustis Byzantinis monasterium sancti Sergii Apostolicæ Sedi concessum sit, id tamen colligitur unum fuisse ex iis sacris ædibus, quæ Latino ritui, ac proinde Christianis Romanis addictæ potissimum subinde fuere, præsertim senescente paululum Græcia, cujusmodi fuit S. Acridani, seu potius Acyndini ædes Venetorum propria, de qua quædam supra attigimus, & in Notis ad Alexiadem pag. 313. E. R. Quinetiam Sergianum monasterium Summis Pontificibus donatum fuisse ab Imperatoribus par est credere, ut si quando in urbem venirent in istud secederent, & Romano ritu sacra in eo facerent. Unde tandem percipimus cur Vigilius Papa, cum Constantinopoli moraretur, veritus iram Imperatoris Justiniani, quod Menam Patriarcham excommunicasset, ad sancti Sergii monasterium confugerit, columnasque altaris prehenderit, uti narrant Theophanes anno XX. Justin. & alii quos laudavimus in Descript. sanctæ Sophiæ num. LV. quippe in monasterio Sergiano, ut par est credere, tunc temporis, ut Romanæ Ecclesiæ proprio habitabat. Neque unica fuit ædes Sergiana Romanæ Sedis: quippe Anastasius Bibliothecarius in Martino PP. docet Apocrisiariis Apostolicis addictam fuisse *Domum Placidiæ*, in qua oratorium exstructum erat, quod *altare sanctæ Sedis* Romanæ appellat, ubi sacra Romano ritu perageban-

A tur. Apud Innocentium III. PP. lib. XV. epistol. XXXIII. *Ecclesiæ Buccæ Leonis & de Blakerna ad Romanam Ecclesiam pertinere nullo mediante* dicuntur. Sed an sub Græcis Augustis idem jus habuerint Summi Pontifices in has Ecclesias, quod sub Francicis, vix ausim asserere: tametsi constet Latinis Constantinopolim incolentibus, ac præsertim fœderatis, uti fuerunt Veneti, addictas fuisse Ecclesias, etiam ante captam a nostris urbem, quæ summo jure, ut par est credere, ad Ecclesiam Romanam spectabant. Latinis autem atque adeo ipsorum Ecclesiis, præerat Vicarius a Summo Pontifice eo missus, de quo idem Pontifex lib. II. pag. 523. Ædem SS. Sergii & Bacchi in Moscheam conversam testatur Thevetus lib. XIX. Cosmogr. cap. III.

B LXXXIX. S. STEPHANI Protomartyris Oratorium in Palatio ædificavit Pulcheria, & inventas in Pago ad Pergamala ejusdem sancti Reliquias, & Constantinopolim allatas in eo deposuit, ut narrant Theophanes, Cedrenus an. XIX. & XX. Theodosii Junioris. Illatum etiam postmodum in idem oratorium a Zenone Imp. Evangelium sancti Matthæi e Cypro insula, habent Theodorus Lector Ecl. II. initio, Cedrenus & Joeles ad ann. IV. Zenonis. In hoc oratorio corona donatos Imperatores, Augustas, Imperatorum liberos, passim legimus apud Theophanem pagg. 250. 251. 374. E. R. auctorem Chronici Alexandrini pag. 878. E. R. Leonem Grammaticum pag. 449. 458. E. R. Cedrenum pag. 407. E. R. & alios. In Daphne statuitur apud Theophanem pag. 374. E. R. diciturque *Δίκτυον τὰ ἁγίου Στεφάνου ἐν τῇ Δάφνῃ*, ut Symeoni Logothetæ in Michaele num. IX. & Leoni Grammatico pag. 457. E. R. Est autem *Daphne*, pars magni Palatii. Sed & Triclinium huic oratorio vicinum *τὰ Στεφάνου* appellatum videtur: nam & ita Palatium, seu Triclinium *τῶν Ἀρχαγγέλου* nuncupabant, quod ædi sancti Michaelis in magno Palatio adjacebat. Luithprandus in Legatione: *In domo quæ Στεφάνα, id est Coronaria, ante Nicephorum sum deductus*, &c. Edita est ab Combefisio Basilii Isaurien sis oratio in laudem sancti Stephani, in qua inventas Hierosolymis ejusdem sancti Reliquias narrat, Joanne Urbis Episcopatum obtinente, cui, ut & Lucilliano Presbytero, revelatas fuisse, ait, depositasque, prout sanctus decreverat, pro mœnibus urbis, eo loco ubi lapidibus obrutus martyrium expleverat; & postmodum ibi exstructam Ecclesiam a Juvenale Episcopo Hierosolymitano. Iisdem consona habent Synaxaria ad II. Augusti, quo sancti Stephani *τῆς λιθάνου ἀνακομιδὴ* celebratur: adduntque elapsis ab inventione annis octo, easdem reliquias in urbem illatas a Juliana quadam fœmina, quæ conjugis sui corpus exportare se arbitrabatur, eodem imperante Constantino, & Metrophane Urbis Episcopatum obtinente. Nec scio an de hac translatione sermonem instituerit Michael Psellus in ea oratione quæ inscribitur, *λόγος εἰς τὴν ἀνακομιδὴν τοῦ ἁγίου λιθάνου τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου*. Sigebertus ad an. CCCCXVII. & CCCCXVIII. Hierosolymis pariter inventas, & Constantinopolim sancti Stephani reliquias illatas refert. Sed hæc minime quadrant cum iis quæ de hac inventione refert Theophanes, quam multo serius factam testatur. Tradit denique Nicetas Rhetor de translatione corporis S. Stephani, & ex eo Codinus p. 47. E. R. sacras istas Reliquias a Juliana Constantinopolim allatas, & currui impositas eo loco qui postmodum *Ζεῦγμα* dictus est, ad locum Constantianas appellatum adlatas, mulasque ultra pergere non potuisse, quasi divino constrictas vinculo: ex quibus confici videtur depositas fuisse in oratorio Constantianis thermis, quæ in decima regione extitere, proximo. Vide Florentium Wigorien sem pag. 537. Utcumque sese res habeat, ex hoc oratorio sublatas sancti Stephani reliquias, Venetiasque translatas ita narrat Andreas Dan-

Edit. Paris. pag. 138.

dulus in Chron. MS. Bibl. Reg. ſub ann. MCX. *Anno Ducis* (Ordelafi Faledri) VIII. *corpus beatiſſimi Stephani Protomartyris a Jeruſalem ſub Conſtantino Auguſto delatum, Venetias transfertur. Quia dum elapſis octo annis Petrus Prior S. Georgii de Venetiis, ex juſſione Tribuni Abbatis, in Conſtantinopoli cuidam Eccleſiæ ipſi ſubjectæ præſideret, divina revelatione ſcrutari cœpit, qualiter corpus in baſilica quam ſæpius viſitabat repoſitum poſſet auferre, & oratione profuſa, Calogero cuſtodienti cum timore ſecretum cordis aperuit. Quo denique conſentiente, ad altare ſancti procedunt, & arcam lapideam effuſa odoris fragrantia eximia cum labore frangunt, & capſam in qua corpus jacebat, inveniunt. Quam abſque onere auferens, ad ſuam Eccleſiam deportavit. Nec terrore Græcorum flebiliter minantium, tantum theſaurum Venetias demandare auſus fuit tunc: ſed pacificato tumultu in quadam navi multis nobilibus ſociata Venetias redeunte theſaurum oneravit: quod dum in periculo foret, ex voce divinitus emiſſa, navigantibus propalatur apud Maleam. Illi autem corpori reverentiam cum ſupplicationibus exhibentes, a periculo evaſerunt. Dum igitur Venetias applicaſſent, de collocando corpore, ſedatis diſcordiis, in monaſterio ſancti Georgii ex generali collaudatione corpus devotiſſime collocarunt: ſub cujus vocabulo innumeri cives ſcholam celeberrimam perfecerunt: appellatumque de cætero fuit Monaſterium S. Georgii & Ste-*

A *phani Martyrum. Et pro celebriori devotione perpetuis temporibus augenda decretum extitit, ut Dux invitatus cum inſignibus Ducalibus Veſperis & Miſſæ feſtivitatis ejuſdem debeat intereſſe. Et cum ibi affuerit, Abbas & Monachi honorificentias realiter & perſonaliter ei debeant exhibere, quæ tanto domino & patrono convenire videantur: & celebratis veſperis poſt reditum regaliam Duciſſæ mittere non omittant, quæ omnia ex miraculis demonſtratis, & Græcorum Codicum aſſertione vera eſſe demonſtrantur. Cujus ſancti veneranda tranſlatio die Kal. Junii devotiſſime celebratur.* At non deſunt qui ſancti Stephani reliquias Conſtantinopoli Romam illatas volunt. Laudantur quippe Petri Diaconi Caſinenſis *Sermones de tranſlatione corporis ſancti Protomartyris Stephani ex Conſtantinopoli ad urbem Romam*, in Chronico Caſin. libr. IV. cap.

B LXVIII. Sed hæc enucleatius diſcutienda relinquimus viris eruditiſſimis, qui Vitas Sanctorum ſolita, vel potius inaudita diligentia edunt ac expendunt. Vide præterea Bibliothecam Cluniacenſem pag. 565. Ut porro Græci ſanctum Stephanum effingerent, ut & ſanctam Theclam & ſanctam Ægaterinam, licebit colligere ex hac tabella Græcanica in monaſterio ſanctæ Genovefæ Pariſienſis aſſervata; quam R. P. *Du Molinet* humanitati, ut multa alia, debemus.

XC. S. STEPHANI ædem prope Sigmä, πλησίον τῷ Σίγματι, excitavit Conſtanti-

nus M. Hanc postmodum Leo Philosophus ad minorem formam redegit, & materiam, columnas, marmora, & musiva in Ecclesiam omnium Sanctorum a se ædificatam transtulit: ita Codinus pag. 62. E. R. qui alio loco scribit eundem Constantinum eo habitandi causa hyberno tempore secedere solitum: Καὶ τὸν ναὸν τῶ ἁγίω Στεφάνω, ὄντερ ἦχε χειμερινὸν κοιτῶνα, ἀνήγειρε, Origines CP. MSS. Τὸν δὲ ἅγιον Στέφανον τὸν ὄντα πλησίον τοῦ Σῦγμα ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρεν· ὁ δὲ Λέων ὁ βασιλεὺς ἐποίησε μικρὸν, καὶ ὕλῳ πᾶσαν ἐκ χρυσῶν λυρίδων καὶ ποικίλων λίθων, ἐξ τὰς κίονας ἀπέθετο εἰς τὸν ἁγίαν Ἀποστόλων ἕνεκα τὴν τῆς γυναικὸς αὐτοῦ θαυματουργίαν καὶ ἁγιότητα, τῆς φωτὸς λέγω Θεοφανοῦς τῆς ἁγίας καὶ θαυματούργου βασιλίδος. ἐκεῖσε δὲ κεῖται ὁ ἅγιος Ἰσαάκιος.

XCI. S. STEPHANI ædis a Novatianis exstructæ meminit Sozomenus lib. VIII. cap. XXIV. & ex eo Nicephorus Call. lib. XII. cap. XXIII.

XCII. S. STEPHANI in Fornice, seu Porticu Fori Bovis, oratorium, seu τὸ Δικτήριον τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου τὸ ὂν ἐν τῇ καμάρᾳ τοῦ Βοὸς, memorat Gregorius Diaconus in vita S. Basilii Junioris num. XXVIII.

XCIII. S. STEPHANI ædes juxta Placidias memoratur in Menæis ad XXIII. Decembris, quo celebratur a Græcis hac in æde SS. decem Martyrum Cretensium festus dies: τελεῖται δὲ ἡ αὐτῆ σωάξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἁγίου Στεφάνου πλησίον τῶν Πλακιδίων.

XCIV. S. STEPHANI templum in Aurelianis sic appellatum, quod ab Aureliano quondam ædificatum fuisset. Theodoritus seu Theodorus Lector lib. IV. Hist. Eccl. apud Joannem Damascenum libr. III. de Imag. pag. 191. edit. Rom. Ἡ τις λαμβάνει τὰ ὕδατα ἐκ πηγῆς τετρημένης μέσον τοῦ σεπτοῦ θυσιαστηρίου τοῦ ἁγίου οἴκου τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου, ὃν ἐν παλαιοῖς ἔκτισεν ἀξιώμασιν ἀρχοντικοῖς φαλάμβας Αὐρηλιανός, *quæ quidem* (Cisterna) *aquas excibit ex fonte qui oritur in medio venerandi altaris sacræ ædis protomartyris Stephani, quam olim exstruxit vir dignitatibus palatinis conspicuus Aurelianus*. Ille scilicet qui sub Arcadio Imperatore Consul fuit cum Stilichone anno CCCC. & Præfectus Prætorio Orientis, cujus mentio est apud Philostorgium, Synesium, auctorem Chronici Alexandrini, & alios. Meminit Theodorus ἰμβόλου τοῦ τετρασώου ejusdem ædis. Hanc porro ædem a fundamentis instauravit Basilius Macedo. Porphyrogenitus in avi vita cap. LIV. & ex eo Scylitzes pag. 587. E. R. Καὶ τὸν ἐν Αὐρηλιανοῖς δὲ Στεφάνου τοῦ πρώτου τῶν μαρτύρων ναὸν ἐκ θεμελίων ἀνεδείματο.

XCV. S. STEPHANI ædis prope Constantianas mentio est in Menæis ad XXVI. Decemb. quo S. Stephani festivitas recolitur: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σωάξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτοῦ τῷ ὄντι πλησίον Κωνσταντιανῶν. Nam cum Hierosolymis advectæ essent Constantinopolim Protomartyris reliquiæ, Constantino M. imperante, & usque ad Constantianas venissent muli currui Reliquias ferenti juncti, nec ultra procedere vellent, unus ex iis humana voce locutus, dixit, τίνος χάριν τύπτετε ἡμᾶς; moxque depositum sancti hoc loco corpus, & ab Imperatore eo loci ædificatum est S. Stephano sacrum templum. Ita eadem Menæa ad II. Augusti, quo reliquiarum S. Stephani translationis memoria recolitur. Origines CP. ineditæ: Τὸν ναὸν τοῦ ὄντα εἰς Κωνσταντινιανὰς τῆς ἁγίων μ. Ἀναστάσεως καὶ Ἀρειάδνη ἀνήγειραν· μετὰ δὲ τὸ λαβεῖν τὸ ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου, ἀνήγειρεν ἕτερον μικρὸν ναὸν, ἐξ ὠνόμασεν αὐτὸν Ἅγιον Στέφανον. Sed an in ea æde inventæ S. Stephani reliquiæ, quas CP. sibi delatas, Ecclesiæ Parisiensi concessisse Philippum Augustum Franciæ Regem docet Necrologium ejusdem Ecclesiæ, non planum est definire. Ejus verba sunt: *Dedit quoque Crucem unam de Gloriosa Cruce Dominica, quæ sibi delata fuit de partibus Constantinopolitanis. Dedit etiam partem capillorum B. Mariæ, tres dentes B. Johannis Baptistæ, brachium S. Andreæ Apostoli, lapides quibus lapidatus fuit B. Stephanus, & caput pretiosi Martyris Dionysii, quæ omnia in Ecclesia B. Stephani Protomartyris inventa fuerunt*. Istius ædis meminit etiam Nicetas Rhetor de Relatione reliquiarum S. Stephani: vide Thermas Constantianas, & Romanorum monasterium.

Edit. Paris. pag. 139.

XCVI. S. STEPHANI ædis juxta Zeugma mentio est in Menæis ad IX. Decemb. in Synaxar. S. Stephani Melamp.

XCVII. S. STEPHANI nomen præterea me admonet, non omittendum hoc loco ædificatam Constantinopoli sacram ædem a S. Stephano Hungarorum Rege tradere Chartuitum in vita ejusdem Regis, tametsi incertum maneat cui Sancto sacra fuerit. Sic autem ille cap. XII. *Tum quoque urbem Regiam Constantinopolim noluit suæ liberalitatis esse expertem, mirifici operis in ea condens Ecclesiam, rebus omnibus necessariis ei adjunctis*.

XCVIII. S. SYMEONIS, cognomento Κυραχωτᾶ, Abbas Basilius Concilio Constantinopol. sub Mena cum aliis Urbis Episcopis interfuit.

XCIX. S. THALASSII μονῆς τῶν ἀνυποδήτων, seu *Excalceatorum* monachorum Diogenes Archimandrita subscripsit libello monachorum ad Synodum CP. sub Hormisda; ut Agapius Archimandrita μονῆς τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Θαλασσίου, in Concilio CP. sub Mena.

C. S. THEODORI templum, τὰ Καρβωνάρια dictum, Hilarius Patricius, Leone Macela imperante ædificavit, ut habent Origines CP. MSS. & Codinus pag. 45. E. R.

CI. S. THEODORI templum, quod τὰ Κλαυδίου appellabant, a S. Helena Constantini M. matre ædificatum fuisse tradit Codinus pag. 38. E. R. ex Originibus CP. ineditis: an illud quod in septima regione sua ætate stetisse Gyllius lib. III. cap. IV. extremo commemorat, incertum; ut & an idem, cujus Archimandrita Christinus subscripsisse legitur libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda, cum hocce titulo, Ἀρχιμανδρίτης μονῆς τοῦ ἐν ὁσίοις Θεοδώρου.

CII. S. THEODORI TIRONIS templum, τὰ Σφωρακίου dictum, exstruxit Sphoracius Patricius, qui Consulatum gessit an. CCCCXII. & Concilio Chalcedonensi interfuit, ut est in eadem Synodo act. I. Justinianus Imp. Novella III. cap. I. Ὅτι σεβόμενος οἶκος τοῦ ἁγίου Θεοδώρου παρὰ Σφωρακίου τοῦ τῆς ἐνδόξου μνήμης ἀνιερώθη. Id ipsum tradit Codinus p. 42. E. R. ubi addit qua parte pilis (πίνοις vocant) sustentantur Catechumenia, addidisse Sphoracium tria auri centenaria, quæ Romano quodam indicante, Leo Philosophus abstulit: præterea hujsce templi partem quandam conflagrasse sub Mauricio, & ab eo fuisse reædificatam. Conflagraverat vero antea in seditione Victoriatorum cum aliis quamplurimis ædibus sacris & prophanis. Chronicon Alexand. pag. 778. E. R. Καὶ ἐσπάρησαν τῷ Ὀκτάγωνον, ἐξ αὐτοῦ τοῦ πυρὸς ἐκαύθη τὰ πέριξ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Σφωρακίου δίχα τοῦ σκευοφυλακίου τοῦ φρουρίου τοῦ ἁγίου οἴκου. *Et incenderunt Ostagorum, eodemque igne absumptæ sunt loca quæ templo sancti Theodori Sporaciano circumjacent, præter scevophylacium sacræ ædis*. Meminit istius ædis Theophanes pag. 136. E. R. ubi ait Anastasius Imp. præcepisse quibusdam magnatibus εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Σφωρακίου (perperam editum, ut & apud Anastas. in Hist. Eccl. Σφαρακίου) ἐπ' ἄμβωνος τῷ φοδίκῳ τοῦ Τετραγίου ὑποβάλλειν. Marcellinus Comes idem enarrans: *Altera nihilominus die in atrio sancti Theodori majori cæde Catholici pro fide unica perculsi sunt*. Denique Victor Tunnensis: *Platoc civitatis Præfectus & Maximus pulpitum S. Theodori ascendentes*, &c. Porro S. Theod. Tironi sacram fuisse hanc ædem satis declarant Synaxaria ad XVII. Feb. quo ejus festum celebratur: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σωάξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ τῷ ὄντι ἐν τοῖς Φωρακίου (leg. Σφωρακίου) ἐν τῷ Σαββάτῳ τῆς πρώτης τῆς τεσσαρακοστῆς ἑβδομάδος. *Agitur vero illius commemoratio*

moratio in ſacro illius Martyrio, quod extat in tractu urbis Sphoratii appellato, die Sabbati primæ jejuniorum hebdomadis. Unde patet Nicetam in Alexio Manuelis filio n. IV. de ſancto Theodoro Tirone, non vero de *Stratelata*, locutum: Ἐπὶ τῷ τελεσθῆναι τὰ ὅσια Θεοδώρῳ τῷ Χερσομάρτυρι ἐπὶ τῷ ἑβδόμῳ τῆς πρώτης τῶν νηστειῶν· *Ad celebrandam Theodori Martyris memoriam ſeptimo die primæ jejuniorum hebdomadis.* Laudatur Nectarii Patriarchæ Conſtantinopolitani oratio, δι' ὧν αἰτίαν τῷ πρώτῳ σαββάτῳ τῆς ἁγίας Νηστειῶν ἑορτάζομεν τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου τοῦ Τήρωνος. Quam quidem cauſam commemorationis ſancti Theodori Tironis hac die pluribus exequitur Leo Allatius lib. de Dominicis & Hebdomadibus Græc. cap. XIII. quem non exſcribo. De tractu urbis in quo ſtetit ædes ſancti Theodori, id conſtat, haud procul abfuiſſe a Magna Eccleſia, ſiquidem Octagonum, cui vicina fuit, in eo tractu extitit. Quod præterea teſtatur ipſe Juſtinianus in laudata Novella, ſcribens, τρεῖς ἐναγεῖς οἴκους, ſcilicet Deiparæ, ſancti Theodori, & ſanctæ Irenes ἡνωμένους, ſeu unitos fuiſſe ædi Sophianæ, & Clericos Magnæ Eccleſiæ iiſdem tribus ædibus deſerviiſſe. Sed & Gyllius lib. I. cap. XI. in tertio Collis tumulo occidentali ſua adhuc ætate ſtetiſſe ædem ſancti Theodori teſtatur. Quo vero cultu haberetur apud Byzantinos ſanctus Theodorus, argumento eſt unum e duodecim ſtammulis Imperatorum illius inſignitum imagine, de quo Codinus de Offic. cap. VI. In Daliſando Aſiæ urbe, in trullo ædis Divo ſacræ, aſſervatum ſancti Theodori ſcutum auctor eſt Porphyrogenitus lib. I. de Themat. Sed an Tironis, vel Στρατηλάτου, incertum. Tironis martyrium a præſente & vidente exaratum laudatur ab Allatio in Diatriba de Symeonibus pag. 99. ut & Gregorii Nyſſeni oratio in eundem pag. 95. Ut porro caput ſancti Theodori Martyris an. MCCX. Cajetam translatum fuerit, narrat ſcriptor coævus apud Ughellum tom. II. pag. 1025.

CIII. S. THEOPHYLACTI ædis mentio eſt in actis Synodi actæ προκαθημένου τοῦ Πατριάρχου Κπ. κυροῦ Ἰωάννου ἐν τοῖς καθ' τὸν ἅγιον Θεοφύλακτον χιλίοις αὐτοῦ, *præſidente Patriarcha CP. Domino Joanne in cellis ſuis prope ſanctum Theophylactum*, apud Allatium lib. III. de Conſenſu utriuſque Eccl. cap. I.

CIV. S. THYRSI ædis ſitum indicant Menæa ad XIV. Decemb. quo celebrant Græci & Latini feſtum ſanctorum Martyrum Thyrſi, Lucii, & Callinici: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν σωμάτων ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῶν τῷ ὄντι πλησίον τῶν Ἑλενιανῶν, *celebratur horum feſtus dies in Martyrio iis ſacro juxta Helenianas*. De Helenianis diximus ubi de Palatiis urbanis.

CV. S. TIMOTHEI Pruſæ Epiſcopi, qui martyrio vitam finivit ſub Juliano Apoſtata, ſynaxin ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ, τῷ ὄντι ἐνδον τῶν διαγοῦς ξυνάτος ἐν τῷ Δάτίρῳ, X. Junii annotant Menæa.

CVI. SS. TIMOTHEI & MAURÆ, quorum feſtum agunt Græci III. Maii, ſynaxin celebrari ſolitam ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτῶν μαρτυρίῳ τῷ ὄντι πέραν ἐν Ἰκονιακαῖς, in ſanctiſſima illorum æde, quæ ſtetit ultra Sinum, in Sycis, ſeu Juſtinianis, annotant Menæa ſeu Synaxaria.

CVII. S. TRYPHONIS ædem, quæ εἰς τὰ Εὐβόλα extitit, Juſtinus condidit, ut habet Codinus pag. 50. E. R. Procopius vero lib. I. de Ædif. cap. IX. Juſtiniano illam adſcribit, ejuſque ſitum in urbis platea, quæ Pelargi dicta eſt, adſignat: Καὶ Τρύφωνι δὲ ἀνέθηκεν ἱερὸν μάρτυρι ἐν τῇ τῆς πόλεως ἀγυιᾷ, ἣ τὸ Πελάργιον ἐπώνυμός ἐστιν. At Iſidoro Eubuli fratri ejus conditum adſcribunt Origines Conſtantinop. ineditæ parte II. Ὁ δὲ Ἰσίδωρος ὁ τοῦ Εὐβόλου ἀδελφὸς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον ποιήσας ναὸν, ἔκτισε καὶ τὸ ἅγιον Τρύφωνα, ἐπικυρώσας κτήματα πολλά.

CVIII. S. TRYPHONIS ædem εἰς τὰ Βα-

Edit. Pariſ. pag. 140.

σιλίσσης, Juſtinus & Sophia AA. condiderunt, ut auctor eſt idem Codinus pag. 50. E. R. Menæa ſancti Tryphonis feſtum celebrari I. Februarii tradunt ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτοῦ, τῷ ὄντι ἐνδον τῆς σεπτῆς ἀποστολείου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, πλησίον τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας. Leontius Ἀρχιμανδρίτης καὶ ἐν ὁσίοις Τρύφωνος ſubſcribit Libello Monachorum ad Synodum ſub Hormiſda: ut & *Tryphonis* monaſterii, ſeu μονῆς Τρύφωνος Abbas Theodorus in Concilio Conſtantinopolitano act. I. cum cæteris Urbis Abbatibus.

CIX. S. VICTORIS ædem ſacram ad Portam Auream ædificaſſe Joannem Comnenum Imperatorem docent binæ ſequentes Epiſtolæ, quas ex Martyrologio monaſterii Canonicorum ſancti Victoris Pariſienſis deſcripſimus. Prior ita concipitur: *Venerabili Fratri Domno Petro Canonico S. Martini Trecenſis, Frater Joannes Pict. Canonicus S. Victoris Pariſienſis, ſalutem. Intimo cordis affectu veſtræ ſupplico Fraternitati, ut certitudinem illam, quam vos de capite beati Victoris Maſſilienſis meminiſtis habere, inſinuare dignemini.* Altera ſic exarata legitur: *Frater Petrus, Fratri Joanni. Hoc vobis de certitudine capitis beati Victoris inſinuo, quod Imperator Conſtantinopolitanus Calojohannes, nomine tertius, ante Emanuel, volens fundare quandam Eccleſiam in honore beati Victoris Maſſilienſis, miſit nobilem quendam virum ad civitatem Maſſilienſem cum pretioſis muneribus ac reliquiis plurimorum Sanctorum, inſinuans Domino Maſſilienſi, ut remuneratione prædictorum munerum aliquid de corpore beati Victoris ſibi mittere dignaretur. Qui ſatisfaciens ejus petitioni, miſit Imperatori magnam partem capitis præfati Martyris. Et ſic illa per nuntios parte recepta, fundavit Eccleſiam in honore beati Victoris in Conſtantinopolitana Urbe, infra muros, non longe a Portis Aureis. Urbe autem ſubjugata, Dominus Garnerus Epiſcopus Trecenſis, cujus ego Petrus eram Capellanus, acceſſit ad Eccleſiam beati Victoris, in qua erat Conventus Monachorum. Aſſumpſit autem idem Epiſcopus ab eadem Eccleſia caput beati Victoris pretioſo vaſe repoſitum cum aliis reliquiis Sanctorum. Ego vero Petrus ab eodem Epiſcopo Domino meo pro ſervitio quod ei impenderam poſtulavi, ut partem illam capitis ſancti Victoris conferre mihi dignaretur: qui petitioni meæ ſatisfaciens, literas ſigilli ſui munimine impreſſas, & aliorum Epiſcoporum qui erant in civitate prædicta, in teſtimonium illius partis capitis, & aliarum reliquiarum, mecum in Galliam reportavi. Demum vero partem illam ſanctiſſimi capitis Victoris beatiſſimi dedi Magiſtro Petro de Carbolio, tunc Senonenſi Archiepiſcopo. Idem vero Archiepiſcopus magnam contulit portionem illius partis capitis Eccleſiæ B. Victoris prece Domini* pag. 141. *Joannis Teutonii, tunc ejuſdem Eccleſiæ Abbatis. Suſcepimus autem eandem portionem ſanctiſſimi capitis cum proceſſione & gaudio pridie Idus Aprilis.*

CX. S. VINCENTII, τοῦ ἁγίου Βικεντίου, Eccleſia corruit eo terræ motu qui accidit anno XXXI. Juſtiniani Magni, ut eſt apud Theophanem.

CXI. S. ZENOBII monaſterii Paulus Abbas Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena cum cæteris Urbis Abbatibus interfuit.

VII.

ÆDES SACRÆ SANCTIS VIRGINIBUS & Martyribus dicatæ.

I. SANCTÆ AGATHÆ ædes ſacra in Triconcho ſtatuitur in Synaxariis ad V. Februarii, quo die feſtum ſanctæ Agathæ celebrant Græci & Latini: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῆς σωμάξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς τῷ ὄντι ἐν τῷ Τειχόγχῳ. Nec ſcio an de hac æde intelligendus auctor Chronici Alexandrini pag. 735. E. R. ſcribentis maximi terræ motus, qui ſub Theodoſio Juniore accidit,

memoriam quotannis cum litaniis ἐν Τριεύχῳ peragi VIII. Id Novemb. ut ad ſanctæ Agathæ Eccleſiam litaniæ iſtæ peractæ fuerint, quod proximum vero eſt. In hancce ædem ejuldem ſanctæ corpus ex Sicilia delatum a Georgio Maniace poſt fuſos in Sicilia Saracenos Baſilio & Conſtantino Imperatoribus, demumque capta a Francis urbe, Siculis quibuſdam piis viris Henrici Danduli Venetorum Ducis munere donatum narrant Andreas Dandulus in Chronico, & ex eo Paulus Rhamnuſius lib. III. de Bello Conſtantinopolitano pag. 134. & Ughellus in Patriarchis Venetis, quod alii longe antea factum volunt; de qua controverſia plura congeſſit Bolandus ad v. Febr. quæ non exſcribo. Hujus etiam translationis meminit Ordericus Vitalis lib. v. pag. 577. at Leo Oſtienſis lib. II. cap. LXVIII. non ſanctæ Agathæ, ſed ſanctæ Luciæ corpus Conſtantinopolim a Maniace inde translatum ſcribit. A

II. S. ANASTASIÆ, Novatianorum hæreticorum primitus fuit Eccleſia. Habuere quippe ii ſeptem Eccleſias Conſtantinopoli, quarum præcipua in ea urbis parte extitit, quæ *Pelargi* dicebatur, quam Epiſcopi Conſtantinopolitani juſſu Ariani funditus diruerunt. Novatiani vero ejus rudera Sycas transferentes, aliam ibi exſtruxerunt, & mortuo poſtmodum Conſtantio, a Juliano facultatem impetrarunt reædificandi Eccleſiam in eodem loco ubi ſteterat, eique *Anaſtaſiæ* nomen impoſuerunt. Ita Socrates lib. II. cap. XXX. Sozomenus lib. VII. cap. XIX. & Nicephorus lib. XII. cap. VII. unde idem Socrates lib. VII. cap. XXXIX. & Paulus Diaconus lib. XIV. Hiſtoriæ Miſcellæ Eccleſiam iſtam ad Pelargum, *Novatianorum* vocant.

III. SANCTÆ ANASTASIÆ, vel nude ANASTASIÆ, ædis conditorem Gregorium Nazianzenum agnoſcunt paſſim ſcriptores Eccleſiaſtici. Ajunt quippe occupatis Conſtantinopoli ab Arianis, quibus tum favebat Demophilus Patriarcha CP. Arianæ perinde factionis, Catholicorum Eccleſiis, Gregorium Nazianzenum, qui in ejuſdem urbis Patriarcham electus fuerat, Catholicorum conventum in domo quadam privata egiſſe, quam ea tempeſtate in oratorium ii mutarunt, Anaſtaſiæ, ſeu ſanctæ Anaſtaſiæ nomine indito. Marcellinus Comes: *Gregorius Nazianzenus, facundiſſimus Chriſti Sacerdos, & Hieronymi noſtri præcepto, Eccleſia noſtra apud Byzantium capta ab Arianis, plebem Catholicam in Beatæ Anaſtaſiæ oratorio Catholica allocutione quotidie continuit.* Socrates lib. V. cap. VII. Τότε δὲ Γρηγόριος ὁ Ναζιανζῆ μετατεθεὶς ἐνδον τῆς πόλεως, ἐν μικρῷ δίκτυείῳ τὰς συναγωγὰς ἐποιεῖτο. *Eodem tempore Gregorius ab urbe Nazianzo translatus, intra urbem Regiam in exiguo oratorio conventus agebat.* Similia habent Sozomenus lib. VII. cap. V. Nicephorus lib. XII. cap. VII. Theophanes pag. 57. E. R. & Cedrenus pag. 315. E. R. Nominis cauſa varie ab iiſdem ſcriptoribus traditur: Sozomenus quippe & Nicephorus locis laudatis Anaſtaſiam dictam volunt, quod in ea Gregorii concionibus Catholica fides Arianorum perfidia intermortua & collapſa, quodammodo revixerit, ἐνθα δὲ ἀνέζη καὶ ἀνεβίω ὀρθὰ Γρηγορίου λόγων. Quæ quidem ſententia firmatur ex ipſius Gregorii Carmine de vita ſua: B

Ἀναστασία, ναῶν ὁ τιμιώτατος,
Ἡ πίστιν ἐξήγειρας ἐν γῇ κειμένῳ, &c.
O dulcis ædes, ædiumque Anaſtaſis,
Princeps, fides qua ſe jacens humo extulit.

Et infra:

Ἦν γάρ ποτ', ἦτ' ἔληξεν· ἦτ' ἦλθε πάλιν,
Τῷ ἐκ τάφων ἀνάστασιν πιστουμένη.
Namque ante florens lapſa poſt rurſum redit,
Fidem ſecundæ ſcilicet vitæ aſtruens.

Edit. Pariſ. pag. 142.

Sed & idem in Carmine, cujus lemma eſt, Ἐυάτιον περὶ τῆς Ἀναστασίας ἐκκλησίας, ἣν ἐποιήσατο ἐν Κωνσταντινουπόλει, id ipſum omnino declarat: C

Ἔνδον δὲ γλυκὺν ὕπνον, Ἀναστασίαν δέ τ' ὄναρος
Στῆσεν ἐμοῖσι φίλων ἱματίοισι πόδοις.
Ἡ φάνη λόγον αἰπὺν ἐνὶ προπόδεσσι μένουσα,
Ἤγαγεν εἰς κορυφὴν ὕψιος ἀκροτάτω.
Τοὔνεκ' Ἀναστασίαν μιν ἐπίκλησιν καλέσσι
Νῦν, ἐμῆς παλάμης ἔργον ἀειδομένης.
Somno ego me dulci dederam, cum luce cupita
Ante meos oculos venit Anaſtaſia:
Hærentem quæ prima fidem radicibus imis
Montis ad excelſi culmina ſumma tulit.
Unde etiam templū (manus hæc quod ſedula finxit)
Hinc traxit ſanctæ nomen Anaſtaſiæ.

Ibidem νεόπηκτον νηόν, *nuper ædificatum templum* vocat. Ex quibus abunde percipitur a vero aberrare viros doctos, qui ædem Anaſtaſianam non a Gregorio excitatam volunt, ſed ab Arianis (ſcribendum fuerat, Novatianis,) ſpretam inveniſſe, & in ea conventus ſuos peregiſſe: quibus quidem verbis intelligunt eam Novatianorum Eccleſiam antea ab iis ædificatam, ad Pelargum, quæ alia prorſus fuit a Gregoriana, quæ in Domnini porticibus extitit; cum etiam teſtetur ipſe Gregorius ſuis ipſum manibus hanc ædificaſſe. Aliam præterea iſtius nomenclaturæ rationem afferunt ſcriptores, congregata nimirum ad concionem plebe, gravidam mulierem e ſublimi porticu delapſam, eo in loco expiraſſe, moxque fuſis ab aſtantibus ad Deum precibus revixiſſe, & una cum fœtu ſervatam: Ὡς ἐπί παραδόξῳ τινὶ θειότητι συμβάντι, ταύτῃ ἐλαχε τῷ φρονήματι ἐξ ἐκείνου ὁ τόπος, καὶ περὶ μὲν τούτου τοιούτου θείου τινὸς φήματος λόγος. *Et hujus quidem rei talis cauſa extitiſſe, multorum ſermonibus etiamnum memoratur.* Verba ſunt Sozomeni, qui ex incerto populi ſermone hæc proferri ſatis innuit. Similia etiam refert Cedrenus, & ex iis Origines CP. ineditæ. Certe in ea æde complura acta miracula in confeſſo eſt, quæ divinæ virtuti adſcribit idem Sozomenus, quæ tam vigilantibus, quam in ſomnis, manifeſtam ibi ſe exhibens, multis ſæpenumero, qui vel morbo, vel diverſis caſibus premebantur, ſuppetias tulit. Mox addit credi hanc eſſe ſacram Virginem Dei matrem: Πιστεύεται δὲ ταύτῃ τῷ Θεοῦ μητέρα Μαρίαν τὴν ἁγίαν παρθένον εἶναι· ταύτῃ γὰρ ἐπιφαίνεται, *ſic enim apparere ſolet.* Id etiam teſtatur Theophanes, ubi de hac æde: Ἔνθα καὶ παράδοξα γίνεσθαι θαύματα ἐξ ἐμφανείας τῆς παναγίας Θεοτόκου καὶ δεσποίνης ἡμῶν λέγουσιν, *ubi magna & ſupra hominum fidem miracula per ſanctæ Dei Genitricis præſentiam fieri perhibentur.* Neque diu ædes Anaſtaſiana exigua perſtitit: nam ut eſt apud Socratem, huic ὕστερον οἱ βασιλεῖς μέγιστον οἶκον δίκτυον προσανέθηκαν, Ἀναστασίαν ὠνόμασαν, *poſtea Imperatores cum maximam baſilicam adjunxiſſent, Anaſtaſiæ nomen ei indiderunt.* Quod & Sozomenus declarat ſcribens, ſua ætate præ cæteris Regiæ urbis Eccleſiis illuſtrem fuiſſe, non ſolum ob ſtructuræ elegantiam atque amplitudinem, verum etiam ob aſſiduas, quæ ex divini Numinis præſentia illic percipiebantur, utilitates: μετὰ δὲ ταῦτα περιφανὴς ἦν ἐν τῇ πόλει νεὼς γέγονεν ὅτος, οὐ ἐστιν ὁ μόνον οἰκοδομημάτων κάλλει τε καὶ μεγέθει, ἀλλὰ καὶ ἐνεργῶν θεοφανειῶν ὀφελείᾳ. Structuræ iſtius elegantis argumentum præterea illud eſt, quod ſcribit Photius in Biblioth. Cod. LIX. in Pſeudoſynodo in ſuburbio Chalcedonis contra S. Joannem Chryſoſtomum coacta objectum fuiſſe eidem Joanni, ὅτι τὰ μάρμαρα τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, ἃ ὁ Νικτάριος εἰς μαρμάρωσιν ἐνετίθετο, οὗτος διέφρασε, *quod marmora S. Anaſtaſiæ, quæ Nectarius ad ædis ornatum in ea repoſuerat, is diſtraxiſſet.* Unde colligitur longe ante Leonem Magnum in majorem amplitudinem & elegantiam inſtauratam ædem Anaſtaſianam, contra quam tradit Cedrenus, id oratorium, cum eſſet exiguum, poſtea temporis ſanctum Marcianum ad eam molem exſtruxiſſe qua viſebatur: μικρὸν δὲ ὄντος τοῦ δίκτυείου, ὕστερον ἐπὶ τοῦ ὁσίου Μαρκιανοῦ ἀνῳκοδομήθη, καθ' ὃν ὁρᾶται. Ubi Xylander Marcianum Imperatorem hic innui perperam exiſtimavit. Menæa & Sy- D E

naxaria ad VIII. Januarii in ſancto Marciano: *Εδείματο δὲ καὶ τὸν τῆς ἁγίας Ἀναστασίας ἐν τοῖς Δομνίνου ἰμβόλοις ναὸν, ὃν καὶ ἀπὸ τῆς μεγάλης δείσωσιν ἐμφησμῷ*, &c. *Conſtruxit etiam ſanctæ Anaſtaſiæ templum, quod in Domnini porticibus extat, & illud a magno incendio ſervavit.* Ita Codinus in Orig. pag. 45. E. R. ædis inſtaurationem eidem ſancto Marciano adſcribit, & quam alii in Domnini porticibus, in Mauriani tractu ſtatuit: *Τὸν δὲ θαυμαστὸν ναὸν τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως, τῆς εἰς τὰ Μαυριανοῦ, Μαρκιανὸς ὁ ὅσιος ἤγειρεν ἐκ τῆς ὑπαρχούσης καὶ τοῦ πλούτου αὐτοῦ. Admirandum templum ſanctæ Reſurrectionis, in Mauriani tractu ædificavit propriis ſumptibus ſanctus Marcianus.* Addunt Origines CP. ineditæ, *ἐκ τοῦ πλούτου Ἄσπαρος τοῦ ἀναιρεθέντος παρὰ Λέοντος τοῦ Μακέλλου. Ex divitiis Aſparis, qui a Leone Macela interfectus fuerat.* Vixit autem S. Marcianus Oeconomus ſub Leone M. anno cujus v. Indict. xv. Decembris 11. cum magnum in Urbe excitatum eſſet incendium, idem Marcianus *ἀνελὼν εἰς τοὺς κιρκίμους τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, κατίχων διαγγέλιον, δάκρυσι καὶ δάκρυσι ἀβλαβῆ τὸν οἶκον διεφύλαξεν. Conſcenſis S. Anaſtaſiæ tegulis, manibus tenens Evangelium, precibus & lacrymis ſanctam ædem illæſam ſervavit*, ut eſt apud Theodorum Lectorem Ecl. 1. pag. 555. edit. Valeſii, & Theophanem pag. 56. E. R. Eandem porro eſſe Eccleſiam quam a S. Gregorio Theologo primo excitatam diximus, teſtantur plus ſatis laudati ſcriptores, qui eam ſtatuunt in Domnini Porticibus, in Mauriani regione Origines CP. ined. & Codinus, e regione Dagiſtei Balnei publici Theophanes pag. 211. E. R. in ſeptima denique regione auctor Deſcriptionis CP. a quo *Anaſtaſiana Eccleſia* appellatur, ut *Ἀναστασία ἐκκλησία* a Palladio in vita S. Joannis Chryſoſtomi p. 59. edit. V. C. Emerici Bigoti. Quinetiam eodem Leone imperante Sirmio Conſtantinopolim ſanctæ Anaſtaſiæ reliquias in eidem ſacram ædem in Domnini porticibus illatas tradunt idem Theodorus Lector Ecl. 11. extrema, & ex eo Theophanes pag. 95. E. R. Cedrenus pag. 347. E. R. & Nicephorus Calliſt. lib. XIV. cap. X. *Ἐπὶ Γενναδίου Πατριάρχου, μετέχθη ἀπὸ τοῦ Σιρμίου τὸ λείψανον τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καὶ κατεθέτη ἐντῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς, τῷ ὄντι ἐν τοῖς Δομνίνου ἰμβόλοις.* Neque tamen ex iis exiſtimandum opinor Anaſtaſianam ædem huic S. Anaſtaſiæ antea dicatam fuiſſe, cum ratio nominis ex ſupra allatis ſatis perſpicua ſit: ſed quod, cum eodem quo illa donaretur, illius reliquiæ in hanc ædem ſint illatæ, ut deinceps ſanctæ Anaſtaſiæ ædes eſſet revera, & appellaretur. Nam *Sanctæ* appellatio indita videtur, quod in ſacrum oratorium immutata fuerit, aut quod *ὀρθοδοξίαν* a S. Gregorio Theologo inductam & reſuſcitatam ita indigitare voluerint Byzantii. Sed & eadem de cauſa *Ἀνάστασις* aliis appellata, cum eo in loco Catholicus cultus rurſum ſuſcitatus fuerit a Gregorio: ex quo factum poſtea ut in Reſurrectionis Chriſti honorem dicatam ſibi deinceps perſuaſum habuerint, qua appellatione templum Hieroſolymitanum ſacræ Dei Reſurrectioni dicatum donatum noverant. Quippe ita appellatur non modo a Codino, quem ſupra laudavimus, ſed & a Conſtantino Porphyr. in Baſilio C. LIV. ſcribente hunc Imperatorem, *ἐν τοῖς Δομνίνου λεγομένοις ἰμβόλοις τῆς θείας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἀναστάσεως καὶ Ἀναστασίας τῆς Μάρτυρος περικαλλῆ ναὸν, In Domnini porticibus in nomen divinæ Chriſti Dei noſtri Reſurrectionis, & Anaſtaſiæ Martyris pulcherrimum templum* exornaſſe, illiuſque teſtudinem ex lignea lapideam feciſſe. Eadem verba habet Scylitzes, & Origines CP. ut & idem Codinus de æde Anaſtaſiana: *Πρώλως γὰρ οἰκτήριον μικρὸν ἦν ἡ ἁγία Ἀνάστασις, καὶ ξυλότρουλλον, ὁ δὲ Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ἐσκέπασεν αὐτὴν διʼ ὀροφοῦ χρυσοῦ. Eccleſia autem ſanctæ Reſurrectionis prius parvum oratorium erat, & ligneo hemiſphærio exornata: poſtea vero Baſilius Macedo aureo laqueari eam operuit.* Nec ſcio an alia ab ea fuerit, *τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως* ædes, quam ab Acropolita Magno Logotheta, cujus hiſtoria typis Luparæis edita eſt, excitatam, vel potius inſtauratam, docet Additio ad eandem Hiſtoriam nondum publicata, cui hæc præfiguntur: *Ἡ παροῦσα χρονικὴ συγγραφὴ τοῦ μεγάλου Λογοθέτου τοῦ Ἀκροπολίτου ἐστὶν, ὃς ἔκτισε τὸ μοναστήριον τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ Ἀναστάσεως. Hæc chronica compoſitio Magni Logothetæ Acropolitæ eſt, qui ædificavit Monaſterium ſanctæ Chriſti Reſurrectionis.* Quod ſi eadem cum æde Gregoriana cenſeri debeat, dicendum in monaſterium poſtea evaſiſſe. *Anaſtaſin* etiam inter ædes ſacras, quæ ſua ætate Conſtantinopoli ſtabant, recenſet Bondelmontius in Deſcriptione CP. quam ex Cod. MS. de inſulis Archipelagi Bibliothecæ Regiæ edidimus. Jam vero ſancta illa Anaſtaſia Martyr, cujus reliquiæ in hanc ædem illatæ dicuntur, illa eſt quam *φαρμακολυτρίαν* vocant Græci, quæque martyrium paſſa eſt Valeriano, ſeu ut aliis placet, Diocletiano imperante: de hac agunt Menæa XI. Januarii & XXII. Decemb. Vide præterea Menologium Baſilii X. Januarii, Menologium Sirleti XII. Octob. & Baron. ad XXX. Decemb. De hac etiam, ut & de *φαρμακολυτρίας* epitheto multa commentatur Combefiſius ad Nicetæ Paphlagonis orationes panegyricas pag. 510. 511. 512. Illius corpus etiamnum Conſtantinopoli aſſervari in Eccleſia patriarchali Græcorum auctor eſt P. Pacificus in Itinerario CP. p. 38. E. R. Jacobus vero Lopez Stunica in Itinerario ſcribit corpus S. Anaſtaſiæ Virginis & Martyris Conſtantinopoli advectum, ſub majore ara Eccl. S. Matthæi Genuæ requieſcere.

IV. S. ANNÆ templum in loco nuncupato Deutero, ſeu Secundo, exſtruxit Juſtinianus Magnus. Procopius lib. 1. de Ædif. cap. III. *Ἐν χωρίῳ δὲ τῆς πόλεως, ὃ Δεύτερον ἐπικαλεῖται, ἱερῶνυμόν τε καὶ ἅγιόν ὅλως ἀνέθηκεν ἕδος Ἄννῃ ἁγίᾳ, ᾗ τῆς μὲν τοῦ Θεοτόκου γεγονέναι μητέρα τινὲς οἴονται, τοῦ δὲ Χριστοῦ τιτθήν. In eo urbis loco, quem Deuterum, ſeu Secundum vocant, templum nobiliſſimum ac plane mirabile dedicavit S. Annæ, quam aliqui Deiparæ matrem Chriſtique aviam fuiſſe credunt.* Ibidem etiam ſtatuitur a Porphyrogenito in Baſilio cap. LIV. qui a Baſilio renovatum ſcribit, ut & Scylitzes pag. 588. E. R. Synaxaria pariter ſanctæ Annæ *σωάξει* celebrari *ἐν τῷ Δευτέρῳ* obſervant ad XXV. Julii. Idem Scylitzes in Michaele Theophili filio, ubi de terræ motu qui eo imperante accidit: *Καὶ τὰς ἐν τῷ Δευτέρῳ καλουμένῃ ἁγίαν Ἄννην παγίας ἑπτὰ λίθους κατέσησεν.* Ubi *παγίας* obeliſcos & pyramides viri docti interpretantur. Hinc emendandus Joeles in Apſimaro: *Εἰσῆλθεν οὖν Ἰουστινιανὸς σὺν ὀλίγοις ὁμοφύλοις διὰ τοῦ ἀγωγοῦ, προδοσίᾳ τινῶν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὴν ἁγίαν Ἄννην τὴν λεγομένην δι᾽ αὐτὸν Δεύτερον, καὶ κατεσκήνωσεν ἐν τοῖς Παλατίοις τῶν Βλαχερνῶν*, ibi enim perperam *Δεύτερον* edidit Allatius: *Ingreſſus eſt igitur Urbem Juſtinianus per aquæductum, cum aliquot contribulibus, proditione quorundam civium, & venit ad ſanctam Annam, ab eo appellatam Deuterum, pag. 144. & manſionem ſibi delegit in Blachernarum Palatiis.* Ubi Joeles reſpexiſſe videtur ad id quod recitat de Deuteri appellatione Codinus pag. 49. E. R. qui ut Rhinotmetus in urbem per Deuterum ingreſſus ſit enarrans, ſubdit illum ædificaſſe ædem ſanctæ Annæ, quod ab hac ſancta Virginis matre ipſius uxor per viſum monita eſſet ſe eſſe gravidam, & ut in hoc loco templum ſibi conſtrueret: in quod quidem poſtea ſacrum illius corpus & humerale illata ſunt. Simile quid narrat pag. 45. de æde ſanctæ Annæ, quam *Διηγήσεων ἁγίαν Ἄννην* vocat, ubi tradit Theodora Auguſta Theophili uxore uterum gerente, & per porticum in Blachernas pergente, equum quo vehebatur ceſpitaſſe ante Narthecem Eccleſiæ, ac rurſum redeunte, in eodem quo prius, ceſpitaſſe loco, demumque per revelationem in ſomnis monitam ibi excitaſſe templum ſanctæ Annæ. Eadem habent Origines Conſtantinop. ineditæ, niſi quod *Διηγεῖς* præferunt pro *Διηγήσεις*. Ita paſſim ſibi ipſis non conſtant

Edit. Pariſ. pag. 143.

Græculi inferioris ævi: sed & pag. 53. ædem sanctæ Annæ ab Anna Leonis Isauri Imperatoris uxore ædificatam scribit, diversam ne a priori, prorsus incertum. Scribit Symeon Logotheta in Michaele Theophili filio n. XLI. facto terræ motu, τὸ ἅγαλμα ὃ κεῖτο τῷ ἁγίῳ Ἀνύλῳ τὸ Δεύτερον ἐπὶ κίονος ἵστατο, corruisse; ubi Combefisius vocem τὸ Δεύτερον non intellexit. Vide *Deuterum*.

V. S. ANNÆ oratorium in Magno Palatio, juxta Αὐγουσιακὸν κοιτῶνα, exstructum a Leone Philosopho Imperatore scribit Continuator Theophanis lib. III. n. XLIII. Ex alterutra harum ædium sanctæ Annæ sacrarum admodum vero videtur simile acceptum sanctæ Annæ caput, quod Constantinopoli in Carnotensem Deiparæ ædem illatum a Ludovico Comite Blesensi annotat ejusdem Ecclesiæ Necrologium, hisce verbis. *XVII. Kal. Maii, eodem die obiit Ludovicus illustris Comes Blesensis, qui ad partes transmarinas in servitium Dei iter aggrediens, septem libras & dimidiam nobis dedit & assignavit in Molendinis suis de Carnoto annuatim percipiendas, ad suum & matris suæ Adeliciæ, & uxoris suæ Katerinæ anniversaria in hac Ecclesia celebranda, scilicet* L. *sol. pro uno quoque: qui etiam caput sanctæ Annæ matris beatæ Virginis Genitricis Dei apud Constantinopolim acquisivit, & huic sanctæ Ecclesiæ cum pallio pretioso transmisit. Unde ex tanti præsentatione thesauri, & susceptione materni capitis in domo filiæ, facta lætitia magna in populo. Clerus hujus Ecclesiæ & Comitissa Katerina, quæ ex parte prædicti Comitis viri sui caput præsentavit, in id concorditer convenerunt, pio intuitu statuendo, ut singulis annis de oblationibus factis prædicto sancto capiti, centum solidi in augmentum, & ampliorem venerationem anniversarii ejusdem Comitis adderentur: ex quibus distribuerentur sex denarii singulis non Canonicis, & residuum Canonicis qui anniversario interessent, & præterea conferrentur ex eisdem oblationibus centum solidi pro remedio præfati Comitis ejusdem die obitus ad refectionem pauperum de eleemosyna Carnotensi. Et multa alia huic Ecclesiæ bona fecit.*

VI. S. ANNÆ ædes, seu monasterium in castro Galatino etiamnum stat, si Crusium audimus.

VII. S. AQUILINÆ templum in seditione Victoriatorum anno v. Justiniani conflagrasse scribit auctor Chronici Alexandrini: Καὶ ἡ ἁγία Ἀκυλίνα ἕως τῆς καμάρας τοῦ ἄλσους ἐμβόλου τοῦ Φόρου Κωνσταντίνου. Ex quibus liquet proximum fuisse Foro Constantini. Addunt Synaxaria in loco Philoxeno dicto extitisse ad XXVIII. Januarii, ubi de S. Ephrem: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σωίαξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἁγίας Ἀκυλίνης ἐν τῷ Φιλοξένῳ, πλησίον τοῦ Φόρου. Et ad XIII. Junii, quo sanctæ Aquilinæ festum agunt Græci: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῆς σωίαξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτῆς μαρτυρίῳ τῷ ὄντι ἐν τοῖς Φιλοξένοις. De Philoxeno diximus ubi de Cisternis.

VIII. ARISTINÆ, Ἀριστίνης monasterium, in quod secessit, abdicata dignitate, Gregorius Patriarcha Constantinop. Andronico seniore imperante, vicinum fuit monasterio S. Andreæ in Crisi, ut habet Pachymeres lib. VIII. cap. X.

IX. S. BARBARÆ ædem exstruxit Leo Philosophus Imp. ut Porphyrogenitus in Basilio cap. LIX. commemorat, qui sancti Pauli Apostoli oratorio annexam fuisse scribit. Haud procul ab æde sancti Agathonici statuitur apud Codinum, & Svidam verbo Βρεξίνη, versus Acropolim, quo loco τῶν Βαρβάρων, seu ædem sanctæ Barbare collocat Pachymeres lib. IV. cap. VIII. a qua Porta vicina *Barbaræ* appellationem habuit. Ad hanc ædem stetit statua Verinæ Imperatricis, quam eo loci positam post Leonis Macelæ Imp. conjugis mortem, cum Basiliscum fratrem coronavit, fugam capessente Zenone genero scribunt Origines Constantinopolitanæ ineditæ, & iidem Codinus & Svidas, quod etiam hisce vernaculis testatur Thevetus lib. XIX. Cosmogr. cap. III. *Mesmes me disoient tous ceux-cy avoir veu les statuës en bronze d'Ariadne femme de l'Empereur Zenon & de Verine espouse du Grand Leon prês les bains de l'Empereur Arcadie, & que là auprês estoit une Eglise de sainte Barbe.* Quæ vera esse arguit Thermarum Arcadianarum situs, quas in prima regione collocat vetus Urbis Descriptio. In æde sanctæ Barbaræ illius corpus olim asservatum fuit, quod Venetias translatum an. DCCCCXCI. prodit Sansovinus in Venetia lib. III. ubi in Ecclesia Crucigerorum colitur: de qua translatione ita Andreas Dandulus in Chron. MS. Bibl. Regiæ, in Joanne Duce sub an. MIII. *Post Ducis reditum Joannem Ducem cum Ottone fratre mittit Constantinopolim ad Basilium & Constantinum Imperatores, qui cum honore suscipientes illum, Mariam ex sorore neptem, filiam nobilis viri Argyropolis, satis splendide dotatam, sibi in conjugem tradiderunt. Statuto igitur die nuptiarum conjuges in Capella Imperiali a Patriarcha Constantinopolitano nimirum benedictionem, & ab Imperatoribus aureas diademas capitibus suis susceperunt. Celebratis itaque nuptiis, Joannes ad repatriandum dispositus, rogatu Basilii euntis contra Bulgaros usque ad ejus reditionem in urbe cum uxore remansit. Reversus ergo Basilius Joannem Ducem fecit Patricium, & supplicanti nepti corpus S. Barbaræ filiæ Discori gratiose concessit. Quibus obtentis Joannes cum uxore & fratre Venetias rediit, a patre & Venetis cum gaudio receptus, in Capella Ducali corpus S. Barbaræ cum devotione deposuit. Cujus conjux filium in Constantinopoli conceptum paruit vocatum nomine avunculi Basilii sui Basilium.* Infra ante an. MCIX. *Hoc tempore ad supplicationem Feliciæ Abbatissæ corpus S. Barbaræ Virginis de Ecclesia sancti Marci sumptum, ex collaudatione populi in monasterium S. Joannis Evangelistæ de Concello cum reverentia translatum est.* Vide Ægidium Gelenium in Sacrario Coloniæ Agrippinæ pag. 474. Edit. Paris. pag. 145.

X. S. CLARÆ ædes, seu monasterium, adhuc in Castro Galatino stat, uti testatur Crusius pag. 205.

XI. S. CYRIACÆ ædes inter Portam sancti Romani & Portam Charsiæ, (intrane an extra urbem, incertum) statuitur a Joanne Canano pag. 190.

XII. S. EUPHEMIÆ ædem, seu ἁγίαν Εὐφημίαν τῷ ἐν Ἱπποδρόμῳ, *in Hippodromo*, vel juxta Hippodromum, condidit Constantinus Magnus, & pretiosis exornavit marmoribus, ex qua CCCCXLVIII. post annos Constantinus Copronymus Ἁρμαμέντα & κοπροδόσιον, *Armentarium & sterquilinium* confecit, projectis in mare sanctæ Euphemiæ reliquiis, ut habet Codinus pag. 39. E. R. De sanctæ Euphemiæ reliquiis idem prodit Theophanes pag. 370. E. R. Τοιοῦτον γοῦν τι ἐς τιμαλφέστατον λείψανον τῆς πανσόφου μάρτυρος Εὐφημίας ὁ ἀνόσιος Βασιλεὺς διεφράξατο βυδίσας αὐτὸ σὺν τῇ λάρνακι, μὴ φέρων ὁρᾶν μυροδοτοῦσαν αὐτῷ ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ: *Quippiam hujusmodi in pretiosissimum celeberrimæ Martyris Euphemiæ corpus irreligiosus Imperator exercuit, illius reliquiis in maris profundum cum ipso loculo projectis, Martyrem sub totius populi conspectum sancta dantem unguenta videre non ferens.* Quando vero sanctæ Martyris Euphemiæ reliquiæ Constantinopolim illatæ fuerint, haud omnino constat. Tradit idem Theophanes anno XXXII. Theodosii Magni, sexto Kal. Octob. sanctam Martyrem Euphemiam Alexandriam translatam: Τούτῳ τῷ ἔτει μετετέθη ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἡ ἁγία μάρτυς Εὐφημία ἀφ' ἧς Καλχηδόνος Ὀκτωβρίων. Certe non multo post inde translatas Chalcedone, & in Ecclesia eidem sacra depositas satis patet ex iis quæ de Concilio in hac æde habito, atque adeo de præclaro duarum chartarum in ejusdem sanctæ Euphemiæ loculum demissarum miraculo narrant Evagrius lib. II. cap. III. Nicephorus Call. lib. XV. cap. III. Theophanes, Marcellinus Comes Glycas, & alii, ad an. II. Marciani, præterea Synaxaria ad XI. Julii, quo Græci

tam insignis miraculi memoriam agunt. Præterea Theophylactus Simocatta lib. VIII. cap. XIV. sua ætate corpus sanctæ Euphemiæ in æde eidem sacra Chalcedone extitisse testatur. Vetum cum sanctæ Euphemiæ reliquiæ a Copronymo in mare projectæ sunt, an in æde Constantinopoli eidem dicata, atque adeo in ea quæ ad Hippodromum stetit, quod velle videtur Codinus, an vero in Chalcedonensi eæ extiterint, non planum est definire. Narrat quippe Theophanes pag. 370. E. R. & ex eo Cedrenus pag. 466. E. R. S. Euphemiæ corpus, seu feretrum in mare a Copronymo projectum ad Lemnum insulam appulisse, ἀπὸ νυκτερινῆς ὁράσεως, a piis viris recollectum & asservatum aliquandiu, donec sub Constantino & Irene Impp. Indict. IV. μετὰ τῆς ἁρμοζούσης τιμῆς ἐπανῆλθεν ἐν τῷ τεμένει αὐτῆς, *cum debito honore in ipsius ædem denuo relatum est*. Quæ quidem extrema verba nescio quid ambiguitatis præferunt, adeo ut incertum sit an in ædem relatum fuerit, in qua antea extiterat, an vero in ædem tantum eidem sacram. Cedrenus ad annum I. Irenes pag. 469. E. R. translationem hanc a Lemno insula enarrans; Τότε καὶ τῆς πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας τὸ λείψανον, ὅπερ ἀέννασον μῦρον βλύζον διιστίλλει, ἀπὸ τῆς Λήμνου ἡ θεοφιλὴς Εἰρήνη κομίσασα, καὶ τὸν πλησίον τοῦ Ἱπποδρόμου ναὸν αὐτῆς περικαθάρασα, ἐκεῖ αὐτὸ κατέθετο: *Tunc & celeberrimæ Martyris Euphemiæ reliquias, perenne unguentum fine intermissione fluentes, a Lemno Irene attulit, & æde quæ Hippodromo adjacet, repurgata, in ea deposuit*. Zonaras p. 92. E. R. de sanctæ Euphemiæ corpore duplices sua ætate elatos sermones ac rumores ait: quosdam enim referre Copronymum illud cum asinis ac canibus comburi jussisse, locoque illius substitutum aliud cadaver a piis viris, quod ignibus absumptum fuerit; alios autem tradere in mare projectum, & in Lemnum insulam delatum, ἐπὶ δὲ Εἰρήνης καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς Κωνσταντίνου αὖθις ἀνακομισθῆναι εἰς τὸ ὑπερκειμένῳ τῆς πόλεως ἐντίμως καὶ μεγαλοφρεπῶς, *& sub Irene & ejus filio Constantino rursum in urbem Imperatoriam honorifice & magnifice relatum*. Ubi per vocem αὖθις videtur innuere prius extitisse Constantinopoli. Codinus denique id ipsum de templo ad Hippodromum repurgato, & de reliquiis sanctæ Martyris in illud illatis habet, quas adhuc asservari Constantinopoli in Ecclesia Patriarchali Græcorum auctor est P. Pacificus in Itinerario Constantinopolitano & Persico pag. 38. Incertum denique an ista intelligatur Ecclesia sanctæ Euphemiæ, cum Vigilius PP. Epist. XV. encyclica ait se, cum a Theodora Justiniani Magni conjuge male haberetur, in Ecclesiam sanctæ Euphemiæ confugisse, tenuisseque columnas altaris; quod & Anastasius in illius Vita refert, etsi id videtur probabile, cum Theophanes rem ipsam enarrans, non in ædem sanctæ Euphemiæ, sed in ædem sanctorum Sergii & Bacchi confugisse Vigilium dicat; quæ quidem, ut & Euphemiana, Palatio proxima fuit: nam quod ait Alemannus in Notis ad Procopii Historiam Arcanam pag. 8. 1. edit. hic intelligi ædem sanctæ Euphemiæ Chalcedonensem, procul est a vero. Meminit etiam, ut opinor, hujus ædis Victor Tunnensis anno post Cos. Basilii XII. *Verecundus vero Nicensis Episcopus in diversorio gloriosæ matris Euphemię de hac vita migravit ad Dominum*. Sed & ad hanc ædem spectant quæ habentur in Historia de Exilio sancti Martini PP. Martyris: *Cumque tandem pervenisset Byzantium beatus ille septimo decimo die Septembris mensis, in portum juxta Euphemiam prope Arcadianon reliquerunt eum*, &c. In Concilio Constantinopolitano sub Mena subscribit inter Abbates, Διόσκορος ὁρισβύτερος καὶ ἡγούμενος μονῆς τῆς ἁγίας μάρτυρος Εὐφημίας. Sanctæ vero Euphemiæ Martyris Chalcedonensis martyrii acta Latina descripsit & edidit ex veteri Codice Prosper Martinengius, & Græca ex Metaphraste an. MDXC.

Edit. Paris. pag. 146.

XIII. S. EUPHEMIÆ ædem, τὰ Ὀλυβρίου, seu *Olybrii* dictam, exstruere cœperat Deo exosa Eudoxia, Valentiniani Junioris Imp. conjux, & fundamenta ad cubitorum duorum altitudinem eduxerat: sed cum illa acerba morte sublata fuisset, Olybrius Romanus, dignitate Magister, qui juxta habitabat, hanc absolvit, pretiosis exornavit marmoribus, & amplis possessionibus ac donariis locupletavit; ita Codinus pag. 47. E. R. Fuit autem Olybrius, is qui Romæ Imperator appellatus est, Leone M. Constantinopoli regnante, & una cum uxore Placidia ædem hanc ædificavit. Chronicon Alexandrinum pag. 745. E. R. οὗτοι κτίζουσι τὸν ἁγίαν Εὐφημίαν τὰ Ὀλυβρίου. Ex quibus patet eandem S. Euphemiæ, quam ab Euphemia Augusta Justini Thracis uxore conditam, atque in ea ejusdem Augustæ statuam stetisse, Svidas & Codinus pag. 19. E. R. commemorant: siquidem Anonymus in Collectaneis Antiquitatum CP. pag. 191. E. R. hanc ἐν τοῖς Ὀλυβρίου statuit: unde ab Euphemia Augusta veterem ædem instauratam tantum par est credere, non de novo excitatam. In hac porro æde Concilium celebratum anno XXVIII. Justiniani tradit Theophanes pag. 194. E. R. Sed & Basilicus Presbyter & Archimandrita τῆς ἁγίας Εὐφημίας τῆς ἐν Ὀλυμβρίου, subscripsisse legitur libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda. Neque aliud est monasterium τῶν Ὀλυμβρίου,, cujus Hegumenus fuit Dioscorus, qui interfuit Concilio Constantinopolitano sub Mena.

XIV. S. EUPHEMIÆ ædem in Petrio, seu τὸν ἁγίαν Εὐφημίαν τὸν Πέτρας, ædificatam ab Anastasio Dicoro & Ariadne AA. auctor est Codinus pag. 47. E. R. at S. Nicephorus in Chronogr. longe ante Anastasium extitisse in Petrio S. Euphemiæ oratorium refert, illudque a Castino Byzantino Episcopo ante conditam Constantinopolim exædificatum: Οὗτος ἐν Βυζαντίῳ, ἐν τόπῳ ἐπιλεγομένῳ Πετρίῳ δίκτυον τῆς ἁγίας Εὐφημίας ἤγειρεν τότε μαρτυρησάσης, *hic Byzantii in loco, qui Petrium appellatur, Oratorium S. Euphemię, tunc martyrium passę, ędificavit*. His consona habet Nicephorus Callist. lib. VIII. cap. VI. ubi de Castino Episcopo, quem Constantinum vocat: οὗτος τῷ φρώτῳ τῆς ἱερατείας ἔτει ἔνδον τοῦ Βυζαντίου, κατὰ τὸ βόρειον μέρος, νεὼν ἀνέστησε, Εὐφημίᾳ τῇ μάρτυρι τὸ τίμιον ἀναθεὶς, τυτικάδε τὸ μαρτύριον ἀγωνισαμένῃ, *hic primo Episcopatus sui anno intra Byzantium in parte septentrionali templum ędificavit, atque id Euphemię Martyri, qua tum martyrio vitam finierat, consecravit*. In hanc ædem illatas postmodum Theodosio M. imperante SS. Martyrum Terentii & Africani, quorum festum agunt Græci X. Aprilis, reliquias narrat Theodorus Lector Ecl. II. pag. mihi 190. Ex quibus patet ante Anastasii tempora stetisse ædem S. Euphemiæ in Petrio: Ἐπὶ δὲ αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου βασιλείας ἀπιτέθη κελεύσει αὐτοῦ εἰς τὸ μαρτύριον τῆς ἁγίας Εὐφημίας ἐν τῇ Πέτρᾳ τὰ λείψανα τῶν ἁγίων μαρτύρων Τερεντίου καὶ Ἀφρικανοῦ, τῇ φοδεκάτῃ τῶν Καλανδῶν Ὀκτωβρίων. *Eodem Theodosio M. imperante depositę sunt ipsius jussu & mandato in Martyrio S. Euphemię in Petra, reliquiæ sanctorum Martyrum Terentii & Africani X. Kal. Octobris*. Instaurata postmodum hæc ædes a Basilio Macedone. Codinus pag. 60. E. R. Τὸν μοναὶ τῆς ἁγίας Εὐφημίας, καὶ τοὺς τάφους τοὺς ὄντας ἐν τῷ Πετρίῳ, καὶ τὸ λουτρὸν, Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ἀνήγειρε, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτοῦ ἐκεῖσε ἀπέκειρε., *Monasterium Euphemię, & sepulchra quę sunt in Petrio, Basilius Macedo condidit, & filias suas ibidem attondit*. Ut filias suas Basilius in Petrio monasterio attonderit, narrat etiam Porphyrogenitus in avi vita cap. XXVI. XXX. & ex eo Scylitzes & Zonaras: ex quibus patet monasterium sanctimonialium fuisse ex iis monasteriis, quæ τὰ βασιλικὰ vocabant, ut conjicere est ex Zonara pag. 135. E. R. ubi βασιλικὴ μονὴ dicitur. In illud etiam relegatam Zoem Leonis Philosophi conjugem, & at-

tonsam tradunt Leo Grammaticus pag. 496. E. R. & Anonymus Combefisianus num. XVI. Καὶ ταύτην τὸ παλατίῳ καταβιβάζει, καὶ εἰς τὸ Πέτριον τῆς ἁγίας Εὐφημίας ἀπάγειν, *hanc e palatio dejectam, in Petrium ad S. Euphemiæ ædem ablegant.* Scylitzes pag. 618. E. R. de eadem Augusta: Καὶ τῷ παλατίῳ κατάγεται, καὶ τῇ τῆς ἁγίας Εὐφημίας μονῇ ἀποκείρεται, *e palatio ejicitur, & in S. Euphemiæ monasterio tonderur.*

XV. S. EUPHEMIÆ juxta Neorium ædes alia videtur ab æde Petriana, etsi perinde Neorium Sinui Ceratino, ut Petrium adjacuerit. In Menæis festus dies agitur XVI. Maii τῆς ἁγίας Εὐφημίας πλησίον τῶν Νεωρίου λιμένος, εἰς τιμὴν ἁγίαν Δύναμιν. At cum ædes ἁγίας Δωρέμιος una sit ex iis, quas Deo sacras excitavit Constantinus Magnus, probabile est intra intimæ Urbis septa extitisse. Sed & non omnino perspicuum est ædem ibi sanctæ Euphemiæ stetisse, cum videantur innuere Menæa in æde ἁγίας Δωρέμιος celebratam illius synaxin. *Edit. Paris. pag. 147.*

XVI. S. EUPHROSINÆ monasterium, τὰ Λιβάδος dictum, excitatum primo ab Irene Athenensi Augusta, Leonis Chazari uxore: at cum exiguum valde & paupertinum esset, Michael Theophili filius, Theodora matre & sororibus in illud ablegatis, ædificiis & possessionibus adornavit. Ita quidem Codinus pag. 49. E. R. In eo porro humatus Joannis Tzetzæ pater, ut ipse testatur Chil. v. cap. XVII.

Ὃς μίχερι νῦν ἀκίρασθ' νεκρὸν τιλῶν ἐν τάφῳ,
Ἐν Εὐφροσύνης τῇ μονῇ τῶν κλῆσιν καλουμένῃ.

XVII. S. HELENÆ monasterium, de quo ita Chronicon MS. Andreæ Dandulian. MCCXII. *Octavo Ducis anno S. Helenæ de Venetiis Aicardus Regularis Canonicus de Constantinopoli corpus ex monasterio suo nomini dedicato subtiliter abstulit, quod Venetias translatum in suo recondidit monasterio.*

XVIII. S. HERMIONES Martyris, τῆς ἁγίας Ερμιόνης ἐν τοῖς Ελεβίχου, monasterii Abbas Paulus Concilio Constantinopolitano sub Mena cum aliis Urbis Abbatibus interfuit.

XIX. S. IÆ Martyris, cujus festum agunt Græci IV. Aug. aut alterius Iæ Martyris X. Sept. Martyrium ad lævam introitus Portæ Aureæ extitit, quod cum Justinianus collapsum vidisset, cum omni munificentia illud renovavit, ut habet Procopius lib. I. de Ædif. cap. IX. Vide Menologium Sirleti IV. Aug. & X. Sept.

XX. S. IRENES templum a Constantino M. exstructum habent passim scriptores. Socrates lib. I. cap. XVI. Καὶ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει δύο μὲν ᾠκοδομήσας ἐκκλησίας, μίαν ἐπωνόμασεν Εἰρήνην, ἑτέραν δὲ τῶν Ἀποστόλων ἐπώνυμον, *in ipsa urbe duas Ecclesias ædificavit, quarum unam Irenem, alteram sanctorum Apostolorum appellavit.* Willelmus Malmesburiensis lib. IV. Hist. Angl. de Constantino: *Fecit in ea duas Ecclesias, quarum una Hirenis, altera dicitur Apostolorum.* Ita Theophanes pag. 18. E. R. Cedrenus pag. 284. E. R. & alii. Pachymeres lib. VII. cap. XV. & Codinus pag. 38. E. R. τὴν ἁγίαν Εἰρήνην ἡ παλαιὰν vocant: addunt Origines CP. ineditæ, τὸ Πατριαρχεῖον. Sic autem appellata, ut *a nova*, ea scilicet æde S. Irenes, quam postmodum Marcianus excitavit, distingueretur. Auctor vitæ S. Pauli Patr. CP. apud Photium: Χειροτονεῖται ὁ Παῦλος ἐπίσκοπος ἐν τῇ ἡ ἁγίας Εἰρήνης ἐπωνύμῳ ἐκκλησίᾳ, ἣν ὁ χρόνος ἀντιδιαστέλλων τῆς Νέας δίδωσι καλεῖσθαι Παλαιάν. Menæa ad XXII. Jan. in SS. Clemente & Agathangelo: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῷ σωμάτωσις ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ τῆς ἁγίας Εἰρήνης παλαιᾶς καὶ νέας. Ex quibus recte conjicit Gyllius Ecclesiam illam esse, quam *antiquam* vocat Urbis Descriptio, & quam una cum Sophiana in secunda regione statuit. Proxima fuit ædi Sophianæ. Socrates de eodem Paulo Patr. CP. lib. II. cap. VI. Καὶ ἐν μὲν τῇ ἡ Εἰρήνης ἐπωνύμῳ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐχομένη ἡ τοῦ μεγάλης καὶ Σοφίας ὀνομαζομένης χειροτονεῖται Παῦλος. Eadem pene habet Nicephorus lib. IX. cap. IV Justinianus Nov. III. cap. III. Ἦν δὲ ὁ προσκείμενος οἶκος τῆς ἁγίας Εἰρήνης ὁ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ συνημμένος, *erat vero venerabilis ædes S. Irenes sanctissimæ Magnæ Ecclesiæ adjuncta.* Ubi addit idem Augustus, tres sacras ædes, Deiparæ scilicet, S. Theodori, & S. Irenes, eidem Magnæ Ecclesiæ unitas fuisse, neque proprium Clerum habuisse, qui in iis sacra ministeria perageret, sed illa peregisse ejusdem Magnæ Ecclesiæ Clericos, περιιόντας κατά τινα περίοδον, καὶ κύκλον. Unde cum Sophianæ ædis appendix fuerit, intra ejusdem septa ædificata dicitur a Socrate lib. II. cap. XII. ubi de Magna Ecclesia: Σωίπται δὲ τῇ ἐπωνύμῳ Εἰρήνῃ, ἣν ὁ πατὴρ τοῦ Βασιλείου μικρὰν οὖσαν τὸ φρόντιρον εἰς κάλλος καὶ μέγεθος ηὔξησε· καὶ νῦν εἰσὶν εἰς ἓν περίβολον ἄμφω ὁρώμεναι, μίαν τῷ φροντιστηρίαν ἔχουσαι, *adjuncta est autem Ecclesiæ, quæ Irenes nomen habet, quam Imperatoris pater* (Constantinus M.) *cum antea esset angusta, tum magnitudine, tum pulchritudine auxit. Jam vero ambæ uno septo cernuntur inclusæ, & uno nomine appellantur.* Quod vero de ampliore facta æde Irenes a Constantio tradit hoc loco Socrates, habet etiam auctor vitæ S. Pauli Patr. CP. quo loco ait ejusdem sancti reliquias in hanc ædem illatas: Καὶ δὴ μέσης τῆς πόλεως σῶμα τὸ χωρίζοντες, εἰς τιμὴν ἐκκλησίαν τῆς ἁγίας Εἰρήνης ἡ ἀρχαίας καλουμένης, ἣν Κωνσαντῖνος (leg. Κωνσάντιος) ὁ βασιλεὺς εἰς πλάτος καὶ μέγεθος ἐκ βραχυτέρας ἀνήγειρεν, ὡς καὶ φρουδρᾷ φῶς ὀλίγον, ἀτίδυτο. *Et per mediam urbem corpus ferentes, in Ecclesia sanctæ Irenes, quam antiquam vocant, & Constantinus Imperator, ex parva ad ampliorem latitudinem & magnitudinem excitavit, cui & Paulus aliquamdiu præfuerat, collocarunt.* Conflagravit ædes illa Irenes in seditione Victoriatorum una cum Sophiana, & aliis, Justiniano M. imperante, anno V. Theophanes pag. 154. E. R. Καὶ ἐκαύθη πολὺ μέρος τῆς πόλεως, καὶ ἡ μεγάλη ἐκκλησία, ἐξ ἡ ἁγία Εἰρήνη, &c. *Incendio absumpta est magna pars urbis, & Magna Ecclesia, & sancta Irene.* Et Chronicon Alexandrinum pag. 779. E. R. ubi de eadem seditione: Καὶ ἐκαύθη τὸ βαλάνειον τῆς Αλιξάνδρα, καὶ ὁ ξυστὸς τῆς Εὐβούλα ἐν μέρει, καὶ ἡ ἁγία Εἰρήνη, ἥτις ἦν κτισθεῖσα ὑπὸ Ἰλλου τοῦ Ἰσαύρου τῆς ἀντάρτου τῆς βασιλέως Ζήνωνος. Sed in iis verbis mendum manifestum patet: neque enim ædes S. Irenes ab Illo tyranno condita: restituendum igitur, καὶ ἡ βασιλικὴ ἥτις ἦν, &c. ut intellexerit Basilicam Illi nuncupatam, quæ hoc perinde incendio absumpta est, ut suo loco observatum. Sed hanc Irenes ædem postmodum de novo instauravit Justinianus, & amplissimam construxit, vix ut Byzantii, excepta Sophiana, ulla fuerit alia cui de magnitudine concederet, ut habet Procopius lib. I. de Ædif. cap. III. Conflagravit rursum ædis Justinianeæ μεσαυλον & μέρος τοῦ νάρθηκος anno XXXVIII. ejusdem Justiniani, ut refert Theophanes pag. 203. E. R. Denique concussa ipsa ædes eo terræ motu, qui accidit Leone Isauro regnante. S. Nicephorus in Breviario: Καὶ τὸν θεῖον ναὸν, ὃν τῆς ἁγίας Εἰρήνης ἐπώνυμον καλοῦσι, κατέσεισε, ὃς πλησιαίτατα τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἵδρυται, & *divinum templum, quod sanctæ Irenes nomine appellant, & proxime Magnam Ecclesiam situm est, concussit.* Hodie intra septum regium includi, parvamque Sophiam vocari, auctor est Gyllius lib. II. cap. II. *pag. 148.*

XXI. S. IRENES templum a Marciano Imperatore exstructum, magnitudine sua & elegantia perinsigne memorat Nicetas in Manuele lib. VII. n. III. qui incendio consumptum, denuo instauratum ab eodem Manuele, narrat: Ἐπιβαλόμενος δὲ τὸν περὶ θάλασσαν τῆς ἁγίας Εἰρήνης οἰκοδομήσειν νεών, ὃν μεγέθει μέγιστον, καὶ κάλλει κάλλιστον πάλαι Μαρκιανὸς ὁ πάνυ ἀνήγειρε, πῦρ δὲ ἐνέλασεν, μέρη τινὰ τοῦ τοιούτου τεμένους ἐκ βάθρων διαμάμενος, τὰ λοιπὰ τῆς ναοδομίας ἐπαύσατο· *Templum sanctæ Irenes maximum & pulcherrimum, a Marciano Imperatore conditum, & incendio absumptum, instau-*

rare aggressus, cum partes quasdam ex fundamentis exstruxisset, destitit, &c. S. Xenophonti, vel S. Marciano Oeconomo Magnæ Ecclesiæ, qui eodem Marciano imperante vixere, hujus templi ædificationem adscribunt Synaxaria ad x. Januarii Ἐδειμάτο δὲ ναὸν τῆς ἁγίας Εἰρήνης τῷ πρὸς θάλασσαν, ἐπιγράψας (al. ἐπισωάψας) αὐτῷ τὸν ὀκτάγωνον οἶκον τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου. Et ad XXI. ejusdem mensis celebrari dicitur σωάξις τῆς ἁγίας Εἰρήνης ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ τῇ οὔσῃ πρὸς θάλασσαν. Proinde ea ipsa est Εἰρήνη, quæ παραθαλάσσια dicitur in supplicatione Basilii Diaconi & Monachorum in Concilio Ephesino parte I. c. XXX. §. 11. Atque hæc quidem ædes illa ipsa est, quam in septima regione statuit vetus Urbis Descriptio: *Habet autem in se Ecclesias tres, hoc est Irenem, Anastasianam, & S. Pauli*. Versus mare, πρὸς θάλασσαν, collocatur a Niceta loco laudato, in Vita S. Auxentii Archimandritæ n. 11. & in Synaxariis: ad Fretum scilicet, unde & ἁγία Εἰρήνη τὸ πέραμα dicitur Codino pag. 45. E. R. quia Marciano conditam perinde scribit. Ædis S. Irenes meminit rursum Nicetas in Isaacio Angelo & Alexio F. n. 11. quo loco narrat, capta a Francis & Venetis Urbe, exortum incendium a Synagoga Saracenorum, quæ ad septentrionalem Urbis partem ad mare vergebat, & templo S. Irenes proxima erat; versus Orientem in latitudine in templo maximo desiisse, denique ad Occasum usque ad Perama se extendisse: Ἤρξατο μὲν οὖν ἡ φορὰ τοῦ πυρὸς ἀφὴ ἀπὸ τοῦ σωαγωγίου τῶν Σαρακηνῶν, τὸ δὲ ἐς τὸ πρὸς θάλασσαν ἐπικλινὲς βόρειον μέρος τῆς πόλεως· καὶ τῷ τειμένι ἐγγίζον, ὃ ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Εἰρήνης ἵδρυται, ἕως πρὸς ἕω κατ' ἄρος λοφήσαν ἐς τὸν νεὼν τῆς παμμέγιστον, κατὰ δ' ἑσπέραν ἐς τὸ λεγόμενον Πέραμα, &c. Ædem vero S. Irenes intra septum regiarum mulierum intellexisse se a senibus nescio quibus, deinde advertisse turrim excelsam extra claustrum mulierum sitam in latere tertii Collis vergente ad ortum æstivum, quadratam Irenem sua etiamnum ætate appellatam, auctor est Petrus Gyllius lib. III. c. VI.

XXII. S. IRENES Martyris templum, ultra ædem S. ANTHIMI, ad ipsum Sinus ostium ædificavit Justinianus. Procopius lib. I. de Ædif. c. VII. Ἐπίκειται δὲ κατ' αὐτὸ μάλιστα τῷ κόλπῳ τόμα Εἰρήνης μάρτυρος ναὸς ἵδρυται· ὃς δὴ ὅτῳ μεγαλοφρεπῶς τῷ βασιλεῖ ὅλως ἐξήργασαι, ὡς ἐκ ἂν ἐγωγε φράσαι ἱκανῶς ἔχοιμι. *Post, ad ipsas Sinus fauces situm est Irenes Martyris templum, quod totum adeo magnifice Imperator exstruxit, ut me illi describendo imparem fatear*. Mox narrat, ut dum artifices in eo loco foderent, inventæ fuerint SS. Quadraginta Martyrum reliquiæ, & earum tactu, vel certe unguento, ipse Justinianus a gravi genuum dolore convaluerit. Proinde eas esse reliquias, quas in hanc ædem a se exstructam intulit, cum ejus encænia celebravit, par est credere. Rem sic narrat Theophanes ad XXV. an. Justiniani: Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ἰνδικτιῶνος ιε' γεγόνασι τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας Εἰρήνης πέραν ἐν Συκαῖς, καὶ ἐξῆλθον τὰ ἅγια λείψανα ἐκ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας μετὰ τῶν δύο Πατριαρχῶν Μηνᾶ τοῦ ΚΠ. καὶ Ἀπολιναρίου τοῦ Ἀλεξανδρείας· καὶ ἐκάθισαν ἀμφότεροι ἐν τῷ βασιλικῷ ὀχήματι, κατέχοντες ἐν τοῖς γόνασιν αὐτῶν τὰ ἅγια λείψανα. καὶ ἦλθον ἕως τοῦ περάματος, ἔνθα ἐπέρασαν, καὶ ὑπήντησεν αὐτοῖς ὁ βασιλεύς, καὶ ἠνέῳξαν τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν τῆς ἁγίας μάρτυρος Εἰρήνης. *Hoc anno mense septembri Indictione XV. facta sunt encænia ædis S. Irenes in Sycis trans portum, & sanctæ reliquiæ ex Magna Ecclesia processere cum duobus Patriarchis, Mena Constantinopolitano & Apollinario Alexandrino. Consedere vero ii in imperatorio curru, sanctas Reliquias genibus deferentes, & revera usque ad trajectionis locum, quibus trajicientibus portum occurrit iis Imperator, & ipsam S. Irenes Ecclesiam aperuere*. Verum S. Irenes ædis Sycænæ, seu Sycis proximæ, non fuit conditor Justinianus, sed instaurator: narrat quippe S. Nicephorus Patriar. Constantinop. in Chronographia, & ex eo Nicephorus Call. lib. VIII. cap. VI. a Pertinace Byzantino Episcopo ἐκκλησίαν πρὸς θάλασσαν excitasse ἐν τόπῳ, ᾧ Συκαῖ κλῆσις ἦν, Εἰρήνης τὸν οἶκον προσαγορεύσαντα. Meminit etiam Codinus p. 59. E. R. τῆς ἁγίας Εἰρήνης τοῦ Γαλάτου πέραθεν. Cum vero Ecclesia S. Irenes steterit ante instauratam a Constantino urbem, probabile est illam intelligi in veteri Urbis Descriptione, ubi decima tertia regio unicam continuisse Ecclesiam dicitur. Illa ne porro fuerit ædes S. Irenes, in qua cum Græcis collationem se habuisse de Processione Spiritus sancti, Joanne Comneno imperante, testatur Anselmus Havelsbergensis Episcopus, & Lotharii Imperatoris ad eundem Imperatorem Legatus, quamque in vico Pisanorum statuit, non facile est definire: tametsi id suadere videatur Pisanorum in Urbe statio, quos, cum mercimoniis operam darent, Sycis ad Fretum ædes suas habuisse probabile est, a quibus ea regio Pisanorum Embolus appellatus fuit, in ea ab eodem Joanne constituti, qui & iis *Scalas*, id est in Freto portus concesserat, ut est in Annalibus Pisanorum ab Ughello editis to. III. Italiæ sacræ, quod attigimus in Notis ad Alexiadem pag. 313. E. Reg. Anselmi vero verba sunt: *Convenientibus itaque quamplurimis sapientibus in vico qui dicitur Pisanorum, juxta Ecclesiam Ai Ireneæ, quæ lingua Latina sanctæ Pacis nuncupatur*, &c. *Edit. Paris. pag. 149.*

XXIII. S. JULIANÆ Martyris festum in illius æde juxta S. Euphemiæ ædem in Petrio celebratum a Græcis observant Menæa ad XXI. Decembris: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῆς σωάξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς, πλησίον τῆς ἁγίας μάρτυρος Εὐφημίας ἐν τῷ Πετρείῳ.

XXIV. S. JULIANÆ Martyris πλησίον τοῦ Στροβύλου, memoriam agunt Græci XVIII. Augusti. Menæa.

XXV. S. PARASCEVES Martyris, cujus festum agunt Græci VI. Kal. Augusti, oratorium extitit in tractu urbis *Areobindæ* appellato. Gregorius Diaconus in Vita S. Basilii Junioris capit. XXXIX. Ἦν δέ τις ἱερεὺς τοῦ Δικτηρίου τῆς ἁγίας μεγαλομάρτυρος Παρασκευῆς, τοῦ πλησίον Ἀρεοβίνδου ἀνιδρυμένου· *Erat autem hic Oratorii S. Parasceves magnæ Martyris, quod excitatum est in tractu urbis Areobindi nuncupato, Sacerdos*. Meminit Gyllius lib. II. de Bosphoro Thrac. c. II. vici frequentis, quem Hagiam Parasceven Græci vocant in littore Portæ Palatinæ ad Sinum obversa. Sanctarum *Parasceves, Barbaræ*, & *Marinæ*, in veteri tabella Græcanica expressas imagines, ex Musæo Canonicorum Regularium S. Genovefæ Parisiensis hic exhibemus. S. Marinæ etiam corpus haud procul ab urbe asservatum, indeque Venetias translatum ann. MCCXXX. scribit Andreas Dandulus in Chron. MS. *Extra urbem Constantinopolitanam Joannes de Bora de quodam monasterio pretio & precibus inductis custodibus, corpus B. Marinæ Virginis, quæ in cœnobio Monachorum accusata de adulterio pœnitentiam egit, abstulit, & Venetiis in Ecclesia S. Liberalis, nunc vocata ejus nomine, collocavit*.

XXVI. S. PELAGIÆ Martyris ædis mentionem agunt Theophanes in Copronymo, & ex eo Cedrenus pag. 466. E. R. ac Theophanes quidem apud Petavium in Notis ad Nicephorum Constantinopolitanum, ubi de Constantini Patriarchæ cæde: Τὸ δὲ σῶμα ἔρριψαν εἰς τὰ Πελαγίου σύροντες αὐτό· ἔνθα πρώην μὲν ὑπῆρχεν ὁ τῆς ἁγίας μάρτυρος Πελαγίας ναὸς, ὃν ὁ θεομισὴς καταλύσαι, καὶ τάφον καταδίκων ποιῆσαι, τὰ Πελαγίου ἐκάλεσεν. Ex quibus emendandus Cedrenus apud quem perperam irrepsit pro εἰς τὰ Πελαγίου, εἰς τὸ Πέλαγος. Verum apud editum Theophanem, ubi de Constantino Patriarcha, hæc verba non habentur pag. 372. sed ista tantum, τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ δήσαντες, καλωδίῳ τὸν πόδα μετὰ τῶν βιοθανάτων ἔρριψαν. At infra de quodam Petro Ciniota: Ἐν τοῖς Πελαγίου καὶ τοῦτον διὰ τῆς μίσης συρόμενοι ἐκέλευσε ῥιφῆναι. Alibi vero pag. 369. ait eumdem Copronymum Bastagii cujusdam ossa præcepisse εἰς τὰ λεγόμενα Πελαγίου μνήματα μετὰ τῶν βιοθανάτων ῥῖψαι. Deni-

XI

que p. 367. de eodem Petro, cujus hoc loco meminit Zonaras: Καλωδίῳ δήσαντες αὐτὸ τὸν πόδα, εἵλκον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Πραιτωρίου ἕως τῆς Πελαγίας, ἔνθα δὲ διασπάραντες ἔῤῥιψαν τὰ τιμία αὐτοῦ λείψανα ἐν τῷ τῶν βιοθανάτων λάκκῳ. Ita varie hic locus, in quem deferebantur βιοθανάτων, id est qui capitali supplicio damnati vitam finierant, cadavera, apud scriptores appellatur. Nicephorus Constantinopolitanus pag. 225. 1. edit. de Stephano: Καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα ἐν τοῖς καλουμένοις τάφοις τῆς Πελαγίας, ὡς κακοῦργον οἱ δυσσεβεῖς ἀπέῤῥιψαν. αὐτόθι γὰρ τάτε τῆς ἐθνικῶν ἀμυήτων σώματα, καὶ τῆς ἐπὶ θανάτῳ ἀπηγορευμένων τελευτόντων ἐξετίμπετο. Ex quibus emendandus locus alter pag. 232. ubi de Constantino Patriarcha: Τὸ δὲ αὐτοῦ σῶμα — εἰς τῆς τῆς Πελαγίου καλουμένης ταφῆς ἐξέῤῥιπτον. Legendum enim τῆς Πελαγίας, ut supra. Adde Menæa ad XXVIII. Novemb. in S. Stephano Juniore. Videtur autem Pelagii locus iste appellatione donatus extitisse haud procul ab æde S. Theodoro Martyri sacra, ex iis quæ habet Nicephorus in Vita & Encomio Antonii Cauleæ Patr. Constantinop. n. XXX. quo loco ait *templum S. Theodori Martyris situm fuisse super quoddam cœmeterium, in quod projiciebantur corpora condemnatorum*. Porro meminit Chronicon Alexandrinum pag. 784 E. R. loci ubi τῶν Βιοθανάτων cadavera defodi consueverant ante Copronymi tempora.

A XXVII. S. PHOTINÆ Martyris, ἐν τῇ πόρτῃ τῆς Βλαχερνῶν, memoriam agunt Græci XX. Augusti. Menæa.

XXVIII. S. THECLÆ Martyris templum, τὰ Κοντάρια dictum, exstruxit Constantinus M. & Deiparæ sacravit: deinde a Justino Curopalata in nomen S. Theclæ transfusum est, ut habet Codinus pag. 28. E. R. & auctor Collectaneorum CP. pag. 98. illud forte quod ab eodem Justino renovatum scribit Zonaras: καὶ τὸν τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος Θέκλης (ναὸν) ἀνεκαίνισε.

XXIX. S. THECLÆ templum in Blacherniano Palatio excitavit Isaacius Comnenus Imperator, quod die divæ festo, qui incidit in XXIV. Septembr. dum in expeditione contra Patzinacitas versaretur, orto in castris copioso ac vehementi imbre, excussaque ventorum ac tempestatis vi ad quam confederat, quercu, ab ea paulo ante sese subduxisset, vitato mortis periculo. Historiam pluribus commemorant Anna Comnena lib. III. Alexiad. pag. 89. E. R. Scylitzes, Zonaras, & Glycas in Isaacii vita. Illud postea Joannes Comnenus Imperator Alexii filius de novo instauravit, & in nomen Servatoris nostri Jesu Christi transfudit, ut auctor est idem Zonaras. At ante Isaacium Comnenum in Blacherniano Palatio exstructam

hanc

hanc ædem innuit Continuator Theophanis lib. III. num. XLIV. Καὶ Θέκλα δέ ἡ τούτου φιλάτη θυγάτηρ, τὸ κῆπ τὰς Βλαχίρνας καβούκλειον, ἔνθα καὶ τὸ τῆς πρωτομάρτυρος Θέκλης εὐκτήριον ἱδρυται ἐκ μὴ ὄντος ἤγαγεν ἀμορφώτατον. ἐκείσε κεῖτο βίον ἔσα χιλιοστὸς ἔξέλιπεν. *Sed & Thecla ejus filiarum natu maxima, cubiculum, ubi & Theclæ Protomartyris oratorium est, a fundamentis excitavit: quo etiam in loco lecto decumbens vivere desiit.* Ædis S. Theclæ Seleuciæ conditæ meminit Gregorius Nazianzenus Carm. de Vita sua pag. 9. & Orat. XXI.

XXX. S. THECLÆ templum ad Portum Juliani, ὃ παρὰ τὸ τῆς πόλεως λιμένα ἐστὶν ὄντιπερ ἐπώνυμον Ἰουλιανῷ συμβαίνει εἶναι, ædificavit Justinianus, ut auctor est Procopius lib. I. de Ædif. cap. IV. Ut porro S. Thecla a Græcis effingeretur, licebit colligere ex tabella quam supra delineari curavimus, ubi de S. Stephani æde sacra.

XXXI. THEODOTÆ Martyris templum erexit Justinianus, Justino avunculo imperante, ἐν προαστείῳ καλουμένῳ Ἑβδόμῳ, *in suburbano cognominato Hebdomo*, ut Procop. lib. I. de Ædif. cap. IV. commemorat. Tres hoc nomine Martyres colunt Græci: prioris ex Nicæa oriundæ, quæ iisdem temporibus vixit quibus S. Anastasia, festum agunt XXIX. Julii: alterius, Constantinopolitanæ, quæ martyrium passa est sub Leone Iconomacho, XVII. Julii; tertiæ denique ex Pontica XVII. Sept. Sed prioris ædes fuit, ut ex Menæis ad XXIX. Julii colligitur, quo illius & liberorum festum celebrari annotatur ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς τῷ ὄντι ἐν Κάμπῳ: nam Campus Hebdomi pars fuit, ut alibi est observatum. *Edit. Paris. pag. 151.*

XXXII. S. ZENAIDIS Martyris τῆς θαυματουργοῦ, & sanctarum mulierum Æsiæ, & Susannæ discipularum S. Pancratii Episcopi Tauromenorum, synaxin & memoriam celebrari ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτῆς μαρτυρίῳ ἐν τοῖς Βασιλίσχου, observant Menæa ad VII. Maii.

XXXIII. S. ZOÆ Martyri, cujus festum agunt 11. Maii, ἀμφὶ τῆς πόλεως ἀγυιὰν ἐχάτῳ, haud procul ab æde S. Annæ, magnificum templum exstruxit Justinianus M. ut auctor est Procopius lib. I. de Ædif. cap. III. Vide supra SS. Hesperi & Zoes templum.

VIII.

ÆDES SACRÆ CONDITORUM, aut Urbis tractus, vel alio nomine donatæ.

I. ABIBI, seu Ἀβίβου μονῆς, Abbas Joannes interfuit Concilio Constantinopolitano sub Mena cum aliis Urbis Abbatibus.

II. ACŒMETORUM, vel Acœmetarum, τῆς Ἀκοιμήτων, monasterii in urbe, vel ad urbem, crebra est mentio apud veteres scriptores rerum Ecclesiasticarum, quod hi *Acœmeti* Anastasio imperante ab Ecclesiæ unione se subduxissent, quo nomine carpuntur ut Nestoriani in L. VIII. Cod. de Summa Trinit. & fide Cath. apud Evagrium lib. III. capp. XVIII. XIX. XXI. Theophanem pagg. 104. 122. Edit. Reg. Gelasium PP. lib. adversus Nestorium & Euthychem, cui dicuntur *Aquimiti*, Liberatum Diac. in Breviario cap. XVIII. Victorem Tunnensem in Chronico, & alios, quibus *Acœmitenses* & *Acœmetenses* nuncupantur, & *Acumici*, eidem Liberato cap. XX. Meminit Cyrilli Abbatis *Acœmitensis* Nicolaus I. PP. Epist. X. ut Marcelli Archimandritæ τῆς Ἀκοιμήτων Theodoretus Epist. CXLI. Joannis Monachi τῆς Ἀκοιμήτων sub Tiberio Evagrius lib. V. cap. XVI. & Evethii Archimandritæ τῆς Ἀκοιμήτων Concilium Constantinopolitanum sub Hormisda. Ita autem dicti Græcis ejusmodi Monachi, quod in eorum monasteris divinum Officium noctu diuque, nullo interposito cessationis intervallo, celebraretur & cantaretur, divisa in hunc finem in tres cœtus Monachorum sodalitate, ita ut peracto a priore turma in Ecclesia Officio, secunda & mox tertia succederet, sicque nulla hora Ecclesia a laudibus & canticis vacaret. Unde Ἀκοιμῆται istius instituti Monachos appellarunt, non quod insomnes & nunquam conniventes oculis, perpetuis se vigiliis exercerent, ut censuit vir doctus lib. I. de Monachis primitivæ Ecclesiæ cap. IX. sed quod divina in eorum Ecclesiis hymnologia non intercideret, nullaque hora vacaret a laudibus divinis, quas ex eo *laudis perennis* appellatione agnoscunt scriptores nostri, quæque ἀλήκτου ὑμνολογίας dicitur Ignatio in Vita S. Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani num. XIII. *Indeficiens psalmodia* in Vita S. Angilberti Abbatis Centulensis cap. II. num. XVI. Hujusmodi instituti auctorem sanctum Marcellum Apamiensem, cujus festum agunt Græci XXIX Decemb. facit Nicephorus Callisti lib. XV. cap. XXIII. alii, ut Synaxariorum scriptores, & auctor Vitæ Marcelli, Alexandrum Abbatem, cui ille in Archimandritæ dignitate successit: florebat autem Alexander an. CCCCXX. & in cœnobio, quod juxta S. Menæ monasterium erat, cum suis conversatus est. Vita S. Marcelli: Καὶ τότε μὲν ὁ θεῖος Ἀλέξανδρος πρὸς τῷ ἱερῷ οἴκῳ τοῦ μεγάλου ἐν μάρτυσι Μηνᾶ τῷ ἀσκήσιν ἐπιδείκνυτο. ὕστερον δὲ ἐπὶ πρὸς αὐτῷ τῷ Πόντου στόματι ἱδρύεται φροντιστήριον, ὃ δὴ ἐξ νόμου εἰσάγει, καινὸν μὲν, ἀλλὰ τὰ ἁπανταχοῦ κάλλιστον, μηδέποτε παῦλαν τοῦ ὑμνεῖν τὸν θεὸν ὑμνῶν τὸ σωτηρίου διακόπτεσθαι, ἀλλὰ τῇ κατὰ διαδοχὴν τῶν λειτουργούντων ὑπαλλαγῇ τῷ ἀσίγητον ταύτῃ καὶ ἄπαυστον τῷ Δεσπότῃ περιποιεῖσθαι δοξολογίαν. *Et tunc quidem divinus Alexander ad templum magni Martyris Menæ exercebatur, postea autem in ipso quoque ostio Ponti venerandum statuit monasterium, in quo novam quidem, sed longe omnium pulcherrimam legem induxit, ut hymnorum ad Deum numquam intermitteretur perpetuitas, sed per vices mutatis rem divinam celebrantibus, hæc numquam silens & indesinens Domino fieret glorificatio.* Et alio loco satis innuitur a perpetua hac doxologia Acœmetorum appellationem fluxisse: ἐκ τῆς διηνεκοῦς πρὸς Θεὸν ᾠδῆς τὸ Ἀκοιμήτων ἄχρι τῆς δεῦρο φροντιστήριον ὀνομάζεται, *ex perpetuo ad Deum cantico Acœmetorum monasterium hactenus appellatur.* Sed & auctor Vitæ S. Alexandri cap. VII. non in ipso S. Menæ monasterio eum conversatum, sed πλησίον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Μηνᾶ, ait: subditque, cum eo se contulisset, intra paucos dies convenisse ad eum generosos Christi Athletas ex omnibus istarum partium monasteriis, ex tribus potissimum nationibus, Romanis, Græcis, & Syris, numero trecentos, & hos in sex choros distribuisse, ut assiduam obirent hymnodiam: iisque demum præfeciisse Quinquagenarios & Decanos secundum regulam, πεντηκοντάρχους καὶ δεκάρχας, fuisseque omni hora perseverantes in divina doxologia. Ex hoc postmodum Acœmetorum monasterio in alia cum intra, tum extra urbem monasteria idem institutum inductum est, quod de Dii Theophanes, de Studii Cedrenus & Nicephorus Callisti, de Irenæo denique in Bithynia monasteriis Vita S. Marcelli testantur. Memoratur præterea in Concilio Constantinopolitano sub Mena act. V. monasterium τῶν Ἀκοιμήτων in Diœcesi Chalcedonensi. Nec dubium est quin alia extiterint in aliis Græcanici imperii provinciis; adeo ut non plane constet utrum ad Constantinopolitanum Acœmetensium monasterium pertineat; quod in veteri MS. adnotatum se reperisse Jacobus Sirmondus testatur in Notis ad Facundum Hermianensem: *Has omnes B. Isidori Presbyteri & Abbatis Peluſiotæ recensui & transtuli ex Epistolis ejus duabus millibus, quæ sunt per quingentas distributæ in Acœmetensis monasterii codicibus vetustissimis.* *pag. 152.*

quatuor. Sed & inde in Gallias promanavit, uti pluribus observatum in Glossario nuper edito.

III. ÆGYPTIORUM Monasterii, μονῆς τῆς Αἰγυπτίων, Cyrion Hegumenus subscribit cum cæteris Urbis Hegumenis in Concilio Constantinopolitano sub Mena.

IV. AETII templum, seu Αετίου, Petrio monasterio proximum fuit. *Petrio monasterio*, inquit Gerlachius apud Martinum Crusium in Turcogræcia pag.190. *vicinum est templum* τῆς Αετίου, *exornatum vario marmore & picturis, quibus singulis facies erasæ sunt, sicut & in reliquis monasteriis ac templis, quæ Turcica manus polluit, hodieque Mahumetano cultui addictum*. Sic autem appellata μονὴ τοῦ Αετίου, quia ab Aetio quondam ædificata, uti censet idem Crusius. Apud Lambecium lib.IV. de Biblioth. Cæsar. pag.81. in Cod. CXXX. hæc inscriptio legitur: Η βίβλος αὕτη τῆς μονῆς τοῦ Προδρόμου, τῆς κειμένης ἐγγὺς τῆς Αετίου ἀρχαίας· καὶ δὲ τῇ μονῇ κλῆσις Πέτρα.

V. AGALMATA, Origines CP. ineditæ: Ἐκ τοῦ ἁγίου Μωκίου καὶ τοῦ ἁγίου Μηνᾶ ἐδιώξε τὰ Ἀγάλματα, (Constantinus M.) ἃ ὠνόμασε ἅγιον ναὸν Ἄδου. τὸν δὲ τελέαν αὐτοῦ ἀνοικοδομῶν ἐποίησε Πελχερία καὶ Μαρκιανὸς μὴν ρξ'. χρόνοις, φροντιδὶ ἱερᾶ σκιδίη καὶ φροίσεκα.

VI. ALEXII monasterium ab Alexio Patriarcha, qui Monomacho imperante vixit, conditore nomen accepit. Theodorus Balsam. ad Can. VI. Synodi CP. Καὶ ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος Πατριάρχης κύρος Αλέξιος μὴν ταῦτα τῷ μονῷ τῷ λεγομένῳ τοῦ κυροῦ Αλεξίου ἀνέγειρεν. *Et sanctissimus ille Patriarcha Dominus Alexius, monasterium, quod Domini Alexii dictum est, postea excitavit*. Alexii porro thesaurum in eo monasterio olim depositum a Constantino Monomacho expilatum narrant Scylitzes & Zonaras. Alexiani monasterii situm versus Augustæonem adsignat Nicetas in Alexio Manuelis F. n.VI. Καὶ τὸν νεὼν δὲ, ὃς τοῦ Αλεξίου κάτοικομάζεται, τῇ δὲ τοῦ Αὐγουσταίωνος αὐλαίᾳ φρασίνωται, στρατιῶται εἰσιόντες ἐφύλαττον. *Templum quoque quod Alexii appellatur, & Augustæonis atrio adjungitur, milites ingressi illud custodierunt*. Ubi perperam Wolphius S. Alexio dicatum templum putavit, tametsi extiterit Constantinopoli hac appellatione ædes alia, in cujus Catechumeniis coactas aliquot Synodos legimus, ἐν τοῖς δεξιοῖς κατιοῦσι τοῦ ἁγίου Αλεξίου, a Joanne Stypiota scilicet Patriarcha CP. sub Joanne Comneno contra Constantinum Chrysomalum, & a Michaele P. C. contra Niphonem Bogomilum apud Balsamonem ad Can. LVIII. Synod. Carthag. & Allatium lib.II. de Consensu utriusque Eccles. cap.XI. & XII.

VII. ALYPII monasterii mentio est in Menæis & in Menologio Sirleti ad XII. Junii, ubi observatur in eo fuisse oratorium, Δικτύειον, sancti Onuphrii, cujus festum hac die celebrant Græci.

VIII. ANTHEMII monasterium, quod ab Alexio Mosele Cæsare, nobili Armenio, conditum narrant Continuator Theophanis lib.III. nu. XVIII. Zonaras, & Scylitzes, & in quod mortua uxore Theophili Imperatoris filia concessit, Monachi sumpto habitu, appellationem sumpsit a loco ubi ædificatum est. Narrant quippe ii Alexium, cum ex Chrysopolitano monasterio, ubi vitam monasticam agebat, κατὰ τὸν Ανθεμίου λεγόμενον τόπον deambulandi gratia veniisset, impetrata a Theophilo facultate, locum hunc emisse, & magnificum in eo excitasse monasterium, in quo post mortem sepultus est. Tradit vero Codinus in Origin. pag.53. E. R. locum qui τὰ Ανθεμίου dicebatur, domum fuisse Anthemii, qui postmodum Romæ imperavit, eamque in templum, Gerocomium, & Balneum mutasse. Extitit porro locus Anthemii ad maritimos urbis muros; siquidem scribit Theophanes pag.331. Edit. Reg. anno 1. Leonis Isauri Saracenos ad urbem adnavigasse, & εἰς τὰ Εὐτροπίου & Ανθεμίου transiisse. Meminit præterea τῆς Ανθεμίου Leo Grammaticus pag.468. Edit. Reg. Prodiit alter Mose'e, qui copiis præfectus sub Romano Lacapeno in prælio contra Bulgaros in mari suffocatus periit, ut auctor est Scylitzes pag.620. Edit. Reg. Posteriori huic Moseli monasterium, quod sua ætate τοῦ Μοσηλὲ dicebatur, adscribit, nescio an vere, Joannes Tzetzes Chil.IX. vers.CCLIX. ædificatum ubi domus illius fuerat:

Η νεὼ μονὴ τοῦ Μοσηλὲ, τ' Μοσηλὲ ὢν οἶκος·
Ος Μοσηλὲ φρὶν στρατάρχων Βουλγάροις ἡττημένος
Τῷ πέραν μέρει τῆς Πηγῶν, μέλλων φυγεῖν εἰς πλοῖον,
Αποτυχὼν, εἰς θάλασσαν ἄνοπλος ἀπεπήδα.

Versus ædem sancti Acacii domum *Mosele*, seu Moselis statuit Codinus pag.54. Edit. Reg. Μονῆς vero τῶ Μοσηλὲ meminit Pachymeres lib.XIII. cap. XIII. quod quidem monasterium idem forte fuit quod a priore Alexio Mosele excitatum narrat Zonaras. *Edit. Paris. pag.153.*

IX. MONASTERII juxta Aquæductum, seu πλησίον τοῦ Αγωγοῦ, Abbas Joannes Concilio Constantinopolitano sub Mena cum aliis Urbis Abbatibus interfuit.

X. ARMENIANORUM monasterium, in quo reclusus Photius Patriarcha Constantinopolitanus a Leone, Αρμενιακῶν Zonaræ, Αρμενιακῶν Scylitzæ pag.593. Edit. Reg. & Anonymo Combefisiano in Leone Philosopho n.11. μονὴ τῆς Αρμενιακῶν ἡ ἐπονομαζομένη τῶ Βάρδου: denique Leoni Grammat. p.475. E.R. μονὴ τῆς Αρμενιακῶν λεγομένη τ' Βάρδα nuncupatur. De nominis ratione nihil habent scriptores Byzantini: quod forte obtinuerit, quia Armeniis Monachis primitus addictum fuerit.

XI. ASTERII monasterii, μονῆς τῆς Αστερίου, Abbas Anatolius subscripsit Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda: Timotheus vero cum cæteris Urbis Abbatibus Concilio Constantinopolitano sub Mena interfuit.

XII. AUGUSTÆ monasterium, μονὴ τ' Αὐγούστης, vicinum fuit ædi, seu monasterio Προκοπίου appellato, & Palatiolis ædificatis a Procopia uxore Michaelis Rhangabe. Origines Constantinop. ineditæ: Τῶν δὲ γυναικείων μονῶν τῶν ἐκ πλαγίων αὐτῇ τῶ καλουμένῳ Αὐγούστης, Ιουστινος ὁ Θρᾴξ ἔκτισε ταύτῳ τῇ γλωσσῇ αὐτοῦ Εὐφημίᾳ τιθεὶς καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ὀπίσω ἐκεῖσε: *Monasteriumfœminarum, quod horum* (Palatiolorum) *latera sunt, Augustæ nomine donatum ædificavit Justinus Thrax, pro uxore sua Eudocia, ubi & illius corpus primum conditum fuit*. Vicinum etiam fuisse ædi S. Thomæ docet Anonymus in Miraculis S. Anastasii Persæ Martyris cap.XV. apud Bolandum XXII. Januarii. Vide infra n.LXXVII.

XIII. BASSI Ecclesia dicebatur ea, quam Bassus Patricius in domo propria condiderat sub Justiniano Magno, cui oculos avulsit Theodora Augusta, nervo bovino a fronte ad aures circumducto, qui forte idem qui Prætorianam gessit præfecturam, ut auctor est Procopius in Hist. Arcana cap.XXI. Vide Codinum p.46. E.R.

XIV. BETHLEEM, monasterium sic appellatum, condidit sancta Helena. Origines Constantinop. ineditæ: ἐκεῖσε δὲ καὶ τῷ μονῷ τῷ Βηθλεὲμ ἡ ἁγία Ελένη ἀνέγειρε, *hic & monasterium Bethleem dictum exstruxit sancta Helena*: eo nempe loco ubi extitere monasteria Antiochi, & Augustæ appellata. Vide Codinum pag.38. E.R.

XV. CÆNOPOLIS, Καινούπολις, Ecclesia ita nuncupata, in nona regione statuitur in Urbis Descriptione: *Continet in se Ecclesias duas, Cenopolim & Omonœam*. Meminit etiam Chronicon Alexandrinum in Arcadio pag.716. Ed. Reg. nullo præterquam situs indicio, innuens haud procul extitisse a Foro Theodosiano. De nominis etymo nihil succurrit, nisi forte quod exstructa primitus fuerit in nova, uti ajebant, urbe, cum veteris Byzantii fines longius prolati sunt a Constantino Magno.

XVI. CAJUMÆ monasterii, seu μονῆς τῆς Καϊουμᾶ, Hegumenus Symeones subscripsit Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda:

ut & Dudas cum aliis Urbis Abbatibus Concilio Constantinopolitano sub Mena.

XVII. CALAMI, seu τοῦ Καλάμου μονῆς ἡγούμενος Alexander subscribit in Concilio Constantinop. sub Mena act. I. cum aliis Urbis Abbatibus: at act. V. scribitur Καλαμίτης. In Concilio vero Constantinopolitano an. DXVIII. subscribit pariter Sophronius Presbyter & Archimandrita μονῆς τῆς ἐπίκλην ἐν τῷ Καλάμῳ.

XVIII. CALLIÆ monasterium, quod μονὴ τῆς Καυλέας Leoni Grammatico pag. 479. Edit. Reg. aliis Μονὴ τῆς Καλέως dicitur, exstruxit Antonius Cauleas Patr. Constantinopol. ut docet Nicephorus Gregoras in illius Vita, uti monuimus in Notis ad Alexiadem pag. 268. Edit. Reg. ut & vetus scheda apud Ughellum tom. V. Ital. Sacr. pag. 1332. ex qua præterea discimus, S. Pauli, qui sub Copronymo martyrii palmam consecutus est, ex divina revelatione corpus inveniisse in Monasterio *Chaima: Deinde cum centum ac viginti duobus annis prædictum Martyris corpus humatum sub terra mansisset, imperante Christianissimo Imperatore Basilio Macedone, facta Angelica revelatione venerabili olim Abbati Caleos, tunc vero Patriarchæ Constantinopolitano, inventum fuit in monasterio Chaima, tanta suavitate redolens, adeoque recens, pulchrum & integrum, ut tunc recondituni adhuc spirans videretur.* Sed evidens error est in hac scheda, cum anno demum tertio Leonis Philosophi, non vero sub Basilio, hanc dignitatem inierit Antonius, ut est apud Scylitzem, & Leonem Grammaticum. Sed an Cauleæ nomen obtinuerit quod monasterii *Caleæ* Hegumenus fuerit, an vero monasterium ipsum de ejus cognomine appellatum fuerit, prorsus incertum est. Antonii Patriarchæ mentio est in inscript. Gr. apud Gruterum MLXI. 2. & in Synaxariis ad XII. Febr. Vide Bolandum ad eumdem diem, ubi illius elogium & vitam perstrinxit.

XIX. CALLISTRATI monasterium, a Callistrato ædificatum, illo nempe, qui, ut auctor est Glycas, cum XII. Senatoribus, una cum Constantino M. Byzantium profectus, fortunæ suæ sedem ibi fixit: Codinus pag. 59. Edit. Reg. ait Florentium & Callistratum, fratres germanos, Constantinopoli floruisse sub eodem Con-
Edit. Paris. pag. 154. stantino, & post eorum decessum ex illorum ædibus monasteria duo confecta: in quorum alterum Paulus Patriarcha CP. deposita Patriarchali dignitate secessit, & post quatuor menses obiit, Irene Athenienst imperante. Infamatur potissimum hoc monasterium ob quosdam pravos monachos qui ex eo prodiere, quos inter memorantur Paulus Monachus τοῦ Καλλιστράτου, Astrologus insignis, apud Nicephorum CP. Theophanem, Cedrenum, & alios, qui Leontio Imperium prædixit, & alter incluſus ejusdem Monasterii, divinator perinde & hæreticus, qui Philippicum etiam Imperaturum prænuntiavit. Sed & inde prodiisse ajunt Sergium Monachum Arianum, qui Urbe ob hæresim exactus, ad Mahometem se contulit, eique ad stabiliendas impostluras magno adjumento fuit. Saracenica Sylburgii pag. 57. Ἐπισάθη δὲ συνεπιμαρτυροῦντος αὐτῷ μοναχῷ τινος Ἀρειανοῦ ἀδωνύμῳ, διὰ τὴν κακοπίστιαν αὐτοῦ ἐξορισθέντος ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως, ἐκ τῆς μονῆς τοῦ Καλλιστράτου μετ' αἰσχύνης ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἡρακλείου, *Persuasus est, ipsi opitulante falso quodam Monacho Ariano, ob suam hæresim Constantinopoli cum infamia pulso ac exacto ex monasterio Callistrati, imperante Heraclio.* Ex quibus refellitur Theverus lib. XIX. Cosmogr. cap. III. qui ex Græcorum relationibus Patriarchalem Ecclesiam, qua tempestate scribebat, hoc est anno MDLXXIV. monasterium illud fuisse ait, ex quo prodierit Sergius, cum illa fuerit Deiparæ Pammachariſtæ, uti ipse & Crusius tradunt. Inde igitur non sine divina providentia factum, ut monasterium, quod pravos adeo Monachos protulerat, funditus dirutum fuerit a Copronymo, ut est apud Theophanem pag. 379.

CP. Christ. lib. IV.

A E.R. Porro in VII. Synodo subscribit *Gregorius Abbas Callistrati*. Præterea ἐν τῇ μονῇ τοῦ Καλλιστράτου S. Auxentii, qui sub Heraclio vixit, memoria agitur XIV. Febr. in Menæis.

XX. CALYPA, monasterium in M. Palatio. Symeon Logotheta in Alexandro n. II. περιώρισεν αὐτὴ Ἀλέξανδρος ἐν τῇ μονῇ τοῦ παλατίου τῇ λεγομένῃ Καλυπᾶ. Quo loco Leo Grammat. p. 488. E.R. & Anonym. Combefiſianus in eod. Alexand. Imp. num. V. habent ἐν τῇ μονῇ τοῦ παλατίου, ἥ ἐπωνυμεῖ Καμπᾶ.

XXI. CARIANI, Καριανῶν, monasterium fœminarum, meminit Leo Grammat. p. 461. E.R. Illud conditum σὺν τῷ Ἐμβόλῳ, *cum Portico*, a Mauricio Imperatore, huicque adjunctum præterea fuisse Gerocomium, & hanc appellationem nactum, quia ibi antea erat domus Cariani Patricii, auctor est Codinus pag. 48. E.R.

B XXII. CATHARORUM, τῶν Καθαρῶν, monasterium, excitatum fuit a Narsete Justino imperante anno VI. ut habent Theophanes pag. 206. E.R. Cedrenus, qui ejusdem ædis rursum mentionem agunt in Constantino Irenes filio an. VI. In Menologio Sirleti ad XXVII. April. festum celebrari dicitur a Græcis *S. Joannis Confessoris Abbatis Monasterii Catharorum, qui multa pro sanctarum imaginum defensione passus est sub Leone Iconomacho.* Vide virum doctissimum Godefridum Henschenium ad XXVII. April. in eodem S. Joanne.

XXIII. CHARSIÆ, seu τοῦ Χαρσίου, id est ad Portam Charsiæ, monasterii Abbas Hypatius subscripsit libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda.

XXIV. CHIRAMAS, inter ædes sacras recensetur a Bondelmontio in Descriptione CP. sed
C quæ illa sit, fateor me ignorare.

XXV. CHRYSONICE monasterium sic nuncupatum ad Portam Auream, in quo annos plures egit S. Nicetas sub Michaele Theodoræ filio, memorant Menæa ad XIII. Octob. seu Synaxaria: Τέταρτον δὲ κρατήσαντος τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ, μόλις οὗτος παρακληθείς, κατένευσε μοναχὸν μὲν γενέσθαι· τῆς πόλεως δὲ μὴ ἐξελθεῖν, ἀλλ' εἰς τὸ λεγόμενον Χρυσῆν πόρταν δοὺς αὐτῷ μονὴν τὸ λεγόμενον Χρυσονίκου, προσμένειν ἐκέλευσε. *Postea vero imperante imperatore Michaele, vix ipse evocatus, monachum fieri consensit: urbe vero haud egredi, sed ad Auream Portam dans illi monasterium Chrysonicen appellatum, manere præcepit.*

XXVI. CHRYSOPEGE, seu Χρυσοπήγη, ædes sacra ita dicta in Castro Galatino, Græcis addicta, ut habet Crusius pag. 205.

D XXVII. CRETICORUM, τῶν Κρητικῶν, monasterii Abbas Polychronius Concilio CP. sub Mena cum aliis Urbis Abbatibus interfuit.

XXVIII. CRISIS. Menæa ad VII. Octobr. ubi de S. Andrea: Καὶ τοῦτο λαβόντες, ἐν ἱερῷ τόπῳ ᾧ Κρίσις τοὔνομα καταθάπτουσιν. *Illudque accipientes, in sacro loco, Crisi appellato, humo mandant.*

XXIX. CUCOROBII monasterium, τὰ Κυκορόβια· μονὴν ἔκτισεν ὁ ἅγιος Εὐάρεστος ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Τραύλου τοῦ Ἀμοραίου. *Condidit S. Evarestus imperante Michaele Balbo*, ut tradunt Origines Constantinopolit. ineditæ.

XXX. CYCLOPUM, τῶν Κυκλώπων monasterii Abbas Alexander subscripsit libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda.

XXXI. CYRIOTISSÆ, τῆς Κυριωτίσσης, monasterium, in quod concessit Joannes Glycys Patriarcha CP. ejurato præsulatu sub Andronico Juniore, memorat Gregoras lib. VII. p. 201. Ed. R.
E Καὶ τὴν τῆς Κυριωτίσσης μονὴν εἰς οἴκησιν ἀπενείματο. *Et Cyriotissæ monasterium ei habitandum concessit.*

XXXII. DALMATI, vel Delmati monasterium, omnium quæ Constantinopoli extiterunt, *pag. 155.* Cœnobiorum & antiquissimum, & celeberrimum fuisse constat. Theophanes de Copronymo pag. 373. Ed. Reg. Τῶν γὰρ Δαλματῶν φρύτιον ἐσαν ἐν τοῖς κοινοβίοις τῆς Βυζαντίδος τοῖς στρατιώταις εἰς κατοικίαν ἔδωκεν, ac: *Monasterium quidem Dal-*

matorum, cœnobiorum omnium Byzantii celeberrimum, militibus diversorium assignavit. Sic etiam appellatur a Symeone Logotheta in Porphyrogenito num. IV. De antiquitate testatur Zonaras in eodem Copronymo pag. 92. Edit. Reg. Καὶ τῷ τοῦ Δαλμάτα λεγομένῳ μοναῳ, ἀρχαίαν οὖσαν καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀριστοκρατίαν πασῶν, ἀφ' ἧς ἀπελάσας τοὺς μοναχοὺς στρατιωτῶν αὐτῷ πεποίηκε καταγώγιον. *Dalmati monasterium vetustum, & omnium quæ Constantinopoli sunt, antiquissimum, pulsis inde monachis, militum diversorium fecit.* Ex quibus patet error Græculi ἐν Πατρίοις, seu in Originibus Constantinopolitanis ineditis, scribentis, a Dalmatio Constantini M. ex fratre nepote exstructum, & ex ejus nomine nuncupatum Dalmati monasterium: Μονὴ τὰ Δαλμάτα ἐκτίσθη παρὰ Δαλμάτου Πατρικίου ἀνεψιοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἀφ' οὗ ἔ Αξίμαρος ὁ Τιβέριος βασιλεὺς, ὅτι ἀπῆλθε μετὰ χιλανδίων, καὶ ἐκράτησε τῆς βασιλείας, τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν ῥινοκοπήσας, καὶ περιορίσας, καὶ ἐφούρκα ἐκεῖσε. Quæ quidem interpolavit Codinus pag. 62. Edit. Reg. floruit enim Dalmatus ille, a quo monasterium nomen sumpsit, sub Theodosio Juniore, qui una cum Floro filio, sancti Isaacii consuetudine usus, ac colloquiis persuasus, in monasterio, quod de ejus nomine postmodum dictum est, se inclusit, ubi uterque vitam sanctam exegit. Horum festum, ut & S. Isaacii, agunt Græci III. Augusti. Synaxaria de Dalmato, (nam Δαλμάτος, non Δαλμάτης ibi appellatur): Καταλιπὼν καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα, μόνον δὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Φαῦστον ἀναλαβὼν, ἀπῆλθε πρὸς αὐτὸν (Ισαάκιον) καὶ γέγονε μοναχὸς, ἀποκείρας καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἠγωνίσαντο, ὡς πεῖσθῆναι βασιλεῦσι, καὶ συγκλήτῳ, καὶ θαύματα διάφορα εἰς δόξαν Θεοῦ ἐπιτελέσαι, καὶ οὕτω μετὰ τελευτῆς Ισαακίου ἐτελειώθη. *Relictis uxore & liberis, soloque filio Fausto assumpto, ad Isaacium se contulit, atque ita uterque sic in sacris exercitiis versatus sit, ut Imperatoribus & Senatui ex crebris miraculis innotesceret: sed hæc facta sunt post mortem Isaacii.* Fuit autem Isaacius is, qui Valentem contra Gothos expeditionem parantem non rediturum, & mortis illius genus prædixit, ut est apud Zonaram pag. 27. Edit. Reg. At qui Dalmatus in Synaxariis, Dalmatius appellatur in Synodo Ephesina an. CCCCXXXI. part. II. act. I. sub ipso Theodosio celebrata, ubi Δαλμάτιος ἀρισβύτερος καὶ Ἀρχιμανδρίτης πατὴρ μοναστηρίων dicitur: cujus quidem Concilii Patrum ad Dalmatium, vicissimque Dalmatii ad Patres Concilii epistolas nuper edidit vir doctissimus Joannes Garnerius in præfatione ad secundam partem Marii Mercatoris pag. 27. Neque enim alius & diversus est a Dalmato, cujus nomine insigne fuit hoc monasterium, licet illius, si bene conjicio, conditor non fuit, cum tradant Synaxaria S. Isaacium Constantinopolim profectum, in unum e monasteriis Urbis secessisse, ὃ τοῦ Δαλμάτου νῦν λέγεται, quod etiam admodum simile est vero, cum ante Theodosii Junioris tempora extiterint in urbe monasteria, illudque quod Dalmati nomen habuit, omnium antiquissimum fuerit. Quod vero Dalmatius πατὴρ μοναστηρίων appelletur in Concilio Ephesino, ex eo ortum, quod Hegumenus hujus monasterii cæteris in urbe præesset, tanquam antiquioris, jusque in alios omnes monachos ratione disciplinæ haberet: vel certe quod S. Dalmato & successoribus ea prærogativa a Patribus Concilii Ephesini indulta esset. Menæa III. Aug. Καὶ τοῖς κατ' Ἔφεσον συνελθοῦσι πατράσιν αἰδέσιμος φανείς, οἵ καὶ Ἀρχιμανδρίτην αὐτόν, ἐκ τοῦ μετ' αὐτὸν τῆς κατ' αὐτὸν μονῆς ἄρχοντας ἐψηφίσαντο μέχρις αἰῶνος ὑπάρχειν. *Et patribus Ephesum ad Concilium convenientibus venerandus apparuit, qui & ipsum, & in Monasterii regimine subsecuturos, in æternum fore decreverunt Archimandritas.* Unde Marianus, primus inter Abbates subscribit in Concilio Constantinopolitano sub Mena act. I. cum hocce titulo: Ἡγούμενος μονῆς τῆς ἐπικαλουμένης Δαλματίου τῆς θεοφιλοῦς μνήμης, καὶ ἐξάρχου τῆς ἐπὶ βασιλευούσης ταύτης πόλεως Χαλκηδόνων Διαγῶν μοναστηρίων, καὶ τῆς λοιπῶν ἡγουμένων τῆς κατὰ τὸ φιλόχειστον ταύτῃ πόλει καθεστώτων Διαγῶν μοναστηρίων. Observat præterea idem vir eruditus Joannes Garnerius Epistolæ Synodi Ephesinæ ad Dalmatium adjunctum fuisse in Codice Vaticano breve parergon de summa monasteriorum Urbis Regiæ præfectura Dalmatio collata, quod spernendum putaverit propter ἀπορησίαν: quod fortean idem fuerit quod habent Menæa. Inde porro Timotheus, qui sub Justiniano M. anno XXX. obiit, dicitur ἔξαρχος τῆς μοναστηρίων καὶ ἡγούμενος τῆς Δαλμάτα μονῆς apud Theophanem: quomodo forte indigitatur S. Euthymius, antequam Patriarchatum Constantinopol. consequeretur, *Catholicus seu Abbas & Hegumenus universalis*, apud Eustathium cap. XV. quod illi omnium in urbe regia monasteriorum cura demandata esset: nec scio an id spectarit dignitas in Ecclesia Constantinopol. Ἀρχόντος τῆς μοναστηρίων, cujus meminit Cantacuzenus lib. I. cap. L. Monasterium vero Dalmati, S. Nicephoro Constantinop. in Breviario τῆς Δαλμάτα μοναστήριον nuncupatur. Illius præterea mentio occurrit apud Theophanem pag. 132. 310. E. R. Leonem Grammaticum pag. 489. E. R. Scylitzem pag. 610. E. R. & in Menæis VI. Junii in S. Hilarione.

XXXIII. DAMIANI, Δαμιανῆ, monasterium appellationem sumpsit ab ejus conditore Damiano Sclavo, Præfecto cubiculi, seu παρακοιμήνῳ, Theophilo & Michaele imperantibus, ut habent Origines Constantinopol. & Codinus pag. 58. E. R. Leo Grammaticus, Anonymus Combefisianus num. II. & Symeon Logotheta num. IV. in Leone Philosopho meminerunt προχείρου εἰς τὸ Δαμιανοῦ, *processus facti ad Damiani*, seu Monasterium, seu Palatium. *Edit. Paris. pag. 156.*

XXXIV. DANIELIS, seu τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης Δανιὴλ ἐν τῷ τύλῳ, Babylas Abbas subscripsit libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda. Interfuit etiam Concilio Constantinopolitano sub Mena cum aliis Urbis Abbatibus.

XXXV. DESPOTARUM, seu τῶν Δεσποτῶν, monasterium, in quo recluſa a Michaele Balbo Theodosia Leonis Armenii uxor, ut habent Continuator Theophanis lib. II. n. VII. Zonaras pag. 109. Ed. R. Symeon Logotheta in eodem Leone n. XIV. & Scylitzes pag. 497. E. R.

XXXVI. DEXIOCRATIS ædes sacra, τὰ Δεξιοκράτους, una cum Gerocomio ædificata fuit a Dexiocrate Patricio, qui Theodosio Juniore imperante vixit, ut scribit Codinus pag. 48. Edit. Reg.

XXXVII. EPHORI, Ἐφόρου, monasterium κατὰ τὸ Ζευξίππου statuit Nicetas in Andronico lib. II. n. XIII.

XXXVIII. EUCRATADARUM monasterii, μονῆ Εὐκρατάδων, Abbas Atticus Constantinopolitano Concilio sub Mena interfuit cum cæteris Urbis Abbatibus.

XXXIX. EUTYCHII, seu Εὐτυχίε τῶν Λυκαόνων monasterii, πλησίον τῆς Ματρώνης, Zozimus Abbas subscribit in Concilio CP. sub Mena act. I. ubi & subscribit pariter Flavianus Presbyter Δωτηράριος Modesti ἡγουμένε τῆς μονῆς ἐπικλην τῶν Λυκαόνων.

XL. EUTHYMII Patriarchæ monasterium virorum fuit, & conditum ab eodem Patriarcha qui Leone M. imperante vixit, a quo dignitate detrusus, in eo postmodum humatus est, uti narrat Scylitzes pagg. 606. 607. Edit. Reg. Illius meminit Leo Grammaticus pag. 486. Edit. Reg. & Symeon Logotheta in Leone n. XXIV.

XLI. FLORI monasterium. Hujus frequens mentio est apud scriptores Byzantinos, a quibus interdum Φλώρα μονὴ nude dicitur, ut apud S. Nicephorum in Breviario pag. 115. Edit. Reg. Γρηγόριος μοναχὸς ἐκ ἡγούμενος ἐν τῇ Φλώρα μονῇ, qui quidem Gregorius apud Theophanem p. 307. E. R. & Cedrenum pag. 443. Edit. Reg. ἡγούμενος τῆς Φλώρου. Ita idem Cedrenus pag. 370. Edit. Reg. ἐν τῇ

μονῆς τῆς Φλώρα ἀπεκάρη, *in monasterio Flori tonsus est*. In septima Synodo subscribit Hilarion ἡγούμενος τ Φλώρα, ubi perperam Φλώρων editio præfert. Theophanes pag. 385. E. R. ait Paulum Patriarcham Constantinopolitanum abdicata dignitate in monasterium τοῦ Φλώρα secessisse. Meminit etiam ejusdem monasterii Ignatius Diaconus in Vita S. Tarasii Patriarchæ Constantinopolitani cap. II. ut & Gregorius Monachus in Vita S. Basilii Junioris cap. LVI. qui ædem SS. Flori & Lauri vicinam fuisse S. Philippi ædi innuit: Μετακόμισαν αὐτὸ (σῶμα) εἰς τὸ ἑαυτῆ μοναστήριον, ὃ πλησίον μὲν τῆς ἁγίων Φλώρου καὶ Λαύρου, καὶ τοῦ θείου ναοῦ τῆ ἁγίου Ἀποστόλου Φιλίππου ἔχεται. *Transtulerunt ejus corpus in illius monasterium, quod ædi SS. Flori & Lauri, & ædi S. Apostoli Philippi adjacet*. Erant autem Florus & Laurus fratres germani, qui martyrio vitam finierunt sub Licinio, quorum reliquiæ sub Constantino Magno retectæ, in urbem invectæ sunt, καὶ ἀπετελέσθησαν ἐν τόπῳ, ᾧ νῦν κατάκεινται, ut est in Synaxariis ad XVIII. Augusti, quo eorum memoria recolitur a Græcis. Ejusdem monasterii Abbas fuit Hilarion, qui in Synodo Nicæna II. act. quarta, ἡγούμενος τῶν Φλώρων appellatur.

XLII. GALESII, Γαλησίου, monasteriorum virorum fuit: hujus meminit Pachymeres lib. IV. cap. II.

XLIII. GASTRIA, ædem ita appellatam, condidit S. Helena Augusta, si qua fides Originibus Constantinopol. ineditis & Codino pag. 38. E. R. At Zonaras pag. 116. E. R. Theoctistæ cognomento Florinæ, Theodoræ, quæ Theophilo Imperatori nupsit, matri adscribit: Τῆς δὲ Θεοδώρας τῷ βασιλεῖ συζυγήσης, καὶ ἡ μήτηρ αὐτῆς Θεοκτίστη, ἡ καὶ Φλωρίνα ἐπωνομάζετο, Ζωσῆ καὶ Πατρικία τετίμητο, ᾠκεῖ δὲ ἐπὶ μονῇ τῆς Γαστρίων, ὡς δέ τινες λέγουσι, καὶ τὴν μονὴν αὐτὴν ἐκτίσατο. *Cum igitur Theodora Imperatorem maritum accepisset, & illius mater Theoctista, quæ & Florina cognominabatur, Zostes & Patriciæ dignitatibus ornata erat, habitabat autem juxta monasterium Gastriorum, ut vero quidam dicunt, ipsum monasterium ipsa ædificaverat*, &c Scylitzes pariter pag. 115 E. R. & Continuator Theophanis lib. III. num. V. Theoctistam τὸν οἶκον ἐγγὺς ἔχουσαν τῆς Γαστρίων habuisse scribunt. Leo vero Grammaticus pag. 449. E. R. & Joelus pag. 178. videntur innuere Euphrosynen ejusdem Theophili matrem istud monasterium ædificasse, in quod mortuo Michaele Balbo marito concesserit: Ἡ δὲ τούτου μήτηρ Εὐφροσύνη ἐκουσίως καταλιποῦσα τοῦ Παλατίου, ἐν τῇ μονῇ αὐτῆς, ἥ ἐπώνυμον τὰ Γάστρια, ἡσύχαζεν. *Illius vero mater Euphrosyne Palatio egressa, in suo monasterio, cui nomen est Gastria, quievit*. In illud postmodum relegatas Michaelis Imperatoris sorores a Basilio Macedone scribunt Continuator Theophanis lib. IV. num. XXII. Symeon Logotheta num. VI. & Scylitzes pag. 545. E. R. Καὶ τὰς αὐτῆς θυγατέρας φησὶ τὸ τῆς μάμμης ἐξαπίσης μοναστήριον, ὃ Γάστρια καταλαμβάνεται. *Et illius filias ad aviæ monasterium amandavit, quod Gastria cognominatur*: ubi Scylitzes Euphrosynæ monasterium proprium fuisse indicat. Adde Leonem Grammat. pag. 461. E. R. Ita porro nuncupatum fuit monasterium, quod juxta *Gastria* situm esset, cujus quidem appellationis hanc rationem affert Codinus pag. 38. E. R. quod S. Helena sacram Crucem afferens Hierosolymis, hanc introduxit per Portam Arenariam, τὰ ψαμάθια, & quæ reperta fuerant supra Crucem illila, balsama, atque ejusmodi virentia gramina, εἰς γάστρας, *in vasis* plantaverit, εἰς τὸ διατηθῆναι, *quo conservarentur*, indeque nomen loco dedisse, & monasterium exstruxisse. Est autem γάστρα, ventrosum vas Polluci, *Gastrum, vas æneum cum fundo angusto*, in Gloss. Arabico-Lat. qua voce utitur Marcellus Empiricus cap. VIII. Vide *Psomathei monasterium*.

Edit. Paris. pag. 157.

XLIV. GAURÆ, Γαυρᾶ, μονῆς, *monasterii* meminit Cantacuzenus lib. III. cap. XXIII. qui virorum fuisse iudicat: a nobili Gaurarum familia, de qua in stemmate Comnenico egimus, fortassis excitati.

XLV. GEORGEPECUM, Γεωργηπικόν μονῶν, memorat Cantacuzenus lib. III. cap. XXVI. extremo.

XLVI. HIERUSALEM monasterii, ita nuncupati, Abbas Marcus subscripsit Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda. Petrus vero ejusdem monasterii Abbas Concilio Constantinopolitano sub Mena interfuit cum cæteris Urbis Abbatibus.

XLVII. HOMONŒAM, oratorium ita appellatum, in regione nona statuit vetus Urbis Descriptio: *Continet in se Ecclesias duas, Cenopolim & Omonœam*. Tradit Evagrius lib. II. cap. XIII. ortum incendium Leone M. imperante urbis magnam partem absumpsisse, maxime vero in australi parte ædificia quæ interjacebant inter portum Juliani & Homonœam, Ecclesiam ita nuncupatam, μέχρι οἰκιῶν οὐ πολὺ κειμένων τοῦ Δικτυείου τ ἐπίκλην Ὁμονοίας ἐκκλησίας. Huic porro ædi appellationem inditam quidam putant a Constantino, qui in nova a se urbe condita, eadem ferme quæ Romæ habebantur, ædificia publica exædificaverit, ædemque pariter Concordiæ excitarit. Nam & Romæ extitit, quam Constantino ipso imperante *vetustate collapsam in meliorem faciem opere & cultu splendidiore restituit S. P. Q. R.* ut est in veteri inscriptione apud Gruterum pag. 100. 6. Verum longe aliam nominis rationem prodit Theodoretus, seu Theodorus Lector lib. IV. Hist. Eccl. apud Joannem Damascenum lib. III. de Imag. pag. 193. edit. Romanæ: Προσπελάσαι παρεσκάσατο τῷ Δαγὴ Δικτυίῳ, ἔνθα πεπίστευται ἀναπαύεσθαι μέρος ἱερῶν λειψάνων τῶν θειοτάτων Παντολέοντος καὶ Μαρίνα, ἐπικαλουμένου τοῦ τόπου, Ὁμόνοια, ἐκ τοῦ ἐκεῖ συνελθόντας τοὺς ἑκατὸν πεντήκοντα ἐπισκόπους, ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου βασιλέως, κοινῇ τινα συμφωνησάντων διδασκαλίαν, τοῦτε ὁμοουσίου τῆς θείας Τριάδος ποιήσασθαι, καὶ ἐναν θρωπήσεως τοῦ Κυρίου πρεπόντως τῇ ἐκ Παρθένου φύσει λήψιν, ταύτῃ τῇ ἐπωνυμίαν τετυχηκέναι. *Venerandum oratorium adiit, in quo sacrarum reliquiarum SS. Pantaleonis & Marini partem depositam ajunt, ex eo Homonœam, seu Concordiam appellatum, quod Theodosio Magno imperante centum quinquaginta Episcopi in eandem sententiam convenere de doctrina consubstantialis divinæ Trinitatis, & de Incarnatione Domini*. Ex quibus actum Concilium Constantinopolitanum generale in hac Ecclesia anno Christi CCCLXXXI. docemur. Præterea tradunt Menæa ad XII. April. monasterium fuisse, atque in eo vitam exegisse S. Anthusam, quam Imperatoris Copronymi filiam fuisse volunt. Ex hac porro Homonœæ æde translatas S. Pantaleonis reliquias in Ecclesiam S. Petri *de Miragaya* in Lusitania, & ex ea in Portensem, quæ sanctum hunc patronum agnoscit, sub annum MCCCCXCIX. scribit Rodericus *la Cunha* Episcopus Portensis in Hist. Episcoporum Portensium part. II. cap. XXXII.

XLVIII. ICASIÆ monasterium, ædificatum fuit ab Icasia, virgine forma præstanti, litteris apprime instructa, & nobili orta genere: quæ cum a Theophilo Michaelis filio in uxorem præ cæteris aliis formosis virginibus primum delecta, mox spreta fuisset, monasterium condidit, & in illud secessit, ubi & libris ac litteris humanioribus perinde ac orationi vacavit, ut habent Leo Grammaticus pag. 449. E. R. Zonaras pag. 115. E. R. & alii. Codinus in Orig. Constantinop. pag. 61. E. R. de hoc monasterio agens, ita Icasiæ elogium perstringit: Ἡ μονὴ τῆς Εἰκασίας ἐκτίσθη παρὰ Εἰκασίας μοναχῆς ἀξιοβιοτάτης καὶ παρθένου ὡραίας τῷ εἴδει, ἥτις

σαρωτάτη ἐσα, καὶ καίνοις πολλὰς, καὶ εἰχηρὰ, καὶ ἄλλα τινὰ ἀξιοθαύμαστα ἐποίησε ἐν ἐμελῴδησεν, ἐν τοῖς χρόνοις Θεοφίλου τοῦ βασιλέως. Paulo aliter Origines Constantinop. ineditæ: Η δὲ μονὴ τὰ Ικασίας ἐκτίσθη παρ' αὐτῆς γεγονυίας, ὅτε τῆς βασιλείας ἐπέτυχε παρὰ Θεοφίλου βασιλέως. σεβασμίας καὶ ὡραίας τυγχανούσης, ἥτις καὶ καινοὺς ἐν εἰχηρα παίσασα ἐν τοῖς χρόνοις Θεοφίλου καὶ Μιχαὴλ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ἅτοια εἰς μὲν Πόρπω, καὶ εἰς τὸ Μύρον· αὐτῆς γάρ εἰσιν ἅπαντα ταῦτα. Monasterium istud Icasiæ Studiano proximum fuisse idem indicat pag. 12. Accensetur autem Icasia Melodis Græcorum, ut quæ elegantissimos hymnos, quos canones & odas vocant, composuit, ut ex Codino diximus, qui in Ecclesia Græca aliquandiu lecti sunt. Sed cum indignum censerent Græci hymnos a muliere compositos in Ecclesia decantari, Cosmæ, qui Melodus vulgo vocitatur, Marci Episcopi Hydruntini, aliorumque hymnis usi sunt. Theodorus Prodromus in Canones: Ἀλλὰ πολὺ ἀρότερον εἰς ἐξ ἀγράφου ἴχομεν παραδόσεως, γυνή τις τῷ διπατρειδῶν σοφῇ, ἓ παρθένος, Κασία τ' ὄνομα, τότε μέλους ἄρχηγος ἐχειμάτισε, καὶ τὸν κανόνα ἐπερήσατο· οἱ δὲ ὕστερον τὸ μέλος ἀγασάμενοι, ἀνάξιον δ' ὅμως κρίναντες γυναικείοις συμμίξαι λόγοις τὰ τῶ ὕμνω ἐκείνα Κοσμᾶ μυσουργήματα, τὸ μέλος παραδόντες τῷ Μάρκῳ, καὶ τὰς ἱερὰς ὕμνους ἐγχειρίσαντες, τῷ πλουσίῳ τῆς τροπαρίων τούτῳ μόνῳ ἐπέτρεψαν.

XLIX. JOANNIS monasterii, seu ἐπὶ τῷ Ιωάννου, Aristo Abbas subscripsit Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda.

Edit. Paris. pag. 158.

L. JOANNITZÆ monasterium excitavit primum Xene Augusta post excessum Manuelis Comneni Imp. conjugis, absolvit vero Isaacius Angelus Imp. magnis impensis, fœminis addixit, & in eo majorem natu filiarum Monacham fecit. Nicetas in Isaac. lib. III. num. 1. Τῷ φρισβυτέρᾳ κῷ τὸν χρόνον εἰς μοναχῶ ἀπέταξε· καὶ τὸν Ιωαννίτζη λεγόμενον οἶκον εἰς μοναστήριον γυναικῶν μεταστειχάσας πολλοῖς ἀναλώμασι, (τοῦτο δὲ καὶ ὁ βασιλὶς Ξένη ποιῶν ἐπεβάλετος μῷ μόρον τῆς ταύτης ξυνόντα καὶ βασιλείας τοῦ Κομνηνοῦ τὸ κυρίᾳ Μανουὴλ) αὐτῷ ἱκέσιος ὡς ἀμνάδα τῷ Θεῷ ἱερώσας ἐμάνδρωσε. *Filiarum natu majorem Monacham fecit, Joannitzæ ædibus magnis impensis in muliebre monasterium mutatis, (quod & Xene Imperatrix post Manuelis mariti obitum instituerat) & Deo veluti agnam consecravit.*

LI. ISAACII monasterii Abbas Joannes, Concilio Constantinopolitano sub Mena cum cæteris Abbatibus Urbis interfuit.

LII. MAGNI LOGARIASTÆ monasterii, τῶ Μεγάλου Λογαριαστῶ μονῆς, meminit Pachymeres lib. VII. cap. ult. & lib. XIII. cap. VIII. in MS. x. in edito.

LIII. LYCAONUM, Λυκαόνων, juxta S. Laurentium Monasterii Abbas Eutychius subscripsit libello monachorum ad Synodum sub Hormisda, ut & Paulus Abbas monasterii τῆς Λυκαόνων, nude dicti; unde diversa fuisse monasteria licet opinari.

LIV. MANUELIS monasterium, cujus Hegumenus seu Abbas fuit Sergius Patriarcha, ut habent Scylitzes & Zonaras, ἡγούμενος τῆς Μανουὴλ in Catalogo Patr. CP. a Manuele, viro bellica laude clarissimo, quique præclare gestis contra Saracenos inclaruit, Theophilo & ejus filio Michaele imperantibus, conditum tradit idem Scylitzes, in domo propria quæ erat ad Asparis Cisternam: Κάτεισι γοῦν εἰς τ' οἶκον αὐτοῦ, ἱδρυμένον κῷ τῷ Κιστέρναν τῶ Ασπαρος, ὃν κῷ εἰς σεμνεῖον τύπον ὕστερον μετασχεῖν, κῷ τ' χῦν ἐκεῖσε κατέθετο. *Domum itaque suam se confert, quæ erat versus Asparis cisternam, quam postea in monasterii formam redegit, ubi & postea humatus est.* Eadem habent Continuator Theophanis lib. IV. num. XVIII. Leo Grammaticus pag. 454. E. R. & Symeon Logotheta in Theophilo num. XV. de eodem Manuele: Τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ ἀποκομισθὲν ἐτέθη ἐν τῇ ἐπ' αὐτοῦ κτισθείσῃ μονῇ τῇ τοῦ Μανουὴλ, σωιγγὺς τῇ χυσέρνῃ τοῦ Ασπαρες. *Corpus ejus asportatum in monasterio ab eo constructo, quod Manuelis dicitur, Asparis Cisternæ vicino, depositum est.* Illud postmodum a fundamentis instauravit Photius Patriarcha, ut auctor est Theodorus Balsamon ad Can. VII. Synodi Constantinop. Καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ τῆς παρούσης συνόδου πρῶτος, ὁ μακαριώτατος Φώτιος, τῶ Μανουὴλ μονῶ ἐκ χρηπίδων αὐτῷ κεδόν, εἰς ὃ νῦν ὁρᾶται κάλλος κῷ μέγεθος κατέστησε. *Nam & ipse præsentis Synodi primus beatissimus Photius, Manuelis monasterium ab ipsis fere fundamentis, ad eam quæ nunc videtur pulchritudinem & magnitudinem deduxit.* Scribit Anonymus Combefisianus in Lacapeno num. L. eundem Imperatorem renovasse idem monasterium: ἀνεκαίνισε κῷ τῶ μονῶ τῆς Μανουὴλος. In hoc monasterium Prusianus e Bulgaricorum Regum stirpe progenitus, affectatæ tyrannidis reus amandatus est a Romano Argyro, ut est apud eundem Scylitzem pag. 723. E. R. in quo etiam Michaelem Ducam, cum imperio excidisset, reliquum vitæ exegisse narrat Zonaras. Joannes Presbyter & Archimandrita τῆς τῆς ὁσίας μνήμης Μανουὴλ subscripsisse legitur libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda, ut in Concilio Constantinopolitano sub Mena act. I. cum aliis Urbis Abbatibus Tryphon ἡγεμβύτερος δ' μονῆς τῆς Μανουὴλ.

LV. MARÆ, seu Μαρᾶ μονῆς, juxta Aetii Cisternam, Abbas Joannes subscripsit in Concilio Constantinopolitano sub Mena act. I. & V. cum cæteris Urbis Abbatibus.

LVI. MARATHONII monasterium, seu quod a Marathonio Nicomediæ Episcopo hæretico Macedoniano, Constantio imperante ædificatum est, memorat Nicephorus Callist. lib. IX. cap. XLVII. οὐκ ἀγεννὲς δὲ μοναστήριον, ἐν τῇ Κωνσταντίνου συστήσατο, ὃ κῷ μέχρι πόρρω διήρκεσεν, *insigne is monasterium Constantinopoli construxit, quod ad longum duravit tempus.*

LVII. MARCI monasterii, μονῆς Μάρκου, Hegumenus Dionysius subscribit cum cæteris Urbis Hegumenis in Concilio Constantinopolitano sub Mena.

LVIII. MARONII monasterii, μονῆς τοῦ Μαρωνίου, ἐν Συκαῖς Abbas Zenobius libello monachorum ad Synodum sub Hormisda subscripsit. Neque aliud videtur a monasterio quod τῆς Μαρωνίου nude appellatur, cujus Hegumenus Theodorus cum aliis Urbis Abbatibus Concilio Constantinopolitano sub Mena interfuit.

LIX. MARTINACÆ monasterium, τοῦ Μαρτινάκη, vel Μαρτινακίου exstruxit Martinaces Patricius, avunculus Theophanonis Augustæ, sub Michaele & Basilio Macedone, ut scribit Codinus pag. 52. E. R. Illius meminere Leo Grammaticus pag. 486. E. R. Scylitzes in Leone Philosopho pag. 606. E. R. & Anonymus Combefisianus in eodem Leone num. XXX. Ex quibus discimus fuisse ea tempestate perillustrem Martinaciorum familiam. At Continuator Theophanis lib. III. num. XXVII. scribit Theophilum Imp. cum ex nescio qua saga Martinaciorum post ejus filium imperaturam familiam didicisset, Martinacem licet affinitate sibi conjunctum, in monachum totondisse, ejusque ædes in monasterium redegisse: κῷ τὸν ἑαυτοῦ οἶκον Θεοῦ & μοναχῶν ἐναπέδειξεν ἐνδιαίτημα. Meminit etiam istius monasterii Symeon Logotheta in Leone num. XXIV. In Originibus CP. ineditis, ubi πατριαρχικὰ μοναστήρια recensentur, hæc leguntur: Τὸν δὲ ἅγιον Γεώργιον ἐν Χαλκηδόνι Σέργιος ὁ Πατριάρχης ἔκτισεν· ὁμοίως καὶ τὸ Θεοτόκιον εἰς τὰ Μαρτινακίου, ἐν ᾧ καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ κεῖται. *pag. 159.*

LX. MATRONÆ, monasterium fœminarum fuit, ita nuncupatum, quod S. Matrona Pergensis in eo aliquandiu vixerit, obieritque. Menæa ad IX. Novemb. Ὠρθώσατο δὲ ὡδῖν τῷ ἁγίῳ Κασιανῷ, παρ' αὐτοῦ ἐπιτραπὴ μένειν ἐν τῇ μονῇ ἥτις κατ' ἐπωνυμίαν λέγεται αὐτῆς τὰ Ματρώνης μέχρι τοῦ νῦν. Ματρώνης monasterii me-

minit Theophanes pag. 122. E. R. In Concilio CP. sub Mena subscribit Zozimus Presbyter & Ηγούμενος μονῆς Εὐτυχίε τῆς Λυκαώνων πλησίον τῆς Ματρώνης.

LXI. MAXIMINÆ monasterium, de quo sic vita S. Basilii Junioris num. XXVI. Ἐσι μοναστήριον ἐν τῇ Θεοφυλάκτῳ τῇδε πόλει, τὸ Μαξιμίνης ὀνομαζόμενον, &c. Nescio an idem quod τὰ Μαξιμίνου nuncupatur a Theophane pag. 373. E. R. ut & in Menæis ad x. Maii, ubi SS. Alexandri & Antoninæ Martyrum memoria celebratur. Ἐν τῇ Μαξιμίνε λεγομένῃ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, ἐνθα κατάκεινται τὰ τίμια αὐτῶν λείψανα, ἐξ ὧν, καὶ πολλῶν θαυμάτων ἰάσεις ἀναπηγάζουσι. In Concilio Constantinopolitano sub Mena subscribit Zozimus ἡγούμενος μονῆς τοῦ Μαξιμίνε. Symeon Logotheta in Michaele Theophili filio num. XXX. meminit Jacobi τοῦ Μαξιμίνης ἡγουμένε.

LXII. MAXIMI monasterii Abbas Zozimus subscribit libello Monachorum ad Synodum Romanam sub Hormisda: ut Eustathius Abbas ejusdem monasterii Synodo Nicænæ II. act. IV.

LXIII. MECIDIUM, Μηκίδιον, monasterium, cujus Hegumenus fuit S. Nicetas presbyter, qui sub Iconomachis vixit, & cujus festum colunt Græci IV. Maii: sed an Constantinopoli, incertum.

LXIV. METANOEA NOVA, seu Pœnitentiæ monasterium novum, in quo Phocas, priusquam Constantinopolim cum exercitu appelleret Heraclius, illius matrem & sponsam in urbe comprehensas inclusit. Intra ne an extra urbem extiterit, non tradunt scriptores, etsi intra urbem extitisse par est credere: siquidem Phocas, quo sibi ab Heraclio caveret, illius matrem & sponsam diligenti custodia in eo asservari curaverit. Theophanes pag. 250. E. R. Ἐκράτησεν αὐτάς, ἐφύλαξεν εἰς τὸ βασιλικὸν μοναστήριον τὸ λεγόμενον τῆς Νέας Μετανοίας. *Comprehensas in imperiali Monasterio, quod novæ Pœnitentiæ nuncupatur, asservandas inclusit.* Istud porro Metanœæ monasterium Novum appellatum, ad discrimen forte illius quod ad dextrum Freti littus excitarant Justinianus & Theodora, de quo infra.

LXV. METANOEÆ alterum extitisse monasterium discimus ex Symeone Logotheta in Theophilo num. XXVI. Anno, inquit, imperii Theophili duodecimo absolutum est Xenodochium, quod Theophili nunc vocant. Illud porro fuerat antea ædes Isidori Patricii, qui cum Olybrio Constantinopolim venerat Constantino M. imperante, multisque deinceps annis Imperatorio fisco addicta, nobilium fœminarum scortis vacantium habitatio. Leone autem Isauro imperante, in Xenodochium cessit: deinde Constantini Irenes filii, posteaquam a matre excæcatus fuerat, domus extitit: quo fatis functo, ejus uxor monachicam vitam amplexa, ex ea monasterium confecit, quod τὰ Μετάνοια appellavit.

LXVI. MONOCASTANUM monasterium, in quo quidam Mysticus affectati imperii reus monachus attonsus est, memorat Scylitzes pag. 625. E. R. sed an in urbe extiterit, non tradit.

LXVI. MYRELÆI, τὰ Μυρελαίου, monasterium ædificavit, vel certe de novo instauravit, Romanus Lacapenus Imperator, ut auctor est Scylitzes pag. 631. E. R. ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ νεοργηθείσῃ μονῇ τῶ Μυρελαίου, & in eo sepultus est. Idem Scylitzes: καὶ Ρωμανὸς ὁ τούτου πατὴρ ἀπέτισε τὸ χρεών, καὶ ἐν τῷ Μυρελαίῳ θάπτεται. Leo Grammaticus pag. 510. E. R. in monasterio quod illius erat, seu quod condiderat, depositum Lacapeni corpus tradit: Καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει διακομισθὲν, ἐν τῇ αὐτοῦ ἀπετέθη μονῇ· *Corpusque ejus in urbem elatum, in illius monasterio depositum est.* In eo etiam sepulta Theodora ejusdem Lacapeni uxor. Scylitzes: Θεοδώρα ἡ Θεοδώρα ἡ σύμβιος Ρωμανοῦ, καὶ θάπτεται ἐν τῷ Μυρελαίῳ. De eodem monasterio Anonymus Combefisianus in eodem Lacapeno num. XI. Ἀπετέθη ἐν τῇ τοῦ βασιλέως Ρωμανοῦ μονῇ, ἤτοι εἰς τὸ Μυρελαιον. Idem Anonymus Combef. in eodem Lacapeno num. IX. ait ipsum domum suam in monasterium mutasse, ubi de Theodora: Καὶ κατετέθη τὸ σῶμα αὐτῆς ἐν τῷ οἰκῳ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως Ρωμανοῦ τῷ ὑπ' αὐτοῦ μοναστηρίου ἀνεφθέντι. Sed & in eo sepulta Helena Romani Junioris Imp. uxor, ut idem scribit in eodem Romano num. VI. Monasterium sanctimonialium fuit, siquidem tradit idem Anonymus in Romano Porphyrogeniti filio Annam sororem in Monacham tonsam in illud amandasse. Sed & cum Isaacius Comnenus purpuram deposuisset, illius uxor Ecatherina cum Maria filia in illud se contulit, & monasticis exercitiis se dedit, ut habet Glycas. Svidas, verbo ὠρεῖον, ait Myrelæum olim fuisse domum Crateri: πρὸ τοῦ οἴκου τοῦ Κρατεροῦ, ὃς νῦν ἐστὶ τοῦ Μυρελαίου. Quod vero Glycas monasterium, Scylitzes pag. 812. E. R. Palatium Myrelæi appellat. Sed an Myrelæum domus extiterit quo loco fuit βῆμα τοῦ σοφιστοῦ Κρατεροῦ, in quod lusit Julianus Ægyptius lib. IV. Anthol. cap. XXIII. non omnino constat. Ut ut sit, Myrelæi templum extitisse ait Gyllius lib. III. cap. VIII. *in Clivo supra hortorum Blanchæ nuncupatorum olim portum Theodosiacum continentem extremam partem ad ortum Solis pertinentem.* Illius etiam meminit hisce vernaculis Thevetus lib. XIX. Cosmogr. cap. III. *Au lieu appellé Chrysocamaron, qui signifie Voute dorée, située derriere la place appellée Myreleon, y avoit une petite beste d'or pur élevée, du nom de la quelle le lieu fut appellé ainsi, & l'image de Iesus-Christ y fust portraite, qui fust desrobée du temps de Cesar Bardas.* Binos hac appellatione locos, vel potius ædes Constantinopoli extitisse observat Codinus pag. 54. E. R. nominisque originem sic recitat: Εἰς τὰ δύο Μυρέλαια μύρα ἔρρει, καὶ ἰάματα πολλὰ ἐγίνετο ὑπὸ τῆς Θεοτόκου, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθησαν· *In duobus illis locis quæ vocantur Myrelæa, unguenta scaturibant, & sanationes multæ fiebant a Deipara, unde etiam nomen obtinuerunt.* Alter fortasse ille fuerit, qui Xenodochium Myrelæi appellatus fuit, nisi id nominis acceperit, quod Myrelæi monasterio proximus fuerit. Laudatur enim a Lambecio lib. VI. Commentar. de Cæsarea Bibliotheca, Ρωμανοῦ Καθολικὸν τοῦ Θεοῦ ἁγίας καὶ μεγάλης ἐκκλησίας Πρωτοκλήτου τοῦ Βασιλικοῦ ξενῶνος τοῦ Μυρελαίου, καὶ περιδόξου. Pone Myrelæum, ὅπισθεν τοῦ Μυρελαίου, Chrysocameram stetisse ait idem Codinus, de qua suo loco.

Edit. Paris. pag. 160.

LXVIII. MYROCERATUM, Μυροκέρατον, monasterium fuit ædificatum sub Mauricio, sic appellatum, quod in eo suspensum esset cornu olei quo Propheta Samuel Reges Judæorum inunxit. Ita Origines Constantinop. ineditæ, ex quibus emendandus Codinus pag. 6. E. R. qui μυροκέρατον habet, & ἐν τοῖς χρόνοις Μαρκιανοῦ, pro Μαυρικίου.

LXIX. NEONIS monasterii, μονῆς Νεῶνος, Hegumenus Eleutherius, cum aliis Urbis Hegumenis, Concilio Constantinopolitano sub Mena interfuit.

LXX. NOVUM MONASTERIUM, Νέα μονὴ dictum, in quo uxorem & filiastres Mauricii, post illius cædem, a Phoca tyranno inclusas narrant scriptores: ita Codinus pag. 60. E. R. At Theophanes inclusas in domo privata ait, quam Λέοντος, seu *Leonis* nomine appellatam auctor est.

LXXI. OLYMPII monasterium, cujus Abbas Hypatius subscripsit Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda. Ejusdem vero monasterii Abbas Stephanus interfuit Concilio Constantinopolitano sub Mena act. I. cum cæteris Urbis Abbatibus.

LXXII. OPÆNÆ monasterii, meminit Pachymeres lib. XIII. cap. VIII. MS. Regii, ubi describit incendium, quod in urbe accidit mense

Sept. anno Christi MCCCIV. Οἱ ἀπὸ τῆς πύλης τῆς Κωπηγῶν λεγομένης, μέχρι καὶ τοῦ Ωπαΐνης ἱεροῦ φροντιστηρίου, καὶ μέσον τῆς ἑκατέρωθεν λόφων, τῶν ὑπωρειαν ἐκείνων καταφκημένοι, &c. *Qui a porta Cynegorum dicta usque ad sacrum Opænæ monasterium, & medium utrinque adjacentium Collium, & clivum illum incolentes*, &c. Aliter prorsus hæc habentur apud Possinum lib. XIII. cap. X.

LXXIII. PALÆOLOGORUM monasterii meminit idem Pachymeres lib X. cap. XII.

LXXIV. PATRIARCHII Constantinopolitani oratoria. In Concilio Constantinopolitano VIII. act. VIII. memoratur Anastasius φρεσβύτερος καὶ μοναχὸς τῆς Δικτηρίων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει Δια-κόνων Πατριαρχείων.

LXXV. PICRIDII monasterium, quod τὰ Πικριδίου vocat, habet Leo Grammaticus in Leone Philosopho pag. 481. E. R. conditum a Picridio Cubiculario, qui sub Irene Atheniensi Augusta, Leonis Chazari uxore, vixit, ut scribit Codinus pag. 57. E. R.

LXXVI. PROCOPIÆ monasterium, μονὴν τὴν καλουμένην Προκοπίας, exstruxit Procopia, Michaelis Rhangabe Imp. uxor. Codinus pag. 57. E. R.

LXXVII. PROCOPIÆ monasterium sanctimonialium condidere Justinus Thrax Imp. & Euphemia illius uxor, in quo & ipse Justinus humatus fuit. Ita Codin. p. 60. E. R. Cedrenus pag. 366. E. R. Monasterium Augustæ illud vocat, quo loco ait Justinum in eo humatum: Ἐτελεύτησεν Ἰουστῖνος, καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν μονῇ τῆς Αὐγούστης, ἐν λάρνακι φρασίνῃ, μετὰ τῆς γυναικὸς Εὐφημίας· *Obiit Justinus, positumque fuit illius corpus in Monasterio Augustæ, in sepulchro viridi, cum uxore Euphemia.* Vide supra n. XII.

LXXVIII. PROCOPII monasterium, a Procopia Augusta Michaelis Rhangabe uxore ædificatum tradunt Origines Constantinop. ined. Η κελεμένη μονὴ τὰ Προκοπίου εἰς τὰ Παλατίτζια, ἐκτίσθη παρὰ [Προκοπίας Δεσποίνης θυγατρὸς τοῦ Νικηφόρου τοῦ Σελεύκου, καὶ γυναικὸς Μιχαὴλ τοῦ Ραγγαβᾶ, τοῦ αὐτοῦ Κυροπαλάτου· ἔκτισε παλάτια μικρὰ καὶ περικαλλῆ· διὰ ταῦτα οὖν ἐκλήθησαν Παλατίτζια. *Monasterium Procopii nomine appellatum versus. Palatiola exstruxit Procopia Augusta filia Nicephori Seleuceni, & uxor Michaelis Rhangabe. Exstruxit vero ibidem parva Palatia perpulchra, & ideo appellata sunt Palatiola.*

LXXIX. Monasterii εἰς τὰ ΨΑΜΑΘΙΟΥ, in Urbe, meminit Symeon Logotheta in Alexandro num. 1. in quo humatum Euthymium Patriarcham tradit. Forte sic nuncupatum, quod ad portam ejusdem nomenclaturæ excitatum fuerit, de qua egimus lib. I.

LXXX PSARELÆI monasterium, antea Myrodonis appellabatur. Illud autem Ψαρελαίου nuncupavit Copronymus, illudens Monachis, quod *psarelæum* comederent, id est *pisces cum oleo*: est enim ψάρι *piscis*, uti pluribus docet Meursius. Ita Codinus pag. 54 E. R. at Origines Constantinop. ineditæ paulo aliter: Τὸ Ψαρίλαιον, φράτερον ἐκαλεῖτο Μυρίλαιον, μονὴ οὖσα· καὶ γνωρίσαι αὐτὸ τὸ ὄνομα, εἶπεν ὁ βασιλεὺς, ἵνα ἀκούσῃ Ψαρίλαιον ὅπερ ἐνύβριζε τοὺς μοναχοὺς ὁ Κοπρώνυμος, καὶ ἔφαγον ἐκεῖσε. *Edit. Paris. pag. 161.*

LXXXI. PSOMATHEI, τοῦ Ψωμαθίου, monasterii meminit Porphyrogenitus de Adm. Imp. cap. XLIII. Ita autem appellatum videtur, quod steterit ad Portam Psamati, vel Psamateam, ubi non modo Palatium & Gerocomium ab Helena Constantini Magni matre exstructum scribit Codinus pag. 38. E. R. sed & monasterium τὰ Γάτειμα nuncupatum, quod innui a Porphyrogenito censuerim. Μονὴ τῆς Ψαμαθίου dicitur Leoni Grammatico in Alexandro pag. 487. E. R. diciturque in urbe fuisse. Vide Codinum pag. 55. E. R. ex Originibus Constantinop. pag. 55.

LXXXII. RABULÆ monasterium exstruxit S. Rabula Episcopus Edessenus, cujus festum agunt Græci XIX. Febr. Anastasio imperante, & peculiam suppeditante, ut est in Menæis, & apud Cytheræum ἐν βίοις ἁγίων.

LXXXIII. ROMANORUM, seu Ρωμαίων, tria in urbe fuisse monasteria, docent subscriptiones Concilii Constantinopolitani sub Mena, in quo subscribunt cum aliis Constantinopolitanis Abbatibus Paulus ἡγούμενος τῆς μονῆς τ Ρωμαίων, Anastasius ἡγούμενος μονῆς τῶν Ρωμαίων, & Stephanus ἡγούμενος μονῆς τῶν Ρωμαίων πλησίον τοῦ ἁγίου Συκῶν, quorum postremum proinde fuit in Sycæna Regione. Horum alterum extitit in Petrio; subscribit enim Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda Jacobus Archimandrita μονῆς τῶν Ρωμαίων τῆς ἐν τῷ Πετρίῳ. Monasterii Romanorum in Rufinianis meminit præterea idem Concilium Constantinopolitanum sub Mena; ut S. Stephani, quod *Romanorum* dictum scribit Georgius in Vita S. Theodori Syceotæ n. CXV. quod illi assignatum fuit ad habitandum, cum Constantinopolim venit.

LXXXIV. ROMANI, Ρωμαίου monasterium, exstructum ab Aimone Patricio Romano, quo loco habitabat, Leone Macela imperante, scribit Codinus pag. 57. E. R.

LXXXV. SAMUELIS καὶ τὸν Σκύθλα monasterii Abbas Paulus Concilio Constantinopolitano sub Mena interfuit cum cæteris Urbis Abbatibus.

LXXXVI. SAMUELIS in *Sycis*, seu in Regione Sycæna, τοῦ Σαμουὴλ ἐν Συκαῖς, monasterii Abbas Helias subscripsit Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda.

LXXXVII. SEVERI ædem sacram, τὰ Σεβήρου dictam, ut & Gerocomium in domo propria excitavit Severus Patricius frater adoptivus Constantis Imperatoris, qui in Sicilia obiit. Codinus pag. 53. E. R.

LXXXVIII. SICELLORUM, τῆς Σικέλων, monasterium, in quo humatus Stephanus Patr. Constantinop. Basilii Macedonis filius, ut est apud Leonem Gramm. pag. 475. E. R. De situ non constat.

LXXXIX. SMARAGDI monasterium, a Smaragdo Patricio & Duce, qui Tiberio Thrace imperante, illud ubi habitabat ædificavit, appellationem sumpsit, ut est apud Codinum pag. 62. E. R.

XC. SPONDÆI monasterium, in quo Menæa 1. Junii ajunt diem festum celebrari SS. Martyrum Hermyli & Stratonici, juxta Orphanotrophium stetit: Τιμᾶται δὲ ἡ αὐτῆς σύναξις ἐν τῷ Δικτηρίῳ οἴκῳ τοῦ Ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ ἐν τῇ Ὀξείᾳ, καὶ ἐν Φιρμουτόλει, καὶ ἐν τοῖς Σπουδαίου πλησίον τοῦ Ὀρφανοτροφείου. Nescio an diversum a monasterio Σπουδῶν, de quo mox.

XCI. ΣΠΟΥΔΗΣ, seu *Festinationis*, monasterium ab Anna Leonis Isauri Imp. conjuge ædificatum est. Nominis rationem hanc prodit Codinus p. 53. E. R. cum uterum ferret, & ex Blachernis rediens pariendi necessitate urgeretur, in domum cujusdam Protospatharii divertit, ibique peperit. Hanc postmodum in monasterium mutavit, & ob acceleratum partum, Σπουδίῳ appellari statuit.

XCII. SYRORUM monasterii, τῆς Σύρων μονῆς, Abbas Cyriacus, cum cæteris Urbis Abbatibus, subscribit in Concilio Constantinopolitano sub Mena. Subscripsit etiam Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda.

XCIII. THEODORI Ægyptii monasterii Abbas Sophronius subscripsit Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda.

XCIV. THEODORI in Petrio monasterii, μονῆς τῆς Θεοδώρου ἐν τῇ Πέτρᾳ, Joannes Abbas, cum cæteris Urbis Abbatibus, subscribit in Concilio Constantinopolitano sub Mena.

XCV. THEODORI, seu τῆς Θεοδώρου, monasterii alterius Dorotheus Abbas Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda subscripsit. Interfuit etiam ejusdem monasterii Abbas Marcus Concilio sub Mena.

XCVI. THEODORI monasterii, μονῆς Θεοδώρου,

γώρυ, Abbas Joannes eidem Synodo interfuit.

XCVII. THEODOTI monasterii, μονῆς τῆς Θεοδότου, Hegumenus Zoilus subscripsit Libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda. Interfuit etiam cum cæteris Hegumenis Urbis, Concilio Constantinopolitano sub Mena. *Edit. Paris. pag. 162.*

XCVIII. THEOPHANONIS, Martinacii filiæ, primæ Leonis Philosophi Imperatoris conjugis, ædes ab ipso Leone exstructa, in qua & illius corpus deposuit, uti narrant Leo Grammaticus, Symeon Logotheta num. v. Scylitzes, & Zonaras. Locum designat idem Zonaras prope ædem SS. Apostolorum: Τιμῶν δὲ τὸν αρώτον αὐτοῦ γαμετὴν τὴν μακαρίαν Θεοφανὼ, τέμενος ἀνήγειρεν εἰς ὄνομα ἐκείνης ἐγγὺς τοῦ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ναοῦ, ἐν ᾧ καὶ τὸ τεκρὸν αὐτῆς κατέθετο. Similia habet Anonymus Combefisianus in eodem Leone n. XVIII. At Codinus non tam ædem sacram, quam μνημοδέσιον, *monumentum* fuisse innuit: sed suo more peccat, cum, ut pleraque urbis ædificia, hanc ædem Constantino Magno adscribit. Ubi enim de æde SS. Apostolorum, ad quam Theophanonis monumentum erectum a Leone: Τὸ δὲ μνημοδέσιον τῆς ἁγίας Θεοφανὼ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐποίησε. Paulo rectius pag. 63. ubi & situm indicat: Τῷ ἁγίαν Θεοφανὼ, τῷ ὄσαν ἐξωθεν τῆς παλαιᾶς κόγχης τῆς μνημοδεσιῶν βασιλικῶν εἰς τὸν ἁγίων Ἀποστόλων, ἀνήγειρε Κωνσταντῖνος ὁ φιλότος Πορφυρογέννητος, ὁ υἱὸς Λέοντος τοῦ σοφοῦ. Ita quam Anonymus & Zonaras ædem Leoni, Codinus Constantino filio tribuit, ut & Origines Constantin. ineditæ. Vide Lambecium ad eundem Codin. p. 205. E. R.

XCIX. THEOPHOBIÆ monaster. a Theophobo Michaelis Balbi genero nomen sumpsit: cum enim socer genero caput amputari jussit, illius corpus ὑφὲ τοῦ Βυκολέοντος ἐξάγοντες λαθραίως διέσωσαν πλησίον τοῦ Νάρσου, ἐν τῇ λεγομένῃ νῦν μονῇ τῆς Θεοφοβίας καὶ τοῦτο ἐκεῖσε κατέθηκαν, *per Bucoleontem clam subducentes in monasterium Theophobiæ nunc dictum Narsetis ædi vicinum deportaverunt, & illud ibidem deposuerunt*. Verba sunt Leonis Grammatici pag. 456. E. R.

C. THEOREROS. Chronicon Andreæ Danduli MS. circa an. MCCXV. *Rodoaldus Prior S. Danielis de Venetiis pro visitatione Ecclesiæ sibi commissæ Constantinopolim pergens, de Græcorum Ecclesia nominata Theoreros, corpus Joannis Martyris, qui apud Cæsaream sub Diocletiano passus est, abstulit, & rediens in suo monasterio collocavit.* Ita scriptum in Cod. Bibl. Reg. ubi nescio an legendum *Theotocos*.

CI. TZAUTZÆ, τὸ Τζαύτζε, monasterium exstruxit Stylianus Tzautza Magister, Leonis Philosophi Imperatoris socer. Codinus p. 63. E. R.

CII. VENANTII, seu μονῆς λεγομένης Βενατίου, Pantoleon Abbas subscripsit libello Monachorum ad Synodum sub Hormisda.

CIII. XYLINITÆ monasterium condidit Nicetas Magister, Leone Isauro imperante, a quo capite mulctatus etiam fuit in Sphendone Hippodromi, ut scribit Codinus pag. 61. E. R. ex Orig. CP. ineditis, qui fœminarum fuisse ait, quæ soleis ligneis loco calceorum utebantur, unde nomen, inquit. Sed in omnibus fallitur, neque enim Nicetas monasterii conditor decollatus est, nec ipsum monasterium a soleis ligneis nomen accepit, sed ab ipso Niceta, cui Xylinitæ cognomen erat. Rem ita narrat Leo Grammaticus in Basilio pag. 472. E. R. Νικήτα (ita legendum pro Νικήτα.) δὲ τοῦ ἐπὶ τῆς Τραπέζης τοῦ Ξυλινίτα καθηγουμένου ὡς φιλουμένου παρὰ τῆς Αὐγούστης, τοῦτον ὁ βασιλεὺς ἀποκείρας, μοναχὸν ἐποίησεν· ὃς ἐπὶ Λέοντος βασιλέως γέγονεν Οἰκονόμος ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ τελευτήσας τέθαπται ἐν τῇ μονῇ ἣν αὐτὸς κατεσκεύασεν. *Niceta autem Mensæ Præposito, cognomento Xylinita* (Xilinitæ filio) *quod ab Augusta adamaretur delato, illum Imperator detonsum monachum fecit: qui sub Leone Imperatore Oeconomi in Magna Ecclesia dignitatem gessit, & vita functus in monasterio ab eo constructo depositus est.* Xylinitæ meminit Theoph. p. 335. E. R.

CIV. Supersunt denique etiamnum hoc quo scribimus anno Ecclesiæ Græcis permissæ CP. I. Ecclesia *S. Georgii εἰς τὸ διπλοφάναρο*, Patriarchæ CP. sedes, in quo visitur pars media columnæ marmoreæ, ad quam flagellatum Christum ferunt. In ea etiam servantur reliquiæ seu corpora S. Theophanis Martyris, S. Euphemiæ Martyris Chalcedonensis, & S. Salomonæ Machabæorum septem fratrum matris. II. Ecclesia *S. Georgii* ad Turrim. III. *S. Georgii* Hierosolymitani. IV. *Deiparæ* in Saraio Walachiæ. V. *Deiparæ* in Platea *Mouchlio*. VI. *Deiparæ* ad supradictæ latus. VII. *S. Georgii* in platea *d'Oignon*. VIII. *Deiparæ du Baigle*. IX. *S. Nicolai* ad Portam Lignariam. X. *S. Demetrii* Agiorassari. XI. *Deiparæ* Eghri porta. XII. *Deiparæ* ad portam Hadrianopolitanam. XIII. *S. Georgii* versus Castellum septem Turrium XIV. *S. Constantini* de Caramanio. XV. *S. Carpes* Psomathia. XVI. *Deiparæ* ad sex marmora. XVII. *Deiparæ* Coubule. XVIII. *Deiparæ* Saraii Bogdaniæ. In supradicta Deiparæ Ecclesia, quam Bailii vocant nu. VIII. extat imago ejusdem Deiparæ, quæ cum a nescio quo Æthiope pulsata fuisset, sanguinem emisit, cujus miraculi memoriam celebrant Græci I. Dominica Quadragesimæ.

In Castro Galatensi prostant etiamnum Ecclesiæ Græcis addictæ septem. I. *Christos Cremasmenos*, Jesu Christi crucifixi. II. *Deiparæ* Cafatiani, sic nuncupata, quod in ea extet imago D. Virginis huc per miraculum Casa allata, & ad putei marginem qui ibi visitur, constitit. III. *S. Nicolai* ad portam Χριζὶ χατιοί. IV. *S. Demetrii*. V. *Christos σάμποσάτικε*, id est ad hortos. VI. *S. Joannis* combusti *χαμίτος*. VII. *S. Demetrii* ad Cassumbascia.

Armenis concessæ Ecclesiæ Constantinopoli. I. *Deiparæ* ad Ulanca. II. *S. Michaelis* de Galata. *pag. 163.* III. *S. Georgii* Sulumonastir, id est monasterium aquaticum.

Galatæ. I. *S. Georgii* Illuminatoris, seu Armenii.

Ecclesiæ Latinorum Galatæ. I. *S. Francisci* Franciscanorum ædificata post Cretam a Turcis expugnatam. II. *S. Petri* Dominicanorum, de quo Stewartius tom. VII. Canisii pag. 535. III. *S. Benedicti* Patrum Societatis Jesu.

IX.

XENODOCHIA.

XENODOCHIA, Ptochodochia, Nosocomia, Brephotrophia, Lobotrophia, Gerontocomia, & cæteræ hujusmodi ædes, quas Gregorius Nazianzenus in Oratione habita in Concilio Constantinop. extrema, οἴκους φιλοξένους & φιλοχείους vocat, magno numero fuere in urbe Constantinopolitana, quod, ut cæteros præteream, testatur auctor Vitæ Joannis Acacii: *Ἐν ᾗ παίδων τροφαὶ καὶ παιδεία κατὰ νόμον Χριστιανοῖς πάτριον, καὶ ξένων ὑποδοχαὶ, καὶ θεραπεῖαι ἀνδρῶν ἀλλογῶν κατὰ τὰς δαιμασίας μάλιστα διατάξεις τῶν ἱερῶν μαθητῶν, ἐν ᾗ παντοδαπαὶ δι' ἔτους τῶν ὡρῶν τροσόδοι, ἑορταί τε καὶ πανηγύρεις, καὶ θυμηδίαι σύρουσαί τινα τοῖς πένησι τὴν ψυχαγωγίαν. In qua puerorum educationes & institutiones secundum Christianorum patrium ritum, & peregrinorum susceptiones, & curationes hominum sanctorum, juxta admiranda præsertim statuta sanctorum Discipulorum, in quibus omnimodo per omnes anni tempestates, reditus, festaque & conventus, & animi delectationes pauperibus consolationem afferentes.*

I. XENODOCHIUM in Urbis tractu Deutero nuncupato habent Menæa ad x. Junii, in quo quidem Xenodochio extitit ædes sacra S. Timotheo Martyri.

II. XENODOCHIUM EUBULI, ita appellatum ab Eubulo illius conditore, quem duodecim Senatoribus, quos Roma Byzantium adduxit Constantinus Magnus, accenset Glycas, quippe nonnulla alia ædificia ædificasse dicitur. At Codinus pagin. 50. Edit. R. ait τὰ Εὐβού-

λω, ab Eubulo Patricio condita, Justino Thrace imperante, ubi erat illius domus: ubi de Xenodochio isto locutum Codinum evincunt quæ paulo ante de Xenodochio Sampsonis scribit. Extitit autem Xenodochium istud haud procul a Magna Ecclesia, quod colligitur ex incendio, quod accidit sub Justiniano in seditione Victoriatorum, quo una cum æde Sophiana, Zeuxippo, æde S. Irenes, & Xenodochio S. Sampsonis conflagravit ὁ ξενὼν τῦ Εὐβύλυ, ut est apud auctorem Chronici Alexandrini, Zonaram, & Cedrenum, cujus verba sunt: ἐ οἱ ξενῶνες, ὅτι Σαμψὼν, καὶ ὁ Εὐβύλυ μετὰ τῶν ἀῤῥώστων. Meminit idem Cedrenus, & Zonaras in Justino Thrace, cujusdam Pauli ξενοδόχυ τῦ Εὐβύλου Patriarchæ Antiocheni.

III. XENODOCHIUM S. JOANNIS, Ελεήμονος, ut par est credere, memorat Willelmus Tyrius libr. XXII. cap. XII. *Accedentes præterea ad Xenodochium, quod dicebatur sancti Joannis, quotquot in eo repererunt languidos, gladio peremerunt.* Habentur in Gestis Dei per Francos, & tom. IV. Histor. Francor. pagg. 626. 687. 691. 697. 698. aliquot Epistolæ *Petri Alemanni sancti Joannis Constantinop. Hospitalis Prioris*, qui in alia, *P. Frater Hierosolymit. Hospitalis & Prior B. Joannis Constantinop.* inscribitur; unde patet hac tempestate, hoc est Manuele Comneno imperante, Fratribus, seu Militibus Hospitalis Hierosolymitani concessum fuisse Xenodochium istud ab eodem Augusto, qui Latinorum gentem semper coluit. In eo postmodum humatum Matthæum Monmorenciacum, nobilem Gallum, tradit Villharduinus num. CIV. *Et fu enterrez en une Yglise de Monseignor saint Jeban de l'Hospital de Hierusalem.*

IV. XENODOCHIUM τῦ ΚΡΑΛΗ memorat inscriptio Codici MS. Dioscoridis in Cæsarea Bibliotheca adscripta, apud Petrum Lambecium lib. II. Commentar. de Bibl. Cæsar. cap. VII. Τὸ παρὸν βιβλίον, τὸν Διοσκορίδην παντάπασι παλαιοδίητα καὶ χαλεπεύοντα τελεῖν ὀφθαλμῶσι, διέσωσεν ὁ Χορτασμένος Ἰωάννης φροντιδῖ καὶ ἐξόδῳ τῦ τιμιωτάτυ ἐν μοναχοῖς κυρίυ Ναθαναὴλ νοσοκόμυ τῶν καθ' ἁγυχάντος ἐν τῷ ξενῶνι τῦ Κράλη, ἔτους ςϡβδ'. id est anno Mundi VI MDCCCCXIV. Christi MCCCCVI. ex quibus a Rege quodam Serviæ, ac illius sumptibus ædificatum colligitur: *Crales* enim appellatos, id est Reges, seu Principes notissimum est.

V. XENODOCHIUM LYBIS, de quo ubi de æde Deiparæ Lybis dicta.

VI. XENODOCHIUM ἐν τῷ Μαβριανῦ excitasse Romanum Lacapenum Imper. auctor est Anonymus Combefisianus num. XLIV. ubi forte scribendum Μανριανῦ.

VII. XENODOCHIUM MYRELÆI, de quo quædam attigimus, ubi de æde sacra Myrelæi.

VIII. XENODOCHIUM NARSETIS appellatum, a Narsete qui a Phoca tyranno vivus crematus est, ædificatum narrat Zonaras p. 65. E. R. Οὗτος ὁ Ναρσῆς τὸν τῦ ἁγίυ Παντελεήμονος ναὸν ἱδρύσατο, ἐ τῶν ἁγίων Πρόβυ καὶ Ανδρονίκου, καὶ τὸν ἐκεῖ ξενῶνα. *Narses sancti Panteleemonis templum ædificavit, & SS. Probi & Andronici, & adjacens ibi Xenodochium.* Quis iste Narses, & quot istius nomenclaturæ occurrant viri illustres apud scriptores, docet Petavius libr. VIII. Rationarii Temp. cap. X. *Edit. Paris. pag. 164.*

IX. XENODOCHIUM, SAMPSONIS nomine appellatum, exstruxerat olim Sampson, vir pietate perinde ac generis nobilitate conspicuus, utpote Patricius Romanus, inter ædem Sophianam & ædem Irenes, quod postmodum in seditione Victoriatorum incendio absumptum, longe magnificentiori structura restituit, auxitque, & amplis reditibus locupletavit Justinianus: ita Procopius lib. I. de Ædif. cap. III. Metaphrastes, ut & Codinus pag. 50 E. R. Menologia & Synaxaria ad XXVII. Junii, quo S. Sampsonis memoria recolitur, tradunt Justinianum, cum insanabili pene morbo laboraret, a S. Sampsone adhuc vivo curatum, illiusque rogatu Xenodochium erexisse. Synaxaria: Καὶ τὸν βασιλέα Ιυστινιανὸν ἀνιάτῳ πάθει περιπεσόντα ἰλάσθη ὁ ἅγιος, ἐκ τύτυ ὁ βασιλεὺς ὑπεραγασθεὶς, τῷ ἀρετῷ τε ἀνδρὸς, καὶ σέβας αὐτῷ ἀπονέμων, τὸν μέγιστον οἶκον καὶ περιβόητον δι' αὐτῦ ἀνεγείρας ξενῶνα κατεσκεύασε. *Et Imperatorem Justinianum insanabili laborantem morbo sanavit, qua re Imperator viri virtutem admiratus, honoremque illi tribuens, maxima & celebri domo per ipsum excitata, Xenodochium in ea constituit.* Similia habent Origines CP. ineditæ parte II. Hanc narrationem improbat Baronius in Notis ad Martyrologium, putatque longe antiquiorem Justiniano fuisse S. Sampsonem, quod de eo verba faciens, ita scribat Procopius: ἀνήρ τις θεοσεβὴς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Σαμψὼν ὄνομα, *vir quidam pius, qui superioribus annis floruit, nomine Sampson.* Deinde Justinianus ipse in Novella LIX. & CXXXI. ubi de Sampsone, tanquam longe ante obiisset, loquitur: ὁ τῆς ὁσίας μνήμης Σαμψὼν, *sanctæ memoriæ Sampson.* Aliter tamen videtur doctissimo Alemanno in Notis ad Procopii Histor. Arcanam, ubi contendit non omnino absurdum existimare vixisse S. Sampsonem sub initia Principatus Justiniani, aut sane sub Justino. Et vero Xenodochium Sampsonis in seditione Victoriatorum igne fuisse absumptum testatur præter Procopium, Theophanem pagg. 154. 157. E. R. Cedrenum & alios, auctor Chronici Alexandrini, qui ea tempestate amplissimum fuisse ait, licet contra existimarit Alemannus: Καὶ ξενὼν τοῦ Σαμψὼν ὁ μέγας ἐκαύθη, καὶ ἀπόλωντο οἱ ἐν αὐτῷ ἀναγκαῖοι ἄῤῥωστοι, *& Xenodochium amplum Sampsonis conflagravit, unaque periere qui in eo erant infirmi.* Reparatum autem & reædificatum a Justiniano haud diu postea stetit: siquidem ann. XXXVII. ejusdem Augusti rursum arsit, etsi postmodum reædificatum constet. Theophanes pag. 203. E. R. & ex eo Cedrenus: Τῷ λζ'. ἔτει γέγονεν ἐμφασμὸς, καὶ ἐκαύθη τελέως ὁ ξενὼν τὸ Σαμψὼν, *anno XXXVI. factum est incendium, & conflagravit omnino Xenodochium Sampsonis.* Huic præfuit Menas antequam dignitatem Patriarchalem consequeretur, eodem Justiniano imperante, qui ξενοδόχος τ Σαμψὼν dicitur Nicephoro CP. in Patriarchis CP. & Cedreno pag. 371. E. R. Liberatus Diaconus cap. XXI. *Fuit iste Menas Præpositus Xenodochii majoris, quod vocatur Sampson, genere Alexandrinus.* Extat apud Innocentium III. PP. libr. XIII. Epist. XVII. qua confirmat Præceptori & Fratribus Hospitalis S. Sampsonis Constantinopolitani donationem castelli, quod Garelis nuncupatur, factam ab Henrico Imperatore CP. Meminit etiam istius Xenodochii Jacobus a Vitriaco in Histor. Occident. cap. XXIX. *Quemadmodum sunt hospitalia sancti Spiritus in Romana Urbe, & sancti Sampsonis in Constantinopolitana civitate, & Beati Antonii in ipso capite, & Beatæ Mariæ Ronsciovallis in introitu Hispaniæ, & alia quædam Deo grata, & pauperibus peregrinis seu infirmis valde necessaria.*

X. XENODOCHIA bina, Xenodochio Sampsonis opposita, ædificavit Justinianus ἐν ταῖς Ισιδώρυ τε καὶ Αρκαδίυ καλυμέναις οἰκίαις, *in ædibus Isidori atque Arcadii*, Theodora Augusta sociam navante operam, ut habet Procopius lib. I. de Ædif. cap II. Utrum vero Isidorus iste fuerit Isidorus frater Eubuli, cujus nomine extitit Xenodochium, de quo Codinus p. 50. E. R. non omnino constat; etsi ab eo conditum Xenodochium Isidori nomine appellatum videatur innuere.

XI. XENODOCHIA *ad stadium*, locum prope mare ita nuncupatum, quod ludis olim ac certaminibus destinatus fuisset, amplissima ædificavit Justinianus, τοῖς τὰ τοιαῦτα παλαιπωρεῖτος ἐπὶ χαρᾷ γενησόμενα καταλυτήρια, ubi

commode hospitarentur, qui eo inopiæ redacti essent, ut tradit Procopius lib. 1. de Ædif. cap. XI.

XII. XENODOCHIUM THEOPHILI condidit Theophilus Imperator eo loco ubi antea erat Lupanar. Zonaras pag. 118. E. R. Καὶ ξενῶνα μέγιστον εἰς ὄνομα οἰκεῖον ἀπήγαγεν ἐν τόπῳ οὗ πρότερον ἦν ἑταιρεσῶν καταγώγιον, *& Xenodochium amplissimum in suum nomen excitavit in loco ubi prius erat meretricum diversorium*. Scylitzes pag. 517. E. R. Καὶ πόρναις ἀπιλάσας ἐξ οἰκημάτων τινῶν, ἃ καθάρας ὅλον τὸ οἶκον ἐκεῖνον, ξενῶνα ποιοῦσι τῷ ἐκεῖνος προσηγορίαν φέροντα, κάλλει τε κάλλιστον ἅμα μέγιστον κατεσκεύασεν, ὅπερ ἐστὶν ἄρτι γυναικεῖον μοναστήριον. *Meretricibus ex quibusdam ædibus ejectis, totaque hac purgata domo, Xenodochium fecit, cui nomen suum imposuit, insigni amplitudine atque pulchritudine, quod nuper in sanctimonialium monasterium versum est*. Adde Leonem Grammaticum pag. 456. E. R. Continuatorem Theophanis lib. III. num. VIII. & Symeonem Logothetam nu. XXVI. Extitit in eo lupanari publico, antequam in Xenodochium mutaretur a Theophilo, insignis Veneris statua, quam prætergressa non signati floris mulier pudendum cogebatur ostendere. Rem narrat Codinus, qui Xenodochium istud τῆς Θεοφίλου appellat. *Edit. Paris. pag. 165.*

XIII. XENODOCHIUM in veteri Petrio, εἰς τὸ παλαιὸν Πετρίου, ab Irene Constantini Porphyrogeniti Imperatoris uxore ædificatum auctor est Anonymus Combefisianus in ejusdem Constantini vita num. XL.

XIV. NOSOCOMIUM, cum augustum esset, novis ædificiis adauxit Constantinus Porphyrogenitus, ut scribit idem Anonymus Combefisianus in illius vita num. XVIII. Vide supra lib. II. ubi de Zeugmate.

XV. NOSOCOMIUM ad templum SS. XL. Martyrum, ex ædibus regiis quas excitarat Andronicus tyrannus, confecit Isaacius Angelus Imp. uti narrat Nicetas in Isaac. lib. III. nu. VII. Μετέβαλε δὲ εἰς νοσοκομεῖον καὶ τὰς βασιλικὰς δόμους, οὓς κατὰ τὸν νεὼν τῆς τεσσαράκοντα Μαρτύρων ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος ἐδομήσατο. *Motibus, Xenodochia labefactata sunt, & Androne urbi obversi, in quos ab olim qui aut morbo sacro laborabant, aut lepra erant infecti, sese recipiebant. Hæc ædificia rursum instauravit Imperator*. Vide Cujacium ad Novellam VII. Justiniani.

XVI. NOSOCOMIUM ex domo quæ τοῦ Μεγάλου Δρουγγαρείου dicebatur, ab ipso possessore empta, confecit Isaacius Angelus Imperator, uti habet Nicetas in Isaac. lib. III. nu. VII.

XVII. LOBOTROPHIUM ZOTICI a Justino & Sophia AA. exædificatum fuisse annotat Codinus pag. 45. E. R. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν ὅσιον Ζωτικὸν, καὶ ἐτύπωσαν ἀναπαύεσθαι τοὺς λωβοὺς ἐκεῖσε, καὶ σιτηρέσιον λαμβάνειν· *Similiter & sanctum Zoticum, & statuerunt ibi mutilatos, quibus & alimenta præbuerunt*. Addunt Origines Constantinopol. ineditæ: παρέσχετο δὲ Ζωτικὸς ὁ Πρωτοβεστιάριος αὐτὸ τοῖς κτίσμασιν. Et infra pagin. 58. καὶ ὁ ὅσιος Ζωτικὸς ὁ ἐν τοῖς λωβοῖς. Zoticus autem ille, cujus festum agunt Græci ult. Decemb. primus Orphanotrophi officium inveniisse dicitur in L. XXXV. quæ est Leonis & Anthemii Cod. de Episcopis & Clericis. Hunc sub Constantino Magno Roma Byzantium veniisse ajunt, primumque ædificasse Lobotrophium πέραν τοῦ Βυζαντίου ἐν τῷ ὄρει καὶ τὸν τότε καιρὸν Ἐλαιῶν λεγομένῳ, (cujus quidem suburbani Byzantini meminit Socrates) eoque extincto, Constantium Imperatorem suis sumptibus præclarum Lobotrophium excitasse. Lobotrophium vero ex terræ motu labefactatum restauravit Romanus Argyrus Imp. Scylitzes pag. 732. E. R. Καὶ τὸ λωβοτροφεῖον. καὶ τὸ ὀρφανοτροφεῖον, καὶ πάντας τοὺς κακῶς παθόντας ξενῶνας ἀπὸ τοῦ σεισμοῦ ἀνεποιήσατο, ubi Goarus *domum Leprosorum* interpretatur: quomodo etiam λωβοὶ dicuntur in Synaxariis ad ult. Decembris. His consentit Zonaras in Argyro pag. 185. E. R. Σεισμῶν δὲ γενομένων, ξενῶνές τε κακῶς διετέθησαν, καὶ οἱ ἀντίπορθμοι τῆς Βυζαντίδος ἀνδρῶνες, οἳ διατητήριον ἐκ πάλαι τοῖς τὰ σώματα λελωβημένοις ἐκ τῆς νόσου ἦσαν ἱερᾶς, καὶ τοῖς λελεπρωμένοις τετάχατο· ἀλλὰ δὴ τούτους ὁ βασιλεὺς ἀνεκαίνισε· *Factis vero terræ*

A *motibus, Xenodochia labefactata sunt, & Androne urbi obversi, in quos ab olim qui aut morbo sacro laborabant, aut lepra erant infecti, sese recipiebant. Hæc ædificia rursum instauravit Imperator*. Vide Cujacium ad Novellam VII. Justiniani.

XVIII. BREPHOTROPHIUM, quod definitur a Juliano Antecessore Constit. VII. *locus venerabilis, in quo infantes aluntur*, extitisse Constantinopoli innuunt Lex XIX. XXII. Cod. de Sacros. Eccl. & tit. de Episcopis eod. Cod. & Novella Justiniani septima: in quo forte fuit Monasterium sancti Philippi, de quo supra egimus.

XIX. ORPHANOTROPHIUM, *locum venerabilem, in quo parentibus orbati pueri pascuntur*, uti a Juliano Antecessore definitur, a Justino Juniore & Sophia AA. ædificatum scribit ex Originibus Constantinopol. ineditis Codinus pagg. 45. 58. E. R. Sed ante Justinum Orphanotrophium Constantinop. extitisse evincit L. XXXV. Cod. de Episcopis & Cleric. Ex qua docemur præterea Zoticum quendam, cujus memoriam agunt Menæa ult. Decemb. fuisse primum illius Curatorem, sub Orphanotrophi nomine, qui primus hujusmodi officium inveniisse dicitur, cui postea successerit Nicon. A Romano Argyro instauratum scribit Scylitzes p. 732. E. R. ac demum ab Alexio Comneno Anna filia l. XV. p. 482. E. R. qui locum Monachorum & Monacharum cellulis auxit, Scholas Grammaticæ, in quibus pupilli & pauperum liberi erudirentur statuit: denique Gerontocomiorum, vel Xenodochiorum quæ hactenus deserta erant, reditus omnes novosque insuper attribuit, uti Zonaras & Glycas commemorant. Ex æde porro S. Pauli, quæ in ea stabat Urbis regione, quæ vergit ad Acropolim, ad quam inædificatum Orphanotrophium scribit Anna, perspicue patet illud esse Orphanotrophium intra quod stetit ædes S. Pauli, de qua supra egimus.

XX. GERONTOCOMIUM, inquit Julianus Antecessor, est *locus venerabilis, in quo pauperes & propter senectutem solam infirmi homines curabantur*. Vide L. XXII. XXIII. Cod. de Sacros. Eccl. Varia autem extitere Constantinopoli γηροκομεῖα, seu γεροντοκομεῖα, vel γηροτροφεῖα, nam totidem fere nominibus donantur passim a scriptoribus. Constantinus Manasses de Tiberio Thrace Imp. pag. 134. 1. edit.

Καὶ τῆς καμινόντων πρὸ λυγρῷ καὶ πολυπόνῳ γήρᾳ
Οἴκους ἀνήγειρε πολλούς, καὶ πενητοτροφεῖα.

XXI. GEROCOMIUM τὸ εἰς τὰ Ἀρματίου, in Armatii tractu, excitavit Stephanus Cubicularius Mauricii Imp. anno post illius excessum duodecimo, ut habet Codinus pagin. 47. E. R. Stephani istius memoriam agunt Græci XXVII. Febr. Maximus Cytheræus in Vitis SS. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ὅσιος Στέφανος ὁ συστησάμενος τὸ γηροκομεῖον τῆς Ἀρματίου ἐν εἰρήνῃ τελευτᾷ. *Eodem die S. Stephanus, qui Gerocomium in locis Harmatii constituit, in pace obdormivit*. *pag. 168.*

XXII. GEROCOMIUM, ut & Palatia ἐν τῷ Ἰαμάδι, sanctam Helenam exstruxisse tradunt Origines Constant. ineditæ, & Codin. p. 38. E. R.

XXIII. GEROCOMIUM aliud a Marciano & Pulcheria conditum habet eodem loco Codinus, qui ab Artabasda, qui Constantino Copronymo imperante tyrannidem arripuit, multis possessionibus ditatum fuisse ait, quod domus ejus ibi sita esset.

XXIV. GEROCOMIUM & XENODOCHIUM, τὰ Ναρσοῦ dictum, exstruxit Narses Patricius & Præpositus, qui Justiniano imperante floruit in domo propria, ut habet Cod. p. 52. E. R. Loci τὰ Ναρσοῦ dicti meminit Leo Gram. in Theophilo p. 456. E. R. cui vicinum fuisse Theophobiæ monaster. ait. Neque, opinor, diversus a Domo Narsetis, quam ann. VI. Justini Junioris a Narsete Cubiculario & Protospathario, ejusdem Justini fido & amico ædificatum scribit Theophanes p. 206. E. R. & ex eo Cedrenus p. 390. E. R. Exti-

σι τῷ οἰκίαν Ναρσοῦ, καὶ μονὴν τῶν Καθαρῶν. *Domum Narsetis appellatam conſtruxit, & monaſterium Catharorum.* Narſetis iſtius elogium & apologiam perſtrinxit Baron. ann. DLXVIII. nu. IX. & ſeqq.

XXV. GEROCOMIUM *Geragbatæ*, τὰ Γηραγάθη, conditum fuit ab Agatha Petri Patricii filia, quæ Geragatha dicta eſt, quod virginitatem uſque ad ſenectutem illæſam ſervaſſet. Vide Codinum pag. 47. E. R. & Thevetum lib. XIX. Coſmograph. cap. III. pag. 829.

XXVI. GEROTROPHIA intra monaſterii Manganici ſepta ædificaſſe Conſtantinum Monomachum auctor eſt Scylitzes pag. 790. E. R.

XXVII. GEROCOMIUM ex Theophylacti Patriarchæ ſtabulis, quæ vicina erant Magnæ Eccleſiæ, confeciſſe Conſtantinum Porphyrogenitum ſcribit in illius Vita Anonymus Combefiſianus num. XIX.

XXVIII. GEROCOMIUM, & templum τὰ Καριανῆ appellata ædificavit Mauricius Imper. in loco ubi erat Domus Cariani Patricii. Codin. pag. 48. E. R. Vide Tractum Dexiocratis.

XXIX. GEROCOMIUM, τὰ Φλωριντίου dictum, a Florentino & Duce Antiochiæ, qui vixit ſub Arcadio, in domo propria exſtructum ſcribit Codinus pag. 53. E. R. ex Originibus Conſtantinop. ineditis.

XXX. GEROCOMIUM, ut & templum τὰ Δεξιοκράτους dicta, ædificata a Dexiocrate Patricio qui Theodoſio Juniore imperante vixit, in domo propria auctor eſt idem Codinus pag. 48. E. R.

XXXI. GEROCOMIUM, τὰ Σεβήρου dictum, condidit Severus Patricius frater adoptivus Conſtantis Imper. qui in Sicilia occiſus eſt. Vide Codinum.

XXXII. GEROCOMIUM, τὰ Ἀνθημίου dictum. Vide T. S. Thomæ Anthemii dictum.

XXXIII. GEROCOMIUM, ſeu ἡ Κύφη Γηροκομεῖον, τῷ ἐκεῖσε ἑταιρείᾳ ἐκδιοχθέντων, factum a Leone Philoſopho Imperatore, ut eſt apud Anonymum Combefiſianum num. XXIII.

XXXIV. PTOCHOTROPHIUM, apud Julianum Anteceſſorem, eſt *locus venerabilis, In quo pauperes & infirmi homines paſcuntur.* Hujuſmodi ædes complures, quas πτωχοτροφεῖα appellat, ædificatas a Tiberio Thrace Imper. auctor eſt Conſtantinus Manaſſes. Πτωχοτρόφου cujuſdam meminit Chronicon Alexandrinum in Heraclio pag. 874. E. R. τὰ πτωχοτροφεῖα intra monaſterii Manganici ſepta exſtruxiſſe Conſtantinum Monomachum Imp. tradit Scylitzes pag. 790. E. R.

XXXV. PANDOCHEUM in ardua Portus Sophiarum parte excitavit Iſaacius Angelus Imperator, ubi antea erat Domus Iſaacii Sebaſtocratoris. Nicetas in Iſaac. lib. III. nu. VII. Καὶ τὸν ἐπὶ τὸ καταντικὺ τῷ λιμένι τῆς Σοφιῶν ἱερὸν Ἰσαακίου τοῦ Σεβαστοκράτορος εἰς πανδοχεῖον μετασκευάσας, ἀνδρῶν μὲν ἑκατὸν παρέθηκε τραπέζαις, καὶ κλίναις ἰσομέτροις, τοσαυταρίθμων δὲ ὑποζυγίων ἱππῶναι ἀρίστοις, ᾗ εἰσιόντο καθ' ἑκάστην οἱ παραβάλλοντες, ἄτερ καταδίσεως ἀργυρίου ἐφ' ἡμέρας πλείοσι. *Domum Iſaacii Sebaſtocratoris in ardua parte Sophiarum Portus ſitam, in Pandocheum transformavit, ubi centum viri cibum capere, totidem lectis cubare, & totidem equi ſtabulari poſſent: & qui eo veniebant, ſine pecunia diebus compluribus paſcebantur.*

X.

SUBURBANA CONSTANTINOPOLIS.

Edit. pariſ. pag. 167.

I. STENUM, Στενὸν, appellarunt primum Græci totum iſtud maris fretum quod Byzantium inter & Pontum interjacet, quod trecentis plus minus ſtadiis in longitudinem patet. Zozimus libr. II. pag. 686. Μῆκος δὲ ἔχει τὸ στενὸν τοῦτο μέχρι τοῦ Πόντου σταδίων περὶ πεντακοσίων. Ita non ſemel uſurpant ſcriptores. Palladius in vita Chryſoſtomi pag. 32. διαπλεύσαντες τὸ κατὰ τὸν Αἰγῶνα πέλαγος, καὶ τὰ στενά, *trajicientes Ægeum mare & Freta.* Theophanes ann. I. Philippici: Τῶν δὲ Βουλγάρων διὰ τοῦ Φιλία λάθρα ἐπὶ τὸ στενὸν καταφθάντων, — καὶ μέχρι τῆς πόλεως ἐλαμβάνοντο, &c. Quæ ſic vertit Paulus Diaconus libr. XX. Hiſtor. Miſc. *Bulgares per Aphilea in Anguſtum incidentes, & magna cæde uſque ad urbem diſcurrentes.* Et anno XXIII. Copronymi, ait glaciem ventorum vi ad Daphnuſiam & Hierum ἀπὸ τοῦ στενοῦ εἰς τὴν πόλιν, *per Stenum in urbem* delatam & in Propontidem. Symeon Logotheta in Armenio nu. IX. & auctor incertus poſt eundem Theophanem pag. 433. E. R. Καὶ διελθόντες πᾶσαν τὴν παραθαλαττίαν τοῦ Στενοῦ, ἕως τὴν ἄνω, πάντα τὰ ἐμπόρια κατέκαυσαν, & *omnem maritimam Steni regionem percurrentes, eamque quæ ſupra eſt, omnia emporia ſuccenderunt.* Ita Nicephorus CP. pag. 76. & 112. I. edit. πορθμὸν Στενῆ, & τὸ Στενὸν πόρον, Pachymeres lib. II. cap. XXI. Τὰ Στενὰ τοῦ Βοσπόρου, vocant. Boſpori vero latitudo inter Promontorium Byzantinum & Damalicum, quatuor ſtadiorum eſſe dicitur Philoſtrato lib. I. Εἰκόνων pag. 749. Atque inde Στενὸν pro ipſo *Steni* littore interdum uſurpatum legimus, apud Leonem Grammaticum in Conſtantino Porphyrogenito pagin. 497. 498. 507. Τό τε γὰρ Στενὸν λεγόμενον ἐνέπρησαν, *Stenum enim ita dictum ſuccenderunt.* Hinc etiam monaſteria & ædificia aliquot legimus ædificata ἐν Στενῷ, monaſterium ſcilicet in quo humatus fuit Patriarcha Taraſius, & monaſterium & Hippodromum S. Mamantis apud Zonaram, Scylitzem & Glycam, & κατὰ τὸ δυτικὸν μέρος τοῦ Στενοῦ, id eſt ad littus Europæanum; in Novella quadam apud Balſamonem in can. XII. Syn. VII. Proinde Europæanum illud littus, a capite Portus Ceratini, ubi exſtitit monaſterium S. Mamantis, ad oſtia Ponti Euxini, *Stenum* dictum fuit: qua quidem nomenclatura donatur is potiſſimum maritimus tractus, qui ſupra Galatam, ad Freti caput urbi objacet, cui *Judæariæ* nomen tribuit Villharduinus nu. LXXIII. quod ibi Judæi domicilia ſua haberent: *Enſi ſe herbergierent la nuit devant la tor & en la Juërie, que l'en appelle le Stanor, où il avoit mult bonne ville, & mult riche.* Nam ex quo ſub Theodoſio urbe exacti fuere Judæi, domicilia ſua in ea habere deinceps vetiti ſunt, & in Steno illa fixere. Beniaminus Judæus in Itinerario pagin. 31. I. edition. *Nulli Judæi*, inquit, *intra urbem habitant.* Et infra pagin. 32. *Locus in quo habitant, Pera dicitur.* Quod vero *le Stanor*, pro *le Stenon* dicitur Villharduino, *le Stenayre* nuncupatur a Raimundo Montanerio in Hiſt. Regum Aragon. cap. CCCXXV. Teſtatur præterea Nicetas in Andronico libr. I. numer. VI. Judæorum ſepulturas (ut & hodie) ἐν τῷ περαίᾳ extitiſſe. Ita ab Henrico II. Rege Angliæ facultatem datam Judæis habendi cœmeteria in ſingulis Angliæ civitatibus extra muros, tradunt Rogerus Hovedenus & Bromptonus ann. MCLXXVII. Balſamon denique in Nomocanone ſcribit Judæos, nullos alios agnoviſſe judices, quam στρατηγὸν τοῦ Στενοῦ,

donec Manuel Comnenus ordinariis illos subdidit. Denique a Steno Stenitas dictos nautas, qui supra Stenum *Chelandia* seu alia navigia ducebant, auctor est Porphyrogenitus de Adm. Imp. cap. v.

II. PERÆAM vero, seu Πραίαν, appellabant iidem Græci littus Sinus Ceratini, quod urbi obversabatur: hinc Castellum Galatinum situm fuisse dicitur κατὰ τὴν Πραίαν. Gregoras lib. IV. pag. 56. Ἐπολιόρκει φρούριον τὸ κατὰ τὴν Πραίαν τοῦ Γαλάτα ἐπικαλούμενον φρούριον: *Castellum Galatæ nuncupatum ad ulteriorem ripam situm oppugnavit*. Et Pachymeres lib. II. cap. XXXV. Τετραν δὲ καταπτικρὺ τῆς Πραίας παρὰ μόνον τὸ τοῦ Γαλατᾶ φρούριον, ἀσφαλὲς ἐδοκίμαζε κατοικίζειν· *Postmodum securius existimavit illos e regione Perææ castrum Galatæ habitare*. Et mox: Κατὰ τὴν πρὸς δύσιν Πραίαν πρὸς τῷ Γαλατᾷ, &c. Et lib. V. cap. X. Ἠσφαλίζετο δὲ καὶ τοὺς ἐπὶ τὰ Πραίας Γενουΐτας, ὡς μὴ συνεπιθῶνται: *A Genuensibus, qui ad ulteriorem ripam erant* (in castello scilicet Galatino) *ne simul aggrederentur, cautiones exegit*. Locus vero, ubi Judæorum erant sepulchra, supra Galatam, ad caput Sinus Ceratini, Πραία dicitur Nicetæ in Andronico lib. I. nu. VI. Ἐς τὴν Πραίαν, ἣ τοῖς Ἰουδαίοις εἰς ταφὴν ἀποτέτμηται· *In ulteriorem ripam, quæ Judæorum sepulchris addicta est*, &c. Nempe hæc Πραία nomenclaturas varias sortiebatur juxta varios adjacentes pagos. Hinc Πραία Πικριδίου occurrit apud eundem Nicetam in Manuele lib. I. nu. V. Τὴν Πραίαν ἀναυλιζόμενος, ἥτις τοῦ Πικριδίου καλουμένου· *Dum in Peræa, quæ Picridii appellatur, castra haberet*. Πραία καὶ τὸν διπλοῦν χίονα, seu Διπλοχιόνιον, in Isaac. lib. III. n. VIII. extremo, & in Alexio lib. III. n. IX. Universim vero Πραία urbis dicitur Pachymeri lib. XI. cap. XXI. Ὥστε κεῖσθαι τὴν Πραίαν τῆς Βυζαντίδος, ὃ δὴ λέγεται, ἐρημίαν· *Ita ut ripa Byzantio objecta, Scytharum, ut dicitur, esset solitudo*. Denique ἀντιπορθμὸς τῇ ἐν Πραίᾳ nuncupatur Nicetæ loco laudato in Alexio.

Edit. Paris. pag. 168.

III. ANTIPERA etiam non semel appellatur ripa Sinus Ceratini urbi objecta. Auctor Chronici Alexandrini p. 774. E.R. ait Justinianum ædificasse τὴν γέφυραν, δι' ἧς δυνατόν τινι τὴν πορείαν ποιεῖσθαι ἀπὸ τῆς Ἀντιπέρας εἰς τὴν παυδάκαιονα, *pontem, per quem eunti ab opposito littore Constantinopolim transire liceret*. Pons autem ille est, quem Barbyzæ fluvio supra caput Sinus Ceratini, in quem evolvitur, imposuit. Et apud Theophanem Constantinus Pogonatus ann. I. quosdam rebelles ἐφούρκισεν Ἀντίπερα ἐν Συκαῖς, *patibulo affixit in opposito littore in Sycis*, id est in castello Galatino. Ita apud Nicetam in Andronico lib. I. n. VI. duos Sebastianos fratres εἰς τὴν Ἀντιπέραν ἀναρτᾷ τοῦ πορθμοῦ, ὃς κικλίσκεται Πέραμα, *in opposito Sinus Ceratini, qui Peræma dicitur, littore* suspendit. Sed & Zonaras in Michaele Balbo pag. 111. castrum Galatinum in *Antipera* statuit, ut Socrates lib. II. cap. XXX. Sycas ἀντιπέρασθεν τῆς πόλεως, *ex adverso urbis*. ita porro Zonaras: Ἐς τοῦτο δ' ἦκεν ἀπορίας ὁ Μιχαὴλ, ὡς σιδηρᾶν ἐκτεῖναι σειρᾶν ἐξ Ἀκροπόλεως εἰς τὸ κατ' ἀντιπέραν τολίχνιον· *Ad hanc vero redactus est angustiam Michael, ut catenam ferream ab Acropoli, in opposidulum e regione situm extendere necesse habuerit*. Et Gregoras lib. IV. p. 79. E.R. Διὰ τοῦτο ἔφισιν ἀντιπέραν περὶ τὸν τοῦ Γαλάτα τόπον ἀπονέμει χώρων εἰς οἴκησιν· *Eaque de causa in adverso urbi littore circa Galatæ locum in habitationem eis concessit*. Vide Symeonem Logothetam in Leone Armeno n. IX. Ita ἀντιπραίων pro eo, quod Asiatico opponitur, littore usurpat Pachymeres lib. XI. cap. XVI. ut Theophanes in Leone Isauro an. I. vocem ἀντιπρᾶν, pro *in Thraciam transire*. Interdum tamen contraria prorsus ratione ἀντιπέρα sumitur apud scriptores, scilicet pro Asiatico littore, quod *Peræ*, seu *Perææ* obversatur. Nam apud Nicephorum Constantinopolitanum pag. 231. I. edit. & Scylitzem in Romano Diogene, Herium Palatium, quod ad littus Asiaticum urbi oppositum extitit, εἰς τὸν ἀντιπέραν situitur. Procopius lib. I. de Ædif. cap. V. Anaplo, seu Europæano Anapli littori, κατὰ τὸν ἀντιπέρας λιμένα opponit. Et cap. XI. Portum Eutropii, qui Herii Portui vicinus fuit, ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ pariter collocat. Chronicon Alexandrinum ann. V. Heraclii pariter Ἀντιπέραν Asiaticum littus vocat. Denique Anonymus Chronographus laudatus a Lambecio ad Codinum p. 139. E. R. statuam Damalis, quæ ad Promontorium Damalicum erecta fuit πρὸς τὸ Ἀντιπέραν τῆς ἀκροπόλεως Βυζαντίδος stetisse ait. Sed & ipsa Propontidis Asiaticæ littora dicuntur Polybio lib. IV. pag. 121. I. edit. & Niceteæ in Isaacio lib. III. num. X. τὰ πρὸς μέρη τοῦ Στενοῦ. Hinc Asiaticæ provinciæ περατικὰ δίματα dictæ Theophani ann. I. Nicephori Generalis. Unde forte περατικοὶ dicti quidam Orientales hæretici, quorum meminit VI. Synodus act. XI. ut apud Josephum & Hegesippum quidam Niger, *Pereates* appellatur, quod ex provincia trans Jordanem fluvium oriundus esset, ut observat Cornelius Gualtherus ad eundem Hegesippum lib. III. cap. III. Gloss. Lat. Gr. *transfluminales*, περατικοί.

XI.

PALATIA SUBURBANA.

I. CONstantinopolim non commendabant modo situs, & utriusque maris Ægei & Euxini vicinia & opportunitas, sed & amœnissima Propontidis, Anapli & Asiæ littora, distincta variis subinde Palatiis, suburbanis, viridariis, ædificiis, & templis. Manuel Chrysoloras de veteris ac novæ Romæ Comparatione pag. 120. Τί δὲ περὶ τὴν προαστείων, τῷ μὲν μεγέθει ἡμερῶν ὁδὸν οὐκ ὀλίγων διατεινόντων, τῷ δὲ κάλλει καὶ τῇ χρείᾳ, καὶ τῇ κατασκευῇ ἐπὶ τῆς Πόλεως κατὰ πᾶν εἶδος ἀμιλλωμένων; ἀπὸ γὰρ Ἀβύδου καὶ Σηστοῦ, καὶ Ἑλλησπόντου μέχρι Θρᾳκίου Βοσπόρου, καὶ ἱερῶν, καὶ Κυανέων, εἴτε ἀπὸ τῆς Ἀσίας, εἴτε ἀπὸ τῆς Εὐρώπης κύκλῳ τοῦ Προποντίδος, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ Κυκλάδας τῇ πόλει νήσους, καὶ τὸ κράτος τοῦ λιμένος, καὶ ὅσοι ἀνωθεν μέχρι Φάρου περιφύσι, συνεχῆ προάστια ἦν τῇ πόλει· ὧν εἴτις τοὺς ναοὺς καὶ τὰς οἰκοδομὰς βούλοιτο καταλέγειν, ἰσορρόπει ἂν καὶ ταύτῃ οὐ σμικρὰν ἀναγκάζοιτο συγγράφειν, &c. *Quid de Suburbanis, quæ, si magnitudinem spectes, aliquot dierum itinere extra urbem protenduntur: si pulcritudinem, commoditatem, & apparatum, cum ædificiis urbanis quovis genere certant? Nam inde ab Abydo & Sesto, & Hellesponto, usque ad Bosporum Thracium, & fana, insulasque Cyaneas, sive ab Europæ, sive ab Asiæ latere Propontidis ambitum, ejusque insulas circa urbem sitas, tum etiam Cornu Portus, & quidquid inde ad Pharum usque protenditur, quis circuiverit, continua huic urbi suburbana erant: quorum templa & ædificia si quis enumerare vellet, illi historia & ea quidem non parva texenda esset*. Quæ quidem ita complexus est Albertus Aquensis lib. II. cap. II. *Cessit tandem Dux & cæteri comprimores Imperatoris voluntati, & pag. 169. motis tentoriis per palatia & turritas domos, quæ spatium triginta milliarium in littore maris comprehendunt, hospitati sunt cum omni exercitu Christianorum*. Palatiorum istorum suburbanorum meminit etiam Willelmus Tyrius lib. II. cap. VI. *In Palatiis quæ super littora Bosphori erant plurima hospitaturi*. Sed hæc duntaxat Anapli, & Propontidis Palatia spectant: erant autem perinde magnificæ ædes aliæ, & sacræ ac prophanæ in Asiatico littore, quod ἀντιπέρας appellatione vulgo donant scriptores Byzantini, ut Ἀνάπλου littus aliud vocabant, quod ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι τὸν Εὔξεινον Πόντον occurrit, ait Procopius lib. I. de Ædif. cap. VIII. Utrique porro littori inædificata Palatia & Suburbana auctor est idem Procopius lib. 4. de Ædif. cap. IX. & in Historia Arcana, quo loco ait Justinianum ad tantam processisse prodigalitatem, ut quasi se & uxorem Palatium non

caperet, in quo deceſſores Cæſares diutius verſati fuerant, in ædificiis maritimis & ſuburbanis magnifice extruendis, immanes ſumptus & pecunias profunderet: Καί τοι ἐς οἰκοδομίας θαλασσίους τε, καὶ ἀνοήτους ἄλλας μέγεθος χρημάτων ὑδενὶ λόγῳ φοίτο, πανταχόθι τῆς φρασείων ἐπιτειχώμενος, ὥσπερ τῆς βασιλείων αὐτὸς ὁ χορύττων, ἐν οἷς δὴ ἅπαντες οἱ φρότερον βεβασιλακότες ἄγαθὸν ἔσαει ὕθλον. Quibus quidem verbis non modo Palatiorum ſtructuram carpit ſed ædium etiam ſacrarum, quæ ἐν τοῖς τῇδε φρασείοις Ιουστινιανῷ δεδημιούργηται βασιλεῖ, *in ipſis Suburbanis a Juſtiniano ædificatæ ſunt*, ut ait idem ſcriptor lib. I. de Ædif. cap. X. ubi etſi ædes ſacras a Juſtiniano in ejuſmodi Suburbanis Anapli & Aſiatici littoris excitatas paſſim recenſeat, neutiquam tamen Palatiorum inibi exſtructorum meminit. Neque porro unicus in ædificandis & exornandis Suburbanis curam impendit Juſtinianus, ſed & alii fere Auguſti omnes; quod præ cæteris teſtatur Themiſtius orat. VI. Theodoſio M. dicta pag. 162. Ἀπολαύει δὲ καὶ τὰ φρούρια τῆς περὶ τὸ ἄστυ φιλοτιμίας, χέρσῳ τε θαλάσσης ἐπιούσης, καὶ διάπλων ἀμίκτως, νέων πορθμῶν χειρωσαμένων. *Quin etiam in ipſa Suburbana urbis ambitio ac magnificentia redundat, inducto ibidem in terram mari, & navale ſpectaculum manufactis novis fretis præbentibus.* Ædium quæ *Palatii nomine nuncupabantur* variis in provinciis meminit Lex 11. Cod. Th. Ne quis in Palatiis maneat. Sed hiſce in primis ſubſtructionibus ſuburbanis plus ſolito indulſit Baſilius Macedo, ut auctor eſt in illius vita Porphyrogenitus: quemadmodum & Manuel Comnenus, qui, ut ait Choniates lib. VII. n. III. in Freto Propontidis ædificia, in quibus Imperatores propter aeris temperiem, æſtatem exigere ſolebant, ut olim Perſarum Reges Suſis atque Ecbatanis, ædificavit & exornavit: Ἀλλὰ καὶ τὰς πλησίας τῆς κατὰ τὸν πορθμὸν τῆς Προποντίδος λαμπρῶν οἰκοδομιῶν, ἐν αἷς οἱ βασιλῆς Ρωμαίων διαίζυσι, τὰς διαίτας μεταδιώκοντες, ὡς οἱ πάλαι κρατοῦντες Περσῶν τὰ Σοῦσά τε καὶ Ἐκβάτανα, ἔτος ἀνύγηρι καὶ πρὸς κόσμον ὑπεξῃρε πλείονα. Eadem pene magnificentia ac profuſione Iſaacius Angelus Imperator κατὰ τὸν Προποντίδα πολυτελεῖς δόμους ἀνύγηρε, *in Propontide ſumptuoſas ædes ædificavit*: cum & delectaretur ruſticatione, & loca ſitu & aeris temperie amœna conſectaretur, & ex intervallis in Urbem rediret: Μεταδιώκων τὰ τῆς χωρίων ἐδ' ἔχοντα, καὶ ὥρας καὶ θέσεως, ἐκ διαλημμάτων εἰς τὸν Μεγαλόπολιν ἐπανήρχετο, καὶ κατὰ περιόδους εἰς φοινίκῃ ἐπεπτάϊστο, ut eſt apud eundem Nicetam in Iſaacio lib. III. num. V. Atque hæ quidem Propontidis amœnitates, ſeu αἱ τῆς προαστείων Χάριτες, uti appellantur a Zonara in Michaele Balbo, πρὸ τῆς πόλεως ἀγλαΐαι, in Romano Lacapeno, crebrique ad Palatia ſuburbana receſſus, crebræque venationes & equitationes, Imperatorum animos fregere, molleſque & effeminatos, ac deſides reddidere. Leo Grammaticus de Alexandro Imperatore Leonis Philoſophi fratre: Αἰ τοῖς κωμητείοις, καὶ τοῖς ἔξω παλατίοις ἐχόλαζε, μηδὲ βασιλείως ἔργα διαπραττόμενος, ἀλλὰ διάγων ἐν τρυφαῖς, ἀσωτίαις καὶ μέθαις, &c. *Venatibus continuis, & per ſuburbana palatia proceſſibus vacabat, nihil Imperatore dignum faciens, ſed ſemper delitiis, luxuriæ, & ebrietatibus indulgens*, &c. Idem Nicetas in Iſaacio lib. II. n. I. Αἱ γὰρ τῆς Προποντίδος χάριτες, καὶ τὰ ἐπιτερπῆ κατ' αὐτὸν σκηνώματα, τότε κυνηγέσια καὶ ἱππάσια, ἀλυσιδῆτα οἷον τοῖς ἐς ἡμᾶς αὐτοκράτορας, οὐκ ἔξω ἐπὶ μακρὸν θηραυλεῖν, ἀλλ' ὡς ῥιψάσπιδας γενομένους ἑπιδὸν αὐτομολεῖν εἰς αὐτά. Hinc apud eundem ſcriptorem in Alex. lib. III. n. I. ſpadones aulici bellici laboris ac ſudoris perteſi, Imperatori reditum ab expeditione perſuadentes, in hæc verba exclamant: Εἴ τι ὑπὸ πλάκα Ρηγίς γενοίμεθα, καὶ Αφάμειαν διασαίμεθα, ὅπως προσπεσόντες τῷ ἱερὸν Κωνσταντινούπολιν, κἀκεῖθεν εἰς τὰ τοῦ πρὸς τῷ Πόντῳ τρυφερὰ χωρία προσαναπλεύσαιμεν, ἔνθα πραεῖά τις αὔρα βόρειος καὶ ξωγόνος προσβάλλει θαλῆς, καὶ ἰχθύες ἁλιεῖς περισκαίρουσι, καὶ δελφῖνες ἥδιστον ἀναθρώσκουσι, λάτρων τε χάριτες θελγέλωσιν ἀπαντάχῃ, καὶ ἀργύρια πλανώμενα ὕδατα ἢ θεατῶν θλάχάσι, καὶ τὰς ἀκοὰς ἢ δ' ἀήρ κλαγγῇσε περιφοιτώντων ἑτέων, κατακηλοῦσαι χελιδόνες, καὶ μιλιάζουσαι ἀηδόνες, καὶ πᾶν ἕτερον ἄλλῃ ἐ ἄλλῃ τρύζον ἐν ταῖς λόχμαις καὶ τιτυρίζον μουσικὸν πτερόν. *Utinam in Rhegii planitie eſſemus, & Aphameam cerneremus, ut ſacra Conſtantinopoli ſalutata, in Propontidis amœnitates navigaremus: quam lenes & fœcundæ Aquilonis auræ jugiter perflant, ubi piſces recentes palpitant, ubi delphines jucundiſſime ſaltant, ubi lavacra paſſim arrident, ubi limpidiorum rivulorum flexus ſpectatorem exhilarant, ubi auribus obambulantium garritus hirundinum, & cantus luſciniarum, cæterarumq; avium blandiuntur.* Similis propemodum eſt exclamatio Agathiæ πέρατ τῆς πόλεως θλίγοντας, lib. VIII. Antolog. p. 464. edit. H. Stephani, ubi deſcriptis quæ urbem circumambiunt locis amœnis, in quibus diverſabatur, cujuſmodi deſcribuntur a Niceta, Paulum Silentiarium ſic affatur: *Edit. Pariſ. pag. 170.*

Καί μοι διοσδὸς ἵμερος περικίδναται· ἠσοράαν γὰρ
Καὶ σὲ μάκαρ ποθέω, καὶ γλυκερῷ Δαμάλιν,
Ἧς με περισμύχουσι μελιδόνες· ἀλλά με θεσμοί,
Εἴργουσιν ῥαδινῆς τηλόθι Δορκαλίδος.

Et mihi duplex amor circumſpargitur: intueri enim & te beate cupio, & ſuavem Damalin, cujus me vocant curæ; ſed me leges cohibent tenera procul a Dorcalide. Conſtat præterea ex tit. Cod. Th. *Ne quis in palatiis maneat*, per omnes Imperii provincias in variis civitatibus & manſionibus palatia Principum fuiſſe.

II. Ad ejuſmodi Palatia ſuburbana PROCESSUM FACERE dicebantur Imperatores, cum ad ea ſecedebant mutandi aeris gratia, quod ſubſequente univerſo comitatu cum pompa & apparatu magnifico ex Urbe migrarent, procederentque inſtar Conſulum, majorumque magiſtratuum cum munus ſuum ineunt, qui προέρχεσθαι, & πρόοδον ποιεῖν dicuntur apud Procopium in Hiſt. Arcana, in Novella Juſtiniani CV. apud Theophilum anteceſſor. lib. II. de Rer. diviſ. & Theophanem pag. 103. E. R. Idacius in Faſtis: *Ipſo anno primum proceſſit Conſtantinopolim Præfectus urbis nomine Honoratus.* Quo loco *Conſtantinopoli* legendum perſuadet Chronicon Alexandrinum pag. 682. E. R. Αὐτῷ ἔτει εἰς πρώτους πρόεισιν εἰς Κωνσταντινούπολιν Ἔπαρχος Ρώμης ὀνόματι Ονωράτος. Ubi interpres perperam reddidit, *Conſtantinopolim venit*; nam *procedere*, ut innui, proprie dicebantur Magiſtratus, præſertim Conſules. Lactantius lib. de Mortibus perſecutor. nu. XVII. de Diocletiano Conſule: *Tredecim dies tolerare non potuit, ut Romæ potius quam Ravennæ procederet.* Claudianus in tertium Honorii Conſulatum:

Tuque o qui patrium curis æqualibus orbem
Eoo cum fratre regis, procede ſecundis
Alitibus, Phœbique novos ordire meatus.

Et in Conſulatum Manlii Theodori:

Conſul per populos, idemque graviſſimus auctor
Eloquii, duplici vita ſubnixus in ævum
Procedit, pariter libris faſtiſque legendus.

Corippus lib. IV. de Laudib. Juſtini:

—— *Proceſſumque Auguſti Conſulis optant.*

Quo pariter ſpectat in Maxentii Imp. nummo a Spanheimio Diſſ. VIII. exhibito inſcriptio: FELIX PROCESS. CONSVLAT. AVG. N. id eſt, *Felix proceſſus*, vel *proceſſio Conſulatus Auguſti noſtri*; nam & *Proceſſiones Conſulum* dixit Julianus Anteceſſor cap. CCCLIX. Gloſſ. Gr. Lat. πρόοδος, *proceſſus*, *proceſſio*. πρoχώρησις, *proceſſio*. Certe *proceſſum* diſerte habet nummus alter aureus Conſtantini Magni ab eodem Spanheimio deſcriptus, FELIX PRO-

CESSVS COS VI. AVG. Villharduinus noſter num. CXXXIX. de Balduino Flandro Imperatore creato: *Apres la grant joie del coronement, en fu menez a grant feſte & a grant proceſſion el riche Palais de Bokelyen*. Inibant autem Conſules proceſſus ſuos ἐπὶ δίφρου, ut eſt in Chronico Alexandrino anno I. Heraclii: quod & obſervare eſt ex Juvenale Sat. X. *Proceſſus* igitur & *Proceſſio* ſumuntur pro pompa, vel apparatu qui potiſſimum adhibetur in ejuſmodi proceſſionibus Magiſtratuum; unde in L. XLI. de Donat. inter virum & uxor. vox *proceſſus* videtur uſurpari pro ejuſmodi pompa & apparatu: *Imperator Antoninus conſtituit, ut ad proceſſus viri uxor ei donare poſſit*. Cum itaque Imperatores Conſtantinopolitani ex Palatio ad Magnam Eccleſiam, vel alias Urbis ædes ſacras, cum toto comitatu procedebant ſtatis feſtis diebus, quos recenſet Codinus de Offic. cap. XV. πρόοδον ποιεῖν, vel δημοσίᾳ πρόοδῳ ad Eccleſias ire, ut apud Scylitzem p. 761. E. R. dicebantur. Nicephorus Patr. Conſtantinopol. de Proceſſione Paſchali: Τῆς δὲ βασιλικῆς πρόοδου καὶ τὸ σωθὸς ἐπὶ τῶν καθολικῶν ἐκκλησίαν γενομένης, ὑπατείαν ἐπεῖπαν· *Cumque, ut Imperatorum mos eſt, in Catholicam Eccleſiam procederent, largitiones fecerunt*. Concilium Conſtantinopolitanum ſub Mena act. 4. pag. 694. edit. MDCXVIII. *In prædicto Suburbano in Collegio dominæ noſtræ Dei genitricis Mariæ, quæ jacet & locata eſt in Blachernis procenſo exiſtente Regis*. Ubi Græca quæ deſunt habuerunt προκίνσου. Atque inde Proceſſionibus Eccleſiaſticis inditum nomen, quas *Proceſſus* videtur etiam appellare Anaſtaſius Bibliothecarius in S. Agathone PP. ubi de Macario Patriarcha Antiocheno hæreſeos damnato: *Tunc interdixit pietas Auguſtalis Georgio Patriarchæ* (Conſtantinopol.) *ut minime in Eccleſia ſua ſuſciperet Macarium, vel ejus homines, interdicens ei proceſſum*; id eſt ne publice procederet, aut proceſſionem faceret. Proceſſiones Eccleſiaſticas περιπάτους appellat Codinus de offic. cap. X. n. I. Quoties igitur Imperatores ex Palatio & ex Urbe, cum univerſo comitatu ad Palatia ſuburbana divertebant, *proceſſum in iis facere* dicebantur, ſeu πρόκινσον ποιεῖν, id eſt moram agere: qua loquendi formula utuntur paſſim ſcriptores Byzantini. Chronicon Alexandrinum p. 662. E. R. de Conſtantino Magno: Καὶ διάγων ἐν Νικομηδείᾳ μητροπόλει τῆς Βιθυνίας, ποιήσας πρόκινσα ἐπὶ πολὺν χρόνον, id eſt; *diu Nicomediæ commorans*. Pag. 750. de Zenone: Ποιήσας πρόκινσον ἐν Χαλκηδόνι, ἐκεῖθεν ἐφυγε βερίδοις. Apud Theophanem Heraclius πρόκινσον πρὸς τῷ Ηρακλείαν ποιησάμενος, legatos Perſarum excepit. Cedrenus in Juſtiniano p. 375. E. R. Προκίνσου γενομένου ἐν τῷ Εβδόμῳ, ἀπόλισαν οἱ Βενιαμῖται τὸ τέμμα τοῦ βασιλέως; id eſt, *cum in Palatio Hebdomi moraretur*. Scylitzes in Romano Lacapeno: Προκίνσου δὲ γενομένου ἐν Τριβουναλίῳ, αἰφνίδιον οἱ βασιλεῖς εἰς τὸ παλάτιον ὑπορρίψιν. Leo Grammaticus in Leone Philoſopho pag. 478. E. R. Ὁ δὲ φρόκινσον ἐποίησεν εἰς τὰ Δαμιανοῦ. Meminit idem Leo p. 485. φροκίσου ἐν τῷ Δαμιανοῦ, ut φροκίνσου ἐν τῷ Τριβουναλίῳ Anonymus Combefiſianus in Romano Lacapeno n. III. Hinc *in proceſſibus commorari, degere*, apud Marcellinum Comitem: *Anaſtaſio in proceſſibus commorante*. Infra: *Anaſtaſio in proceſſibus degente*. Apud Leonem Grammaticum pag. 454. E. R. Γενομένου τοῦ βασιλέως εἰς φρόκινσον ἐν τῷ Βρύᾳ. Chronicon Alexandrinum p. 874. E. R. de Phoca: Εἰσέρχεται φωνὰς κατ' αὐτῶν τῶν ἡμέρων ἀπὸ τοῦ φροκίσου τοῦ Εβδόμου, &c. Et pag. 878. de Heraclio Juniore: Ἐτέχθη εἰς τὸ πρόκινσον Σοφιανῶν. Infra de Eudocia Auguſta: Ἐτελεύτησεν εἰς τὸ πρόκινσον Βλαχερνῶν ἡ Εὐδοκία ἡ αὐγούστη. Meminit etiam Euſtathius in Vita S. Euthymii Patr. Conſtantinop. n. XXVII. φροκίνσου ἐν Αὐρᾳ γενομένου: & n. LXVI. προκίνσου ἐν Ιακωβιανοῖς. Πρόκινσον ἔχειν Imperatorem dixit Anonymus in Martyrio S. Pharbutæ n. VI. Denique Jornandes in Zenone: *Dum proceſſibus Calchedone degeret*. Ex quibus perſpicue patet *Proceſſum* pro mora quam agebant Imperatores in Palatiis ſuburbanis ſæpe uſurpari, atque adeo pro ipſis Palatiis ſuburbanis, quomodo *proceſſiones* videntur nuncupari in Gloſſ. Gr. Lat. πρόκινσον, *ſuburbanum*, *proceſſio*. Imperatorum autem *proceſſus*, ſeu migrationes ad Palatia ſuburbana μετασήματα vocat Porphyrogenitus de Adm. Imp. cap. LI. ut & Anonymus Combefiſianus in Porphyrogenito n. XLIII. Μετασάσιμον in Romano Juniore n. V. μετασασίματα n. XLIV. μετασάσεις Luithprandus in Legatione ad Nicephorum Imp. Ἐγκυκλίους ἐπιδημίας, εἰς ἑκαστον τόπον βασιλικὸν Theodoritus, ſeu Thodorus Lector, apud Joannem Damaſcenum lib. III. de Imag. pag. 193. edit. Rom. Fiebant porro iſti Imperatorum in Suburbana proceſſus ſub Autumni tempora. Gregorius Turon. lib. V. Hiſt. cap. XXXI. de Tiberio Juſtini ſucceſſore: *Procedente autem eo ad villam, ut juxta ritum Imperialem* XXX. *diebus ad vindemiam jocundaretur*, &c. Interdum tamen *proceſſum* intra urbem faciebat Imperator, cum ſcilicet, vel in Eccleſiam, vel alio cum toto comitatu e Palatio prodibat. Ita Marcellinus Comes de Theodoſio Magno: *Dum ad Horrea publica Theodoſius proceſſum celebrat*. Nicephori ad Eccleſiam Sophianam πρόοδον deſcribit etiam Luithprandus. Si quando igitur ad Palatia ſuburbana, præſertim in maritimis tractibus exſtructa, divertere animus erat, habebant ad id parata navigia Imperatores, quæ in Sinu, ſeu Portu Ceratino, commorabantur. Hæc ἀγρόρια appellabant, forte quod iis uterentur, cum in agros vicinos, vel certe peregre ſecedebant, uti in Notis ad Alexiadem monuimus pag. 327. E. R. Erat autem ἀγρόριον Imperatoris non modo tectum, uti deſcribitur ab Anna, ſed & purpureum, vel rubeum, ac velis & aulæis ejuſdem coloris pariter inſtructum, in quo nemini eſſe licebat, præterquam Drungariis excubiarum, & rei navalis, & aliquot aliis ex præcipuis Palatii officialibus, quos Imperator deligebat. At cum iſtiuſmodi navigium haud ſatis capax eſſet, ſi Imperator cum univerſo comitatu in remotiora Palatia, εἰς μακρότερον πρόκινσον, diverteret, primus Baſilius Macedo, dromone, longiori & capaciori navigio, uſus eſt, ſubſequente altero, in quo eſſet reliquus comitatus: agrario vero cum in proxima Palatia ſeſe conferebat. Poſtmodum Leo Philoſophus dromone uſus eſt quocumque pergeret, ut comitatui ſuo gratificaretur, cui etiam ſecundum addidit, uti pluribus commemorat Porphyrogenitus de Admin. Imp. cap. LI. Βασιλικοῦ δρόμωνος meminit Nicephorus Bryennius lib. I. cap. XXII. Βασιλικῆς vero τριήρεως Nicetas in Andronico lib. II. n. XI. extremo.

Edit. Pariſ. pag. 171.

XII.

PALATIA SUBURBANA IN THRACIA.

I. PALATIUM SOPHIANARUM excitavit ad Juliani portum, extra urbem, Juſtinus Curopalates Imperator, & de nomine Sophiæ uxoris τῆς Σοφιανῶν, vel τῆς Σοφιῶν appellavit. Zonaras pag. 57. E. R. Ἦν δὲ τούτου γαμετὴ Σοφία, ἣν καὶ Αὔγουσαν ἔστεψεν, ἧς ὀνόματι καὶ τὸν λιμένα τῆς Σοφιῶν ᾠκοδόμησε, καὶ βασίλεια πρὸ τῆς πόλεως, Σοφιανὰ δι' ἐκείνων καὶ τόπον καὶ ταῦτα κατονομάσας. *Huic uxor fuit Sophia, quam & Auguſtam coronavit, cujuſque nomine & portum Sophiarum, & Palatia ante urbem ædificavit, Sophianas illius gratia & locum, & has ædes appellans*. Joeles: Ἔκτισε παλάτιον ἔξω τῆς πόλεως, καὶ λιμένα ἐν τῇ πόλει, καὶ τὸ μὲν ἐκάλεσε Σοφιανάς, τῷ δὲ Σοφίαν, εἰς ὄνομα τῆς ἑαυτοῦ γυναικός. *Extra urbem, Palatium, & in urbe portum exſtruxit; illudque Sophianas, hunc Sophiam de nomine uxoris appellavit*. Ubi legendum videtur Σοφιῶν. Infra, idem Palatium ἐν τῷ Ιουλιανοῦ λιμένι ſtatuit. Ædificari autem cœptum

anno IV. Justini auctor est Theophanes p. 205. E. R. qui & occasionem ædis condendæ sic enarrat: Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἤρξατο κτίζειν τὸ παλάτιον τῆς Σοφιανῶν ἐπ' ὀνόματι τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σοφίας, ἀφορᾶσα τὸ ἐκεῖ ταφῆναι Ἰοῦστον τὸν υἱὸν αὐτοῦ, πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι αὐτόν, ἔτι Κυροπαλάτου ὄντος αὐτοῦ, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Ἀρχαγγέλου τοῦ ἐκεῖσι, κοσμήσας αὐτὸ ὑπὸ διαφόρων πολυτίμων μαρμάρων. *Eodem anno Sophianarum Palatium cœpit exædificare de nomine uxoris Sophiæ, ea occasione captata, quod ibi Justus illius filius, priusquam Imperator factus esset, & adhuc Curopalatam ageret, in æde S. Michaeli sacra, quæ hic stat, fuisset sepultus, pretiosis vero marmoribus Palatium illud adornavit.* Illius elegantiam attigit etiam Corippus lib. IV. de Laudibus ejusdem Justini: *Edit. Paris. pag. 172.*

Inclyta præclarum duo sunt imitantia cælum
Consilio fundata Dei, venerabile Templum,
Et Sophianarum splendentia tecta novarum.

Verum confectum demum a Tiberio Justini successore videtur innuere Theophanes an. 11. Τούτῳ τῷ ἔτει ἔκτισε Τιβέριος ὁ βασιλεὺς τὸ παλάτιον ἐν τῷ Ἰουλιανῆ λιμένι, καὶ ἐπωνόμασεν αὐτὸ ἐπ' ὀνόματι Σοφίας τῆς γυναικὸς Ἰουστίνου, ἣν ἀπεκάλεσεν αὐτῷ ἐν αὐτῷ, δεδωκὼς αὐτῇ καὶ κουβικουλαρίους εἰς ὑπουργίαν αὐτῆς, &c. *Hoc ipso anno condidit Tiberius Imperator Palatium in portu Juliani, illudque de nomine Sophiæ uxoris Justini appellavit, eique ad habitandum concessit, datis ad ejus ministerium Cubiculariis, &c.* Quod ibi additur Sophiam extincto marito in illud secessisse, Zonaras pag. 59. E. R. Cedrenus pag. 393. E. R. Joeles, & Glycas pariter commemorant. Sed nescio an hoc palatium spectent, quę habet Codinus pag. 50. E. R. scribens τὰ παλαιὰ παλάτια τῆς Σοφιῶν Mauricium excitasse εἰς ὄνομα Ἀναστασίας τῆς πενθερᾶς αὐτοῦ τῆς γυναικὸς Τιβερίου, *in nomen Anastasiæ uxoris Tiberii socrus suæ*, & Heraclium illius habitatione potissimum delectatum, quod ibi olim prædictum fuisset eum aliquando imperaturum. Situm Palatii Sophianarum, quod extra urbem, ad portum Juliani extitisse tradunt supra laudati scriptores, præ cæteris graphice descripsit Agathias eo Epigrammate, quod recitat Zonaras, & quod habetur in Anthologia Gr. cum hoc lemmate, εἰς παλάτια Σοφιανῶν.

Ὀπτόθι τιμηνομένης χθονὸς ἄνδιχα πόντου ἀνοίγει
Πλαγκτὸς ἁλικλύσων πορθμὸς ἐπ' ἠϊόνων,
Χρύσεια συλείκτρῳ τὰ δ' ἀνάκτορα δῶκεν Ἀνάσσῃ
Τῇ πολυκυδίστῃ θεὸς Ἀνακτ Σοφίῃ·
Ἄξιον, ὦ Ῥώμη, μεγαλόκρατες ἀντία σεῖο
Κάλλος ἀπ' Εὐρώπης *δέρκεται εἰς Ἀσίην.

*al. δέρκεται.

Id est interprete Wolphio.

Qua resonante freto fluctus cava littora tundunt,
Et duplici pontus nomine findit humum,
Inclytus uxori celebranda palatia struxit
Rex, Sophiæ multus quam decoravit honos.
Quam bene Roma potens tua gloria constitit, unde
Europæ atque Asiæ fertilis arva patent.

Extat aliud Epigramma in eadem Anthologia lib. IV. cap. IV. cum hac inscriptione, εἰς οἶκον Σοφίας, quod quidem videtur exaratum in Sophiæ statuam, quam ad hoc palatium excitavit Julianus Prefectus Urbi:

Αὐσονίων δέσποιναν Ἰουλιανὸς πολιοῦχος
Ὡς Σοφίης μισὴν ἀνθετο τῷ Σοφίῳ.

Quæ sic vertit Feder. Morellus, qui perperam ædem S. Sophiæ hic intelligi putavit:

Ausoniæ Dominam Præfectus Julius Urbi
Ut Sophiæ plenam consecrat hic Sophiam.

Quæ quidem Sophiæ statua illa forte fuerit, quam ad Portum Sophiarum, seu Juliani, posuisse Justinum observat Cedrenus sub annum 11. ejusdem Justini. Porro palatium istud τὰς Σοφίας vocat Niceras Paphlago in Vita Ignatii Patr. CP. & Symeon Logotheta in Michaele num. 36. & in Leone Philosopho num. 1. Dicitur etiam οἶκος Σοφίας in Chronico Alexandrino in Phoca pag. 876. E. R. Σοφιαναὶ nude apud Theophanem anno XXIII. Copronymi, & anno III. Leonis Chazari: præterea in eodem Chronico Alexandrino pag. 878. E. R. quo loco tradit natum Heraclium Juniorem εἰς τὸ φρόντιστον Σοφιανῶν, *dum Heraclius Imperator in Sophianis moraretur*: quæ quidem ea quodammodo videntur spectare quæ supra ex Codino retulimus.

II. PALATIUM PEGANUM, seu ad Deiparæ ædem, quæ Πηγῆς, seu Fontis appellationem obtinuit, de qua infra agemus, primus condidit Basilius Macedo, μεταβολῆς ἕνεκα, *mutandi aeris gratia*, in quo præterea oratoria aliquot excitavit, Deiparæ bina, alia sanctis Eliæ, Elizæo, Constantino Magno, & XLII. Martyribus sacra, ut auctor est Porphyrogenitus in avi Vita cap. LX. & ex eo Scylitzes pag. 588. E. R. In illud præterea crebrius secedere, seu μετάστασιν ποιῆν, solitum Basilium, quod ab eo exstructum esset, narrat idem Porphyrogenitus lib. de Administr. Imp. cap. LI. Neque multo post, Romano Lacapeno scilicet imperante, Palatium Peganum incendio absumptisse Bulgaros narrant Anonymus Combefisianus n. VIII. Leo Grammaticus pagg. 498. 500. E. R. Zonaras, & Scylitzes p. 621. E. R. Verum denuo instauratum est, cum natum Constantinum Romani filium ἐν τοῖς τῆς Πηγῆς παλατίοις, refert idem Scylitzes pag. 642. E. R. cujus quidem Palatii meminit præterea Leo Grammaticus pag. 475. E. R. Phranzes lib. I. cap. XVIII. Historia Legationis Humberti Cardinalis ad Constantinum Monomachum, in qua *Palatium Pigi* nuncupatur, & extra urbem fuisse dicitur; denique rursum Zonaras in Nicephoro Phoca. Quippe cum ait Imperatorem ex veteri consuetudine quodam die festo Dominico processionem fecisse ad templum Peganum, non *ad supplicationes*, quod vult Wolphius, sed ut ad Palatium huic templo inædificatum *processum* institueret, seu diverteret, quod facere solebant Byzantini Augusti, vel aeris mutandi gratia, vel ut venationi cæteriisque ludicris in adjunctis lucis, quos φιλοπατίου appellatione donabant, indulgerent: Κατά τι παλαιὸν ἔθος ἐν μιᾷ τῆς διακοσίμων ἑορτῶν εἰς τὸν ἐν τῇ Πηγῇ θεῖον ναὸν πρόοδον ἐποιεῖτο ὁ βασιλεύς, &c. Id vel ipse innuit Luithprandus in Legatione; ubi de eodem Nicephoro: *His ergo tribus Hebdomadis habuit Nicephorus extra Constantinopolim* μετάστασιν, *id est stationem in loco qui dicitur* εἰς Πηγάς, *id est ad Fontes, eodemque me venire præcepit.* Neque opinor aliter intelligendus Nicephorus Gregoras lib. VIII. cum ait matrem Junioris Andronici κατὰ τὸν νεὸν τῆς ὑπεραγίας Θεομήτορος, τοῦτο μὲν δι' ἀσθένειάν τινα, τοῦτο δὲ διὰ τὸ τῷ φιλτάτῳ υἱῷ συνδιαίτησιν, *partim ob infirmitatem quandam, partim propter charissimi filii consuetudinem*, ad ædem Deiparæ ad Fontem commoratam. Præsertim vero in hoc Palatium secedebant Imperatores sub vernum tempus, quod indicat Odo de Diogilo lib. III. de Profectione Ludovici VII. Regis Franciæ in Orientem, ubi Philopatium Constantinopolitanum Pegano Palatio adjunctum describit: *In amœnitate illa quædam Palatia nimia ambitione fulgebant, quę Imperatores ad jocunditatem vernorum temporum sibi fundaverant.* A quo quidem Philopatio, Palatium Peganum Philopatii perinde appellatione donatur a Cinnamo lib. II. n. XIV. ubi ait eo secedere solitos Imperatores, vitandi urbis tumultus, & remissionis curarum causa: Ἐν δὲ τῷ καταντικρὺ τειχίων βασιλικῷ γεγονὼς ἐνδιατρίματι, ὃ Φιλοπάτιον ὀνομάζουσιν, οὐκ οἶδα εἴτε τῷ φίλῳ αἰνιττόμενοι διατριβῷ· ἄνεσιν γάρ τινα παρέχεται, ἐκ φροντίδων ἀπαλλαγῇ, τοῖς ἐκ τῆς ἀστικῶν ταράχων ἐνδάδε ἀπαλλαττομένοις, εἴτε καὶ τῷ φύλοις κομῶσαν πάντῃ δαφνίλῃ αἰνεῖσαι· ἀμφιλαφὴς γὰρ ὁ χῶρος, καὶ ἐπίχλοον ἁπανταχῇ φέρει τὸ ὠρόσωπον. *Ad Imperatorium Palatium, quod mœnibus obversum est, pervenit: Philopatium illud vocant, seu hacce appellatione gratiam illius habitationem significent, ut quæ iis qui*

pag. 173.

qui vitandi urbis tumultus causa eo secedunt, remissionem quandam animi præbeat & curarum; seu quod arboribus & virgultis consitus sit locus, herbarumque virentium ubertate passim amœnissimus. Et n. XVII. ait Ludovicum VII. Regem Franciæ, salutato Manuele Imperatore in Magno Palatio, εἰς φραγτεῖον, ὃ Φιλοπάτιον, ὠνόμασαι τοῖς πολλοῖς, *in Suburbanum, quod vulgo Philopatium appellatur* concessisse. Neque alio nomine donatur a Villharduino n. XCIII. *Et se trairent ariere a un Palais qui ere appellez au Philopas*: ut & a Nicera in Joanne n. 111. dum scribit in Philopatio commorantem Augustum a conspiratoribus fere oppressum fuisse, αὐλιζόμενον κατὰ τὸ μικρὸν ἀπόδειν τῆς Χερσαίων πυλῶν ἱππήλατον Φιλοπάτιον. Quo loco perperam Wolphius *in equestri circo Philopatio*, rectius in Isaacio lib. 11. n. IV. τὰ ἱππήλατα πεδία ἐν τοῖς Φιλοπατίοις, *patentes campos in Philopatiis* vertit. *Erat* enim, ut verbis utar Arnoldi Lubecensis lib. 11. cap. IV. *in eodem loco curia venationis latissima & planissima murata*: ut vero Odonis de Diogilo, *ambitus spatiosus & speciosus multimodam venationem includens, conductus etiam aquarum & stagna continens*: in quo *inerant etiam quædam fossa & concava, quæ loco nemorum animalibus præbebant latibula*: iis scilicet locis ubi iidem scriptores Philopatium, suppresso tamen nomine, describunt, quod τὸ πρὸς θαλασσαν λιβάδιον τῆς χρυσῆς πόρτης videtur appellare Theophanes in Leone Armenio: nam ad Auream Portam extra urbem, ut & templum Peganum, extitit, uti supra docuimus, unde τὸ ἔξω Φιλοπάτιον dicitur. Nicetæ in Alexio lib. 1. n. 11. ad discrimen τῶν ἐντὸς Φιλοπατίου, quod ad Manganorum Palatium erat. Procopius lib. 1. de Ædif. Justin. cap. 111. de loci amœnitate ita loquitur: Ἐνταῦθά ἐστι δάσος κυπαρίσσων ἀμφιλαφὴς, λειμὼν ἐν ἀπαλαῖς ταῖς ἀρούραις τεθηλὼς ἀνθεσι, παραδίδοὺς δ' ὁρῶν τὰ ὡραῖα. *In quo opacissimum est cupressetum, floribus molli solo surgentibus pratum vernat, pomis exuberat viridarium*, &c. Procopii verbis, quæ exscripsit, hæc subdit Nicephorus Callisti lib. XV. cap. XXV. Καὶ ὁ τόπος τῷ ἄερι ἐν καλῷ κείμενος· δένδρεσι μὲν παντοίοις κατάφυτος, πλατάνων δὲ τὸ πλεῖον δ' ὑγρᾶ καὶ ἀνυδρομῇ κυπαρίττων ὠραϊζόμενος· πόα σοὶ αὐτὸν ἁδαλὴς καὶ μαλακὴ περίτρεχεν· ἄνθη μὲν παντοῖα φορβεβλημένη· ἀποχρῶσα μὲν ἐν σιβάδι, ἀρίστη δὲ βοσκήμασιν ἐφημένη. *Optimum ibi est cælum, locus ipse variis consitus arboribus, platanorum proventu plurimo, & cupressorum proceritate perquam amœnus fuit. Herbam protulit mollem & copiosam, diversi generis floseulos prætendentem toris commodam, nec minus pascuis utilem.* Venationibus Augustorum potissimum addictum Philopatium exterius testatur Porphyrogenitus in Vita Basilii cap. XII. Κωνσταντίνου κατεγγελδέντος εἰς τὸ λεγόμενον Φιλοπάτιον· *Venatione indicta in loco cui Philopatium nomen est*. His consona habet Leo Grammat. in eodem Basilio pag. 470. E. R. Ὁ μὲν Ἰακωβίτζης κυνηγῶν μετὰ τοῦ Βασιλέως ἐν τῷ Φιλοπατίῳ. *Jacobitzes dum venaretur cum Imperatore in Philopatio*. In isto porro Philopatio aliquandiu commoratum, seu Palatio Philopatiano; Alexium, priusquam adepto imperio urbem ingrederetur, narrat ibidem Nicetas, qui lib. 11. n. 11. eo pariter secessisse scribit. Philopatii præterea meminit Nicephorus Bryennius lib. IV. n. XVII. Denique Leo Grammaticus pag. 503. E. R. narrat Romanum Lacapenum factis Mariæ ex filio Christophoro neptis cum Petro Bulgarorum Rege nuptiis, magnificum convivium apparasse ἐν τῷ τῆς Πηγῶν ἀποβάθρᾳ, id est, uti ego interpretor, in ipso portus, qui Palatio Pegano adjacebat, descensu, quod satis innuit Cedrenus pag. 626. E. R. quem quidem Portum *Aureæ Portæ* appellari apud Ducam cap. XXXVIII. docuimus ad Alexiadem pag. 315. E. R. Nam & ἀποβάθραν τοῦ βασιλέως vocant Anonymus Combefisianus in Lacapeno n. XXII. & Nicetas, partem illam Magni Palatii, per quam ad Novum Portum, seu Juliani descen-

Edit. Paris. pag. 174.

debat Imperator, uti pariter ibidem observatum pag. 265.

III. PALATIUM AD S. MAMANTEM, extra urbem, ad Portam, quæ Xylocirci dicebatur, insigne admodum fuit, quo Imperatores propter situs amœnitatem crebro secedebant. Tradit Chronicon Alexandrinum pag. 748. E. R. Leonem M. Imp. prodigiis quibusdam, vel etiam urbis incendio territum, πέραν εἰς τ' ἅγιον Μάμαν se contulisse, ibique fecisse λιμενάριον ἐ ἰμβολον, *portum & porticum*: unde, inquit, locus vocatur νέος ἰμβολος, *nova Porticus*. Iisdem consentanea habet Zonaras pag. 42. E. R. Addit Codinus p. 57. E. R. Leonem, dum ibi consedit, & Ecclesiam S. Mamantis, & Palatium atque Hippodromum ædificasse. In eo Palatio, ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ ἁγίου Μάμαντος, Constantinus Imp. Irenes filius nuptias celebravit, ut habent Theophanes pag. 396. E. R. & Cedrenus p. 473. E. R. A Crumo Bulgarorum Rege postmodum, Leone Armenio imperante, incensum narrat idem Theophanes pag. 427 E. R. & auctor incertus eidem subjunctus p. 432. Symeon Logotheta nu. IX. & Leo Grammaticus p. 466. E. R. Denique Michaelem Theophili filium in eodem Palatio inaugurasse a Basilio Macedone scribunt Porphyrogenitus in avi vita cap. 17. 18. 22. Zonaras p. 134. E. R. Scylitzes p. 567. E. R. Leo Grammaticus, & alii. Palatium Xylocircæ portæ appellat Leunclavius in Pand. Turc. num. CC. illudque idem esse cum eo censet, quod Ξυλᾶ οἰκήματα appellat Laonicus lib. VI. pag. 189. edit. Genevensis. Sed de situ pluribus egimus in Templo S Mamantis.

IV. PALATIUM HERACLEÆ memorarur ab Alypio, seu auctore veteris Orbis Descriptionis cap. V. Ἡράκλεια δὲ ὑπέροχον ἔργον ἔχει, καὶ θέατρον, καὶ βασιλικὸν παλάτιον, *Heraclea habet opus insigne, & theatrum, & Regium Palatium*. Illud postmodum vetustate pene defectum reædificavit Justinianus M. & aquarum copia donavit. Rem narrat Procopius lib. IV. de Ædif. cap. IX. ubi quædam habet de urbis situ.

V. PALATIA AD ARGYRAM PALUDEM, seu τὰ πρὸς τῷ Ἀργυρᾷ καλουμένῳ λίμνῃ βασίλεια, apud Annam Comnenam lib. X. Alexiad. pag. 294. E. R. eadem videntur cum Palatio S. Mamantis, quod stetit haud procul a porta, quæ vocabulo truncato *Girolimnæ* dicta est. Vide Notas nostras ad Alexiad. pag. 359 E. R.

VI. PALATIUM ARETARUM a Romano Diogene Imperatore, haud procul ab urbe, excitatum narrat Anna Comnena lib. 11. Alexiad. pag. 60. 61. E. R. διὰ τὸ τόπου εὐκρασίαν καὶ ἀέρος. *propter loci amœnitatem & aeris temperiem*. Situm vero τῆς Ἀρετῶν pluribus ibi describit.

VII. PALATIUM AD APHAMEAM memorat Nicetas in Alexio Angelo lib. II. num. III. Καὶ ὁ μὲν κατὰ τὴν Ἀφάμειαν βασιλείοις ἐνυλισάμενος, τὸ Φιλοπάτιον ἔτι καὶ κατοικίσει, *& in Palatio Ad Aphameam diversatus, postea in Philopatium rediit*. Extitit autem Philopatium ad Auream portam. Sed & lib. III. n. I. haud procul a Rhegio Aphameam statuit: Εἰ δὲ ὑπὸ πλάκα Ῥηγίου γενοίμεθα, καὶ Ἀφάμειαν διασαίμεθα, ὅπως προσείποιμεν τὴν ἱερὰν Κωνσταντινούπολιν, *utinam in Rhegii planitie essemus, & Aphameam cerneremus, ut sacram Constantinopolim salutemus*.

VIII. PALATII MELUDIANI situm sic repræsentat Nicetas in Andronico lib. II. n. II. Ἔτυχε μὲν ἐν τῷ τότε, κατὰ θεῖον, ὡς ἔοικε, μὴ παρεῖναι τοῖς ἀρχαίοις Ἀνδρόνικον, ἀλλ' ἐς ἑῷον μέρος τοῦ ἀναπλεομένου τῆς Προποντίδος πορθμοῦ περὶ τὰ Μηλιδίου κεκλημένα διατριβὴν βασίλεια. *Accidit vero, idque, ut reor, divino consilio, ut Andronicus a Palatio tum abesset, & ad orientalem partem Propontidis in Palatiis, quæ Meludii appellantur, versaretur*. Mox refert ut idem Andronicus ἐκ τοῦ Μηλιδίου κατὰ μέγα παλάτιον τριήρει βασιλικῇ, *ex Meludiano Palatio ad magnum palatium regia trireme vectus* redierit.

IX. PALATIUM THEODORÆ Im-

peratricis, in Suburbanis, incendisse Bulgaros, A Romano Lacapeno imperante, narrat Scylitzes pag. 621. E. R. Τῶν δὲ Βουλγάρων πάλιν εἰσβολὴν ποιησαμένων καὶ τὰς Ῥωμαίων χώρας, καὶ τοῖς παλατίοις τῆς βασιλίδος ἐγγισάντων Θεοδώρας, ὡς ἑώρα τὸ ἁρπαζόμενον, πυρὶ ταῦτα παρέδωσαν. *Rursum deinde Bulgari irruptione facta, usque ad Palatium Theodoræ Augustæ pervenerunt, idque nemine defendente incenderunt.* Quo loco Anonymus Combefisianus in Lacapeno n. x. & Leo Grammaticus pag. 498. E. R. habent Παλάτια τῆς ἁγίας Θεοδώρας, unde conjicere licet Theodoram Augustam, Theophili Imperatoris conjugem intelligi, quam Græci Ecclesiastico Canoni adscripsere, ob restitutam sacrarum imaginum venerationem.

Edit. Parlf. pag. 175.

XIII.

PALATIA SUBURBANA ASIATICA.

I. PALATIUM CALCHEDONENSE inter suburbana Palatia a scriptoribus recensetur. Illius præ cæteris meminit Nicephorus Constantinopolitanus in Breviar. pag. 37. 1. edit. ubi ait conditum fuisse ab Heraclio Juniore: Ἐπὶ δὲ νόσῳ χρονίᾳ Κωνσταντῖνος συνέχετο, καὶ ἀκρασίας αἵρων ἔσχεν, ἐν Καλχηδόνι διέτριβεν ἐν τῷ ὑπ' αὐτὸν κτισθέντι Παλατίῳ. *Sed Constantinus cum morbo diuturno conflictaretur, ac propter aeris temperiem Calchedone in Palatio, quod ipse construxerat, habitaret.* Illius elegantiam & amœnitatem mire prædicat Villharduinus noster n. LXVIII. *Et pristrent port devant un Palais l' Empereor Alexis, dont li leus estoit appellez Calchidoines: & fu endroit Constantinople d' autre part del bras devers la Turchie. Cil Palais fu un des plus biaux & des plus delitables que onques oël peussent esgarder de toz les deliz que il convient, à cors d'home qui en maison de Prince doit avoir.* Sed an Palatium Calchedonense idem fuerit cum προαστίῳ, seu Suburbano Calchedonis, quod Δρυῶ, *Quercum*, deinde Ῥουφινιανὰς appellatum scribit Sozomenus lib. VIII. cap. XVII. non ausim affirmare. Rufinianas porro appellatas a Rufino Consulari, qui & ibi Palatia & magnam Ecclesiam SS. Petro & Paulo Apostolis sacram excitavit, tradit Sozomenus: Καλχηδόνος δὲ τοῦτο προάστειον, Ῥουφῖνε τοῦ Τραϊανοῦ νῦν ἐπώνυμον, ἐν ᾧ βασιλικά εἰσι, καὶ μεγάλη ἐκκλησία, ἣν αὐτὸς Ῥουφῖνος ἐπὶ τιμῇ Πέτρου καὶ Παύλου τῶν Ἀποστόλων ἱδρύσατο, καὶ Ἀποστολεῖον ἐξ αὐτοῦ ὠνόμασται. Palladius in Vita Chrysostomi pag. 70. Ἡ σωρὸς ἡ ἁγία ἡ ἐπὶ Δρυῶ συναχθεῖσα· τόπος δέ ἐστιν ὕστερον καλούμενος πέραν θαλάσσης, Ῥουφίνε προάστειον. *Sancta Synodus ad Quercum congregata: locus est sic dictus trans mare, Rufini Suburbanum*, &c. Atque hujus quidem ædis ut & monasterii S. Hypatii in Rufinianis meminit præterea auctor Vitæ S. Auxentii n. XXXVI. & XXXIX. Rufinianarum vero Palatii Nicephorus Bryennius lib. III. n. XXII. Theophanes pag. 67. E. R. & ex eo Cedrenus in Arcadio pag. 331. E. R. Ὃς παραγενόμενος ἐν τῇ Δρυΐ, τῇ νῦν Ῥουφινιανῇς, &c. *Cum versaretur in Quercu, qui locus nunc Rufinianæ dicitur*, &c. Ad Belisarium pertinuisse scribit Procopius lib. I. de Bello Pers. cap. XXV. Ἐπειδὰν οὖν ἐκ Βυζαντίου ἀπαλλαγῆσα ἐν τῷ προαστίῳ γένηται, ὃ Ῥουφιανὰ μὲν ὀνομάζεται, Βελισαρίου δὲ ἴδιον ἐτύγχανεν ὄν· *Ubi igitur profecta Byzantio in Suburbanum venit, quod Rufinianas vocant, & Belisarii proprium fuit*, &c. De hoc Suburbano intelligendum videtur Chronicon Alexandrinum pag. 896. E. R. ubi ait Heraclio imperante Salbaram Persici exercitus Ducem Calchedonem accessisse, & πάντα τὰ προάστια, καὶ τὰς δικτηρίους οἰκίας, *Suburbana omnia, & ædes sacras* incendisse. Vide præterea Socratem lib. VI. cap. XIV. Nicephorum Callist. lib. XIII. cap. XV. Vitam S. Joannis Chrysost. Jornandem in Zenone, &c.

II. HEREUM PALATIUM memorat Sozomenus lib. VII. cap. V. dum Demophilum Episcopum Arianum a Theodosio Urbe pulsum ad ἱερεῖαν cum suis secessisse commemorat. Ejus conditorem Justinianum Augustum agnoscit Procopius lib. I. de Ædif. cap. XI. ubi illius magnitudinem & elegantiam commendat, additque cap. III. ædem Deiparæ sacram, præterea porticus & balneas in eodem ædificasse: in Historia vero Arcana cap. XV. crebro in illud cum numeroso comitatu secessisse, moramque egisse diuturnam eundem Justinianum scribit. Codinus in Orig. pag. 58. E. R. non modo a Justiniano ædificatum, sed etiam a Justino juniore exornatum fuisse narrat. Extat in Anthologia Gr. lib. IV. cap. IV. epigramma, quod Heræi Palatii vestibulis inscriptum fuit, cum hoc lemmate, εἰς εἴσοδον τῆς Ἱερείας:

B Τοῦτον Ἰουστινιανὸς ἀγαυχέϊ δείματι χῶρον,
Τδατι καὶ γαίῃ κάλλος ἐπιχρεμάσας.

Quæ sic vertit Fredericus Morellus, qui hic per ἱερείων, nescio quam Antistitam somniavit:

Has Rex præclaras Justinus condidit ædes,
Ornatumque undis addidit, atque solo.

In eo postmodum Mauricius Imperator Gerocomium exstruxit anno XIV. Cedrenus pag. 399. E. R. Ἔκτισε δὲ καὶ τὸ λωβῶν γηροκομεῖον, εἰς τὰ Ἡρεῖα, τὸ λεγόμενον τοῦ Ζωτικοῦ, ἐγχώρηγον, διὰ τὸ ὑπὸ τῶν Σθλαβίνων καῆναι, ξυλόστεγον ὄν, καὶ πολλὰ ἐν αὐτῷ ἐχορήγησε πρὸς θεραπείαν τῶν λωβῶν ἀδελφῶν. Quæ sic perperam vertit Xylander: *Condidit etiam in loco, qui Erii dicitur, domum, in qua senes morbosi alerentur, quod Vivarium sumptuosum dicitur, eo quod a Slavinis crematum id fuerat, quod ligno erat tectum. Multos ei suppeditavit sumptus ad sustentandos morbis confectos fratres.* Neque felicius Goarus *sumptuum ad vitam necessariorum penum* hæc verba, τὸ λεγόμενον τοῦ Ζωτικοῦ ἐγχώρηγον, vertit: quorum sensus is est, Mauricium in Heriano Palatio, domum alendis infirmis ac senibus destinatam, exædificasse, ex materia ibi sumpta, uti vocem ἐγχώρηγος, vel ἐγχόρηγος, interpretati sumus in Notis ad Alexiadem pag. 266. E. R. hancque domum *Zotici* appellari, qui primus Orphanotrophi officium, seu potius Xenodochiorum, Orphanotrophiorum, & Gerocomiorum usum invenit, uti perinde observatum ad eandem Alexiadem p. 415. E. R. Denique Basilius Macedo, ut auctor est Constantinus in Avi vita cap. LXI. & ex eo Scylitzes pag. 588. E. R. Herianum Palatium rursum adornavit, repurgavitque cisternam, quam Heraclius Imperator terra ingesta complanatam in hortum arboribus ac oleribus plantandis mutaverat: Καὶ τὰ (παλάτια) ἐν τοῖς Ἡρείοις ἐκαλλωπίσατο, ἀνακαθάρας καὶ τὸ ἀποχωσθεῖσαν Κιστέρναν, ἣν Ἡράκλειος ὁ βασιλεὺς φρυγώσας, παράδεισον φυτῶν καὶ λαχάνων εἰργάσατο. Crebro vero Byzantinos Augustos in illud palatium secessisse ac processisse passim habent scriptores. In eo quippe natam Epiphaniam Heraclii filiam ex Eudocia Augusta narrat auctor Chronici Alexandrini: Ἐτέχθη Ἐπιφάνια ἡ θυγάτηρ Ἡρακλείου καὶ Εὐδοκίας ἐν προαστίῳ τῆς Ἱερείας. Heraclius ipse cum ex Saracenica expeditione in Thraciam rediret, monitus a Stephano Mathematico ex aqua interiturum, ἐν τῷ παλατίῳ τῆς Ἱερείας substitit, nec adduci potuit ut Constantinopolim transiret, donec urbis Præfectus ex multis navibus confecto ponte, equo per mare tanquam per continentem invectus, ad Sinus, quem Phædaliæ vocant, littus pervenit, uti narrant Nicephorus CP. & Svidas in Heraclio. Sed & ἐν τῷ τῆς Ἱερείας παλατίῳ coactam pseudosynodum XXXVIII. Episcoporum contra sacrarum imaginum cultum a Copronymo anno XIII. auctor est Theophanes: ex quo emendandus Cedrenus, quo loco ait eundem Augustum coegisse κατὰ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων παράνομον συνέδριον τῶν τλή. ἐπισκό-

pag. 176.

των ἐν τῷ τ' Συρίας παλατίῳ. Perperam enim irrepsit τλή. pro λυ. & Συρίας, pro Ἱερίας. Denique Constantius Porphyrogenitus lib. de Administr. Imp. cap. LI. inter Palatia, ad quæ crebro secedebat Basilius Macedo, τὸν Ἡρίαν nominat, ut & in ejusdem Basilii vita cap XLVII. additque præterea cap. LX. in eo sancti Heliæ Prophetæ oratorium ædificasse. Extit præterea in Jeriis templum aliud S. Procopio sacrum, in quo depositum fuit S. Theophanis Confessoris corpus, uti narrat Theodorus Studita in illius Vita num. XXV. & XXVIII. De Palatii situ, id constat e regione Urbis extitisse in littore Asiatico ei opposito ad subsolanum. Ita Nicephorus Constantinopolitanus pag. 231. 1. edit. Καὶ δ' δὴ ἐκεῖνον μὲν ἐξόριστον ἐν τῇ Ἱερίᾳ, οὕτω καλουμένῃ βασιλικοῦ Παλατίου ἀντιπέρα πρὸς Ὥρην ἄντικρυ τοῦ Βυζαντίου κειμένην, παρέπεμψε· *Statim illum in Hieriam relegat: est autem hoc Imperatorium Palatium in Asiatico littore ad Byzantii subsolanum positum*. Ea enim vis est vocis ἀντιπέρα, qua Asiaticum littus denotant interdum scriptores Byzantini, cum πέρα illud quod ultra Fretum est appellarent. Ita Scylitzes in Romano Diogene: Εἰς τὸν ἀντίπερας τῆς πόλεως οἶκον τῶν Ἡρίων ἀπέπλευσεν. Procopius lib. 1. de Ædif. cap. XI. Portum Eutropii, qui Heræi portui proximus fuit, ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ pariter statuit. Nam ut hoc loco narrat idem scriptor, Justinianus ad Heræum Palatium novum portum fecit ac muniit, & innumeris ac grandioribus arcis, quas χιβώτους appellant, saxorum plenis, aliis supra alias continenter aggestis, geminas moles maritimas inter se oppositas excitavit, uno in portum relicto navibus aditu. A quibus arcis, seu *cibotis*, portus ipse, & adjunctum castrum, & χιβότου appellatione demum innotuit, & oppido, seu valido castro ab Alexio Comneno munitus, ut auctor est Ordericus Vitalis lib. IX. pag. 725. ut pluribus indicavimus in Notis ad Villharduinum num. CCXL. Palatium porro istud novis ædificiis adornasse Constantinum Porphyrogenitum auctor est in illius Vita Anonymus Combefisianus nu. XXVI. XXVII. Priscam loci appellationem Ἡραῖον fuisse observat idem Procopius cap. III. ejusdem lib. 1. de Ædif. quam Byzantii sui ævi in Ἱερεῖον mutarant: Κεῖται τῷ Ἡραίῳ, ὅπερ Ἱερεῖον καλοῦσι νυνί· *In Heræo, quod hodie Hierium vocant*. At vetus appellatio non Ἡραῖον, sed Ἡραία fuit, ut ex Demosthene lib. XIV. de Rebus Bithynicis constat apud Stephanum, qui ita appellari ait Promontorium contra Calchedonem, quod hodie vocant *Aeram Joannis Calamoti*, uti asserit Gyllius lib. III. de Bosporo Thrac. cap. IX. quo quidem loco Stephanus addit sua tempestate perperam quosdam appellasse Ἱερείαν illud Promontorium, cum, inquit Codinus in Orig. CP. Ἡραῖον dictum fuerit, quod in eo Ἥρας, seu *Junonis* Phanum olim extiterit. Certe constat a sequioribus Græcis varie appellatum illud Palatium: nam Ἱερὸν vocant idem Procopius in Anecdot. Cedrenus pag. 399. E. R. Scylitzes pag. 588. E. R. Svidas in Heraclio, Ἱερίαν appellat Constantinus de Adm. Imp. cap. LI. Zonaras in Leone Philosopho pag. 144. E. R. Ἱερίαν Sozomenus, Anthologia Gr. Chronicon Alexandr. Constantinus in Basilio, & Theophanes pag. 332. & 359. E. R. Symeon Logotheta in Leone num. XIX. Anonymus Combefisianus in eodem Leone num. XXIV. & in Porphyrogenito num. XXVI. XXVII. Denique Ἱερείαν idem Theophanes pag. 272. E. R. & Nicephorus CP. nuncupant. Consulendi præterea de hoc Palatio Gyllius loco laudato, & Alemannus ad Anecdota Procopii pag. 148. edit. reg. ubi existimat priora epigrammata tria, quæ habentur in Anthologia Gr. cap. XV. cum hac inscriptione, εἰς κῆπον παράλιον, ad Palatium Heræum pertinere, quod & situs suadet, ut & Paulus Silentiarius & Agathias, qui Justiniano imperante floruere, & horum scriptores dicuntur. Monasterii τοῦ Ἱερίου in Diœcesi Calchedonensi mentio est in Concilio Constantinopolitano sub Mena. Vide Codinum pag 59. E. R.

III. PALATIUM JUCUNDIANARUM, seu ἐν Ἰουκουνδιανοῖς, & in Heræo, ædificasse Justinianum auctor est Procopius lib. 1. de Ædific. cap. ult. cujus splendorem cum arte singulari conjunctum, & magnitudinem commendat. Quod quidem Jucundianarum Palatium illud ipsum est, de quo Theophanes, tametsi depravata aliquantulum scriptura. Narrat quippe anno XXXI. Justiniani, ingenti terræ motu, qui eo anno accidit, collapsam columnam purpuream cum ipsa quam ferebat statua, quæ e regione *Palatii Jucundianorum* erat, defossamque in terram pedes octo: Καὶ ὁ χιὼν δὲ ὁ πορφυροῦς ὁ ἐπὶ ἱμαρσθεὶς τοῦ παλατίου Ἰουκουνδιανῶν, μετὰ τῆς ἐπικειμένης αὐτῷ τήλης ἔπεσε, καὶ ἐπάγη εἰς τὸν γῆν πόδας ὀκτώ. Ubi Codd. Barberinus & Peresc. Ἰουκουνδιανῶν præferunt. Sed legendum Ἰουκουνδιακῶν proclivi emendatione patet non modo ex Procopio, sed & ex Eustachio in vita Eutychii Patriarchæ CP. num LXVI. Ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ φροντίσαι ὄντος ἐν ταῖς Ἰουκουνδιακαῖς ἐλαβε τὸν Ἰουστῖνον ἐν ἰδιάζοντι τόπῳ ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων Εὐτύχιος, &c. *Quadam die cum processus ageretur in Jucundianis, Justinum in secretiori loco sevocavit Dei servus Eutychius*. *Edit. Paris. pag. 177.*

IV. NICOMEDIENSE PALATIUM ipsius Constantini M. ætate stetisse indicat Nicephorus Callisti lib. VII. cap. L. extremo, ubi de eodem Augusto: Καὶ τῷ ἑσπέρᾳ λιπὼν, εἰς τὸν ἑῷον μετιχώρει κατὰ τὰ ἐν Νικομηδείᾳ ἀνάκτορα. *Et Occidente relicto, in Orientem & ad Nicomediense Palatium transiit*. Et lib. VIII. cap. VII. excitatum videtur innuere ab Imperatoribus, qui ante Diocletianum vixerant, & in eo loco domicilium suum constituerant: Περὶ γὰρ τῶν Νικομήδειαν οἱ πρὸ Διοκλητιανοῦ τῶν ἡγεμόνων εἶχον, *siquidem Nicomediæ, qui ante Diocletianum fuere principes, domicilium sibi constituerant*. Palatium Nicomediense memorat pariter Lactantius in libro de Mortibus persecutorum nuper edito a V. C. Stephano Baluzio ex Codice monasterii Moissiacensis, nunc viri illustrissimi Jo. Bapt. Colberti, nu. XII. quod quidem cum idem scriptor tradat num. VII. Diocletianum *Nicomediam studuisse Romæ coæquare*, si non ab eo a fundamentis excitatum, saltem instauratum & adornatum par est existimare. Meminit porro Porphyrogenitus de Adm. Imp. cap. LI. *Processus* Imperatorum ad Nicomediense Palatium.

V. PALATIUM AD DAMATRYN a Tiberio Thrace & Mauricio AA. exædificatum ait Codinus pag. 59. E. R. ibique conspectum τὸ πήδημα, *saltus* Constantini, qui ab Irene matre excæcatus fuit. Sed quid sit τὸ πήδημα, non plane assequor. Palatii ad Damatryn meminit Scylitzes in Constantino Monomacho pag. 779. E. R. Φυγὼν γὰρ διεσώθη ἐν τινι τειχορόφῳ ὑπερῴῳ ἐν τῷ Δαματρύῃ παλατίων. *Effugit enim in quoddam apud Damatryn Palatiorum solarium tribus fastigiis tectum*. Et in Isaacio Comneno: Ὡς δὲ ἐκεῖνος ἤγγισεν εἴς τι χωρίον Ἀλμίας λεγόμενον, ἑωθὲν τῇ ἐπαύριον ἐν τοῖς παλατίοις ἱδρύζεσθαι τῆς Δαματρύος. *Ubi vero ille accessit ad locum qui Almeæ dicitur: postridie in Palatia Damatryos secessurus erat*. Damatryn autem haud procul a Nicomedia, & ad maris littus extitisse satis indicat idem Scylitzes, scribens Isaacium a Nicæa moviisse, indeque Nicomedia & Almea emensis, Damatryn perveniisse. Cedrenus in Philippico pag. 447. E. R. e regione Constantinopolis Damatryn statuit: Τὸ δὲ Φιλιππικὸς — τὴν πόλιν κρατήσαντος, αὐτὸς εἰς τὴν Δαματρύαν ἀνῆλθεν, *cum Philippicus urbem obtinuisset, ipse* (Rhinotmetus) *ad Damatryn se contulit*. In Damatryos montes cum copiis suis se recepisse Justinianum scribit Glycas, ut & Constantinus Manasses pag. 157. edit. Meursii:

Αντιστρατοπεδεύεται πρὸς ὄρεσι γηλόφοις,
Ἅπερ κατὰ συνήθειαν φαμὲν τὸ Δαματρύος.

Ad montes acclives castra metatur, quos vulgo Damatryanos appellare consuevimus. Ad Damatryn venationi indulsisse Imperatores, testantur quæ de Manuele Comneno habet Cinnamus lib. VI. num. VI. Βασιλεὺς δὲ θηρεύσόμενος ἐπί τι τῆς ἑῴου ἐξέβη χώρου. Δαματρὺς ἡ κλῆσις. *Exiit autem venatum Princeps in regionem quandam orientalem, cui Damatrys nomen est.*

VI. PALATIUM BRYANTIS non semel occurrit apud scriptores Byzantinos. Extitit autem Bryas, locus ita appellatus, non in Africa, uti vult Ortelius; sed in Asia, atque adeo in Bithynia, haud procul ab Urbe. Narrat quippe Theophanes pag. 332. E. R. & ex eo Cedrenus, auctor Miscellæ lib. XXI. & Anastasius in Hist. Eccl. Izibum, instructa in Africa classe, anno I. Leonis Isauri, ad Satyrum, B Bryantem, & Cartalimenem usque appulisse, & Suphiami se se adjunxisse classi, qui præternavigata Bithynia, cum in adversam oram trajecisset, ad Boni agri portum appulerat: tantamque navium ibi fuisse multitudinem, ut ab Hierea, vel Hieria, ad urbem usque totum mare ligno constratum conspiceretur. Ex quibus haud procul ab Urbe Bryantem fuisse constat, cum præterea ex iis palatiis unum potissimum extiterit, ad quæ *Processus*, seu μετασάσεις facere solerent Imperatores, quod indicat præsertim Constantinus Porphyrogenitus lib. de Administrando Imperio cap. LI. Ἐπεὶ δὲ ὁ μακάριος βασιλεὺς ὅλα τὰ πλείονα αὐτῆ μετασήματα εἰς τὰς Πηγὰς ἐποίει, διὰ καὶ ὑπ' αὐτῆ κτισθῆναι τὰ τοιαῦτα παλάτια, ὁποίως καὶ εἰς τὴ Ἑβδομον, καὶ εἰς τὴν Ηερίαν, καὶ εἰς τὴν Βρυάν, εἰσήρχετο εἰς τὸ ἀγράριον, κατὰ τὸ παλαιὸν τύπον. *Cum vero beatæ memoriæ Imperator* (Basilius) *ad Fontes migraret, quod ea palatia ab eo ædificata essent, similiter in Hebdomum, in Heriam, & in Bryantem agrarium ingrediebatur, uti consuetum erat.* Ubi legendum Βρύαν nemo non videt. Locum vero quem Ηερίαν vocat Constantinus, Ιερίαν & Ιερίαν appellat Theophanes pag. 272. & 332. E. R. cujus situm alibi observamus. De Palatio in Bryante a Theophilo exstructo in modum & instar Saracenicarum ædium, idem etiam testatur Cedrenus: Ἔκτισε δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ τὰ τῆ Βρυάντος ἀνάκτορα, πρὸς τὴν τῶν Σαρακηνῶν οἰκημάτων κατασκεύασιν αὐτά. *Condidit autem Imperator Palatia Bryantis ad similitudinem Saracenicarum ædium.* Id ipsum pluribus commemorat Continuator Theophanis lib. III. num. IX. qui id Joannis Syncelli præceptoris sui, quem D ad Ismaelem Saracenorum Principem legatum miserat, suasionibus fecisse tradit. Qui quidem ex ea legatione redux, ubi imperii opes vana quadam ostentatione profuderat, καὶ τὰ τῆς Συρίας πρὸς αὐτὸν διεξερχόμενος, ἔπεισε τὰ τοῦ Βρύου ἀνάκτορα πρὸς τὴν τῶν Σαρακηνῶν κατασκεύασθῆναι ὁμοίωσιν, ἵν' τι χύμασι ἢ ποικιλίᾳ, μηδὲν ἐκείνων τὸ σωίολον παραλλάττοντα, *resque illi Syriæ enarrans, suasit ut Bryense palatium ad Saracenicarum ædium similitudinem exstrueret, eadem figura ac varietate, ut nihil prorsus in utriusque diversum occurreret.* Addit deinde operi præfectum Joannem Patricium. Sed & ex monasterii Satyri dicti, a S. Ignatio Patriarcha ædificati, ruderibus excitatum idem scribit lib. I. nu. X. Ἐξ ἧσπερ καὶ ὁ τῆ Βρύα παλάτια κτίσας Θεόφιλος βασιλεύς, τὴν ὕλην ἀφελόμενος, ταῦτα ἐδήματο, *ex hujus porro ruinis, ablata materia, regias Bryæ ædes exstruxit.* Id ipsum tradit Symeon Logotheta in Basilio num. IX. Satyri vero monasterium Palatio isti vicinum fuisse ex Theophane & aliis supra innuimus. Neque palatia ibi duntaxat exstruxit, sed & hortos insignes fieri, & in eos aquas deduci præcepit. Leo Grammaticus pag. 453. E. R. & Symeon Logotheta num. XII. Καὶ ἐλθὼν μέχρι τῆ Βρύα, προστάξειν ὠκοδομηθῆναι παλάτιον, παραδείσους φυτεῦσαι, καὶ ὕδατα ἀγαγεῖν.

Edit. Paris. pag. 178.

A Nec multo post meminit idem Leo *processus* ejusdem Imperatoris ad hoc palatium, pag. 454. γεγονότος δὲ τῆ βασιλέως εἰς πρόκεισον ἐν τῷ Βρύα, &c. Verum, si Codino in Orig. CP. pag. 58. E. R. ex Originibus CP. ineditis, fides adhibenda, palatia in Bryante, seu in Colle ita nuncupato, longe antea ædificarat Tiberius Imperator, illiusque gener Mauricius: Τὰ εἰς τὸν Βρύαντα παλάτια Τιβέριος ὁ βασιλεὺς ἔκτισε, καὶ γαμβρὸς αὐτῆ Μαυρίκιος. Jam vero quod de vocis etymo subdit, meras Græculorum infimi ævi nugas olet. Tradit enim ita appellatum locum illum ex quadam prophetica relatione, διὰ τὸν μέλλοντα αὐτόθι ἀκούεσθαι Βρυγμὸν τῆς πόλεως, *ob fremitum urbis, qui ibi exaudiendus erat*, cum sub postremo Imperatore, qui Hierosolymam erat profecturus, & imperio una cum diademate Deo ibi resignato, inde redux, ad collem istum una cum viæ comitibus, reliquæ plebis in urbe remanentis *fremitum*, (βρυγμὸν) auditurus erat, cum urbs eadem ab ipso absorberetur mari. Monasterii Βρύων in Diœcesi Calchedonensi meminit Concilium Constantinopolitanum sub Mena.

VII. NYMPHÆUM in Asia locus fuit, quo Imperatores Græcorum secedere, & ubi se recreare solebant, postquam a Latinis Constantinopoli expulsi Niceæ imperii sedem fixere, ut est apud Leunclavium in Pand. Turc. num. CLIII. ex Prætore Græciæ. Περὶ τὸ Νύμφαιον ποιήσεσθαι τὰς διατριβάς Joannem Ducam Vatatzem mortuum scribit Nicephorus Gregoras lib. II. extremo. Idem lib. VI. pag. 133. E. R. τὸ Νύμφαιον τῆς Λυδίας vocat. Ad Pontum Euxinum statuitur in Actis Concilii in eo loco celebrati an. MCCXXXIII. C apud Waddingum hoc anno num. XIII. haud procul a Magnesia & Hermo fluvio, atque adeo in ipsa Lydia, apud Ducam in Hist. pagg. 39. 57. 90. 107. E. R. Meminit præterea Nymphæi Acropolita. Vide Gyllium lib. III. de Bosp. Thr. cap. VI.

VIII. PALATIUM PYTHIORUM in Bithynia a Justiniano exstructum fuisse refert Procopius lib. V. de Ædif. cap. III. Cum enim celeberrimus esset is locus propter thermas, seu aquas natura sua calidas, quarum vim & laudes prosecutus est Paulus Silentiarius in Poemate, quod describitur in Anthologia lib. VII. extremo, ibi magnificentiam Imperatore dignam exhibuit: Βασίλεια γὰρ ὠκοδομήσατο ἔ πρότερον ὄντα, καὶ λουτρῶνα ἐν δημοσίῳ τῆς ἰκτὶ φυομένων θερμῶν ὑδάτων ποιήσατο. *Palatia enim condidit, cum nulla antea essent, & ubi calidæ prorumpunt aquæ, balnea publicas ædificavit.* Ad hæc aquæductus, quibus fontium aquas in eum locum deduxit, ædem S. Michaeli sacram, & Nosocomium. Ad Pythias thermas profectam Theodoram Justiniani conjugem εἰς τὸ θερμήσασθαι scribit Theophanes pag. 158. E. R. ut & scriptor Vitæ S. Nicolai Studitæ pag. 935. E. R. Ad easdem thermas secessisse Imperatores, habent etiam Constantinus de Adm. Imp. cap. LI. & Cedrenus pag. 473. E. R. ut & ad Prusenses, idem Constantinus & Theophanes pag. 397. E. R. quæ quidem Pythia, ea videntur, quæ Soteropolis nomine appellata scribit Zonaras in Constantino Magno n. XXVI.

IX. PALATIUM SCUTARICUM, seu Scutarii, memorat Nicetas, eoque cum propter aeris temperiem, tum propter vitandas turbas secessisse Manuelem Comnenum Imperatorem scribit lib. VII. num. VI. Τοῖς καὶ Δαμαλὶν ἀρχαίοις ἐναυλιζόμενος, ἃ Σκυτάριον ὀνομάζονται, τῶν τε ἀέρος ἀκρασίαν μεταδιώκων, καὶ τὴν πολυοχλίας ἀπαναπαόμενος. *Cum autem in Palatio ad Damalim, quod Scutarium dicitur, tum ob aeris temperiem, tum ad vitandam turbam versaretur.* Et Villharduinus noster num. LXIX. *Enfi s'en vont contre val le bras bien une lieue desor Constantinople, á un Palais qui ere l'Empereor Alexis, qui ere appellez le Scutaire.* Scutarium vero Chrysopolim antea

appellatum, & Damalim Promontorium esse Scutaricum multis docet Gyllius lib. III. de Bosporo Thracico cap. IX.

XIV.

PONS AD URBEM.

Edit. Paris. pag. 179. PONS AD BARBYZAM fluvium conditus fuit a Justiniano, ut est in Chronico Alexandrino pag. 774. E. R. Ἐκτισε δὲ τὴν γέφυραν, δι' ἣν διαιτᾶται τις τὴν πορείαν ποιεῖσθαι ἀπὸ τῆς καλουμένης Ἀντιπέρας εἰς τὴν παράλιον. *Excitavit autem Pontem, per quem ex Antipera*, seu littore urbi opposito, *in Felicem urbem quivis trajicere potest*. Pontem vero hic memoratum eundem esse cum Ponte S. Callinici docent Synaxaria ad XXIX. Junii, quo festum S. Callinici celebratur: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σωτήριος πλησίον τῆς Ἰουστινιανοῦ B γεφύρας, καὶ πλησίον, τοῦ Πετρίου. *Celebratur illius solemnitas juxta Pontem Justiniani, & juxta Petrium*, in diversis scilicet ædibus sacris: nam etsi Petrium ad Fretum esset, longius tamen a Ponte Justiniani dissitum fuit. Barbyzæ fluvio instratum diserte docet Porphyrogenitus in Basilio Macedone cap. LXIII. a quo reædificatam ædem S. Callinici ait, quam ἐν ταῖς τοῦ Βαρβύζα ποταμοῦ ὑπερκειμέναις Ἰουστινιανοῦ γεφύραις, *in Barbyzæ fluvio instratis a Justiniano pontibus* statuit. Meminit non semel Nicephorus Constantinopolitanus Pontis supra Barnyssum fluvium exstructi, in Heraclio pag. 39. 1. edit. Καὶ μόλις πρὸς τὸ πεδίον τὸ πρὸ τῆς πόλεως, ὃ Ἑβδομον καλοῦσι, καταλαβόντες ἱδρύσαντο· ἐνθένδε τι σχεδὸν νιφετὸν ἄχει καὶ εἰς τὴν τοῦ Βαρνύσσου γέφυραν. *Et vix ad campum, qui ex adverso Urbis est, quem Hebdomum vocant, pervenere, ubi castra posuerunt, atque inde ad Barnyssi* (Barbyssi) *fluminis pontem dispergunter*. Et pag. 79. Διὰ τῆς γεφύρας τοῦ Βαρνύσσου ποταμοῦ πρὸς τὸ Βυζάντιον εἰσῆλα. *Per Barnyssi fluvii pontem Byzantium ingreditur*. Hinc hausit quæ habet Svidas in Heraclio. Idem videtur qui τὸ ἀγάλμα Παντελεήμονος γέφυρα, *Pons S. Panteleemonis*, dicitur Scylitzæ in Michaele Duca pag. 859. E. R. quem juxta Blachernas statuit: unde & Pons Blachernarum nuncupatur a Tzetze Chil. I. ubi ait ab Abydi angustiis, usque ad Pontem Blachernarum, Hellespontum appellari.

Μέχρι γεφύρας Βλαχερνῶν Ἑλλήσποντος καλεῖται.

Sed & Antistes Tyrius lib. II. cap. VI. pontem hunc ad Blachernarum Palatium ponit: *Monens verbis pacificis, & tamen in dolo, ut ponte transito, qui est juxta Palatium, quod appellatur Blachernas, legiones suas transferant*. Et cap. VII. *Portum autem fluvius ingreditur, æstate quidem modicus, sed hyeme aquis pluvialibus solet fieri torrentior, pontem habens supra se positum*. Neque alibi statuitur a Villharduino num. LXXXV. *Et chevaucherent les batailles — trosque endroit le Palais de Blaquerne. Et li naviles vint pardevant le port, desci que endroit els; & ce fu prés del chief del port, & lá si a un flum qui fiert en la mer, que on n'i peut passer se par un pont de pierre non.* Mentio præterea occurrit istius Pontis apud Albertum Aquensem lib. II. cap. XIII. & Sanutum lib. III. part. IV. cap. X. Apud Nicephorum Bryennium lib. III. num. XII. Annam Comnenam lib. X. Alexiad. pag. 293. E. R. & Cinnamum lib. II. num. XIV. versus Cosmidium statuitur: apud Codinum pag. 17. E. R. versus S. Mamantem, templum scilicet & palatium hoc nomine donatum, ubi ait extitisse pontem magnitudine æqualem Calchedonensi, duodecim fornicibus constantem, infra quem decurrebat fluvius, Februario præsertim mense, quod observare est etiam ex Tyrio & Sanuto, maximus. Eadem habent Svidas v. Μάμας, & Glycas, ut & quæ de dracone & templo Jovis ibi excitato, quæ non moror, subdit. Hiscene duodecim fornicibus constiterit Pons a Justiniano excitatus, ex cæteris scriptoribus Byzantinis non agnosco: quin potius unico sua ætate constitisse videtur indicare Nicetas in Isaacio & Alexio F. num. IV. Περὶ τὸ λεγόμενον τρυπητὸν λίθον, καὶ τῷ ἐκεῖσε περιαγομένῳ ἀψίδα τοῖς δυσμενέσι συμπλέκεται· *Ad perforatum lapidem, & qui illic circumagitur fornicem, cum hostibus congreditur*. Nam supra in Alexio Angelo lib. III. num. X. eundem Pontem ad Cosmidium pariter ponit, & *Camelorum Pontem* appellatum innuit: Οἱ μὲν μὴ νηῶν, οἱ δ' ἵπποις μετὰ τῆς προβεβλημένης πεζῆς στρατιᾶς τῷ Κοσμιδίῳ ἐφίσανται, μικρὰν ἐφορμήσαντες ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἀντίστασι, περὶ τὸ ἐκεῖ πως γέφυραν, καὶ τὸν λεγόμενον τρυπητὸν λίθον, ἔνθα μὲν πλοῖα, ἔνθα αὖ νῆες, καὶ οἱ δρόμωνες ἐκεῖ πως προσίσχουσι· *Alii cum navibus, equites vero cum adjuncto peditatu, ad Cosmidium accedunt, modice Romanis repugnantibus, ad pontem & locum qui Perforatus lapis dicitur, ac naves omnis generis ibi appellunt*. Ubi codex Barbaro-Græcus habet Καμήλων Γέφυραν, quam appellationem Ponti isti non uno loco tribuit Cantacuzenus lib. I. capp. LVI. LIX. lib. III. capp. LXXXI. & XC. Eidem scriptori lib. III. cap. VIII. Πετρογέφυρα, Malaxo vero in Hist. Patr. Constantinop. pag. 16. Καμηλογέφυριον dicitur; ubi Crusius: Καμηλογέφυριον, *est γέφυρα ἐν τέλει τοῦ* Κερατίου κόλπου, *Pons in extremo Ceratini Sinus, Sino Galathei*. Qui vero apud Nicetam τρυπητὸς λίθος nuncupatur, παλαιὰ πέτρα est Cedreno ad an. XVI. Heraclii. *Lapidem pertusum* habet pariter in regione septima veteris Romæ P. Victor. Ex his igitur liquet, ut hanc de Ponte Barbyzæ fluvii observationem verbis Gyllii lib. IV. cap. VI. concludam, pontem illum fuisse, ubi pilæ cernuntur lapideæ antiqui pontis, sed non extra aquam eminentes, nisi aliquando æstate, sitæ inter angulum C urbis Blacherneum, & suburbium, quod Turcæ appellant Aibasarium; sed & inde colligitur, *pag. 180.* (quæ est ejusdem Gyllii sententia) hunc illum esse, quem antiqua Urbis Descriptio ligneum fuisse indicat, priusquam scilicet a Justiniano lapideus fieret, & ponit in decima quarta regione, in qua Hebdomum extitit: *Continet in se — pontem sublicium sive ligneum*.

XV.

MONASTERIA SUBURBANA.

I. ΑΓΑΘΟΥ monasterium extra Urbem a S. Nicephoro Patriarcha Constantinopolitano excitatum, in quod relegatum a Leone Armenio Imperatore narrat Ignatius in illius Vita num. LXXII. Καὶ πρὸς τῷ ὑπ' αὐτοῦ δομηθῆσαν μονῇ τοῦ Ἀγαθοῦ (scilicet Χριστοῦ) παρεπέμπετο. In illud etiam relegatum Euthymium Patr. Constantinop. Leone M. imperante tradunt Leo Grammaticus pag. 487. E. R. & Symeon Logotheta in Alexandro num. I.

II. S. ANTHIMI Martyris Martyrium a fundamentis exstruxit Justinianus in ipso Sinus littore, ἐπὶ θατέρα τοῦ κόλπου, ut auctor est Procopius lib. I. de Ædif. cap. VI. ubi describitur. Sancti vero Anthimi festum celebrant Græci & Latini XXVII. April.

III. S. CALLINICI ædes extitit *juxta* Pontem, qui a Justiniano Imperatore ad Barbysam fluvium instratus est: a qua etiam Pons iste, ut & urbis portula quæ ad eum ducebat, appellationem sumpsere, uti suis locis docuimus, ex Synaxariis potissimum ad XXIX. Junii, quo festum S. Callinici recolitur. Hanc reædificavit Basilius Macedo, ut auctor est Porphyrogenitus in Avi Vita cap. LXIII. Ἐν δὲ ταῖς Βαρβύζα (ita leg.) ποταμοῦ ὑπερκειμέναις Ἰουστινιανοῦ γεφύραις Καλλινίκου τοῦ μάρτυρος ἱδρυθέντα ναὸν τοῦ πρότερα κρείττονα ὕστερον· *In Barbysæ fluminis ponte a Justiniano exædificato, Callinici martyris templum funditus dirutum, priore splendidius exstruxit*.

IV. CHENOLACCUS, Χηνόλακκος, i.

Lacus anserum, monasterium ædificatum a S. Stephano, qui vixit sub Leone Isauro, cujus festum agunt Græci XIV. Januarii: sed an in ipsa urbe, an vero in suburbanis steterit, non plane indicant Menæa & Synaxaria.

V. CHORA, seu Χώρα, monasterium ita appellatum, condiderat Justinianus, & cum præ vetustate concidisset, aliud a fundamentis exstruxit Alexii Imperatoris socrus, Andronici Ducæ conjux. Denique cum ruinam rursum minaretur, illud reædificavit Theodorus Metochita Magnus Logotheta, imperante Andronico Palæologo Seniore. Hæc omnia sic narrat Nicephorus Gregoras lib. IX. ubi de Metochita: Κατέλυσε δ' ἀπίναντι καὶ πλησίον παρὰ τῇ ἱερᾷ δηλαδὴ μονῇ τῆς Χώρας, ὧ πολλοῖς αὐτὸς ἀναλώμασιν ἀνεκαίνισε φρότερον, τοῖς ὀδοῦσι τὸ χρόνε δεινῶς κοπτομένῳ ἰδών· ἰδρυμένη γὰρ αὐτὴ τὸ ἀρχαῖον φὸς βασιλέως Ἰουστινιανε ἐπιμήκης τὸ χῆμα. ἅτα τῷ χρόνῳ ταύτῳ μέχρι κρηπίδων σωτερέλαντος, ἄλλον ἐκ βάθρων ἀνήγειρε νεών, εἰς ὃ καὶ νῦν ὁρᾶται χήματος ἡ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίε τοῦ Κομνηνῶ τετράγωνε. τὸ δὲ χρόνε πάλιν φθορὰν ἀπειλοῦντος, οὗτος ἀβροτέρᾳ δεξάμενος δεξιᾷ, πλεῖ' τοῦ μεσαιτάτε νεῶ πάντα καλῶς ἐπεσκεύασεν· *Divertit e regione & in vicinia* (domus suæ) *in sacro scilicet Choræ monasterio, quod ipse magnis ante sumptibus vetustate ruinosum instaurarat. Exstructum enim olim fuerat a Justiniano Imperatore forma oblonga: deinde cum vetustate usque ad ima concidisset, aliud a fundamentis templum, ea qua nunc forma cernitur, Alexii Comneni Imperatoris socrus condidit. Sed cum rursus ruinam minitaretur, hic medio templo excepto, omnia liberali manu pene instauravit.* Metochitam hujus monasterii instauratorem rursum prædicat lib. VIII. pagg. 210. & 214. in quo ipsemet Gregoras aliquandiu vitam exegit, ibi illum collocante Metochita, a quo diligebatur impensius, quod testatur etiam Cantacuzenus lib. IV. cap. XXIV. Τοῖς ἐν τῇ μονῇ τῆς ἀχωρήτε Χώρας προσαγορευομένης προσηκτότερον μοναχοῖς, ἐπεὶ καὶ Γρηγορᾶς αὐτοῖς χρόνον συχνὸν συνῆν· *Monachis Monasterii incomprehensibilis Christi Salvatoris, Choræ appellati, mandarunt, quoniam & Gregoras cum eis longo jam tempore vivebat.* Sic enim vertenda hæc verba, non vero ut interpres, *Monachis in monasterio quod Christi appellatur, & est in regione solitaria, mandarunt.* Quod advertere poterat ex lib. III. cap. XXXV. ubi ἐν μονῇ τῇ Χώρᾳ προσαγορευομένῃ, recte vertit, *in monasterio Choræ appellato.* Ex Cantacuzeno igitur colligimus non modo virorum fuisse monasterium, cujus Hegumenus Symeon subscripsisse legitur VII. Synodo, sed & Christo Salvatori sacrum ac dicatum, quo nomine ac titulo templum aliud erexit Basilius Macedo, quod describitur a Porphyrogenito in illius Vita cap. LVI. In eo perinde monasterio vitam exegit Michael Syncellus, cujus festum agunt Græci XVIII. Decemb. Synaxaria: Καὶ τῶν μεγίστων μονῶν τῆς Χώρας εἰς ἰδίαν ἔξοδον καὶ ἀνάπαυσιν δίκαιται. *Et amplum Choræ monasterium in suam potestatem & pro habitatione recipit.* In eo denique humatum S. Germanum Patriarcham Constantinopolitanum tradunt eadem Synaxaria sub XII. Maii. At *Choræ* crebra occurrit mentio apud scriptores. Tradit quippe Nicephorus Constantinopolitanus, & ex eo Cedrenus in Heraclio, Crispum Phocæ generum in monasterium Choræ relegatum: Μετὰ δὲ ταῦτα Κρίσπον εἰς τὸ λεγόμενον τῆς Χώρας περιῆρχθαι σιμήτιον· *Posmodum Crispus in monasterio, quod Choræ dicitur, inclusus est*, cum antea Clericum ordinari jussisset Heraclius. Cedrenus: Εἶτα κληρικὸν αὐτὸν καταστήσας, ἐν τῇ μονῇ τῆ Χώρας περιώρισεν, atque inde Heraclius ad Crispi Milites verba faciens, πάπαν Κρίσπον vocat, non quod *patrem*, militarem Præfectum ita compellaret, quod putavit vir magnus; sed quia Clericus paulo ante factus fuerat: παπας enim Græcis Clericos ac Sacerdotes appellari etiamnum apud Græcos notum est. Sed & addit Codinus pag. 60. E. R. ex Origin. Constantinop. ineditis, ab eodem Crispo, seu uti appellat, Prisco, qui eo relegatus fuerat, monasterium amplitudine & pulchritudine perinsigne ibi exædificatum, cum antea δίκτυον, *oratorium* tantum esset: sicque locum appellatum διότι ἐπὶ τῆς Βυζαντίων χωρίων ὢν ἱκεῖ, seu ut habent Origines Constantinop. editæ, διότι τῆς Βυζαντίων χωρίων ὢν ἱκεῖσι ἔξω τοῦ Βυζαντίε, καὶ καὶ τὸ Στενδίν χωρίον αὐτὸ ὢν. In illud pariter Cyrum Patriarcham Constantinopolitanum relegavit Philippicus Imp. ut est apud Theophanem pag. 320. E. R. Symeon ἡγούμενος τῆς Χώρας interfuit Synodo Nicenæ sub Tarasio Patr. Constantinop. Meminit præterea istius monasterii idem Theophanes an. III. Copronymi, Zonaras, apud quem perperam χώραν *regionem* vertit Wolphius, ut & Menæa ad I. Januarii in S. Cosma Patr. Constantinop. cujus memoria agi annotatur ἐν τῇ σιβασμίᾳ μονῇ τῆς Χώρας, ut & Cyri Patr. Constantinopolit. VIII. ejusdem mensis. Meminit etiam Pachymeres lib. V. capp. XXIV & XXV. pagg. 275. & 277. E. R. ubi vir doctus minus recte *monasterium vicinum*, aut *vicinia* interpretatus est. Neque felicius apud Ducam cap. XXXVIII. ἐν τῇ μονῇ τῆς χώρας, *in vici illius monasterio*, & cap. XXXIX. *in monasterio regionis urbis*, vertit interpres alter perinde eruditissimus. His porro locis refert Ducas, imaginem Deiparæ Virginis Diacænesimi septimana, ex recepta consuetudine, in Palatio proponi solitam, ex quo referebatur in Choræ monasterium, ubi usque ad diem captæ urbis stetit: Ἦν δὲ τότε, κατὰ τὸ ἔθος, ἀριθεῖσα ἡ εἰκὼν τῆς παναγίας Θεοτόκε τῇ ἑβδομάδι τῆς ἑξακαιτσίμε ἐν τῷ Παλατίῳ· καὶ ἐκτοτε συχνάκις ἐλιτάνευον ἐν τῇ μονῇ τῆς Χώρας, καὶ ἡ εἰκὼν ἵστατο μέχρις ἁλώσεως: *Tum vero juxta receptam consuetudinem extabat imago intemeratæ Deiparæ, hebdomada Diacænesimi, in Palatio: atque ex eo tempore crebro in monasterio Choræ precibus vacabant, & imago ibi stetit usque ad urbis expugnationem*, in monasterio Choræ scilicet, non vero in Palatio, uti vult interpres, quod Ducas cap. seq. satis declarat, dum ait capta a Turcis urbe Janizaros in monasterium Choræ concurrisse, illudque diripuisse, ἐν τῇ μονῇ τῆς Χώρας, ἐν ᾗ καὶ ἡ εἰκὼν τῆς παναγίας Θεομήτορος ὢν διεσκευάσθη τότε ἐκεῖ, *in monasterium Choræ, in quo & imago castissimæ Deiparæ tunc erat.* Fuit autem illa Deiparæ imago a S. Luca depicta, quam in Hodegio asservatam fuisse supra docuimus. Magnum Chronicon Belgicum de ultima Urbis expugnatione, ex relatione Henrici Zomereri pag. 378. *Omnia templa urbis Turcæ spoliaverunt, & imaginem quandam beatæ Virginis manu beati Lucæ pictam, quæ in maxima veneratione habebatur, detractis gemmis, auro & argento, quæ erant in circuitu, per civitatem ignominiose traxerunt, eamque sordidis pedibus conculcantes, tandem in frusta confregerunt.* Enimvero ex prædictis scriptoribus quo in loco hæc ædes steterit, vix perciperemus, nisi Ducas extitisse quodammodo indicaret juxta Palatium, illud nempe quod Constantini tunc appellabant, & ad urbis muros terrestres erat in Hebdomo, in duodecima regione, ad quam Muchemetes tormenta sua bellica conterserat. Extra urbis muros statuitur in Menæis ad IV. Sept. ubi de S. Babylæ & puerulorum qui cum eo martyrium pertulerunt reliquiis, quas in hoc monasterium allatas ait Synaxarion: Καὶ τὰ λείψανα ἐν ἀκατίῳ ἐμβαλόντες, εἰς τὸ Βυζάντιον ἐξακομίζουσι, καὶ ἐν τῷ βορείῳ μέρει ἔξω τειχίων ἐν τρισὶ λάρναξι καταθέντες, ἔνθα ἐστὶ μονὴ Χώρα ἐπονομαζομένη, δόξαν καὶ εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ ἀνέπεμψαν· *Et reliquiis in naviculam immissis, has Byzantium deferunt, & in Aquilonali parte extra muros in tribus scriniis deponentes, ubi est monasterium Chora appellatum, gloriam & gratias Deo reddentes.* Proinde illa est Ecclesia, quam Gyllius lib. IV. cap. IV. ait extare *in septimo Colle inter Palatium Con-*

Edit. Paris. pag. 181.

ſtantini & portam Urbis Adrianopolitanam, quæ, inquit, *etſi jam per tot ſecula ſit intra urbem, tamen etiamnum* Χερσὸς Χώρας *appellatur, ex eo, quod olim eſſet extra urbem. Ex tribus partibus, ut mos eſt Græcarum ædium ſacrarum, porticu cingitur, parietes ejus intrinſecus veſtiti cruſtis marmoris varii quadratis, ita inter ſe conjunctis, ut diſtinguantur ab imo ſurſum verſus modulis aſtragalorum, aliorum baccatorum, aliorum teretium ſine baccis*, &c. Id etiam indicare videtur Codinus. Meminit præterea Euſtachius in Vita S. Eutychii Patriarchæ Conſtantinopolitani num. XXXVIII. monaſterii Χωραχάδα dicti: ſed ubi loci extiterit, incertum.

VI. S. CLEMENTIS martyris Ancyrani Epiſcopi & S. Agathangeli ſynaxis celebrari dicitur in Menæis & Synaxariis XXIII. Januarii, *ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτῶν μαρτυρίῳ τῷ ὄντι πέραν ἐν τοῖς Εὐδοξίου ἐπέκεινα Ἀγάπλω, in ſanctiſſimo eorum martyrio, quod extat Perææ in Eudoxii tractu ultra Anaplum.*

Edit. Pariſ. pag. 182.

VII. CLIDII, ſeu τῆς Κλαδίου, monaſterium in Stheno. Leo Grammaticus in Michaele Theodoræ filio pag. 457. E. R. ait ab Auguſta pulſum urbe Joannem Patriarcham, & *ἐν τῷ στενῷ εἰς τὸ Κλαδίου ἔτω καλούμενον* relegatum. Sed an monaſterium fuerit, quod vult Combefiſius, an vero locus ita dictus, non omnino conſtat. Siquidem locus fuit aut Suburbanum, ita forte appellationem ſumpſit, quod ibi Catena extiterit, quæ portum clauſit, ut ſuo loco indicamus.

VIII. S. CONONIS templum extra urbem fuit, ad freti littus. Chronicon Alexandrinum pag. 869. E. R. de Commentiolo Patricio: Καὶ αὐτὸς ἐσφάγη πέραν πλησίον τοῦ ἁγίου Κώνωνος φρος θάλασσαν. *Cæſus eſt in Steni littore ad S. Cononis ædem propter mare.* Idem alio loco: Ἐμειναν δὲ σκαφοκάραβοι εἰς ὅλην τὴν μονοξύλων ἀπὸ τοῦ ἁγίου Κώνωνος πέραν εἰς Πηγὰς, μὴ συγχωρεῖντες παρελθεῖν τὰ μονόξυλα. *Et manſerunt ſcaphocarabi ſeu naviculæ in conſpectu navigiorum a templo S. Cononis, quod eſt in Stheni littore, uſque ad Pegas ſeu Fontem, non ſinentes navigia exire.* Ad littus maris etiam ſtatuitur apud Theophanem, ubi de ſeditione Victoriatorum, p. 156. E. R. Ἀκηκοότες δὲ οἱ μοναχοὶ τοῦ ἁγίου Κώνωνος ἥρπασαν αὐτοὺς ἐν ἀκατίῳ, καὶ ἐπέρασαν αὐτοὺς εἰς τὸν ἅγιον Λαυρέντιον, διότι φορόμια εἶχε τοῦ μηδένα, ἐκβλύσκεσθαι τοῦ ναοῦ, ἵνα οὖ πάθῃ τὸ ἱκανόν *Audito clamore Monachi S. Cononis, illos in lembo arripuerunt, & ad ſanctum Laurentium deportarunt, quia hoc privilegio gaudebat S. Cononis Eccleſia, ut nemo ex ea pe.leretur, donec ſecuritas ei data eſſet.*

IX. CONSTANTINI M. Imperatoris ædem ſacram in Palatio Pegano ædificavit Baſilius Macedo, ut auctor eſt Porphyrogenitus in Avi vita cap. LX.

X. SS. COSMÆ ET DAMIANI monaſterium, quod extra urbem ad Freti littus extitit, primus excitavit Paulinus Magiſter ſub Theodoſio Juniore, notiſſimus ob pomum ab Eudocia Imperatoris uxore datum, quod illi tandem ultimum exitium conciliavit, uti paſſim hiſtorici tradunt: unde recte *ἐν τοῖς Παυλίνου*, hoc eſt *in prædiis Paulini* ſitum adſignant Zonaras & Scylitzes pag. 502. E. R. licet Nicephorus Patriarcha CP. ubi de illius filio Tiberio, quem in hac æde humatum tradit, τὸ ἱερὸν τῶν θείων ἀναργύρων τῶν καλουμένων τῶν Παυλίνης, & Theophanes τὸν ναὸν τῶν ἁγίων ἀναργύρων τὸν λεγόμενον Παυλίνου habeant. Continuator Theophanis lib. II. num. XIV. Καὶ τὸν χάραξα κατὰ τὸν Παυλίνου οἶκον, ἐνθα δὴ καὶ τὸ τῶν σεβασμίων ἀναργύρων τέμενος οἷόν τι ἀνάκτορον φκοδόμησε, ἐγκατέπηξε. *Et ad Paulini ædem, ubi venerabilium Anargyrorum templum inſtar palatii excitatum eſt, caſtra poſuit.* Codinus in Orig. pag. 56. E. R. refert Paulinum, cum de æde ſanctis Coſmæ & Damiano ſacra condenda conſilium cepiſſet, manumque admoviſſet operi, a Theodoſii ſatellitibus illius juſſu per inſidias in Palatio appetitum, eorum evaſiſſe gladios divorum iſtorum ope, ut inchoatum opus perficeret: Imperatorem primum facti pœnituiſſe, ſed poſtmodum confecto SS. Anargyrorum templo caput ei præcidi juſſiſſe. De eo videtur locutus Marcellinus Comes in Anaſtaſio, quo loco tradit Laurentium Lychnidenſem Epiſcopum, *ſeptimo infirmitatis ſuæ anno, in atrio Coſmæ & Damiani ſanatum*: etſi, ut verum fatear, aliam in urbe ædem Divis iſtis ſacram hac ferme tempeſtate excitatam fuiſſe, ſub eodem nempe Theodoſio, conſtet, uti ſupra innuimus. Verum cum Procopius lib. I. de Ædif. cap. VI. in hoc præſertim de quo agimus templo mirandas iſtas ſanationes SS. Coſmæ & Damiano adſcribat, potior videtur conjectura Marcellinum illud intelexiſſe. Narrat porro Procopius divos iſtos apparuiſſe Juſtiniano gravi aliquando ægritudine laboranti, eumque ſanaſſe, & in gratitudinis argumentum a Juſtiniano poſtmodum templum iis ſacrum, quod ad extremum ſinum *ἐκ παλαιοῦ*, *jam olim* excitatum fuerat, in aliam redactum formam, majorique nitore, pulchritudine, magnitudine, ac denique luminis copia longe illuſtrius reddidiſſe. Mox ſubdit, quod priorem de Marcellino ſententiam firmat, ægros a medicis depoſitos per ſinum ſcaphis ad hoc templum devehi, ibique morborum curationem conſequi, ad extremum ſinum, in acclivi arduoque admodum loco, *κατὰ τὸν κόλπον τὸ πέρας, ἐν τε τῷ ἀκαίτῳ ἐκ ἰσχυρῶς ὀρθίῳ* extitiſſe ait idem Procopius. E regione Blacherniani Palatii ſtatuunt Scylitzes in Monomacho pag. 765. E. R. & Pachymeres lib. IX. cap. V. ad littus Freti idem Scylitzes in Lacapeno pag. 623. E. R. in Blachernis pariter, hoc eſt in Blachernarum *φροντείῳ*, ſeu ſuburbano, ponitur in Chronico Alexandrino pag. 892. & 906. E. R. quo ultimo loco ait incenſum ab Avaribus, Heraclio imperante: *ἐγκαύσαντες δὲ τὸν ἐκκλησίαν τῶν ἁγίων Κοσμᾶ & Δαμιανοῦ ἐν Βλαχέρναις*. De ſitu conſentiunt ſcriptores omnes, qui ad littus maris, ſeu Freti, verſus Blachernas ſtatuunt, Anna lib. II. & X. Alexiad. pag. 44. & 302. E. R. Zonaras in Lacapeno, Leo Grammaticus pag. 500. E. R. Symeon Logotheta in Leone Armenio num. VIII. auctor incertus poſt Theophanem pag. 432. E. R. Anonymus Combefiſianus in Romano Lacapeno num. XV. Nicephoras Gregoras lib. VIII. pag. 247 E. R. qui a Palatio, Blacherniano ſcilicet, XXX. fere ſtadiis diſſitum ſcribit, Pachymeres lib. VII. cap. XXXIV. lib. IX. cap. V. & alii paſſim, apud quos ferme ſemper *Κοσμιδίου* appellatione donatur, ut apud Glycam in Conſtantino Porphyrogenito, Nicetam Choniatem, Cantacuzenum lib. I. cap. XXVII. lib. IV. cap. IX. &c. Sed & *φρούριον*, ſeu munitionem ibi extitiſſe docet Nicephorus Bryennius lib. III. cap. XII. quam quidem munitionem *Caſtellum Boemundi* a noſtris diu appellatam docuimus, & ad Villharduinum num. LXXXVII. quod Alexius in eo domicilium Boemundo adſignaſſet, cum in expeditionem ſacram ſe ſe accingeret. Quippe Coſmidium ab Alexio adſignatum Boemundo diſerte ſcribit Anna. Vulgarem autem hanc Caſtelli Boemundi appellationem eidem monaſterio tribuunt Willelmus Tyrius lib. II. cap. VIII. Epiſtola Comitis S. Pauli de expugnatione CP. & Willharduinus, qui diſerte vicinum Blacherniano Palatio fuiſſe ait: *Lors fu le conſeil des Barons que il ſe herbergeroient entre le Palais de Blaquerne & le Caſtel Buymont, qui ere une Abaie cloſe de murs.* Quomodo etiam ſtatuitur locus, quem *ad S. Argenium* vocat idem Tyrius lib. II. cap. XIII. & lib. VIII. cap. IV. ubi reſtituendum *ad SS. Anargyros* pridem docuimus. Ita porro Berengario Entenzæ Magno Duci creato in Coſmidio domicilium perinde adſignavit Andronicus Imperator, apud Pachymerem lib. XI. cap. XIV. lib. XII. cap. XI. Sed non multo poſt ab eodem Imperatore, ne a Catalanis, qui tum contra Græcos arma ſumpſerant, invaderetur, ex parte diruta eſt munitio. Idem Pachymeres lib.

pag. 183.

xiii. cap. xiii. Τίνι δὲ καὶ τότε Κοσμιδίῳ ὁρμέων δεδιότων μὴ ἐπισάντες κατάσχοιντο. ἐκ μέσης κατήρρηπτο. Denique non plane mihi constat an monasterium S. Cosmæ, quod a Michaele Paphlagone Imp. ἀφ' ὑψηλῶν τῆς πόλεως exstructum, & in quo monachicam vitam professum reliquum vitæ exegisse scribit Zonaras, idem sit cum Cosmidio quod reædificaverit, an vero ab isto diversum. Extitit porro ædes alia τῶν ἀναργύρων, ἐν τοῖς Δαρεΐου excitata a Justino Juniore, ut est apud Theophanem pag. 206. E. R.

XI. S. CYPRIANI & JUSTINÆ ædis, πέραν ἐν τοῖς Σολομῶντος, mentio est in Menæis 11. Octob.

XII. S. CYRIACI extra Portam auream, ἔξω τῆς χρυσῆς πόρτης, condidit Gratissimus Præpositus, Leone M. imperante, ut habet Theophanes pag. 97. E. R. Addit Theodorus Lector Ecl. 1. pag. 182. in eo Monachi sumpsisse habitum, simulque Præpositi munus adimpleviſse: ἐν ᾧ ἔτι μοναχικὸν σχῆμα ἔλαβεν, ἅμα ἐπλήρωσε τὰ Πραιποσίτου, id est licet Monachus fuerit, Præpositi sacri cubiculi munus ut prius obivit.

XIII. DEIPARÆ AD FONTEM ædes sacra ad Portam auream, ubi extrema urbis mœnia terrestria desinunt, uno ferme ab Urbe stadio ædificata fuit. Ibi porro locus fuit amœnissimus, cupressis ingentibus ac densis consitus, & prato floribus referto distinctus, quem quidem, quod eo cives Constantinopolitani subinde deambulationem captarent, περίπατον appellarunt, uti supra docuimus, ubi de Palatio Pegano ad hanc ædem exstructo. Loci amœnitatem mire augebat πηγὴ ἀφθόνῳ βλύζουσα καλλιῶν τὸ ὕδωρ καὶ ποταμόν, *fons tacita scaturigine levem ac dulcem aquam effundens*, ut ait Procopius lib. 1. de Ædif. cap. 111. Nicephorus Call. Πηγὴ δὲ ἀφθόνῳ καὶ διηνεκῶς ῥάμματος ἐξιπτάσθαι ἀνατρέχουσα, παρῆκε μὲν τῷ τόπῳ μετὰ ῥαστώνης ὅσης τὸ χάριεν· ἀπρόσωπον δὲ ἐξ τὸν χῶρον ἅμα καθίσα· *Fons ubertim & pellucide profluens, cum loco ipsi gratiam ingentem & amœnitatem præbuit, tum pulchrum eum & conspicuum reddidit*. Neque ex aquarum dumtaxat ubertate commendationem apud Byzantinos obtinuit fons iste, sed præsertim propter mirabiles ex earum potu morborum sanationes, adeo ut divinam virtutem iis inditam arbitrarentur. Idem Nicephorus: Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ θείαν χάριν τῷ ὕδατι ἐμῤῥάδισασα, ἐνεργεῖς αὐτίκα ἐδείκνυ καὶ πρὸς γοναῖς θαυμάτων ἐῤῥωμενίστατον· *Divina præterea gratia iis indita, ad miraculorum edendorum proventum efficacem eam præstitit*. Quæ quidem miracula occasionem præbuere Justiniano ædis Deiparæ sacræ condendæ ad hunc Fontem ex superflua materia Magnæ Ecclesiæ, ut auctor est Codinus in Orig. pag. 55. E. R. ex quo divinas istas virtutes in sanandis morbis non tam Fonti ipsi quam Deiparæ, quam & Πηγὴν appellarunt, adscripsere Byzantii, atque in iis Joanne Euchaitarum Episcopus Carmine εἰς ῥέουσαν ὕδωρ.

Εβλυζε καὶ πρὶν ῥᾶμα τῷ λαῷ πίτρα,
Χριστὸν δὲ ταύτην μυστικοὶ φασι λόγοι,
Ὁ καὶ πετίζει νέκταρ εἰς ἀφθαρσίαν.
Μήτηρ δὲ Χριστοῦ, δευτέρα πάλιν πέτρα,
Ζηλοῖ τὸν υἱὸν, ἐξ ῥέει ζωῆς ὕδωρ.
Πάντες δέχεσθαι σωτηρίχοντες τλῶ χάριν.

His adjungam Epigramma aliud Manuelis Philæ εἰς εἰκόνα τῆς Πηγῆς.

Ζωῆς ἐγὼ βλέπων σε πηγὴν, παρθένε,
Πᾶσαν φλόγα σβεννύεις παντὸς κινδύνου.
Σὺ γὰρ ἀναψύχεις με τοῖς πειρατηρίοις,
Ἀφθαρσίας φέρουσα τοῖς κόλποις φλέβα.

Cantacuzenus lib. 11. capp. xvii. & xx. narrat Andronicum Juniorem, cum gravi ægritudine Didymotichi detineretur, adeo ut de recuperanda sanitate desperarent medici, lympha fontis istius corpore perlito convaluisse, reversumque in urbem, egisse gratias τῇ πανάγνῳ μητρὶ τοῦ Θεοῦ τῇ ζωοδόχῳ πηγῇ τῇ μᾶλλον ἰάματα ἢ νάματα βρυούσῃ, *castissimæ Deiparæ vitali Fonti sanitates magis quam aquas emananti*, quam lib. iv. capp. i. & xli. πηγὴν ἀφθόνων καὶ παντοίων ἰαμάτων, *omnium curationum Fontem* vocat. Scripsit Nicephorus Callisti, ut ipsemet testatur lib. xv. cap. xxvi. Commentarium de Miraculis ad Fontem editis, quem in Bibliothecis Vaticana & Cæsarea asservari observarunt Lambecius & Gretzerus: hujus titulum exhibuit Leo Allatius in Diatriba de Symeonibus pag. 88. Atque hæc quidem de Fonte, ad quem ædificatum Deiparæ templum a Justiniano tradit Zonaras. Sed an ab illo excitatum primum fuerit, scrupulum injicit idem Nicephorus, qui a Leone M. conditum refert in miraculi memoriam, quod in cæco Deus operatus est, cui visus redditus, cum oculos adhuc eo privatus istius Fontis aqua perfudisset: rem multis narrat Nicephorus cap xxv. Neque omnino dissentit Codinus in Origin. pag. 55. E. R. tradens Justinianum e venatione in urbem redeuntem, & magnam populi multitudinem conspicatum, ex oratorio quod ibi erat prodeuntem, scisciatum quidnam sibi vellet tantus civium concursus; & Strategio Magistro, ob Fontem qui morbos curaret, respondente, tum Justinianum ædis magnificæ eo in loco condendæ consilium cepisse, quam ex superflua Magnæ Ecclesiæ materia demum ædificavit. At Procopius lib. 1. de Ædif. cap. 111. ait Justinianum templum Deiparæ ἐν χώρῳ καλουμένῳ πηγῇ consecrasse, quod nitore & magnitudine plerisque sacris ædibus antecelleret, quod in annum xxxiii. ejusdem Augusti, Christi DLIX. rejicit Cedrenus pag. 378. E. R. cujus encænia IX. Julii celebrari solita docet Menologium Sirleti. At cum terræ motu collapsum, vel certe labefactatum esset, illud reædificavit Irene Athenienſis, Leonis Chazari Imperatoris conjux, cum filio Constantino, ducentis & septuaginta septem annis post primam ejus ædificationem, ut est apud Codinum Lambecii pag. 55. E. R. seu CCLX. ut est apud Meursium in Notis ad Constantinum de Admin. Imp. pag. 41. In quo quidem annorum calculo evidens error deprehenditur, cum ab anno DLIX. ad annum DCCCII. quo in ordinem acta est Irene a Nicephoro Generali, intercedant tantum CCXLIII. Illud postea pristino nitori ac splendori restituit Basilius Macedo, multoque quam antea splendidius effecit, ut Porphyrogenitus in avi Vita cap. LIV. & Scylitzes pag. 587. E. R. tradunt. Sed non multo post cladem perpessum scribit idem Scylitzes pag. 623. E. R. ut & Anonymus Combefisianus num. xv. Romano Lacapeno imperante, ignem immittente Symeone Bulgarorum Rege: Ὁ δὲ Συμεὼν ἀποστείλας ἐνέπρησε τὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ναὸν ἐν τῇ πηγῇ, ὃν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἐδομήσατο. Nec tamen penitus ablumptum incendio isto, vel certe postmodum de novo instauratum, siquidem refert idem Scylitzes pag. 626. E R & Anonymus num. xxii. non multo post Petri Symeonis filii cum Maria Lacapeni Imperatoris filia nuptias in eo templo celebratas. Ædis totius structuram & elegantiam multis describit Nicephorus lib. xv. cap. xxvi. aitque formam illius fuisse quadratam, ita tamen ut aliquatenus longitudo latitudinem excederet, ὡς συμβαίνειν τετραμόριόν τι εἶναι τῷ μήκει τὸ εὖρος, proindeque tribus longitudinis partibus constaret latitudo, cujusmodi Græcanicorum templorum formam fuisse diximus in Descriptione ædis Sophianæ num. xii. Deinde addit in media fere Deiparæ æde fontem inclusum, forma quadrata, ad quem gradibus marmoreis xxv. descensus patebat, cujus quidem latitudo bis senum pedum erat. Alia denique subjungit ad Fontis descriptionem, & aquarum illius qualitatem, quæ consulto præterimus. Cæterum, ait Gyllius lib. iv. cap. viii. extat etiamnum hic Fons, quem a Porta aurea χρυσοπηγὴν appellant Græci

Edit. Paris. pag. 184.

Græci hodierni, qua appellatione templum extare in Galathensi suburbio innuit Manuel Malaxus in Histor. Patriarcharum p. 155. Fons adhuc perennis scaturit, & religiose bibitur a Græcis, qui omnes fontes juxta templa sitos, sacros habent & nominant. Templum vero jam non extat, cujus ædificia, ut tradit Leunclavius in Pand. Turc. n. cc. nunc dirura sunt, fundamentis tantum extantibus. Subdit præterea Fontem hodieque Græcorum vulgus invisere magno concursu certo anni tempore, veluti si Deiparæ templum adhuc incolume staret, consuevisse, ea forte ex diebus Dominicis qua Imperator ad illud templum procedere solebat, ut auctor est Zonaras in Nicephoro Phoca; nisi *processum*, seu secessum intelligat ad Palatium Peganum, de quo supra egimus. Monasterium virorum fuisse indicat Anna Comnena lib. v. pag. 95. Edit. Reg. dum ait Italum quemdam ab hæretica pravitate recedentem eo secessisse: Εἶτα μεταμεληθεὶς πρὸς τὴ βασιλέα παρακλήσει χρησάμενος, κατὰ τὼ κέλευσιν ἐκείνε τὼ Κωνσταντίνου κατέλαβε, τὼ μονὼ τὼ οὕτω καλουμένω Πηγὼ ἐνδιαίτημα λαβών. Meminit rursum istius templi lib. 1. pag. 38. ut & Chronicon Alexandrin. pag. 869. Edit. R. Nicephorus Gregoras lib. VIII. p. 252 E. R. & Ducas cap. XXVIII. Zeno ἡγούμενος μονῆς τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἐν τῇ Πηγῇ subscribit in Concilio Constantinopolitano sub Mena act. 1. Memoratur in eodem Concilio monasterium aliud Πηγὴ pariter dictum in Diœcesi Calchedonensi. De Palatio ad Fontem ædificato egimus supra. Prædictis addo Græcos celebrasse XVI. Augusti τὼ ἐν τῷ ναῷ τῆς Πηγῆς τοῦ ἁγιάσματος ἐξάντλησιν, καὶ αὐτῆς ἀνάδοσιν, sub Leone Isauro.

XIV. DEIPARÆ, τῆς Θεοτόκου ἐν τοῖς Ὠνωράτοις, *in Honoratis*, Ecclesiam ædificavit Juliana illustrissima & piissima fœmina, (Olybrii Augusti ex Placidia uxore filia) quæ Calchedonensem Synodum acriter tutata est, Anastasio imperante, ut auctor est Theophanes pag. 135. Edit. Reg. Qui vero *Honorati* locus hic appellatur, Suburbanum fuit ultra Propontidis Fretum, ubi Isaacium Comnenum Imperatorem diversari ac venationi indulgere solitum scribit Nicephorus Bryennius lib. 1. cap. IV. Τὸν δὲ Προποντίδος διαπεράσας πορθμὸν, ἐν τοῖς περὶ τὸ Ὠνοράτου πολίχνιον προαστείοις πυλίζετο· ἐπὶ θήραν δὲ συνεχῶς ἐξιὼν ἐκ τὸ σῶμα γυμνάζων: *Trajecto Propontidis freto, in Honorati oppiduli suburbanis diversabatur, venatum continuo exiens, corpusque exercens.* Sunt qui existimant prædium fuisse Honorati illius, qui primus Præfectum urbi egit Constantinopoli sub Constantio.

XV. DEIPARÆ πέραν ἐν τοῖς Μαραταξις habent Menæa XV. Junii.

XVI. DEIPARÆ templum in Steno conditum ab Eudocia Augusta Constantini Ducæ Imperatoris uxore, memorat Nicephorus Bryennius lib. 1. cap. XX. Καὶ εἰς τὸν δρόμωνα τὸν βασιλικὸν εἰσελθοῦσα, ἔπειτα ἔνθα οἰκεῖν κατασκήπτετο, εἰς ὅπερ αὐτὴ δυλαδὴ τοῦ Στενοῦ πρὸς τῇ θαλάσσῃ τέμενος τῇ Θεοτόκῳ ἱδρύσατο. *Et Imperatorium Dromonem ingressu eo se contulit, ubi definita ipsi habitatio erat, nempe in templum quod ipsa Deiparæ condiderat, Steni dictum, quod ad Freti fauces prope mare situm erat.* *Edit. Paris. pag. 185.*

XVII. S. DOMNINÆ monasterium, μονὼ τῆς ἁγίας Δομνίνας, ἣ ἐπωνομάζεται τὸ Ἀλεξάνδρε, Theodosio Magno imperante exstruxit S. Domnina, cum Roma Constantinopolim venisset, impetrata ab Imperatore loci tunc inhabitati (extra urbem) copia, ut est apud Codinum pag. 61. Edit. Reg.

XVIII. ELIMORUM, τῶν Ἐλειμῶν, seu, ut Cedrenus pag. 531. Edit. Reg. τῶν Ἐλείγμων, monasterium, in quo attonsus Anastasius Sacellarius Constantino Porphyrogenito imperante, ut est etiam apud Leonem Grammaticum pag. 497. E. R.

XIX. S. GABRIELIS Archangeli ædis, πέραν ἐν Χάλδαις, encœnia celebrari XXVI. Julii observant Menæa.

XX. GALACRINORUM, τῶν Γαλακρίνων, monasterium conditum a Nicolao Patriarcha, in quo & humatus est, Constantino Porphyrogenito imperante, ut tradit Leo Grammaticus p. 502. E. R.

XXI. S. HYPATII monasterii in Rufinianis meminit auctor Vitæ S. Auxentii nu. XXXIX. & LXVI.

XXII. S. IRENES, τῆς ἁγίας Εἰρήνης, ædem τὸ περάμαν, sanctus Marcianus ædificavit, ut est in Originibus Constantinop. ineditis, & infra: Πρώτη δὲ ἐκκλησία ἡ ἁγία Εἰρήνη εὐδωκίου ὑπῆρχεν, ἀνήγειρε δὲ ὁ αὐτὸς ὅσιος, καὶ τὸ Νοσοκωμεῖον τὸ ἐν τῇ ἁγίᾳ Εἰρήνῃ ὄν.

XXIII. S. LAURENTII ἐν ἀρίστρᾳ τοῦ Κόλπου, ad Sinus lævam, ædem refecit Justinianus, ut habet Procopius lib. 1. de Ædif. cap. VI.

XXIV. MALILIÆ, τῆς Μαλιλίας, monasterium a Malio (f. Malilio) Primo a Secretis ædificatum statuitur inter περαικὰ μοναστήρια in Originibus Constantinop. ineditis. Codinus pag. 58. E. R. habet τὰ Μαλιλίας.

XXV. S. MAMANTIS ædis Conditorem agnoscit Zonaras Pharasmanem eunuchum, Justiniani Imperatoris Cubicularium, natione Colchum, cujus virtutem bellicam prædicat Procopius lib. 1. de Bello Persico cap. VIII. & cujus rursum meminit lib. II. de Bello Vandalico cap. XIX. Πλησίον τῶ τείχους statuitur ab eodem Zonara, ad mœnia scilicet urbis, quæ Στενὸν, seu Fretum, spectabant: nam & ἐν Στενῷ, & ἐπὶ τὸ Στενὸν perinde exstructa dicitur ab eodem Zonara, Continuatore Theophanis lib. IV. n. XXXIV. Scylitze, & Glyca in Michaele Theophili filio, A Cedreno vero in Mauricio, πλησίον τῆς Ξυλοκέρκε πόρτης, *ad Xylocirci Portum*, quæ extitit ad caput Freti Syceni. Tradit Hoeschelius haberi in Bibliotheca Augustana, ut & Lambecius in Cæsarea lib. V. p. 89. τῶ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τῶ Νέω Θεολόγω φρεσβυτέρω & ἡγουμένω τῆς μονῆς τῶ ἁγίω Μάμαντος τῆς Ξηροκέρκου λόγους λγ'. ubi Ξηροκέρκου, pro Ξηροκέρκου scriptum habetur. Eodem etiam loco statuitur a Theophane: nam an. III. Constantini Copronymi Artabasdum ait καπκαβοπυρφόρους, *naves igne Græco instructas*, misisse εἰς τὸ ἅγιον Μάμαντα. Proinde mari proxima fuit, quod præterea satis ostendit portus qui ibi extitit, quem λιμένα τῶ ἁγίω Μάμαντος vocat idem Theophanes ann. II. Artemii, λιμενάριον, auctor Chronici Alexandrini, qui a Leone M. anno XII. ædificatum una cum Porticibus scribit. Sed de ædis S. Mamantis Conditore non una est sententia: narrant quippe Theophanes an. III. Constantii pag. 29. & Elias Cretensis ad Orat. III. Gregorii Nazianzeni in Julianum, Gallum & Julianum e fratre nepotes, Lectores ordinatos, sancto Martyri Mamanti Ecclesiam construere molitos, & quo structuram ædis suæ aggressus erat Julianus loco, solum fabricam non admisisse. Sed an Constantinopoli, an vero in Cappadocia, ubi uterque litteris operam dabat, non declarant, ut nec ipse Gregorius pag. 59. Utcumque sit, videtur sancto Mamanti dicata extitisse in Urbe ante Justiniani tempora; cum dicatur Leo M. condidisse portum & porticus πέραν εἰς τὸν ἅγιον Μάμαν, in Chronico Alexandrino: tametsi auctor locum sic potuit designasse, ut qui postmodum ab exstructa ibi æde sancto Mamanti sacra appellationem hanc sumpserit. Certe Codinus pag. 57. Edit. Reg. ex Originibus Constantinopol. ineditis, τὸν ἅγιον Μάμαντα Leonem condidisse narrat: sed an hæc referenda sint ad quod subdit, Palatium & Hippodromum ibi ædificasse, perinde incertum est. Neque mendo, opinor, caret, quod alio loco scribit pag. 60. ex Originibus Constantinop. ineditis, sanctum Mamantem, seu ædem sancti Mamantis, condidisse sororem Mauricii Imperatoris, quæ μὴ τὸ ἀναιρεθῆναι παρὰ τὸ Φωκὰ τὸν Μαυρίκιον ἅμα τοῖς τέκνοις αὐτοῦ, λαβοῦσα τὰ σώματα αὐτῶν, κατέθετο ἐκεῖσε· *Mauricio & filiis ejus interfectis, corpora eorum collegit, atque ibi deposuit.* Quippe ante Maurici tempora stabat ædes sancti Mamantis, quam de novo instauratam ab Isaacio An-

gelo Imperatore tradit Anonymus in Tractatu de translatione reliquiarum S. Mamantis: *Misit quemdam Clericum suum cum dicto Galone ad Monasterium, quod de novo fabricatum erat sumptibus Hysachii Imperatoris Constantinopolitani in honore beati Mamantis.* Sed an hæc spectent ædem ἐν Στενῷ, an vero novam aliam, dubitandi occasionem præbent, quæ ipse auctor subdit, caput scilicet S. Mamantis a Monacho quodam Cæsarea Cappadociæ metropoli Constantinopolim allatum, & in nova quam S. Mamanti condebat æde Isaacius repositum: *Ecce caput patroni nostri, quod quidam Calogerus, id est bonus senex Monomachus cum multis aliis Sanctorum reliquiis de terra in qua B. Martyr passus est, Constantinopolim detulit. Et dum cogitaret secum ubi posset eas honorifice collocare, responsum est ei in somnis, In Ecclesia quam de novo fabricat Hysachius Imperator B. Martyris repone, ne te oporteat ulterius laborare.* Urbe tandem a Francis capta anno MCCIV. Walo de Dampetra Nobilis Gallus ex Campania, postmodum Dimicensis Episcopus, idem S. Mamantis caput Constantinopoli Lingonas attulit circa ann. MCCIX. a cujus reliquiis, aliisque ejusdem sancti longe antea huc translatis, ædes primaria, quæ sancto Joanni Evangelistæ sacra est, S. Mamantis appellationem deinceps sumpsit: Raynardus enim Lingonensis Episcopus, qui vixit ann. MLXXIII. brachium ejusdem sancti ab Imperatore Constantinop. impetraverat, & in Ecclesia sua recondiderat, ut auctor est idem Anonymus capp. III. & IV. cujus quidem Raynardi liber circumfertur *de Vita, agone, ac triumpho S. Mamantis Martyris*. Porro monasterium S. Mamantis virorum fuit, cujus situm ut vitæ monasticæ perquam commodum & opportunum sic describit Joannes Cantacuzenus lib. IV. cap. XVI. Τὸ τοῦ ἁγίου Μάμαντος φροντιστήριον θέσεως ἴσχυν εἶχεν, καὶ ἡσυχίας ἀπολαῦον ὡς ἐν πόλει μάλιστα, τῆς ψυχῆς ἐκεῖ φροντίζειν γινομένης, καὶ περὶ τῆς τῇδε πεφαγμένων ἐξιλάσκεσθαι Θεόν. *Monasterium S. Mamantis situ opportunum & loco, ut ad curandam animam, atque ad Deum propter contractas in vita maculas propitiandum appositum.* Meminit rursum eodem lib. cap. XXXVI. Similia ait Anonymus Combefisianus in Romano Lacapeno num. II. Ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Μάμαντος ἀνδρείας μονῆς, τῆς πλησίον οὔσης τῆς Ξηροκήπου λεγομένης πόρτης. *Ex S. Mamantis virorum monasterio, quod situm est ad portam, quam Xerlocerci vocant.*

Edit. Paris. pag. 186.

XXVI. S. MAMANTIS πέραν ἐν τῷ Σίγματι ædis mentionem agunt Menæa ad XII. Julii, & in ea SS. Martyrum Andreæ Militis, Fausti, Menæ, & aliorum synaxin celebrari annotant.

XXVII. S. MAURÆ Martyris, cujus festum agunt Græci XXX. Novemb. ædem ædificavit S. Maura, Roma profecta, & impetrata a Theodosio Magno loci tunc inhabitati copia, ut est apud Codinum pag. 61. Edit. Reg. Hujus Ecclesiæ meminit Chronicon Alexandriuum pag. 784. Edit. Reg. aitque Hypatium, qui sub Justiniano tyrannidis affectatæ reus cæsus est, in ea humatum: Καὶ λαβόντες αὐτὸ οἱ αὐτὸ ἔθαψαν εἰς τὸ μαρτύριον τῆς ἁγίας Μαύρας. Erat illa extra urbem, ad Sinum. Svidas in Copronymo: Τῷ γὰρ Ἀφροδίτῃ ἱτέμα, καὶ ἀνθρωποθυσίας ἀνύφερε πέραν τῆς πόλεως, ἔνθα ὁ τῆς ἁγίας Μαύρας ὁ ναὸς, ὅπερ ἰδαφίσαι, καὶ φονευτήριον ποιήσας, Μαῦραν ὠνόμασε τὸν τόπον, ἐν ᾧ καὶ νύκτωρ ἐπετέλει θυσίας, καὶ παῖδας κατέσφαττε: *Venerem colebat, & humanas hostias ultra urbem ferebat, ubi erat templum S. Mauræ, quod quidem ille solo æquavit, & ex eo carnificinam fecit, & Mauram vocavit illum locum, in quo etiam noctu illa sacra peragebat, & pueros mactabat.*

XXVIII. METANOEÆ, seu Pœnitentiæ, monasterium ad Freti littus dextrum, seu amplum domicilium exstruxere Justinianus & Theodora, recludendis iis mulieribus, quas anteactę lascivioris vitæ pœnituisset. Procopius lib. I. de Ædif. cap. IX. Παρὰ ταύτῃ δὲ τοῦ πορθμοῦ τῷ ἀκτῷ, ἣ ἐστιν ἐν δεξιᾷ ἰοῦσι τὸν Εὔξεινον καλούμενον Πόντον, βασίλεια πρότερον ὄντα, μοναστήριον μεγαλοπρεπὲς κατεστήσαντο, καταγώγιον ταῖς μεταμελομέναις γυναιξὶν ἐπὶ τῷ προτέρῳ βίῳ ἰσόμενον, ἐφ᾽ ᾧ δὴ ἐνταῦθα περί τε τὸν Θεὸν ἔκ τῶν δυσέβειαν ἀχολίᾳ γιγνομένῃ περικαθῆραι τὰς ἁμαρτάδας δυνάται ἂν τὶς ἐν μετροπίῳ διαίτης· διὸ καὶ Μετάνοιαν τοῦτο δὴ ἔξ γυναικῶν τὸ διαιτητήριον ὁμωνύμως τῷ ἔργῳ ἐπωνυμάζουσι· *Ad ipsum Freti littus, quod in Euxinum Pontum navigantibus a dextra occurrit, magnificum excitavere monasterium, ubi prius Palatia erant, in quo fęminæ, quas anteactæ vitæ pœniteret, consisterent, ut ibi intentis animis divino cultui, contractas meretricio instituto noxas piarent. Quapropter & Pœnitentiam hæc mulierum diversoria consentaneo nomine appellant.* In eo vero monasterio ad quingenta ferme scorta ab iis recluſa refert idem Procopius in Hist. Arcana pag. 75. prioris edit.

XXIX. S. MICHAELIS, seu τοῦ Ἀρχιστρατήγου, ædis ἐν Δαμοκρανείᾳ, haud procul Athyra, mentionem agunt in Zoe Scylitzes pag. 753. E. R. & Zonaras pag. 196. E. R.

XXX. S. MICHAELIS ædis, seu τοῦ Ἀρχαγγέλου πέραν εἰς τὰ Προμώτου, *Archangeli ultra Sinum in Promoti suburbano*, meminit Chronicon Alexandrinum Heraclii ann. XIII. Μοναστήριον τῆς Προμώτου perperam vocatur in Collectaneis antiq. Constantinop. pag. 102. Edit. Reg. pro Προμώτου, in quod secessisse ait Anastasiam Juliani Parabatæ conjugem, repudiatam ab eo, quod Christianam religionem ejurare abnuisset. Sed quæ de Juliani uxore hic obtruduntur, prorsus fictitia sunt, cum Helena extincta, aliam superduxisse istius ævi scriptores non tradant. Fuit præterea mentio paulo supra nescio cujus Προμοωτίου, quem velut scriptorem laudari putant viri docti, etsi id incertum, cum quæ ibi narrantur, ad Hesychium Milesium, cujus nomen male exaratur per Μιλίχιον, pro Ησύχιον, ni fallor, spectent. Subscribit præterea in Concilio Constantinopolitano sub Mena cum cæteris urbis Abbatibus Julianus τῆς Προμώτου μονῆς ἡγούμενος. Ex voce porro πέραν in Chronico Alexandrino, colligi videtur Promoti suburbanum fuisse in adverso urbis littore Asiatico: quod astruit omnino Ausonius epist. XIII. ad Paulum, quo loco Ostrea Calchedonensia commendat, quæ Promoti sua ætate nuncupabantur: pag. 187.

Accedunt quæ fama recens, Byzantia subter
Littora, & insana generata Propontidis acta,
Promoti celebrata ducis de nomine, laudat.

Ubi *insana acta Propontidis*, est littus Calchedonense Urbi oppositum: quod prodit vox *insana*, quæ ad Calchedonenses refertur, qui *cæci* ac proinde *insani* ab oraculo appellati sunt, uti suo loco docuimus. Promotus vero, cujus hoc fuit suburbanum, quod littori Calchedonensi adjacuit, is videtur, qui Consulatum gessit cum Timasio sub Theodosio Imperatore.

XXXI. S. MICHAELIS τοῦ Ἀρχιστρατήγου φροντιστήριον περὶ τὸ τοῦ Πόντου σῶμα εἰς τόπον τινὰ Κατασκίπιον λεγόμενον, *Archistrategi monasterium in loco Catascepe nuncupato ad ostium Ponti* a Manuele Comneno Imperatore exædificatum memorat Nicetas in eodem Manuele Com. lib. VII. n. III.

XXXII. S. MICHAELIS, seu τοῦ Ἀρχαγγέλου, templum in Anaplo ædificavit Constantinus M. Theophanes pag. 18. Edit. Reg. Καὶ τὸ Ἀρχαγγέλου ἐν τῷ Ἀνάπλῳ (ναὸν) ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς ᾠκοδόμησε. Cum vero Anaplus proprie dicatur littus Bosphori Europæanum, ut alibi indicatum, locum distinctius designat Cedrenus pag. 284. Edit. Reg. Καὶ τὸ Ἀρχιστρατήγου ἐν τῷ Ἀνάπλῳ καὶ Σωσθενίῳ, ἔνθα καὶ θείας ὁμφὰς θαυμασίως ἤκουσέ τε καὶ ἐθεάσατο ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς ᾠκοδόμησε· Et

Archistrategi templum in Anaplo & Sosthemio ædificavit Christi amantissimus Imperator, ubi & divinas voces audierat, & conspexerat. Quod de miraculosis istis apparitionibus subdit Cedrenus, attigit etiam Sozomenus lib. II. cap. II. Ελαχε δὲ τὸ χωρίον τοῦτο τῷ νυνὶ κρατοῦσαν θρησκείαν, καθότι πεπίστευται ἐνθάδε ἐπιφανῆναι ὁ θεῖος Μιχαὴλ Ἀρχάγγελος· *Obtinuit vero is locus hanc appellationem, quod pro certo habeatur sanctum Michaelem Archangelum ibi apparuisse.* At cujusmodi fuerint eæ apparitiones, pluribus persequitur Nicephorus Callist. lib. VII. cap. L. & ut ædes ista sancto Michaeli sacra miraculis deinceps coruscaverit, quod etiam perstrinxit Sozomenus, qui ædificatam ait ἐν ταῖς ἰσίαις ποτὲ καλουμέναις, locumque inde appellatum Μιχαήλιον. Nicephorus & alii ἐν Σωδεινίῳ ædem statuunt, ita ut dubium non sit Sosthenium diversum prorsus fuisse a Leosthene, licet secus senserit Gyllius lib. II. de Bosp. Thrac. cap. x. & XIV. Sosthenii nomen priscis Græcis etiam notum vult Nicephorus, qui etymon ab ipsis Argonautis accersit, etsi nulla istiusmodi nominis apud veteres scriptores occurrat mentio. Sosthenii situm præter Sozomenum & Nicephorum exhibet Leontii epigramma lib. IV. Antolog. cap. XXV. Σωδεινία κώμη meminit Theophanes ad an. 1. Leonis Isauri pag. 332. *Sosthenem* vocat Victor Tunnensis in Anastasio, ubi de Vitaliano, ex quo emendandus Marcellinus Comes, qui *Systhenense prædium* habet. Ædem S. Michaelis Sosthenianam de novo & a fundamentis instauravit Justinianus Magnus, ut & alteram, quam in opposito littore Asiatico ab eodem Constantino Magno ædificatam narrat etiam Nicephorus. Procopius lib. I. de Ædif. cap. VIII. Ἱερὰ δύο τῷ Ἀρχαγγέλῳ Μιχαὴλ ἀνημένα καταντικρὺ ἀλλήλων ἐσῶτα τὸ πορθμὸ ἑκατέρωθι σωίβαιναν εἶναι, θάτερον μὲν ἐν χώρῳ καλουμένῳ Ἀνάπλῳ ἐν ἀριστερᾷ ἀπλοΐοντι τὸν Εὔξεινον Πόντον· τὸ δὲ δὴ ἕτερον ἐν τῇ ἀντιπέρας ἀκτῇ. *Templa duo Michaeli Archangelo sacra, sibique adversa, hinc inde Freto imminebant: quorum alterum erat in Anaplo ad lævam navigantium in Pontum Euxinum, alterum in opposito littore,* &c. Deinde templi Sostheniani a Justiniano exstructi formam describit, quam eandem fuisse ait, quæ templi in Hebdomo sancto Joanni Baptistæ sacri ab eodem Justiniano exædificati, & alterius quod in oppsito littore extitit: verba Procopii consulto prætereo, ne nimius sim. Sosthenianum etiam reædificavit postmodum Basilius Macedo, ut auctor est in illius vita Porphyrogenitus cap. LXI. & ex eo Scylitzes pag. 589. E. R. Nicetas vero in Isaacio lib. III. n. V. ait eundem Isaacium τὸν ἐν τῷ Ἀνάπτῳ νεὼν τοῦ Ἀρχιστρατήγου τῆς ἄνω τάξεων Μιχαὴλ, *ædem S. Michaelis in Anaplo*, instauraturum, variis tabellis ac donariis ex aliis templis ablatis mirifice exornasse. Meminerunt præterea Σωσινίου Anna Comnena p. 241. E. R. & Georgius Acropolita c. LXXXV. τὸν ναὸν τοῦ Ἀρχιστρατήγου τῆς ἄνω δωμάτων Μιχαὴλ ἐν Ἀνάπλῳ ὁρᾶσθαι, ut & Pachymeres lib. XII. c. VI. Nicephorus Gregoras lib. V. p. 90. E. R. τῆς περὶ τὸν Βόσπορον τοῦ Ἀρχιστρατήγου μονῆς, & Joannes Euchaitarum Episcopus in hisce versibus:

Οἱ γὰρ μοναταὶ τῆς μονῆς τῆς τιμίας
Τοῦ Σωδεινίου τοῦ δὲ τοῦ φρουταγγίλου.

Locum hodie *Asomaton*, seu Ασωμάτων (ita enim Angelos Græci indigitant) vocant, ut habent Crasius pag. 292. & Leunclavius in Pand. num. CXXVIII.

XXXIII. S. MICHAELIS, seu Ἀρχαγγέλου, templum in loco Mochadio dicto, qui Hiero adjacet in Asiatico Freti littore, exstruxit Justinianus Magnus, ut auctor est Procopius lib. I. de Ædif. cap. IX. Ἀκτὴ δέ τίς ἐστι, Μωκάδιον ὄνομα, τὴν χώρα ἐγγὺς, ὃ τῷ Ἱερῷ ὀνομάζεται. ἐνταῦθα ναὸν τῷ Ἀρχαγγέλῳ ἱδρύματο ἱεροφιλοῦ τινὸς διαφερόντως, &c. *Littus est, quod Mocadium vocant, vicinum loco qui Hieri nomen etiamnum retinet. Hic templum*

A *Archangelo condidit augustissimus* &c. De Hiero dixi ad Alexiadem pag. 361. E. R. Meminit præterea Leo Grammaticus in Basilio pag. 471. E. R. præclari Monasterii virorum ab Ignatio Patriarcha exædificati ὡς τὸ ἐμπόριον Σάτυρος ἐπ' ὀνόματι Ἀρχιστρατήγου τοῦ ἀνατέλλοντος. Sed legendum Σατύρου, cum monasterium ædificatum fuerit ab Ignatio haud procul a templo Paganorum Satyro dicato, unde ei nomen accessit, ut scribunt Continuator Theophanis lib. I. n. X. & Symeon Logotheta in Basilio n. IX. qui & cur S. Michaelis τοῦ ἀνατέλλοντος dictum fuerit, commemorant; quod scilicet eo loci reperta fuerit mensa lapidea, cum hac inscriptione: Τοῦτό ἐστι τὸ θυσιαστήριον τοῦ Ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ τοῦ ἀνατέλλοντος, ὅπερ ἐνεδρύσατο ὁ Ἀπόστολος Ἀνδρέας· *Hoc est altare Michaelis cælestis militiæ Principis orientis, quod Andreas Apostolus posuit.* In eo porro monasterio humatus idem S. Ignatius, ex ejusque ruderibus ædificatum postea Bryantis Palatium. *Edit. Paris. pag. 188.*

B XXXIV. MOLIBOTUM monasterium, sancto Nicolao sacrum, extra urbem fuit; in quo humatum Constantinum Ducam Imperatorem scribit Scylitzes pag. 817. E. R. Η δὲ οσία ταύτη οὐκ ἐνθα προσεδόκησε γέγονεν, ἀλλὰ θαπόντος αὐθις, ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Νικολάου ἐνεταφίσθη, ἡ καλεῖται Μολιβωτόν· *Ejus vero exequiæ non ubi expectabat, celebratæ sunt, sed per mare ductus in Monasterio S. Nicolai, quod Molibotum vocatur, depositus est.*

C XXXV. NOVEM ORDINUM, τῶν ἐννέα Ταγμάτων, seu novem Angelorum Ordinum templum vicinum fuit Constantini Palatio. Cantacuzenus lib. III. cap. LXXXVIII. Ὡς ἤδοντο διορυσσόμενα τὰ τείχη, καὶ ἁλίσκεσθαι μέλλειν ἤδη, τὸ φρούριον ἐκλιπόντες, ἐπὶ τὸ ἐγγὺς κατέφυγον ναὸν τῶν ἐννέα ταγμάτων προσαγορευόμενον· *Ut muros perfodi, & se capiendos senserunt, relicto castello* (seu Palatio Constantini) *ad vicinum Novem Ordinum cognominatum templum perfugiunt.* *Ennea* appellari a Bondelmontio indicavimus ad hunc scriptorem, illudque esse cujus mentio est apud Zonaram pag. 214. Edit. Reg. & Scylitzem pag. 808. Edit. Reg. in Isaacio Comneno; qui in eo Angelorum, ἱεραρχίων Δωμάτων, seu Ἀρχαγγέλων, festivitatem celebrari solitam scribunt. Scylitzes πρὸς τῆς πόλεως statuit. Sic autem Bondelmontius: *Et ultra fuit supra mœnia amplissimum Justiniani Palatium, cum Ecclesia Ennea dicta, nobilissima, Mosaicorumque ædificiorum, atque cum pavimento miri ingenii contexto.* Sed & τῆς Ασωμάτων vulgo appellatum videtur indicare Cantacuzenus lib. III. cap. LXXXVIII. ubi meminit Portæ Urbis τῆς ἀσωμάτων πύλης dictæ, quam vicinam Palatio Constantini fuisse ait, sub qua appellatione ædificatum a Theodora Porphyrogenita Augusta, Zoes Augustæ sorore, docet Joannes Euchaitarum Episcopus hisce versibus, quos hoc loco describimus.

D

Αμοιβαῖοι εἰς τὸν Ασωμάτων.
Τίς τῷ ἄμορφον ἐξιμόρφωσι φύσιν;
Η δοξάσασα τὸ σίφος Θεοδώρα.
Καὶ πῶς ἀνιστόρησεν ἁγνωστον θέαν;
Πίστις καθορθοῖ πάντα ταῦτα ῥᾳδίως.
Ποῖον δὲ μισθὸν ἡ παλδοσιβὴς δίλει;
Ποθεῖ, πρὸ πάντων ψυχικὴν σωτηρίαν.
Ἀρχιστρατηγὲ, πῶδε, πλήθει τὸν πόθον;
Η πίστις αὐτῇ προξενήσει κἀμὲ τόδε.

Ἄλλοι εἰς τὸν αὐτόν.
Ἐχουσα θερμὸν προστάτην ἐνταῦθά σε
Η παλδοσίβαστος Αὐγοῦστα Θεοδώρα.
Ε ἐχεῖ πλέον σε προστατῶν αὐτῆς θέλει,
Ἀρχιστρατηγὲ τῆς ἄνω στρατιᾶς,
Οταν βασιλὶς ἐραστῶν κείνων κάτω,
Τὰς γῆς βασιλεῖς εἰς χεῖρα φερτὴν ἄγῃ,
Οθεν παρ' αὐτῆς λαβὼν δῶρον τόδε,
Θερμαῖς τότε φρόνησι δωρεμένης.

Novem Ordinum Angelorum festum, quod σωάξιν τῆς Αγγέλων vocant, celebrant Græci VIII. Novemb. Vide Menæa.

E

XXXVI. OSIARUM, seu ἐν Ὁσίοις, monasterii suburbani meminit Leo Grammaticus pag. 486. E. R. ut & Eustathius in vita S. Eutychii Patr. CP. n. XL. dicati forte S. Osiæ, vel Ossiæ, cujus festum agunt Græci VIII. Novemb. ut est in Menologio Basilii. In Originibus CP. ineditis hæc leguntur: Τὸν δὲ Ὅσιον ἀνύγειρεν Ἰωσήνος ἡ Σοφία ἡ κλωβή.

XXXVII. PELAMYDUM monasterium a Leone Philosopho Constantino M. imperante ædificatum inter πειρατικὰ μοναστήρια recensetur in Originibus CP. ineditis: in Pelamydio suburbano forte, de quo egimus in Originibus veteris Byzantii p. 6. E. R. Vide Codinum pag. 58. E. R.

XXXVIII. S. PHOCÆ monasterium virorum ἐν τῷ καλουμένῳ Στενῷ, quod ἀνοικέναι τῇ Εὐξείνῳ vocat Porphyrogenitus, exstructum & dotatum a Basilio Macedone, ut idem scribit in avi vita cap. LXIII. & Codinus p. 58. E. R. ex Originibus CP. ineditis. Vide Notas ad Alexiad. p. 343. E. R. & Continuatorem Theophanis lib. IV. num. VIII.

XXXIX. QUADRAGINTA DUORUM MARTYRUM ædes excitata in Palatio Pegano a Basilio Macedone, ut auctor est Porphyrogen. in avi vita cap. LX. Καὶ ὁ τῶν τεσσαράκοντα μαρτύρων τῶν δύο καὶ τεσσαράκοντα — ναός. De his SS. vide Continuatorem Theophanis lib. III. n. XXX. XXXIV. XXXV. XXXVI. & alios a Bolando ad VI. & X. Martii laudatos scriptores. *Edit. Paris. pag. 189.*

XL. SACCUDIORUM monasterium Imperialibus, seu quæ ab Imperatore nude pendebant, accensetur ab Anastasio Bibliothecario in præfatione ad Theodori Studitæ Sermonem de B. Bartholomæo, ubi de ipso Theodoro: *Duorum Imperialium insigniumque cœnobiorum, Studii scilicet & Saccudiorum, constitutus est Abbas.* Hujus monasterii Hegumenus fuit S. Plato, cujus vitam conscripsit Theodorus Studita, uti appellatur in Vita S. Theodori, quem ait interfuisse Synodo habitæ ann. DCCLXXXVII. cui hoc titulo subscripsit, Πλάτων ἡγούμενος Σακκουδιώνος. Suburbanum fuisse observat auctor Vitæ S. Theodori, ut & idem Theodorus in Vita Platonis num. XXXII.

XLI. ΤΩΝ ΣΠΕΙΡΩΝ μονὴ, seu monasterii ad Damatryn, a Samona Patricio exstructi, Leone Philosopho imperante, meminit Leo Grammaticus pag. 486. E. R. & Scylitzes pag. 605. E. R.

XLII. STAURACII, τῶν Σταυρακίου, monasterium memoratur præsertim a scriptoribus Byzantinis, quod in eo, ubi & Monachum induerat, sepultum Stauracium Imperatorem tradant scriptores. Theophan. p. 418. E. R. Τῷ δὲ γαμετῷ τοῦ Σταυρακίου Θεοφανοῖ κατιπλάτισι μονάσασαν, — ἐν οἷς ἐπίσημον οἶκον εἰς μοναστήριον, τὰ Ἑβραΐκα λεγόμενον, παρίσχεν, ἔνθα Σταυράκιος ἐτάφη. Zonaras pag. 102. E. R. ait Michaelem Rhangabe Imperatorem Theophanoni Augustæ Stauracii conjugi domum assignasse, quam illa in monasterium mutavit, & a Stauracio in eo sepulto Monasterium Stauracii postea appellatum, mox hæc subdit: Ἡ τις μονὴ ἐξ ἐκείνου ἐκλήθη τοῦ Σταυρακίου ὠνομασμένη, βαρβαριζομένου δὲ τοῦ ὀνόματος παρὰ τοῦ συρφετώδους ὄχλου, λέγεται τὰ Βρακά. παρά τινων δὲ τάυτῃ δηθὲν φωνὴ τὸ ἐλληνικώτερον, ὀνομάζεται τὰ Ἑβραΐκα. *Id monasterium appellatione corrupta vulgo Braca dicitur, & a nonnullis qui vocem ad Græcam formam detorquere conantur, originis ejus ignari, Hebraica.* At Cedrenus p. 482. E. R. in monasterio, quod τὰ Βρακὰ etiam appellat, mortuum quidem, sed sepultum ἐν τῇ μονῇ τοῦ Σατύρου refert; in quo postmodum monasterio Hegumeni seu Abbatis dignitatem obtinuit S. Ignatius, a qua ad Patriarchalem sedem promotus est, ut auctor est Scylitzes p. 551. E. R. Sed & in eo humatum tradit Michael Syncellus in illius Encomio, & ab illo conditum, seu potius instauratum; siquidem monasterium Satyri Stauratio jam imperante constiterit. Menæa ad XXXIII. Octobr. de S. Ignatio: Εὐνοῦχος δὲ γενόμενος αὐτὰ καὶ μοναχὸς ἀποκαρεὶς, ἡγούμενος τῆς Ἀρχαγγέλου μονῆς τὸ τοῦτό τε μὲν ἐπικαλουμένου Ἀντιλόντος, νῦν δὲ Σατύρου. Eadem habet Menologium Basilii Imp. Nicetas Paphlago Ignatium ait ædem S. Michaeli sacram in continente, e regione suburbanarum insularum, instauravisse, paulo antequam vita excederet, in eaque demum sepultum. Καὶ γὰρ ἀντικρὺ τούτων καὶ ἤπειρον πρὸς τῇ αὐτῇ χειμένῳ, ταύτῳ δὴ λέγω προσκαθημένῳ τῷ μεγάλῳ Ταξιάρχῃ μονῷ, ἐπὶ τῷ τέλει τῆς αὐτοῦ ζωῆς, ὁ μακάριος τελευταίαν ἀνεστήσατο, ᾧ κατήγαγε τῷ Θεῷ. *E regione quippe illorum in continenti ipsi adjacente, illud dico magni Angelicorum Ordinum ducis monasterium, sub vitæ suæ finem beatus ille postremo ædificavit, & Deo consecravit.* Unde patet monasterium Satyri, & monasterium S. Michaelis ἐν στενῷ, seu in littore quod Propontidem respicit, idem unumque esse: nec forte diversum quod ab eodem Ignatio instauratore, μονὴ τοῦ Πατριάρχου nuncupatur ab Anna Comnena lib. X. Alexiad. p. 298. E. R. & in Menæis XXI. Maii in SS. Constantino & Helena; etsi id omnino ut verum non præstiterim. Locum ubi exstructum fuit indicat hisce verbis Leo Grammat. in Basilio p. 471. E. R. Ἰγνάτιος δὲ ὁ Πατριάρχης οἰκοδομήσας ἐκκλησίαν ἐν τὸ ἐμπόριον Σάτυρος περικαλλῆ ἐπ' ὀνόματι Ἀρχιστρατήγου τοῦ Ἀνατελλόντος, ᾧ μονῷ πεποίηκεν ἀνδρεῖον, ἔνθα καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀπόκειται. *Ignatius autem Patriarcha Ecclesiam insignem ad Satoris Emporium sub Orientis Archistrategi nomine constructam virorum fecit monasterium, ubi corpus ejus depositum est.* Ubi sane observandum, ut & in laudatis Menæis, S. Michaelis ἀνατέλλοντος epitheton, cujus vim haud bene percipio. Panegyricus Incerti Maximiano & Constantino dictus, eundem Constantinum *Orientis Imperatorem* vocat, statim initio.

XLIII. TARASII, τοῦ Ταρασίου, monasterium, ut habet Codinus p. 58. E. R. hanc appellationem sortitum est, quia a Tarasio Patriarcha CP. ædificatum πέραν τοῦ στενοῦ, qui & in eo sepultus est, ut est in Menæis ad XXV. Febr. πρὸς τοῦ τῇ εἰσβολῇ τοῦ Εὐξείνου πόντου, ut est in iisdem Menæis ad VIII. Martii in S. Theophylacto Episcopo Nicomediensi. Dicatum vero illud fuit omnibus Martyr. Narrat quippe Ignat. Diaconus in S. Tarasii vita n. LII. sepultum *in monasterio ab eo ædificato in Bosporo Byzantino, in venerando templo omnium Martyrum, qui pro Christo sanguinem effuderunt.* Græca non sunt ad manum. Theophanes p. 407. E. R. Tarasii pariter λείψανον translatum ἐν τῷ στενῷ τοῦ Πόντου ait, & sepultum ἐν τῷ μοναστηρίῳ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντι. Idem etiam p. 424. narrat Michaelem Imp. cum Procopia Augusta ad Tarasii monasterium profectum, defuncti memoriæ justis parentatis, sacrum ejus sepulcrum laminis argenteis pondo XCV. librarum circumdedisse. Meminit præterea istius monasterii Scylitzes pag. 605. 779. E. R. ut & Symeon Logotheta in Leone nu- *pag. 190.* XXIV. & Leo Grammat. p. 486. E. R. Ut porro S. Tarasii corpus Venetias translatum fuerit, ita narrat Andreas Dandulus in Chron. MS. Bibl. Reg. sub an. MXVIII. & Ottone Orseolo Venetorum Duce: *Hoc tempore corpus S. Tarasii Patriarchæ Venetias translatum est* VII. *Kal. Octob. Quidam namque mercatores Veneti ad promontorium quoddam perveniunt, cui nomen Chiledro, & dum moram ibi contraherent, quidam Sacerdos Methamancensis Ecclesiæ cum duobus sociis Petro & Joanne ad Ecclesiam, quam prope sitam audiverat, orationis causa profectus est, & cum illuc appropinquassent, monasterium cernunt, & in eo neminem repererunt. Cumque Sacerdos Ecclesiam intrare vellet, inspiranter intelligit sibi dici: Tolle hoc corpus sanctum, & defer tecum. Cum autem corpus ubi esset ignoraret, utpote qui nunquam affuerat, supra Ecclesiæ pavimentum se stravit, lacrimabiliter divinam precabatur Clementiam, ut si divina fuerit commonitio, sibi plenius referretur. Surgit autem post orationem, & ei suggerebatur ut tolleret corpus sanctum. Cœpit ergo per Ecclesiam omniquacunque respicere, & tandem ad altare accedens, vi-*

*det superius sancti imaginem, cujus subscriptio erat: Sanctus Tarasius; videtque in pariete parvum Crucifixum, quo elevato, per fenestram intra speluncam quandam aspexit, ibi enim sanctum jacebat corpus serico panno involutum, quatuor lampadibus ardentibus ante eum. Casu autem quodam Sacerdos manum læsus erat, eamque ad collum pendentem tenebat: Ut vero fenestræ eam apposuit, continuo sanitatem recepit. Lætus igitur & animosior factus, * securus manum imposuit, ut probaret si corpus moveri posset. Cum igitur sinistra ejus manu apprehendisset, tanta corpus agilitate sublevatum est, ut vivens ipse videretur consurgere, ac dicere: Tolle me, quia tecum venire præsto sum. Sublevatum igitur corpus ad navem, quæ tribus miliaribus aberat, celeriter portavit; cujus dominus & patronus erat vir nobilis & devotus Dominicus Dandulo, qui læto animo corpus sanctum cum reverentia suscepit. A quo degradando duo duces, videlicet Henricus Dandulo, & nos Andreas qui loquimur, originem duximus. Non multo autem post corpus sequuntur Monachi, cum lacrymis ululantes, atque proclamantes: Reddite nobis Patrem nostrum, crudeles homines; hinc exire non poteritis, nisi reddatis. En una alia vice quidam exteræ nationis, unum ipsius dentem furati sunt, & donec redderent, nequaquam exire potuerunt. Veneti autem ad reditum parati, eorum verba contemnunt. Et cum aliæ naves procellarum violentia jactarentur, illa in qua erat pretiosus thesaurus, quasi anser natare super undas maris videbatur. Cum reverentia igitur multa deducitur, & devotione incomparabili ab Episcopo & populo Venetiarum suscipitur, potissime a sanctis Monialibus S. Zachariæ, ubi tunc cc. ancillarum Christi collegium manebat, ibique sacrum corpus depositum est. Patuit autem incunctanter tam ex loco quam ex habitu, quod eremiticam duxerat vitam; nam post tergum cujusdam feræ pellem quasi pro pallio habere videbatur.*

XLIV. S. THECLÆ templum ædificatum fuit in suburbanis, ultra Sycas, seu Galatam, ubi extitit porta ἀπαγούσης εἰς τὸ μαρτύριον τῆς ἁγίας Θέκλας, ut ex Novella CLIX. Justiniani docemur. Huic Ecclesiæ præfuit Phraitas, seu Flavitas, Patriarcha Constantinop. qui πρεσβύτερος τῆς ἁγίας Θέκλης. Συκῶν dicitur S. Nicephoro Constantinop. Patr. in Chronographia compendiaria. Liberatus Diaconus in Breviario cap. XVIII. *Moritur Acacius, & ordinatur post eum Flavitas Presbyter, qui fuit a sancta Thecla.*

XLV. S. THEODORI ædem sacram a Justiniano priusquam imperaret, πρὸ τῆς πόλεως, ἐν χώρῳ καλουμένῳ Ῥησίῳ, *ante urbem, in loco nuncupato Rhessio*, ædificatam auctor est Procopius lib. I. de Ædif. cap. IV. *Rhessium*, seu *Rhesium* idem ne fuerit quod *Rhegium*, uti opinantur viri docti, non omnino constat, tametsi quæ *Porta Rhegii* dicitur scriptoribus, aliis *Rhesii* videtur appellari. Vide Annam Comnen. lib. VIII. p. 226. E. R.

XLVI. S. THEODOSIÆ Martyris, ædis ultra Sinum, meminit Pachymeres libr. II. cap. ultim. & Ducas cap. XXXIX. ubi tradit captam a Turcis urbem die XXIX. Maii divæ sacra, & cum solennitati in illius æde frequens populus interesset: Ετυχε γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως ἑορτάζειδαι, καὶ πανηγυρίζειν τὴν μνήμην τῆς ὁσιομάρτυρος Θεοδοσίας· ἐτελεῖτο οὖν ἑορτὴ πάνδημος, &c. Hodie in Messitam versa est, ut auctor est Leunclavius in Pand. Turc. capit. CXXVIII. ubi & situm indicat: *Extat*, inquit, *unum liberti cujusdam Pompejani marmor, quod non procul a Casanis Bassæ Messita, (quondam illustri sanctæ Theodosiæ templo) supra navale Sultaninum sita conspicitur, id pulcherrimis exaratum literis Romanis hæc verba continet:* V. CN. POMPEJUS. PHILINUS. POMPEJAE. PHILUMENAE. FILIAE. ET. SIBI. De hac æde etiam Gyllius de Bosporo Thrac. lib. II. cap. II. qui ut & idem Leunclavius, Portam Urbis ad Sinum sitam *Hagia Capisi* appellari ait. In hac corpus sanctæ Theodosiæ asservatum docemur ex Magno Chronico Belgico, ubi de ultima urbis expugnatione pag. 378. *Corpusque Beatæ Theodosiæ virginis, quod illic maximis miraculis crebro claruit, omnesque alias Sanctorum reliquias, canibus tradiderunt, & in lutum projecerunt.* Ad ædis, quæ Sinus Ceratini capiti adjacuit, alludere videntur hi ex Menæis versus ad XXIX. Maii, quo per festum S. Theodosiæ Constantinop. agi dicitur:

Κέρας κεφαλῆς τιτύσω σι Θεοδοσία,
Ὄφθη νίον σοι τῆς Ἀμαλθείας κέρας.
Cornu arietis complectens te, Theodosia,
Visum est tibi novum Amaltheæ cornu.

Edit. Paris. pag. 191.

Vide Godefridum Henschenium ad II. April.

XLVII. S. THYRSI Martyris ædem extra urbem exstruxit Cæsarius, qui Consul fuit cum Attico ann. Christi CCCXCVII. & Præfectus Prætorio sub Theodosio Magno, cujus passim mentio apud Theodoretum, Chrysostomum, Libanium, Philostorgium, & alios: quo loco erat oratorium, in quo recondita erant SS. Quadraginta Martyrum reliquiæ, quæ demum divina revelatione detectæ sunt Pulcheriæ Marciani Imperatoris conjugi, quas illa juxta beati Thyrsi feretrum reposuit. Sozomenus lib. IX. cap. II. rem pluribus & occasionem ædis condendæ narrat: quam etiam attigit Chronicon Alexandrinum p. 739. E. R. ad annum I. Marciani: Πυλχερία ἡ γυνὴ Μαρκιανοῦ τ βασιλέως τ ἁγίων τεσσαράκοντα τ ἐν Σεβαστίᾳ μαρτυρησάντων κατ' ὀπτασίαν ἐξέσκα τὰ λείψανα κατακρυπτόμενα εἰς τὸν οἶκον τ ἁγίᾳ Θήρσε, ὀπίσω τ ἀμβωνος· ϗ ἀνεδομήσατο αὐτῶν οἶκον ἔξω ταχῶν τῆς Τρωαδησίων Καισάρεως ὕπατος ϗ ὕπαρχος· *Pulcheria Marciani conjux Sanctorum Quadraginta Martyrum Sebastæ passorum per revelationem reliquias invenit conditas in æde S. Thyrsi pone ambonem: & eorum ædem ædificavit extra muros Troadenses Cæsarius Consul & Præfectus.* Sed ædis structura longe præcesserat hanc reliquiarum inventionem, quæ facta demum anno CCCCL. quo Marcianus imperare cœpit; quod & indicat Sozomenus. Muri vero qui Troadenses vocantur, siquidem adjuncti fuerint aut vicini porticibus quæ eandem habuere appellationem, extitere in duodecima regione. Ædem hanc postea reædificavit Justinianus, adhuc privatus, ut auctor est Procopius lib. I. de Ædif. pag. 8. edit. MDCVII.

ADDENDA,

& suis locis inferenda.

PAGINA 30. *colon.* 2. *lin.* 8. *post*, observamus, *adde*, ita & benedicebantur domus recens exstructæ, ut in libro Sacramentorum Gregorii Magni pag. 250. & apud Gilbertum Lunicensem lib. de Usu Ecclesiastico.

Pag. 33. *col.* 1. *l. antepen. post*, faceret, *adde*, quamquam Diocletianus Nicomediam urbi Romæ coæquare paulo ante studuerat, ut auctor est Lactantius lib. de Mortibus persecutor. n. VII.

Pag. 40. *colon.* 1. *lin.* 49. *post*, altitudinem, *subde*, terræ motu collapsos scribunt Πατρικὰ ΚΠ. MS. ὅτι ὡς τὸ πύργον τῆ Κεντωαρίᾳ, ἐξωθεν ἐγίνοντο σεσαμοὶ καὶ πολὺ καὶ ἐχαλάδησαν τὰ τείχη, καὶ ἀνήγειρεν ὡς ὁρῶνται ὁ Θεοφίλος.

Pag. 41. *col.* 2. *lin.* 57. *post*, statuit, *subde*, hic porro addendæ inscriptiones, quæ turribus nonnullis adscriptæ etiamnum leguntur in muris maritimis, ex Itinerario Jacobi Sponii. Harum altera sic habetur: ΠΤΡΓΟC ΒΑCΙΛΕΙΟΤ ΚΑΙ ΚΩΝCΤΑΝΤΙΝΟΥ ΠΙCΤΩΝ ΕΝ Χω. ΑΤΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ. altera.

Pag. 43. *col.* 1. *lin.* 30. Videtur porro, & *quæ sequuntur usque ad* munivit, *poni debuere ead. pag. post lin.* 9. *Error est typothetæ.*

Pag. 48. *col.* 1. *lin.* 17. *post*, auctor est, *adde*, Continuator Theophanis lib. IV. n. XXXIV. & ex eo.

Pag. 48. *col.* 1. *lin.* 22. *post*, Roma, *adde*, vel potius Athenis, ut habent Origines Constantinopol. MSS. *Et lin.* 25. *post*, effingebat, *subde*, tradunt denique eædem Origines reliquas statuas Portæ Aureæ positas fuisse a Vigilio Primo a Secretis & Astronomo.

Pag. 52. *col.* 2. *lin.* 49. *post*, sapit, *subde*. Id porro hausit ex Originibus Constantinop. ineditis, quæ alias vero haud minus consona produnt, hisce verbis: Η λεγομένη λίμνη (sic ibi & in titulo) τῆ πορφύρᾳ, βοῶ ἐχε ἑξάμετρον χαλκοῶ παμμεγέθη πάνυ· κράζειν δὲ ἔλεγον αὐτὸν ὡς βοῶ μίαν τοῦ ἐνιαυτὸ, ἓ γίνεσθαι παραπτώματα ἐν τῆ ἡμέρᾳ ἐκείνη. ἐτοιχείωσε δὲ αὐτὸ ὁ Κωνὼν, ἐν ᾧ καὶ ἀγορὰ ἦν θαλασσίων ἐμπόρων τὸ φρότερον ὧδε. ἐπὶ δὲ Ἰουστιανῆ (μετετέθη) εἰς τὸν Ἰουλιανοῦ λιμένα. Tametsi pleraque ex iis absurda prorsus sint, saltem inde eruimus Portum Palatii, seu Bucoleontis, eundem fuisse cum Portu Juliani: quod præterea firmatur ex iis quæ habent eædem Origines, & idem Codinus pag. 44. E. R. scribentibus locum nominatum τὰ Ορμίσδε parvum fuisse Portum, antequam conderetur Portus Sophiæ, qui a Conditore ejus Juliano dictus fuerat Portus Juliani.

Pag. 53. *col.* 2. *lin.* 4. *post*, ait, *adde*, idem Bondelmontius. *Et lin.* 25. *post*, restat, *adde*, quemadmodum Theodorus Petri Magistri officiorum sub Justiniano filius κεντοχέρης appellatus, quod illi manus altera esset brevior. Et revera idem fuit Contoscalii Portus cum Portu Juliani, Sophiarum, & Neorio: quod præ cæteris testantur Πατρικὰ ΚΠ. Τὰ δὲ πάλιν παλάτια τῆς Σοφιῶν, ἅτινα ἦσαν σωὸ τῷ λιμένι αὐτῆ ἐν τῷ Κοντοσκελίῳ, ἀνήγειρε Μανουήλιος ὁ βασιλεύς. *Edit. Paris. pag.* 192.

Pag. & *col. ead. lin.* 52. *post*, legas, *subde*, quod vero Michaeli adscribit Pachymeres, Andronico ejus filio attribuunt Origines ineditæ, seu Πατρικὰ ΚΠ. quo loco agit de Portu Juliani, quem ὡς τὸν Επταχάλιον fuisse ait. Quippe post ea verba, quæ etiam apud Codinum habentur, διὸ καὶ τῶ προσηγορίαν εἴληφεν ὁ Σοφιανῶν κεκοιμισθαι λιμῶ, hæc addit: Ον δὴ καὶ ἀναχωσάντα τῷ χρόνῳ ἀνώρυξε, καὶ ἀνέωσε τὸσον, νῦν, ὁ ἐν τοῖς βασιλεῦσι δοξασάτος, ὁ τ' ὀρθοδοξίας ὄντως λιμῶ, ὁ αὐτοκράτωρ ἡμῶν κύριος Ανδρόνικος Κομνηνὸς ὁ Παλαιολόγος· ἀναγκαδήρης γὰρ τοῦτον τοιοῦτον λιμένα καὶ δίρυμας, καὶ βαθύτατον ποιήσας, καὶ δεσμγεῖον τούτῳ ἀξιοπαινετώτατον ἤγειρε, καὶ τὸν λιμένα ὅλῃ πυλῶν σιδηρέων κατησφάλισατο· τὰς βασιλικὰς τριήρεις ἀνεπιβούλως ἐν τούτῳ μένας σαλεύεσθαι· ὅπερ ἐράται τῆ πόλει μέγιστον ἔργον καὶ ἀξιεπαινώτατον.

Pag. & *col. ead. lin.* 67. *post*, parvus est, *subde*, de Contoscalio paulo aliter scribunt Origines Constantinop. ineditæ: Ὅτι τὸ Κοντοσκάλιον ἡ πόρτα ἀπὸ Αγαλλιανῦ Τερμάρχε παρεγαμένε ὅτε ἐκτίζετο λιμῶ, ἐκαλεῖτο δὲ ἐκεῖνος Κοντοσκελής· *Contoscalium Porta, ita appellata ex Agalliano Turmarcha, qui eo operi aderat cum Portus ædificabatur: vocabatur vero ille Contosceles.*

Pag. 55. *colon.* 2. *lin.* 66. *post*, daturi, *subde*, at priusquam eo veniamus, præstat hic observare urbem totam in tres partes dividi ab auctore τῷ Πατρικῶν ΚΠ. quo, inquit, quæcunque enarraturus est de ædibus sacris, privatis, ac publicis, facilius lector deprehendat: Ισίον οὖν ὅτι δυσδίρετα ὄντα τὰ τοιαῦτα, δεῖ τὸ συγκεχυμένε εἶναι, διαιρεθῆναι εἰς τρία μέρη. καὶ τὸ μὲν φρῶτον ἄρχεται ἀπὸ τοῦ παλατίε Χαλκῆς ἕ τῆ Μιλίε μέχρι Χρυσίας. τὸ δὲ δεύτερον ἀπὸ Τζυκανιστηρίε, ἕ Οδηγητρίας, τῆ Μαγγάνων, καὶ μέχρι Βλαχερνῶν. τὸ δέ γε τρίτον μέρος ἀπὸ τῆς ἑτέρε μέρους, τοῦ τε ἁγίε Σεργίου καὶ τῆς Σοφιῶν. καὶ ὁ βελόμενος δίρειν τι, ὑ δυχερανεῖ, ἀλλ' ἐδέως διρήσει τὸ ζητεύμενον· *Observandum igitur, cum hæc omnia haud promptum sit invenire, quod promiscue & nullo servato ordine recensentur, in tres partes hocce opus dispertitum esse. Ac prima quidem incipit a Chalces palatio & a Millio usque ad Auream portam. Altera a Tzycanisterio, Hodegetria, & a Manganis, ad Blachernas. Tertia denique pars ab altera parte & a templo S. Sergii & a Sophiis. Ita ut qui aliquid invenire voluerit, non laboret, sed statim reperiat quod quærit.*

Pag. 60. *col.* 2. *lin.* 49. *post*, illatam, *adde*, De Plateis hodiernis, sic Thomas Smithus Anglus in Notitia Constantinopoleos pag. 80. *Nihil non illustre & tanta quæ spargebatur fama dignum in hac urbe extare, oculis quoque spondentibus fisus, credebam; quamque ingens sui desiderium illa a longe conspecta perperit, exprimendo non sum: quam tamen ingressus, me misere delusum esse præsens sentii. Mihi primum displicuere salebrosi viarum flexus & inæqualitates, non sine labore superandæ: undequaque enim, vel ascendendo, vel descendendo itur, si unicam, quæ urbem transversim dividens, ab Imperatoris Palatio ad Portam Adrianopolitanam æquali superficie, ac sine aliqua curvatura ducit, plateam excipias: dein earundem angustiæ, quæ nitori & amœnitati detrahunt, ut ædes alicubi utrimque se fere contingere videantur.*

Pag. 63. *col.* 2. *lin.* 47. *post*, videtur, *adde*, tradunt Origines Constantinop. MSS. in Foro Circulari, seu Constantini, extitisse Horologium aureum, quod Cyzico advectum fuerat: Καὶ ἐκεῖσε Ωρολογεῖον ἓν, ὅπερ ἐφέρετο ἀπὸ Κυζίκε Χαλκοῦν.

Pag. & *col. ead. lin.* 55. *post*, videtur, *adde*, & ex inedito epigrammate, cum hoc lemmate:

Αντιφίλε, εἰς Ωρολογεῖον ἁρμόζει τὸ ἐπίγραμμα, ὡς ἐγωγε οἶμαι τῶ τοῦ γράμματος ἔννοιαν, ὅτι δύσληπτος.

Σῆμα δωδεκάμοιρον ἀφιγγέος ἠελίοιο
Τετρασάκις ἀγλαόωφ φθεγγόμενον τόματι.
Εὖτ' ἂν ἁλιβομένοιο ποτὶ Στενὸν ὕδατος ἄκρην,
Αὐλὸς ἀποσκλὴν πνεῦμα διωλύγιον.
Θῦκεν Αθηναῖος δίμφω χάριν, ὡς ἂν ἀναγὺς
Εἴη κτῶ φθονερῆς ἠελίοις νιφάδας.

Hic porro innititur artifex Atheneus Mechanicus, cujus libri Mechanici laudantur.

Pag. 64. *col.* 1. *lin.* 44. *post*, Ῥώμης, *adde*, Origines Constantinop. MS. Ὁ δὲ φόρος ὡς μίμησιν τοῦ ὠκεανοῦ ἐκτίσθη κυκλοειδής· *Forum vero ad exemplum Oceani constructum est, forma circulari.*

Pag. 66. *col.* 2. *lin.* 67. *post*, bibliotheca, *subde*, atque eo forte spectant quæ habent Origines ineditæ Constantinop. & idem Codinus, scribentes ad hanc columnam exterarum gentium legatos excipere solitum fuisse Theodosium, ἵνθα τοὺς ἀπὸ τῆς ἑῴας ἥκοντας ἐδέχετο ἑκάστους, quod in basi ita depingatur. Hanc alii Cochlidem columnam Arcadii Imperatoris esse volunt. Ita enim Thomas Smithus in Notitia Constantinopoleos p. 120. *In Foro mulierum (Auratbazar) alia columna extat, quæ loco editiori posita, navigantibus in Propontidae eminus conspicitur. In tot tantisque sæculorum retro actorum decursorumque vicissitudinibus mutilationem quoque passa est hæc ingens olimque magnifica moles, quæ ad centum quadraginta præterpropter pedum altitudinem assurgens, quadraginta duos in perimetro complectitur. Per cochleam intus ad summum ascenditur. Illic cælatura non admodum artifici figuræ prominent, quæ belli apparatum resque ab Arcadio Imperatore gestas, quarum memoriam famæ ad posteros usque propagandæ cupidissimus ille qui fecit, hic extare voluit, oculis exhibere videntur, quod hactenus consentiente omnium fama creditum est. Inde apud Francos columnæ historicæ nomen.* Sed & Arcadio & Honorio adscribitur a Jacobo Sponio in Itinerario tom. 1. pag. 226. ubi & ita hisce vernaculis describitur: *La colonne qui est au milieu de la ville, toute historiée en bas relief, a esté élevée à l'honneur des Empereurs Arcadius & Honorius, dont l'on voit la representation du costé de la base. Deux victoires leur mettent la couronne sur la teste, & ils sont accompagnez d'une troupe de Senateures. Au rang de dessous deux autres victores ameinent des figures de femmes couronnées de creneaux, qui representent autant de villes que les armées de ces deux Princes avoient soumises a leur Empire. Le labarum, qui estoit le chifre entrelacé des deux premieres lettres du nom de* Christus, *y paroit en divers endroits. La colonne est toute de marbre, & de la maniere de celle de Trajan qui est a Rome. La sculpture n'en est pas si bonne, elle est pourtant aussi belle, &c. Les figures du bas & de la base sont fort mal traittées*, &c.

Pag. 69. *colon.* 1. *lin.* 32. *post*, pag 37. *adde*, ubi post hæc verba Codini, ἰσχατον δὲ ἐκλήθη Θεοδοσιακὸς φόρος. Subdunt Origines Constantinopol. ineditæ, a quibus hausit, καὶ ὧ μέχρι Κωνσταντίνου Κοπρωνύμου. quæ quidem verba referenda videntur ad Θέαμα de quo supra, non vero quod Forum Theodosiacum sub Copronymo esse desierit.

Pag. 71. *col.* 2. *lin.* 66. *post*, Theodorus, *adde*, Origines ineditæ Constantinop. Ὅτι ἀγωγὸς τῆς μεγάλων ἀφίδων, ἥτις ἐπὶ οὐράνιαι καμάραι, ὑπὸ Οὐάλεντος ἐκτίσθησαν, ὡς ὁρᾶται· *Aquæductus ingentium arcuum, seu in cœlum usque eductî fornices, a Valente, uti nunc conspiciuntur, exstructi sunt.*

Pag. 81. *col.* 1. *lin.* 19. *post*, reddere. Meminit præterea Cisternæ Palatii Continuator Theophanis lib. IV. nu. IV. ubi de Theophilo Imperatore: Τὰ πρὸς θάλασσαν τοῦ Παλατίου τεῖχη τῆς ἀρχαίων θεμελίων οὔσης παρεμβαλών, καὶ φρὸς τὰ ἡλιακὰ, ἔνθα φρότερον κιστέρνης οὔσης σωλῆβη βασιλικὸν, ἀποπνιγῆναι υἱὸν, παραδείσους ἐργαζόμενος ἐκεῖθεν τὸ λοιπὸν ἀνεπλήρου, καὶ ἑαυτὸν ἐτέρπε τούτοις, &c. *Ipse ad muros Palatii ad mare vergentes ab antiquis fundamentis diruens, & ad solaria, ubi prius cum esterna esset, Imperatoris filium aquis suffocari contigerat, hortos faciens, inde levamen aliquod quærebat, seque his oblectabat.* Nimirum ab Heraclio Imperatore, uti pleræque aliæ, oppleta fuerat, & in hortos commutata.

Pag. 81. *col.* 2. *lin.* 13. *post*, pag. 267. *adde*, At Origines Constantinop. MS. habent hoc loco καράβους, pro γάβας.

Pag. 84. *col.* 2. *lin.* 38. *post*, cœpit, *subde*. Addunt Origines Constantinop. ineditæ eandem Portam Σαφράν, seu *Putrim*, præterea appellatam: ἥτις δὲ ἡ λεγομένη Σαφρά.

Pag. 86. *col.* 1. *lin.* 59. *post*, fuit, *adde*, sic porro uti hodie visitur, describitur a Thoma Smitho in Notitia Constantinopoleos pag. 117. *Circus, seu Hippodromus, Turcice* Amidan, *ob spatium largius exporrectum non sine mirifica oculorum delectatione adhuc visitur, longus utpote ultra quingentos quinquaginta passus, plusquam vero centum viginti latus. In ipsius extremo columna hodie extat, quasi stadii meta, sed illa incendii vim passa, rimas agit. Integer autem extat obeliscus e marmore Thebæo, ob animalium figuras ab Ægyptiis, qui hujusmodi involucris philosophiæ & religionis arcana & mysteria occuluerant, lateribus insculptas, nostris columna hieroglyphica dictus. Quadrus est, basi ejusdem figuræ impositus, latera efficiunt totidem triangula, quæ quo magis elevantur, eo fiunt contractiora, usque dum in conum desinant. Moles ingens est, & quod mirere, quoad se totam absque aliqua partium ferrumination integra, ut in ea cum olim humi dejecta jaceret, super stylobatem iterum reponenda non parum sibi gloriæ inde derivandum duxerit Theodosius Imperator, ut testatur duplex epigraphe, in occidentali latere, Græca, in orientali, Latina, quasi ipse solus hoc tum moliri tum perficere potuisset. Sua mole deprimitur obeliscus subtus terram, ut inscriptiones in infima parte incisas perlegere non sit integrum*, &c.

Pag. 86. *col.* 2. *lin.* 59. *post*, sic, *adde*, Thomas Smithus supra laudatus: *In eodem circo prope extat columna serpentina, ex ære concavo & tortili facta: ad extremum autem illius scapi tria colla capitaque paribus intervallis inter se dissociata, quasi exsiliunt, inque modum trianguli emicant. Hanc olim ab Apollonio Tyanensi, quem Byzantii aliquantillum mansisse constat, sub peculiari siderum aspectu, quo melius a serpentum noxis infestationibusque hac cognata imagine urbs muniretur, prout sentiebat credula nimis antiquitas elaboratam fuisse a verisimili parum abluit.* Ita etiam.

Pag. 90. *col.* 2. *lin.* 8. *post*, sit, *subde*: Extat porro in alterius, ni fallor, Eubuli filii Athenagoræ ineditum epigramma, quod hic damus:

Χαιρίμονος εἰς Εὔβουλον υἱὸν Ἀθηναγόρου.
Εὔβουλον ἐτίκτωσεν Ἀθηναγόρης περὶ πασπάντων
Ἥσσονα μὲν μοίρᾳ, κρείσσονα δ' ἀλογίᾳ.

Pag. 95. *col.* 1. *lin.* 7. *post*, χρυσοτρίκλινον, *adde*. At Origines Constantinop. ineditæ hoc loco pro Justiniano Marcianum præferunt: Τὰ παλάτια τὰ Βυζαντίοντος ἀνωθεν ἡ τείχος παρεξέβαλε Θεοδόσιος ὁ μικρός· ὁ δὲ Μαρκιανὸς ἐποίησε Τρίκλινον, ὃς καλεῖται Χρυσοτρίκλινος.

Pag. 99. *col.* 1. *lin.* 64. *post*, Codinus, pagin. 42. *adde*, Origines Constantinop. ineditæ parte 2. Τὸ δὲ Τζυκανιστήριον ἔκτισεν ὁ Μικρὸς Θεοδόσιος μικρὸν, τὸν δὲ τρυλλοτὸν σοῦλον ἔκτισε Μιχαὴλ ὁ υἱὸς Θεοφίλου, κοσμήσας αὐτὸν καὶ μαρμαρώσας πολυτελῶς. ὁ δὲ Βασιλεὺς ὁ Μακεδὼν παρεξέβαλε τὸ Τζυκανιστήριον, ἐπλάτυνεν ὁ υἱὸς Θεοφίλου φρότερον. ἐν δὲ τοῖς ὑμετέροις χρόνοις, πλεῖον τέτων ἐπλάτυνε τοῦτο Κανσαντῖνος ὁ Δούκας, κτίσας καὶ τὸν μέσον τρίκλινον ἡ ἱπποδρομον, καὶ τὸ ἔνα κάβυκλον. Ex quibus ætas istius scriptoris deprehenditur. Mox addit Persei & Andromedæ statuas Iconio advectas a Constantino stetisse πλησίον τοῦ Τζυκανιστηρίου. Alibi proximum fuisse ædi Hodegetriæ indicant, unde Τζυκανιστήριον Ὁδηγητρίας eidem appellatur. *pag.* 193.

Pag. 99. *col.* 2. *lin.* 37. *post*, vocatur, *adde*, Tricymbali Tzycanisterii mentionem agit præterea Anonymus Combefisianus, in Porphyrogenito nu. IV. Sed & Origines Constantinop. MSS. parte II. Αἱ χαλκαὶ πύλαι αἱ ἰσάμεναι εἰς τὸν Τρικύμβαλον τοῦ Τζυκανιστηρίου παρὰ βασιλείου τοῦ βασιλέως ἐπήρθη ἀπὸ τῆς ἐμβόλων τοῦ φόρου τῆς Χαλκηρίων. ἰσάτη δὲ παρὰ μεγάλου Κωνσταντίνου ἀντικρὺ τῆς Σινάτου. κτίσας δὲ ἡ Νίαν, ἀπῆρε ταύτας, καὶ ἀπήγαγεν ἐκεῖσε· *Portæ vero æreæ quæ stant ad Tricymbalum Tzycani-*

Edit. Paris. pag. 194.

sterii ablatæ sunt a Porticibus Fori Frenariorum. Statutæ porro fuerant a Magno Constantino e regione Senatus. At dum Novam Ecclesiam conderet, inde eas abstulit, in eamque intulit.

Pag. 110. *col.* 1. *lin.* 58. *post*, recreat, *adde*, Respexit porro hic scriptor quod in Chronico Alexandrino legimus Romulum Brumalia instituisse dicente: Ἀναγκαῖον, εἶναι τρίφην τὸν ιβ΄ χαιρὸν βασιλέα τῷ ἑαυτῷ σύγκλητον πᾶσαν, ἐς τοὺς ἐν ἀξίαις, καὶ πάσας τὰς ἔνδον τῷ παλατίῳ ὅσας στρατιάς ὡς ἐντίμους, ἐν τῷ καιρῷ τοῦ χαμόνος, ὅτι τὰ πολεμικὰ ἔνδοσιν ἔχει, ἐκέλευσε φωτοὺς καλεῖν τοὺς ἀπὸ τοῦ Α. ἔχοντας ὄνομα, καὶ λοιπὸν ἀκολούθως τοῦ Ω. Mox hæc verba subdit: Καὶ κάτοχοι τὸ ἔθος τῆς βρουμαλίων παρὰ τῇ Ρωμαίᾳ πολιτείᾳ ἕως τοῦ νῦν. Atque eo spectare prorsus existimo locum Agathiæ supra laudatum: neque enim credam intellexisse Kalendas Januarias, quibus festum Circumcisionis Christi, quod κλύσιως θέσιν vocat Joannes Euchaitarum Metropolitanus pag. 72.

Pag. 111. *col.* 1. *lin.* 45. *post*, epistol. XLIV. *adde*, denique Aldhelmi Episcopi Schireburnensis in ejus Vita, nu. IV. apud Mabillonium.

Pag. 116. *col.* 2. *lin.* 41. *pro*, vestis, *scribe*, Calyptræ. *Lin. seq. post*, pag. 485. *adde*, & Continuator Theophani lib. I. nu. X.

Pag. 118. *col.* 2. *lin.* 23. *post* CLXXII. *adde*, sed & hic referenda quæ pagina proxima diximus de Basilica in qua Julianus literas primum edoctus est.

Pag. 132. *col.* 1. *lin.* 2. *post*, incomperta: *adde*, nisi legendum sit, ὁρμισάμενοι ἐν τῷ ὁρμῷ Ἰουλιανησίῳ τοῦ Καισαρίου λιμένι, id est, *appellere ad Cæsarii Portum qui proximus est Portui Juliani*, quem Ἰουλιανήσιον interdum vocant scriptores.

Pag. 134. *col.* 1. *lin.* 16. *post*, Vita, *subde*, Origines Constantin. ineditæ: Τὰ ὄντα δὲ κτίσματα τὰ ἐν μεγέθει εἰς τὸν ἅγιον Σέργιον, οἴκους τοῦ Μεγάλου Ἰουστιανοῦ ἄντος αὐτοῦ Πατρικίου· *Magna illa ædificia quæ versus S. Sergii ædem cernuntur, ea sunt in quibus habitavit Magnus Justinianus, tum Patricius.*

Addenda libb. III. & IV.

Pag. 5. *col.* 1. *lin.* 51. *post*, nacti, *adde*, Continuator Theophanis lib. IV. num. XL. πρὸς τὸ τοῦ Θεοῦ τέμενος, ᾧ ἐπώνυμον Σοφία.

Pag. ibid. col. 2. *lin.* 7. *post*, cap. V. *adde*, & certe Ἁγαθονίκου præfert Codex MS. Originum, seu Πατρικίου ΚΠ.

Pag. 22. *col.* 1. *lin.* 66. *post*, instar, *adde*, at Origines Constantinop. ineditæ habent hoc loco κεφαλικὰς ἀφίδας, tametsi mendum esse fere constet.

Pag. 33. *col.* 1. *lin.* 60. *post*, conspiciuntur, *adde*, & sane Theorianus in Legatione pag. 192. Patriarchæ τὸν θεῖον καὶ ἱερὸν θρόνον ὀπίσω τῆς ἁγίας Τραπέζης statuit.

Pag. 52. *col.* 1. *lin.* 22. *post*, curavimus, *adde*. Ita Anonymus in Romano juniore num. V. tradit Helenam Augustam Constantini Porphyrogeniti uxorem, elatam ἐν τῇ χρυσοκλωύτῳ καὶ διὰ μαργαρίτων καὶ λίθων λιτῇ, Senatu deducente.

Pag. 77. *col.* 2. *lin.* 53. *post*, τῶν Ἀκοιτῶν, *adde*, Vita MS. S. Alexandri Archimandritæ Acœmetorum Institutoris apud Metaphrastem, de eodem incendio: Φεῦ τῆς πλήθους τῶν ἁμαρτιῶν· δοκεῖ γὰρ δι' αὐτὰς τῷ Θεῷ ἀπὸ θαλάττης διεκδραμεῖν τὸ πῦρ καὶ ἐκταμεῖν τὸ μέσον τῆς πόλεως· τοῦτο καὶ γέγονεν. ἀρχὼ μὲν γὰρ ἔλαβεν τὸ πῦρ ἐκ τοῦ νεωρίου ἔνθα ὁ οἶκός ἐστιν ὁ λεγόμενος Ἀμαντίου κἀκεῖ, ἐπαύσατο κυκλόθεν ὑπὸ τῆς θαλάττης καὶ οὐκ ἔχον ὅπου χωρήσῃ πεφαυτέρω.

Finis Constantinopoleos Christianæ.

INDEX
AD
CONSTANTINOPOLIM CHRISTIANAM.

B. Librum III. & IV. indicat.

Littera A *primam*, B *columnam ſecundam demonſtrat.*

A

Atus, Triclinium Palatii. 97. b
Abibi Eccleſia. B. 105. a
Abrahamii monaſterium. B. 80. a
Abramitæ Monachi. *ib.*
Abſida. B. 30. a. 38. a
Abſis. B. 13. b
S. Acacii Eccleſia. B. 80. b
Accubita, Accubitus, Accubitoriæ veſtes. 107. b. 108. a
Achilleæ Thermæ. 72
Αχαριστὰ Eccleſia. B. 55. b. Vide *Imago*.
Achur Capiſi Porta CP. 50. a
Acœmeti Monachi, eorum monaſterium, inſtitutum. B. 105. a. b
Acropolis CP. 20. b. 41. b
Acropolitæ tractus. 130. a
Αδυτα. B. 27. a
Ædes ſacræ CP. B. 75. a. b
Ædificia publica Byzantii. 41. b
Ægyptiorum monaſterium. B. 105. b
S. Æmiliani Eccleſia, B. 81. a. Porta. 50. a
Ætherius Architectus. 92. a
Æthicus auctor Coſmographiæ. 54. b
Aetii Ciſterna. 79. b
Aetii Eccleſia. B. 105. b
Aetus, Triclinium Palatii. 97. a
Αἴτωμα. *ib.*
Affectiva Imaginum adoratio. B. 35. a
Agalmata, ædes ſacra. B. 106
Agapæ Chriſtianorum. 108. b. 109. a
S. Agathæ Eccleſia. B. 97. b
S. Agathonici Eccleſia. B. 81. b
Agathi monaſterium. B. 125. b
Αγία σορός. B. 56. b
Agioſyritza, Eccleſia ſic dicta. B. 57. b
Αγραύλιον. B. 119. b
Ajacis & Achillis templum. 20. b
Αἰδεμα. B. 13. a
Alcibiades Byzantium capit. 24. a
S. Alexandri Eccleſia. B. 81. b
Alexandrina horrea. 123. b
Alexiacum Triclinium. 105. b
Alexii monaſterium. B. 105
Αλαγὴ. B. 77. a
Αλαξίματα. B. 50. b
Alonitzium. 130. a
Αλωνίστης. 66. a
Altitudo ædis Sophianæ. B. 10. b
Altitudo centri hemiſphærii Sophiani. B. 20. b
Alypii monaſterium. B. 106. a
Amalphitanorum Eccleſia CP. B. 55. b
Amantii tractus. B. 79. b
Amaſtrianum Forum. 70. a
Amaſtris urbs. *ib.*
Ambo ædis Sophianæ. B. 44. a
Ambonis gradus. B. *ib.* b
Ambulationes Marciani. 98. b
Amphitheatrum CP. 88. a
Αμφοδάρχαι. 60. a
Ἀνάργυροι qui dicti Sancti. B. 83. b
Anaſtaſiæ Eccleſia a S. Gregorio Nazianzeno exſtructa. 78. a. B. 98. a
S. Anaſtaſiæ Novatianorum Eccleſia. B. 98. a
Anaſtaſianæ Balneæ. 76. b
Anaſtaſianum Triclinium. 104. b
Anaſtaſius Imp. Chalces Conditor. 92. a
S. Anaſtaſii Eccleſia. B. 81. b
S. Anaſtaſii Perſæ Eccleſia. *ib.*
S. Andreæ Eccleſia. B. 76. a
S. Andreæ reliquiæ. B. 72. a
Andronici Triclinium. 98. a
Ἀνδρῶνες. 98. b. 114. a
Anemodulium. 130. a b
Angiportus Palatii. 98. a
Angulus S. Demetrii. B. 84. a
S. Annæ Eccleſia. B. 99. b. 100. a
Ἀνοίξια ædium ſacrarum. B. 7. b
Anthemii Eccleſia. B. 106. a
Anthemii tractus. 131. a. B. 80. a. 106. a
Anthemii Gerocomium. B. 116. b
Anthimi monaſterium. B. 125. b
Antiochi Palatium. 131. a
S. Antipæ Eccleſia. B. 81. b
Antipera. B. 117. a
Antiphonetes imago. 93. b
Antonini Itinerarium. 55. a
Aphameæ Palatium. B. 121. b
Apollinis templum, 21. a. Tripus. 68. b
Apollonii Tyanei τελίσματα. 93. b
SS. Apoſtolorum Eccleſia. B. 71. b. *& ſeqq.*
SS. Apoſtolorum Eccleſia in Triconcho, B. 75. b
Arbor aurea in Palatio Magnaura. 103. a
Arbores Luciferæ. B. 26. a
Arca. 121. b
Arcadiæ Nobiliſſimæ domus. 113. a
Arcadiæ Eccleſia S. Andreæ, B. 76. a. S. Andreæ. *ib.*
Arcadiana Ciſterna. 80. a
Arcadianæ Thermæ. 77. b
Arcadianæ. B. 83. a
Arcadii Statua. *Vide* Statua.
Arcarii. 121. b
Ἀρχὼν μονασηρίων. B. 84. b

INDEX

Areobindi Balneæ, 78. b. Tractus. B. 143. b
Areobindi Ecclesia Deiparæ. B. 55. b
Ἀρεως οἶκος. 115. b
Argentariorum Porticus. 90. b
Argivi Byzantii conditores. 22. b
Argyra Palus. 46. a
Argyropratia. 131. a
Aristarchus Harmosta Byzantii. 24. a
S. Aristinæ Ecclesia. B. 100 a
Ἀεισήειον 97. a
Ἀειδμός 99. b
Arma, Triclinium Palatii.
Armamenta. B. 91. a. 100. b
Armamentarium. 102. a. 122. b. B. 91. a
Armati, seu Armatii tractus. 131. b. B. 155. b
Armatorium. 122. b
Armenianorum monasterium. B. 106. b
Ars, Grammatica. 118. b
Arsenalis. 123. a
S. Artemii Ecclesia. B. 81. b
A secretum. 125. a
Asparis Tractus. 131. a
Ἀσπασικὸς οἶκος. B. 50. b
Asterii monasterium. B. 106. b
Attacæ ædes Deiparæ. B. 55. b
S. Augustini Cantuariensis Archiepiscopi Ecclesia CP. B. 90. a
Aura, tempestas. 102 b
Augustæ monasterii. B. 106. b
Augustæ Domus. 112. b
Aureliani tractus. B. 96. a

B

BAlneæ publicæ CP. 74. a. Achilleæ, *ibidem* Zeuxippi, *ibid.* b. Anastasiæ, 76. b. Constantini, *ibid.* Speculum, 63. b. Anastasii, 78. a. Dagistæi, *ibid.* Sophianæ, *ibidem.* Magnæ, *ibid.* b. Palatii, *ibid.* Areobindi, *ibid.* Blachernarum, *ibid.* Caminia, *ibid.* Duplices, *ibid.* Helenianarum, *ibid.* b. Mariæ, *ibid.* a. Alexandri, 74. b. Severi, *ibid.* Oeconomii, 79. a. Mixtæ, *ibid.*
Baptisterium Sophianum. B. 84. a
S. Barbaræ Ecclesia, B. 100. a. Porta. 49. a
Barbari domus. 131. b
Barbises fluvius. B. 121. b
Barnyssus fluvius. B. 25. a
S. Bartholomæi Ecclesia. B. 76. b
Basilica. 115. a. *ibid.* 117. b. 118. b
Basilica legum, 117. b. Gunariorum, 119. b. 122. a. Theodosiana, 121. b. Illi. *ibid.*
Basilicæ Thermæ. 78. b
Βασιλικαὶ Ecclesiarum portæ. B. 16. b
Basilidæ Ecclesia. B. 90. a
Basilii Bulgaroctoni sepulcrum. B. 77. a
S. Basilii Ecclesia. B. 81. b
Basilisci Palatium, 106. a. Tractus, B. 195. a
Bassiani Ecclesia. B. 82. a
Bassi Ecclesia. B. 106. b
Battopolium. 71
Beletus scriptor. 94. a
Belonæ domus. 135. b
Bema Sophianum, B. 27. a. ædis Chalces, B. 55. Manichæorum, B. 28. Lectorum. B. 43. b
Βημόθυρον. B. 41. b
S. Benedicti Ecclesia. B. 82. a
SS. Benjamini & Verii Ecclesia. B. 82. a
Bethleem monasterium. B. 106. b
Bibliotheca Patriarchii. 114. a. Constantinopolitana. 118. b. 119. a
Blachernarum Ecclesia, B. 56. a. Porta, 45. a. Palatium, 103. 104. Thermæ. 78. b
Blanca. 53. b. 54. a
S. Blasii Ecclesia, & reliquiæ. B. 82. b
Borrœdii tractus. 131. b
Boni Cisterna. 80. b
Bos, Bovis forum. 69. b
Blattopolium. 71. a
Borbyzes fluvius. 14. a. 21. b
Bosphorius. 15. b
Bosphorus. *ibid.*
Bosporus. *ibid.*
Brachium S. Georgii. B. 85. b
Brephotrophium. B. 115. b
Brumalia. 110. a. *ibid.* b
Bryæ, vel Bryantis Palatium. B. 124. a
Buccinæ. 19. b
Bucoleontis Palatium. 96. a
Bulgarorum Porta, 118. b
Byzantii situs, 91. a Parallelus, 13. b. Ala Græciæ *ibid.* Deorum sedes, 21. b. ejus Conditores, *ibid.* status & fortuna, 23. 24. a. quo anno conditum. 23. a b
Byzantii Dorica lingua usi, 23. a vino dediti, 24. b. aleatores. 23. b
Byzas, ejus ortus, 22. a. ejus statua. *ibid.* b
Byzas Thrax Dynastes. 24 b
Byzia Nympha. 22. a

C

CÆlum repræsentat Bema. B. 35. a
Cænurgium, Triclinium Palatii. 97. b
Cæsarii Portus, 54. a Tractus, 131. b
Cajumæ monasterium. B. 106. b
Calami monasterium. B. 107. a
Καλάθωσις. 105. b
Calchedonense Palatium. B 122. a
Calchedonenses cæci & insani dicti. 23. a B. 130. b
Calliades Byzantiorum Dux 22. a
Calliæ monasterium. B. 107. a
S. Callinici Ecclesia, B. 83. a Porta, 46. a Pons, B. 125. a. Monasterium. B. *ibid.* b
Καλλίπολις dicta CP. 35
Calypa monasterium. B. 107. b
Καλύπτρα, Ciborium. B. 33. b
Camilaucium. 131. b
Καμηλογέφυρον. B. 125. b
Caminia. 78. b
Campa monasterium. B. 107. b
Campus CP. Martis, &c. 111. b
Canatistæ ædes. 131. b
Cancellus Bematis. B. 40. b
Καγκελόδυκλις. B. 41. b
Caniclei tractus. 132. a
Cantharus. B. 14. b
Capitolium. 106. a. 118. a
Carabitzæ ædes Deiparæ sacra. B. 576.
Carbonaria. b. 132. b
Carcer Chalces. 93 a
Carceres. 120. b. 123. a
Carea Porta. 47. a
Carea. B 81. a
Cariani Gerocomium, B. 116. a. Monasterium, B. 107. b. Palatium, 106. a. Tractus, 78. a. Porticus. 90. a
SS. Carpi & Papyli Ecclesia. 83. a
Carpiana. 32. a
S. Bassiani Ecclesia. B. 83. a.
Castellum Rotundum, 42. b. B. 77. a. Theodosianarum, 43. a. ad Blachernas, *ibid.* 104. b. Francorum, 43. a. Caroli *ibid.* b. Boemundi, *ibid.* b. B. 127. b
Castoris & Pollucis Fanum. 21. a
Castrum Petrii, 43. a. ad Forum. *ibid.*
Καταβάσιον. 99. a
Catabatæ. 60. b
Catechumena, Catechumenia. B. 22. a
Catena Portus Ceratini. 17. a 18. a
Catenæ S. Petri. B. 79. a
Catergolimenis Porta. 49. b 53. a
Catharorum monasterium. B. 107. b
Catoptrum, Balneum. 76. a
Χηλαὶ. 18. a

Centenarium, turris Palatii. 99. a. vid. in adden.
Centrum. B. 35. a
Ceras, Ceratinus Sinus, Portus. 13. b 11. a
Cercoporta. 56. b
Cerei fictitii argentei in Ciborio. B. 34. a
Cereris Fanum. 22. a
Ceroessa. *ibid.*
Ceropolium. 71. a
Chalce. 91. b 92. 93. 94
Chalce Hippodromi. 92 b 25. b
Chalcidæ tractus. B. 85. b
Chalcopratia. 132 a
Chalcopratiana Deiparæ ædes. B. 57. b
Chares Dux Byzantiorum. 24. a
SS. Charilampi & Pantaleonis Ecclesia. B. 83. a
Charsiæ Porta, 46. a. monasterium, B. 110
Chartopratia. 132. a
Chelone. B. 92. b
Chenolacci monasterium. B. 125. b
Chiramas. B. 107. b
Chora monasterium. B. 126. a *ib.* a
Christi imago Berytensis, B. 54. b in Chalce. *ibid.* 94. a. b.
Christodorus Poeta. 55. a
S. Christophori reliquiæ, B. 76. b Ecclesia. B. 83. a
Christus in iride sedens. B. 20. a
Chrysocamera. 132 b
Chrysoceras. 13 b
Χρυσοχίτων Januarius mensis. 110. a. B. 15. a
Chrysotriclinium. 94. b
Ciborium, B. 33. a. b. Ciborii sphæra. 35. b. vela. 37. a Ciborium portatile, 36. b. Itinerarium, *ibid.*
Κιβωτός. B. 136. b
Ciconiæ. 135. b
Cilya. 132. b
Κιονῶδες. B. 83. a
Circus CP. 83. a
Circus ligneus. 45. a. 87. b
Cisternæ variæ Constantinopoli. 79. a *ib.* 80. 81.
S. Claræ Ecclesia. B. 100. b
Claudii tractus. 132 b
Cleander Harmosta Byzantii. 24. a
Clearchus Harmosta Byzantii. *ibid.*
S. Clementis Martyris Ecclesia. B. 83. a
Clerus Sophianus. B. 47. a
Clidii monasterium. B 127. a
Κλίμα. 54. a
Κλητώρια, Κλητωρίων. 108. a. b.
Cloacæ. 81. a
Cochlea Hippodromi. 85. a. Cochleæ ædis Sophianæ. B. 23. b
Cœnopolis, Ecclesia. B. 106. b
Colles septem Constantinopoli. 36. b
Colossus Hippodromi. 86. a
Columba in ædibus sacris. B. 36. b. *ib.*
Κολυμβήθρα. B. 48. a
Κολυμβῶν. B. 14. b
Columnæ majores, Thessalicæ ædis Sophianæ, B. 18. a. *ibid.* b. 39. a. Porphyreticæ Ægyptiæ, 40. b. Fatidicæ, 66. b. Columna Porphyretica, 64. a. Tauri, 65. b. *ibid.* b. Historiata, 66. a. Strategii 68. a. Hippodromi, 86. b. sacræ Mensæ, B. 32. a. Junctæ. 132 b
Conchæ Sophianæ, B. 28. b. 38. 39. B. 94. a. Occidentales, B. 40. b. Concha Porphyretica Constantini. B 29. b
Conditorium. B 36. b
Codobaudi domus, Condomitæ hæretici. 132. b
Condylion. B. 92. b
S. Cononis Ecclesia. B. 127 a
Consistorium novum Justiniani. 100. b. 134. b
S. Constæ monasterium. B. 83. b
Constantiaca horrea. 36. a
Constantianæ Thermæ. 76. b B. 95. b
Constantini M. Ecclesiæ, monasteria B. 83. b. Sepulchrum, B. 73. Balneum. 76. b
Constantinopolis divino oraculo condita, 27. *ib.* Nova Roma dicta, 34. a. magnitudo, 40. b. &c.

Vide suis locis ejus ædificia.
Contraria.
Contoscalium Porticus, 53. b. Contoscalii Porta. 132. b
Convivia publica in Christi Natalitiis, 123. a
Convivia struere, 107. b. Convivia in templis prohibita. 108. a.
Κοιμητήριον. 110. b
Cordomiti tractus. B. 100. b
Coronæ in templis. 132. b
Coronæ, seu Phari. B. 24 b
Coronis Hemisphærii Sophiani. B. 26. a
SS. Cosmæ & Damiani Ecclesiæ. B. 83. b. *ibid.* 127. a
Cosmidium. B. 19. b
Κοσμίτης. 43. a, B. 127. b
Cralis Xenodochium. 62. b
Crateres Ciborii. B. 114. a
Crenetissæ tractus. B. 34. b
Κρηνή, Nymphæum. 132 b
Creticorum monasterium. 73. b. 74. a
Crisis monasterium. B. 107. b
Κρίσις. B. 107. c
Cruces ter in cælo vidit Constantinus. B. 76. a
Crux Chalces. 136. a
Crux Hemisphærii Sophiani, B. 20. a. Ciborii. B. 35. a 93. a. 94. c
Cristallus ædes Deiparæ. B. 58 b
Κτιναρέαι Portæ. B. 16. b
Κύκλος, quid? B. 27. a
Cucorobium monasterium. B. 107. b
Κυμβαλικῶς. B. 20. a
Curatores qui dicti. 96. a. 104. a. 107. a. 112. b. 113. b. 131. a. 132. a
Curatoris ædes Deiparæ. B. 58. a
Curiæ Coronatæ. B. 25. a
Curriculum in ædibus sacris. B. 43. a
Currus volitans in Milio. 62. a
Cyclobium. 43. a
Cyclopum monasterium. B. 107. b
Cydarus fluvius. 14. a
Cynegium. 88. a
Cyparissium. B. 83. a
Cypressinæ tabulæ. B. 19. a
S. Cypriani & Justinæ Ecclesia. B. 128. a
Cyri Deiparæ ædes. B. 58. b
SS. Cyri & Joannis Ecclesia. B. 84. a
S. Cyri, Elebychi Ecclesia. B. 84. a
S. Cyriacæ Ecclesia, B. 100. b
S. Cyriaci Ecclesia. B. 83. b. 128. a
S. Cyrici Ecclesia. B. 83. a
Cyriotissæ monasterium. B. 107. b

D

DAgistæi Balneæ, 78. a. *ibid.* b. tractus. 132. b. B. 87. a
Dalmati monasterium. B. 107. b. *ib.*
Damatris. B. 123. b
Damiani monasterium. B. 108. b
Danielis monasterium. B. 108. b
S. Danielis reliquiæ. B 93. b
Daphne. 98. b 171. a B. 94. b
Darii tractus. B. 128. b
Deiparæ ædes sacræ variæ. B. *a pag.* 58. *ad p.* 65.
Deiparæ imago a S. Luca picta. B. 54. a 61. 62. a 59. a
Decanicum. B. 48. b 49. a
Delphicum Triclinium Palatii. 97. b
Δημαρχία. 86. b
S. Demetrii Martyris Ecclesia. B. 84. a
Δῆμοι. 84. b
Δημόσιον. 121. a
Descensus fontis. 69. a
Desiderata. B. 35. a
Despotarum monasterium. B. 108. b

Deuterum. 47. a 133. a B. 58. b 86. a 99. b B. 48. b
Δεξαμεναί.
Dexiocratis monasterium. B. 108. b Gerocomium. B. 116. a tractus. 133. a
Diaconicum. B. 39. b 48. b
Diana ἐλαφιαία. 21. b
Dianæ Fanum. 21. b
Δικύμβαλον. B. 12. a
Dies Januarii. 110. b
Dihippium. 63. b B. 77. a
S. Dii monasterium. B. 84. a
S. Diomedis Ecclesia, Carcer. B. 84. b
Dioscuri. 83. b
S. Dometii monasterium. 84. b
S. Domninæ Ecclesia. B. 129. a
Domnini Porticus. 90. b
Domus Augustæ. 112. 113. a
Domus Nobilissimæ. 113. a
Domus Placidiæ Augustæ, 112. a B. 94. a Pulcheriæ Augustæ, 113. a Eudoxiæ. *ibid.*
Dormire. B. 50 a
Drungarii Secretum. 125. a
Δρῦς, Palatium. B. 122. a
Δρύφακτος. B. 41. a
S. Dynameos Ecclesia. B. 55. a

E

Ecclesia Magna Justinianea. B. 6. b
Ecclesiarum CP. magnificentia. B. 1. a numerus B. 1. b Ecclesiæ Conditorum nomine appellatæ. 3. b Ecclesiæ Cattolicæ. 3. c. Prophetis dicatæ. *ibid.* Latinis Constantinopoli addictæ. *ibid.*
Ecclesiarum partes tres, B. 46. b
Ἐκδίκιε. 80. b
Elæa. 57. b
Ἐλαιῶν suburbanum CP. B. 115. a
Electrum. B. 32. a
Elebychi tractus. B. 102. a
Ἐλεούσης ædes. B. 59. a
Eleusiæ tractus. 133. a
S. Eleutherii Ecclesia. B. 84. b
Eleutherii Palatium. 104. a
Eleutherii Portus. 53. b
Eleutherii Tractus. 54. a
Ἡλιακόν. 63 b
Elimorum ædes. B. 129. a
Ἐμβάτης. B. 14. b
Encænia ædis Sophianæ. B. 7. *ibid.*
Ἐγχώριος. 81. b
Ἐνδύτης. B. 37. b
Ἐννατὸν Augustæi. 62. a
Ἑορτὰς καὶ ἐπισολαί. 111. a
Ἐπὶ παράθηκος. 21. & seq.
Epistolæ festivæ, 111. a
Ἡραῖον. B. 123. a
Ἡρῶον. B. 74. a
Eubuli Porticus. 90. a B. 97. a Xenodochium. B. 113. a
Eudoxianæ Thermæ. 78. a
Eudoxiæ Augustæ domus. 113. a
S. Eudoxii Ecclesia. B. 84. b
Evergetæ ædes sacra. B. 53. a
Εὐεργέτιδος ædes. B. 59. a
Eugenii ædes Deiparæ. B. 59. a
Eugenii Porta. 43. b
Eugenii Turris. 41. b
Eugenii Tractus. 133. a
Eulogii Persæ domus. 133. a
Eunuchi unde dicti. 137. a
S. Euphemiæ Ecclesia, reliquiæ. B. 100. alia dicta Olybrii. B. 101. b. alia in Petrio. B. 101. b. alia juxta Neorium. 102. a
S. Euphemii monasterium. B. 84. b
S. Euphrosinæ Ecclesia. B. 102. a
Euripus Circi CP. 85. b
Eusebii domus. 133. a
S. Eusebii monast. B. 84. b
S. Eustathii Ecclesia. B. 84. b
Eutychii monasterium. B. 108. b
Euthymii monasterium. B. 108. b
Ἐξάρτυσις. 122. b B. 59. a
Excalceati Monachi, B. 96. b
Eucubita. 99. b
Exocionium. 133. a B. 72. b
Exocionitæ dicti Ariani. 133. b 134. a
Ἐξωκατάκοιλοι. 126. b

F

Fanionis Porticus, 90. b
Fatidicæ statuæ. 87. a
Fenestræ Hemisphærii Sophiani. B. 19. a ædis Sophianæ. 25. b. Conchæ. 30. b, Fenestræ vitreæ. *ibid.*
Ferrea Porta, 49. b
Flaccillianum Palatium, 103. b
Flavianæ. 134. a
Florentii Gerocomium, B. 116. a
Flori monasterium. B. 108. b
Fluvii aerii aquæductus, 72. b
Fora publica CP. 60. b. Constantini. 64. a Tauri. 65. b. Theodosii. *ibid.* Πλακωτόν. 64. a Theodosiacum in duodecima regione. 68. a Theodosiacum in Strategio, *ibid.* Arcadiacum. *ibid.* b. Arcadii in Xerolopho. *ibid.* Bovis. 69. b. Artopolium. *ibid.*
Fontis baptisterii. 63. a
Fontis Palatium, ædes. B. 128. b
Fornices Fori Constantini. 64. b. Milii. 63. a Basilicæ. *ibid.*
Fornix Sophianus a Romano Imper. instauratus. B. 18. a
Fortunæ simulacrum in Senatu, ejus figura. 116. a
S. Francisci Galatensis Ecclesia. B. 84. b

G

Γάβος, 81. b
Gabrielis monasterium. B. 129. a
Gainæ domus. 134. a
Galacrinorum monasterium. B. 129 b
Galata. 58. b
Galea in nummis Byzantiorum. 22. b
Galesii monasterium, B. 109. a
Γαλινδάκιος. 70. b
Gallæ domus. 134. a
Garsonostasium. B. 14. a
Gastria monasterium. B. 109. a
Gauræ monasterium, B. 109. b
Genicum. 120. b
Genii urbium. 116. b
Geragathæ Gerocomium. B. 116. a
Germani Balneum. 78. b
Germani domus. 134. a
S. Georgii in Manganis monasterium, B. 85. a S. Georgii Ecclesiæ in Deutero, in Xylocirco, Chalcidæ, Sycena. *ibid.* B. 113. b
Gerontocomia varia CP. Armatii, Psamathi, Martiani, Narsis, Geragathæ, in Manganis, Cariani, Florentii, Dexiocratis, Severi, &c. B. 115. 116. a
Γουνκλινὶς quid. 117. b
Gorgepecum monasterium. B. 109. b
Gorgonum capita. 93. b
Gradus, Gradiles panes. 124. a
Gradus sacræ Mensæ. 32. a
S. Gregorii Theologi Ecclesia. B. 86. a ejus Imago. *ibid.*
Gunariorum Basilica. 122. a
Gustus, pro Cupediis. 61. a
Girolymnes Porta. 45. b

H

Hagiobazari Porta. 45. b
Harmodii Tractus, 134. a
Harmostæ Byzantii, 24. a

Hebdomum. 111. a 112. 134. a 135. a
Hecate lampadifera. 15. b
Hecates Fanum. 20. b
S. Helenæ Ecclesia. B. 102. a
S. Helenæ sepulcrum. B. 73. b
Helenianarum Balneæ. 78. b
Helenianarum Palatium, Balneum. 103. b 104. a
Helianæ. 68. b. 104. a 135. b
Helenianæ. B. 83. a B. 97. a
Helladius Alexandrinus. 77. a
Hemisphærium Sophianum. B. 19. a ejus casus. 20. b
Hepta, Heptaconchum. 97. b. B. 29. b
Heptapyrgium. 42. b
Heptascalum. 50. b 53. b B. 80. b
Heræum Palatium. B. 122. 123. b
S. Hermiones Ecclesia. B. 86. a. b
S. Hesperi Ecclesia. *ibid.*
Hexahippium. 135. b
Hieromnemones Byzantii. 24. a
Hierusalem monasterium. B. 109. b
Hilaræ. 135. b
Hippodromus CP. 83. a
Hippodromus in Tractu Eleutherii. 104. a
Hodegetriæ ædes Deiparæ sacra. B. 59. b. 60. a *ibid.* 61. b. ædes aliæ hoc nomine alibi exstructæ. B. 62. a *ibid.*
Hodegetriæ Porta. 50. a
Homeri statua. 75. b
Homonæa, Ecclesia. B. 109. b
Honoratæ. B. 129. a
Honorianæ Thermæ. 78. a
Hormisdæ Tractus, Palatium. 53. b B. 93. b
Horologium. 63. a B. 77. b 63. b
Horologium solare. 63. b B. vid. in adden
Horonomium. 102. b
Horrea publica, Constantiaca, Alexandrina, Theodosiana, Valentiniana, Troadensia, Olearia. 227. a *ibid.* b 124 a
Horti Palatii. 99. a
Hugonis Comitis S. Pauli sepulchrum. B. 85. a
Hydralis fluvius. 72. b
S. Hipathi monasterium. B. 185. a

I

S. Jacobi Ecclesia, reliquiæ. B. 76. b
Jacobi Plychristi statua. 75. a
S. Jæ Martyris Ecclesia. B. 102. a
Januarius mensis χρυσοχίτων. B. 15. a
Iberitzæ domus. 135. b
Icasiæ monasterium. B. 109. b
Idicum. 121. b
Ἱερώτατον. B. 27. b
S. Ignatii Ecclesia. B. 86. b
Illus quis. 21. b
Imago Deiparæ. B. 126. b
Imperatorum in æde Sophiana sedes. B. 24. a Sepulchra. B. 73. b 74. a
Imperatricis in eadem æde sedes. B. 23. b
Joannes Astronomus. 69. a
S. Joannis Calybitæ Ecclesia, reliquiæ. B. 86. b
S. Joannis Crysostomi Ecclesia, Imago. B. 87. a
S. Joannis Chrysostomi reliquiæ. B. 75. b Icon. B. 81. b 82. b
S. Joannis Eleemonis Xenodoch. B. 114. a
S. Joannis Evangelistæ Ecclesiæ Constantinopoli, in Hebdomo, in Castro rotundo, in Milio, ad Horologium, in Dihippio, in Monothyro, Arcadiana, ad Cisternam Mocesiam, ad Tauri Forum, in Palatio. B. 77. *ibid.* b
Joannes monasterium. B. 110. a
Joannitzæ monasterium. B. 110. a
Jovis equestris Templum. 20. b B. 88. b
S. Irenes ædes vetus. B. 102. a. alia a Marciano condita. B. *ibid.* b alia in Sycæna regione. 103. a
S. Irenes monasterium suburbanum. B. 129. b
Irenes Palatium. 107. b
Isaacii monasterium. B. 110. a

Ἰσαπόστολος dictus Constantinus M. B. 74. a
S. Isidori Ecclesia. B. 87. a
Isidorus Architectus. *ibid.*
Jucundianarum Palatium. B. 123. b
Judæorum sepulcra. B. 116. b
Judices Hippodromi. 125. b
S. Julianæ Ecclesia. B. 103. b
S. Juliani Ecclesia. B. 87. a juxta Forum. *ibid.*
Julius Honorius. 54. a
Julius Orator. *ibid.*
Junonis Templum. 21. b
Jupiter Zeuxippus. 74. b
Justinianæ dictæ Sycæ. 57. a *ibid.* b B. 97. a
Justiniani M. sepulcrum. B. 74. b
Justini statua. 54. b

L

Λαβύρινθοι ædis Sophianæ. B. 23. b
Λαιμομαχείον. 71. a
Lampri. 135. b
Lapis in quo Christus sepultus. B. 54. a
Lapis perforatus. B. 125. b
Largitiones sacræ. 121. a
Latinorum Ecclesiæ CP. B. 30. B. 55. b B. 94. b
Latitudo ædis Sophianæ. B. 10. a
Latrinæ publicæ. 81. b
Latrum. B. 78. a
S. Laurentii Ecclesia in Pulcherianis. B. 87. b
Monasterium. 88. a
S. Laurentii monasterium suburbanum. B. 129. b
Lausiacum, Lausii Palatium. 105. b
S. Lazari monasterium, B. 88. c. reliquiæ, *ibid.* a
Lecti aurei. B. 51. c. 52. a
Leo Byzantiorum Dux. 24. a
Leomacellium. 71. a
Leonines Byzantiorum Dux. 24. a
Λεοντάριον. B. 14. a
Leontii Porticus. 90. b
Libadia. B. 102. a
Libs. B. 62. a. Libis monasterium. *ib.*
Lybis Xenodochium. B. 114. a
Liliæ Ciborii. B. 34. b
Liminare Ecclesiæ. B. 42. c
Limina Sanctorum. B. 166. c
Λιθόστρωτον. B. 93. b
Λωβεῖ qui. B 115. a
Lobotrophium. B. 115. a
Logariastæ monasterium. B. 110. a
Logothetæ varii. 126. a. Logothetæ ædes sacra. B. 55. a
Ludi votivi. 110. b
Lumina in plateis. 75. a
Luminarium domus in Zeuxippo. *ib.* b
Lunatum ædificium in æde Sophiana. B. 29. a
Lupanaria publica CP. 130. b
Lusorium. 88. b. *ib.*
Lygos, promontorium. 13. b
Lycaonis monasterium. B. 110. a

M

Macron. 114. a
Μαγίστριον. 128. b
Magistrationes. 118. a
Magnaura. 41. b. 80. b. 102. a. *ib.* b. 103. b
Malactarea. 136. b
Maliliæ monasterium. B. 129. b
Malisola Manichæorum. B. 28. a
SS. Mamantis & Basilisci Ecclesia. B. 88. b
S. Mamantis Palatium, B. 121. a. Monasterium suburbanum. B. 130. a
Mammiani Porticus. 90. b
Μαγκιπία. 124. a
Mangana, 122. a. Manganorum Palatium. 106. b
Mansionarius. B. 50. a

INDEX

SS. Manuel, Sabel & Ismael ædes sacra . B. 88. b
Manuelis monasterium . B. 110. a
Manuelis Comneni Imp. bella depicta in Palatio Blacherniano . 104. a. b. 105. a
Manus æreæ in Amastriano . 70. b
Mara monasterium . 110. b
Maræ in æde Sophiana, quid . B. 32. b
Maræ monasterium . B. 110. b
Maranacium . B. 129. a
Marathonii monasterium . B. 110. b
Marci Monasterium . B. *ib.* c
Marciani περὶ Τρωμοι . 122. b
Margarites, Triclinium Palatii . 97. b
Mariæ Balneæ . 78. a
Marinacii ædes . 135. b
Maronii monasterium . B. 110. b
Marinæ Nobilissimæ domus . 113. c
Martinacæ monasterium . B. 110. b
Martyrarius . B. 50. a
Matronæ monasterium . B. 110. b
S. Mauræ monasterium . B. 130. a
Mauri ædes . 135. b
Mauriani Porticus . 136. b. B. 99. a
Maxima Cisterna . 80. a
Maximi monasterium . B. 111. e
Maximinæ monasterium . *ib.* a
Maximini ædes . 135. b
Μεγαλόπολις dicta CP. 35. b
Megarenses Byzantii Conditores . 23. a. *ib.*
Melandesia porta . 47. a. B. 90. a
Melantias . 47. a
Melas, Sinus . 15. a
Meltiadis tractus . B. 82. b. 136. a
Meludianum Palatium . B. 121. b
S. Menæ Ecclesia . B. 88. b
SS. Menæ & Menæi Ecclesia . B. 88. b
Mensa, pro Tumba . B. 31. a. Mensa sancta S. Sophiæ, ejus inscriptio, B. 31. a. b. sanctæ Mensæ gradus, B. 32. a. columnæ . *ib.*
Mecridium . B. 111. a
Μέση, platea media . 60. a
Μεσαύλιον. B. 13. a
Μεσόλοφος. 35. b
Mesomphalus . 136. a
Metancea nova . 111. a
Metancææ Monasterii . B. 130. a
Μετάσασις, Μετασάσιμα . B. 119. b
Metare, Metatum, Metatorium, B. 49. b. 50. a
Metatum . 49. b
Μετόχιον . B. 83. b
S. Metrophanis Ecclesia . B. 89. a
Metropolitæ ædes . B. 62. b
Μηξόμηλοι . 36. b
Mica . B. 94. b
S. Michael oriens . B. 130. b
S. Michaelis ædes sacræ variæ Constantinopol. B. *ibid.*
Michaelitzæ Triclinium . 114. a
Milium CP. 62. a. 63. B. 77. a
Milliare aureum . 62. a b
Minervæ Ecbasiæ Fanum . 21. a
Miraculum consuetum . B. 56. b
Miracula facta in æde Chalcopratiana . B. 57. b
Missa Deiparæ Sabbato unde instituta . 91. a. B. 56. b. 57. a
Μιρλοβολεῖν. 130. b
Mitatorium . B. 49. b
S. Mocii Ecclesia . B. 89. a
Mocisia cisterna . 78. a. B. 89. b
Modestiaca cisterna . 80. a
Modesti tractus . B. *ib.* a
Molibotum monasterium . B. 131. b
Monasteria duplicia, Patriarchalia, Imperatoria, Eunuchorum, *&c.* B. 2. b
Monasteriorum Conditores . B. 2.
Moneta . 119. b
Monogramma . B. 41. a
Μονήλιδος . 86. a
Μονόπατον . 85. b
Μονόπορτον . *ib.*
Monstrantia . B. 36. a
Monothyrum, Triclinium Palatii . 97. b
Moschæa Saracenorum CP. 128. a
Muri Byzantii, 18. b. Constantiniani, Theodosiani, 37. Anastasiani, 39. Blacherniani, Muri maritimi . 39. 40
Muselius, quis . 137. a
Mychlegarthiam dicta CP. 35. b
Myrelæi monasterium . B. 111. a
Myroceratum . B. 111. b

N

Ναός . 46. b
Narsetis Xenodochium, B. 111. a. Monasterium . B. 113. a
Narsis tractus . 136. a
Narthex Sophianus . B. 11. a. b. 12. a
S. Nazarii Ecclesia . B. 89. b
Nea . 101. b
Necessaria, Latrinæ . 81. b. 82. b
Neolea . 136. a
Neonis monasterium . B. 111. b
Neoresium . 63. a
Neorium . 50. b. 53. a
Neptuni templum . 20. b. B. 88. b
Νίκαι. 62. a
Nicæ . 121. b
S. Nicolai Ecclesia in Palatio . B. 89. b
S. Nicolai Ecclesia, ad Blachernas . B. 89. b
S. Nicolai Ecclesia Basilidis dicta . B. 90. a
S. Nicolai & S. Augustini Ecclesia . B. 90. a
Nicomediense Palatium . B. 123. b
Nomenclator . 108. b. 109. a
Nosocomia varia CP. B. 115. a
Nossiæ . B. 55. a
SS. Notariorum . B. 90. a
Novatianorum Ecclesia . B. 96. a
Novem Ordinum monasterium . B. 131. b
Novum monasterium . B. 111. b
Numeri . 76. a 99. b
Nummi Byzantiorum varii explicati, 14. a b 15. b 16. a 21. a b 22. a b 25. a b. Constantini M. 91. a
Nymphæa . 73. a *ibid.* b B. 14. b
Nymphæum in Asia . B. 124. b
Nympharum templa . 58. b

O

Obeliscus CP. ejus inscriptio . 85. b
Obeliscus Thebæus . 68. b
Oecumenicus . 93. a
Oeconomii Balneum . 79. a
Octachorum . 119. b B. 29. a
Octagonum . 119. b *ibid.*
Οἰκειακά . 121. b
Οἰκειακοί, οἰκεῖοι. *ibid.*
Olearia horrea . 124. a
Oleum in lumina . B. 26. b
Olybrii tractus . B. 101. b
Olympii monasterium . B. 111. b
Omnium Sanctorum ædes . B. 90. a
Omphacera . 136. a
Onyx . B. 44. a
Opænæ monasterium . B. 111. b
Oraculi Byzantii Conditoribus dati variæ explicationes . 22. b
Oratoria . B. 2. b
Oriens dictus S. Michael . B. 131. a
Orphanotrophium . B. 78. a B. 115. b
Osiarum monasterium suburbanum . B. 132. a
Ostensorium . B. 36. a
Ostrea Calchedonensia . B. 130. b
Ovalis forma ædis Sophianæ . B. 18. c

Ωωτός.
Oxybaphium . 98. a B. 20. a 136. a

P

PAlæologorum monaſterium . B. 112. a
Palatia ſuburbana. B. 116. 119. *& ſeqq.*
Palatium Magnum , 91. Novum , 96. a Chalces, 92. Hormiſdæ , 96. Bucoleontis , 96. b. Conſtantini , 99. b. 100. 101. Hebdomi, Magnauræ , Blachernarum , *&c. in ſeqq.*
Palladium , ejus deſcriptio . 65. a
Pammachariſtæ Eccleſia. B. 63. a
Pandocheum . B. 116. b
Panes gradiles. 124. a
S. Pantaleonis reliquiæ . B. 109. b
Pantanaſſæ monaſterium . B. 63. b
Pantepopti Eccleſia . 66. b B. 53. b
Pantocratoris Eccleſia. 81. a B. 54. a
Παπᾶς. B. 126. a
Paradiſus , atrium Eccleſiæ . B. 14. a
Παρατίτασμα . B. 40. a
Παραπόσια . B. 2. b
Paratorium . B. 39. b
Παροπόρτιον . 45. b
S. Paraſceves Eccleſia , Imago. B. 103. b
Pardi tractus . 136. a
Paſchalum . B. 80. b
Patriarchæ CP. dignitas , 36. b Patriarchæ ſedes ſub Turcis , B 62. b Patriarcharum CP. tumuli . B. 75. a
Patriarchii monaſterium . B. 112. b
Patriarchium . 120. a
Patriciæ Eccleſia Deiparæ ſacra. B. 63. b
S. Pauli Eccleſiæ , B. 77. b in Orphanotrophio , in Latro , 78. a Effigies . *ibid.*
Paulini tractus . B. 127. a
Paulinum monaſterium . B. 78. b
Paulopetrium monaſterium . B. 78. b a
Peganum Palatium . B. 120. b *ibid.*
S. Pelagiæ ædes ſacra . B. 103. b
Pelagii tractus . B. 104. a
Pelamydes piſces . 15. a
Pelamydium monaſterium. B. 132. a
Pelargi . B. 98. a
Pelargorum tractus . 136. a
Πέλμα . 85. b
Πεμπτόν . 46. b
Pentapyrgium . 41. b
Pera 16. b 58. b Peræa, B. 117. a Peræenſium fortuna . 59. a 60. a
Perama . 16. b
Peramæ naviculæ . 17. a
Περαματίζειν . 17. a
Πειράται . *ibid.*
Πειρατικοὶ , hæretici . B. 117. b
Peribleptæ Eccleſia . B. 63. b
Περίπατος . B. 90. a
Περιστέριον . B. 36. b
Πεσσοί . B. 17. a
S. Petri Apoſtoli effigies , B. 78. 79. Eccleſia in Palatio , B. 78. in Blachernis , B. 79. a. Galatæ , B. 79. b. vetus , B. 79. a. juxta S. Sophiam, B. 79. a
SS. Petri & Pauli Hormiſdæ . B. 78. b
Petri tractus . 122. a
Petrium . B. 63. b 81. a
Pharacanthara . B. 26. a
Phiala Hippodromi , 126. a Magnæ Eccleſiæ . B. 14
Phidalia . 22. a
Philadelphium . 136. b
Philantropi monaſterium . B. 126. b
Philippici domus . 137. a
Philippi Comitis Augi tumulus . B. 85. a
S. Philippi Monaſterium . B. 79. b in Bephotrophio . *ibid.*
Philopatium interius, 106. b exterius. B. 120. b
Philoxenos Ciſterna . 80. a
Philoxenus . B. 100. a

Φῶκαι.
S. Phocæ monaſterium . B. 17. a
Phocoliſtum . B. 132. a
S. Photinæ Eccleſia . 137. c
Φωτινιήσιον . B. 104. b
Φωτοδρόμιον . B. 73. a
Φλιαί . B. 7. b
Picridii ædes , 137. b monaſterium . B. 43. a
Pilæ majores ædis Sophianæ . B. 112. a
Pillorium . B. 17. a
Πισσοί. 63. a
Piſanorum Eccleſiæ CP. B. 55. a 79. a. Tractus . B. 103. b
Πισσοί B. 17. a
Piſtor Imperatorius . B. 17. a
Piſtrina publica . 124. a
Pithœcium . 124. a
Pittacia . 137. b
Placidiæ Auguſtæ domus . 137. b
Placidianæ . 112. b
Placidianum Palatium . 112. b 113. a
Πλακωτόν . 103. b
Plateæ CP. 64. a
Platea in ædibus ſacris . *Vide in adden.*
Plutei inter columnas . B. 43. b
Plutonis & Junonis Fanum . B. 22. a
Polyandri Porta . 21. b
Πολυκάνδηλοι . 46. b
Polytimus , Triclinium Palatii Blacherniani . B 89. b
Pons ad Barbyzam , B. 125. ad Rhegium . 48. b
Pons S. Callinici , B. 125. Blachernarum , *ibid.* S. Pantaleonis, *ibid.* Sublicius . B. 125. b
Porphyra, Triclinium Palatii . 96. b
Porphyrogeniti ædes . 137. b
Porphyrogeniti unde dicti. 96. b
Portæ Byzantii veteris , 20. a ad Thracium , *ibid.* Carea , 13. b
Portæ variæ urbis CP. 46. *& ſeqq.* Aureæ , Romæ , CP. & alibi , 48. Ædis Sophianæ . B. 15. 16. a b
Porticus Fori Conſtantini , 64. a 89. b exteriores ædis Sophianæ , B. 10. inferiores , B. 16. a occidentales ejuſdem ædis , B. 10. Factionum , 84. b Mauriani , B. 99. a Domnini , *ibid.* Conſtantinopolitana , 89. b Regia , Troadenſes , Eubuli , Fanionis , *&c. ibid. & ſeqq.*
Portus Byzantii , 18. a Conſtantinopolis , 50. a Palatii , 52. b Sophiarum , *ibid.* 53. Neorii, *etc. ibid.* B. 79. b
Poſis. 137. b
Poſſeſſores qui dicti . 124. b
Præfectus Sacello . 127. a
Prætorium , 119. b Prætorii Carceres . 120. b
Prandia . 119. b
Prandiara . 100. a. 110. b
Praſina . 138. a
Presbyterium . B. 27. b
Privilegia CP. 36. a
Probi ædes . 138. a
Πρόκενσος . B. 119. a
Proceſſus . B. 118. 119. a b
Procopiæ monaſterium . B. 112. a
Procopii monaſterium . B. 112. a
Πρόδομος . B. 14. a
Promoti oſtrea . B. 130. b
Πρόναος . B. 12. a
Προσδος . B. 118. b
Προπύλαιον . B. 11. 13. *utrobiq.* b
Proſerpinæ fanum. 21. b
Προσμονάριος . B. 50. a
Protaſii tractus . 138. a
Protecdicium . 127. a
Προτειμίνισμα . B. 13. b
Prothesis . B. 38. b
Προφητεῖον . B. 3. a
Prytaneum . 124. a
Pſamathei monaſterium. B. 112. a
Pſamathus . B. 115. b
Pſarelæi monaſterium . B. 112. a

Pſichæ. 138. a
Pſipha. 138. a
Pteron. *ibid.*
Ptochotrophium. B. 116. b
Pulcheriæ Aug. ciſterna, 86. a. domus. 113. a
Pulcherianæ. *ibid.*
Pulpita Hippodromi. 84. a
Puteus facer in æde Sophiana. B. 46. a
Pulvis Veſuvianus. B. 75. b
Pythiorum palatium, thermæ. B. 124. b
Pyxis in qua reponitur ſacrum Viaticum. B. 36. a
Πυξόμυλοι. B. 36. b

Q

SS. Quadraginta Martyrum Eccleſia. B. 93. a
SS. Quadraginta duorum Martyrum Eccleſia ſuburbana. *ibid.*
Quadriporticus. B. 13. b
Quæſtorium. 120. b
Quercus, palatium. B. 122. a

R

Rabulæ monaſterium. B. 112. a
Radeni Eccleſia. B. 55. a
Ῥηγεών. 54. b
Regiæ portæ. B. 16. a
Regiones Urbis CP. 54. a
Reliquiæ Sanctorum Conſtantinopoli, B. 3. b. SS. Lucæ, Andreæ & Timothei. B. 71. b 72. a
Rheæ ſimulacrum. 116. b
Rhegii porta. 48. b
Ῥήγιον. *ibid.*
Rhegium. 48. 49. a
Repoſitorium. B. 36. a
S. Reſurrectionis Eccleſia. B. 99. a
Ῥίσιον. 48. b
Roma Conſtantinopolitana, Byzantias, Nova dicta Conſtantinopolis. 35. a
Roma vetus, novæ mater dicta. *ibid.*
S. Romani Eccleſia. B. 93. a
Romani monaſterium. B. 112. b
Romani palatium. 107. a
Romanum monaſterium. B. 112. b
Rotæ. B. 26. a
Ῥώσιον. 48. b
Rubrica. B. 27. a
Rufinianæ. 78. a B. 122. a
Rufi tractus. 138. a
Ruga. B. 43. a
Ῥύμη. B. 43. b

S

Saccudiorum monaſterium. B. 132. a
Sacellarius. 126. b. 127. a
Σάλπιγγες in æde Sophiana. B. 46. a
Salvatoris in Chalce ædes ſacra, B. 54. b. in Noſſiis, B. 55. a. Logothetæ, *ibid.* Rhadenorum. *ibid.*
Salutatorium. B. 50. b
Sampſonis Xenodochium. B. 114. a
Samuelis Monaſterium. B. 112. b
Sandalia Chriſti. B. 54. b
Sanguis Chriſti. B. 90. a b
Σαξιμοδίξιμος. 126. a
Scevophylacis ſecretum. 126. b
Scevophylacium. B. 39. b
Σχιτικῶς. B. 35. a
Scholæ Palatinæ. 99. b
Scholaſtici Regiæ. 89. b
Scutarium Palatium. B. 124. b
Σκυφικός. B. 22. a
Scyla. 138. a
Scyphus. B. 34. b
Secreta varia Civilia, Eccleſiaſtica. 124. *et ſeqq.*
Secretarium. B. 49. a
Secretum, Triclinium Palatii. 97.
Secundianarum Palatium. 105. b 112. a
Secundum. 133. a
Sella Conſtantini M. B. 46. a
Senatorium. F. 27. b
Senatorum Romanorum, qui cum Conſtantino M. Conſtantinopolim venerunt, nomina. 129. b
Senatus CP. 114. b. 115. 116. 117. b
Σίντζος. 85. a
Septimum Milliare. 134. b
Sepulcra Imperatorum in æde Apoſtolorum, & eorum deſcriptio. B. 73. 74
SS. Sergii & Bacchi Eccleſia. B. 93. b. 94. a
Severi Balneum. 74. b
Severi Monaſterium. B. 112. b
Severi Patricii Gerocomium. B. 116. a
Severus Imp. 25. b
Sextum. 133. a
Sicellorum Monaſterium. B. 112. b
Sidera. 178. b
Sigma, littera C. 91. a
Sigma, porticus. 91. a
Signochriſta. B. 26. b
Signum Chriſti. *ibid.*
Sinus Ceratinus. 15. a
Smaragdi Monaſterium. B. 112. b
Smyrnium. 138. b
Solis & Lunæ fanum. 21. a
Sophiæ ædes, illius deſcriptio, B. 4. a laus, 4. Conſtantiniana, 5. a Conſtantiana, 5. b Theodoſiana, 5. b Juſtiniana, 6. b quando condita, *ibid.* illius prima & ſecunda encænia, 7. a b latitudo, altitudo, porticus exteriores, occidentales, 10. narthex, 11. atrium, 13
Sophiæ ſtatua, 52. b
Sophianæ balneæ. 78. a
Sophianarum palatium. B. 119. 120
Sophiarum portus. 52. *ibid.* B. 79. b
Solea. B. 42. a b
Σπυρῶν Monaſterium. B. 132. a
Sphendone Circi. 85. b
Sphoracii tractus. B. 96. b
Sphoracii ædes. 138. b
S. Spiritus ædes ſacra. B. 55. a
Spoudæi Monaſterium. B. 112. b
Στουδῆς Monaſterium. *ibid.*
Stabula Stauracii. 51. a
Stadium. 89. a
Stationes. 115. b
Statuæ variæ Conſtantinopoli.
Adami & Evæ. 136. a
Adriani Imp. 62. b 66. a
Aetii. 80. a
Amaſtrianorum. 70. a b
Amphitrites. 64. b
Anaſtaſii Dicori. 65. b
Andromedæ. 77. a
Apri Caledonii. 87. a
Arabiæ. 52. b
Arcadiæ. 77. b
Arcadii Im. 66. *et ſeqq.*
Ariadnes. 119. a
Armatii. 138. b
Auguſti. 87. a
Aureæ. 116. a
Aureliani. 117. a
Bellerophontis. 75. b. *& ſeq.*
Bovis & leonis colluctantium. 52. b. 53. a
Caſtoris & Pollucis. 87. a
Charybdis. *ibid.*
Ciconiarum. 64. b
Conſtantini M. 63. a 65. a 110. a 138. b
Conſtantini filii Irenes. 133. b
Criſpi filii Conſtantini M. 138. b
Danielis. 64. b
Dianæ. 87. a
Diocletiani. *ibid.*
Eleutherii. 54. a 138. b
Elpidii. 122. b
Eudociæ. 109. b
Eudoxiæ. 115. a 137. b
Famis. 136. a

Fatidicæ.
Faustæ. 87. a
Firmiliani. 138. b
Fortunæ Urbis, 87. a. 107. a
Galli. 62. b. 68. b. 117
Gigantum. 105. a. 106. *utrobiq;* a
Gratiani. 116. b
Helenæ matris Constantini Magni. 61. a. 87. 107. *utrobiq;* a 98. b
Helenæ neptis Justini Imp. 62. b
Herculis. 87. a
Herculis recubantis. 70. a
Hilarionis Præpositi. 138. b
Homeri. 75. b
Honorii. 66. a
Hungrissæ. 64. b
Jacobi Cylicis. 87. a
Jacobi Psychristi. 75. a
Jesu Nave. 66. b
Jovis. 87. a
Irenes Leonis Chazari uxoris. 86. b
Juliani. 106. a
Junonis Samiæ. 105. b
Justini. 52. a
Leonis Isauri Imp. 48. a
Leonis M. 68. b
Lupæ & hyenæ. 87. b
Marciani Imp. 81. c. 90. 109. b
Mauricii Imp. 102. a
Maximiani. 93. b
S. Michaelis. B. 73. a
Minervæ Lindiæ. 64. b. 105. 116
Minervæ. 87. b
Mosis. 116
Musarum Heliconidum. *ib.*
Narsetis. 52. b
Neptuni. 116
Palladis. 65. a
Perdicæ. 89
Persei & Andromedæ. 77. a
Philippici. 75
Phocæ. 122. b
Pollucis. 87. b
Prosperitatis. 136. a
Rheæ. 117. b
Romanæ. 63. a
Salomonis. 79. b. 117. b
Scyllæ & Carybdis. 187
Severi. 138. b
Sirenum. 64. b
Solis curru vecti. 70. a
Sophiæ. 52. a. 62. b
Symmachi. 116. a
Tauri. 69. a
Testudinum. 64. b
Theodoræ Aug. 107. a
Theodosii M. 17. 61. a. 65. 66. a. 93. b B. 15. b
Theodosii Junioris. 47. b. 62. b. 68. b. 91. a
Thesauri Dei. 87. b
Trajani. 62. b
Valentiniani. B. 130
Valentiniani Jun. 107. a 135. b
Veneris. 133. b
Verinæ. B. 81. 100. a
Victoriarum. 64. a
Vigilantii. 138. b
Zenonis & Ariadnes. 93. b 118. b 119. a b
Zeuxippi. 138. Statuæ variæ in Zeuxippo. 74. b
Stauracii Monasterium. B. 132
Stenum. B. 116. a
Stephani. B. 94. b
S. Stephani ædes sacra. *ibid.*
Stephanus Hungariæ Rex Ecclesiam Constantinopoli ædificat. B. 96. b
Στηθαῖον. 116. a
Strategium. 68. a
Strobili tractus. 103
Studii ædes. 138. b
Suburbana Constantinop. eorum amœnitas. B. 117
Sucæ.
Sybaiticum. 57. b
Sycæ. 138. b
Synodi, locus sic dictus. 57.
S. Symeonis Syracona Ecclesia. 114. a
S. Symeonis reliquiæ. B. 96. b
Synthronus. B. 58. a
Syrorum Monasterium. B. 37. b 38 B. 112. b.

T

TAbula itineraria. B. 36. a
Talismani. 64. b
Tarasii Monasterium suburbanum. B. 132. b
Tauri forum & tractus. 65. 66. a b 105. b
Tectum ædis Sophianæ. B. 25. b
Tegimen, Ciborium. B. 33. a b
Tegulæ æreæ. 93. a
Τελίσματα. 64. b
Telluris templum. 21. b
Tertium. 138. b
Τετράβιον. 139. a
Tetraconchum. B. 78. a
Τετράκιον. 86. b
Τετραδίσιον 119. a
Τετράπλδρον. 86. b
Tetrapylum æreum. 139. a
Tetrastylum. 93. b
Τετράστυλον, τετρασῶον. 13. b
Tetravelum. 37. a
S. Thalassii Ecclesia. B. 96. b
Theatra CP. 87. b
Theatrales ludi. *ibid.*
S. Theclæ Ecclesia. B. 101. a
S. Theclæ Monasterium. 133. a
Thema CP. 36. a
Thema. 68. a
Theodoræ Palatium. B. 121. c
S. Theodori Monasterium. 133. a
S. Theodori Ecclesia, Claudia dicta. B. 96. b
S. Theodori Ecclesia, Carbonaria dicta. *ib.*
S. Theodori Tyronis ædes sacra. *ib.*
Theodori in Petrio Monast. B. 12. c
Theodosiaca Cisterna. 80. a
Theodosiacum Forum. 68. a
Theodosiacus Portus. 54. a
Theodosiana Horrea. 123. b
Theodosianæ. 43. a
S. Theodoræ Ecclesia. B. 105. a
Theodoti Monasterium. B. 113. a
Theophanis Monumentum. B. 113. a
Theophobiæ Monast. *ibid.*
Theophili Xenodochium. B. 115. a
S. Theophylacti Ecclesia. B. 97. a
Theoreras Monasterium. B. 163. a
Thermæ Constantinopolitanæ, 74. Achilleæ, *ibid.* Basilicæ, 78. b. Constantinianæ & Constantianæ, 76. b. Carosianæ, 77. a. Arcadianæ, 77. b. Eudoxianæ, 78. a. Honorianæ, *ib.* Rufinianæ. *ib.*
Thessali Triclinium Patriarchii. 114. a
S. Thomæ Ecclesia, B. 79. b. Anthemii dicta, B. 80. a. in Modesti regione, *ib.* juxta Cisternam. *ib.*
Thomaites Triclinium Patriarchii. 113. b
Tholus Sophianus. B. 19. a
Tripus Hecates. 68. b
Thronus. B. 38. a
Thynni pisces. 14. b
Θυρωροίξια ædium sacrarum. B. 10. b
Thyrsi Monasterium. B. 97. a
S. Thyrsi Ecclesia. B. 97. a
S. Timothei Ecclesia. *ib.*
Topi. 139. b
Toxaræ ædes. *ib.*
Tribunal Circi. 85. b
Tribunal in Foro Constantini. 85. a
Tribunal Hebdomi. *ib.*
Tribunal novem accubituum. 107
Tribunalia juridica Civilia & Ecclesiastica. 124. b

Trichorus. B. 29. a
Triclinium Chalces, 93. aureum, 94. b. 95. Justiniani, *ibid.* b Nicephori Phocæ. 96. a
Triconchus Palatii. 97. B. 97. b
Tricymbalum. 99. a
Τρικώμβαλον. B. 12. a
Triexodon. 39. b
Trigoni ædis Sophianæ. B. 17. b
S. Trinitatis Ecclesia. B. 55. a
Triporticus. B. 13. a
Τριπυργία Edessæ. 43. a
Tripus Apollinis. 68. b
Troadense marmor. 90. a
Troadenses porticus. *ibid.*
Troadensia Horrea. 123. b
Trullana Synodus. 98. a
Trullus Palatii. 98. a B. 20. a
Trullus Sophianus. B. 19. a
S. Tryphonis Ecclesia. B. 125. b
Tubacæ ædes. 39. b
Tubæ in æde Sophiana. B. 46. a
Τυχεῖον quid. 117. a
Turres Byzantii. 19. a
Turres CP. 41. a
Turres vocales Byzantii. 19. b
Turris Herculis Byzantii. *ibid.*
Turris, Ciborium, B. 25. b Ambo. 44. a b
Turris Anemæ. 41. a
Turris Eugenii. *ibid.*
Tzautzæ Monasterium. B. 113. a
Tzauzæ tractus. 139. b
Tzycanisterium. 99. b
Tzyrus locus. 68. b

V

Valentiniana Horrea. 123. a
Vallis fletus. 71. a
Vallis Gratiæ Parisiis. B. 34. a
Vela Catechumenorum, Ad ostia. B. 22. b B. 41. b
Vela Ciborii. B. 37. a
Velothyra. B. 41. b
Velum Circi CP. 85. b
Venantii Monasterium. B. 113. a
Veneris Templum. 21. a
Venetorum Ecclesia. B. 81. a
Vestiarium. 122. a B. 50. a
Vestis. B. 37. b
Vici CP. 60. a
Victoriarum statuæ. 62. a
S. Victoris Ecclesia & reliquiæ. B. 97. b
Vigla seu Vigilia. 139. b
Viglentia. 140. a
S. Vincentii Ecclesia. B. 97. b
Viocuri. 60. a
Umbilicus templi, B. 48. a Chalces. 94. a
Umbraculum, dictum Ciborium. B. 34. a
Vota. 110. b
Urbicii tractus, 140. a Urbicii plures. *ibid.*
Urbs Regia. 35. b
Ursarum Porta. 49. b

X

Xenodochia varia. 127. 128.
Xenolophus. 68. b
Xenotaphium. B. 77. b
Ξυροχήπιον. B. 86. a
Xylinitæ Monasterium. B. 113. b
Xylocercetæ. 87. b. B. 6. a
Xylocirci Porta. 45. a
Xylocircus. *ibid.* et 87. b

Y

Πηγαὶ ædium sacrarum. B. 22. a
Τδρεῖον. 73. a

Z

Achariæ Ecclesia. B. 71. b
Zecme. 49. a
S. Zenaidis Ecclesia. B. 105. a
Zeugma. 140. b B. 94. b
Zeuxippus. 74. 75. 76
S. Zoes Ecclesia. B. 86. a 195. a
Zotici Lobotrophium. B. 115. a
S. Zoticus, primus Orphanotrophus. B. 78. a

FINIS.

CORRIGENTE

D. GEORGIO PATUSSA

ATHENIENSI,

FLANGINIANI SEMINARII

MAGISTRO ET RECTORE.

CAROLI DU-FRESNE

D. DU-CANGE

ADDITAMENTA

AD CONSTANTINOPOLIM CHRISTIANAM,

NEC NON

DE HEBDOMO CONSTANTINOPOLITANO

DISQUISITIO TOPOGRAPHICA.

LECTORI BENEVOLO TYPOGRAPHUS VENETUS.

Poſt editam Pariſiis anno 1680. CONSTANTINOPOLIM CHRISTIANAM, *plurima ab Cl. ejus Auctore, Carolo Du-Freſne, obſervata fuere, quæ deinde, cum anno* 1686. *Jo. Zonaræ Annales ederet, partim retulit ipſe in notas, queis idem Zonaræ opus illuſtravit, ac partim in Additamentis nova cura confectis ad ipſam* CONSTANTINOPOLIM CHRISTIANAM *complexus eſt, atque demum Topographica in Diſquiſitione de Hebdomo Conſtantinopolitano. Muneris porro noſtri, Lector humaniſſime, credidimus eſſe, ut a notis, quæ Zonaræ Annalibus ſubjectæ ſunt, additamenta ſejungeremus atque Diſquiſitionem; eademque duo hoc loco veluti proprio typis daremus. Cæterum ipſæ quoque notæ, cum opus fuerit, conſulendæ tibi ſunt, ut quæ deeſſe in hoc Volumine videntur, ipſo Carolo Du-Freſne monente, inde haurire poſſis cum proventu. Vale.*

ADDITAMENTA AD CONSTANTINOPOLIM CHRISTIANAM.

QUamquam res Byzantinas illustrare pro virili hactenus fuerimus conati, emissis aliquot in id argumentum lucubrationibus, id præsertim tamen in Urbis Constantinopolitanæ descriptione, ex variis Scriptoribus, iisque Græcis ac Latinis adornata, a nobis utcumque præstitum videtur. Verum quicquid in id institutum conferri poterat, non ita exhaustum in ea ingenue agnoscimus, quin omissa fuisse nonnulla, atque adeo observata emendari interdum posse, ultro non fateamur: seu quod ex prius lectis exciderint, seu quod posterior ut editorum, ita & manu descriptorum Codicum lectio nova etiam lumina protulerit, ac indicta, nec alias animadversa, ut fieri amat, detexerit in dies. Habet enim hoc insitum sollicita rerum examinatio, habet secundarum cogitationum subtilior exactiorque cura, ut si quid in ingenii fœtibus producendis post impetum primum deliberatio properata deliquerit, hoc consilio propensiore revocetur: ita ut si quæ occurrant emendanda, nemo esse debeat acceptator *personæ suæ, ut cum S. Augustino loquar. Cum vero τῆς Βασιλίδος, seu Reginæ istius Urbis origines, vel ut Græci efferre solent, τὰ πατρικὰ, si accurate tractentur, ad Byzantinos Scriptores plane intelligendos non parum conducant, quædam ex iis, quæ post editionem nostram observata a nobis fuerunt, partim in Notas ad Zonaræ Annales, quantum licuit, partim in Disquisitionem de Hebdomo, quam iisdem subjunximus, partim denique in Additamenta retulimus, ut saltem, ex iis quæ in edita nostra Constantinopoli Christiana deesse lector animadverterit, nonnulla inde haurire possit, si tanti visum fuerit, ac e memoria nostra elapsa supplere, subjecto cæteroquin locorum Urbis, quos retractamus, brevi indice, ex quo quid novi tum in iis, tum in Notis, ac laudata Disquisitione accesserit, uno conspectu deprehendat.*

FAMILIÆ BYZANTINÆ AUGUSTÆ.

P. 32. *c.* 1. *l.* 53. *post*, est, *adde*. Eutropiæ meminit S. Athanasius in Apol. ad Constantium Imp. cujus materteram vocat.

Cujac. lib. 16. observ. c. 15.

P. 36. *c.* 1. *l.* 29. *post*, Taspensem, *adde* (nam interdum a Scriptoribus Constantium appellari, observatum ab aliis.)

To. 2. p. 259. 260. 261. Theoph. p. 252. R. R.

P. 100. *c.* 2. *l.* 44. *post*, neptim, *adde*, quam Patriciam non semel vocat S. Maximus.

P. 101. *c.* 1. *l.* 49. *scribe*. Hunc Heraclius junior seu Novus Constantinus frater, Consul a Patre dictus, cum 1. Januarii die anno VII. Imperii publice processisset, Cæsarem dixit, ut scribit Theophanes. Deinde Imperatorem nec multo post Consulem appellatum, Heraclius Parens, una, &c.

P. 121. *col.* 1. *l.* 8. *post* Imperatori, *adde*. Peractæ summo apparatu nuptiæ sub mensem Novembrem anno II. Imperii Joannis, ut scribit Leo Diaconus, qui Theodorum ob egregias animi & corporis dotes commendat.

Pag. 122. *c.* 2. *lin.* 64. *post* Monomachum, *adde* (Thodosii Monomachi filium, scribit Michael Psellus) &c.

P. 123. *c.* 1. *l.* 3. *post*, Processit, *adde*. Primis porro nuptiis duxerat Constantinus filiam unicam Pulcheriæ sororis Romani Argyri Imp. ex Basilio Sclero, cui eruti oculi propter tyrannidem, ut scribit Michael Psellus lib. 5. Hist. Tradit præterea idem Scriptor duas eidem fuisse sorores, quarum altera *Helena*, altera *Euprepia* vocabatur.

Lambec. l. 5.

P. 139. *c.* 1. *l.* 45. *post*, denegavit, *adde*. Ad eum extat XXI. Epistola Michaelis Glycæ, qui sub Manuele pariter vixit, ut colligitur ex aliis ejus Epistolis.

Allat. de Cons. sens. l. 3. c. 7. n. 8.

Pag. 144. *ubi de Nicephoro melisseno Contronensi Episc. adde in marg.*

Lib. 3. Juris Gr. Rom. p. 231.

P. 146. *c.* 1. *l.* 56. *post*, MCXLIV. *adde*. Constantini istius Comneni meminit Sancitum quoddam Germani Patr. CP.

Apud Allat. de Consens. utr. Eccl. l. 2. c. 12.

Ib. c. 2. *l.* 67. *adde*. Is porro est qui μακαριώτατος πατρίβασος Σίβασος καὶ Ἀρχιεπίσκοπος Βουλγαρείας dicitur in depositione Cosmæ Patriarchæ CP. cui cum Manuele Comneno Imp. & cæteris principibus & Episcopis interfuit.

P. 148. *c.* 1. *l.* 34. *post* assumpsit, *adde*, & filiam *Irenem Ducænam*, cujus non semel meminit Irene avia in Typico Monasterii Deiparæ ab ea conditi. Alexius vero Abasgiæ, &c.

To. 3. p. 186.

Ib. c. 2. *lin.* 1. *post*, occurrunt, *adde*. *Joannes Bryennius*, cui matrem litem intendisse scribit Scholiastes Basilicon. Nescio an idem qui Magister dictus, de quo supra.

Vide Lambec. lib. 5. de Bibl. Cæsar. p. 247.

Lib. 1. c. 20.

P. 159. *c.* 2. *l.* 51. *post*, Pepigit, *subde*: Is est, ni fallor, qui vulgo *Alexius Magnus Comnenus* cognominatur a Gregorio Chioniade in Epistolis, &c.

Ib. l. ult. post, notham, *subde*. At quam hic Eudociam, in Historia inedita Irenem vocat Nicephorus Gregoras, aitque haud multo post absque liberis mortuo Basilio, rerum potitam, concubinam cum duobus ex eo susceptis pueris Constantinopolim continuo relegasse, petiisseque ut ex Urbe sibi submitteretur ex Palatini natalium splendore illustris aliquis, quocum iteratum conjugium contraheret, ac Imperium Trapezuntinum Imperatoris patris arbitrio gubernaret. Sed vix Constantinopolim appulerant legati, cum Andronicus Imperator e vita excessit, relicto hærede juniore Joanne, sub quo Joannes Cantacuz. magnus Domesticus, qui cum nosset eam obtinere legem apud Trapezuntios, ut ab aliis quam a Comnena familia gubernari non paterentur, posthabita Irenes petitione, Michaelem Comnenum Alexii Trapezuntini Imperatoris fratrem, qui tum ætatis sextum & quinquagesimum annum attigerat, eo misit. At qui inter proceres Palatinos primas obtinebant, cum se ea qua in aula pollebant auctoritate, si Michael principatum obtineret, privandos attenderent, alterum e Basilii filiis nothis in Principem proclamaturos se finxerunt. Verum appulso Trapezuntem Comneno, ne in se plebem concitarent, Latinorum duabus una cum eodem Comneno appulsis navibus fidentiorem, Michaelem cum debitis honoribus in Palatium adductum, mox subeunte nocte in eodem velut in carcere incluserunt. Cum vero plebs ei faveret, alii in carceres conjecti sunt, alii fuga arrepta in navigiis saluti suæ consuluere. Postridie deinde Comnenum in Castrum Limniorum, ab urbe Trapezuntis stadiis CC. dissitum, Eunucho cuidam custodiendum tradiderunt. Rebus sic peractis, earum summa penes duos aut tres proceres fuit popularibus interim oblatrantibus, ac subinde seditiones excitantibus. Ex iis vero qui horum effugerant tyrannidem, & Constantinop. se receperant, præcipui, Scholarii appellati, eo Annam Augustam sermonibus & promissis ursere, ut filium Michaelis vigesimum ætatis annum tum agentem in Principem Trapezuntiorum sibi daret, quod illa concessit, conductis tribus Latinorum triremibus, in quas immisso juniore Comneno, eæ Trapezuntem die decimo pervenere. Quo percepto qui in urbe rerum potiebantur arma statim sumpserunt, in quos continuo plebs concitatur, cujus favore Latini urbem ingressi, haud ægre hostibus potiti sunt, direptis eorum opibus. Sic Principatu in Michaelis Comneni filium devoluto, præcipui e Palatinis capite plexi sunt: alii inferioris ordinis perpetuo exilio mulctati. Verum cum junior Comnenus genio ac voluptatibus plusquam par erat indulgeret, & thesauros ludicris exhauriret, Scholariorum neglectis subinde monitis, iis vix tribus postea elapsis annis, hanc vitæ rationem aversati, Michaelem Principis patrem e Limniorum Castro evocarunt, (nam tum Eunuchus cui custodiendus traditus fuerat obierat) illumque in throno collocarunt, juniore in Byzantiorum custodiam amandato. Sic Michael Principatum adeptus est quem parens obtinuerat.

Allat. de Consens. l. 3. c. 4. n. 4.

P. 160. *c.* 2. *l.* 41. *post*, consensisset, *adde*, laudatur ab Allatio, Gregorii Constantinopolitani, qui capta Constantinop. Patriarcha creatus fuerat post Metrophanem, liber quæstionum veteris Testamenti ad eundem Alexium Comnenum Imp. Trapezuntinum.

P. 180. *c.* 1. *post l.* 6. *adde*, Alexius Lascaris *Philantropenus*, ad quem Epistolam scripsit Bessarion de successu Concilii Florentini.

Lib. 1. c. 3.

P. 182. *c.* 1. *l.* 5. *post*, Λάσκαρις, *adde*. Cæterum Theodori Lascaris mores egregios, singularemq; eruditionem multis prosequitur Georg. Pachymeres: quam in primis testantur illius quædam quæ supersunt Scripta in Bibliotheca Regia, hocce ubiq; titulo: Θεοδώρου Δούκα τοῦ Λάσκαρι, τοῦ υἱοῦ τοῦ ὑψηλοῦ Βασιλέως τῆς Ρωμαίων χυρᾶ Ἰωάννα τοῦ Δούκα, φιλοτίμου τοῦ Μαρκίωνος Βιλτόρδου δὲ Μομβαίργ φρισβείας εἰς τὸν ὑψηλότατον Βασιλέα. Atque in his, alterum hoc lemmate: Ἐπιτομαὶ ψιθικαὶ εἰς τὸ τοῦ βίου ἄσκησον. ἀφηγράφησαι, ἐκτεθεῖσαι ἐν τῷ πενθίμῳ καιρῷ τῆς ἀποβιώσεως τῆς ἀοιδίμου καὶ μακαρίας δεσποίνης κυρᾶς Ἑλένης καὶ συμβίου αὐτοῦ. In Paracletico p. 181. describitur Κανὼν παρακλητικὸς εἰς τὸν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, ποίημα τοῦ Βασιλέως κυροῦ Θεοδώρου Δούκα τοῦ Λασκάρεως. Editi denique habentur de Communicatione naturali Libri VI. admiranda Philosophia referti, a Claudio Auberio, latio donati: quo spectant illa ejusdem Pachymeris: καὶ πᾶσι μὲν λογικοῖς ἀεργητικῶς προσφερόμενον, οὐχ ἧττον δὲ καὶ αὐτὸς λογικῆ παιδείᾳ προσεσχηκὼς, οὐ μᾶλλον ἐκ μαθήσεως ἢ φύσεως τὸν περὶ τὸ ῥᾴφειν δυνάμιν ἔχων, ὡς καὶ πολλὰ ἐπιῤῥύδην ἐκτιθέναι, οὐ μόνον ὁρμήσειν.

Ibid. 1. 2. *lin. ult. subde*. Meminit porro Nicephorus Gregoras lib. 11. histor. ineditæ cap. XIX.

Joannis Vatatzę ſub initia Imperii Joannis Palęologi, quem obſcuræ fuiſſe ſtirpis ſcribit, ſed admodum divitem mercatorem, qui poſtmodum pecunia Theſſalonicæ præfecturam obtinuit, *Lambec. l. 5.*

P.188. c.2. l.ult. poſt, tempora, *adde lin. ſeq.* Conſtantinus Palæologus Sebaſtus, ad quem extat XXV. & XLI, Epiſtola Michaelis Glycæ, qui ſub Manuele vixit: apud quem habetur alia, quæ eſt XLIII. inſcripta Andropulo Palæologo, niſi legendum ſit, quod prorſus exiſtimem, Andronico: nam circa id ævi floruit. *Demetr. Raul. in Epiſt. ad fil.*

P.191. c.2. l.16. poſt XXX. *adde*, Irenem.

P.192. c.2. l.32. poſt, conditum eſt, *adde*. Theodorus Metochita M. Logotheta ſcripſit Carmen funebre in eandem Irenem Auguſtam, ut & in Michaelem Imper. Andronici filium,

P.193. c.1. l.12. poſt, agimus, *adde*. Habetur præterea in eadem Regia Bibliotheca Cod. alter num. MDCCLI. continens varia Opuſcula & Epiſt. ejuſdem Nicephori Chumni, qui ſub vitę exitum Monachus factus, Nathanael appellatus eſt: in quibus ſunt ſermones duo conſolatorii, quorum alter ad Imp. ſcribitur de morte Deſpotæ filii: alter ad ejuſdem Chumni filiam Imp. (*Βασίλισσαν*) de illius viduitate, cujus tum annus erat ſextus decimus.

Ibid. l.55. poſt, fallor, *adde*. Oſtendit mihi nuper vir doctiſſimus Carolus Molinetus Sanctæ Genovefæ Canonicus regularis monetam æream minutiorem, in cujus facie altera duo effinguntur Imperat. duplicem crucem intermediam tenentes, quarum figuræ fat evanidæ, ut & inſcriptio, quæ has voces præfert, ΑΝΔΡΟΝΙΚΙ ΜΗΧΗΛΙ. In altera habetur Cherubinus ſex ſuis alis inſtructus, nulla addita inſcriptione: quam quidem Monetam eſſe Andronici ſenioris & Michaelis filii prorſus exiſtimo.

Ibid. c.2. l.23. lege. Indictione VIII.

Ibid. c.2. l.28. poſt, Imperii XX. *adde*, cum paulo ante Monachicum habitum induiſſet, Antonius nominatus. *Anon. de ſeparat. vet. Rom. apud Allat. de Conſenſ. p.782. In Epiſt. de Calumniat. CP. p. 93.*

P.194. c.2. l.51. poſt, Pachymeris, *ſubde*. Sed & depictas ejuſdem Annæ & Andronici conjugis effigies in Patriarchica porta exteriore, in pariete dextro, templi ſcilicet *τῆς Παμμακαρίστου*, ſua ætate extitiſſe teſtatur Theodoſius Zygomalas.

Ibid. 199. c.2. l.24. pro, triennio, *lege* biennio, poſt; anno ſcilicet MCCCCXXXIX.

Ibid. c.2. l.40. poſt l.2. adde. Extat in Cod. Reg. Georgii Scholarii Patr. Conſtantin. *Μονῳδία ἐπὶ τῇ ἀυθεντοπούλῃ κυρίᾳ Ἑλένῃ τῇ Παλαιολογίνῃ, θυγατρὶ τοῦ Δεσπότου τοῦ Κυρίου Δημητρίου*; (quem Manuelis Imperat. filium vocat) quam virginem obiiſſe ſcribit.

Ibid. 201 c.1. l.7. poſt, ille, *adde*, ex partu.

Ibidem lin.9. poſt, ſepulta fuit, *adde*. Extant verſus Jambici MSS. in Theodoræ mortem, Beſſarionis Hieromonachi, in Cod. Colberteo, ubi Conſtantini Deſpotæ uxor, & ex Gente Latina fuiſſe dicitur, & Palæologina, ac Imperatrix indigitatur.

Ibid. lin.29. poſt, confutata ſunt, *adde*. Quidam ſcribunt pactas cum Iberorum Regis filia Conſtantini nuptias, neque tamen initas, capta paulo poſt Conſtantinopoli.

P.206. col.2. poſt. lin.26. adde, Demetrius Palæologus Magnus Stratopedarcha ſub Joanne Imperat. circa an. MCCCCXXXVIII. ſocer Joannis Diſhypati. *Sguropul. ſect. 2. c.21.*

P.206. col.2. poſt lin.24. ſcribe, Palæologus *Caſandrinus*, qui Florentiæ obiit, cum Concilium coram Joanne Palæologo Imp. celebraretur. *Sguropul. ſect. 11. c.8.*

P.207. c.2. l.54. poſt, Romano, *adde*: idem forte, qui in Novella ejuſdem Alexii, Nicolaus appellatur. *To.2. Jur. Gr. Rom. p.181.*

Ibidem lin.62. poſt, Regia, *adde*: Meminit preterea Sguropulus in Hiſt. Concilii Florentini *Joannis Diſhypati*, quem Joannes Palæologus Imper. Legatum miſit ad Concilium Baſileenſe ſub. ann. MCCCCXXXVIII. Hic filiam Demetrii Palæologi M. Stratopedarchæ uxorem duxit, ut auctor eſt idem Scriptor, unde licet opinari ex eo conjugio natum Georg. de Bishypato cognomento Palæologum, a quo prognati cæteri in Francia Bishypati. *Sect. 3. c.5. Sect. 4. c.18. 20. Sect. 2. c. 21.*

P.210. c.2. poſt l.14. ſubde. IV. Joan. Cantacuzenus, una cum fratre Manuele, Sebaſtocrator creatus ab Imp. qui haud multo poſt, Alexii Apocauchi ſorori conjugio nexus eſt, tum ex Andronico Palæologo, qui circa Adrianopolim in fluvio ſuffocatus obierat, viduæ. *Nicęph. Gregora MS. l.5. c.2.*

P.253. col.1. poſt lin.24. adde: *Matthæus Aſan* ſub ann. MCCCCXXV.

Ibid. lin.7. a fin. ante lin.6. a fin. poſt, cap. XXII. *adde*, & Sguropulus in Hiſt. Concilii Florentini ſect. II. cap.X. *Sguropul. ſect. 2. c.11.*

CONSTANTINOPOLIS CHRISTIANA:

LIBER I.

P.12. c.1. l.66. poſt, ſortita es, *adde*: Andronicus Calliſti in Monodia in infelicem Conſtantin. MS. Ἡ γὰρ θέσις τῆς πόλεως πάντα ἐποίει ῥᾴστα καὶ πρόχειρα. ταύτῃ γὰρ μόνῃ ἀμφοτέραις ἂν εἴδεις δεξιουμένῃ ἠπείροις· εἶχε μὲν ἡ Εὐρώπη, ἐγγυτάτω δηλαδὴ ἡ Ἀσία· καὶ τοσοῦτον αὐτῆς ἀπεῖχεν, ὅσον τὸ πλάτος ἐστὶ τοῦ πορθμοῦ. μονονυχὶ δὲ καὶ πάχεσα λῷ, ἐξ οὗ πορθμῷ καταβοῶσα μεγάλου, ὡς διηργοντος ταύτῃ ἐκείνης· πλῷ ἤδετο πάλιν τῇ πόλιν ὁρῶσα μᾶλλον αὖτος ἀδιαθέμενος, ἐξ τῇ ὑδατῇ ἐκείνης καὶ ἰδίαν ἐποίει, καὶ μᾶ καὶ τὰ δίττα πελάγη ἅττε Προποντὶς ἐξ ὁ Πόντος ὐκ ὀλίγῳ παρεῖχον τῇ πόλει τῷ ἀφθονίαν. πᾶσι γὰρ ἅπαν ἐστὶ τὸ χωρίον, δρυσί τε περιχόμενον, καὶ ποταμοῖς ἀρδόμενον, καὶ λιμέναις πλείσταις πεποικιλμένον, ὥστε ταντα χόθεν ἀφθονία παρῆν τῇ πόλει.

P.cad. c.2. l.49. poſt, Eurus, *adde*. Gregor. Cyprius Patr. Conſtant. orat. in Andronic. Palęolog. Imp. MS. de Salubritate aeris Urbis Conſtantin. Αὴρ δὲ αὐτῆς ὑπὲρ κεφαλῆς καθαρώτατος ὤν, ὐδὲ δριμὺς ἐς ὑπερβολῆ, ἀλλ' ἄλυπος καὶ προσῳὸς, καὶ τοῖς σώμασιν ἀνεκτός· θέρους δὲ ἐ καυσώδης καὶ πνιγώδης, ἀλλά τινι σύγκρατος ψύχει· βορείοις πνεύμασιν καὶ αὔραις ζεφύρου ὑπὸ τῆς τῷ ἀκτίνων ἀκμῆς κρατεῖσθαι καθάπαξ μὴ συγχωρεύμενος, τῷ δ' ἄλλων ὡρῶν πέρατον καὶ μεσῶσαι ἐς κέκραται τούτοις ἀφ' ὡς ἐκ τῷ ἄκρων γινωσκομένοις.

P.13. c.1. l.69. poſt, valere, *adde*. Conſulto porro hic omiſimus quæ de Byzantii ſitu opportuno ſcribit Theophylactus Bulgariæ Archiepiſcopus in Inſtitutione regia, parte I. cap.III.

Hic porro duntaxat deſcribenda videntur quæ in hanc ſententiam habet Gregorius Cyprius Patriarcha Conſtantinopolitanus in Oratione Encomiaſtica in Andronicum Palæologum Seniorem Imperatorem, hactenus inedita. Πατρίδα καὶ γένος τὸ ἐγκωμίων ὑποβάλλειν χρὴ τίδα ὁ τῆς τέχνης θεσμὸς ἡμῖν ὑποβάλλει· τοιγαροῦν ἐξ τὸ σὸν πατρίδα, μέγιστε Βασιλεῦ, ἅπας ὁ τὸ εἰκότος λόγος, ἵνα μὴ λέγω καὶ συγγραφικὸς ἅπας καὶ γεογραφικὸς ἀείσω τὸ ὁ συνοικοῦσιν ἄνθρωποι παραδίδωσι. Τελῶν γὰρ ὄντων ἀκοὴ πλείονα ἢ ἃ διαρρεῖ τὸ γῶ, λιβυὴ μὲν περὶ ἐλαχίστου τοῖς σοφοῖς γέγονε λόγου, ὐδὲν ἄξιον λόγου περιέχουσα. Ἀσία δὲ καὶ Εὐρώπη περὶ ἑρωτικῶν ἄνωθεν ἀλλήλαις ἐρίζουσαι, τὸ εἰκὸς ὐδέπω καὶ νῦν διελύσαντο, ἀλλήλων ἐν τῷ μέρει κρατοῦσαι, καὶ ὑπ' ἀλλήλων κρατούμεναι. Σοῦ δ' ἡ πατρὶς, λέγω δὲ σῶ ὅσης καὶ ἀρχῆς, ὦ Βασιλεῦ, καὶ Ἀσίας ἐπειλημμένη ἐξ Εὐρώπης, ἐξ ἀρχῆ γε τούτοιν ἀμφοῖν νομιζομένη καὶ ὄσα, ἐκ οἶδα πῶς ὁ κὰν καὶ βελτίσιν τὸ ὅλης ὁμολογοῖτο, ἀρχὴ γε δῆλον ὡς αὐτῆς καὶ τὸ προκεχειρισμένον ὑπάρχουσα, ἐπὶ μηδ' ἑφεῖται τῷ τὸ ὑπὲρ ταύτῃ ἐκ Θεοῦ λαχόντι τιμῇ, ἑτέρας ἢ ταύτης πατρίδος τυχεῖν, ἧς τὸ σύμπαντα κόσμου, ἐξ ὁπόσα δὴ ἐστι καθὰ τὸ ἄλλων πλειοκτῇ, τοῦτο μὲν οἷς ὁρᾶν πεδία καρπιμά τε καὶ κάλλιστα, καὶ μέζω ἢ ὀφθαλμὸς ἐξικνεῖται παρέχεσθαι, τοῦτο δ' οἷς ὄρη μήκιστα, καὶ εἰς αὐτὸν ἥκοντα τὸ αἰθέρα φοίτεται, τοῦτο δὲ ἐξ οἷς ἀέννααα ποταμῶν ῥεύματα, ἐξ λίμναι, ἐξ πηγαὶ καὶ παντοίας ὑδάτων ἀφέσεις προβάλλεται, ἄφθονον τὸ τῆς ζωῆς χρήσιμον, ἐκ τε τούτων καὶ τὸ ἐν μέσῳ θαλάσσης χορηγοῦσα τοῖς τῇδε ἀνθρώποις. Ταῦτα δὲ καὶ τὸ πόλεων ἀριθμὸν τὸ πολλῶν καὶ καλῶν καὶ μεγάλων, αἱ δὴ ἐξ αὐτῆς ἀγάλματός εἰσι, καὶ φυρὰ τῇ χώρᾳ καθίσανται, ὃ δ' ἂν τις οἶμαι, καὶ ἰδίαν ὑπόθεσιν ἱστορίας ποιούμενος, μή τι γε μέρος λόγου βραχύτατον ἀρκέσειεν ἱκανῶς διελθεῖν· εἰ δὲ πρὸς ταῦτά τις εἰκότως κατ' ἀξίαν ἀπορήσει λόγου, τὸ

περὶ τ μεγάλης καὶ θαυμασίας ἐρῆ πόλεως, ἣ κατ' ἐξαίρετον τ σὸν, Βασιλεῦ, καὶ χρυσοῦν ἐωικὸς γένος, ἣ καὶ τὸ μεσαίτατον λαχοῦσα τῆς γῆς, κέντρον μὲν εἰκότως αὐτὴ λέγοιτο, εἰς αὐτὴ τ ἄκρων τεινουσῶν, καὶ ἀπ' αὐτῆς ἀρχομένων, ἀνθαμιλλᾶτο δὲ πρὸς ἁπάσας κοινὰς τὰς ἐν αὐτῇ πόλει τ ἀρεταῖς, θέσεως μὲν τῆς ὑπ' οὐρανὸν καλλίστης, καὶ, ὡς ἔφαμεν, τῆς μεσαιτάτης καὶ ἣ μάλιστα τ ἀκροτόλεσι πρέπει τύχης. Γεγονεῖ δὲ θαλάσσῃ καὶ ταύτῃ γοργιμωτάτῃ, καὶ ὅσα παρὰ θαλάσσης τοῖς ἀνθρώποις χορηγεῖν ἀφθονωτάτη· τοῦτο μὲν πορθμοὺς ἔχουσα χειδὸν περὶ πᾶσαν ἑαυτῇ, ἠμερωτάτους μὲν ἐπιπλεῖν, ὡραιοτάτους δὲ βλέπειν, λυσιτελεστάτους δὲ προσοικεῖν· οὓς καὶ ποταμοὺς ἂν εἴποις πρὸς τὸ Στενὸν ὁρῶν, καὶ τ κατακίνησιν ὁμαλότητα, ξ θάλασσαν ὀνομάσαι κρίνων ἀπὸ τῆς ἄλλης αἰθάσεως· τοῦτο δ' ἐπικείμενα πελάγη, ἔνθεν μὲν πρὸς μεσημβρίαν τ Αἰγαῖον, ἀφ' Ἑλλησπόντου, δοκοῦντα καὶ τ τῆς πόλεως ῥοὰς ἄρχεσθαι· ἔνθεν δὲ πρὸς ἄρκτον καὶ βορρᾶν ἄνεμον, τ Εὔξεινον ἐκ Μαιώτιδος μὲν ἀρχόμενον, καὶ τῆς λίμνης Ταναΐδος, ὅλον δὲ τὸ ῥεῦμα πρὸ αὐτῆς ταύτης ἀπερῥυγόμενον, ἄμφω δὲ ὡς βασιλίδι τῇ πόλει δορυφοροῦντα καὶ πάντα δῶρα ὁλκάσι καὶ πᾶσαν πνευμάτων κίνησιν παραπέμποντα. Καὶ μέγεθος δὲ τῆς σῆς πόλεως ὅσον οὐκ ἄλλης πόλεων, πολλῆς μὲν οὔσης κατ' ἤπειρον, πολλῆς καὶ μίσης χιζούσης τ θάλασσαν, ὡς ἀμφίβολον εἶναι τινὸς μᾶλλον ἡ πόλις, ἑκατέρας ὥσπερ ἀγωνιζομένης αὐτῇ οἰκεῖσθαι, ξ σφοδρῶς ἀντεχομένης αὐτῆς· ὃ δὴ καὶ περὶ τῆς Ασίας εἰπεῖν ἔνι, θαλάσσης μὲν τυραννηθείσης ἀπορράγδην τῆς πόλεως, τὸν ἔρωτα δὲ μὴ καταλειλυκυίας, μηδὲ πόρρω ἀφεστηκυίας ἀλλὰ ξ οὕτω φιλονεικούσης σώζυγος καὶ ἀνταντικρὺ τῆς ἠρωμένης ἑστάναι, καὶ ὑπερβάλλουσα δὲ μεγέθει αὐτὴ ἑαυτῆς τριπλασία τοῖς ἀκριβῶς σκοπεῖσιν ἀφίσκεσθαι· τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς κατάγαιός ἐστιν οἴκησις, τὰ δὲ τ ἐπιφανείας πλήρει, ἀλλὰ δὲ τ μέσων φερόμενα πέδῃ μὴ τ ἄλλων, ὧν τ πόλιν καλοῦσι, τολμῶν καλέσαι καὶ ἀκρόπολιν. Ἀὴρ δὲ αὐτῆς ὁ ὑπὲρ κεφαλῆς καθαρώτατος ὢν ξ ἡδύτατος ἀναπνεῦσαι, ἔτι καὶ ὑγιεινότατός ἐστι· χειμῶνος μὲν οὐκ ἄγριος ὤν, οὐδὲ δεινὸς ἐς ὑπερβολὴν, ἀλλ' ἄλυπος καὶ προσηνής, καὶ τοῖς σώμασιν ἀνεκτός· θέρους δὲ ἀκαυσώδης καὶ πνιγηρώδης, ἀλλά τινος σύγκρατος ψύχει, βορείοις πνεύμασι καὶ αὔραις ζεφύρου ὑπὸ τ τ ἀκτίνων ἀκμῆς κρατεῖσθαι καθάπαξ μὴ συγχωρούμενος· τ δ' ἄλλων ὡρῶν πέρι τοσοῦτον ξ μηνύεσθαι ὡς κέκρανται, τοῦτο σαφῶς ἐκ τ ἄκρων γινωσκομένου. Καὶ μὴν μέγεθος ἔχουσα τηλικοῦτον, μᾶλλον ἂν αὐτὴ εἴποις καλὴν ἢ μεγάλην· τ μὲν γὰρ, ὅροις λόγου τ ὑπεροχῆς ᾧ τ ἄλλων διειλήφασιν αἱ πόλεις, κἄλλο τι ὅσον διλώσχειν, ἄῤῥητος ὁ λόγος, καὶ μέτρον ἔκ ἐστιν ὁρᾶν, ἐδ' ἀριθμὸν τῆς μεσότητος. Ἀλλ' ἡ μὲν πατρὶς τ Βασιλέως πόλις τοιαύτη, καὶ κατάλιπον τὰ μεγάλα ταύτης γνωρίσματα, δίσσβιναν οἰκητόρων, δίκομίαν, δικαιοσύνην, φιλανθρωπίαν, ἀνδρείαν, τ' ἄλλα ἐξ ὧν δίκαιον τῆς οἰκουμένης ἀνεζώσατο κράτος.

P.25. c.1. l.16. post, μυτροπόλεων. Sed & teſtatur idem Svetonius in Veſpaſiano cap. VIII. eundem Auguſtum Acajam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum libertate adempta, item Thraciam, Ciliciam, & Comagenem, ditionis regiæ uſque ad id tempus, in provinciarum formam redegiſſe.

P.26. c.2. l.6. poſt, quippe, *adde*: Auctor eſt Lactantius in Libro de Mortibus perſecutor. nu. XLV. Maximinum in Licinium tendentem ad Byzantii portas acceſſiſſe armatum, ubi milites a Licinio conlocati fuerant, qui poſt aliquot obſidionis dies paucitate diffiſi ſeipſos dediderunt, Præterea tradit fuſum eundem *Licinium*, &c.

P.31. c.2. l.42. poſt exerte, *adde*: Sozomenus lib.v. cap XVII. & ex eo.

Pag.54. col.2. l.37. poſt, conceditis, *ſcribe*. Neque duntaxat novam Urbem, Romam appellavit Conſtantinus, ſed & Romæ antiquæ ornatus in hanc invexit. Libanius in Orat. ad Theodoſium Imp. de Conſtantino: ὁ τῇ Ῥώμῃ μὲν ὁμώνυμον ἐγκτίσας πόλιν, τὸ χῆμα δὲ τὸ ἐκείνης ἅπαν εἰς ταύτην εἰσαγαγών, *qui Romæ cognominem inſtauravit civitatem, & ornatum antiquæ Romæ omnem in hanc ſuam urbem introduxit*.

P.35. c.1. l.45. poſt, non ſemel: Ῥώμη Κωνσταντινούπολις, in Concilio CP. ſub Mena act. IV. ubi idem Menas Ἀρχιεπίσκοπος Ῥώμης Κωνσταντινουπόλεως appellatur.

Ibid. c.2. l.64. poſt, ſtruxerat, *adde*: De urbis amplitudine, ſic Gregorius Cyprius Patr. CP. in A orat. MS. in Andronicum Palæologum Imp. καὶ μὴν μέγεθος ἔχουσαν τηλικοῦτον, μᾶλλον ἂν αὐτὴν εἴποις καλὴν, ἢ μεγάλην. Quibus addere placet hocce urbis elogium ex vita MS. S. Danielis Stylitæ: τὸ θρυλλούμενον τῆς οἰκουμένης θαῦμα; τὴν Κωνσταντινούπολιν φημί.

P.39. c.2. l.16. poſt, videatur, *adde*. Theophanes p.427. E.R. de Crumo Bulgarorum Rege: θαυμάσας δὲ τὰ τῆς πόλεως τείχη, &c. Theodorus Prodromus in Joannem Comnenum Imp. ex Cod. Reg.

Ῥώμη δευτέρα, βασιλεῦ, Ῥώμη νυδίστη νέα,
Ῥώμη φροτέρα κατιχὼν τῆς φρισβυτέρας Ῥώμης,
Κἂν ὑστερίζεις χρονικῶς αὐτῇ καὶ δευτερεύεις,
Πόλις βελτίστη πόλεων, χώρα χωρῶν κραλλίστη,
Τὸ μῆκος περιμήκιστε, τὸ πλατος εὐρυτάτη,
Τοῖς πυργοβάρεσι τειρέα, τοῖς τείχεσι κρατίστη,
Πόλις ἐξαίρετος Θεοῦ τῷ παντοκρατορεωῖτος.

B Andronicus Calliſti in Monodia in infelicem Conſtantinop. MS. Τείχη δ' ὅτως ἰσχυρὰ, καὶ τοῖς ἐναντίοις ἀνένδοτα, ἐκ ἂν εὕροιτό τις συγκρίνοντα φρὸς αὐτά. ἰὼ μὲν γὰρ ἡ τάφρος εὐθὺς καὶ πλατεῖα καὶ βάθη, καὶ πλίνθοις ὀπτοῖς κατωχυρωμένη, ποταμός τις ἄλλος τοῖς παρισῶσι δοκεῖσα. τεῖχος δ' εὐθὺς μετ' αὐτὴν ἰσχυρὸν εὖρη τι καὶ ὑψηλὸν τεῖρον, ἐπειδὴ μετ' αὐτὸ μεῖζον τούτου πολύ, ὥστε καὶ θαυμάζειν ποιεῖν τοῖς ἀτενίζουσι φρὸς αὐτό.

Ibi. c.ead. l.41. poſt, p.102. *adde*: Et Steph. Gerlachius in Epiſt. ad Martin. Cruſium, apud Davidem Chytræum de Statu Eccleſiar. Orient. p.164.

P.41. c.2. l.57. poſt, ſtatuit, *adde*. Binarum turrium ex albo & polito lapide juxta ædem S. Demetrii meminit præterea Nicephor. Gregor. l.VI. hiſt. ineditæ c.VIII. φαίνεται δὲ ἐξ ὁ τόλος ἤδη κάμπτων πρὸς τὸ Βυζαντίου βορέαν ἀκρὰν, ἔνθα πύργοι τε δύο ἀνῳκοδόμηνται λίθων λευκῶν ἐξ ἀτεξεσμένων ἐς τὸ τῆς ἁρμονίας δίφυες, ἐξ ἅμα Δημητρίου τε μάρτυρος ἵδρυται ἱερόν.

C *P.48. c.2. l.16. poſt*, urbs, *adde*: in Narratione hiſtorica de Depoſitione veſtis Deiparæ in æde Blachernea pag. 770. &c.

P.50. c.2. l.45. lege, πύλη.

P.64. c.2. l.34. poſt, cap. 48. *adde*. Meminit Svidas Epigrammatis a quodam Logotheta confecti in ſtatuam S. Danielis, in V. Ἀναίμονες.

P.66. c.2. l.54. poſt, poſita eſt, adde. In ea certe ſententia eſt Leunclavius in Onomaſtico ad Hiſt. Mulſulmanicam, ita ſcribens: *Aurat-bazar, Forum mulierum aut fœminarum Conſtantinop. Veteribus Tauri forum dicebatur, ex eo quod inter alias antiquitates Taurus ille aheneus eſſet collocatus, Phalaridis tyranni juſſu factus.* (Hæc, quo vade?) *Tauri vero vocem Turci per metatheſin commutarunt in* Aurat, *ut recentior adpellatio ſimilitudinem aliquam haberet cum veteri. Hodie conſpicitur in eo foro adhuc reliqua Imperat. Arcadii columna, quam variarum rerum & perſonarum imagines continentem vulgo Columnam iſtic Hiſtoriarum nominare ſolent.*

D *P.74. c.1. l.19. poſt*, Sophię, *adde*. Et ſane teſtatur Artemidorus li.II. Onirocrit. c.XXVII. Nymphas fuiſſe in fontibus: νύμφαι τε γάρ εἰσιν ἐν τῇ φρέατι.

P.54. c.1. l.40. lege XXXVIII.

P.77. c.1. l.29. poſt, Svidas, *adde*, ut & Eudocia Macrembolitiſſa uxor Romani Imp. in Joniis MS.

P.79. c.1. l.11. poſt, vocat, *adde*, Vetus inſcriptio Bononiæ: IN. HUJUS. BALINEI. LAVATIONE. HS. CCCC. NOMIN. C. AVIASI. T. F. SENECÆ. F. SUI. T. AVIASIUS. SERVANDUS. PATER. TESTAMENT. LEGAVIT. UT. EX. REDITU. EJUS. SUMMÆ. IN. PERPETUUM. VIRI. ET. IMPUBERES. UTRIUSQUE. SEXUS. GRATIS. LAVENTUR.

Ib. l.10. poſt, quæ, *adde*, ἀφιστῶ ἀνδρογυίων λουτρὼ.

LIBER II.

E *P.87. c.1. l.56. poſt*, Ζάξιππος. *Scribe*. Extat denique Michaelis Pſelli Epigramma, εἰς τὸν χαλκοῦν ἵππον τὸν ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ἐστηκότα τὸν πόδα ἐχοντα, quod quia ineditum hic deſcribam:

Ἔμπνους ὁ χαλκοῦς ἵππος ὅτος ὀνβλέπεις,
Ἔμπνους ἀληθῶς καὶ φερμάζεται τάχα.
Τὸν φρόσθιον δὲ τοῦτον ἐξαίρων πόδα,
Βαλεῖ σε καὶ λάξ, εἰ παρέλθῃς πλησίον,
Δρομεῖν κατορμᾷ, τοῦδε μὴ φροσιγγίσης,
Μᾶλλον δὲ φεῦγε, μὴ λάβῃς τὸ τοῦ λόγου.

Ib. c.2. l.6. poſt, c.XXII. *adde*. Xylocirci mentio eſt

præterea in Concilio Calched. act. 4. Τλης μεμορίτης ἐστὶν ἔχων δύο ἢ τρία ὀνόματα εἰς Ξυλόκιρκον. *Hyles Ecclesiæ addictus est, habens duo vel tria nomina, in Xylocirco.*

P. 94. *col.* 1. *l.* 10. *post*, consecuta, *adde*. Meminit istius imaginis Antiphonetes dictę Michael Psellus lib. v. Hist. MS.

P. 102. *col.* 1. *lin.* 29. *post*, ἀρμαμέντον. *adde*. Sed quod Mauricio Theophanes, id Phocæ adscribit Chronicon MS. Georgii Hamartoli: ὁ αὐτὸς Φωκᾶς ἔκτισεν Αρμαμέντον ὃν τὸ πλησίον τοῦ Παλατίου τῆς Μαγναύρας, καὶ κτίσας τὸν κίονα κτισὸν, καὶ τῷ τύπῳ αὐτοῦ ἐπάνωθεν. Ut & Chronicon MS. ab Adamo ad Leon. Phil. in Phoca: ὁ δὲ αὐτὸς Φωκᾶς ἀρμαμέντον τὸ ὂν πλησίον τῶν παλατίων τῆς Μαγναύρας τήσας ἐν μέσῳ αὐτοῦ κίονα κτισὸν, καὶ τῷ αὐτοῦ ἐπάνωθεν, &c.

P. 104. *col.* 1. *lin.* 33. *post*, Theodosii, *adde*. In parte Urbis ad mare vergente statuit Auctor MS. vitæ S. Isaacii Confess. ὁμοίως δὲ Οὐίκτωρ αὐτὸς ἐκέκτηται ἐν τῷ παραθαλασσίῳ μέρει τῆς πόλεως πλησίον Ελευιατῶν εἰς τὸν καλούμενον Δαμαδίαν.

P. 105. *col.* 2. *lin.* 31. *post*, xxxi. *adde*. Lausum Præpositum, nescio an alium ab eo qui sub Arcadio vixit, vel certe cujus fuit Palatium Lausi nomine donatum memorat Synodicon adversus tragœdiam Irenæi c. cc 111. ex quo illius ætas percipi potest; vixit enim ille sub Marciano: *Festinet autem Sanctitas tua rogare Dominam Pulcheriam, ut faciat Dominum Lausum intrare, & Præpositum fieri, ut Chrysoretis potentia dissolvatur, &c.*

P. 106. *c.* 2. *l.* 12. *post*, Theophanes, *adde*. Ut & Chron. MS. ab Adamo ad Leon. Phil. in Mauricio: κτίζει δὲ Μαυρίκιος τὰ Καισαρεῖον καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ἱππόδρομον, ὑπογράψας ἐν αὐτῷ τὰς αὐτοῦ πράξεις καὶ ἀρετάς.

P. 108. *col.* 2. *lin.* 13. *post*, ea convivia, *dele*, per continuos duodecim dies, *& scribe*, in jejunio duodecim dierum, quod scilicet Græci celebrant a Natali Christi ad Epiphaniam.

P. 109. *col.* 1. *lin.* 63. *dele*, nam apud Theophylactum, &c. *usque ad*, accitum, *& scribe*, tradit Theophylactus Simocatta lib. 1. cap. x. ubi Mauricii recens a Tiberio Imperatoris creati nuptias describit, accitum ab eo, &c.

P. 111. *c.* 1. *l.* 6. *dele*, quæ quidem convivia per xii. dies continuabantur, ut ex Cedreno docuimus.

P. 114. *c.* 2. *l.* 11. *post* n. 1. *adde*. Præterea Georgii Xiphilini Patr. Constantinop. sancitum lib. iv. Juris Græcorom. pag. 285. ex quo docemur actam in hoc Patriarchii triclinio Synodum de juribus territoriorum.

P. 117. *col.* 1. *lin.* 5. *post* c. xx. *adde*, Auctor vitæ S. Athanasii p. 55.

P. ibid. lin. 62. *post* superfuere, *adde*. Musarum porro simulachra in Senatu stetisse testatur præterea Themistius in Orat. xxxi. Ed. Reg. Μῶσαις λέγω· καὶ γὰρ ὐδὲ τοῦτο μικρόν. ὧν καλῶς ποιοῦντες, νεὼν ἀπεδείξατε τὸ βουλευτήριον, καὶ τὰ ἀγάλματα κατεστήσατε περὶ Θεῶν ἐν τῷ σηκῷ ἵνδον. Οὐδὲ γὰρ ἀπέχρησεν ὑμῖν εἰς χορὸς περὶ Μουσῶν, ἀλλ' Ομηρος μὲν ἐννέα ποιεῖ τὰς πάσας Μούσας ἐν τῷ ὑρανῷ· παρ' ὑμῖν δὲ ξενίζονται δισπλασίους· καὶ μετελήλυθεν εἰς τὸν Βόσπορον, καὶ ὅτος ἀμείνων κόσμος παρ' ὑμῖν τῆς βουλῆς, ἢ παρὰ τοῖς Ρωμαίοις.

P. ead. c. 2. *lin.* 33. *adde*. Sed & alterius statuæ post Senatum a Constantino M. in Athanarici Gotthorum Regis parentis honorem erectæ meminit Themistius orat. xv. postremæ ac Regiæ Edit. Καὶ ὥσπερ ἡ μαγνῆτις λίθος ἡσυχῇ ἐφέλκεται τὰ σιδήρια· οὕτω καὶ αὐτὸς ἀκουτὶ ἐφελκύσω τὸν Γότθων δωκτῶ· καὶ ἥξει σοι ἑκόντης ὁ πάλαι σεμνὸς, καὶ ὑφηνιοχούμενος, ἑκόντης εἰς τὴν πόλιν βασιλίδα, οὗ πατέρα ὁ παμμεγέθης Κωνσταντῖνος εἰκότι ἀπεμνημόνευσε, τῇ νῦν ἔτι ἀνακειμένῃ πρὸς τὸ ὀπισθόδομον τοῦ βουλευτηρίου.

P. 125. *col.* 1. *lin.* 25. *post* §. Lxii. *adde*, ut & Scholiastes Basilic. lib. vii. p. 236.

P. ead. col. 2. *lin.* 40. *post*, Protecdici, *subde*, ut & Scholiastes Basilic. lib. vii. p. 237.

P. 127. *col.* 2. *lin.* 31. *post*, ὑπεβλήθησαν, *adde*. Ex quibus patet Majus Patriarchæ Secretum ædem sacram fuisse, quandoquidem in eo stetit mensa. Id præterea firmat Euchologium Goari p. 871. ubi describitur Δ'χὴ γινομένη ἐν τῷ μεγάλῳ Σικρίτῳ, ἀπιόντος τοῦ Πατριάρχου πρὸς ὁδοιπορίαν, ἢ ἐπανιόντος, *Oratio habenda in Magno Secreto, profectionem suscipiente, aut revertente Patriarcha*; scilicet forte cum ad Processiones & litanias publicas proficiscebatur, & ex iis ad idem redibat; unde φροόδων οἶκος Secretum majus & minus esse forte dixit Nicephorus Constant. *Dele reliqua*.

P. ibid. lin. 43. *post*, judicasse, *adde*. Certe Agatho Diaconus & Chartophylax Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui de Actis vi. Synodi scripsit, τοῦ Διαγοῦς πατριαρχικοῦ σικρίτου Πρωτονοτάριον καὶ Καγκελλάριον δεύτερον se inscribit.

P. ibid. lin. 53. *post*, Σικρίτῳ, *adde*. Occurrit in Synodo vii. act. iv. quidam Νικήτας ὁ Δηλαβίσατος, Δρόμικος καὶ Νοτάριος τοῦ Διαγοῦς πατριαρχικοῦ σικρίτου.

P. 129. *col.* 1. *lin.* 50. *post*, constituens, *adde*. De hisce ædibus a Constantino ædificatis, sic auctor vitæ S. Marciani Oeconomi: ὡς ὁ οἶκος περὶ ἀρχαιοτέρων καὶ μεγαλοπρεπῶν, καὶ περὶ ὑπὸ τοῦ μεγάλου, φημὶ, Κωνσταντίνου τὴν οἰκοδομίαν ἐκ μακρᾶς λαχόντων, ἀρχέντως τι τοῖς γεγονόσιν καὶ ταῖς δι' ἔτους προσόδοις ἐνδιημούμενος. Et Luithprandus in Legat. ubi Christophorum Patricium Eunuchum loquentem sic inducit: *Audi ergo, sed Papa fatuus, insulsus ignorat, Constantinum Sanctum Imperialia sceptra huc transvexisse, Senatum omnem, cunctamque Romanam militiam: Romæ vero vilia mancipia, piscatores scilicet, cupediarios, aucupes, notbos, plebejos, servos tantummodo dimisisse.*

P. 130. *c.* 1. *l.* 53. *post*, πλήθη, &c. *adde*. In Urbe porro habitabant cujusvis nationis homines, seu potius hominum eo undique confluentium colluvies: quod & indicat Joannes Tzetzes in Chil. 13.

Οἱ πόλλω γὰρ πλῶ' ἀνασσι * γειλῶντες Κωνσταντίνῳ, * Ἓ οἰκοῦντες
Οὐχὶ μιᾶς φωνῆς εἰσὶ, καὶ ἴθνους ἑνὸς μόνου,
Μίξεις γλωσσῶν δὲ περισσῶν ἄνδρες πολυκλήτων
Κρῆτες, καὶ Τοῦρκοι, Αλανοὶ, Ρώδιοι, καὶ Χῖοι,
Απλῶς ἴθνους τε σύμπαντος, περὶ ἁπασῶν χωροῦντες,
Απαντες οἱ κλητῆτεροι, καὶ κεκιβδηλωμένοι,
Χειροτονοῦνται ἄγιοι τῇ πόλει Κωνσταντίνου,
Ω τῆς τοσαύτης ὕβρεως ἀνθρώποις περὶ ἀσκόπων.

P. 130. *c.* 1. *l.* 47. *post* Anemodoulio, *adde*: ut perinde ea quorum meminit Themistius or. xi. nuper edita.

P. 131. *c.* 2. *post l.* 43. *scribe*: BYCANUM, locus versus Sophias. Nicetas in Isaacio & Alexio n. 11. ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ πρὸς δυσμὰς ἅπαν μέρος ἐξεπυρώθη, καὶ ὅσα κάτεισιν εἰς Σοφίας, καὶ κατ' αὐτὸ τὸ Βύκανον παρεκθέονται. Ubi Cod. barbarogræcus MS. Reg. Βίκανον præfert. Vide supra lib. 1. sect. ix.

P. 133. *c.* 1. *l.* 68. *subde*, DIMACELLUM. Symeon Logotheta in Chron. MS. in Constantio: ὁ δὲ Εὐφρατᾶς ὁ ταύτῳ (Magnam Ecclesiam) κατασκευάζων ἐτελεύτησεν ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ, ὅπερ νῦν γυροκομεῖόν ἐστιν ἐν τῷ λεγομένῳ Διμακέλλῳ, τὰ Εὐφρατᾶ ἰδιωτικῶς λεγόμενα.

P. 136. *c.* 1. *post l.* 49. *adde*. Ad has forte Victoriæ statuas alludit etiam Themistius in Decennali Valentis Imp. Καὶ δὴ ἐγὼ νίκας μὲν καὶ ἑρωτας ἑπτερωμένους, εἴτε ἐν χαλκῷ εἴτε ἐν λίθῳ, εἴτε ἐν χρώμασιν εἶδον.

P. 137. *c.* 1. *lin. pen. post*, scriptores, *adde*: Βασιλικῆς οἰκίας τῆς Φιλίππου, meminit præterea Synodus vi. Constantinopolitana act. 11.

P. 138. *c.* 1. *l.* 48. *post*, qui, *adde*. Theodoreto in Epistola liminari ad Librum de Fabulis hæreticorum, cui nuncupatur Σφωράκιος.

P. 139. *c.* 1. *l.* 8. *post*, juniore, *adde*, hora diei 11. die Dominica xxvi. Januar. ut est in Synaxariis

Ead. c. 2. *l.* 23. *post* Act. iv. *scribe*: Sed præ cæteris insigne admodum fuit Τετράπυλον illud quod Alexandriæ olim stetit, ut auctor est Joannes Moschus Limon. c. Lxxvii. ἄγομεν ἐν τετραπύλῳ, κἀκεῖ μίνωμεν. Εστι δὲ ὁ τόπος τετραπύλου πάνυ σεβάσμιος παρὰ τοῖς Αλιξανδρεῦσι. λέγεσι γάρ ὅτι τὰ λείψανα τοῦ Ιερεμίου τοῦ προφήτου ἀπὸ Αἰγύπτου λαβὼν Αλέξανδρος ὁ κτίσης τῆς πόλεως, ἐκεῖ αὐτὰ κατέθετο. Me-

minit præterea μεγάλης istius τετρατύλου Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus in vita SS. Cyri & Joannis, stetisseque etiamnum sua ætate testatus est in eodem Concilio Nicæno II. quidam Thomas Monachus.

LIBER III.

*Pag.*1.*col.*2.*lin.*17.*post*, peragravit, *adde*. Novella IV. Heraclii: πολῶν, οἷα εἰκὸς, ἐκ πάσης τῆς ὑφ' ἥλιον κατ' αὐτὸν γινομένων, ὡς ἐς κοινὸν ἁπάντων πατρίδα, τὴν βασιλίδα πόλιν, ἐν ᾗ τοσούτων ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν εἶχον, καὶ πρὸς γε ἀγῶν μοναστηρίων ἔτι πλῆθος. *Quando plurimi, ut par est, ex universo soli subjecto orbe confluunt in eandem Imperatoriam urbem, ceu communem omnium patriam, in qua tot Sanctissimarum Ecclesiarum, & Oratoriorum, & præterea venerabilium Monasteriorum est numerus.*

*P.*2.*c.* 1. *l.* 14. *post*, latifundiis, *adde*, novisque adeo non condendis Monasteriis. Quam tamen deinceps abrogavit Basilius Porphyrogenitus, ut auctor est Balsamon, sed postmodum *firmavit*, &c.

Ibid.l.ult.post, ostentationem, *adde*) seu potius morbum, uti appellatur in laudata Novella Nicephori, quem ille jure carpit.)

*Ibid.c.*2.*lin.*44.*post*, retinebant, *adde*: neque id novo factitatum instituto: nam Sozomenus lib. VII. cap. XV. narrat Serapium, templum Alexandriæ celeberrimum, in ἐκκλησίαν immutatum Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως ἐπώνυμον.

*P.*3.*c.*2.*l.*24.*post*, scriptores, *subde*: unde Chrysostomus in Homilia in Cœmeterii nomen, dixit, divino munere ex quocumque latere urbem Constantinopolitanam Sanctorum reliquiis communiri: καὶ γὰρ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ἐξ ἑκάστης πλευρᾶς ἡ πόλις ἡμῶν τοῖς λειψάνοις τῶν ἁγίων τοιχίζεται.

*P.ibid.l.*30.*post*, nuncupare, *adde*. Vita MS. S. Danielis Stylitæ: Τὰ ἑῷα χαίρειν πολλὰ φράσας, πλοῖ ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἐπιστρέψας πορεύου, δευτέραν εἰς ἁγιασμὸν λόγον ὑπάρχουσαν Ἱερουσαλήμ, μᾶλλον δὲ ἐξ ἀφώτου, ἐπεὶ καὶ ἐκείνης ἀφισβεῖα ταύτην ὁ παρὰ Θεοῦ δέδοται, ἐν ᾗ πολλῶν μὲν ἀπολαύσεις νεῶν, πολλῶν δὲ σωμάτων ἱερῶν, &c.

P.ibid.post l. ult. adde. Eustathius ad Iliad. β'. p. 284. ὅτι δὲ καὶ ἄλλων πολὺ τὸ σεμνὸν αἱ Ἀθῆναι πάλαι ποτὲ εἶχον, δηλοῖ καὶ ὁ εἰπὼν τὰς Ἀθήνας Ἑλλάδος μεσηγύ. ἔτι δὲ καὶ Πίνδαρος Ἑλλάδος αὐτὰς ἕρεισμα καλέσας, καὶ Θουκυδίδης Ἑλλάδος Ἑλλάδα. καὶ ὁ Πύθιος ἑστίαν καὶ φουτανεῖον τῶν Ἑλλήνων. ἐξ ὧν ὡρμημένος τις εἰς ἔννοιαν σεμνὴν, κόσμον ἐκάλεσε τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀσύγκριτον ναόν.

*P.*4.*c.*2.*l.*31.*post* referentium, *adde*. Ex recentioribus alter sufficiat Stephanus Gerlachius in Epist. ad Martin. Crusium, apud Davidem Chytræum de Statu Ecclesiar. Oriental. *Templum S. Sophiæ septo regio vicinissimum est, via duntaxat intermedia, altissimum & amplissimum, columnis de omni genere marmoris, & incredibilis magnitudinis magnificentissimum: Portæ æreæ altissimæ & plurimæ elegantissimi operis: parietes omnes anteriores, Porticus templi aularum superiorum, infinita varietate præstantissimi marmoris vestiti, omnes cameræ calculis & tessellis vitreis inauratis tectæ, imagines Sanctorum repræsentantibus, sed singularum facies a Turcis erasæ, opus plane & ædificium incomparabile.*

*P.*5 *c.*1.*l.*48.*post*, creaturam, *adde*. Et S. Athanasius de Synodo Arimin. & Seleuc. p. 917. Λόγος γὰρ καὶ Σοφία τοῦ Πατρός ἐστιν ὁ Υἱός, καὶ ἔν ἐστι τὸ ἐκ Πατρὸς γέννημα, καὶ ἴδιον τῆς οὐσίας αὐτοῦ.

*P. ead.c.*2.*l.*52.*post*, adscribunt, *adde*. In ea vero æde condenda usus est Constantius Euphrata Architecto, ut refert Symeon Logotheta in Chron. MS. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ μεγάλη ἐκκλησία μέχρις αὐτῶν τῶν κατηχουμένων ᾠκοδομήθη, ὁ δὲ Εὐφρατᾶς ὁ ταύτῃ κατασκευάζων ἐτελεύτησεν ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ, ὅπερ νῦν προκομεῖόν ἐστιν ἐν τῷ λεγομένῳ Διμακέλλῳ, τὰ Εὐφρατὰ ἰδιωτικῶς λεγόμενα. πᾶσα δὲ ἡ ὕλη ἀναποχειμένη ἐκείνῳ, ἐδόθησαν καὶ ὑπὲρ ταύτης ὁ μέγας Κωνσταντῖνος τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ μὴ ἀτέλειαν δῶν τὸ μέγεθος καταλιπεῖν.

*P.*8.*c.*1.*l.*8.*post*, Euchologium, *adde*, ut & Joannes Epis. Citri in Responsis ad Cabasilam p. 330.

*P.*16 *c.*2.*l.*30.*post*, sunt, *adde*. Sed an omnino argento obductæ fuerint, ut addubitem facit Codex Chymicus ex Bibl. Reg. MMMCLXXXIV. fol. 120. v. in quo describitur βαφὴ τοῦ παρὰ Πίρσαις ἐξορυσσομένου χαλκοῦ ἀπὸ ἀρχῆς Φιλίππου τοῦ τῆς Μακεδόνων, οἷος ὁ ἐν ταῖς πύλαις τῆς ἁγίας Σοφίας, ita ut æs materia altera mistum fuerit, ut argentum retulerit.

*P.*19.*c.*1.*l.*44 *post*, infra, *adde*. Ejusmodi arcus sustinentes Hemisphærium terræ motibus non semel concussos narrant Scriptores. Excerpta Historia ex Cod. Reg. Ὅτι ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Τζιμισχῆ σεισμὸς ἐγένετο οἷος οὐκ ἄλλος. ὅτι καὶ ἡ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀψὶς διερράγη, καὶ ὁ ἐν τοῖς Εὐτροπίου τύλος κατεβλήθη. ὅτι καὶ ὁ ἐπ' αὐτοῦ μοναχὸς τοῖς θαλαττίοις ἐναπεπτύγη ῥάβδοις. Scribit Nicephorus Gregoras lib. II. c. III. secundæ partis Historiæ, terræ motu, qui accidit Joanne Palæologo imperante, τὸν ἐπὶ τῷ πλινθωτοῦ κίονος ἐν ἀγγελικῷ τῷ σχήματι ἀνδριάντα, καὶ ἅμα τῇ ἀροβιβασιλίσσῃ Παλαιολόγου τῇ βίᾳ καταγωνιζέντας, τῷ μὲν ἐπὶ θατέρου τῆς ὤμων κεκλίσθαι τὴν κεφαλὴν τῷ δὲ ἀφ' ποδῶν ἐρρίφθαι τὸν ἐν χερσὶν τῆς πόλεως σχηματισμόν, ὡς εἰκασμοῖς τισὶν ἐντεῦθεν ἐννοίας τινὰς ἀναλιξαμένοις ἐνίοις ἀποτεφάνθη, μὴ εἰς μακρὰν τῆς τῶν Παλαιολόγων αὐτοκρατορίας ἔσεσθαι καταστροφήν. καὶ ἐπὶ τούτοις τὸ φροπεπονθὸς τῆς ἐκείνου ἀψῖδος τοῦ τῆς Θείας Σοφίας νεὼ καταπονούμενον ἠσυχῇ παρερρήγνυτο μᾶλλον ἢ καὶ πολλὰς ἐκείθεν ψηφίδων καὶ πλίνθων κατέρριπτε μέχρι τῆς παντελοῦς πτώσεως. Idem Scriptor lib. III. c. IV. καὶ τοιγαροῦν πέπτωκεν ἡ μία τῶν ἀετείων φαινομένων τεττάρων ἀψίδων ἡ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα βλέπουσα σωτηρίαν ἀσφαλισάσασά τε καὶ συγκαθελοῦσα ἑαυτῇ, καὶ ὅσον ὑπήρειδεν ἐπικάθητο ἡμισφαίριον, καὶ συνεῖδεπτωσι μὲν τὰ κρυπτόμενα κάλλη τοῦ βήματος. σωτιθεῖπτωσι δ' ὁ τῆς θείων ἐκείνων κόσμος εἰκόνων. *p.*155.

*P.*19.*c.*2.*l.*22. *post sustinent*, *adde*, nisi hoc loco κοῖλον sit quod Latini *curvum* vocant, ut testudo camerata intelligatur; nam *curvum* & *cavum* indifferenter usurpant, unde cavas ædes, id est cameratas interpretatur apud Virgilium Servius, quæ est sententia Salmasii ad Vopiscum.

*P.*24.*c.*2.*l.*32. *post*, credere, *adde*: Sed incertum omnino relinquitur, an ea ædicula sit, quam Αὐγουσάλιον vocat Euchologium Goari p. 926. E. R. ubi traditur, Augustas eo in loco coronari consuevisse, ita ut ita appellata fuerit sedes Imperatoris, a quo uxor Augusta coronabatur, ut est apud Codinū, &c. in eodem Euchologio: εἰ μὲν γυνὴ ἔσται στεφομένη, στέφεται εἰς τὸ Αὐγουσάλιον, εἰς τὸ ἀντιμήνσιον, *si autem coronanda fuerit uxor, coronatur in Augustali, juxta altare*, ut interpretatur Goarus. Sed εἰς τὸ Ἀντιμήνσιον, aliud sonant; nam hæc de mensa ad hanc ceremoniam parata, cui *Antiminsium* imponitur, ob in ea exposita sacra προηγιασμένα, intelligenda videntur.

*P.*51.*c.*1.*l.*3.*post*, admittere, *adde*. Ejusmodi salutationum Episcopis ab universo clero impensarum, mentio est in Concilio CP. sub Mena act. V. τῇ δὲ νέᾳ κυριακῇ τοῦ παρελθόντος τοῦ ἁγίου Πάσχα εἰς ἀσπασμὸν ἀνελθόντος τοῦ παντὸς κλήρου, &c. ubi vetus Interpres: *proxima vero Dominica præteriti Paschæ, cum universus Clerus ascendisset ad reverentiam, &c.* Verum has salutationes factas in Secretario domus Episcopalis infra innuitur: καὶ τὸ ἔθος ἀσπαζομένων γινομένης ἐν τῷ σεκρέτῳ τῆς τιμίας ἐπισκοπείου, *secundum consuetudinem facta salutatione in secreto honorabilis Episcopatus.* Ita idem Interpres. Rursum: ὅτε εἰς ἀσπαζομένων ἀνήλθομεν τῇ νέᾳ κυριακῇ τοῦ δευτέρου πάσχα, &c. *Quando ad salutationem ascendimus proxima Dominica post Pascha*, &c.

LIBER IV.

*Pag.*54.*c.*1.*l.*7.*post*, addicta, *adde*. Meminit præterea hujusce Monasterii Balsamon ad Can. XV. Concilii Carthaginensis.

Ibidem lin. seq. post pag. 200. *adde*. Ejusdem porro Pantepopti Monasterii meminit præterea Bessarion in Epist. de successu Synodi Florentinæ ad Alexium Lascarim Philanthropenum.

*Ibid.c.*2.*l. prima post*, N. XIII. *adde*, observasse se ait Sguropulus in Historia Concili Florentini sect. IV. c. XVI. pleraque e sacrariis quæ Venetiis in æde S. Marci asservabantur, ablata fuisse e templo S. Pantocrat. idq; testari iis adscriptas Græcas inscriptiones, quæ Comnenorum nomina præferunt.

*P.*56 *c.*1 *l* 46.*post*, Bosporico, *adde*. Cui potior fides habenda quam Scriptori Etymologici MS. ex Cod. Reg. MMDCCL. qui hæc de Blachernarum nomen-

nomenclatura ſcribit: Βλαχίρναι, οἱ μὲν λέγουσιν ἀπὸ τοῦ βλάχοι βλαχίρναι, ἐπειδὴ βλάχοι ἦσαν εἰς τὸν τόπον ἐκεῖνον, καὶ ἐκολάνισαν αὐτά, ἐξ οὗτος ἐκτίσθη· ὁ δὲ Θεοφύλακτος ὁ ἀντιγραφεὺς λέγει αὐτὰ λαχίρναι, ἐπεὶ δὲ λέγει ὅτι λαχίρναι λέγονται Ρωμαϊστὶ αἱ θυῖναι, καὶ λέγει ὅτι ἐν τῷ μέρει ἐκείνῳ ἐπιάσθησαν πόλαι θυῖναι. A

P.56. c.2. l.10. poſt, PP. *adde*, lib. 11. Ep. XLIX. LI. LIII. LV. LVIII. LIX. Lib. XII. Epiſt. LXXII.

Pag. 57. col. 2. lin. 21. ſcribe. ιϛ. τὰ ΚΕΛΛΑΡΕΑΣ Monaſterii Deiparæ meminit Typicum MS. Monaſterii τῆς Κιχαριτωμένης cap. LXXXX. cui vicinum fuit, circa tractum Ædis Sophianæ.

Pag. 59. col. 1. lin. 67. poſt, extructa, *adde*, in ſiniſtra porticu, ut ſcribit Nicephorus Presbyt. Conſtantinopol. in vita MS. S. Andreæ propter Chriſtum Sali: ἐν τοῖς προθύροις τῆς ἐκκλησιῶν χάριν δίχης παρεγένετο, ἐν τῷ δεξιῷ αἴκρῳ τῆς παυμενίτης Θεοτόκου τῷ ἡλιακμένῳ ἐν τῷ δεξιῷ μέρει ἐμβόλῳ τῆ φόρᾳ Κωνσταντίνᾳ. Vixit autem uterque ſub Leone M. Inſtaurata poſtmodum fuit, &c. B

Pag. 60. col. 2. lin. 8. poſt, Zonaras, *adde*. Scribit Michael Pſellus lib. 1. Hiſt. MS. Baſilium Bulgaroctonum in Bardam Phocam qui tyrannidem arripuerat, tendentem, extuliſſe in prælium Deiparę imaginem: Ὁ μὲν δὴ ἔτως, καὶ μετὰ τοσούτου θάρσους ἐπὶ τὸ Βασίλειον ἦει. ὁ δὲ προβέβλητο δὲ τῆς εἰκόνος δυνάμεως, ἐξ ἱερέως εἰστήκει, θυρέᾳ δὲ τῇ χειρῶν τὴν εἰκόνα τῆς Θεοῦ Λόγου μητρὸς διηγκαλίσατο καρτερώτατον προβλημα τῆς ἀναθέτου ἐκείνα ὁρμῆ ταύτῃ ποιούμενος. Idem lib. III. de Romano Argyropulo: καὶ δὴ τὰ καὶ ἡ εἰκὼν αὐτῷ τῆς Θεομήτορος ἐμφανίζεται, ᾗ οἱ τῶν Ρωμαίων Βασιλεῖς ὥσπερ τινα στρατηγὸν, καὶ τοῦ παντὸς στρατοπέδου φύλακα ἐν τοῖς πολέμοις σωτηρίως ἐπάγονται· μένει γὰρ αὐτῇ ἀ'χ ἅλωτος ταῖς βαρβαρικαῖς ἐγεγόνει χερσίν.

P.61. c.2. l.58. poſt, & XXXVI. *adde*. Sguropulus in Hiſt. Concilii Florentini ſect. III. c. XVIII. C

P.62. c.1. l.4. poſt, Octobr. *adde*. Et Joannes Phocas in Deſcript. Terræ Sanctæ nu. XXIV.

Ibid. l.49. poſt, concurſu, *adde*. Neque alia eſt imago ἀχειροποίητος, cujus meminit Theophanes Cerameus Homil. XI. & LVIII. quæ ejus ævo colebatur in Eccleſia Tauromenitana, ut & nunc hodie, uti teſtatur Franciſcus Scorſus, a quo ita deſcribitur: *Ea tabula*, inquit, *integram virginis ſtaturam ſedentem, & infantem Jeſum geſtantem ulnis exprimit*. At licet in ea de qua agit Matth. Catalanus, tabula, virgo ſtet, in hac vero ſedet: eadem tamen, cum idem Scorſus pag. 504. Tauromenitanam, *Itriam* pariter appellari ſcribat . . . .

Ibid. poſt lin. 74. ſcribe. Deiparæ *in Jampſyphis* ædis mentio eſt in Concilio CP. ſub Mena act. v. ubi Patriarcha CP. ἐν τῷ οἴκῳ τῆς ἁγίας Μαρίας τῷ ἐν Ιαμψύφοις τῷ ἁγίαν σωτῆρα ποιούμεθα. Neſcio an non legendum ἐν τοῖς Ψήφοις, nam tractum τὰ Ψηφᾶ dictum ſupra obſervavimus. D

Ibid. c.2. l.65. poſt, p. 422. *adde*: Vita Callinici Patr. CP. apud Lambecium lib. VIII. Bibl. Cæſar. p. 210. & Menæa XXIII. Auguſti. Chronicon MS. Georgii Hamartoli in Rhinotmeto: κατέλυσαν παραχρῆμα τῷ ἐκκλησίαν, καὶ ποιήσας τῷ φυάλῳ ἐκτισεν ἑτέραν ἐκκλησίαν ἐν τῷ Πιστείνῳ, καὶ προσηγόρευσεν αὐτὴν τὰ Μητροπολίτου.

Ib. poſt l.69. ſubde. Deiparæ *Narſæ*, vel *Narſis*. Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Philoſoph. in Juſtino jun. οὗτος ὁ Ναρσῆς ἔκτισε τὸν ναὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἐν ᾧ καὶ λείψανα τῶν ἁγίων Μαρτύρων Πρόβου, Ταράχου καὶ Ανδρονίκου ἀπέθετο, ὅς τε ναὸς τὰ Ναρσοῦ λέγεται. Vide infra ubi de Xenod. Narſę.

P.65. c.1. l.61. poſt l.41. ſubde: Deiparæ Varanis. Vita MS. S. Theodori Syceotæ: ἔχει τῷ οἰκήσει εἰς τὸν ναὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τὰ Οὐαράγγων. E

Ibid. col. 2. l. 27. ſubde. Deiparæ dicatæ ædis a Conſtantino Lichude Patr. Conſtantin. ædificatæ meminit Michael Pſellus in ejuſdem Lichudis laudatione MS. αὐτίκα τῷ βεβουλημένου τετυχηκώς, νεὼν τε τῇ Θεοτόκῳ ἰδείματο, ἐξ Φιλοσοφίας ἐν αὐτῷ κατεσκεύαχει λαμπρὸν ἀσκητήριον.

Ib. l. 46. poſt, erat, *adde*. Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Phil. in Juſtino Jun. ἔτος ὁ Ιου-

σῖνος τὸν ναὸν τοῦ Αρχιστρατηγοῦ τῆ ἐκ τὸν Αδᾶ ἐκεῖσε κατοικοῦντα προσαγορεύομένα ἐκτισέ τε καὶ ἐκαλλώτισε.

P.66. c.1. l.60. poſt, doctiſſimus, *adde*: præterea Sguropulus in Hiſtor. Concilii Florentini ſect. II. cap. XXVII.

P.67. c.2. l.56. poſt, conſtat, *adde*. Illud porro eſt Προφητεῖον τὸ ἁγίου Ησαΐου, cujus meminit Concilium CP. ſub Mena act. III. quod paulo ante Προφῆτον nude appellavit.

Pag. 68. col. 2. lin. 25. poſt, cap. XXIV. *adde*, & lib. VIII. cap. XIV.

P.69. c.2. l.26. poſt, cap. XIX. *adde*. Meminit præterea ejuſce ædis Stephanus Gerlachius in Ep. ad eundem Cruſium, apud Davidem Chytræum de Statu Eccleſiar. Oriental. pag. 165.

P.70. c.2. l.30. poſt, ἐποίησεν, *adde*: Certe ad ſeptingentos fuiſſe monachos imperante Nicephoro generali, ſcribit Theoph. an. IV. ejuſdem Imp.

P.72. c.1. l.30. poſt, Jan. *adde*: Commentarius rerum S. Lucæ a Combefiſio in Novo auctario Bibl. Patr. Gr. pag. 517. editus.

Ibid. l.53. poſt; p. 608. *adde*. Agaſonis & Aſini ſtatuæ pariter æneæ, a Zonara to. II. edit. I. p. 158.

Ibid. c.2. l.48. poſt, Procopio, *adde*, & ab Anonymo de Translatione corporis S. Greg. Nazianzeni in hanc ædem num. II. quorum verba hic non exſcribimus, ea contenti indicaſſe.

Pag. 76. c.1. l.10. poſt, S. Andreæ, *addendum*, Cretenſis. *Proinde ſex hæ lineæ reponendæ in p. 81.*

Ibid. c.2. l.12. poſt, Hormiſda, *adde*. Meminit Michael Pſellus in orat. ad Synodum nondum edita, ædis S. Andreæ, quam a Michaele Cerulario Patr. Conſtantinopol. funditus dirutam fuiſſe ait: ſed quæ illa ſit, non conſtat.

P.77. c.1. l.68. poſt, ἐπικέκληται, *adde*. Neque tamen priorem amiſit appellationem, ſed conjunctim dicta eſt ædes τῆ ἁγίᾳ Ιωαννοφωκᾶ, ut docemur ex Concilio VI. Oecumenico act. XIV. Θεόδωρος ὁ καλλιγράφος, ὃς εἶχε τὸ ἐργαστήριον εἰς τὸν ἅγιον Ιωαννοφωκᾶν. Ubi Interpres, *qui habuit ſtationem ad Sanctum Joannem Phocam*. Sed recte correxit vir doctus, *ad S. Joannem & Phocam*. Certe Græci recentioris ævi duo nomina ſæpe jungebant, brevitatis cauſa.

P.78. c.1. l.65. poſt, PP. *adde*. Lib. XI. Epiſt. XLIX. L. LIII. LIV.

Ibid. c.2. l.16. poſt, Menæa, *adde*. Paulopetrii Monaſterii Hegumeni mentio eſt in Theodori Studitæ Epiſtolis apud Baronium ann. DCCCXVII. num. XXVI.

P.80. c.1. l.78. poſt, Copronymi, *adde*: Ædis iſtius conditor fuit Abramius Monachus, poſtmodum Epheſi Archiepiſcopus, ut auctor eſt Joannes Moſchus in Limonario cap. LXXXXVII. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὁ ἀββᾶς Αβραάμιος, ὁ φιλῶ μὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει λεγομένῳ τῆ Αβραμιτῆ μονῇ συνησάμενος, ὁ καὶ γεγονὼς ὕστερον Αρχιεπίσκοπος Εφέσου, ὁ καλὸς καὶ ἁπλοῦς ποιμὴν, ἔκτισε τὸ ἑαυτῶ μοναστήριον τὸ ἐπιλεγόμενον τῆς Βυζαντίων. *Per idem tempus Abbas Abramius, qui poſtmodum factus eſt Epiſcopus Epheſi, & nuper Monaſterium conſtruxit Conſtantinopoli, dictum Abramitarum, bonus & mitis paſtor, ædificavit Monaſter. ſuum, quod dicitur Byzantiorum.* Proinde alius eſt ab Abramio, cujus feſtum agunt Græci XXIX. Octob. Judæo nempe illo qui, &c.

Ibid. c.2. l.3. poſt, ſumpſit, *dele*, quod ſi ita eſt, alius fuerit Abramius iſte a Judæo. Et *ſcribe*. Sed errare toto cœlo Codinum, ex Joanne Moſcho, omnino patet. Abramitarum Monaſterium Ἀχειροποίητον etiam appellatum teſtatur præterea Leo Diaconus lib. III. Hiſtor. MS. ubi de Nicephoro Phoca in urbem contendente: Εἰς τὰ νεώρια ὥρμησεν· ἐκεῖθεν τὰς πορφύρους τριήρεις σωφρόνως τῷ δήμου, καὶ τῆς συγκλήτου φοὺς τὸν Νικηφόρον ὁρμήσασθαι παρεσκεύασαν. ὧν ἐπιβὰς ἑαυτῆς ὁ Νικηφόρος, τῇ τῆ Αβραμιτῆ, ᾗ καὶ Αχειροποίητον ὀνομάζουσι, προσέσχε μονῇ. Sed de æde, &c.

P.81. c.2. l.18. poſt, ſocero. Iſtius ædis meminit præterea Nicephorus Presbyter in vita S. Andreæ propter Chriſtum Sali.

Ibid. poſt l.29. ſubde. SS. Alexandri & *Antoninæ*, quorum feſtum celebrari annotant Synaxaria x. Junii ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτῦ μαρτυρίῳ τῷ ὄντι ἐνδον τῦ Δικαίου ξενῶνος ἐν τῷ Δωτίρᾳ. S. Alypii Monaſterium. In Menæis, S. Onuphrii feſtum celebrari dicitur XII. Junii, ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ Δικτηρίῳ τῷ ὄντι ἐν τῇ μονῇ τῦ ἁγίου Αλυπίου.

Ibid. lin. 35. poſt, Januar. *adde*, ubi hæc leguntur in Synaxariis: τιλεῖται δὲ ἡ αὐτῦ σωάξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτῦ μάρτυρίῳ τῷ ὄντι ἐνδον τῦ ἁγίου μάρτυρος Φιλήμονος ἐν τῷ Στρατηγίῳ. Ex quibus Monaſterii ſitum docemur.

Ib. l. 49. poſt, deſcribit, *adde*, ut & Synaxarium XII. Jan. in eodem S. Antonio: τιλεῖται δὲ ἡ αὐτῦ σωάξις ἐν τῇ αὐτοῦ μονῇ.

Ib. poſt l. 56. ſubde. S. Athenogenis Monaſterii meminit Synodus coacta ſub Leone Stypiota Patr. CP. contra Chryſomalum, apud Allatium de Conſenſione utriuſque Eccleſiæ lib. II. c. XI. n. I.

Ib. l. 73. poſt, cap. XIII. *ſcribe*. Monaſterii S. Baſilii meminit Sguropulus in Hiſtoria Concilii Florentini ſect. II. cap. II. ſect. III. cap. XV.

P. 82. c. 2. l. 14. poſt, dicitur, *adde*: Ædis S. Blaſii meminit præterea Sguropulus in Hiſt. Concilii Florentini ſect. II. c. XXXVII. ſect. III. c. XV.

P. 83. c. 1. l. 8. poſt, Julii, *adde*. Iſtius conditorem fuiſſe Conſtantinum Lichudem Patr. Conſtantinop. docet Michael Pſellus in illius Encomiaſtica oratione nondum edita, ubi de illius patre: Ἐκεῖνος γὰρ ὁ Ἐνταῦθα τοῦ μάρτυρος Καλλινίκου ναὸν ἑτέρῳ ὑπερβαλόμενος, ὃν τῷ Σωτῆρι ἰδείματο, τὸν παῖδα κοινωνὸν ποιεῖται, πρινὴ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐπιλαβέσθαι ὧν ἐκεῖσε ἐπεποίητό τε καὶ ἐβούλετο. ἐβούλετο δὲ ἐκεῖσε καταθέσθαι τὸν χοῦν, ἐφ' ᾧ δὴ καὶ ὁ υἱὸν πολλοῖς ὅρκοις προκατειλήφη μή ἄλλοτί σου ταφήσεσθαι, ἢ ἔνθα οὗτος τῷ Θεῷ φκοδόμησε τὸν ναόν, καὶ ἄλλο τι κρεῖττον ἐκεῖσε βουλεύσασθαι.

P. 87. c. 2. l. 28. poſt, ſatis, *adde*. In hanc porro S. Laurentii ædem illatas Eſaiæ Prophetæ reliquias tradit Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Philoſ. in Marciano: εἰσῆλθον καὶ τὰ λείψανα τῦ ἁγίου Προφήτου Ησαΐου ἀνενχθέντα ἀπὸ Νεκάδος, καὶ κατεπήθησαν εἰς τὸν ἅγιον Λαυρέντιον.

P. 85. c. 2. poſt l. 66. ſubde. S Georgii in Cypariſſio. Synaxarium Maximi Cytherenſis Epiſcopi obſervat SS. Zenonis & Zenæ feſtum celebrari ἐν τῷ ἁγίῳ μαρτυρίῳ τῦ ἁγίου Γεωργίου ἐν τῷ Κυπαρισσίῳ.

P. 87. c. 1. poſt lin. 62. poſt, Iſidori, *adde*. Ita etiam vita MS. ejuſdem S. Marciani: Καὶ περὶ τῆς ἄλλων ὧν ἐκεῖνος ναῶν φιλοδόξως φκοδομήσατο, Εἰρωνίης φησὶ τῆς θαυμασίας ἐν μάρτυσιν, ὃς φοὺς θάλασσαν ἐπικλύσας, καὶ ταῦ ἐχόμενα τούτου Ισιδώρᾳ δηλαδὴ τοῦ θείου. Sed & idem S. Marcianus in hanc ædem Divi Iſidori reliquias transferri curavit, ad quas multa facta Miracula narrat auctor ejuſdem vitæ.

P. 88. c. 1. l. 25. ſcribe. Meminit Concilium CP. ſub Mena act. III. ædis S. Laurentii, Conſtantinopoli, quæ quidem non alia eſt ab æde S. Laurentii de qua agimus; ſiquidem ædes fuit *Catholica*, in qua *Clerici* ſacra faciebant, proinde alia a S. Laurentii Monaſterio: παραγινόμενοι δὲ καὶ ἐν τῷ σεπτῷ οἴκῳ τῦ ἁγίου μάρτυρος Λαυρεντίου, ἐπωθανόμεθα τῆς ἐκεῖσε κλυδωνίων, εἰ οἶδασιν, ὅπου διάγει ὁ μνημονευθεὶς διοικήσατος αἰὼν.

Ib ſcribe. S. Laurentii ædes ab Aureliano exſtructa. Auctor MS. vitæ Iſaacii Confeſſ. de eodem Aureliano: Αὐτικρὺ τῦ μοναστηρίου τῦ Ισαακίου (Monaſter. τῆς Δαλμάτου) καὶ μεσιμβρίαν ἔκτισε μαρτύριον ἐπ' ὀνόματι τῦ ἁγίου Πρωτομάρτυρος, φοὺς τὸ ἀποτεθῆναι τὸ ἅγιον αὐτῦ λείψανον ἐρχόμενον ἀπὸ Ιερουσαλήμ.

P. 86. c. 2. l. 56. ſubde. S. Nicetæ Martyris ædis ſacræ meminit Balſamon ad Can. LX. Concilii Conſtantinop. in Trullo: ſed an Conſtantinopoli extiterit, incertum.

P. 92. c. 1. l. 20. poſt, Στρατηγίῳ, *adde*, ſimilia habentur in Synaxario MS. Colberteo v. Decemb. in S. Saba.

Ib. l. 32. poſt, Abbatibus, *adde*. Iſtius porro ædis ſitum indicat Leo Diaconus lib. IX. Hiſt. MS. Ὁ δὲ δὴ γυκτὶ ἀμφὶ, νεὼς ἐπιβὰς, ἐς τὴ Ακρεπόλεως φροχῶν, ἐκεῖθεν διὰ τινος πυλίδος ὑπὸ τῷ τῦ ἁγίου Φωκᾶ τιλέσης, ἐσίαν. ἔνδον ἱσῆσι τὰ ἄτεια.

Ib. l. 38. poſt, ineditis, *adde*. Sed longe ante Anaſtaſium conditam ædem S. Platonis, atque adeo ſtetiſſe Arcadio imperante, docemur ex Nilo Monacho lib. II. Epiſt. CLXXVIII. ad Taurianum Expræfectum, ἀπὸ ἐπάρχων, qua queritur quod εἰς τὸν ενχὸν Πλάτωνος τὸ καλλιτέχνε μάρτυρος καταφυγόντας φροντισὰς vivi rapuerit, & in carcerem conjecerit. Agit de eodem S. Plat. lib. IV. Ep. LXII.

P. 93. c. 1. l. 9. poſt, abſumptum, adde. Juxta *Staurion* ſtatuit Chron. MS. ab Adamo ad Leonem Philoſ. in Mauricio: ἔτος κτίζει καὶ τὸν ναὸν τῶ ἁγίων τεσσαράκοντα ὄντα πλησίον τῦ Σταυρίου.

Ib. l. 64. poſt, PP. *ſcribe*. L. XI. & Ep. LXXVIII.

Ib. l. 65. poſt, cap. XXXVII. *adde*, Balſamon ad Can. XXXIII. Synodi Trullanæ.

Lib. 4. p. 97. c. 1. l. 28. poſt, teſtatur, *adde*. Anonymus in vita MS. S. Stephani junioris, ſcribit ejuſdem Sancti caput in ędem S. Theodori juxta Prætorium illatum, quæ non alia eſt ab ea de qua hic agimus.

Ib. l. 56. poſt, urbanis, *ſcribe*: Meminit etiam iſtius ædis Nicephorus Presb. in vita MS. S. Andreæ propter Chriſtum Sali.

P. 99. c. 1. l. 2. poſt. pag. 56. *adde*. At quod Marciano adſcribunt ſupra laudati Scriptores, ipſi Leoni Imperatori tribuit Nicephorus Presb. qui ſub illo vixit, in vita MS. S. Andreæ propter Chriſtum Sali, a Leone ædem S. Anaſtaſiæ conditam innuens: Ὁ δὲ κύριος αὐτῦ πάνυ λυπηθεὶς ἐπὶ τὸ συμβὰν αὐτῷ, διὰ τοῦτο ἀπέστειλεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ σεβάσμιον ναὸν τῆς ἁγίας ἐνδόξε μάρτυρος Αναστασίας, ὃν ἐδείματο ὁ διάσημος Λέων ὁ Μακέλλης, &c.

Ib. l. 46. poſt, ἰμβόλοις, *adde*. Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Philoſ. in Leone M. Ἐπὶ τούτε δὲ ἰώνχθη ἐδὸς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐξ Ιεροσολύμων ἀρειθεῖσα παρά τινι γυναικὶ διλαβεστάτῃ Εβραίδι καὶ παρθένῳ, καὶ τὰ λείψανα τῦ ἁγίας Αναστασίας, καὶ κατέθεσαν ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῦ.

Ib. c. 2. l. 9. poſt, Reſurrectionis, *adde*. Sed & eadem appellatione donatur a Sguropulo in Hiſt. Concilii Florentini ſect. II. c. XXXVIII. Extr.

Ib. l. ult. poſt, Διηγησία, *adde*. Sed & in Synaxariis Colberteis MSS. VII. Sept. hæc leguntur: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐνέδραμε τὰ ἐγκαίνια τῦ ὑπεραγίας Θεοτόκου εἰς τὸ Δωτίρου, ἐν τῷ οἴκῳ τῦ ἁγίας Αννης.

P. 100. c. 2. l. 38. Celerinæ Martyrii mentio eſt in Concilio Chalcedonenſi act. IV. quod Conſtantinopoli extitiſſe probabile eſt.

P. 101. c. 2. l. 56. poſt, CLXXXX. *adde*, ut & Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Philoſophum in Theodoſio M. Ηχθη δὲ ἐπ' αὐτὸ ἐπὶ Κωνσταντινουπόλεως ἡ κεφαλὴ Ιωάννε τῦ Βαπτιστῦ, καὶ τὰ λείψανα τῶν ἁγίων μαρτύρων Τερεντίου, καὶ Αφρικανῦ, καὶ ἀπετέθησαν εἰς τὴ ἁγίαν Εὐφημίαν ἐν τῇ Πέτρᾳ.

Pag. 102. c. 1. l. 50. poſt, Sept. *adde*. Neſcio an Eccleſia illa S. Iæ, eadem ſit cum Eccleſia quæ dicitur *Sanctæ Tomeniæ*, apud Innocent. III. PP. lib. XI. Epiſt. XXXVI. ita ut pro *Tomeniæ*, legendum ſit *Iæ Mart.*

Ib. lin. 70. poſt. παλαιὰν, *adde*. Similia habet Scriptor vitæ MS. S. Marciani: Καὶ τὸ τῆ ὁμολογητῆ τῦ Παύλε ἱερὸν λείψανον — ἐξῆ μέσης τῆς πόλεως κομίζοντες εἰς τὴ ἐκκλησίαν, ἣ ἐπ' ὀνόματι μὲν Εἰρώνης ἵδρυται τῆς ἁγίας, ἡ Αρχαία δὲ οὕτω προσαγορεύεται, ὧ Κωνσταντῖνος ὁ Βασιλεὺς εἰς πλάτος τε καὶ μέγεθος ἐκ βραχυτέρας ἀνήγαγεν, ὡς καὶ φροῖδρόν, φοὺς ὀλίγον ἀπεῖντο

P. 102. c. 2. l. 70. poſt, memorat, *adde*. Vita MS. ejuſdem S. Marciani de hac æde ab eo condita: Οὗτος γὰρ ὁ τῆς Μάρτυρος Εἰρώνης ναὸς ἐτυγχάνει μὲν τῆς ἀρχαίας ὢν τὸ μεγέθει οὔτε ἄκρῳ κόσμῳ καὶ ταῖς φιλοτιμίαις ἀξιοθέατος ὤν, ἀλλ' ἔμελε τῷ Θεῷ πάντως εἰς εἶδος καὶ ὁράσεως μέγεθός τε καὶ κάλλος αὐτὸν ἀναστῆσαι.

P. 103. c. 1. l. 10. poſt, θαλάσσαν, *adde*. Id etiam omnino adſtruit idem auctor MS. vitę S. Marc. Τῶ δέ γε δυσμενῶς διάντες αὐτῷ οἶκον τῆς μεγάλης Εἰρώνης, ἡ δ' σεβασιάτη Βερίνα, γυνὴ δὲ αὐτὴ τῦ μεγάλε Λέοντος ἐκ, τὸν φρέατον ἀναδέχεται, ἣ τάτε φοὺς κόσμον ἐλλιπῶς ἔχοντα αὐθαιρέτως ἀποπληροῖ, καὶ τὸν ὀροφὸν χρυσίῳ φιλοτίμως κατακοσμεῖ, καὶ ἡ ἐπιγραφὴ ταῦτα ἡ ἐκεῖσε δῆλα ποιεῖ. τά γε μὲν

ἐγκαίνια τῦ ναῦ χ͞υ τῶ ἀ'χάδα τ͂ Ιατικείου δι' ἔτους τελεῖται, ὁπότε καὶ πολλὴ τῦ πλήθους ἡ σωδρομή.

P. 105. *c.* 1. *l.* 57. *post*, Abbatibus, *adde*. Sic porro appellatum istud Monasterium a S. Abiba, cujus festum celebrant Græci xv. Novembris, ut est in Synaxariis MSS. Colberteis, ubi & ejus situs ita indicatur: τελεῖται δὲ ἡ αὐτῦ σωίαξις πλησίον τ͂ φόρου ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῦ.

P. 106. *c.* 1. *l.* 48. *pro*, Joanne, *lege*, Leone.

Ib. c. 2. *l.* 59. cap. XXI. *adde*. Hujus Monasterii meminit Sguropulus in Hist. Concilii Florentini sect. II. cap. XXXVII.

P. 107. *c.* 1. *l.* 12. *post*, aliis, *adde*, ut Sguropulo in Hist. Concilii Florentini sect. III. cap. VII. sect. III. cap. XV.

P. 106. *c.* 2. *l.* 59. *post* p. 46. *adde*. Eadem videtur quæ Deiparæ dicata dicitur in Synaxario S. Theophanonis, XVI. Decemb. ubi appellatur ὁ ἐν τοῖς Βάσσου ναός.

P. 107. *c.* 2. *l.* 23. *post*, an. VI. *adde*. Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Phil. in Justino Jun. ἐπὶ αὐτῦ Ιουστίνου Ναρσῆς κτίζει τ͂ τῆς Καθαρῶν ἐπιλεγομένῳ μονῷ, ἐκκλησίαν περικαλλῆ κατασκάσας.

Ib. l. 27. *post*, Iconomacho, *adde*. Extant Epistolæ aliquot Theodori Studitæ ad Catharorum Monasterii ἡγούμενον, apud Baronium ann. DCCCXVII. N. XXVI.

Ib. l. 48. *post*, pag. 205. *subde*. Istius ædis meminit Malaxus in Hist. Patr. in Joannicio: καὶ ἐτέλη τὸν ἀποσκιώνας, καὶ ὑπῆγεν εἰς τὸν Γαλατᾶν εἰς τ͂ ναὸν τῆς Χρυσοπηγῆς, καὶ ἐκάθησε, *Patriarcha cum ei reverenter gratias egisset, Galatam abiit, & ad Templum Chrysopegæ commoratus est*.

P. 108. *c.* 2. *post l.* 52. *adde*, XXXVII. Τοῦ ΔΡΤΟΣ Monasterii, in tractu ædis Sophianæ meminit Typicum MS. Monasterii τ͂ Κεχαριτωμένης C. LXXX.

Ib. l. 72. *post*, n. XXIV. *adde*. Ita porro depingitur in Synaxariis XX. Januarii: ὢν δὲ τὸ εἶδος ἀπρόσιτος, τ͂ τρόπον ἁπλοῦς, τὸ χρῶμα λιχνός, τ͂ ἡλικίαν ἀτάλης καὶ σιμὸς, πόλιος τ͂ τείχα, τ͂ ὑπερῷα μίχει τ͂ μητρῶν καθαιρῶς.

Ib. l. pen. Τοῦ Μαξιμίνου, *adde*, ut in Concilio Nicæno II. Eustathius ἡγούμενος τ͂ Μαξιμίνου.

P. 109. *c.* 2. *post l.* 5. *adde*. Gerotrophi, seu Γηροτρόφου μονῆς, meminit Balsamon ad Synodum Carthag. Can. CXXXIV.

Ib. l. 8. *post*, extremo. *adde*. Deiparæ dicatam ædem sacram docet Sancitum Manuelis Charitopuli Patr. CP. in eoque Monasterio actam Synodum, de translatione Episcoporum, ἐντὸς τ͂ περιωνύμου καὶ πανυπερλάμπρου σεβασμίας βασιλικῆς μονῆς τῆς ἐπὶ ὀνόματι μὲν τιμωμένης τ͂ ὑπεραμώμου Θεομήτορος τῆς Γοργοπηκόου. Gerocomii Monasterii meminit Synodus coacta sub Joanne Comneno Imp. contra Chrysomalum, apud Allatium de Consens. utriusque Eccl. lib. II. cap. II. n. I.

P. 111. *c.* 1. *l.* 60. *post*, appellavit. *adde*. Alterius porro Metanœæ a Monomacho ædificatæ meminit Michael Psellus lib. IV. Hist. MS. ubi de eodem Monomacho Εἶτα ἄλλο ἐπ' ἄλλο ἐπινοῶν, καί τι τοιοῦτον πρὸς σωτηρίαν τῆς ἀπολυμένων ἐπινόησιν· ἐπειδὴ γὰρ πολύ τι χ͞ρ τ͂ πόλιν πλῆθος τ͂ ἑταιρουσῶν ἐπικέχυται γυναικῶν, ἀποτρέπειν μὲν λόγῳ οὐκ ἐθελήσασι· λασιόκωφον γὰρ δὴ τοῦτο γένος πρὸς σωτηρίους παραίνεσιν, ἀλλ' οὐδ' ἐπεχείρησεν ἐπισχεῖν, ἵνα μὴ δόξῃ βίαιόν τι ποιεῖν, ἀσκητήριον δὲ ἐν αὐτῇ βασιλικὸν δομήσας τ͂ πόλιν· μεγέθη τε μέγιστον, καὶ κάλλει λαμπρότατον, οἷα δὴ τις μεγαλοφωνότατος κήρυξ, ταῖς πωλούσαις τὸν ὥραν τῷ δόγματι ἀνεβόησεν, ἡ τις ἐκείνων ἀποδίδαι τὸν πρᾶξιν αἱροῖτο, ἐπ' ἀφθόνοις δὲ ζῆν, καὶ ἱκέσιός τε καταφεύγειν, καὶ τὸ θεῖον χῦμα μεταμφιέννυσθαι, καὶ μὴ ἐπὶ τὸ δεδιέναι τοῦ βίου ἐλθεῖν· ὥσπερ γὰρ αὐταῖς ἐξ ἀπείρωτα τὰ πάντα βλαστήσει· ἐξ πολὺς ἐντεῦθεν ἐσμὸς τ͂ ἐπὶ τ͂ τείχους ἐκιδεῖν σωίρρωσεν, ὁμοῦ τε τὸ σχῆμα, καὶ τ͂ τρόπον μεταβαλοῦσαι, καὶ στρατεύσασαι θεῷ νεολαία εἰς κατάλογον ἀρετῶν. Monocionii Monasterium. Vita MS. S. Stephani junioris: ὁ δὲ πατὴρ ἐκείνης λαὸς πρὸς τὸ μοναστήριον τοῦ Μονοκιονίου ἤκασιν, &c.

P. 112. *c.* 1 *l.* 12. *post*, oratoria. *adde*. Horum mentio est in Synodo VII. act. V. Δέρμεν ἓξ τ͂ βίβλου ταύτην ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ τ͂ Δαγῶν Δικτυείων τ͂ Πατριαρχείου.

Ib. post l. 15. *adde*. Philippi, seu τ͂ Φιλίππου Ecclesiæ mentio est in Concilio Calchedonensi act. IV. p. 522. edit. Labbei.

Ib. l. 24. *post*, pag. 57. *adde*. Istius Monasterii meminit pariter Theodorus Studita in Epistolis, apud Baronium ann. DCCCXVII. & DCCCXVIII.

Ib. c. 2. *l.* 7. *post*, Ρωμαίων, *adde*. πλησίον τ͂ Προικοῦ, cujus tractus nulla quod sciam occurrit mentio apud Scriptores Byzantinos.

P. 113. *c.* 1. *l.* 57. *subde*. Xanthopulorum Monasterii meminit Bessarion in Epist. ad Alexium Lascarim Philantropenum de successu Synodi Florentinæ, pag. 168. ut & Sguropulus sect. II. c. XVI.

P. 114. *c.* 1. *l. pen. post*, cap. III. *subde*. Sed & eidem Xenodochio, ut & Orphanotrophio, eadem concessit privilegia, quæ Majori Ecclesiæ, ut est in lib. V. tit. III. §. XVI.

Ib. c. 2. *l.* 19. *post*, Justino. *adde*. Et revera auctor vitæ S. Sampsonis, qui tamen longe ab ævo Justiniani vixit, ut qui Theophanis Ceramei meminerit, testatur Sampsonem vixisse & mortem obiisse eodem imperante Augusto.

Ib. l. 53. *post*, Alexandrinus. Meminit denique τ͂ χ͞υ Σαμψὼ ἀγὼς ξενῶνος Novella IV. Heraclii Imp.

Ib. l. 65. *post*, necessaria, *adde*: meminit denique Anastasius Sinaita in Psalm. VI.

P. 116. *c.* 1. *l.* 13. *post*, pag. 790. *adde*, Καθηγουμένη μονῆς τ͂ Γηροτροφίου meminit Sancitum VII. Lucæ Patr. lib. III. Juris Græcorum p. 223. unde colligitur Monasterium istud virorum fuisse.

P. 116. *c.* 1. *l.* 31. *post*, *l.* 2. *scribe*. Urbis Constantinopolitanæ Suburbanorum appellatione, non quasvis circumvicinas omnino regiones describere aggredior, sed eas maxime quæ ad utrumque Freti littus, quod στενὸν vocabant, adjacent. Nam Urbis suburbana longius produxisse videtur Novella IV. Manuelis Comneni de Monasteriis quæ sunt ad Urbem, in quibus utramque στενῦ ripam, Nicomediensem sinum, insulas proximas, totumque ab ipsis civitatis portis ad Athyram usque tractum complectitur.

P. 117. *c.* 2. *l.* 7. *post*, vocant, *adde*: neque aliud est Monasterium, quod Xerocerci vocatur a Demetrio Cydone contra Palamam, initio, ubi meminit cujusdam Simeonis ἡγουμένου τ͂ Ξυροκίρκα ἐπιλεγομένης. Ubi Arcudius editor ad marginem, ridicule, *hoc est siccæ caudæ*.

P. 133. *c.* 1. *l.* 66. *post*, ἐλδωσίας, *adde*. Chronicon vero MS. Symeonis Logothetæ, τῆς Ελέσιως.

P. 119. *c.* 1. *l.* 73. *post*, meminit, *adde*. Nov. Justiniani CLIX. &c.

A lib. III. ad tot. IV.

P. 126. *c.* 1. *l.* 5. *post*, Synaxaria. *subde*. Thomas Monachus τ͂ μονῆς τῦ Χηνολάκκου interfuit Concilio Nicæno II. ut in ejus Actis legitur pag. 207. edit. Labbei.

P. 127. *c.* 1. *l.* 10. *post*, Codinus, *adde*. In I. & II. Poemate Theodori Metochitæ ex Bibl. Regalia quædam habentur de Choræ Monasterio.

P. 129. *c.* 2. *l.* 4 *post*, p. 502. *adde*. Meminit Allatius in Diatriba de Symeonibus p. 179. cujusdam Theodori Monachi, Presbyteri, & πρωτοσῶτος τ͂ τ͂ Γαλακρίωνος μονῆς.

P. 131. *c.* 1. *l.* 11. *post*, prosequitur, *adde*. Pantaleon de Miraculis S. Michaelis, MS. & ex eo & aliis.

P. 132. *c.* 1. *l.* 21. *post*, VIII. *adde*. Incertum porro an Templum istud S. Phocæ intelligat S. Asterius in Orat. in S. Phocam, in quo ejusdem Sancti Corpus reconditum fuerit: ἔστι μὲν δὴ ὁ μεγαλοπρεπὴς ἐκεῖνος ναὸς εἰς καὶ τὰ ἱερὰ ἐχειν ἐκπληρῶσθαι σῶμα, &c.

Ibid. lin. 42. *post*, Σακκουδιῶνος, *scribe*. Ubi ipsum Concilium habet Σακκουδιῶν.

Edit. Paris. pag. 126.

DE HEBDOMO CONSTANTINOPOLITANO DISQUISITIO TOPOGRAPHICA.

SUMMA SECTIONUM.

I. *Scopus Auctoris in statu Controversiæ.*

II. *Hebdomum septimus ab urbe lapis proprie appellatur.*

III. *Campus inter septimum istum lapidem & Urbem Constantinopolit. eadem pariter Hebdomi nomenclatura donatus: in quo extitere ædificia omnia, quorum habetur mentio apud Scriptores Byzantinos.*

IV. *Id firmatur horum allatis locis. Patriarchæ Constantinopol. in Litaniis publicis curru vecti, etiam intra urbem.*

V. *Processus sacri in Hebdomo, in campo Hebdomo appellato facti intelliguntur.*

VI. *Hinc Hebdomum in conspectu Urbis esse dicitur.*

VII. *Campus Hebdomi Urbis Constantinopol. campi Martii vicem obtinuit.*

VIII. *Varia & multa in campo Hebdomi extitere ædificia, atque in iis Tribunal & Palatium Hebdomi. In Tribunali levari soliti Imperatores Constantinopolitani, qui, quod Urbis mœnibus illud adjaceret, in urbe levati interdum dicuntur.*

IX. *In Tribunali & in Campo inaugurati passim Augusti.*

X. *Campus, Tribunal & Palatium Urbi adjunctum, promiscue Hebdomi nomine a Scriptoribus donantur. Hebdomi seu Campi Hebdomiani pars intra Urbem subinde inclusa.*

XI. *Promontorium Hebdomi proximum fuisse Urbis mœnibus ostenditur.*

XII. *Hebdomum non ad Propontidem, sed versus Ceratini sinus caput extitit.*

XIII. *Id astruitur Scriptorum allatis auctoritatibus.*

XIV. *De Palatii, quod nude interdum Hebdomum appellari diximus, situ, & an idem fuerit cum Consistorio Gratiani & Justiniani.*

XV. *Hebdomum nuncupatum istud Palatium probatur ex Scriptoribus.*

XVI. *Huic Tribunal vestibuli, seu προαυλία, vicem præbuit.*

XVII. *An προάστια seu suburbana oppidis proxima fuerint.*

XVIII. *Suburbana etiam interdum intra urbem extitere.*

XIX. *In Hebdomo, seu in campo ita appellato, varia extitere ædificia, tum ædes sacræ, quæ recensentur.*

XX. *Ædes S. Joannis Baptistæ, quam Hebdomum nude interdum vocant Scriptores, an intra Urbem extiterit.*

XXI. *De aliis intra Urbem eidem Sancto Præcursori dicatis Ecclesiis.*

XXII. *An Dissertator Hebdomianus vere* Primus *situm Hebdomi explicuerit.*

XXIII. *In litterariis controversiis, sine nostro invicem dolore licet ludere, id est, urbanitate ac moderatione servata.*

XXIV. *Auctor nihil novi docetur ex Dissertatoris dissertatione.*

XXV. *Conclusio hujusce disceptationis de hac Controversia, quam impeditam existimabat Henr. Valesius.*

A I. HACTENUS quidem, ni fallor, præstitimus quod in hujusce operis Præfatione sumus polliciti, nihil nos nisi nova, ac in hocce genere argumenti nobis indicta, de iis quæ ad Urbis Constantinopolitanæ vel ædificia vel regiones pertinent, in Notis ad Zonaræ Annales observaturos. Verum ut faciam satis viro pererudito Hadriano Valesio, cui Petri Gyllii longe doctissimi, & nostram de Hebdomi situ sententiam minime probari advertimus, huic rursum asserendæ, pauca ex iis quę in Constantinopoli Christiana copiose satis a nobis descripta sunt, hic rursum delibari haud ingratum Lectori fortasse fuerit, cui de hac dijudicanda controversia liberum erit arbitrium. In ea vero pertractanda, ut S. Augustini verbis mihi præfari liceat, *Si aliter quam is sensisse reperiar, non contra illum dictum, sed quod mihi videbatur a me scriptum esse putem lectorem debere cognoscere: aut si cognosci non potest, credere debere.* *In Epist. ad S. Hieron.*

B II. Atque ut hujusce disceptationis ducatur initium, in confesso debere esse agnoscimus Hebdomum ita appellatum, quod septimo ab urbe (veteri scilicet Byzantio ad Promontorium Ceratinum) milliari distaret: indeque quod Græci Ἑβδομον, Latini *Septimum* vocant, quosdam *Septimilliare* nuncupare; quemadmodum in utroque Isthmo, Thracicæ Chersonesi & Corinthiaco, a mari ad mare deducto muro Hexamilii a sex milliarium spatio nomen inditum est. Id sat multis in ea lucubratione docuimus, allatis auctorum locis fere omnibus, præter quos ab eodem viro docto alios proferri non advertimus, adeo ut pudeat toties cramben repetere, *atque eadem cantare versibus iisdem*. Sed cum hæc quæstio definiri vix queat absque prolatis & in medium adductis eorumdem Scriptorum auC ctoritatibus, ac iis præsertim, quas aut non observasse, aut de industria omisisse videtur, ut quæ sententiæ quam tuendam susceperat adversarentur, breviter quantum licebit, & selectis dumtaxat qui ad hanc dirimendam controversiam conducunt locis, quæ in hanc rem habent expedire operæ pretium videtur.

III. Tametsi igitur Hebdomum ita appellatum constet, quod septimo ab urbe milliari distaret, difficultas tamen de Hebdomi istius, cujus passim mentio apud Scriptores occurrit, situ, minime inde solvitur, cum aliud & diversum sit a septimo lapide, licet eidem, ut & urbi Constantinopolitanę contiguum cum inter septimum lapidem & urbem intersitus ager, vel Campus, Hebdomi pariter appellationem haberet, quod non modo in hac Disceptatione probandum suscepi, sed & CamD pum istum Hebdomianum non ad Propontidem, sed ad sinus Ceratini, versus illius caput, littora, extitisse, ut & Tribunal & Palatium Hebdomi, Ecclesiam S. Joannis Baptistæ, cæteraque recensita a Scriptoribus in Hebdomo ædificia, in hoc fuisse postremo Hebdomo, seu in Campo Hebdomi, non vero ad septimum ab urbe milliare, quod vult Dissertator Hebdomianus. Priusquam vero rem aggrediar, ut res planior deinceps fiat, ponemus in exemplum suburbanum Parisiense, seu Regis nostri Christianissimi Palatium, quod Versalias appellamus, simili fere ab urbe Galliarum primaria disparatum spatio, quo Hebdomum a Byzantio. Quo posito, primo quidem non septimum dumtaxat Milliare, id est septimum ab urbe lapidem, Ἑβδόμου appellationem habuisse, sed etiam inter septimum istud Milliare & urbem Con-

stantinopolitanam interjectum Campum; in quo ædificia omnia, quorum meminerint Byzantini Scriptores, nullaque in ipso milliari septimo stetisse ausim omnino contendere: quod mihi præsertim probandum incumbit, ut disputationis totius fundamentum; quod haud ægre fecerim, si ita appellatum ab iisdem Scriptoribus ostenderim.

IV. Primus igitur ex iis prodeat Theophylactus Simocatta, qui libro VIII. cap. XIII scribit defixa ad spectaculum a Tyranno Foca, Mauricii & filiorum capita, *πρὸς τὸ πεδίον τὸ ἀνακείμενον ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ, ὃν Κάμπον Ῥωμαῖοι καταχρηματίζουσιν*: Ubi observanda vox *ἀνακείμενον*, quæ campum urbi adjacuisse satis prodit: neque Campus in ipso Septimo milliario esse potuit, alioqui Campus in suburbano seu in villa esse diceretur, quod absurdum esset. Deinde Hebdomum, Campum fuisse appellatum diserte B ait Simocatta, proinde idem est Hebdomum cum Campo. Theophanes etiam Campum ad urbem Constantinopolitanam statuit, cum ait ad ann. XXX. Theodosii Junioris, Byzantios terræ motu consternatos ac territos, *ἐξω τῆς πόλεως ἐν τῷ λεγομένῳ Κάμπῳ* secessisse; cujus terræ motus memoriam quotannis agi XXVI. Januarii, quo is accidit, in Campo, scribit auctor Chronici Alexandrini: *ὅθεν καὶ ἡ μνήμη κατ' ἔτος ἐπιτελεῖται τῆς λιτανείας μέχρι καὶ τοῦ ἐν τῷ Κάμπῳ, ὑπὲρ τῆς τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ μακροθυμίας*. In qua quidem supplicatione Imperatorem, Senatum, populum & clerum pedibus nudis processisse tradit idem Scriptor: *καὶ ὁ βασιλεὺς ἐλιτάνευσε μετὰ τῆς συγκλήτου, καὶ ὄχλου, καὶ τοῦ κλήρου, ἀνυπόδετος ἡμέρας ποσάς*. Theodorus lector Eccl. I. & ex eo idem Theophanes & Symeon Logotheta in Chron. MS. scribunt Marcianum *ἐν ταῖς λιταῖς γινομέναις ἐν τῷ Κάμπῳ πεζὸν ἐξερχόμενον*, multas pecunias pauperibus erogasse: Anatolium vero Patriarcham, cum a Tauro ad Campum, juxta morem Episcoporum urbis Regiæ, lectica vectus ad supplicationem procederet, & Marcianum pedibus incedentem vidisset, ipsum quoque *πεζεύοντα* processisse. Quis porro Theodosium juniorem *ἀνυπόδετον*, cum universa plebe & clero, vel Marcianum pedibus usque ad Septimum milliare quotidie processisse putet? Neque hic opponat vir eruditus, quod Patriarcha Anatolius curru vectus supplicationem instituerit, inde satis patere longius fuisse iter, quam ut ad proximum urbi campum fuerit processurus. Nam præterquam quod id factum *more Episcoporum urbis regiæ* tradunt iidem Scriptores, etiam in urbe hoc apparatu litanias instituisse Pa- D triarchas colligere est ex eodem Theophane an. XI. Justiniani: *Καὶ ἐξῆλθεν ἡ λιτὴ ἀπὸ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καθημένου Μηνᾶ τοῦ Πατριάρχου ἐν τῷ βασιλικῷ ὀχήματι, καὶ τοῦ Βασιλέως συλλιτανεύοντος τῷ λαῷ*. Et an. XXIII. *Καὶ διῆλθεν ὁ ἐπίσκοπος Μηνᾶς μετὰ τῶν ἁγίων λειψάνων καθημένου ἐν ὀχήματι χρυσῷ βασιλικῷ ἕως ἁλίθη, κρατῶν τὰς τρεῖς θήκας τῶν ἁγίων Ἀποστόλων εἰς τὰ γόνατα αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἐποίησε τὰ ἐγκαίνια*, scilicet ædis SS. Apostolor. Idem Theophanes an. XXV. ejusdem Augusti: *Γεγόνασι τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας Εἰρήνης πέραν ἐν Συκαῖς, καὶ ἐξῆλθε τὰ ἅγια λείψανα ἐκ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας μετὰ τῶν δύο Πατριαρχῶν Μηνᾶ τοῦ ΚΠ. καὶ Ἀτολικαείου τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ ἐκάθισαν ἀμφότεροι ἐν τῷ βασιλικῷ ὀχήματι, κατέχοντες ἐν τοῖς γόνασιν αὐτῶν τὰ ἅγια λείψανα*, &c. Denique idem Scriptor an. XXXVI. ejusdem Imperatoris, ubi de secundis Encæniis ædis Sophianæ: *καὶ δὲ παννυχὶς τῆς αὐτῆς ἐγκαινίων γέγονεν εἰς τὸν ἅγιον Πλάτωνα, καὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν ὁ Πατριάρχης ΚΠ. Εὐτύχιος μετὰ τῆς λιτῆς, συμπαρόντος καὶ τοῦ Βασιλέως, καθεζόμενος ἐν τῷ ὀχήματι, καὶ φορῶν τὸ Ἀποστολικὸν σχῆμα, καὶ κρατῶν τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον*, &c.

V. Verum ut disceptationis seriem prosequamur, Nichephorus Patriarcha Constantinop. in Historia, agens de Avaribus circa urbem dispersis, Heraclio imperante: *Καὶ μόλις τρὸς τὸ πεδίον τὸ τρὸ τῆς πόλεως, ὃ Ἑβδόμον καλοῦσι, καταλαμβόντες ἱδρύσαντο, ἔνθεν δή τι σκιδάσαντες ἄχρι καὶ εἰς τοῦ Βαρνύσου ποταμοῦ γέφυραν*. Ex hoc unico præterea loco patet omnino, voce Hebdomi non Septimum ab urbe milliare, sed Campum ad urbem indigitari, quem occupavere Avares urbem obsessuri, usque ad Barnyssi fluvii pontem; qui scilicet fluvius Campo Hebdomo appellato adjacebat. Sed quin idem Campus Hebdomi proxime urbi adjacuerit, scrupulum omnem eximit Euchologium Goari pagin. 810. ubi describitur *ἱκετὴ λεγομένη ἐν λιτῇ γινομένῃ ἀφὸ φόβου εἰς τὸν Κάμπον, εἰς τὸν ἅγιον Διομήδη ἐξώπορτα, καὶ εἰς τὸν παλαιὸν πέτραν*. Supplicatio igitur fiebat a Tauro, seu a Foro Tauri, ad ædem S. Diomedis extra portam, & ad veterem Petram, quam Anonymus Combefisianus in Constantini Porphyrogeniti vita, *τὸ παλαιὸν τεῖχος* vocat. Neque alia est *ἱκετὴ*, quæ pag. seq. in eodem Euchologio habetur, hocce lemmate: *τάξις γινομένη ἐν τῷ Τριβουναλίῳ ἐν ταῖς ἐξ ἰδίους ἀπερχομέναις ἐκείσε λιταῖς*. Ubi observare licet Litanias promiscue dici factas in Campo & Tribunali. Sed neque etiam diversa videtur ista supplicatio ab ea, cujus quotannis memoriam celebrari *ἐν τῷ Κάμπῳ λιτανεύοντος τοῦ λαοῦ*, ob terræ motum qui XV. Augusti ann. XXVII. Justiniani accidit, scribit Theophanes & ex eo Cedrenus & Symeon Logotheta. Sic in Chronico Alexandrino an. I. Heraclii in terræ motu qui accidit XX. *pag. 129.* Aprilis, *λιτὴ γενέσθαι εἰς τὸν Κάμπον, καὶ ψαλθῆναι τὸ Τρισάγιον* decretum legitur. Enimvero nemo erit, opinor, qui quod nude dicitur esse extra portam, ad septimum milliare extitisse velit asserere, nisi etiam velit Romam dici extitisse extra urbis Constantinopolitanæ portas. Memi- C nit denique idem Theophanes anno XXXVI. Justiniani supplicationis ad S. Diomedis ædem, scribens Eutychium Patriarcham, cum mense Augusto, solo vigente Borea ac flante, navigia ad urbem non possent accedere, *λιτὰς ἐκβαλεῖν εἰς Ἱερουσαλήμ, τοῦτ' ἔστι εἰς τὸ ἅγιον Διομήδη*. Ex quibus docemur hanc S. Diomedis ædem, quæ extra portam urbis erat, Hierusalem appellatam, aliamque fuisse ab æde S. Diomedis, quæ antea S. Eliæ nuncupabatur, ut testatur Symeon Logotheta in Michaele & Theodora; & intra urbem erat, ad portam urbis Auream. Monasterii porro Hierusalem appellati, Abbates Conciliis Constantinopoli interfuisse alibi observamus: nam cum prius Catholica esset Ecclesia, seu Plebalis, monachis est attributa. Consimiles alias in Campum Hebdomi institutas litanias ob terræ motus, vel ob alias quasvis calamitates, habent Scriptores, ac præsertim illam de qua Cedrenus agit in Justino seniore, quem percepto terræ motu eversæ Antiochiæ nuntio lugubres vestes induisse scribit, & Byzantios per septem dies *εἰς ἀφὸ τῆς πόλεως πεδίον ἐπτὰ σημείοις ἀπέχον* litanias instituisse. Qua quidem loquendi formula usus est Cedrenus recepta apud Græcos & Latinos Scriptores qui linguæ venustati studebant: quod satis vel inde percipere est, quod statim addat Campum extitisse *ἀφὸ τῆς πόλεως*. Neque enim Campus in prospectu urbis esse potuit, si ab ea septem. milliaribus. dissitus fuit; nec indici aut fieri potuere supplicationes, neque plebs continuis septem diebus orationis gratia ad septimum ab urbe milliare procedere, (quod velim serio attendat vir doctus) quotidie ad urbem. vel ad urbis proxima reversura. Urbs Parisiorum. terræ motu concussa fuerit, cives ne ædium ruina obruantur, Versalias. sese conferent: & si publicæ indicantur Supplicationes, ad tres aut quatuor leucas. quotidie secedent reversuri? an aliquis sanæ mentis id sibi. persuadeat? In urbis certe vicinis. locis. tentoria. explicuisse non abnuerim. in. ejusmodi terræ. motuum. terroribus, civesque extra urbem, non vero ad septimum usque milliare, prorupisse, donec ii desinerent: ut in terræ motu, qui accidit IX. Februarii,

Indictio. XIII. anno X. Constantini & Irenes, quo, ut ait Symeon Logotheta in Cronic. MS. & Theophanes, σεισμὸς γίγονε φοβερώτατος, ὥστε καὶ μὴ τολμῶντός τινος ἐν οἴκῳ καθεύδησαι, ἀλλὰ πάντας ἐκ τοὺς κήπους, καὶ τὰ ὑπαίθρια σκηνὰς ποιήσαντας διάγειν· ἡ δὲ Βασίλισσα ἅμα τῷ υἱῷ αὐτῆς ἐξῆλθεν ἐν τῷ ἁγίῳ Μάμαντι, ad Palatium scilicet, quod ad urbis muros versus sinum Ceratinum erat, secessit Imperatrix: quo etiam sese recepisse Leonem M. in simili terræ motu scribit Chronicon Alexandrinum.

VI. Deinde, ut diximus, qui fieri potest ut Campus πρὸ τῆς πόλεως fuerit, si ab ea septem millibus dissitus fuit? hac certe loquendi formula quæ mœnibus proxima sunt & in illius prospectu vulgo intelligere Scriptores palam est. Atque ut id uno aut altero firmem loco, scribit auctor Chronici Alexandrini Constantinum M. instaurata Drepano, Bithyniæ urbe, eaque Helenopoli de matris nomine appellata, hanc vectigalium immunitate donasse ἕως φανερᾶς περιοχῆς πρὸ τῆς πόλεως, *quousque patet ante urbem prospectus*, in honorem S. Luciani Martyris. Unde patet quidquid in prospectu est civitatis, dici esse πρὸ τῆς πόλεως. Latino-barbari in *banleuca* dicerent. Sed & de quadam ad sinus Ceratini caput insula verba faciens Michael Psellus in Histor. MS. in Isaacio Comneno, ita hæc verba usurpat: Καὶ βασίλισσα τοῦτον καταγωγὴ αὐτοῦ πού πρὸ τῆς πόλεως ὑποδέχεται περίκυκλος τῇ θαλάσσῃ κατ' ἑκατέρα μέρη, ἀνδρὶ αὐταρκὴς στρατικῷ, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῷ βασιλεῖ τούτῳ. Scylitzes in eodem Isaacio: ὅθεν δὴ τῆς τῆς Ἀρχαγγέλων ἑορτῆς, ἔξεσι εἰς τὸ πρὸ τῆς πόλεως, φιλοτίμως τὰ τῆς ἑορτῆς ἐκτελέσαι παιδάζων, in Ædem scilicet IX. Ordinum, quæ muris terrestribus adjacebat, uti observavimus in nostra Constantinopoli. Tradit Zonaras in Romano Lacapeno, Symeone Bulgarorum Rege ad urbem cum valido exercitu tendente, eam oppugnaturo, Romanum Imp. nequæ ante urbem erant amœnitates ab hoste vastarentur, copias suas extra mœnia eduxisse: ὁ Συμεὼν δὲ καὶ τῆς πόλεως ἐκπέμπει στρατὸν· ἵνα δὴ μὴ ἐλθόντες τὰς πρὸ τῆς πόλεως διαφθείρωσιν ἀγλαΐας, ἐπεμψε καὶ ὁ Ῥωμαῖος τοὺς ἀντιταξομένους αὐτῷ. Neque aliter Continuator ejusdem Theophanis lib. III. numer. IV. dum scribit Theophilum Imper. Palatii muros excidisse, ut liber esset in urbis proxima prospectus, atque adeo in ipsam Propontidem: ὅθεν ἐπί τινα τῆς ἐφαλμῶν ἐδιάσιν τὰ πρὸ τῆς πόλεως ἔχοντα, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκ ἑαυτὰ καλοῦσι τοὺς Βασιλεῖς, τὰ πρὸς τῷ θαλάσσαν τοῦ Παλατίου τεῖχη τῆς ἀρχαίων θεμελίων ἔτος παρεκβαλών, καὶ πρὸς τὰ ἴλιγγα — παραδείσους ἐργασάμενος, ἐκεῖθεν τὸ λοιπὸν ἂν ἐπλήρα, καὶ ἑαυτὸν ἐτέρπε τούτοις, ἐξ ἐφυχαγώγει, ὡς τὸ εἰκός. Diruerat Lacapenus Palatii muros, ut eorum quæ πρὸ τῆς πόλεως erant conspectu visum oblectaret: ita exerte hic Scriptor. Sed & ita hanc vocem usurpat Constantinus Porphyrogenitus in avi vita num. XXII. Editionis Combefisii, ut alios omittam.

VII. Non alius igitur fuit Campus iste ab eo qui Urbis mœnibus terrestribus seu Theodosianis obversabatur, qui Hebdomi nomen retinuit, quod inter urbem & septimum milliare protenderetur, quemadmodum planities inter Lutetiam & Sandionysianum oppidum, non Lutetiana, sed Sandionysiana appellatur. Is vero Campi Martii vice urbi Constantinopolitanæ fuit: nam majores omnes civitates ejusmodi ad mœnia Campos habuisse alibi docuimus, in quibus militares civium fierent exercitationes: quos ideo κάμπους στρατιωτικοὺς vocat Theodorus Hermopolites ineditus: ἦ γέγονε κάμπος στρατιωτικὸς, καὶ ἐγυμνάζοντο ἐν αὐτῷ οἱ στρατιῶται. Hos Μαρτίους unice appellat Mauricius lib. VI. Strateg. cap. II. ὃν πρῶτον ἐν τῷ Μαρτίῳ ποτὲ οἱ καβαλλάριοι ἐπαιζον ἐν τοῖς παραχημαδίοις.

Edit. Parif. pag. 130.

P. 808. E. R.

In Gloff. med. Lat.

Lib. 1. fol. 12. Cod. Reg.

De iis etiam ita Vegetius lib. I. cap. X. *Romani veteres, quos tot bella & continuata pericula ad omnem rei militaris erudierant artem, Campum Martium vicinum Tiberi delegerunt, in quo juventus post exercitium armorum sudorem pulveremque dilueret.* Hinc ejusmodi Campi, ubi & censebantur milites, ut est apud Leonem Grammaticum & Anonymum Combefisianum in Lacapeno numer. VI. ubi de Campo ad urbem Constantinopolitanam, γυμνάσια πολιτικὰ dicuntur Theodorito lib. IV. Histor. Ecclesiast. cap. XXV. & XXVI. si novis Interpretis versio spectetur: πεδία τὰ πολίτικα δεχόμενα μελέτας, Libanio in Presbeutico ad Julianum Imper. quo respexit Cicero, cum *Ludo Campestri & exercitatione uti* dixit. De militari vero Byzantiorum in Campo exercitatione, quædam habet Theophanes ann. VII. Focæ, ut & Palladius in vita Chrysostomi, ubi scribit Arcadium urbe egressum τῷ γυμνασίῳ ἐν τῷ παραχημένῳ πεδίῳ. Quiquidem Campus non alius est ab Hebdomiano: quod præterea inde colligere licet quod Ruffinus Præfectus Prætorio in Chronico Alexandrino interemptus dicatur in Hebdomo: apud Philostorgium vero lib. XI. cap. III. ἐν τῷ λεγομένῳ τριβωνιαλίῳ, apud Zosimum libr. V. & Socratem libr. VI. cap. I. πρὸ τῶν πυλῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως, apud Marcellinum Comitem *ante urbis portas*: apud Claudianum denique libr. II. in eundem Ruffinum, in Campo urbi proximo, quem ita describit:

P. 55. E. R.

Urbis ab Augusto tractu, qua vergit in Austrum,
Planities vicina patet, nam cetera pontus
Circuit, exiguo dirimi se tramite passus.

Mox in ea planitie extitisse Tribunal, sic innuit, dum Ruffinus Arcadium compellat:

pag. 131.

——graviterque apprensa veste morantem
Increpat Augustum, Scandat sublime tribunal,
Participem sceptri, sociumque declaret honoris.

Quis non videt hisce laudatis locis, non modo Hebdomum, Tribunal, & Campum pro uno eodemque loco sumi: sed etiam Campum ipsum urbi proximum fuisse, non vero ad VII. milliare? cujus tandem situ cognito, superest ut quæ in eo extiterint ædificia percurramus.

VIII. Ex his præcipua fuere *Tribunal* & *Palatium* Constantinianeum, vel Justinianeum, utrumque Hebdomi nomenclatura pariter donatum a Scriptoribus: quod hic nobis in primis probandum. Atque ut a Tribunali ordiamur, in quo levari & inaugurari solebant Imperatores, illud cum in Campo, tum in Hebdomo, atque adeo in ipsa urbe extitisse tradunt passim Scriptores, ita ut interdum *Campus Hebdomi*, ab eo *Campus Tribunalis*: interdum *Tribunal Hebdomi*, interdum denique ac nude *Hebdomum* ab iis appelletur. Nam ecce, si liceat alias a nobis annotata hic rursum recudere, in Chronico Alexandrino, Valens a fratre Valentiniano εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐν τῷ Ἑβδόμῳ levatus Imperator dicitur: ab Idacio, *Constantinopoli in Milliario* VII. *in Tribunali*. Nec abludit Themistius, cujus verba præstat hic adducere, quod suburbanum istud, Hebdomum scilicet, in urbe extitisse exerte testetur. Ita ille in Philadelphis: ὅσα γὰρ πλείονος ἄξιον τὸ κτήσασθαι τὰ ἀγαθὰ τῶν τὸν κεκτημένον μείζω ποιῆσαι, τοσοῦτον καὶ σοι δικαιότερα πρὸς τὴν πόλιν εἶναι ἡ τῆς ἐννοίας ὑπόδεσις, ἣ πῶς οὐκ ἄτοπον, τὴν μὲν ἐκατὸν, ἐφ' ἧς τὴν ἀλυρίδα ἐνῆψαι, περιφανεστέραν ποιῆσαι χρηπίδι, καὶ βήμασι καὶ ἀνδριᾶσι· τῇ πόλει δὲ ἣν οὐκ ἐκεῖθεν ὀνομάζειν μητέρα τῆς ἀναῤῥήσεως, μὴ οἴεσθαι ἐποφλίσκειν τὰ χαριστήρια. Ex quibus verbis omnino conficitur, ut recte conjectat Petavius, ἐκατὸν illam, esse suburbanum, quod Hebdomum appellabant, in extrema urbis

P. 83. E. R.

parte ſitum, ubi in Tribunali, cujus hoc loco meminit, inaugurari ſolebant Imperatores: neque enim urbis ἑβδόμη appellari debuit ſeptimus ab ea lapis, cum illius extremum eſſe non potuerit, quod velim attendat vir doctus. Proinde *matrem ſuæ inaugurationis* urbem Conſtantinopolitanam jure appellaverit Valens, quod revera in ea facta eſſet: quod minime dixiſſet, ſi in ſeptimo ab urbe milliario fuiſſet peracta. Et ſane Ammianus lib. XXVI. Valentem a fratre Valentiniano Imperatorem dictum Conſtantinopoli in Suburbano prorſus etiam innuit, cujus verba hic apponam, quod Themiſtiana illuſtrent: *Indeque cum veniſſet Conſtantinopolim*, (loquitur de Valentiniano) *multa ſecum ipſe devolvens, & magnitudine urgentium negotiorum jam ſe ſuperari conſiderans, nihil morandum ratus, quintum* Kal. *Aprilis productum eundem Valentem in Suburbanum, univerſorum ſententiis concinentibus, (nec enim audebat quiſquam refragari) Auguſtum pronuntiavit; decoreque Imperatorii cultus ornatum, & tempora diademate redimitum, in eodem vehiculo reduxit.* Ubi per *Suburbanum*, Hebdomum intelligi conſtat, quod ad urbem extitit, ex quo in Palatium Valens una cum fratre vehiculo reverſus eſt. Ita porro apud Marcellinum Comitem Arcadius *levatus* Auguſtus dicitur *Conſtantinopoli in Milliario ſeptimo*. Ubi idem Chronicon Alexandrinum, Ἀρκάδιος Αὔγουστος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ Τριβουναλίῳ τῷ Ἑβδόμῳ ἀνηγορεύθη, Apud eundem Marcellinum Comitem, *Honorium pater ſuus Theodoſius in eodem loco quo fratrem ejus Arcadium, Cæſarem fecit, id eſt foras ſeptimo ab urbe milliario*. Idem Chronicon Alexandrinum Theodoſium juniorem levatum etiam Auguſtum ſcribit ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰς τὸ Ἑβδομον ἐν τῷ Τριβουναλίῳ. Marcianum vero ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, omiſſa voce Tribunalis. Zenon *in ſeptimo* levatus ſcribitur apud Victorem Tununenſem: Baſiliſcus ἐν Κάμπῳ, apud Theodorum Lectorem, Theophanem, Symeonem Logothetam, Zonaram, & alios: Mauricius a Tiberio ἐν Τριβουναλίῳ, apud eundem Theophanem & Zonaram: ἐν προκίτῳ τῷ Ἑβδόμῳ, in Chronico Alexandrino: Phocas in æde S. Joannis Baptiſtæ ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, apud Simocattam & Theophanem: *in ſeptimo quod dicitur Secundianas*, apud Gregorium Magnum. Ut porro tyrrannus in urbem venerit, ſic narrat Theophanes: Οἱ δὲ Πράσινοι ἐξιλθόντες εἰς τὸ Ῥήγιον μεγάλαις φρικαίαις ἐτίμων τὸν τύραννον Φωκᾶν, καὶ πείθουσιν αὐτῷ ἐν τῷ Ἑβδόμῳ παραγενέσθαι. Πέμπει τοίνυν Φωκᾶς Θεόδωρον τὸν Ασηκρῆτις, καὶ εἰσελθὼν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ἐπανέγνωσι τῷ λαῷ ὅπως ὁ Πατριάρχης καὶ οἱ Δῆμοι, ἐὰν ἡ Σύγκλητος ἀφίκοντα ἐν τῷ Ἑβδόμῳ. Τούτου τοίνυν γεγονότος, καὶ πάντων ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ἀφικομένων, Κυριακὸς ὁ Πατριάρχης ἀπήτησε τὸν τύραννον ὁμολογίαν περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, &c. Mox: ἡ δὲ ἀναγόρευσις τοῦ τυράννου εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ γέγονε. Nimirum Praſini Phocam ad Hebdomum accedere ſuadent, ubi ſcilicet inaugurari & levari ſolebant Imperatores: quo cum acceſſiſſet, in æde S. Joannis Baptiſtæ, Palatio Hebdomiano vicina, a Patriarcha Cyriaco ſolenni ritu coronatus eſt, cum alias Imperatores in æde duntaxat Sophiana corona donari ſolerent. Is vero triduo poſtquam in Urbem venit, Eudociam uxorem Auguſtam coronavit, in æde ſcilicet Sophiana, cum ille antea in Hebdomo, ſeu in æde S. Joannis Baptiſtæ, a Patriarcha coronatus fuiſſet. Ita porro Conſtantinus Copronymus a Patre Leone Iſauro ἐν τῷ Τριβουναλίῳ, & Leo Armenius ἐν τῷ πρὸ τῆς πόλεως τριβουναλίῳ, levati leguntur apud eundem Theophanem, Symeonem Logothetam, & Georgium Hamartolum in Chronicis MSS. ἐν τῷ Κάμπῳ τοῦ τριβουναλίου, in Chronico MS. ab Adamo ad Leonem Sapientem. Hiſce addere placet quod tradunt Simocatta, idem Theophanes, & Georgius Hamartolus, Mauricii Imp. & filiorum in Eutropii ad Chalcedonem Portu cæſorum capita, per aliquot dies plebi expoſuiſſe Phocam in Campo Tribunalis. Quod ſi factum id eſſet ſeptimo ab urbe milliari, eo certe concedere oportuiſſet plebem Conſtantinopolitanam, quod nemo opinor ſibi perſuadet.

IX. Ex his igitur patet omnino Hebdomum, Tribunal, & Campum, promiſcue uſurpari apud laudatos Scriptores pro uno eodemque loco, ubi acclamari & inaugurari ſolebant Imperatores, more ab antiquo recepto, cum in Campis Martiis, ſeu qui ad majores civitates erant, id ferme ſemper peragi ſolitum doceant Scriptores, ac in primis Flavius Vopiſcus, quo loco ſcribit, Tacito a Senatu in Imperatorem electo, *inde itum ad Campum Martium, ibi Comitiale Tribunal aſcendiſſe* eundem Tacitum, & Præfectum Urbi Ælium Cæſonium nuntiaſſe militibus & civibus *in Principem de ſententia omnium exercituum* Tacitum a Senatu electum. Tradit præterea idem Scriptor Probo militari quodam conſenſu in Imperatorem acclamato, *factum concurſum, & ceſpititium Tribunal, appellatumque Imperatorem, atque ornatum pallio purpureo, quod de ſtatua templi ablatum eſt, atque inde ad Palatium reductum*. Et Lactantius in libro de Mortibus perſecutorum N. XXXII. de Maximino: *Victus contumacia, tollit Cæſareum nomen, & ſe Liciniumque Auguſtos appellat, Maxentium & Conſtantium filios Auguſtorum*, (id eſt Cæſares.) *Maximinus poſtmodum ſcribit quaſi nuntians, in Campo Martio proxime celebrato Auguſtum ſe ab exercitu nuncupatum*. Mitto quæ de Juliani in Campo & in Tribunali in Gallia Ammianus Marcellinus, & de Gratiani *apud Ambianos in Tribunali*, & Valentiniani Junioris *ab exercitu in Tribunali in civitate Acinco*, inauguratione, Idatius, ſcribunt; ubi duntaxat obſervare liceat, Tribunal dici fuiſſe in civitate, tametſi rem actam in Campo proximum vero ſit, ſecundum receptum morem. Sed & Campum & Tribunal etiam Romæ idem fuiſſe firmat Theophanes, ubi de Conſtantino ſolenni pompa Urbem ingreſſo: ἐξιλθὼν δὲ ἐν τῷ Τριβουναλίῳ Κάμπῳ, καὶ σὺν ἐφ' ὕψους, συμπαρόντος αὐτῷ τοῦ στρατοπέδου, ἐδημηγόρει, id eſt in Campo Martio qui urbi proximus fuit: ubi loquutus videtur Theophanes more, ut ita dicam, Conſtantinopolitano: quo loco Chronicon Alexandrinum habet, ἐν τῷ Κάμπῳ Τριβουνάλιον ἐφ' ὑψηλοῦ ποιήσας, &c. cujus quidem Tribunalis Conſtantii meminit Themiſtius orat. III. Non mirum igitur ſi qui purpuram arripiebant, priuſquam in Urbem venirent, ad Campum, & ad Tribunal quod in Campo urbi proximo erat, ſecedebant, ut ab omnibus, ac militibus præſertim, quorum ea tempeſtate id juris eſſe videbatur, Imperatores more recepto acclamarentur. Quinetiam obſervatum pridem a viris doctis, Ægyptios Reges poſt celebrata ἀναχλητήρια, Memphi in Palatio ſolitos inaugurari, non vero Alexandriæ, quæ Ægypti caput erat, ut Regum Perſarum inaugurationem, quam τελετὴν appellabant, factam Paraſgadis: quomodo etiam Reges noſtri Durocottori Remo-

Edit. Pariſ. pag. 132.

pag. 133.

Edit. Reg. p. 43.

rum inaugurari & coronari ſolent, non vero Pariſiis, urbe Regni primaria.

X. Aliud proinde fuit Hebdomum, ſeu ſeptimus ab urbe lapis, aliud Campus ad urbem, Hebdomi appellatione donatus, aliud Tribunal, eique adjunctum Palatium Conſtantinianeum, utrumque etiam eadem nomenclatura notiſſimum apud Scriptores Byzantinos, quod ſatis ſuperque probaſſe arbitramur. Quæ quidem non obſervata diſtinctio, viro erudito, aliiſque forte fucum fecit, adeo ut vix ac ne vix quidem ſibi perſuadere potuerint, Hebdomum non modo ad Urbem pertinuiſſe, ſed & partem illius intra ipſius muros includi, vel ſaltem ad ipſa ſuburbia potuiſſe protendi, ac Hebdomi ſervare appellationem. Quod ſane accidit, quemadmodum, ut attigimus, Campum ad Lutetiæ mœnia verſus Septentrionem, Sandionyſianum vulgo appellamus, ab oppido & Monaſterio S. Dionyſii, quatuor milliaribus ab urbe diſſito. Vere enim dici poteſt partem iſtius agri, prolatis ſubinde civitatis pomœriis, eſſe intra ipſam Pariſiorum urbem, ut pars Hebdomiani agri, qui uſque ad vetus Byzantium protendebatur, prolatis pariter a Conſtantino pomœriis, intra novam urbem incluſa eſt: quod quidem planum fiet, prolatis Scriptorum auctoritatibus, ne gratis id proferri dicatur.

XI. Theophanes anno v. Conſtantini Pogonati, quem laudavimus in noſtra Conſtantinopoli, ſcribit Saracenos in Thracicas partes appuliſſe, urbemque obſediſſe ab Occidentali Promontorio Hebdomi, ſeu a Magnaura, uſque ad Orientale Promontorium, quod Cyclobium vocant. Illius verba ſunt expendenda, quod controverſiam omnem dirimant: Τούτῳ τῷ ἔτει, ὁ φθονερὸς τῆς διαμάχων τόλος ἀναβάλλας ἀφορμήσεσιν ἐν τοῖς Θρακῴοις μέρεσιν, ἀπὸ τῆς πρὸς δύσιν ἀκρότητος τοῦ Ἑβδόμου, ἤτοι τῆς λεγομένης Μαγναύρας, μέχρι παλιν τοῦ πρὸς ἀνατολὰς ἀκρωτηρίου τοῦ λεγομένου Κυκλοβίου· καὶ πᾶσαν τὴν ἡμέραν συμβολὴ πολέμου ἐκρατύνετο ἀπὸ πρωὶ ἕως ἑσπέρας, ἀπὸ βραχιολίου τῆς χρυσῆς πόρτης, μέχρι τοῦ Κυκλοβίου, ἑαυτοὺς ὠθουῦντες, καὶ ὠθούμενοι. Quæ quidem ita reddidit auctor Miſcellæ: *Anno* v *Imperii Conſtantini, prædictus Deum impugnantium ſtolus aſcendens applicavit in Thracenſibus partibus, a ſummitate videlicet Septimi, quæ vergit ad Occidentem, id eſt a domo quæ Magnaura dicitur, & rurſus uſque ad arcem, quam Cyclobium dicunt, quæque ſpectat ad Orientem. Per totum itaque diem congreſſio belli tenebatur, id eſt a mane uſque ad veſperam, a brachialio Aureæ portæ uſque Cyclobium, invicem utraque parte in uno pulvere impellente.* Cedrenus idipſum enarrans: Τῷ διαμάχων τόλος ἐλθὼν ἀφορμήσεσιν ἐν τοῖς Θρακῴοις μέρεσιν, ἀπὸ τοῦ Ἑβδόμου μέχρι Κυκλοβίου. Ubi Ἑβδομον nude vocat, quod Theophanes Promontorium Hebdomi. Zonaras iiſdem fere verbis quibus Theophanes rem recenſet: εἶτα τόλῳ βαρεῖ κατ' αὐτῆς ἐπῆλθον ὁ Βασιλίδος τῆς πόλεως, καὶ ναύσταθμον τοῦ στρατεύματος τόλος ποιεῖται ἀπὸ τοῦ πρὸς δύσιν ἀκρωτηρίου, τοῦ κατὰ Ἑβδομον, μέχρι τοῦ Κυκλοβίου. Ubi Scriptor Narrationis Hiſtoricæ in Feſtum τῆς Ἀκαθίστου, de ipſis Agarenis urbem obſidentibus ſub eodem Pogonato verba faciens: προσώρμησαν τῇ παραθαλασσίῳ τοῦ Ἑβδόμου. Et Georgius Hamartolus in Chronico MS. οἱ προσορμήσαντες κατὰ τὸ παράλιον τοῦ Ἑβδόμου, &c. ſcilicet verſus ἀκρωτήριον τοῦ Ἑβδόμου, a quo uſque ad Cyclobium, non terreſtri, ſed maritima obſidione, ut exerte ſcribit Theophanes, Urbem circumſederunt. Denique tradit idem Theophanes in Leone Iſauro ann. 1. eoſdem Saracenos Urbem obſediſſe ἀπὸ τῆς Μαγναύρας, ἕως Κυκλοβίου, maritima ſcilicet pariter obſidione. Ex quibus hic allatis locis, quos paullo accuratius cum Urbis topographica deſcriptione ac ichnographia, quam in noſtra Conſtantinopoli Chriſtiana delineari curavimus, expendat velim novus ac primus aſſertor Hebdomianus, nemo niſi nimium pervicax inficiari poterit Hebdomum ad urbem pertigiſſe, ejuſque partem intra urbem potuiſſe includi, cum Cyclobium ad muros urbis terreſtres verſus Orientem & Propontidem: Magnaura vero ad eoſdem muros, imo intra ipſam urbem, verſus Occidentem & Promontorium Hebdomi extiterint, quod multis in noſtra lucubratione docuimus. Si enim Promontorium Hebdomi ad ſeptimum milliare extitit verſus Orientem & Propontidem, quod is videtur velle, qui fieri poteſt ut proximum fuerit Magnauræ Palatio, quod in urbe & ad urbis muros verſus occaſum extitit? Quis denique in mentem ſibi induxerit, vel ſcribere voluerit, Saracenos urbem obſediſſe a ſeptimo Milliari verſus Rhegium, (quod XII. ab urbe lapide ad Propontidem in Charta Peutingeriana ſtatuitur) ad Cyclobium, ſeu Caſtellum rotundum, quod eidem Propontidi adjacuit, hodie etiamnum Heptapyrgio incluſum? Veluti ſi quis diceret: Lutetiam hoſtes circumſedere a Verſaliis ad Lupareum uſque Palatium, is certe deridiculo haberetur. Videat quid reponat, & nodum hunc ſolvat vir eruditus, ſi tamen poteſt, vel certe aliquid probabilius afferat, ut cum Seneca loquar, tum non gravate ab opinione mea in ſententiam illius diſceſſionem fecero.

Lib. 2. p. 128.

Edit. Pariſ. pag. 134.

XII. Sed ut nec Promontorium Hebdomi, ita neque Hebdomum ipſum ad Propontidem fuit, ſed ad ſinus Ceratini caput, ubi Cydaris & Barbyſſus fluvioli confluunt, haud procul ab Urbe, quod ſupra allati loci omnino declarant. Ex quibus evidenter patet, non modo Hebdomum ad Occidentem verſus Magnauram recte ſtatui, quod quidem Palatium proximum fuit ſinui Ceratino; ſed & per eundem ſinum Saracenos in Hebdomum, ſeu in Campum urbi proximum, perveniſſe, a quo ad Cyclobium uſque Urbem mari obſedere. Proinde cum παράλιον τοῦ Ἑβδόμου, Georgius Hamartolus, & αἰγιάλους τοῦ Ἑβδόμου dixit Scriptor vitæ S. Baſilii Junioris num. VII. ejuſdem ſuperioris ſinus littora intelligi debent; ubi portus qui in Hebdomo extitiſſe narratur, quem πρὸς Βλαχέρνας κόλπον vocat Scylitzes, ſtatui debet, non ad Propontidem. Qui quidem portus is videtur, quem λιμένα τοῦ Ἑβδόμου vocat, & purgatum fuiſſe anno XX v. Juſtiniani ſcribit idem Theophanes: ad quem ſcilicet Tiberii Conſtantini Imperatoris, qui ἐν προαστείῳ τοῦ Ἑβδόμου obierat, cadaver πλοῖ, ſeu navigio, ut eſt in Chronico Alexandrino, delatum eſt. Sed & de ſimilibus aliis in Hebdomo, & ad ſinum Ceratinum νεωρίοις egimus in noſtra Conſtantinopoli. Non mirum igitur ſi Hebdomum παραθαλάσσιος τόπος dicatur Procopio & Nicephoro Conſtantinopol. in Hiſt. quod ſcilicet ſinus Ceratini littoribus adjacuerit.

P. 502, 503. Edit. Reg.

Nicepher. p. 96. 1. edit.

XIII. Scribit Theophanes Nicephorum Phocam Imperatorem acclamatum, Chryſopoli, quo cum claſſe appulerat, Imperatorio Dromone aſſumpto, εἰς τὸ Ἑβδόμον a Praſinis deductum, ubi ſcilicet, ſecundum receptum morem, Imperator in Tribunali acclamaretur. Chryſopoli nempe, quæ Ceratino Promontorio directe obſervabatur, non in Urbem tranſiit, ſed emenſo ipſo ſinu Ceratino, ad Hebdomum pervenit: quod clarius narrat Scylitzes, tradens Nicephorum cum tota claſſe Chryſopolim trajeciſſe, indeque ad Hebdomum: atque hinc πάντα τὸν δῆμον τῆς πόλεως μετ' ὀφημιῶν ἐξ κρότων, δημοσίας γινομένης προόδου, in urbem introduxiſſe, διὰ τῆς χρυσῆς πόρτας, per quam ſcilicet ſolennes ingreſſus fieri ſolitos alibi obſervavi-

pag. 135.

ſervavimus, quod & exerte docet Conſtantinus in vita Baſilii Imp. numer. XL. edit. Combefiſii. Et Zonaras: Ὁ Νικηφόρον ἐκεῖθεν (Chryſopoli) εἰς τὸ Ἑβδομα ἄγυρι, κακεῖθεν σὺν προόδῳ δημοτελεῖ εἰς τὸν μεγάλην ἐκκλησίαν. Ubi nemo, opinor, ex iis quibus notus eſt Conſtantinopoleos ſitus, ſibi in animum induxerit, Nicephorum ad locum tendentem, ubi inaugurandus erat Imperator, ſiquidem ad Propontidem exiterit, cum tota claſſe Chryſopolim appuliſſe, eo rurſum reverſurum; ut urbanam omnem multitudinem ad ſeptimum uſque lapidem egreſſam, indeque ſolenni proceſſu Nicephorum Focam ad Urbem deduxiſſe. Neque aliter intelligendus Anaſtaſius Bibliothecarius, quo loco narrat Conſtantinum Papam, cum ad Cæam inſulam appuliſſet, deductum fuiſſe in Hebdomum, indeque in Urbem: *a quo loco navigantes venerunt a Saptimo milliario Conſtantinopolim*. Ubi Septimi milliaris vocabulo Magnauræ Palatium intelligitur, in quo excipi primo ſolebant exteri Magnates, vel etiam Legati, quod præ cæteris teſtatur ſupra laudatus Conſtantinus in *avi* vita numer. LXXIV. & in noſtra de urbe lucubratione docemus. Eadem plane ratione intelligendi etiam Anonymus Combefiſianus, Scylitzes, & alii in Romano Lacapeno, dum ſcribunt Petri Bulgarorum Regis cum ejuſdem Imperatoris filia Maria in urbe celebratis nuptiis, eandem Mariam una cum conjuge in Bulgariam profecturam, ad Hebdomum uſque a parentibus deductam, hicque navim conſcendiſſe. Appulerat vero Petrus Conſtantinopolim verſus Blachernas, ut exerte tradit Georgius Monachus, ad Portum ſcilicet proximum Hebdomianum: ubi & reverſurus in patriam navim conſcendit. Sed & idem Scriptor ſubdit, Maria a Parentibus ad Hebdomum deducta, ipſos cum Petro in eodem Hebdomo epulatos, ſcilicet in Hebdomiano Palatio. Enimvero, quod Leo Grammaticus, Symeon Logotheta, & idem Scylitzes, Symeonem Bulgarorum Regem Urbem primum circumſediſſe commemorant, ducto a Blachernis vallo ad Portam Auream, ac deinde Urbis potiundæ ſpe abjecta, ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ, receſſiſſe, de pacis conditionibus acturum, hæc capienda ſunt, non de Septimo milliario, ſed de Campo Hebdomi, in quo caſtra fixerit: cum tota hæc interpoſita planities ita nuncuparetur, ut paſſim hic obſervamus. Unde cum auctor Chronici Alexandrini, ubi de Victoriatorum ſeditione ſub Juſtiniano agit, milites veniſſe ſcribit ἀπὸ τῆ Ἑβδόμα, καὶ τῆ Ῥηγίν, καὶ τῆ Ἀθύρα, καὶ ἀπὸ Καλαβρίας, id ita intelligendum, ut ex vicinis urbis locis ii acciti fuerint, tum ex Hebdomo verſus Occidentem, tum ex Rhegio & Athyra verſus Orientem, tum ex Calabrya, loco ſcilicet in Aſia ſic appellato, quem Καλοβρύλω vocat Bryennius, Καλαβρύλω, Scylytzes & Zonaras: Anna vero Comnena, Καλαύρλω.

XIV. Tribunali porro, de quo mox egimus, adjacuit amplum & ſpatioſum Palatium, quod ut tribunal, ita & illud Hebdomi appellatione donatur paſſim a Scriptoribus, cui Tribunal vicem præſtitit veſtibuli, adeo ut pro uno eodemque ſuburbano fere ſemper uſurpetur, ad quos Proceſſum facere dicuntur Imperatores, in eo ſcilicet moram acturi, in Chronico Alexandrino, apud Anonymum Combefiſianum, Leonem Grammaticum, & Cedrenum in Romano Lacapeno, uti in Conſtantinopoli Chriſtiana docuimus. Proceſſus enim in alia Palatia duntaxat, ſeu etiam ſuburbana, fieri dicebantur, mutandi aeris gratia: quod facere ſolent Summi Pontifices, cum a Quirinali ad Vaticanum, aut contra ſecedunt. Unde Conſtantinus Porphyrogenitus in Baſilii vita numer. XC. ejuſmodi Palatia ſeu ſuburbana, βασιλικὰ μεταβολῆς ἕνεκα καταγώγια appellat, ubi de Pegano Palatio agit, quod ad Urbis muros erat verſus Portam Auream, ut & Palatium quod Hebdomi appellabant verſus Blachernas & ſinum Ceratinum, & πρὸ τῆς πόλεως erat, ut eſt apud Theophanem in Michaele ann. II. Illud porro ipſum eſt quod in Regione XIV. extitit, ut eſt in veteri Urbis deſcriptione, & Conſtantini nomen retinet, a conditore Conſtantino Magno a quo conditum primo extra urbis mœnia, poſtea iis productis, intra urbem, vel certe ad ipſa mœnia etiamnum conſpicitur. In eo vero extitit Conſiſtorium Gratiani & Juſtiniani Imperatorum, de quo multis egimus. Iſtud vero Palatium, Hebdomum nude a Scriptoribus fere ſemper nuncupari conſtat; quod præſertim eruimus ex ejuſdem Juſtiniani Conſtitutionibus in eo Conſiſtorio exaratis, quæ ſubſcribi ſolent hac formula: *Recitata Septimo milliario hujus inclytæ civitatis in novo Conſiſtorio Juſtiniani*, vel *Septimiliario in novo Palatio*, vel *Septimo in novo Conſiſtorio*. Locos protulit Jacobus Cujacius lib. XX. Obſervat. cap. III. nos etiam lib. II. Conſtantinopoleos Chriſtianæ. Ex quibus omnino conficitur *Hebdomum*, & *Septimum milliare*, vel *Septimiliarium civitatis* Conſtantinopolitanæ ideo appellari, quod revera ad Urbem eſſet, & ad illius mœnia, ita ut ipſius Urbis pars fuerit, etſi primitus extra ipſos muros, atque adeo ut a Septimo ab Urbe milliari diſtingueretur: unde quæ in Septimo, id eſt, vel in hoc Palatio vel in tribunali acta dicuntur, recte in ipſa Urbe acta referuntur in ſupra allatis auctorum locis. Atque inde Juſtiniani Palatii appellationem deinceps etiam retinuit, ut ex Bondelmontio docuimus, a quo ſupra mœnia ſtatuitur, & juxta ædem Novem Ordinum, ſeu SS. Angelorum, quam Cantacuzenus ad ipſos urbis muros pariter ſtatuit, adeo ut nullus dubitandi ſuperſit locus, quin Conſiſtorium Juſtiniani in Septimo milliari, illud idemque ſit cum eodem Juſtiniani Palatio, quod Conſtantini etiam vocant. Sed & hinc colligere licet cur Marcellinus Comes ſcribat, *Honorium a Patre ſuo Theodoſio in eodem loco, quo fratrem ejus Arcadium, Cæſarem feciſſe, id eſt Septimo ab urbe milliario*. Quippe cum Arcadius *Conſtantinopoli in Milliario ſeptimo* levatus dicatur Auguſtus ab Idacio, ſequitur quod factum eſt Septimo ab urbe milliario, non potuiſſe fieri in Urbe, niſi hac locutionis formula, tum apud Marcellinum, tum apud Socratem & Cedrenum, locis infra allatis, ipſum Palatium Hebdomi, vel Tribunal quod ad Urbem ſtetit intelligatur.

XV. Proinde igitur apud Scriptores Hebdomum pro ipſo Palatio uſurpari omnino conſtat. Apud Zonaram in Theodoſio Juniore & Nicephorum Calliſti, Pulcheria regia exacta, εἰς τὸ Ἑβδομον conceſſiſſe legitur, id eſt in Palatium Hebdomi. Ruffinus lib. III. de vitis Patrum de quodam Monacho: *Habitabat autem in parva cella foris civitatem, prope proaſtium qui vocatur in Septimo, ubi ſolent Imperatores egreſſi de civitate libenter degere*. Neque aliter intelligendus Theophanes ann. XXXI. Juſtiniani, ubi de terræ motu qui eo anno accidit, quo urbis muri a Conſtantino & a Theodoſio conditi, non modo conciderunt, ſed & ἐν ἐξωρίτῳ (*præſertim*, ita hæc vox vertenda fuit) ἐκκλησίαι, καὶ τὰ ἐπίκαιρα τῆ Ἑβδόμα,

Edit. Pariſ. pag. 136.

P. 426.

P. 126. 173.

Lib. 3. *cap.* 88.

ædes S. Samuelis, Deiparæ Petalæ dictæ, & Sancti Vincentii, multaque Ecclesiarum altaria & ciboria, a Porta aurea ad Portam Rusii. Hic enim per *Hebdomum* exerte intelligitur Palatium Hebdomianum Urbi ac illius muris adjunctum, cum de ruinis Urbis duntaxat hic agatur. In Chronico MS. ab Adamo ad Leonem Sapientem, in Mauricio, Campus Tribunalis Hebdomo proximus dicitur: ᾧ μὴ τοῦτο καταδεξαμένῳ τῷ Βασιλέως, θυμωθεὶς ὁ βάρβαρος, ἀπίκτηνις χιλιάδας δέκα ἐν τῷ Κάμπῳ Τριβουναλίου, τῷ πλησίον τοῦ Ἑβδόμου, hoc est in Campo Tribunalis Palatio ad Urbis muros, Hebdomo appellato, proximo. Notant Menæa xxix. Julii, SS. Beniamini & Verii memoriam celebrari πλησίον τοῦ Παλατίου τοῦ Ἑβδόμου. Neque forte aliud est Palatium ab Hebdomiano, de quo Zonaras in Constantino Monomacho, scribens Tornicio Urbem oppugnante versus Blachernas, Imperatorem ἐν τινι βασιλικῶν θαλάμων προβεβλημένῳ τῆς ἄλλης, ἐπὶ τῷ πρὸ τοῦ πόλεως ἐσραμμένῳ πεδίῳ, pro majestate consedisse, ut videret hostes, & ab iis vicissim videretur. Ubi observare licet, non modo hanc locutionis formulam, πρὸ τῆς πόλεως, denotare quod est in urbis prospectu, sed & πεδίον illud πρὸ τῆς πόλεως non aliud esse a Campo Hebdomi vel Tribunalis, quem ad Urbem, & ante Urbem extitisse produnt passim Scriptores.

Edit. Paris. pag. 137.

XVI. Neque porro, quod supra attigi, Palatium Hebdomi & Tribunal unum idemque fuere, si stricte res sumatur. Nam Tribunal erectum erat in Campo Hebdomi sub dio, in quo levari & inaugurari solebant Imperatores, cui adjunctum erat ingens Palatium, quo se recipiebant exacta inauguratione, quod Hebdomi pariter appellabant, quod in campo Hebdomi esset ædificatum. Id omnino declarat Theophylactus Simocatta lib. i. capit. i. Nam ubi Scriptor Chronici Alexandrini ait mortuum Tiberium Constantinum ἐν φωκείῳ τῷ Ἑβδόμῳ, id est dum in Palatio Hebdomi moraretur, post renuntiatum in Augustum Mauricium generum in Tribunali, ut habent Theophanes & Zonaras, hæc ait, ubi de inauguratione Mauricii: Φοράδην γὰρ ἀχθεὶς ὁ Βασιλεὺς Τιβέριος ἐπὶ τὸν ὑπαίθριον τῶν βασιλείων αὐλὸν, ἤτις παρωῶται τῇ πολυσιβάδι τῶν ἀνακτόρων οἰκίᾳ, φοινικίῳ περιφανεῖ, καὶ περιδόξῳ τῷ φοινικωτῷ, Mauricium scilicet Imperatorem renuntiavit. Quæ quidem verba ita Latine sonant: *raptim adductus Tiberius Imperator in subdiale Palatiorum atrium, multis constanti triclinitis Palatiorum ædi adjunctum, vestibulum illustre, visendumque proscenium*. Ex his quippe colligitur Atrium, in quo extructum erat Tribunal, vestibuli vicem præbuisse adjacenti Palatio: hincque Palatium & Tribunal promiscue ut unum idemque ab Himerio Παλάτιον τὸ Τριβουνάλιον, & *Hebdomum* appellari ab aliis Scriptoribus. Non mirum igitur videri debet si utrumque extitisse Constantinopoli tradant quos supra laudavimus Scriptores, cum Urbi proxime adjacuerit in Hebdomiano Campo ad ipsa mœnia ædificatum: quemadmodum suburbanum Sangermanense, vel S. Marcelli, in ipsa Parisiorum urbe esse dicimus, etsi mœnibus & portis nuper ab ea utrumque disparatum. Neque enim Hebdomum, ubi inaugurari solebant Imperatores, Constantinopoli esse potuit, quod exerte tradunt supra laudati Scriptores, si ad septimum milliare extitit: quasi aliquis quod actum legitur Versaliis, id Parisiis factitatum scriberet, quod nemo unquam, nisi stupidus, & minus sanæ mentis, litteris mandare audeat.

XVII. Enimvero non omnino pro certo haberi debet quod ait vir doctus Προάστια, & *Suburbana* dici duntaxat quæ millibus aliquot ab urbe distant, quæque προάστια τῆς πόλεως videntur appellari a Theophane ann. vii. Justini junioris, & quorum præ cæteris meminit Concilium Nicænum ii. Can. xviii. imo quævis prædia rustica, ut in vita Basilii junioris num. xlii. & xliv. quemadmodum apud Anonymum Sirmondeum, Constantinus Magnus mortuus dicitur in Suburbano Constantinopolitano, villa publica, juxta Nicomediam, rectius tamen in Chronico Alexandrino, ἐν προαστίῳ τῆς αὐτῆς πόλεως, scilicet Nicomediæ, adeout inde elicere velit suburbanum Hebdomum procul ab urbe fuisse: cum quæ Urbi statim obversantur, etiam ad ipsos Urbis muros, ita appellare solere Scriptores ipsemet non diffiteatur. Nam ideo dicta προάστια, quod πρὸ τῆς πόλεως, & in illius sint prospectu. Ita enim προάστιον apud Hesychium exponitur, πρὸ τῆς πόλεως, & apud Papiam, *viridiarium prope murum*, apud Hugutionem vero *locus ante civitatem*, *id est suburbanum*. Quidquid igitur extra urbem, vel illius muros, & in illius conspectu est, *suburbanum* dicitur, etiamsi interdum ab ea millibus aliquot remotius, ut est in Glossis interlinearibus ad hunc versum Gregorii Theologi in Dramate de Christi passione: ἐντυγχάνομεν ἀγρόδεν πυλῶν ἔσω, ubi Glossator, ἤ ἀπὸ προαστίου. Ejusmodi sunt villæ quæ delectationis causa coluntur, de quibus extant alliquot Epigrammata in Anthologia lib. iv. cap. xxx. & Tullius, *Deliciarum causa & voluptatis quosdam in hortis aut suburbanis suis cum mitella sua videmus*. Unde in horum ejusmodi suburbanorum propylæis Martem effingere solebant veteres, quod cum extra urbium essent mœnia, hostium paterent incursibus, cum ædibus intramuraneis Minervam appingerent, quia, inquit Isaacius Tzetzes ad Lycophronem, ἐν ταῖς πόλεσι καὶ ταῖς οἰκίαις χρὴ συμβολῆς καὶ φρονήσεως, ἐν τοῖς ἐκτὸς δὲ (προαστείαις, ut ea supra appellarat) ὑπὲρ τούτων ἀμυνέσθαι τοὺς πολεμίους. Quæ igitur urbi vicina sunt, προάστια, & esse πρὸ τῆς πόλεως dicuntur: quomodo accipienda constat verba Theophylacti Simocattæ lib. vi. cap. xi. cum ait ὡς τὰ πρὸ τῆς πόλεως nata παράδοξα τέρατα, id est in agro circumjacenti, & *in suburbanis*, ut recte vertit Interpres. Jam vero προάστια, urbi Constantinopolitanæ, atque adeo ipsis mœnibus adjuncta Palatia vocare Scriptores Byzantinos vel inde constat, quod Sycas, seu Galatam unico freto ab Urbe discretam, cujus etiam decima-tertia regio extitit, ac proinde illius pars fuit, ita appellet Chronicon Alexandrinum ann. i. Justiniani: & Cosmidium, seu Palatium, ad ædem sanctorum Cosmæ & Damiani, quod Emporium dicitur Georgio Monacho in Michaele Theophili filio, & Scriptoribus nostris *Castellum Boemundi*, ut suo loco docuimus, ad littus ejusdem Ceratini Sinus, ipsosque muros maritimos proinde Urbi contiguum, προάστιον perinde a Symeone Logotheta in eodem Michaele num. xiii. appelletur. Sic etiam Palatium Peganum ad portam Aurea, eique continuum, a Cinnamo lib. ii. num. xvii. appellatur, cum ait Ludovicum VII. Francorum Regem, salutato Manuele Imperatore in Magno Palatio, εἰς προάστιον, ὃ Φιλοπάτιον, ὠνόμασεν τοῖς πολλοῖς, concessisse. Neque enim aliud est Philopatium a Palatio Pegano, quod pluribus alias probavimus, tum in Notis ad Villharduinum, tum in nostra Constantinopoli. Idem vero Cinnamus num. xiv. illud ipsum Palatium τὸ καταστικρὺ τοῦ τειχίου βασιλικὸν ἐδιαίτημα

pag. 138.

vocat. Non igitur contendat vir doctus suburbana solum appellari quæ longius ab urbe distant, vel prædia deliciis & voluptati addicta, quemadmodum *Siciliam populo Romano jucundam suburbanitatem* fuisse dixit Cicero IV. in Verrem: qua quidem voce usus etiam Sidonius lib. III. Epist. 1. *Ecclesiam Arverni municipioli, cui præpositus etsi immesitus videor, peropportuna oblatione locupletando, cujus possessioni plurimum contuliſti, Cuticiacensis prædii suburbanitate, non minus nostræ possessionis fraternitatem loci proximitate dignatus ditare.* Proximum igitur urbi Arvernæ fuit Cuticiacense prædium.

XVIII. Neque vero proxima dumtaxat civitatibus loca, vel prædia, aut Palatia προαστίων nomine donata, sed etiam intra ipsam Urbem, ac in remotioribus & ad ipsos muros partibus, quævis ædes amplos hortos habentes delectationis gratia, ut sunt hodie, quas vocant, *Vineæ* intra urbem Romam, quæ προαστίων vice sunt Magnatibus: cum ita appellentur, quod revera primis Reipublicæ ac Imperii Romani temporibus intra urbes vineæ colerentur, quod vetuisse Domitianum scribunt. Nam ut ait Lex VI. Cod. de Præd. & al. reb. *Prædium rusticum vel suburbanum ab Urbanis non loco, sed qualitate discernitur*, Quæ totidem verbis habentur in lib. XXXVIII. Basilic. tit. IX. cap. XXXVII. προάστιον ἀπὸ τ. πολιτικοῦ εἰκήματος, οὐκ ὁ τόπος, ἀλλ' ἡ ποιότης χωρίζει· Ubi Scholiastes: τὸ προάστιον, φασὶ, χωρίζεται ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου θέσεως, ὅτι ἐξήρτηται τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐκ τῆ προσίχειν πάροδον, ὥστε κἂν εἰ ἐν τόλει ἐστὶ, πρόσοδον, δὲ παρέχει, Συβυρβάτον λέγεται. ἐξω δὲ πόλεως εἰ ἐστιν, ἀπροσόδευτον δὲ ἐστὶ τὸ εἴκημα, πρὸς τέρψιν μόνον κατασκευασμένον λέγεται. Vel inde patet *Suburbana* intra ipsam Urbem extitisse, proindeque non mirum si quæ ipsis extra mœnibus adjuncta erant eandem nomenclaturam obtinuerint. Atque hac quidem notione, id est pro Suburbanis intramuraneis, προάστια appellat Concilium Constantinopolitanum sub Mena, Act. III. ubi de perquisitione Anthemii in Urbe facta agitur, & Episcopis, qui a Patribus Concilii ad hoc missi fuerant: ἦσαν δὲ προάστιον αὐτὸν ἔχων πλησίον τῆ Προφητείου, ἐν ᾧ συνεχέστερον διέτριβε ἀπιών. Prophetæum autem istud infra S. Esaiæ appellatur: ὅτι ἴσμεν αὐτὸν ἔχοντα προάστιον πλησίον τ Προφητείου τ ἁγίου Ησαΐου. Rursum: παραγινόμεθα καὶ ἐν τῷ προαστίῳ τῷ ἀφωρίσοντι τὸν αὐτὸν Πέτρον πλησίον ὄντι τοῦ Δίκτηου οἴκου τ ἁγίου Μάρτυρος Θύρσου. Denique: κρίνειν παραγενόμενος ἐν τῷ Δίκτηῳ τ ἁγίου Μάρτυρος Θύρσου, ἔγνωμεν ὡς προάστιον πλησίον ἀφώρισται Πέτρου τῆ ποτὲ τῆς Απαμείων Επισκόπη, &c. Eæ porro hic recensitæ Ecclesiæ intra urbis Constantinopolitanæ muros ædificatæ erant, de iisque sat multis egimus in nostra Constantinopoli libro IV. Neque enim extra Urbem missi Episcopi, quo Anthemium & Petrum Apameensem perquirerent, cum id non exigant Canones, sed in suis ipsorum intra Urbem ædibus, ubi habitare solebant. Quinetiam de hujusmodi intramuraneis Suburbanis intelligendus videtur Theophanes ann. XXII. Anastasii, qui in seditione orta Constantinopoli, fugæ se dedit, ὥστε κρυβῆναι ἐν προαστίῳ ἐγγὺς Βλαχερνῶν. Sive enim Suburbanum istud intra aut extra Urbem fuerit, saltem Blacherniano Palatio, quod intra Urbem postmodum inclusum fuit Heraclio imperante, proximum fuisse dicendum est. Verum quis Dissertatori concedat Petrum Gyllium sola agnovisse Suburbana quæ Urbi contigua sunt, & ignorasse ita appellari quæ aliquot millibus ab ea distant: quasivero singularis omnino eruditionis Scriptori, quem eo nomine summis laudibus non semel extollit Jacobus Cujacius, ignota fuerint quæ pueri sciunt in scholis: sed is scivit quod ignoravere alii, προάστια non modo Urbi continua, quorum præ cæteris meminit Joannes Biclarienſis ann. I. Tiberii, sed etiam quæ in ipsa Urbe sunt interdum appellari.

XIX. Jam vero cum Hebdomum, seu Campus Hebdomi, amplus esset ager, ut qui ab Urbe ad septimum usque lapidem pertingeret, varia, ut diximus, in eo extitere ædificia & Suburbana, quæ in Hebdomo excitata esse dicuntur a Scriptoribus, non indicato fere semper eorum peculiari situ, & an Urbi, vel an septimo lapidi proxima fuerint. Nam præter Tribunal & adjunctum Constantinianæum Palatium, de quibus egimus, ut omittam etiam Castellum Theodosianorum, quod in Hebdomo statuit Theophanes ann. VII. Phocæ, legimus apud Procopium lib. I. de ædific. Justiniani cap. IV. ædificatam ab eodem Augusto S. Theodotæ ædem ἐν προαστίῳ τῷ καλουμένῳ Εβδόμῳ: aliam præterea Sancti Joannis Baptistæ ἐν τῷ Εβδόμῳ καλουμένῳ, & aliam denique in eodem Hebdomo SS. Menæ & Menæo Martyribus dicatam. Quod vero spectat ad Ecclesiam S. Præcursoris, quin illa sit, quam a Theodosio Magno ædificatam tradunt Scriptores, & quam Justinianus instauraverit, dubitare non licet, quæ μονὴ τοῦ Εβδόμου dicitur Scylitzæ & Zonaræ in Alexio, & Εβδομον nude in vita S. Auxentii sub initium: quam Sozomenus lib. VII. cap. XXI. πρὸ τοῦ ἄστεως, idem cap. XXIV. ἐν Εβδόμῳ μιλίῳ, Chronicon Alexandrinum ann. XIII. Theodosii Magni ἐν τῷ λεγομένῳ Εβδόμῳ Κωνσταντινουπόλεως, Nicephorus denique Callisti πρὸ τ Κωνσταντίνου ἐν τῷ λεγομένῳ Εβδόμῳ, ab eodem Theodosio excitatam scribunt, in Hebdomo scilicet quod Urbi proximum & in illius conspectu fuit: nam ut est apud Georgium Alexandrinum in vita S Joannis Chrysostomi, ita *pag. 140.* vocabatur ὁ τόπος τ Τ ἁγίου Ιωάννου ἐκκλησίας. Hisce porro loquendi formulis satis innuunt iidem Scriptores, hanc ædem non ad septimum ab Urbe milliare ædificatam fuisse. Quid enim sibi vult aliud, πρὸ τῆς πόλεως, quam in urbis ipsius prospectus? vel Hebdomum Constantinopoleos, quam pars Hebdomiani Campi Urbi proxima? deinde Phocam in hac æde coronatum Imperatorem tradunt Simocatta, Chronicon Alexandrinum, & Theophanes, scilicet juxta Tribunal, ubi acclamatus fuerat Augustus. Tribunal vero Urbis mœnibus proximum fuisse supra docuimus. Verum quin ad septimum Milliare non extiterit, hinc patet omnino quod ad Sinus Ceratini littus statuatur a Socrate lib. VI. cap. XI. unde septem ab Urbe millibus disparata esse non potuit, siquidem littus Ceratinum ad Sinus caput ultra unum milliare non protenditur, ubi Cydaris & Barbyses fluvioli confluunt, & in Sinum Ceratinum aquas suas evolvunt. Ita porro Socrates ubi de Epiphanio Cypri Episcopo ad Urbem appellente: προσορμίσας ὤν ἐν τῷ ἐπὶ Ιωάννῃ μαρτυρίῳ, ἀπέχει δὲ τοῦτο ἑπτὰ σημείοις τῆς πόλεως, ἐξ ἐξελθὼν τῆς νεὼς, &c. Paullo aliter Sozomenus lib. VIII. cap. XIV. ubi de eodem Epiphanio: ἐκπλεύσας τῆς Κύπρου, κατῆλθεν εἰς πρὸ τῆς πόλεως καλούμενον Εβδομον. Ὑξάμενος δὲ ἐν τῇ ἐνθάδε ἐκκλησίᾳ, ἦκεν εἰς τὸν πόλιν. Appulerat scilicet Epiphanius ad Portum Hebdomi, per Sinum Ceratinum, indeque, cum in æde

S. Joannis Baptistæ orasset, in Urbem proximam venit, non navigio, sed itinere terrestri. Neque tamen ad ipsum maris Sinus Ceratini littus, versus illius caput, extitit ædes S. Joannis Baptistæ, sed in continenti, licet eidem forte vicina. Quod colligere est ex eodem Procopio lib. I, cap. VIII, ubi ἐκ ἐπιφαλαίου τὸ τῆς Βαπτιστῆ ἐν τῷ Ἑβδόμῳ καλουμένῳ Martyrium fuisse diserte ait, contra quam ædes S. Michaelis in Anaplo, quæ eidem quoad structuram similis fuit. Hebdomum porro non ad Propontidem, sed ad Sinum Ceratinum extitisse sat pluribus supra probavimus.

XX. Præallatis vero non obstat quod Socrates lib. VI, cap. VI. Sancti Prodromi Μαρτύριον septem ab Urbe milliaribus dissitum scribat, hisce verbis, ἑπτὰ δὲ σημείοις τοῦτο ἀπέχον τῆς πόλεως. Et cap. XI. ἀπέχει δὲ τοῦτο ἑπτὰ σημεῖα τῆς πόλεως. Hæc enim intelligenda, non de Martyrio ipso, sed de Hebdomiano Campo, qui revera initio sumpto a septimo lapide ad Urbem pertinente, septem ab ea milliaribus dissitus fuit. Hebdomum igitur vocabatur hæc ædes, quod in Hebdomo excitata esset, hoc est in Campo Urbi proximo, ut & alia eidem ædi adjuncta, Sancto Joanni Evangelistæ dicata, ut est apud Codinum in Originibus Constantinopolit. cujus verba attulimus in nostra Constantinopoli: & apud Pachymerem, qui lib. II. cap. XXI, Monasterium, quod τῷ τῶν Ἑβδομον τὸ Θεολόγου μονῇ, infra lib. VII. cap. ult. nude Ἑβδομον vocat, ubi de sepulchro Basilii Bulgaroctoni in eo sepulti agit, cujus Epitaphium, quod descripsimus in Notis ad Zonaram, observat illius Τύμβον ἐν μέσῳ τῆς Ἑβδόμης fuisse, qua verborum formula satis indicatur hanc ædem extitisse in Campo Hebdomi, non vero ad septimum ab Urbe milliare. Sed an Sancti Prodomi Hebdomiana ædes intra Urbem postmodum inclusa fuerit, quod velle videtur Gyllius, dubium facit, ne quid dissimulem, quod Constantinus Porphyrogenitus tradat Basilium avum ædem Sancti Joannis Baptistæ, eidem ædi S. Joannis Evangelistæ in Hebdomo proximam, & a Basilio instauratam, extra Urbem statuat, cap. LXIII. Edit. Allatianæ: ita ut ædes Sancti Præcursoris, quam sua ætate dirutam fuisse a Turcis scribit Gyllius, illa forte fuerit, quæ vetus dicebatur, & Urbis muris incumbebat, a Constantino Magno ædificata, ut est in Πατρίοις ΚΠ. a nobis laudatis.

Edit. Paris. pag. 141.

XXI. Mirari porro hoc loco subit, tam fidenter affirmare virum eruditum, neminem veterum, (indulgendum tamen quod addiderit, *quos legerit*) Ecclesiæ Sancti Joanni Prodromi Christi intra muros urbis Constantinopoleos ullam feciisse mentionem: cum præter celeberrimum illud Studiense Monasterium nemini non notum, ad duodecim eidem Sancto Præcursori intra Urbem dicatarum ædium historiam in nostra Constantinopoli perstrinxerimus: quibus duas insuper alias addere licet, in quas non incideramus, dum illa prodiit, quarum altera est Sancti Joannis Baptistæ ἐν τῷ Λοφαδίῳ, cujus meminit Codex Cæsareus apud Petrum Lambecium lib. V. Commentar. de Bibl. Cæsar. pag. 79. ἐπὶ δὲ ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Νικολάου τοῦ Κυρδαμιάτου, τοῦ ἐκ τῆς σεβασμίας μόνης τοῦ τιμίου Προδρόμου τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐπιλεγομένης τοῦ Λοφαδ, &c. qui quidem Nicolaus Patriarcha non alius est ab eo qui Alexio Comneno imperante vixit, ut docemur ex Catalogo Patr. Constantinopol. descripto in Jure Græcorum. Νικόλαος μοναχὸς ὁ Γραμματικὸς ὁ ἐν Λοφαδίῳ διατρίβοντος Ἀρχιερέως ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κυροῦ Ἀλεξίου, &c. Aliam, quæ Danielis nomen prætulit, ædem S. Prodromi ad S. Mocium memorat Scriptor ineditus vitæ Sancti Marciani Oeconomi, a quo extructam scribit: τὸ μὲν οὖν ἱερὸν αὐτοῦ λείψανον (S. Isidori) ἡ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου μονὴ, ἥτις ἄρα καὶ τοῦ Δανιὴλ λέγεται, δέχεται, ἐγγὺς μὲν θείου ναοῦ τοῦ λαμπροῦ μάρτυρος. Μωκίου δεχειμένη, ἔργον καὶ αὐτὴ οὖσα τῆς ἐκείνης χειρὸς, ἢ μᾶλλον τῆς προθέσεως, ἔνθα δὴ καὶ εἰς δάφνο λαμπρῶς αὐτοῦ ἡ φιλοθέου ἡ μνήμη τελεῖται. Atque hæc quidem per παέργον hic descripsimus, ut binæ istæ S. Præcursoris ædes cæteris a nobis commemoratis adjungantur. Ex prædictis igitur hæc summatim colligere liceat, Hebdomi vocem varie a Scriptoribus Byzantinis efferri; pro loco scilicet in quo stetit septimus lapis, ubi ædificia quorum ii meminerint stetisse nulla, ut superius dixi, prorsus constat; deinde pro interjecto inter septimum istum lapidem & urbem Constantinopolitanam, in quo ea omnia quæ ab iis in Hebdomo esse dicuntur, extitere, cujusmodi fuere Tribunal, Palatium eidem adjunctum, ac subinde intra Urbem inclusum, sed & Ædes Sancti Joannis Baptistæ & Joannis Evangelistæ, quæ quidem ædificia omnia Hebdomi appellatione promiscue donantur a Scriptoribus. Utrum vero satis superque ista probaverimus, judicium ferent eruditi lectores.

XXII. Cæterum gratias per me licet referant quam maximas viros doctissimo quotquot sunt litterati, quod *primus diligenter explicuerit situm Hebdomi cum quatuor suis partibus, Campo, Tribunali, æde Sancti Joannis Baptistæ, & Palatio Secundianarum*, Gyllio, nobisque, si Diis placet, incognitis: quasi non alia & longe plura extiterint in Hebdomo ædificia, cujusmodi sunt de quibus in præsens agimus, quæ partes istas multiplicare debuerint, siquidem ita appellari debeant. Verum cum bona illius venia dicere liceat, nihil a nobis in ea quam in id argumentum contexuit Dissertatione deprehensum, quod non viderit Gyllius, nulloque ab eo descriptos auctorum locos, quos ipsi in Constantinopoli Christiana non descripserimus, præter triviales forte aliquot e Miscella petitos, non consulto vel lecto Theophane, cujus illius auctor interpretem egit. Quæ quidem non eo dico animo, quasi aliena expilasse, vel quod ab aliis observata non posse rursum Scriptorem observare, velim contendere: cum, præterquam quod iisdem omnes utimur libris; quæ semel in publicam lucem emittuntur, juris fiant publici. Neque enim ex iis sum, qui si quidpiam, aut quod scripsere, aut in suis antea emissis lucubrationibus vel leviter attigere alii, id exigente quod pertractandum susceperunt argumento, pariter attingant, illico nescio qua lympha correpti, *quasi in publici ærarii fures*, ut est apud Hieronymum, insurgunt, quemadmodum Luscius ille Luscinius in Terentium Comœdiarum Scriptorem: vel *repetundarum accusant*, ut Græci Tullium, eadem ferme de causa ab iis insimulatum: adeo ut ne locos quidem auctorum semel a se laudatos ab aliis rursum laudari patiantur, jure, ut ajunt Practici nostri, præventionis. Quasi vero Philologi partibus fungi cuivis non liceat, qui si, ut verbis utar Plutarchi, ἐν ἀλλοτρίῳ χώρῳ multo magis, in eo qui omnibus patet, omniumque est disciplinarum campo, πέδα πίδιδαι, nullo jure prohibetur. Quinetiam non desunt qui ab

pag. 142.

ea quam in rei Litterariæ, ut fieri solet, dubiis ac controversis protulere sententia, decedi piaculum existimant, cum in eorum verba juraturos quotquot scriptioni deinceps calamum apponent, sibi in animum inducant, ac suammet in iisdem conjecturam vel opinionem expromendi facultatem omnem sint adempturi: quasi denique ipsi errare se posse non putent, licet id neque cuiquam unquam contigerit, & majus sit quam ut convenire in humanam fragilitatem queat.

XXIII. Longe vero sanior viget apud paullo politiores inter eruditos scribendi ratio, qui in literariis controversiis, si dissentire contingat, non dico sine contumelia, (cum id eorum sit duntaxat, quos ἀγροικοσόφους vocat Philo, qui scilicet Musis, non vero simul & ταῖς Χαρίσιν ἐθυσαν, vel qui τ᾽ Ἀφροδίτῃ ταῖς Μούσαις ἀ συνέπλεξαν, ut loquitur Themistius) sed ea urbanitate ac moderatione servata (sed nec sine elogio aliquo) id semper peragant, ut imminutam a se dignitatem nemo conqueri possit: quod omittere solent qui nescio qua, ut diximus, inepta κακοζηλίᾳ soli sapere videri volunt. Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐκ ἀνὴρ σοφὸς. *Si placeat*, ajebat olim S. Augustinus scribens contra Petilianum, *& vobis pro maledictis maledicta reponere possumus, & nos dicere crepitantibus flammis: sed nullo modo mihi sonat diserte, quod dicitur inepte.* Et Bessarion Cardinalis in Epistola inedita ad Michaelem Byzantium, illius eruditionem in iis quæ adversus Theodorum Gazam scripserat, laudare quidem non vero τ᾽ τῆς σωφροσύνης τρόπον probare se ait: οὐ γὰρ, subdit ille, λοιδορίας τε ἀντιδίκου, ἀλλ᾽ ἀποδείξεσι καὶ λογικαῖς ἀνάγκαις περὶ τε φίλου σωφρονιστέον, τόν τε ἐχθρὸν ἀμυντέον. Si quando igitur ab quorumvis Scriptorum, nedum amicorum, sententia discedimus, ita versari debemus, ut assequendæ duntaxat veritatis causa id fiat, allatis, quibus nostra firmari possit, vel argumentis, vel Scriptorum auctoritatibus, cum in eorum verba, in re maxime literaria, jurare minime exigat aut cogat quævis necessitudo, vel parta etiam doctrinæ existimatio. Tum vero *sine nostro invicem dolore*, quod ajebat S. Hieronymus scribens ad S. Augustinum, *ludere* liceat.

Libro περὶ ἀποικ. & libro περὶ φυγάδ.

Themist. or. 24. p. 303. Ed. R.

Stobæus p. 37. Libr. 2. contra Ep. Petiliani.

Ex Cod. Reg. 3064.

S. Paulin. Poem. 12.

Multa jocis pateant, liceat quoque ludere fictis.
Sed lingua mulcente gravem interlidere dentem,
Ludere blanditiis urentibus, & male dulces
Fermentare jocos Satyræ mordacis aceto,
Sæpe Poetarum nunquam decet esse parentum.

Quin potius,

Si pravo rectum, si religiosa prophanis,
Luxurie parcum, turpi mutatur honestum,
Segnis, iners, obscurus ago, miserere sodalis
In mala perversi: blandum licet ira parentem
Excitet, ut lapsum rectis instauret amicum
Moribus, & monitu reparet meliora severo.

Sed præter allatas ejusmodi tot magnorum virorum hac de re sententias, an non liceat aliam recentioris, atque adeo singularis eruditionis Scriptoribus, hic etiam appingere. Is est Henricus Valesius, Hadriani frater, „ qui ad Excerpta Polybii sic præfatur: Atque hæc de versione Casauboni quasi per „ excessum dicta sint, non obtrectandi studio, (id enim alienum est a nobis.) sed ut „ si forte quid a me peccatum in versione „ mea deprehendetur, facilius lector ignoscat: „ deinde vero ut absterses his nævis aliquam „ gratiam a studiosis iniremus. Hominis enim „ ingenui esse arbitror, ut ait Polybius noster, non ex alienis erratis gloriam captare, sed cum nostris, tum etiam alienis „ scriptis, quantum in nobis est, curam atque emendationem adhibere. Cujus quidem „ instituti nostri ubique velim lectorem meminisse, siquando in Notis a doctorum hominum opinione dissentimus. Idemque ipse „ a cæteris postulo, ut sicubi, quod nimium „ sæpe fortassis accidit, a veritate aberraverim, corrigere atque emendare ne dubitent: „ hoc enim, dummodo bono more & citra „ convicium fiat, gratiæ atque honori habendum puto. Neque omittenda verba Polybii „ hic laudata, cæteris a nobis descriptis adjungenda: περὶ δὲ τῆς τόπων ἀγνοίας τῆς κατ᾽ „ Λακωνικὴν, ὡς τὸ μεγάλου εἶναι παράπτωσιν, οὐκ ὤκνησα γράψαι πρὸς αὐτὸν Ζήνωνα, κρίνων καλὸν εἶναι τὸ μὴ τὰς τῆς πίλαι ἁμαρτίας ἰδίας προτερήματα νομίζειν, καθάπερ ἔνιοι ποιοῦσιν εὐδόκησιν, ἀλλὰ μὴ μόνον τῆς ἰδίων ὑπομνημάτων ἀλλὰ καὶ τῆς ἀλοτρίων, καθόσον οἷοί τε ἐσμὲν, ποιεῖσθαι φρόνησιν καὶ διόρθωσιν χάριν τῆς κοινῆς ὠφελείας. Quæ quidem ita Latine reddidit doctus Interpres: *Cæterum de illa situs Laconicæ ignoratione, eo quod gravis esse is error videretur, ad ipsum Zenonem literas scribe non dubitavi, hominis ingenui esse arbitratus, non ex alienis erratis gloriam captare, quod nonnulli solent, sed cum nostris tum etiam alienis Commentariis, utilitatis publicæ gratia, quantum in nobis est, curam atque emendationem adhibere.* Ita sentire solent viri bene de literis meriti, qui scilicet non Cathedrali quadam declamatione, & tyranica, ut ita loquar, παιδαγωγίᾳ alios volentes nolentes in sententiam suam rapere „ ac pertrahere conantur. Neminem, inquit „ nuperus Scriptor perinde doctissimus, perso- „ naliter læsi, etsi a viris magnis, eruditis, „ bonis amicis, non raro dissentiam. Hoc „ semper a me factum est incolumi amicitia, „ cultu & observantia. Dissentientes colam, „ & dissentientem me sat scio patientur, qui „ si quid a me secus quam veritas ipsa postulat dictum frequentius fuerit, monentes „ lubens sequar, & ceram complanabo: dico „ monentes, non invadentes. Lectorem opto „ arbitrum, non adversarium, ut olim optime Stagirites Philosophus dixit. Atquæ hæc „ quidem tradita hactenus a tot viris sapientibus præcepta, si ἐν τοῖς τῆς ψυχῶν ἤθεσιν, id est, in animorum nostrorum monumentis, uti libros vocat Themistius, seu ἐν ζώσαις πλάξι τῆς ψυχῆς, uti appellantur a Michaele Psello in Monodia inedita in Joannem Patricium, sedulo exequamur, præclaram in nobis morum civilium effingemus, & ad posteros transmittemus imaginem. Sed hæc quasi per transennam, licet forte extra rem, dicta sint de his duntaxat qui ex hujuscemodi inurbana *facilitate ac delectatione quadam reprehendendi*, ut loquitur Lupus Abbas Ferrariensis, plausum captare solent.

Stephan. le Moine in proleg. ad to. 1. Varior. Sacror.

Lupus Ferrar. Ep. 27.

XXIV. Nos vero qui tot inter hujusce ævi eruditos ne minimam quidem obtinuere laudem ultro cum Dissertatore agnoscimus, nostras qualescunque commentationes, & quas interdum damus conjecturas, omnium judiciis lubentes exponimus, ut qui a doctioribus, si lapsos nos contigerit, ab erroribus erigi haud gravate reramus. Proinde tantum abest, ut sententiam nostram de Hebdomi situ a viro Cl. improbari ægre tulerim, ut illius Dissertationem cupide statim arripuerim, ex ea quod me fugisset quidpiam consecuturus, *cum quædam scientiæ portio sit*, inquit Faustus Rhegiensis, *scire quod nescis, & ea quæ ignoranter non intelligis prudenter inquirere*. Neque enim sum

In Epist. ad Paulin.

Terentian. Maur.

——— *tam stulte repugnans, aut amans prave mea,*
Quin statim culpandum delens, præbeam rectis locum.

Sicut enim laudabile est a vera sententia non amoveri, inquit Augustinus, *ita culpabile persistere in falsa, quam nunquam tenere prima*

S. August. lib. 3. contra Cresc. c. 3.

Edit. paris. pag. 143.

Edit. Pariſ. pag. 144.

laus eſt, *ſecunda mutare, ut aut ex initio vera permaneat, aut mutata falſa, vera ſuccedat*. Verum, ut fatear quod res eſt, jure forte dubitabam an in iſtud diſciplinarum genus oleum ſuum hactenus is contuliſſet, cum perſæpe contingat, ut illis etiam qui inter eruditos primas tenent, multa excidant, quibus vacare non ſemper patitur ὁ βίος βραχύς, in ampliſſima præſertim omnis generis literarum ſegete, quarum cæteroquin ἡ τέχνη μακρή, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερή, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή, ſiquidem hic aptare liceat verba Medicorum principis: adeo ut ſi aliena forte ſtudia attentent, ſtatim vulgatum iſtud Ariſtophanis iis occinatur, ἰδοὺ τις ὢν ἰκανὸς οὐδὲν τέχνῃ. Sed expectationem meam ſpecioſum lemma feſelliſſe continuo adverti, nihilque novi ab eo allatum, quod ne minimum quidem a priſtina ſententia me dimovere, nec quemvis vel leviter in Hiſtoriæ Byzantinæ lectione verſatum in illius partes abducere debuerit: cum in eo maxime, quod Hebdomum, ut attigimus, ſeptimum ab urbe lapidem unice appellatum putaverit, reclamantibus quantumvis ab eo & a nobis laudatis Scriptoribus, *ut qui a principio deviavit ab integro tramite, vagus progrediens, quanto ſe currere fortius putavit, tanto plus errare neceſſe fuerit*. Verum in ea Diatriba, in qua Reipublicæ literariæ hactenus incognita primus vulgavit, præclara quadam pollicitatione, ne dicam oſtentatione, ſpem nobis injecerat de Secundianarum Palatio novi aliquid dicturum, præter ea quæ in noſtra Conſtantinopoli attigeramus, atque lumen quod nobis non affulſiſſet, quod in primis optabam, detecturum; ſed in aliud tempus reſervaſſe, vel certe promiſſi oblito id illi excidiſſe par eſt exiſtimare.

In Veſp.

Pelagius PP. contra Pelagianos.

A

XXV. Hæc porro de Hebdomi ſitu a nobis obſervata haud ingrata fore lectoribus facile mihi perſuadeo, ac iis potiſſimum qui evolvendæ Conſtantinopolitanæ Hiſtoriæ incumbunt: quæ quidem hic deſcribere pretium opere duxi, non tam ut Diſſertatoris, cujus eruditionem & acumen ingenii ſemper ſuſpexi, ſententiam de hac controverſia convellerem, quam ut noſtram viris doctis rurſum proponerem: non tamen ea qua ille confidentia, ut pro indubitata velim haberi, ne ſi forte a ſcopo aberrare me judicet lector, ſtatim dicat quod de Caſaubono ſupra laudatus Henricus Valeſius, quem in explicando quodam Svetonii loco, *nihil vidiſſe*, ait, *idque tunc cum plus ſibi vidiſſe quam cæteri videretur*: adeo ut *quæ conjecturis nititur tractatio ſine pertinacia inſtitui debeat*, ut Xenophanes ajebat apud Varronem. Propoſitam ſane in hanc Diſceptationem difficultatem idem Valeſius, noſtræ ætatis Literatorum facile princeps, de hac nobiſcum verba faciens, arduam & impeditam eſſe exiſtimabat, ita ut quas in partes tranſiret ultro ſe neſcire profiteretur, cum loca quæ in Hebdomo ſita eſſe perhibentur, procul ab Urbe fuiſſe diſparata, haud ſatis expenſis Scriptorum auctoritatibus, vix cenſeret, paucis & levi manu ad Ammianum & ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam annotatis hanc attigiſſe contentus. Enimvero ſi quæ in hac Diſquiſitione attulimus ad firmandam noſtram de ejuſdem Hebdomi ſitu ſententiam minime placent viro erudito, dicamus uterque cum Auguſtino: *Nemo noſtrum dicat jam ſe inveniſſe veritatem, ſic eam quæramus quaſi ab utriſque neſciatur*.

Ad Dionis excerpta.

B

Libr. contra Epiſt. fundam.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Du Cange, Charles Du Fresne,

Historia Byzantina duplici commentario illustrata prior familias ac stemmata imperatorum Constantinopolitanorum, cum eorundem Augustorum nomismatibus, & aliquot iconibus ; praeterea familias Dalmaticas & Turcicas complectitur: alter descriptionem urbis Constantinopolitanae,

Venetiis 1729

2 H.int. 76,19
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10328829-8